

SIC ITVR AD ASTRA

DE MONARCHIA DIVINA, ECCLESIASTICA, ET SECVLARI CHRISTIANA;

DEQVE SANCTA INTER *Ecclesiasticam, et secularem illam coniuratione amico respectu, honoreque reciproco; in ordine ad æternam non omissa temporali fœlicitatem.*

Opus quatuor distinctum partibus in triginta libros distributis.

SANCTISSIMO DNO. N. PAPÆ GREGORIO XV.

Et Christianissimo Francorum Regi LVDOVICO XIII. speciali. ac primogenito Ecclesiæ Dei filio consecratum.

Authore MICHAELE MAVCLERO Parisino, Doctore Sorbonico.



LVTETIÆ PARISIORVM
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY via Iacobæa sub Ciconijs.
M. DC XXII.
Cum Priuilegio Regis.





BEATISSIMO AC SANCTISS.

PATRI AC DOMINO NOSTRO

GREGORIO XV.

PONTIFICI MAX.

PAX, HONOR, ET ÆTERNA FELICITAS.

DE perenni, atque temporali, ſpirituali, & ſeculari Chriſtiana monarchijs, deque ſacro inter ambas illas, ſpiritualem, & ſecularem honoris mutui, Chriſtianæque fœdere charitatis, catholica ſinceritate tractaturus, ad te, Beatiſſime Pater, magnis non corporis greſſibus, ſed humiliati, deuotique cordis affectibus accurro. Vt à te, tanquam [a] à *Vicario Chriſti,* [b] *œcumenico vniuerſalis Eccleſiæ Patriarcha;* [c] *Sacerdotum, prælatorumque Chriſtianorum principe,* [d] *ſedis apoſtolicæ præſule,* [e] *primatum in epiſcopatu fidei obtinente,* [f] *et in communi epiſcoporum ſpecula paſtorali, celſius conſecuto faſtigium,* benedictionem apoſtolicam miſericorditer aſſequar. Per quam meum illud opus ſanctificetur: [g] *vt* in eo *benedicat anima mea Domino, et omnia, quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.* Arduum opus, & difficile, meis longè viribus impar aggreſſus ſum: ſed miſeratio diuina, gratiaque noſtri Saluatoris illas, vt in huius editione operis confortatus vtcumque progrederer, prodiremque tenus, inſtaurauere. Opus ex rerum maximarum vbertate mirabiliter efflorescens, in omnibus egregium, niſi mei tenuitas, & imbecillitas ingenij, ſimulque ſtylus elumbis ſine venuſtate illius præ-

Pro opere completo apoſtolicam benedictionem petit author.

a S. Bernard. l. 2. de conſiderat. Concil. Lugdunenſe ſub Greg. 10. cap. Vbi periculum §. Cæterum de electione in ſexto.
b Concil. Calced. act. 3.
c S. Cypr. lib. 3 ep 11 Optat Mileu. lib. 2.
d D. Aug. in 6.
e Marcianus Imp. ep. ad S. Leonem.
f S. Aug. lib. 1. c. 1. ad Bonifacium Papam
g Pſal. 102. v. 1.

ſtantiam valde deprimerent. Sed tua, Beatiſſime Pater, quam cum ſumma humilitate, pariquc deuotione vehementer efflagito, benedictio, omnium infirmitatum mearum multitudinem non fictæ velamento charitatis operiet: & tibi religiosè conſecrati operis oblatio benignè à veſtra ſanctitate ſuſcepta, vires, virtutemque dabit: vt tutò, ac meritoriè retenta boni famæ nominis per manus, oraque iuſtorum volitare poſſit. In quo totius Chriſtianæ cauſa religionis agitur, ſalus fidelium temporalis, & æterna protegenda ſuſcipitur. Dum ſancta, & ſpiritualis maieſtatis veſtræ, Chriſtianaque ſecularis catholicorum principum monarchiæ à Chriſto Domino in eccleſia ſua diuinitus erectæ, feliciterque ſanctificatæ, contra omnes infideles, atheos, hæreticos, ſchiſmaticos, cæteroſque Chriſtianę ſocietati pernicioſiſſimos, religioſa fortitudine defenduntur. Quos ſæpe Monarchomachos appello (nunc autem & flens dico) [a] *inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus: quorum Deus venter eſt, et gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiunt.* Diuinæ pręterea pacis omnium cauſæ bonorum abundantia veraciter, atque ſecurè firmatur; cum in eo viæ pandantur apertę, rationeſque potentes diſquiſitæ monſtrentur; per quas ambæ illæ Chriſti Domini monarchię, ſpiritualis, & ſecularis, pontificia, & regia Sacroſancto inter ſe piarum voluntatum, intelligentię bonę, honoriſque reciproci connubio iunctę, vera immortaliter exultantes iubilatione floreſcant. O materia ſummo principatus eccleſiaſtici digna vertice! ſi ſcriptoris capacitas huic aliqua ex parte reſpondere poſſet! Sed eminentia virtutis, & ſupremæ ſplendor auctoritatis eius principis, cui vouetur, omnes ignorantias, imbecillitates, defectuſque ſcriptoris imperiti præclara ſapientiæ ſuæ largitate ſupplebunt, atque illis benigna operis acceptione miſericorditer indulgebunt.

Quid agatur in hoc opere.

[a] Ad Philippenſes c.3. v.18.19.

Hunc igitur ingenij mei tardi, nec mediocriter exigui partum, cui iuſtiùs, decentiúſque quàm veſtræ

sanctitati, & post illam augustissimæ Regis Christianissimi maiestati consecrare possem? Nam vt hoc loco solum de te loquar, nil nisi summum, eminens, super caducas excellentias supremæ perfectionis culmen assecutum in te video: propter mirabilia magna, quæ in te Christus operari dignatus est: cum spiritualem sui in terris imperij thronum, sicut quondam S.Petro, & successoribus eius, tibi vicario suo credidit. Te enim in hoc throno monarchiæ spiritualis, cathedra S. Petri, foro Dei sedentem, diuinitus æternæ vitæ responsa fundentem considerans, & cum honoris præcipui tremore sublimiter admirans, alium esse non video, neque credo, quàm quod de S. Petro, eiusque successoribus œcumenica concilia, religiosique patres spiritu sancto digna locuti crediderunt, *ecclesiæ nimirum* [a] *catholicæ, et apostolicæ verticem, et coryphæum; audacius dicam cum sancto Basilio* Κορυφαιότατον; [b] *patrem patrum;* [c] *episcopum vniuersalem;* [d] *catholicæ ecclesiæ episcoporum;* [e] *episcoporum episcopum;* [f] *omnium ecclesiarum caput;* [g] *monarchicum ecclesiastici regni principem*; præter eos honoris supremi titulos, quibus in huius epistolæ fronte vestræ sanctitatis [h] *potentiorem* in ecclesia Dei *principalitatem*, sublimisque dignitatis eminentiam, præsidio fulti veritatis exprimere conabamur. Atque hæc & alia similia supremæ maiestatis elogia mirabiliter singularia, singulariterque mirabilia tibi soli summo vniuersalis ecclesiæ pastori competentia, dum animum matura cogitatione subeunt, & altiori cordis interiora meditatione penetrant, valde me terrent: ne plura in principio suscepti laboris, ante conspectum vestræ sanctitatis eloquia fidelissimæ, & deuotissimæ erga te meæ obedientiæ indicia fundam. Mira sublimitas priuilegiorum, & excellentiarum, quibus te vicarium suum, suę pastorem ecclesiæ Christus D. super omnes mundi principes exaltare dignatus est. [i] *Quorum ecce ante nos superficies blandiens paruulis*, mirabiles amores excitat sui. Nihilominus mira sublimitas, Sanctissime Pater,

Præclara Rom. pontificis elogia, & summi honoris tituli præter superiora nomina.

a Chrysost. hom. 87. in S. Ioannem.
S. Basil.
b Ex epist. Stephani Carthag ad S. Damasum.
c Concil. Calced. act. 1.
d S. Cypr lib. 3. ep. 11.
e Tertul de pudicitia c. 1. Epistola Sixti 1. Ep. Tiburtij martyris ad Caium Papam Arnobius in Psal. 138.
f Concil. Calced ep 5: ad S. Leon.
g Abelard. in eius vita. Cæsarem vocat ecclesiæ, & Ioannes de Gellaia Doctor Paris. in 4 sent dist. 24. q 4 & 7. ait Papam meritò vocari posse Regem Ecclesię.
h S. Irenæ l. 3 c 3 aduersus hæreses.
i S Aug. imitatio l. 12. confess c. 14.

mira tantorum priuilegiorum, prærogatiuarumque sublimitas! Horror est intendere in ea. At qualis horror? *Horror honoris, et tremor amoris.*

Veruntamen virtutes egregiæ, quæ maiestatem vestram in supereminenti supremæ dignitatis, ac potestatis ecclesiasticæ culmine collocatam comitantur, benignitas, affabilitas, comitas, facilitas, mansuetudo, paterna bonitas, & affectio, humilitas honorata, & cæteræ id genus magno incensæ charitatis ardore virtutes valde me reficiunt, recreant, & consolantur. Quæ piæ mihi vires confidentiæ sufficiunt, audentiæque deuotæ robur erigunt, vt in calce operis vestram sanctitatem paræneticis supplicationibus audeam cum summa reuerentia liberius affari. Vnde præter grandia illa, & sublimia nomina tibi vni, & præterea nemini in regno Christi germana, & propria, quæ altissimum supremæ vestræ in orbe Christiano maiestatis, potestatisque fastigium magna cum emphasi grauiter exprimunt: non desunt alia speciosa dulcedinis, & affabilitatis paternæ vocabula, illas demonstrantia virtutes, thronum semper pontificium honorificè circunstantes, & augustissimè decorantes: quæ tibi soli competentia diuino Christi munere, misericordique largitate donantur. Hinc est quod antiqui, sanctique patres, dictante illis Spiritu sancto, Beatum Petrum primum Christi D. Vicarium, & successores eius pontificio throno præfectos dulcibus illis, & mansuetis, paternas delicias, benignasque suauitates pleno ore spirantibus vocabulis honorificè decorare voluerunt. Qualia sunt: [a] *Rector domus Dei:* [b] *alter pater familias domus Dei sub Christo:* [c] *Primogenitus pastor gregis dominici:* [d] *Seruus seruorum Dei;* Et inter alia suauissimum nomen [e] PAPÆ: quod per antonomasiam, excellentiamq; soli vicario Christi, in sancti Petri cathedra sedenti simpliciter, sine additamento prolatum diuina sancti spiritus oracula in œcumenicis edita [e] concilijs, sanctique patres ipso [f] facto cum summa veneratione tribuendum esse iudicauerunt. Quod

Præter grandia sublimiaque supremæ maiestatis nomina alia sunt in Rom. Pontifice summæ paternæque mansuetudinis.

Amica maximæ dulcedinis, & affabilitatis nomina Rom. Pontifici competentia.

a S. Ambros. comment in 1. ad Timoth. c. 3.
b S. August. quæst. noui Testamenti 44 & 45.
c Chrysost. homil. 59. in Matth.
d S. Greg. ep. ad Rusticianam patriciam quæ est ep. 38 lib. 9. indict. 4.
e Concil. Calced. actione 16.
f S. Ignatius ep. ad Mariam Sarbensem.

Quod nomen non tantùm admirationem præ magnitudine sublimis honoris, supremæque dignitatis per illud significatæ comprehendit; verùm etiam tenerrimum, dulcissimumque paterni amoris importat affectum, quo paruulos suos parentes suauissimè complecti solent. Et quod in ipsis puerulis, infantibusque balbutientibus per ætatis teneritatem minimè loqui articulata voce valentibus, reciprocas dilectiones exprimit: cum blandientes parentibus, eos balbutiendo PAPPAS appellant, vt præter quotidianam, experientiam vetusti [a] Græci, [b] Latinique scriptores obseruarunt. At suauissimum nomen illud, PAPÆ, à carnalibus ad spiritualia decenter, sublimiterque traductum in Rom. Pontifice sanctificatum est. Quem solùm vniuersalis ecclesiæ papam Spiritus sanctus in [c] cōcilijs generalibus honorifico titulo appellare dignatus est. Præter quem totius ecclesiæ papam nullum esse posse [d] Liberatus in breuiario clarissime demonstrauit. His amœnissimis, & suauissimis honoris, & reuerentiæ præcipuæ titulis, lenitate, dulcedine, benignitateque Christiana plenissimis, tam meritoriè, Beatissime Pater, quàm copiosè refulges. Qui spiritualem Dei thronum in terra possides; qui S. Petri cathedræ præsides, pari, qua ille dum viueret, authoritate diuina sublimatus. Qui in ea fidelibus populis Dei iura fundis, per quæ illos ad cœlestia sempiternæ gloriæ cacumina proueħas. In his autem speciosissimis, suauissimisque titulis, tot paternarum dulcedinum sapore conditis, virtutes egregias, verèque pontificias aspicimus, aspiciendo miramur, mirando maxima laude, prædicationeque veneramur. Et ita venerando confidenter erigimur, vt prouoluti ad pedes tuos, corde magis eos, quàm corpore religiosissimè deosculando, hoc sanctitati vestræ nostrum qualecumque sit opus humillima deuotione consecremus. A qua diuinam pro salute nostra, prosperaque huius ad lucem operis emissione benedictionem deprecamur, sicut apud eam pro nostra instructione,

[a] Philemo comicus apud Athenæum lib. 8. Homer. l. 6. Odyss.

[b] Iuuenalis Satyra 6. Auson. ad nepotem suum

[c] Concil. Calced act. 16.

[d] Liberatus in breuiario cap. 22.

Multæ, & eximiæ virtutes per suauia Rom. Pontificis nomina significatæ.

a S. Hieron. ep. ad S. Damasum.

b S. Irenæi l. 3. c. 4.

c 2. Petri 3. v. 17. 18.

d Zachar. c. 3.

e 2. Petri c. 1. v. 16.

f 2. Petri c. 1. v. 19.

g Theodoretus epist. ad Renatum presbyterum.

S. Maximus martyr ep. ad Marinum diaconum.

ac eruditione salutari puram dicendorum, credendorumque veritatem cum S. [a] Hieronymo quærimus. Quia in sanctam, apostolicam, Romanamque sedem, cui loco Dei præficeris [b] *quasi in depositorium diues ecclesiarum principes apostoli post Christum D. plenißimè contulerunt omnia, quæ sunt orthodoxæ veritatis: vt omnis quicumque velit sumat ex ea potum vitæ*, &c. Quem [c] *præsciens custodiat, ne insipientium errore traductus excidat à propria firmitate; sed crescat in gratia, et in cognitione Domini nostri, et Saluatoris Iesu Christi.* Est quippe sedes apostolica spiritualis, Christiani thronus imperij, lapis ille mysticus, quem in raptu suo [d] Zacharias aspexit, *super quem septem oculi sunt*, qui sunt septem spiritus Dei viui, quorum diuinis sedes hæc liminibus longè ab immundis errorum cuiusque nequitiæ tenebris aliena, remotaque coruscat. Tu verò caput es Ecclesiæ Christi benedictum, sanctum, visibile, oculis plenum perspicacibus; quibus diuinitus indultum est [e] *speculatores fieri magnitudinis, virtutis, et præsentiæ Iesu Christi.* Cuius habenas imperij cum plenitudine potestatis in terra, directione visibili, falli, ac fallere nescia moderaris. Vt iam cum D. Petro prædecessore tuo, primo Christi D. Vicario, confidenter, atque verè dicere valeas. *Et* [f] *habemus firmiorem propheticum sermonem: cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, et lucifer oriatur in cordibus vestris.* Quod igitur erroris in fide, moribusque periculum metuere nos iure possemus, apud te Christianæ veritatem doctrinæ religiosa confidentia quærentes? Qui in ea sancti Petri cathedra, spiritualis ecclesiæ Christi monarcha sedes, [g] *quæ tenet gubernacula cuncti orbis ecclesiarum, cum propter alia, tum quia semper hæretici exors fœtoris permansit? Neque vllus vnquam, qui contraria sentiret, in ea sedit? Quin potius apostolicam gratiam inuiolatam custodiuit?* Nunquid ideo salutari refugio *omnes termini terræ, et quicumque vbique terrarum Christum D. pura mente, et orthodoxa fide confitentur, quasi ad solem æterni luminis, ad sanctißimam Romanorum ecclesiam, et eius confeßionem, et fidem intenti respiciunt? Ex*

ipsa rutulantem splendorem recipientes spiritualium, et sanctorum dogmatum? Harum diuinis virtutum splendoribus vndequaque refulgentem maiestatem pontificiam longè ab omni mortifera infidelitatis, hæreticæque prauitatis contagione remotam, dum fideles ecclesiæ Dei filij, veri catholici obediendo, prædicando, admirando suspiciunt, & suspiciendo magna cum deuotione reuerentur: hæretici theomachi, cum alijs diabolicæ dominationis satellitibus, qui cum Antichristo faciunt partem, crucis inimici, monarchomachi, cum execratione rabida blasphemant. Quod tantæ maiestatis sanctitatem, tot cœlitus micantibus virtutum radijs coruscantem sustinere nequeant: quodque suarum impietatum, & errorum insanias ab ea semper condemnari, confundique sentiant. Sic antiquis temporibus Nouatiani dæmonis œstro perciti suis S. Cornelium calumnijs blasphemantibus adorti vulnerare tentarunt. Quem contra tales Christianæ veritatis hostes S. Cyprianus his verbis religiosè defendit. [a] *Quod autem quædam de Cornelio inhonesta, et maligna iactantur, nolo mireris, cum scias hoc esse opus semper diaboli, vt seruos Dei mendacio laceret, et opinionibus falsis gloriosum nomen infamet: vt qui conscientiæ luce clarescunt alienis rumoribus sordidentur.* &c. Atque blasphemantes [b] istæ calumniæ *rami sunt hæretici erroris protenti de mendacio, non de radice veritatis. Cum dolus, et factio in Rom. pontificem mater sit schismatis, ex cuius antro fœtido furibunda mox erumpat hæresis.* Verum tantos odiorum æstus, tantas calumniarum blasphemantium turpitudines contra hanc sanctissimam pontificis Romani maiestatem in apostolico Dei throno sedentis truculentus humani generis hostis in hæreticis excitat. Quod iratus, dentibus fremens, & tabescens, suæ videat abominationem factionis, atque tyrannidis in istis catholicæ veritatis osoribus, ab ipso sanctissimo sedis apostolicæ præsule detegi, detectam domari, domitamque in extremum exitium penitus effundi. Gratissima ruinæ tantæ Deo vi-

Quas maxima cum reuerentia boni catholici in Rom. pontifice virtutes admirantur, cur hæretici blasphemant.

[a] S. Cypr. epist. ad Antonianum.

[b] Optat. Mileu. l. 2. contra Parmen.

Calumniarum blasphemantium contra Rom. pontificem diabolus in hæreticis excitator est, & cur.

[a] S. Leo. i. in concione parænetica ad fideles.

ctima! [a] *Cùm magna sit pietas prodere latebras impiorum, et ipsum in eis cui seruiunt, diabolum debellare.* Atque vtinam in opere meo sub præsidium sanctitatis vestræ confugiente, vt lucem prospere videat, id ipsum vestra salutari apostolica benedictione corroboratus præstare possem! Profectò amplissimum laborum meorum in hoc consumptorum fructum me fuisse consecutum agnoscerem: & agnoscens Christo Iesu Domino meo pro viribus cum humilitate profundissima gratias agens, & deuotissimè exultans in eo, plena consolatione lætarer.

Vestræ Sanctitatis Obseruantissimus filius & seruus cum humilitate fidelitateque maxima deuotissimus,

MICHAEL MAVCLERC Presbyter, & Doctor Sorbonicus indignissimus.

REGI



REGI FRANCORVM ET NAVARRAEORVM CHRISTIANISSIMO,

LVDOVICO XIII.

PRIMOGENITO AC SPECIALI ECCLESIAE FILIO.

VICTORIA, SALVS, ET GLORIA.



ACRAS regni cœlorum claues cum Sanctis præcipuè Francorum de cœlo missis liliis, in hoc opere, diuino charitatis Christianæ vinculo coniungo. REX CHRISTIANISSIME, Propterea post sanctissimo vniuersalis Ecclesiæ Pastori, omnium patri fidelium, harum dispensatori clauium iustè, religioseque consecratum, tibi primogenito sacratissimæ huius Ecclesiæ filio, Christianissimo liliorum Regi opus illud iure meritissimo deuoueo. Et vt S. Ambrosius Gratiano Imperatori religiosissimo, de bello contra rebelles, & impios Ecclesiæ, imperijque perduelles redeunti, lauris redimito victoriæ, maturantique ad noua certamina aduersus alios diuinæ, humanæque maiestatis hostes, præclarissimi de fide operis oblatione, summa cum reuerentia, & obsequij consecratione Sacerdotalis occurrit: Ita ego Sacerdos indignissimus, humillimus tuæ maiestatis subditus, tibi gloriosè, & meritoriè de pugna contra sceleratissimos Christi, ac tuæ maiestatis rebelles, obstinatissimos non minus regni tui, quàm Ecclesiæ Catholicæ perturbatores, & osores reuertenti, iamiamque ad noua, religiosaque contra eosdem Christianæ societatis incendiarios, bella proficiscenti, huius de sacra monarchia operis oblatione reuerenter occurrere desideraui. Et occurri certè, [a] si non vestigio, saltem animo & voto; in quo maiora sunt officia Sacerdotis. Occurri dico. Quomodo enim absui, quem toto sequebar affectu? Cui

Causa dedicati operis vtriq; principi summo, spirituali, & seculari Christianissimo.

[a] Ex D. Ambrosio epistola Dedicatoria ad Gratianum Imp.

ẽ

sensu ac mentibus inhærebam? Et certè maior animorum præsentia est. Tuum quotidianum iter legebam: nocte ac die in tuis castris cura & sensu locatus, orationum excubias prætendebam, etsi inualidus merito, sed affectu sedulus. Et hæc quidem cum pro tua salute deferebamus, pro nobis faciebamus. *Vbi pietatis officium in Ecclesiam Dei regnumque vestrum, in tali opere residere comperi, audax negotium verecunda occasione suscipere in eo scribendo non dubitaui. In quo valdè multumque sudaui, vt singularia bona, prosperitatesque maximas in Ecclesiam Dei, Christianosque fidelium cœtus effusas, hac luce clarius aperirem: quas lilia Gallica sacro cum clauibus Apostolicis sociata fœdere copiosè progenerant. Quod eò tibi acceptius fore propterea confido: quò tales vt Rex Christianissimus, Ecclesiæ Dei, regnique tui prosperitates ardentiùs exoptas. Pulchra liliorum cum clauibus sanctis analogia! Præclaræ conformitates! Spirituales cœlorum regni claues, Christus Dominus supremam in Ecclesia sua iurisdictionem potestatemque designantes, Romano Pontifici, vniuersali Ecclesiæ suæ Pastori per manus Sancti Petri donauit: vt cœlos mærentibus aperiret, immeritisque clauderet: tibi verò in persona Clodouæi, primi inter Franciæ Reges Christiani, lilia diuinitus è cœlo missa concessit. Per claues Sancto Petro & successoribus eius traditas, summum in Ecclesia sua principatum, suo collatum Vicario Christus D. ostendebat: per lilia è cœlis Angelico ministerio demissa, sanctas Regiasque virtutes explicabat: quibus Franciæ Reges præditos esse voluit, vt feliciter in terra regnarent, & postea secum in cœlo immortaliter beati triumpharent.*

Ergo tu, Christianissime Princeps, qui maiorum tuorum cum Regno virtutes per lilia significatas hæreditasti: hunc ingenij mei non mediocriter infirmi fœtum multo partum labore grata generosi animi significatione suscipe. In quo lilia regni tui, & aliorum principum Catholica religione sublimium stemmata sacratissimo penitus indissolubili charitatis Christianæ funiculo cum Sancti Petri clauibus copulata beatissimè fœderantur. Qui mystica lilia, maiorum nempè tuorum virtutes, non in scuto solùm, sed in animo earum æmulator magnificus meritoriè gestas. Cum enim matura diligentique cogitatione meus animus in vitam tuam, mores, facta, heroico, religiosoque completa conatu, ab ipso nascentis infantiæ germine conuertitur; nil nisi speciosas, mirabilesque virtutes à stirpe maiorum nobiliter egressas illustribus liliorum proprietatibus expressas aspicio. Lilij namque flos admodum in candore suo formosus. Candor eius eximius, *inquit Plinius,* foliis foris striatis, & ab angustiis, in latitudinem paulatim sese laxantibus. *Et insuper flos ille lenis, pinguis, odorifer, pulchre modo se sursum efferens, modo deorsum venustè deprimens.*

2. Pars. Rex Christianissimus lilium mysticum valdè pulchrum. Collatio regiarum virtutum cum liliorum proprietatibus.

*In quibus naturalibus lilij proprietatibus regias in te virtutes à tuis
profectas patribus, egregiasque iucundè lustramus, lustrando mi-
ramur, & dignè mirando maximis pro nostra infirmitate honori-
bus attollimus. 1. In candore lilij vita tua puritatem, castita-* 1.
*tem maritalem, qua innocenter albicaris, cernendo veneramur.
2. In lenitate benignitatem natura: 3. in pinguedine magnificen-* 2.
tiam, affectionemque liberaliter dandi regiam, qua propter alios fru- 3.
ctuosè pinguescis, intuemur. 4. In odore suauissimè fragranti bo- 4.
*ni nominis, famaque laudabilis integritatem, qua in omnes orbis
Christiani nationes meritis, recteque factis odorifer suauissimè dif-
funderis, honorificè contemplamur. 5. In illa superius ad cœlos ele-* 5.
*uatione supernarum, cœlestiumque rerum desiderium mentis oculis
deuotè speculamur, quo super astra corde sublimis, apertus affe-
ctu, suspirans bonis operibus eleuaris. Et in hac modesta deorsum,*
decentique depressione, [a] *honoratam in principe humilitatem, ac* a S. Bernard. S. Ambros. epist. ad Gratianũ Imp.
*sublimiter in Imperatore, Regeque prædicandam cum honore su-
spicimus: affabilem præterea comitatem, qua velut odoramento
gratissimo perfusus magna in tuorum familiaritatem subditorum
facilitate propendes. Quibus inspectis, & attentè consideratis me-
ritò ad has in te virtutes, tanquam floridulas, odoriferasque virgi-
nes cum Propheta clamare licebit.* [b] Florete flores, sicut lilium b Eccles. c. 39.
date odorem. *Sed alia præclara de magnis in te virtutibus, earum-
que fructibus mysteria collata cum illis alia proprietates liliorum euol-
uunt.*

Lilium propter futuram florum pulchritudinem, & cum pul- *6. Comparatio lilij proprietatum cum Regiis virtutibus.*
*chritudine fructuum fœcunditatem, qua à primo radicis pro-
ducto germine concipiuntur, symbolum spei virtutis esse per-
hibetur. Vnde vetustas replicantes historias huius spei virtutis* *Lilium symbolum spei.*
*inscriptioni figuram lilij potius, quàm alterius cuiusque floris an-
nexam fuisse legimus.* [c] *Nummus aureus Antonini Imperatoris* c Pierius lib. 55 Hieroglif. cap. de lilio.
*cognomento Pij Deæ lilium dextra portantis effigie, cum hac in-
scriptione* [d] Spes publica *decorabatur. Ante huius Imperatoris* d Antoninus Pius.
tempora [e] *Claudius Augustus hanc inscriptionem cum simili* e Claudius Augustus.
*Deæ lilium dextra gestantis figura nummis suis insculpi man-
dabat. Sicut priùs illo* [f] *Tiberius Imperator pari Deæ lilium dex-* f Tiberius Imp.
tera tenentis porrigentisque cum his literis, Spes augusta, *num-
mos suos ornari iubebat. Sic post eorum tempora* [g] *Hadrianus* g Hadrianus Imp.
*Imperator in nummis suis eiusdem Deæ lilium prætendentis,
cum hac inscriptione,* Spes populi Romani *effigiem incidere fe-
cit. Quantus in animo tuo diuinæ spei fulgor illuxit, qui ab ip-
sis vitæ tuæ cunabulis* [h] iactasti cogitatum, curamque tuam su- h Psal. 54. v. 23.
per Dominum, vt ipse te enutriret? *Qui non ab adolescentia*

solum, sed ab ipsa infantia Christi D. iugum portare voluisti, [a] *vt bene tibi esset, qui in vitalis auræ crepusculo, primoque ætatis tuæ flore ad eum vigilasti, vt inuenires, vt* [b] *salutem ab eo tuam hauri-res, & eo sic inuento prospere fruereris?*

a Hierem c. 3
b Prouerb. c. 8.

Quàm magnam, veram, non vanam, fallacemque de maximis virtutibus in te cùm maturior ætas aduenerit gloriosè regnaturis, spem omnes boni conceperunt: cum tot præclarè, religioseque factorũ, in teneris annis, & in primis, vt Græci loquuntur, vnguiculis, à te pro-duci specimina cernerent? Quàm iustiùs, veriúsque illi de te, quàm Poeta Latinus de nobilissimo iuuene Marcello canere debue-runt.

b Virgil l. 6. Æneid.

[b] Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos
In tantum spe tollet auos, nec Romula quondam
Vllo se tantum tellus iactabit alumno.

c S. Ambros. l. 1. de virgi-nibus.

Ostendisti facto [c] nullam esse ætatem immaturam virtuti, *qui ante annos sapuisti, qui* magisterium virtutis impleuisti, *dum* præiu-dicium adhuc vehebas ætatis. *Respexisti in heroica magnorum principum gesta, Dei, Ecclesiæque eius consecrata seruitio: quæ in primis erumpentibus ætatis teneræ germinibus, gemmisque supra pueriles annos plusquam viriliter operati sunt: vt ea facta non tam ætatis, quam immortalitatis, studiosa in pectus tuum imitatione pe-nitus effunderes, & operatione generosa potenter in te perficeres. Arrisit tibi valdè dulciter* [d] *Dauidis vix dum adolescentiæ limen e-gressi, nobile cum Goliath gigante duellum: qui pro gloria Dei, po-pulique salute, non cum gladio, sed cum lapillis, quasi pueriliter dimicauit. Sed tamen caput eius quasi vir fortis ictu pugionis ob-truncauit. Proposuisti in conspectu tuo regis* [e] *Ioas in ætate tenera factum mirabile contra excelsa dæmonum, & idolorum prostitu-tiones religiosa fortitudine pugnantis, & de sarto tecto templi Dei, deque eius immaculatè protegenda religione, cum Sacerdo-tibus, deuotione prudenti disputantis. Et* [f] *Iosiæ Regis Iudæ tunc ado-lescentis, vel pueri potiùs; at non pueriliter, sed viriliter pro Deo pugnantis factum memorabile quanta te iucunditatis amœnitate perfudit? Cum eum omnia vasa Baal de templo Domini, cum Sa-cerdotibus proiicere, & in conualle Cedron flamma vorante succen-dere, mente, cogitatione, sanctoque imitationis appetitu cerneres? Hæc tibi puero, adolescentulo postea, sed senili maturo prudentia, pio-rum Regum pro Dei seruitio, eiusque protectione religionis, & regni mirabilia in primis ætatis annis operatorum proposita sunt ad imitandum de foro vetusta legis exempla: sed Euangelicæ gratia legis, religionis Catholicæ forum, sacrumque sponsæ Christi gremium, lon-gè plura optimorum, religiosissimorumque principum maioris ef-ficaciæ ad ea effectu maturo, sapientique suauiter æmulandum tibi*

d 1 Reg. c. 17.
e 4. Reg. c. 11.
f 4. Reg. c. 23.

ministrauerunt exempla. Quale fuit illud Gratiani Imperatoris optimi, qui ad seruiendum Deo plena fide, & charitate perfecta, ab incunabulis, *vt loquitur S.*[a] *Ambrosius*, pio semper fuit affectu, *quem sequentes ostentarunt effectus. Cui propterea sanctus Pater loquentem Deum sic introducit.* [b] Priusquam te formarem in vtero matris tuæ noui te, & priusquam exires de vulua, sanctificaui te. *Alter tibi religiosus ad imitandum Imperator Honorius oblatus est: qui vix ortus in lucem, vix pueritiæ metas assecutus, inimicorum Dei, religionis, imperij perduellium, & imperialibus armis generosè capita contriuit. De quo propterea non mendaci musa poeta cecinit.*

[a] S. Ambr. in proœmio de librorum fide.
[b] Hierem. c. 1.

[c] Spes, votumque poli, quem primo à limine vitæ,
Nutrix aula fouet: strictis quem fulgida telis,
Inter laurigeros aluerunt castra triumphos.

[c] Claudianus de 3 consulatu Honorij.

Quem paulò pòst his per apostrophem versibus alloquitur.

Cognata potestas
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro,
Lustrauitque tuos aquilis victricibus ortus
Miles; & in mediis cunabula prębuit hastis.

Et iterum paucis interpositis.

Reptasti per signa puer, Regnumque feroces
Exuuiæ tibi ludus erant, primusque solebas
Aspera complecti toruum post prælia patrem.

Hoc Imperatore non fuit inferior nepos Theodosius Iunior in seruiendo Deo, in eius honore protegendo, eius hostes Ecclesiæ, & imperij laureatis armis exterminando puer armatus. [d] *Qui in cunis è sacri recens baptismi fontibus egressus, idololatras infideles, & hæreticos Palæstinos scelerata inter se ad Christianæ religionis, imperijque Romani exitium conspiratione fœderatos, illorumque sacrilegum fanum idolo Marneo prostitutum, patris fultus armis Arcadij destruxit. Similibus postea Christianæ religionis, & imperij perturbatoribus, crescens ætate, sed virtute celerius, S. Pulcheriæ consilio, & sapientia sororis adiutus, arma victricia feliciter intentauit.*

[d] Ex Marco Diacono de legat. SS. Porphirij, & Ioãnis Episcoporum Gazæ & & Cæsareæ Palęstinæ.

Sed præter externa bonorum principum exempla, domestica patrum, maiorumque tuorum maximos sancti Desiderij, generosaque cupiditatis stimulos sub tuo efficaciter pectore verterunt: vt in matutino vitæ tuæ primum [e] regnum Dei quæreres, & iustitiam eius, vt omnia postea tibi adijcerentur. *Instar omnium fuit S. Ludouicus, ex cuius sanctissima stirpe progenitus, illustrissimum, serenissimumque lilij germen effulges. Qui* [f] *anno ætatis suæ duodecimo, vt primum huius regni gubernacula suscepit, cœpit etiam sanctissimum dominicæ crucis onus humeris laboriosè subire, atque suaue, licet asperum carni, Christi Domini iugum ab adolescentia sua*

[e] S. Matt. c. 6. v. 33.
[f] Ex Ioanne Ionuillæo.

voluntariè portare. Operam dante matre sanctißimi Regis Blancha, sicut serenißima Regina Matre tua suo tempore pro te fecit, vt filius à religiosißimis viris piè numen colere, Christianam purißimè religionem defendere, regnique iustitiam contra omnes publica, priuataque salutis oppressores effectu ipso protegere disceret. [a] *Vnde teneram principis ætatem dilexisse superos apparuit: cum anno illius regni secundo phrenesis superbißima, hæreticaque Albigensium furia in momento conciderit, qua antea nullius principis armis destrui posse videbatur. O te fortunatißimum, cælestibusque gratißimum principem! Quòd cum tot sanctis principibus Deum, eius gloriam, cum eius Ecclesiæ protectione, tuique regni salute, in diluculo vitæ tuæ tam religiosè, quam generosè quæsiueris.*

a Ionuil. in S. Ludou. vita. Masson. l. 3 annal. in S. Ludouico.

7. *Comparatio. Flore lilij nullus fœcundior, & celsior, sic Rege Francorum nullus virtute fœcundior, & dignitate sublimior.*

Vnde vita tua crescens magis crescit virtutibus, & quò ætas tua succedente tempore fit maturior, & dierum multiplicatione productior, eò bonis fit fœcundior operibus, & præstantioribus factis excelsior, lilij instar, cuius flore nullus ad producendum fertilior, & promptior: [a] Qui vna radice quinquagenos sæpe bulbos emittit. *At præter fœcunditatem est etiam altitudinis in eo flore præstantia, cum qua nulli flores possunt de proceritate certare.* [b] Interdum enim lilij celsitas ad trium cubitorum & vltra sublimitatem surrigitur, languido semper collo, non sufficiente capitis oneri.

a Plin. l. 21. c. 5. b Plin. ibid. Pierius l. 5. c. de lilio.

8. *Cõparatio. Sex folia lilij sex sunt virtutes constitutæ gradus tribunalis regij.*

Sed alia virtutum tuarum mysteria in liliorum proprietatibus latentia disquiramus. Lilij flos sex habet folia candida, quæ sex mystici gradus tribunalis spiritualis à Spiritu sancto regaliter in corde tuo constructi nominantur; quod quotidie ascendere debes, vt te primum interius, deinde alios exterius iustè iudices: sicque sanctè cuncta ad nutum iudicis omnipotentis Dei regni tui negotia moderreris. Gradus illi sunt, sapientia, veritas, iustitia, fortitudo, clemens æquitas, & ad omnes quibus imperas æqualitas. Sapientia, mundi Saluatoris æternæ sapientiæ exemplar in bene regnãdo respicis, vt illud obseruatione salutari feliciter imiteris. Veritate, triplici lingua oris, cordis, & operis vera loqueris, nihil habens in ore quod tale non sit in corde: & nihil in corde, quod simili puritatis, sanctitatisque radio non fulgeat in opere. Iustitia honestè viuis, neminem subditorum tuorum lædis, & suum cuique tribuis. Fortitudine malorum in iudicio perstringis iniquitates, in regno subditis ignoscendo, rebelles superbosque debellas. Æquitate clementi rigorem summi iuris, ne summa fiat iniuria temperas, & peccatoribus suas culpas humiliter agnoscentibus regia mansuetudine parcendo misereris. Denique rectitudine æqualitatis in iudicio nullarum es acceptor personarum, instar Dei, ac si cum illo apud poëtam Latinum diceres.

c Æneid. l. 10.

[c] Tros, Rutilusue fuat nullo discrimine habebo.
Sua cuique exorsa laborem

Fortunamque ferent: Rex Iuppiter omnibus idem.

At præter sex illa folia, niue ipsa candidiora, lilium etiam intus ha- 9. *Cõparatio*
bet aureum, septem distinctum granis: [d] cuius cum candor sit *Semen aureũ*
in foliis, *inquit S. Isidorus*, auri tamen species intus refulget. *lilii, Regis*
Magnum profectò mysterium hoc, mirabilem in te virtutem, alia- *charitatem*
rum reginam charitatem nempè detegit, & eliminat. Quæ velut au- *repræsentat.*
rea sella in throno regio tibi ad meritoriè iudicandum in conspectu d S. Isidor. l. 17 orig. c. 9.
Domini subseruit. Cui ad salutem æternam radicatus insides, quæ
est bonorum omnium radix. Cui reliquæ virtutes, & opera tua pe-
nitus inniti debent, vt te vitiorum à tua maiestate domitorum spo-
liis ornatum, victoriarum de cunctis Dei, Ecclesiæ, regnique tui ho-
stibus relatarum lauro redimitum, ad triumphantem diuinæ beati-
tudinis aulam gloriosè portare valeant. At aureum illud lilij se-
men, septem granis distinctum est, quia charitas tua, tot fœcunda
meritis, septem comitata Spiritus sancti charismatis tanquam diui-
nis, aureisque granis deaurata splendidißimè coruscat. A quorum
radice septem aliæ virtutes, omnes scilicet, totidem mortalibus op-
posita peccatis, cum fœtu animarum salutis copiosissimo nascuntur.
Vt illud Esaiæ vaticinium in te compleatur, apprehendent septem
mulieres virum vnum. [e] *Quàm formosæ, quàm speciosæ mulieres,* e Esaiæ c. 4.
mysticæ virtutes illæ, septemque Spiritus sancti gratiæ! Quæ in ca-
stissimo cordis thalamo tibi religiosissimè maritantur.

Verum tibi præstantissimo, magnificentissimoque lilio dum lilige- 3. *Pars.*
rũ opus, sacris, & Apostolicis innixum clauibus religiosa consecratio- *Christus D.*
ne deuoueo: diuinorum liliorum, virgineorum, sanctorumque vir- *Deipara Vir-*
tutem, misericordiam, & efficax auxilium summis deprecationibus *go, angeli, san-*
pro te, votisque supplicibus efflagitare non cesso. Quænam illa sint *ctique omnes,*
lilia quæris? Christus Dominus, Deipara Virgo, Angeli, sanctique *lilia nuncupa-*
omnes! Christus Deus homo lilium diuinum est, qui dicitur in Can- *ti: quos pro*
ticis. [f] Flos campi, & lilium conuallium. *Sanctissima Dei mater* *salute Regis*
lilium virgineum, de qua sponsus filius eius, [g] Sicut lilium inter *author preci-*
spinas, sic amica mea inter filias: *reliquas scilicet iustorum animas.* *bus summis*
[h] Cuius venter sicut aceruus tritici vallatus lilijs, *spiritualibus* *obtestatur.*
nempè, qualia sunt virtutes eius: [i] Inter quæ Iesus corona Vir- f Cant. c. 2.
ginum pascebatur. *Angeli quoque lilia sunt, qui sicut de liliis in* g Cantic. 2.
Euangelio loquitur Dominus. [k] Neque laborant neque nent: h Cantic. c. 7. v. 2.
[l] *quod suam perfectionem, candoremque gloriæ à principio vincen-* i Cantic. c. 2. & cãtus Eccl.
tes in sanguine agni immaculati possederint. Sancti denique sexus k S. Lucæ 12.
vtriusque lilia sunt. De quibus singulariter Ecclesia canit. [m] Iu- l S. Hilar. in S. Matth. can. 5. S. Ambr. in S. Luc. 12.
stus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Domi- m Cant. Eccl.
num. Qui sunt apud Prophetam quasi lilia in transitu aquæ *spi-* n Eccl. c. 50. v. 8.
ritualis, nempe gratiæ [n] salientis in vitam æternam. *Qui sunt veluti*
populus Israel mysticus videns Deum, vincens, atque triumphans

cum illo. Qui propterea meliùs quàm Israel carnalis, sicut lilium in terra germinarunt. De quibus in mysterio, spiritualique sensu sub persona Israël dicebat Dominus. [a] Ero quasi ros Israel, germinabit sicut lilium, & erumpet radix eius, vt Libani. *Radices nempè mittet adeo profundas, sicut arbores Libani, quæ omni propterea temporis rerum edacis inuidiosa vetustate superiores, immortali flore vestiri dicuntur.*

[a] Oseæ c. 4. v. 4.

At dum pro te lilio Christianissimo, Deum Saluatorem nostrum, Deiparam Virginem, Angelos, omnes sanctos, sanctasque supplicationibus, precibusque humiliter obtestamur: ne despicias, ô Rex Gallicorum liliorum religiosissime, nostras orationes: quas ad pedes maiestatis vestræ humili prouoluti reuerentia, pro lilio immaculato, quod est Ecclesia Christi sine ruga, & macula, fundimus. De quo sponsus æternus alio sensu, quàm de Beata Virgine modo dicebamus, aiebat in canticis cap. 2. [b] Sicut lilium inter spinas; sic amica mea inter filias. *Sed quas filias? Deus bone! filias matri rebelles, impudicas, de prostibulo inferni, suarum turpitudinum, errorum, improbitatumque fœtores exhalantes, hæreses videlicet;* [c] *quæ gremium sanctæ matris Ecclesiæ, de quo per scelera multa exierunt, tanquam spinæ crudeliter acutæ lacerant, illudque inflicto suarum blasphemiarum vulnere cruentant. Salus tua, regnique tui, huius sanctissimæ fidelium principum, populorumque matris defensio est: gloria tua illius exaltatio pacata, & felicitas in æternitate consequentis æui te manens in cœlo, in illius sponsæ Christi per te generosa charitate, Christianaque fortitudine defensa triumpho de cunctis hostibus gloriosè reportato conquiescit.* [d] Accingere *itaque* gladio tuo super femur tuum potentissimè. [e] Et restituat sibi Cæsar quæ Cæsaris sunt, & quæ sunt Dei Deo. Vtrumque interesse Cæsaris constat, & propriam tueri coronam, & Ecclesiam defensare. Alterum Regi, alterum conuenit Ecclesiæ aduocato. *Ab hac sanctissima Christi sponsa, cuius primogenitus, specialisque filius es defensione, necnon promouenda summæ dignitatis in animas amplitudine, ne recedas vnquam: altissimis generosi desiderij, regiaque, optimæ scilicet voluntatis radicibus illud S. spiritus oraculum ore Sanctorum Patrum in Nicæa 2. Synodo prolatum, tuo semper in animo sapienter insideat.* [f] Sacerdotium imperij sanctificatio est, & constitutio: Imperium verò Sacerdotij fortitudo, & firmamentum. De quibus sapiens quidam Princeps, & in sanctis Regibus beatissimus ait. Maximum donum Deus hominibus præstitit, Sacerdotium, & imperium; illud quidem adornans, & regens cœlestia, hoc verò gubernans ista terrestria. *Ne finas in languida Ecclesiæ Dei, regnique tui defensione, aciem Christianæ maiestatis hebescere: dum*

4. Pars. *Regem liliũ Christianissimum author humillimè deprecatur, vt afflictæ sponsæ Christi Ecclesiæ lilio castissimo succurras, rebelles hæreticos refrænando, & fideles Catholicos virtute regia confortando, & exaltãdo.*

[b] Cant. c. 2.

[c] Ex oratione S. Leandri episc. Hispal in concilio 3. Tolet. pro conuersione Gothorum.

[d] Psal. 44.

[e] S. Bernard. ep. 143. ad Conradum Regem Germaniæ de officio principum.

[f] Concil Nicen 2. act. 7. ex epist. Patriarcharum Alexand. Antioch. & Hierosol. ad Tarasiũ Patriarch Constantinop.

illam rebellio, armataque rabies perditorum hæreticorum terras regni tui vastantium, vrbes, contra vestræ maiestatis edicta latrocinio nefario retinentium, fidelesque tuos subditos, cum fortunarum deprædatione trucidantium impune relicta destruere moliuntur. Ne suauissimus Deo, iustisque gratissimus, regiæ authoritatis odor, hac exitialis impunitate rebellionis atteretur: haud secus quàm flos lilij suauem cùm integer est efflat odorem, fractus verò malè olet, fœtoremque spirat ingratum. Hoc quis fidelium Catholicorum non videat, quis non odoretur, planeque sentiat? regiam tuam maiestatem, si illæsa, integra, potestate sublimi, per fidelium subditorum obedientiam, obsequiumque docilium populorum filiale, inuiolata subsistat, suauissimum, per paternam mansuetudinem regij fulgoris, authoritatemque, pacis, ac tranquillitatis odorem feliciter emittere? At si fracta, & imminuta per audaces perditorum subditorum à Gallica in Reges suos fidelitate, amoreque sincero degenerantium, vt hæreticorum rebelliones, factionesque fuerit: tunc illa, proh nefas! fœtidè olebit, atque per ignominiosam oppressa, & adulterata dignitatis regiæ prostitutionem, auctoritatis auctoramento supremæ destituta putrescet. Quod omen Deus auertat. Et quoniam semper appetens veræ gloriæ præter cæteros orbis Catholici Reges, & auidus laudis ab heroicis, Christianisque virtutibus profecta fuisti: Delenda est tibi illa macula bello contra rebelles hæreticos superiore suscepta, quæ penitus iam insedit, & inueterauit in tuo, nobilium tuorum, populorumque Galliæ Catholicorum nomine. Quod illi rebelles hæretico furore perciti, qui tot causa malorum, tua superbissime iussa contempserunt: tuis edictis insolenter illuserunt, tuæ maiestatis Christianissimæ sanctitatem, impietate intolerabili blasphemarunt: tot regni tui terras, regionesque vastarunt: tot nobilium illustrium, generosorum ducum, aliorumque sub liliorum vexillis, pro seruitio Dei, tuoque pro Ecclesiæ regnique salute strenuissimè militantium neces patrauerunt: tot denique religionis Catholicæ sacra furiosis profanationibus adulterarunt: non modo nullas adhuc pœnas suis dignas sceleribus susceperunt: sed ab illo tempore iam ferè annum effrenatè, superbeque regnant. Et ita regnant, vt se non vrbium, non castrorum, quæ tibi inuito detinentes iniuriosissimè deprædantur, latebris occultare velint: sed emergere ex locis illis, & in aliis regionibus, hoc est in media regni tui, omnia populando, profanandoque luce versari. Noli dubitare virtutes tuas aduersus eos extendere factis. Impios quippe eorum contra te, contra iustitiam, & pietatem causa tua, conatus, & ausus sacrilegos Christus de cœlo respicit, vt eos confundat: & tua sanctitati, atque iustitia victorias de illis optatas, magnificaque plenis manibus trophæa largiatur.[a] Nosti enim fide, pietate, & iustitia magis Imperatoris, *ac Regis*, quam virtute militum quæri solere victo-

10. *Sanctus regiæ maiestatis honor & suprema auctoritas perditorum rebellione subditorum impunè tolerata, adulterata putrescunt sicut flos lilij fractus malè olet.*

5. Spes optatæ victoriæ à Christi Domini miserationibus egressura regi Christianissimo non confundens affulget.

a S. Ambr. in prœmio librorum de fide ad Gratianum.

riam. *Vnde* Iesus filius Naue hostes quos totius exercitus manu valida superare non poterat, septem tubarum sacerdotalium sono vicit, vbi ducem cœlestis militiæ agnouit. *Ergo & te contra rebelles Dei priùs, quàm tuos, hostes, ad victoriam te praparato, qui Christum in sanctitate, & iustitia fideliter adoras: ad lauros triumphales accurrito, qui fidei Catholica puritatem, cum pia, paternaque tuorum subditorum fidelium libertate vindicas.*

I decus, i nostrum, melioribus vtere fatis!

11. Lilium medicinale ex omni sui parte varios sanans morbos, virtutes Regis varias peccatoribus rebellibus salutare pro cōuersione sua remedium ministrantes consolando iustos exprimit.

Vt aut rebelles istos diuina, tuaque læsa maiestatis Christianissima reos, in sua obstinationis nefaria duritia perseuerantes, conscientia perditos, ad cor redire renuentes, iusto penitus armorum tuorum robore destruas; aut, quod magnopere cum bonis omnibus exoptamus, ad se reuersos, vera contritos pœnitentia, in salutaris obedientia tibi debita portum, magna diu rebellionis iactatos execrabilis tempestate reuertentes, regia misericordia subsidio salues, saluti ante perdita, sed postliminio reuersa restituas, illisque suos in amaritudine cordis errores agnoscentibus clementer ignoscendo miserearis. Sic verè lilium ex omni sui parte medicinale, ad varias sanandas ægritudines, morbosque pellendos, in correctione rebellium, & consolatione iustorum obsequio tibi deuotorum pracipuo subditorum, te esse monstrabis. 1. Habet quippe lilium virtutem apostemata maturandi, vt cito secta saniem, & virus emittant. 2. Habet parte ex alia morborum do-
1. *lores mitigandi facultatem. 3. Habet tertio loco facies humanas, vul-*
2. *tusque mundificandi vires, qua venustatem pulchritudinis asper-*
3. *gant. 4. Insuper duritiem carnis emolliendi efficacia pollet. 5. Prater*
4. *hac eius innata virtute pori antea obstrusi ad sanitatem corporis ape-*
5.
6. *riuntur, 6. Compacta dissoluuntur: 7. Humores repercussi compri-*
7. *muntur: 8. Veneni malignitas, lethaleque virus extinguitur. 9. Cun-*
8.
9. *cta denique vulnera sanantur.*

O magnum in his occultis naturalis lilij facultatibus, in te de tuis regiis in refrænando malos, & consolando bonos virtutibus expressum mysterium! Qui in rebellibus impiis per longam patientiam eos ad obedientiam tibi debitam, ad pœnitentiam rebellionum, maléque factorū expectans, dum illi hac tua patientia, & lenitate pertinaciter abutuntur, illorum peccata maturas in profundum malitia deducta: postea iustitia tua gladio maturata secas, at clementer tamen, atque perfodis, vt sic rebelles isti saniem scelerum castigati misericorditer emittant: nisi planè vt Pharao indurati corde desperentur. 2. Morborum dolores mitigas, cum bonos, fidelesque tuos, tua robore fortitudinis ab improborum tibi contumacia reluctantium oppressione liberas. 3. Facies mundificas, cum obedientium subditorum, per sanctam vita reformationem, perque virtutum de vitijs triūphantium victorias, tuo magis exemplo sanctificas. Duritia carnis emollis, cum

obstinatos tua mansuetudine conuertis, & ad cor legum tuarum virga redire compellis. 5. Poros aperis cum in iustorum tibi fidelissimè seruientium faucibus ore, & corde Deo gratiarum actiones, pro te supplicationes, & exultationes; propter hostes à te victos, seque ab eorum furore liberatos excitas. 6. Compacta dissoluis, cum pauperes subditos grauibus oppressos afflictionibus, durisque vexatos calamitatibus, aliqua subsidiorum relaxatione subleuas, compassione recreas, tuarumque miserationum largitate consolaris. 7. Humores vitiorum repercussos comprimis, cum obstinatos tandiu tuis in contumacia obsistentes edictis, dociles efficis, tuasque leges obsequendo reuereri cogendo prouocas. 8. Venena omnes & singulos intoxicantia contrariis medicamẽtis destruis, cũctisque subditorũ tuorũ vulneribus remedia porrigis, cum omnia in regno tuo vitia salutaribus oppositarum virtutum armis exterminas, & omnia spiritualia subditorum vulnera bona reformationis remedio sanas. Sic pacem Dei, quam mũdus dare non potest, omnibus fidelitate Catholica tua subditis maiestati optatam fœtu diuinarum benedictionum multiplicato tam cumulatè largiris: vt hac de te longè iustiùs, ac veriùs, quàm olim populus Romanus in ethnica tenebris infidelitatis ambulans audire merearis.

[a] Tu regere imperio populos, Ludouice, memento:
Hæc tibi erunt artes, pacique imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos.

a Æneid. 6.

Post hæc quid expectare tuis religiosis, heroicisque debitum meritis, quid Regiis, id est sanctis, piisque maximè dignum factis, spe magna, quæ non confundit, exultans præstolari debes aliud, quàm immarcessibile sempiternæ gloriæ lilium? [b] Cuius folium nunquam defluet: [c] quod floribus vernat æternis. *Cuius immortalis gloriæ fulgore coruscãtis lilij figura* [d] *in veteri testamẽto*, per lilia post sphærulas in candelabro posita præcesserat. *Hoc gloriosũ liliũ, diuinæ pulchritudine felicitatis immortaliter effulgens, ego cum bonis omnibus verè Catholicis à diuino liliorum lilio Christo Iesu* Rege Regum, & Domino Dominantium, *pro te humillimis, & ardentissimis zelo charitatis orationibus efflagito. Vt post longos in hac vita faustè traductos annos, post victoria lauros de rebellibus diuinæ, tuæque maiestatis hostibus honorificè reportatas, post optatam pacem bonis fœcundam temporalibus, tuis fidelibus, Catholicisque subditis meritoriè restitutam: post alias denique volubiles transituræ prosperitatis amœnitates, te, Christianissime Princeps, beata cœli statione receptum, æterno huius diuini lilij fulgore coronare dignetur.*

Pro conclusione immarcessibile gloriæ sempiternæ lilium ab immẽsa Christi Domini misericordia regi tradendum Christianissimo rogatur.

b Psal. 1.
c S. Greg. ho. 6. in Ezech.
d Exod. c. 25.

Vestræ Christianissimæ Maiestatis humillimus, obsequentissimus, ac fidelissimus seruus & subditus,
MICHAEL MAUCLERC.

APPROBATIO DOCTORVM.

NOs subsignati Doctores sacræ Parisiensis facultatis, attestamur diligenter fideliterque legisse Opus à M. MICHAELE MAVCLERO in eadem facultate Doctore elaboratum: quod inscribitur, *De Diuina, Ecclesiastica, & Seculari Christiana Monarchia, déque sancta inter Ecclesiasticam & Secularem illam, coniuratione, amico respectu honoreque reciproco, in ordine ad æternam non omissa temporali felicitatem.* In quo præclara omnia, orthodoxa, valde pia, Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ, regnisque Christianis admodum salutaria, ab omni contra fidem, pacem publicam, bonosque mores errore alienissima vidimus, quod propterea typis mandatū publico iure donari dignissimum iudicauimus.

C. DE LA SAVSSAYE
S. Iacobi maioris parochus.

G. HOVISIER
S. Mederici Rector.

N. YSAMBERT
Professor Regius.

G. FROGER
Parochus S. Nicolai à Cardineto.

F. G. BILLAVD
Primus Regens apud Prædicatores.

F. ÆG. DE AMORE
Prior Prædicatorum.

F. CHARTON.

I. BANDEL.

PRIVILEGE DV ROY.



LOVIS PAR LA GRACE DE DIEV ROY DE FRANCE ET DE NAVARRE. A nos amez & feaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlemens, Baillifs, Seneschaux, Preuosts, ou leurs Lieutenants, & autres nos Iusticiers & Officiers, & à chacun d'eux ainsi qu'il appartiendra. Salut, Nostre bien-amé Sebastien Cramoisy, Marchand Libraire, Iuré en l'Vniuersité de Paris: Nous a faict remõstrer qu'il a recouuert vn Liure intitulé, *De Monarchia Diuina, Ecclesiastica, & Seculari Christiana, déq; sancta inter eas coniuratione amico respectu honoreq; reciproco in ordine ad felicitatē æternā, &c. Authore M. Michaele Mauclero Doctore Sorbonico.* Lequel il desireroit mettre en lumiere s'il auoit sur ce nos lettres à ce requises & necessaires. A ces causes desirãt bien & fauorablemẽt traicter ledit suppliant, & qu'il ne soit frustré des fruicts de son labeur: Apres qu'il nous est apparu de l'acte d'approbatiõ dudit liure, signé de la Saussaye, Houysier, Ysambert, Froger, Billaud, Charton, Bandel, & Filesac Docteurs en Theologie, en datte du 3. de ce mois cy attaché sous le contre-scel de nostre Chancelerie. Luy auons permis & octroyé, permettons & octroyons de grace speciale par ces presentes imprimer, ou faire imprimer en telle marge & charactere que bon luy semblera ledit liure, iceluy mettre & exposer en vente & distribuer durant le temps de dix ans, à commencer du iour qu'il sera acheué d'imprimer: defendant à tous Imprimeurs, Libraires, estrangers, & autres personnes de quelque qualité qu'ils soient, d'imprimer ou faire imprimer, ny mettre en vente durant ledit temps ledit Liure, le contrefaire

faire ny en extraire aucune chose sous quelque pretexte que ce soit, sous couleur de fausses marques, supposez noms, & autre desguisement, sans le consentement & permissiō dudit exposant, ou de ceux ayant charge de luy, sur peine de confiscation d'iceluy, quinze cens liures d'amende, & de tous despens, dommages, & interests enuers luy, à la charge d'en mettre deux exemplaires en nostre Bibliotheque publique auant que l'exposer en vente suiuant nostre Reglement, à peine d'estre decheu du present Priuilege. Si vous mandons, que du contenu en ces presentes vous faciez, souffriez, & laissiez iouïr ledit Cramoisy pleinement & paisiblement, & à ce faire souffrir, & obeyr tous ceux qu'il appartiendra, en mettant au commencement ou à la fin dudit Liure ces presentes, ou vn bref extraict d'icelles, voulons qu'elles soient tenuës pour deuëment signifiees, & qu'à la collation foy soit adioustee comme au present original: car tel est nostre plaisir. Donné à Paris le 10. iour de Feurier, l'an de grace mil six cens vingt & vn, & de nostre regne le vnziesme.

Par le Roy en son Conseil.

RENOVARD.

EXTRAICT DES REGISTRES DE PARLEMENT.

VEV par la Cour les Lettres patentes du Roy, donnees à Paris au mois de Feurier mil six cens vingt & vn derniet, signees par le Roy en son Conseil, & seellees du grand seel de cire jaune, par lesquelles ledit Seigneur permet & octroye à Sebastien Cramoisy, Marchand Libraire Iuré en l'Vniuersité de ceste ville de Paris, d'imprimer ou faire imprimer en tel marge & charactere que bon luy semblera le Liure intitulé, *De Monarchia Diuina, Ecclesiastica, & Seculari Christiana*, & iceluy mettre & exposer en vente: & distribuer durant le temps de dix ans, auec defenses à toutes personnes de quelque qualité & condition qu'ils soient d'en imprimer, vendre, & debiter sans le cōsentement & permission dudit Cramoisy: Requeste par luy presentee à ladite Cour, à fin de verification d'icelle, Conclusions du Procureur General, & tout consideré: LADITE COVR a enteriné & enterine audit suppliant lesdites Lettres, pour jouyr par ledit impetrant du contenu en icelles selon leur forme & teneur. Fait en Parlement le douziesme iour de Iuillet, mil six cens vingt & vn.

Signé DV TILLET.

INDEX OMNIVM AVTHORVM TAM Christianorum, quàm paganorum, tam Theologorum quàm cæterorum aliarum scientiarum professorum in hoc opere citatorum.

Index Authorum.

Index Authorum.

INDEX NEOTERICORVM HÆRETICORVM, impia veterum hæresiarcharum dogmata sequentium, & in multis scelerum enormitate, & multitudine superantium: quorum errores impij contra sacrosanctam inter duas Christi Domini Ecclesiasticam, & Secularem Christianam Monarchias vnionem deteguntur, ac detecti iusta cum detestatione confunduntur.

INDEX TOTIVS OPERIS, QVATVOR generalibus constantis Partibus ad duos Tomos reuocatis.

PRIMVS Tomus Partes duas, primam, & secundam complectitur.

Prima Pars in quinque Libros distributa agit de Monarchia in genere, eius essentia, origine, diuisione, proprietatibus: de Dei in omnes creaturas, deque Christi Domini tam in cœlo, quàm in terra Monarchia Diuina; item de Angelica, & eius cum Ecclesiastica comparatione.

Secunda Pars octo Libris distincta de Monarchia Ecclesiastica tractat.

Tomus Secundus duas postremas Partes, Tertiam, & Quartam continet.

Tertia Pars in octo partita Libros de Monarchia seculari Christiana differit.

Quarta, & vltima Pars, in nouem diuisa Libros, absoluitur: in qua de sancta, & amica inter se Ecclesiasticæ, & secularis Christianæ Monarchiæ coniuratione, concordia, honoreque reciproco agitur: simul temporalis, & æterna ab hac amica, sanctaque concordia, & honore mutuo profecta felicitas: sicut contrà calamitates, miseriæque à dissidio hanc sanctissimam concordiam dissoluente scaturientes, copiosè narrantur.



INDEX LIBRORVM ET CAPITVM OPERIS VNIVERSI.

PRIMAE PARTIS LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

In quo disputatur de totius mundi Monarchia, tam in cœlo, quàm in terra, Christo Domino debita, quatenus homo est, non purus, sed Deo hypostaticè iunctus.

LIBER TERTIVS.

In quo de Christi Domini Monarchia in terris agitur.

LIBER QVARTVS.

In quo de Christi regno spirituali in terris agitur, quod per se dum esset visibilis in hoc mundo, post verò gloriosam Ascensionem per Vicarium suum Rom. Pontificem exercuit, hoc verò est Ecclesia per orbem terrarum diffusa, cuius statum, & regimen voluit Christus Dominus esse Monarchicum.

LIBER QVINTVS.

Qui est de officiariis cælestis inter Angelos Monarchiæ, de eorum gradibus, dignitatibus, ministeriis, & officiis in qualibet Monarchia, & ordine ad imperium primi Angeli, aliorum principis relatis, in ordine ad gloriam principalis Monarchæ Dei Patris, Filij, & Spiritus sancti.

PARS OPERIS SECVNDA.

De Ecclesiastica Monarchia in octo libros diuisa.

LIBER PRIMVS.

In quo docetur principatum Ecclesiæ esse Monarchicum omnium optimum.

LIBER SECVNDVS.

In quo agitur de S. Petro Ecclesiæ post Christũ primo Monarcha, de eius perfecta Monarchia, longè alia à Monarchia mundi principũ, à nulla profecta potestate, aliave authoritate, quàm Christi Domini. Cuius nutu, ac iussu, ipse Sanctus Princeps Apostolorum sedem huiusmodi Monarchiæ Ecclesiasticæ in vrbe Roma erexit.

LIBER TERTIVS.

In quo agitur de supremo principatu, atque Monarchia Romani Pontificis S. Petri successoris à Christo D. Deo immediatè concessa, parem potestatem, eandemque authoritatem, qua S. Petrus in vita sua potitus est, in vniuersam Christi Ecclesiam diuinitus habentis, & exercentis.

LIBER QVARTVS.

In quo de plenitudine potestatis, & folicitudinis, quam exercet Rom. Pontifex in gubernatione, ac regimine vniuersalis Ecclesiæ tractatur, ac de aliis, variisque ministrorum Dei gradibus, ac dignitatibus, varia in eius Ecclesia officia exercentium, vt vocati in partem solicitudinis vniuersali Pastori, ac principi solicitudinis omnium Ecclesiarum magnitudine vehementer exercito piè, iustè, ac religiosè subseruiant, & opitulentur.

LIBER QVINTVS.

In quo tractatur de variis ecclesiæ Ministris, Prælatis, maioribus, & minoribus, aliisque saluti animarum inuigilantibus pastoribus, Monarchiæ Ecclesiasticæ sub Rom. pontifice inseruientibus, atque eum in sua potestatis plenitudine, ac solicitudine omnium ecclesiarum in diuersis orbis Christiani partibus adiuuantibus.



LIBER SEXTVS.

Contra monarchomachos ecclesiasticæ monarchiæ infestißimos, ac perniciosißimos hostes hæreticos, atque schismaticos, non minus regiæ, quàm pontificiæ maiestatis læsæ reos, se verè Antichristi ministros, ac præcursores immanißimos exhibentes, dum Christi D. Vicarium, eius sponsæ ecclesiæ caput visibile, atque œcumenicum monarcham, odijs, iniuriis, blasphemiis, mendaciis, omnique maledicendi, nocendique furore persequuntur.



LIBER SEPTIMVS.

Qui totus in expostulatione, & lamentatione consistit, contra schismaticos nouatoribus in catholica religionis interitum fæderatos, & contra ipsos præcipuè nouatores Lutheranos, & Caluinistas verè propter scelera multa Antichristi veri præcursores, illius mysterium iniquitatis enormiter operantes.

LIBER OCTAVVS.

Luctus, & lamentationes libri praecedentis in magna gaudia, consolationesque in hoc vltimo libro vertuntur, propter mirabiles hominum catholicorum verè monarchiæ ecclesiasticæ subditorum virtutes, à quibus magna felicitas in ecclesiam sanctam, regnaque catholica redundat.



PARS TERTIA.

DE MONARCHIA SECVLARI CHRISTIANA,

Octo libris distincta.

LIBER I.

De Monarchia seculari Christiana in genere, incipiente à Constantino Magno, tractat. Deinde mirabilia narrat, quæ sub principis illius imperio Deus pro suæ religionis exaltatione, ecclesiæque triumpho, post tot diras filiorum suorum trucidationes, martyriaque gloriosa fecit. Postremo Imperatorum, aliorumque principum Christianorum principatum diuturnum, atque felicem in fide, pietate, charitateque Christiana fundatum esse demonstrat.

LIBER SECVNDVS.

Qui est de Regibus, & principibus Christianis, post Imperatorem summum honoris, potestatisque gradum circa temporalia possidentibus in orbe Christiano, de eorum subditis, atque de mutuo Regum ad subditos, & subditorum ad Reges, secundùm Deum respectu, & officio reciproco, vt vtrique hîc pacifice viuant, Christi D. iussa seruantes, & post hanc vitam in æternæ gloriæ fruitione felices, beatique conquiescant.

LIBER TERTIVS.

Qui est de vera religione principis Christiani, atque clementia huius sanctæ semper comite virtutis.

LIBER QVARTVS.

De altero regni, Christianæque Monarchiæ neruo, seu propugnaculo, iustitia nempe principis erga suos subditos, religioni Christianæ, veroque Dei cultui subdita. Quam qualiter, & in quos, princeps Christianus, quibus Ministris, ac legibus, rectè ad suam, subditorumque salutem exerceat, hoc quarto libro demonstratur.

LIBER QVINTVS.

In quo agitur breuiter de alijs virtutibus principi Christiano omnino necessariis, vt verè filius sponsæ Christi D. ecclesiæ sanctæ nominetur, & sit: quæ iustitiam, pietatemque principis catholici semper comitari debent.

LIBER SEXTVS.

In quo agitur de alijs Christianorum principum virtutibus, de amore, honore, & vera obedientia, propter eas populorum fidelium erga illos: de præmijs quæ pios manent principes, his ornatos virtutibus, & contrà, de supplicijs tormentisque impios oppositis vitijs fœdatos principes persequentibus.

LIBER SEPTIMVS.

Qui est primus de regno, ac Regibus Franciæ, quos Christus D. multarum excellentiarum, prærogatiuarumque dono, cunctis orbis terrarum Regibus superiores fecit, atque præ illis sua misericordia, bonitatisque propensione sublimauit. Quod veræ fidei professores, & vindices diuini verbi non auditores tantùm, sed factores, atque sanctissimæ matris ecclesiæ, catholicæ, apostolicæ, & Romanæ defensores, & illius bonorum authores, atque largitores, vt filij carißimi, & obsequentißimi semper extiterint.

LIBER OCTAVVS.

Qui est secundus de regno, Regibusque Franciæ Christianissimis, atque primogenitis ecclesiæ filiis.



PARS QVARTA.

In qua de sancta, & amica vtriusque inter se Christianæ Monarchiæ coniuratione, concordia, honoreque reciproco agitur: simul temporalis, & æterna ab hac amica, sanctaque concordia, & honore mutuo profecta felicitas, sicut contra calamitates, miseriæque à dissidio hanc sanctissimam concordiam dissoluente scaturientes copiosè narrantur.

LIBER PRIMVS.

Vt salus æterna temporalisque pariatur, partaque inuiolato robore conseruetur, spiritualia temporalibus, sicut æterna caducis, & superiora inferioribus præesse, & imperare debent, sic sacrum, salutareque inter vtramque Monarchiam fœdus tutò, feliciterque seruatur. Cuius dissolutio non nisi diaboli opus est, modo tyrannorum, infidelium que furore, modo hæreticorum dementia atrociter vtentis, ad perturbandam non solùm hanc beatam, sanctamque Monarchiæ spiritualis, & laicæ concordiam, sed etiam per tales impios omnino si possit perfringendam.

LIBER SECVNDVS.

In quo declaratur quantus ille furor, & rabies diaboli sit, in animis Monarchomachorum, schismaticorum, libertinorum, fictorumque Catholicorum insidẽs, principibus regnorũ terræ rectoribus, & alijs Christianæ fidei rebuspublicis suspectã, & inuisam reddere Ecclesiæ Monarchiam, illius visibilis Monarchæ supremũ à Christo D. datum principatum, persuadere esse tyrannicum, Monarchiæque politicæ perniciosum. Atque inde demonstratione manifesta patebit quàm scelesti, atque miseri sint illi, qui sacro Catholici, Christianique nominis tecti velamine tantis diaboli conatibus machin sque patrocinantur.

LIBER TERTIVS.

Duobus prioribus libris de improbitate, & maledictione eorum dictum est, qui nefandis dissidiis sacrum, & benedictum inter spiritualem, & secularem Monarchiam à Christo D. in Ecclesia sua plantatam, & institutam, fœdus, mutuamque beneuolentiam conuellere, atque perfringere conantur: sed duobus sequentibus libris contraria tractantur.

Hoc enim libro, & quarto sequente de prosperitatibus, fructibusque salutaribus agetur, quos sancta, & intemerata harum duarum spiritalis, & secularis Monarchiarum, mutuo charitatis Christianæ nexu copulatarum conspiratio parit. Deque magnis virtutibus huius sanctæ conspirationis, sacræque vnionis cultorum, promotorumque, diuinos, ac immortales honores, præmiaque merentibus, præsertim libro sequenti tractabitur.

LIBER QVARTVS.

In quo demonstratur ab indomita huius sacræ vnionis virtute, omnem diaboli, eiusque ministrorum ruinam illius sine fine machinantium, potestatem, viresque domari: atque his domitis veram, tamdiu desideratam Dei pacem, vnà cum fidelium principum, populorūque salute in tuto poni: debito ipsis principibus honore, obsequioq; retento, quamdiu sua summo vniuersalis Ecclesiæ Pastori reuerētia, honos, & obedientia ab illis, illorumque populis inuiolatè, religioseque conseruantur.

LIBER QVINTVS.

In quo de cæcitate, insania, enormitateque criminis hostium Christi D. Ecclesiæ Catholicæ, nec non Pontificiæ dominationis à Christo D. institutæ iustissimè coercendis, atque puniendis agitur; postea de misero, & infelici eorum statu, tam Regum, ac principum, quàm eorum populorum, quamdiu Ecclesiæ non obedierint, eiusque Pastoris Rom. Pontificis Monarchiam sanctam, & piam agnoscere reuerenter noluerint. Postremò de eorum funesto exitu, quod in ista rebellione, & contemptu Ecclesiasticæ maiestatis perseuerare voluerint.

BREVIS AD LECTOREM
ADMONITIO.

De stupendis, exitialibusque diuinæ iustitiæ tonitruis contra Græcos, propter nefarias illorum rebelliones, hæreticaque schismata, contra supremam sedis Apostolicæ dignitatem, Monarchicamque Pontificis Rom. maiestatem priusquam tractemus postremo huius libri capite, duo notabimus. Primum erit de sincera, Catholicaque fide Conciliorum, Imperatorum, antiquorum patrum, doctorumque Græcorum, nec non sanctissima eorum Rom. Pontifici, vt supremo vniuersalis Ecclesiæ principi præstita semper obedientia: Secundum est de nefandissima, superbissimaque recentium, neotericorumque Græcorum rebellione, aduersus sedem Apostolicam Monarchæ spiritualis, Ecclesiasticique maiestatem huic antiquorum Patrum, Imperatorum, conciliorumque obedientiæ, fideique sinceritati maximè contraria.

Cap. I.



E puritate fidei, confessioneque Catholica œcumenicorum Conciliorum in Græcia habitorum, & Imperatorum Græcorum supremam in omnes fideles, Pastores, Prælatos Ecclesiæ, & populos Rom. Pontificis, vt vniuersalis Ecclesiæ Monarchæ potestatem, primatumque sincera religione colentium, &

LIBER SEXTVS.

In quo agitur de prosperitate temporali cum expectatione sempiterna: de certis, gloriosisque victoriis, atque triumphis virtute diuina partis, de pacifico statu, firmo, sincerè iucundo, fortique ad perfringendas omnes Diaboli vires, & machinas, piorum, Catholicorumque principum, vnà cum fidelibus populis sibi à Deo creditis. Quod sacrosanctam pacis, charitatisque Christianæ, inter ambas Christi Domini Monarchias vnionem inuiolabili obseruatione, custodiaque venerati fuerint, patremque sanctissimum, Christi Domini Vicarium suprema, filialique obedientia, & obsequio puro coluerint. Quæ quidem religiosa obedientiæ meritoriæ, obsequiique præstatione non minuitur horum principum Catholicorum dominationis, principatusque authoritas, gloria, atque prosperitas; sed miseratione diuina magis augetur, & crescit.

LIBER SEPTIMVS.

Qui totus in referendis, commemorandisque honoribus, beneficiis, obsequiis filialibus, & aliis dilectionis, fidelitatis, obedientiæque generibus insumetur, quibus Ecclesiam Dei, Rom. Pontifices, Principes spiritualis regni sub Christo D. suprenios vnà cum aliis Ecclesiis fidelibus, earumque rectoribus Reges Francorum Christianissimi religiosè prosecuti semper ornarunt, atque decorarunt, sic perfectè Sacrosanctam pacis, concordiæ, Christianæque charitatis vnionem, inter suam secularem maximè Catholicam, & Rom. Pontificis Ecclesiasticam monarchiam inuiolabili, pia, meritoriaque obseruatione custodientes.

LIBER OCTAVVS.

In quo quod superiori libro probatum est de Regibus Franciæ Christianissimis, illud de vniuerso Galliæ clero quem reliqui huius regni ordines secuti sunt, clarissimè demonstratur.

vtriusq; monarchiæ illius sũmo honore,religiosoq; obsequio colentium. 2452

LIBER NONVS.

In sex orationes diuiditur, quarum quatuor sunt parænefes panegyricæ: prima ad Sanctissimum patrem omnium fidelium tam principum, quàm populorum, Rom. Pontificem: secunda ad Regem Galliæ, & Nauarræ Christianissimum: tertia ad vniuersum Gallicanæ Ecclesiæ clerum: quarta ad Senatum Parisiensem, reliquorum Galliæ Parlamentorum coryphæum, atque principem. Post quas quinta ponetur oratio ad Deum per modum gratiarum actionis, pro beneficiis acceptis, priuatis, & publicis, & deprecatoria, vt vtramque monarchiam, quam in Ecclesia sua constituere voluit, atque Principes vtriusque fori, vnà cum populis fidelibus, quibus ex pietate, & iustitia dominantur, suis fouere miserationibus, benedictionibus sanctificare, donisque cælestibus ab omni liberatos aduersitate cumulare dignetur. Sexta & vltima ad Sacratissimam virginem Dei genitricem: cui post Deum gratiarum actiones author corde, & ore, quas per infirmitatem naturæ, ingeniique imbecillitatem valebit, maximas referre conabitur, sicque conando sua vota reddet.

Parænesis panegyrica ad Sanctissimum nostrum patrem Rom. Pontificem, in sex facilioris methodi gratia, capita suis distincta numeris, dispertita.

Parænesis Panegyrica ad Regem Christianissimum Ludouicum XIII. in quatuor partita capita.

Parænesis tertia ad vniuerſum Gallicanæ Eccleſiæ clerum, in quatuor capita diſtributa, in Prælatis, Paſtoribus præcipuis, aliiſque Eccleſiaſtico munere fungentibus, in concilio nationali, alioue cœtu congregatis repræſentatum. Quos totius cleri perſonam gerentes ad Sancti Fœderis, vnioniſque ſacræ inter ambas monarchias, inter ſummum Pontificem, & Regem Chriſtianiſſimum, alioſque fidei orthodoxæ Principes religioſiſſimam conſeruationem, protectionemque inexpugnabilem Chriſtiana exhortatione, deprecationeque compellat.

Parænesis panegyrica quarta ad illuſtriſſimum Senatum Pariſienſem, omnium huius regni Parlamentorum coryphæum, atque Principem, in quatuor, ſicut priores capita diſtributa.

Oratio encomiaſtica, in duo diſtributa capita, ad ſacratiſſimam virginem Deiparam, in gratiarum actiones, pro innumeris, maximiſque illius in principes, populoſque fideles Sancta ſpiritualis,



INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRÆ IN HOC OPERE EXPOSITORVM.

Numerus columnam, literæ a, b, c, d, partem columnæ designant.

EX VETERI TESTAMENTO.

EX GENESI.

EX EXODO.

EX LEVITICO.

EX DEVTERON.

EX IOSVE.

EX IVDICVM LIBRO.

EX I. REGVM.

EX II. REGVM.

EX III. REGVM.

EX IV. REGVM.

a

Index Locorum

Index Locorum

EX IEREMIA.

EX THRENIS.

EX EZECHIELE.

EX DANIELE.

EX OSEA.

EX AMOS.

EX ABDIA.

EX MICHEA.

EX NAHVM.

EX HABACVB.

EX AGGÆO.

EX ZACHARIA.

EX EVANG. S. MATHÆI.

EX EVANG. MARCI.

EX LVCA.

EX EVANG. IOANNIS.

EX ACTIS APOSTOL.

EX EPIST. AD ROM.

EX 1. AD CORINTH.

EX 2. AD CORINTH.

EX EPIST. AD EPHESIOS.

EX EPIST. AD COLLOS.

EX 1. AD THESSAL.

EX 2. AD THESSALON.

EX 1. AD TIMOTH.

EX II. AD TIMOTH.

EX EPIST. AD HEBR.

EX EPIST. IACOB.

EX I. PETRI.

EX II. PETRI.

EX I. IOAN.

EX EPIST. IVDÆ.

EX LIB. APOCAL.

FINIS.



RERVM MEMORABILIVM
QVÆ IN HOC LIBRO CONTINENTVR
INDEX LOCVPLETISSIMVS.

Numerus columnam, littera partem columnæ designat.

Aradus

B

C

F

I

K

L

M

O

P

t

Prudentiæ

Q

R

S

T

V

Z

FINIS TABVLÆ.



PRÆFATIO

AD BENIGNVM, CATHOLICVMQVE LECTOREM, CAVSAS SVSCEPTI Operis, intentionem, & votum Authoris continens.



IHI ſemper in animo fixum, immotumque manſerat, nihil ex meis lucubrationibus, ſtudiorumque laboribus prælo committere: hominumque doctorum conſpectui fidere, Quoniam ad eorum lucem, nihil niſi perfectum ingenio, petita elaboratum induſtria adferri oportere credebam. Quod præ meæ naturæ infirmitate, animique imbecillitate præſtare me poſſe planè diffidebam. Meo in- 2
ſuper animo ſæpius obuerſabatur ex vna parte, magna male, imperiteque ſcriptitantium multitudo: quorum labor ingratus, merceſque laboris infelix in opprobrio, hominumque reprehenſione ſiſtebatur: quibus aſſimilari verebar: ex altera ſingularis Doctorum eleganter, eruditè, ſapienterque ſcribentium delectus, & copia. Quorum eloquentem ſtylum, profundamque doctrinam in eo conſpicuam admirando magis optabam, quàm ſperabam æmulari conando. Occurrebat 3
præterea, hærebatque memoriæ firmiter immenſa tot iam editorum librorum, & operum cuiuſque doctrinæ, præcipuè verò diuinæ ſapientiæ congeries, quibus legendis, voluendiſque longa hominis vita non ſufficeret. Sed præter has rationes, quæ me magis ad dilectionem hujus dicti 4
memorabilis, *Bene vixit, bene qui latuit*, praximque permouerunt, vt ab editione laborioſorum operum me temperarem, fuit illa minimè contemnenda; procliuitas videlicet multorum, vigilias alienas, laboreſque calumniandi. Qui niſi quod ipſi faciunt, nihil rectum putant: vel qui cum nihil habeant eruditionis, quo celebrem nominis ſui memoriam ad poſteros tradere poſſint: aliorum doctorum ſtudia grauiora non modicis immerſa ſudoribus lucubrationeſque piorum ingenuas inuidioſè criminantur. Verùm religio Chriſti Domini multorum malè de fide catholica ſentientium machinationibus oppreſſa, eccleſiæ Romanæ reliquarum matris ſanctitas, maleuolorum calumnijs vlcerata, ſuprema, monarchicaque patris omnium fidelium ſanctiſſimi in apoſtolica ſede regnantis authoritas conſpirantium inter ſe malitioſa hæreticorum, atque ſchiſmaticorum coniuratione, contumeliis, odiis, & impoſturis indigniſſimè lacerata; in-

Rationes ob quas ab editione librorum author abſtinere voluit.

Cur ſilentium diuturnum rupit, propoſitumque mutauit author.

†

super honor, & maiestas Regis Christianissimi hac per clandestinas insidias occasione læsa, statusque eius imperij conturbatus, meum silentium imperando ruperunt, propositumque, nil vnquam vigiliarum mearum foras eliminandi, paterna, magistralique persuasione mutauerunt. Quæ ad id me laboris, & operis adegerunt, vt in his studiorum, lucubrationumque conatibus meos erga Christianæ Monarchiæ principes summos spiritualem, atque secularem affectus, ardoresque veræ charitatis ostenderem. Nam ne antiquiora tempora commemorem, cum ab interitu funestissimo, atque luctuosissimo Henrici Magni Christianissimi Regis (quem meritò desolatorum luxit abyssus populorum, quemque propter heroicas virtutes adeò religioni Catholicæ Francorumque regno salutares nunquam satis dignè Gallia lamentari poterit) multi exitiales, perniciosiq; libelli ab hæreticis, schismaticis, aliisq; pacis publicæ, secularis, & Ecclesiasticæ perturbatoribus editi, magnas, horrendasque dissensionum, seditionum, rebellionumque tempestates impunè contra spirituale Christi Domini regnum in Apostolica sede diuinitus ab eo fundatum, & radicatum acerbè nimis excitarint: vt visibilem huius regni spiritalis Monarcham vehementer asperis miseriarum fluctibus, si possent, dirisque interitus extremi turbinibus obruerent. Ego natione Gallus, per Dei misericordiam Catholicus, obsequens Ecclesiæ, eiusque Pastoris œcumenici patris sanctissimi filius, ista diu lugendo videns, multumque animo, cum gemitu, dolore tactus intrinseco reuoluens: quæsiui apud me si quid cum bonis Catholicis, veteque Gallis auxilij, debitique obsequij huic afflictæ matri charissimæ, patrique sanctissimo possem elargiri, illisque in tantis salutis, honorisque periculis opitulari. Cùm enim tantarum quandoque contra ipsas naturæ violentas obliquitates, defectusque, virium, naturalem filij in patrem pietatem, amoremque fuisse legerimus: vt in filio Crœsi Lydorum Regis ab ipsa natiuitate muto, constitutos ipsius naturæ terminos effregerit, atque contra ipsius axiomata, *à priuatione ad habitum progressum fieri compulerit.* Nimio siquidem ipse patris incensus amore, cùm parricidam stricto gladio ad trucidationem, cædemque patris accurrere cerneret; ruptis huius violentia erga patrem pietatis, & amoris, linguæ retinaculis, supra naturam in has voces alto, lachrymabilique tono prodigiosè fertur exclamasse.

a Herodot. l. 1. c. 85. Ἄνϑρωπε μὴ κτεῖνε Κροῖσον.

Homo ne occidas Crœsum.

Hoc positro naturalis fundamento pietatis, ipse per Dei gratiam, miserationemque verè Frácus, sincerè de orthodoxa fide sentiens, patri sanctissimo, Ecclesiæ vniuersalis Pastori, sicut principi meo Christianissimo deuotissimus, tamdiune spem vultu simulare, alto dolorem corde premere, diuturno silentio tristes affectus, mœstosque sensus abscondere potuissem? Cùm non partem carnalem, sed spiritualem, non particularem, sed communem fidelium omnium parentem, non Regem Lydiæ, sed religionis Christianæ principem, non terrenæ dominatorem ditionis, sed Ecclesiæ Dei rectorem vniuersalis, à tot hostibus spiritualis secularisque Christianæ maiestatis læsæ reis, tam atrociter in honore fama, dignitateque lædi, & vsque ad interitum Monarchici principatus rebel-

lione toties iterata vulnerari conſpicerem? Cur ego videns tot Dei hoſtes, tot eius ſponſæ ſanctiſſimæ perduelles, occultos Regiæ maieſtatis oppreſſores, ad ſedis Apoſtolicæ ruinam Pontificiæque maieſtatis exitium malignis auſis improbiſque conatibus aduolare: non crederem me in conſcientia teneri, hoc laborioſum difficiliſque contentionis opus ſuſcipere? Si illo quacumque ratione valerem, Eccleſiæ Catholicæ, regnoque Chriſtianiſſimo gratum, ſalutareque ſeruitium præſtare me poſſe bene ſperando ſuſpicarer? In hoc igitur arduum ſcribendi ſtudium, ad patris ſanctiſſimi defenſionem, ſupremæque huius authoritatis protectionem (cui Regum Catholicorum, principumque ſecularium de grege Chriſti ſalus & honor coniuncta ſunt) me plurimæ, & iuſtiſſimæ quidem cauſæ, rationeſque deduxerunt. Inter quas prima ſe obtulit conſideratio cæcitatis malitioſæ, ctaſſæque ſchiſmaticorum quorumdam Catholici nominis vmbra tectorum, cum hæreticis miſerè conſpirantium; vt ſacroſanctam Chriſti Domini, ſub vniuerſali principe, in Apoſtolico throno ſedente, Monarchiam, ſi poſſint, funditus euertant. Et quamuis iſti fatalem illam ruinæ Eccleſiaſticæ, reique publicæ Chriſtianæ perturbationi conſpirationem verbo ſe deteſtari ſimulent, factis tamen, ſcriptiſque pernicioſis exitialiter aſtruunt, atque fabricantur. Qui propterea iniuſti ſicut hæretici contra Chriſtianæ iuſtitiæ puritatem pugnantes, ab æterna, niſi reſipiſcant, mercede perſecutionem patientibus propter iuſtitiam promiſſa, pœnas ſubituri perennes excludentur. *Quia* vt præclarè dixit [a] ſanctus Auguſtinus, *non dictum eſt tantùm, Beati qui perſecutionem patiuntur, ſed additum eſt, propter iuſtitiam; vbi autem ſana fides non eſt (vt in hæreticis) non poteſt eſſe vera iuſtitia: quia iuſtus ex fide viuit. Neque ſchiſmatici aliquid ſibi ex iſta mercede promittant: quia ſimiliter vbi charitas non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia. Dilectio enim proximi malum non operatur. Quam ſi haberent, non dilaniarent corpus Chriſti, quod eſt Eccleſia*: Illam in præcipua ſui parte, videlicet capite, atrociter, contumelioſeque vulnerantes. Huic affinis cauſa ſuccurrit altera, prætextus nempè nefarius, & execrabilis omnino radicitus ex omnium fidelium cordibus extirpandus; quem iſti monarchomachi aperti Pontificiæ ſanctitatis, ſicut occulti Regiæ maieſtatis hoſtes, principum, populorumque mentibus affingere, perſuadereque conati ſunt: in hypocriſi, & mendacio pertinaciter, ſicut impudenter aſſeuerantes, Regiæ dignitatis, ſeculariſque maieſtatis fulgorem, atque decus à Pontificalis eminentię, ſpirituaiiſque poteſtatis ſplendoribus grauiter alterari. Propter quam impoſturam, commentumque deteſtabile hoc vnum maximè moliri nituntur, vt corrupti à ſe, deceptique perfidè Chriſtiani principes; Eccleſiaſticę Monarchię ſanctitatem, intemeratamque dignitatem liuore, & odio perſequantur, *Sic, ſic*, vt cum Sancto Leone [b] loquar, *de terrenis calumniantur, qui cæleſtia perſequuntur. Sic illi ſedent in inſidiis cum diuitibus in occultis, vt interficiant innocentem.* Qua funditus euerſa ac de hominum caſtè de virtute Chriſtiana ſentientium mentibus auulſa opinione peruerſa, contrariam illi planè ſententiam veram, iuſtam omninoque Catholicam, omnibus ſalutis ęternę appetentibus efficaciter Chriſto Domino benè mihi propitio auxilianteque perſuadere conabor. Magnum prętera ſimplicium fidelium ſcandalum, vehemens bonorum Catholicorum luctus, nefanda, & inſolens hęreticorum, aliorumque improborum

Cauſa ſuſcepti operis pręcipua.

1. *Cauſa.*

[a] Aug. l. 1. ſerm. de verbis Domini in mõte c. 5.

2. *Cauſa.*

[b] S. Leo ſerm. 10. de paſſ. Domini.

Pſal. 8.

3. *Cauſa.*

exultatio meo frequenter animo voluebantur, quæ nondum fractæ huius tam impudentis, nefariique prætextus vires perniciosè causabantur.
4. Causa. Occurrebat ruina, & euersio politici principatus, quem monarchomachi miserabiliter cæci, clandestinis insidiis, occultisque moliuntur; dum apertè Christi Domini Monarchiam, in vicario suo, effrænatius adorientes, destruere conantur. Etenim cùm contemptus, odiumque ma-
a S. Hieron. in ep. ad Tit. c. 3. iestatis Pontificiæ multarum hæresum, teste Sancto [a] Hieronymo, seminarium, atque fomes existat, quarum turbine vnà cum spirituali Christi regno Monarcharum secularium, Catholicæ sanctitati consecratorum iustę dominationes in multarum calamitatum scopulos illiduntur: qua ratione incolumis, atque pacata illorum principum, regumque fidelium gloria, fortunatusque secularis imperij status, oppresso spiritualis Monarchæ throno stare posset? Cui malo non obsistere, cùm posset, homi-
a S. Leo serm. 19. & vlt. de passione Domini. nis esset à charitate Christiana vehementer exorbitantis. [a] *Ista sunt beneficia dæmonum omnibus nocentiora vulneribus. O quàm tutius est homini inimicitiam diaboli meruisse, quàm pacem!* Quis iustorum, piorumque Catholicorum hæc funesta, perfidaque considerans, & audiens, his ad Dominum contra istos vtriusque Monarchiæ à Christo sanctificatæ perduelles precibus
b Psal. 5. v. 11. lachrymando, gemendoque non exclamaret? [b] *Decidant à cogitationibus suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quia irritauerunt*
5. Causa. *te, Domine.* Sed quæ me prioribus efficacior causa ratioque ad scribendum persuadendo potentius excitauit, religiosus ardor fuit, cupiditasque singulariter æstu charitatis incensa, videndi antiquæ prosperitatis, & gloriæ in partes Monarchiæ tam secularis Christianæ, quàm Ecclesiasticæ, iure postliminij reditum tamdiu desideratum, tamque à piorum omnium corona votis ardentibus expectatum. Quæ non aliunde, quàm à Sancto illo fœdere, amore, respectu, honoreque reciproco Christi Domini gratia fulto semper, inter ambas illas eiusdem Christi Domini Monarchias in Catholica eius Ecclesia constitutas diuinitus, firmatasque scaturire solent. Contra cæcitatem, ac insaniam illorum hæreticorum schismaticorumque, qui viis obliquis cum Dei, Ecclesiæque sanctissimæ præscripto manifestè pugnantibus, regni temporalis felicitatem in vanum, frustraque se assequi posse confidentes, mundi huius vanitate cæcati, & elusi perfidia, sibi persuaderi nolunt, & secularis imperij fortunas, gloriam, prosperitatesque temporales à splendore, pace, & honore Ecclesiasticæ dignitati maiestatique Pontificiæ sincerè præstito deriuari. In hoc enim splendore dignitatis Ecclesiasticæ retento, honoreque sedis A-
c Psal. 17. postolicæ rectori piè, religioséque seruato conspicitur Deus. [c] *Magnificans salutes Regis* Christiani, *ac faciens misericordiam Christo suo fideli, &*
6. Et postrema. *semini eius, vsque in seculum.* Postrema, quæ me ad huius editionem operis efficaci persuasione commouit, cæteris causa prętantior, fuit illa pręter pacis publicę, prosperitatisque temporalis adeptionem, salutis ęternę, cœlestisque glorię consecutio. Quam sacra hęc charitatis vnio, religiosaque bonæ intelligentiæ, & honoris mutui confœderatio, vtramque Christi D. Monarchiam indissolubili perfectionis, fortitudinisque vinculo sanctissimè constringentes, absque vlla controuersia certissimè consequútur. Quis enim huic sempiternę salutis, & gloriæ per illa tam salutaria
d Psal. 117. v. 15. media consecutioni diffidere posset, cuius aures talibus Prophetę vocibus assiduè circumsonant? [d] *Vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum.*

Quique hæc eiusdem regij vatis oracula sub pectore quotidie meditando reuoluit? [a] *Latentur omnes qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis; & gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.* Vt pro ea consequenda salutis, gloriæque perpetuitate nullis parcere laboribus, nullis vigiliarum assiduatum terreri difficultatibus, nullas denique grauissimorum studiorum contentiones pertimescere debeamus.

[a] Psal. 5. v. 13.

Illæ sunt causæ præter alias exquisitæ, atque præcipuæ, quæ me ad præsentis operis editionem, contra prius animi propositum voluntarie concitarunt: vt Ecclesiæ Dei, regnisque Christianis, catholicæ fidei splendore coruscantibus piè, fideliterque seruitem. [b] *Sermo opportunus est optimus* (inquit Sapiens) [c] *& vt mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo.* His prioribus præter alias breuitatis causa silentio missas rationibus altè maturoque iudicio consideratis, nunquam opportunius loquendi, scribendique tempus, quàm hodie nactum me fuisse iudicaui.

[b] Prouerb. 25. [c] Ibid. c. 25.

Atque in hoc præsenti labore, & opere magnũ illum doctorũ magistrũ sanctum Augustinũ mihi ad imitandum proponere desideraui respectu motiui, quo concitatus libros de ciuitate Dei in lucem, hominumque manus educere voluit: aduersus ethnicos, atque paganos iniuriosè criminando, calumniandoque vociferantes, vrbe ab Alarico rege Gothorum capta, religionem Christi Saluatoris nostri omnes Romano imperio calamitates, miseriasque, quibus opprimebatur intulisse. [d] *Interea*, inquit ille magnus tot doctorum Pater, *Roma Gothorum irruptione agentium sub rege Alarico, atque impetu magnæ cladis euersa est, cuius euersionem Deorum falsorum, multorumque cultores, quos vsitato nomine paganos vocamus, in Christianam religionem referre conantes, solito acerbiùs, & amariùs Deum verum blasphemare cœperunt: vnde ego exardescens zelo domus Dei aduersus eorum blasphemias, vel errores libros de ciuitate Dei scribere institui.* Non aliter huius deprauati sæculi, in quo multa impunè vitia patrantur, maleuoli homines sedis apostolicæ inimici, Romani pontificis authoritatem, maiestatemque in spiritualibus super omnia catholicæ sanctitatis imperia mundi sublimatam, principum secularium gloriæ detrahere, illius coruscantes dignitatis supremæ radios, horum nobilitati, dominationique tenebras offundere non minus sceleratè quàm inuidiosè criminantur. Qui maiestati pontificiæ, sedique spiritualis imperij gratias maximas habere deberent, propter eas benedictiones, quæ copioso maximarum prosperitatum fœtu grauidatæ in principes catholicos, eorumque populos ex ipsa redundant. In quo monarchomachi isti paganis inferiores scelere non habentur: contra quos hæc S. Augustinus. [e] *Sic euaserunt multi*, scilicet de manu crudelium Gothorum, fauore Christianæ religionis, *qui nunc Christianis temporibus detrahunt, & mala, quæ illa ciuitas pertulit Christo imputant, bona verò, quæ in eos, vt viuerent, propter Christi honorem facta sunt, non imputant Christo nostro, sed fato suo; cùm potius deberent, si quid rectè saperent, illa quæ ab hostibus & dura perpessi sunt, illi diuinæ prouidentiæ tribuere, quæ solet corruptos hominum mores bellis emendare, atque conterere: itemque vitam mortalium iustam, atque laudabilem, talibus afflictionibus exercere, probatamque vel in meliora transferre, vel in his adhuc terris propter vsus alienos detinere.* Ita ad propositum meum possum dicere, quod

2 *Authoris in hoc opere sanctum imitantis Augustinum intentio, spiritualis atque secularis Christiana monarchia defensionem suscipere contra omnes illius hostes. Quorum calumnias & odia pro hac defensione magnificè contemnit.*

[d] S. Aug. in arg. lib. de ciuit.

[e] S. Aug. l. 1. de ciuit. c. 1. *Impij pagani nomini Christiano insultabant, cuius virtus eos saluauerat.*

pleraque fecularium principum Regna, & imperia in orbe Christiano, fæpius ingentium calamitatum, ærumnarumque naufragiis obruta periiffent (vt plurima inferiùs exempla docebunt) nisi propitia Romani Pontificis auxilia, falutariaque fedis apoftolicæ fubfidia citiùs illis imperante charitate fubueniffent. Et tamen non puduit quofdam è monarchomachis, apertos monarchiæ fpiritualis hoftes, ficut fecularis occultos, impudenter oppreffa veritate, quamplurima mala, miferiafque grauiffimas fpiritualis huius maieftati principatus imputare, quæ propter publica, priuataque fcelera, contritione lamentabili principum fortunas, vti populorum, terrafque vaftauerunt. Quorum torrentem intolerabilis aquæ, id eft populantis omnia furoris nisi chariffimæ matris ecclefiæ, patrifque fanctiffimi pia vota, fufæ Deo preces, lachrymæque ficcauiffent: perfæpe tanti torrentis impetus, atque rabies multorum principum, populorumque falutem in extremæ perditionis, exitijque baratra præcipitauiffent. Quod de Chriftiani nominis, religionifque virtute, contra paganos illos, de quibus fupra, idem pater, doctrina fublimi, fanctitateque mirabilis, de ingratis illis acceptorum à Deo beneficiorum, huius merito virtutis, afpernatoribus expoftulando dicebat. a *Illud verò*, inquit, *quod eis*, fcilicet paganis, *vel vbicumque propter Chrifti nomen, vel in locis Chrifti nomini dicatiffimis, & ampliffimis, ac pro largiore mifericordia, ad capacitatem multitudinis electis, præter bellorum morem truculenti barbari pepercerunt hoc tribuere temporibus Chriftianis deberent: hinc Deo gratias agere, hinc ad eius nomen veraciter currere, vt effugiant pœnas ignis æterni. Quod nomen multi eorum mendaciter vfurparunt, vt effugerent pœnas præfentis exitij. Nam quos vides petulanter, & procaciter infultare feruis Chrifti, funt in eis plurimi, qui illum interitum, clademque non euafiffent, nifi feruos Chrifti fe effe finxiffent. Et nunc ingrata fuperbia, atque impiiffima infania eius nomini refiftunt, corde peruerfo, vt fempiternis tenebris puniantur: ad quod nomen ore vel fubdolo confugerunt, vt temporali luce fruerentur.* Hic mei fcopus operis; hæc fufceptorum magno animo ftudiorum grauiffimæ contentionis intentio; hæc exanthlati meta laboris, quò neruos corporis omnes, meique vires animi collimaui. Vt magni illius Auguftini doctrinæ, virtutifque veftigia, ftudiofa imitatione premens, diuinæ Chrifti Domini gloriæ velificando, geminas illius monarchias inter fe charitate chriftiana, fanctiffimo perfectionis vinculo fœderatas benedictione cœlefti fanctificatas, contra omnes illarum perduelles, tam apertos, quàm occultos, generofo, catholicoque pectore defenderem.

Monarchomachi fplendori pontificiæ maieftatis mala plurima in feculares principatus redundantia impudenti mendacio imputant, quæ huius maieftatis fanctitas auxiliis, meritis, precibufque fuis diffipauit.

a S. Aug. l. 1. de ciuit. c. 1. in fine.

Sed tu fic fudando, ficque fub grauiorum laborum pondere gemendo, pro caufa Dei, venenata malignæ calumniantium hoftium linguæ fpicula non effugies? Quid tum? Gloria, & corona noftra in ea laboriofa, falutarique contentione, hoftium huiufmodi calumnia, liuor, & odium eft: dummodo illa Chrifto Domino religiosè feruientes pro vtriufque monarchiæ falute, contra inimicorum illius amentiam fortiter vti valeamus. Quorum clamor contra nos, liuorque qualifcunque fuerit, admouere nos debebit, vt femper fedis apoftolicæ honori, & obedientiæ (cui catholicorum regnorum fplendor authoritatis, & felicitatis innixus

Calumniantium hoftium malignas linguas & odia pro ecclefiæ, regnique catholici defenfione contemnit author.

est) ex magna pietate seruiamus: quæ semper genus illud hostium, clamoresque detractionis iniquæ maximos pro Regum catholicorum, fideliumque populorum salute neglexit. Contemptis autem, atque pro nihilo ductis calumniantium istorum linguis, clamoribusque contra veritatem, & innocentiam bacchantibus, in hoc opere cum magno Doctorum [a] magistro *non solùm pium lectorem, sed etiam liberum correctorem desidero, maximè vbi sincera veritatis inquisitio, & ecclesiasticæ maiestatis*, vnà cum seculari defensio versetur. Quæ vtinam tot cultores haberet, quot habet contradictores, & osores illius sanctitati, & honori grauiter inimicantes. Ego enim cum eodem coryphæo Doctorum. [b] *Iudices veros, & veritate seueros magis intueor, inter quos & me ipsum primitus constituere volo, vt ad illos ea tantùm reprehendenda perueniant, quæ à me quamuis sedulo perscrutante minimè videri potuerunt. Nec* ab eiusdē sancti patris imitanda virtute recedens, *fateor me ex eorum numero esse conari, qui proficiendo scribunt, & scribendo proficiunt. Vnde si aliquid vel incautius, vel indoctius à me positum est, quod non solùm ab alijs, qui videre id possunt merito reprehendatur, verùm etiam à me ipso, quia & ego saltem postea videre debeo, si proficio, nec mirandum est, nec dolendum, sed potius ignoscendum, atque gratulandum: non quia erratum est, sed quia improbatum.*

[a] S. Aug. in procem. l. 3. de Trinit. To. 3.

Optat à pio lectore vero iudice corrigi in his quæ minus bene posita.

[b] S. Aug. ep. 7. ad Marcellum.

Vult cum S. Augustino proficiendo scribere, & scribendo proficere.

Titubaui diu fateor anceps aqua pendens, an huic operi componendo studia mea per aliquod tempus, laboresque consecrarem. Ex vna parte affectus ardens, gratum præstandi Deo sacrificium, eius ecclesiæ, regnisque fidelibus per scribendi labores, & opera piè, fideliterque seruiendo, me vehementer animatum, stimulatumque commouebat. Sed ex alia timor audiendi manans ex arduo, languentem, propeque exanimatum ab operis, & quidem iam animo concepti compositione repellebat. Delectabat me suscipiendi pietas operis, sed deterrebat immensitas laboris: desiderium hortabatur proficiendi, sed dehortabatur infirmitas deficiendi. Vicit verò tandem zelus domus Dei, qui comedit me, vicit eius ecclesiæ, catholicæque reipublicæ salus, & eis in afflictione sua subueniendi charitas. Propter quæ nullus labor durus, nulla pertimescenda difficultas, nullus non audendi ardua, sublimiaque metus, stare loco debent. Pro quibus omnes priuatæ amicitiæ despiciendæ, tactisque diuinitatis aris ab omni caduca, profana, carnalique consideratione procul esse iuuat. Si enim ethnico poetæ magnæ laudi datum quod dixerit Δεῖ με συμπράττειν τοῖς φίλοις ἀλλὰ μέχρι θεῶν. *Oportet me amicis fauere, sed vsque ad Deos.* Quid dicemus, aut faciemus Christiani nos! Vbi causa Dei agitur? vbi eius regni, in vtramque monarchiam spiritualem, secularemque distributi defensio suscipitur? simul & perbeati, sanctique inter spiritualem illam, secularemque monarchiam fœderis, à quo omnis vtriusque felicitas emanat, intemerata conseruatio procuratur? Cuius spes omnis secura minimè confundens, in immensa Dei misericordia, omnipotentique fortitudine partes destructura contrarias inclinata recumbit. Cuius amœnitate, fructuque suauissimo potiemur, si nos post præuaricationes nostras, tedeuntes ad cor, hac misericordia dignos reddiderimus. [c] *Si conuersi fuerimus ad Domi-*

Cur auctor anxius fuerit, & dubius in hoc opere suscipiendo.

Præclarum dictum Periclis ex Gellio l. 1. c. 3.

Spes fœderis sacri inter duas monarchias in Dei misericordia, & fortitudine sita.

[c] Psal. 84.

† iiij

a Psal. 36. v. 39.

num, ipse dabit nobis benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.[a] *Salus* quippe *iustorum à Domino, & protector eorum est, in tempore tribulationis.* Qui habitantes in adiutorio altissimi, propriis diffidentes viribus, dum pro eius gloria, regni spiritualis atque temporalis anxiè, sed animo generoso, protectione dimicant, facilè turbulentos hostium rebellantium conatus, furoresque despiciunt, & aspernantur. Nec immeritò! Quia pro certo[b] *adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos, & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.* Tunc, tunc[c] *impij in tenebris conticescent: non enim in fortitudine sua roborabitur vir: Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cælis tonabit.* Et teucra, nonne, docente experientia ad gemitum piorum suæ ecclesiæ filiorum, in afflictione sua clamantium[d] *sæpius de cælo intonuit Dominus? & altissimus dedit vocem suam?* Quoties in magnos terræ peccatores pacem ecclesiæ Christianæque reipublicæ perturbantes grando, & carbones ignis, diuinæ testes indignationis, è fractis cœli nubibus erumpentes fragote magno ceciderunt? Sicque cadenres abundanter piorum ecclesiæ filiotum, fideliter regio principatui catholica sanctitare munito seruientium iniurias, oppressionesque vindicarunt? quoties[e] *misit vltionis suæ sagittas Deus, & dissipauit eos?* quoties *fulgura multiplicauit, & conturbauit eos?* Vt deuictis, & exterminatis hostibus de manu Dei, exultaret congregatio iustorum, & laudem dicens Domino, cum rege propheta sanctissimè iubilando modularetur.[f] *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: non moriar, sed viuam & narrabo opera Domini,* qui est[g] *liberator meus, de gentibus iracundis; qui ab insurgentibus in me exaltauit me, & à viro iniquo eripuit me.* Quæ mala effectusque irati Dei terribiles, in bonorum exultatione catholicorum, ne nostris monarchomachis, tam hæreticis, quàm schismaticis, & aliis similis improbitatis cognatæque malitiæ tabo contaminatis adueniant; tango aras sæpius in opere meo, diuinam, ineffabilemque Christi Domini clementiam pro eis pia de puro desiderij mei sensu ac de non ficti abundantia cordis vota precesque fundendo: atque illius misericordiæ viscera, supplicatione charitatis affectibus æstuante frequenter iterata permonendo: vt à lethali diuersorum criminum fæce, putrido errorum, rebellionumque luto, salutari conuersione per pœnitentiæ veræ saltus eruantur. Ne potenter extenta super eos diuinæ iustitiæ manu confundantur, & pereant; sed abiectis prauæ, voluntatiæque inscitiæ tenebris, immacularam veritatis catholicæ lucem clarè videant, videntes rectè sequendo, & affectu cordis amplectendo reuereantur, reuerentes sacro matris ecclesię suscepti gremio, Christi spiritu viuant in hac vita, sic vt in altera eius diuinę glorię perpetuitate satientur. Quod si isti scriptis meis, votisque pertinaciter obsistentes ad cor redire noluerint, ac perpetuò in suorum criminum sordibus obstinati perseuerare voluerint: mœrore, cordisque tristitia vehementi iactabor. Sed in ea tamen quędam me consolatio sustentabit; quod istis pertinaciæ, peruersitatisque inueteratæ naufragio voluntario subuersis, saltem boni detectis obstinatorum maleuolorum fraudibus ædificabuntur, & ædificati perseuerantes in vtriusque monarchiæ reuerentia, & obsequio salutari maioribus virtutum incrementis confirmari, ad altiores meritorum in hac vita, indeque præmiorum in altera gradus euecti sanctificabuntur. Verum plenum non erit gaudium in hac virtutis, gloriæque sublimitate iustorum, nisi conuersi

Hostes ecclesiæ, & regni fidelis dissipabit Deus.

b Psal. 35. v. 40.

c 1. Reg. c. 2. v. 14. ex Annæ cantico.

d Psal. 17. v. 16.

e Ibid. v. 16.

f Psal. 117.

g Psal. 7.

3 *Authoris votum, ne monarchomachi in sua rebellione pereant, sed bene conuersi saluentur.*

peccatores in eandem cum illis meriti, præmiique societatem gloriosa dexteræ excelsi mutatione deducantur. Quod si corruptioni suæ, erroribusque pertinaciter adhærere voluerint, ad fidelibus principatus pontificij, regiique subditis officiendum, ac ecclesiæ sanctæ regulis contumacia reluctandum: nobis animus est Christi Domini leges intemeratè colentibus pro illorum conuersione perseuerare semper ad orandum, Deoque pro ipsis, ne in peccatis suis, erroribusque moriantur, deuota deprecatione supplicandum. Atque vtinam operis mei stylus monarchomachorum nostrorum sic intima cordium penetrare posset, eaque ad salutem charitatis aculeo pungere: vt obstinatum, pertinacemque in Christianæ religioni calumniis insultando paganorum animum, (quem hactenus in maiestatem monarchiæ pontificiæ calumniando imitari visi sunt) seriò detestarentur: ne in istorum tragicos, valdeque funestos exitus sceleratæ vitæ laberentur, quorum sectari crimina perhorrescerent. Qui quidem non correcti, conuersique, calamitatibus attriti, patriæ ruina consumpti, mala grauissima, miseriasque acerbissimas, quibus propter scelera sua iusto Dei iudicio conterebantur, Christianæ religioni nefariè nimis accepta ferebant. Quos propterea Diuus Augustinus digna his verbis reprehensione vehementer arguebat.[a] *Hinc est, quod mala, quæ facitis vobis imputari non vultis: mala verò quæ patimini Christianis temporibus imputatis: neque enim in vestra securitate pacatam rempublicam, sed luxuriam quæritis impunitam, qui deprauati rebus prosperis, nec corrigi potuistis aduersis. Volebat vos Scipio terreri ab hoste, ne in luxuriam flueretis, vos nec contriti ab hoste luxuriam repressistis. Perdidistis vtilitatem calamitatis: & miserrimi facti estis, & pessimi permansistis. Et tamen quod viuitis Dei est, qui vobis parcendo admonet, vt corrigamini pœnitendo; qui vobis etiam ingratis præstitit, vt vel sub nomine seruorum eius, vel in locis martyrum eius, hostiles manus euaderetis.*

a S. Aug. l. 1. de ciuit. Dei c. 33. circa medium, vsque ad finem.

Habes, benigne, catholiceque lector, causas operis suscepti tibi manifestas; habes animi mei notam tibi in huius editione operis intentionem; habes cognitum tibi votum, desideriumque ardentis amoris ex toto corde, anima, viribus, menteque mea Deo, Christoque Domino seruiendi, in protegenda vsque ad sanguinem, summisque honoribus exaltanda (ordine, graduque cuilibet seruato dignitatis) tam pontificij monarchæ, quàm regij maiestate: in exultatione fideliũ catholicorũ, tantæ maiestatis glorię, & honori religiosissimè velificantiũ meritoria, & in cõuersione malorum, contra huius serenissimæ, sanctissimæque maiestatis altitudines, hostilitatis signa portantium. In quæ omnia veris effectibus consequenda præsentis operis omnes labores, studia, contentionesque reuocaui. Nunc quid postremo loco agendum mihi superest, priusquam à præfatione desistam? Nisi vt te clementem, atque mansuetum, alienæ lucubrationis, industriæque laboriosæ ponderatorem, magna beneuolentia, & ęquitate iudicantem deprecer atque obtester: vt me in tam sublimi, salutarique materia laborantem tuis charitate feruidis orationibus adiuuare digneris, vt mecum religiosa Deo vota, precesque fundas. Quibus misericorditer excitatus sanctissimam, generi Christiano saluberrimam charitatis diuinæ, catholicæque pacis inter ambas spiritualem, & secularem, monarchias, earumque principes vnionem foueat, protegat, & cum prosperitatum temporalium, bonorumque cumulo sublimitet amplificet.

Bonos vere catholicos, qui semper summis harum monarchiarum principibus, rectoribusque reuerendissimè paruerunt, & qui pro sacrosancta inter eas, confoederatione vindicanda sanguinem optarunt effundere, nouis virtutum gradibus exaltet, copiosaque bonorum temporalium cum certa expectatione futurorum, possessione foecundet. Malos autem singularibus miserationũ suarum, gratiarumq; motibus attractos & concitatos vehementer conuertere dignetur. Qui tandiu huic vnioni sacratissimæ verbis improbis, factisque restiterunt: qui rebellionum apertarum spiritualem monarchiam, sicut occultarum secularem toties atrociter inundatione submergere conando tentauerunt. Vt omnes tam iusti illi, quàm hi per poenitentiam conuersi peccatores, in eandem sanctitatis, charitatisque scopum (quibus perfectè in vtraque monarchia Deus adoretur) pura cordis inclinatione conspirantes, desideratam in hac vita pacem aliorum bonorum mutationi subditorum varietate circumdatam, & in altera coelestis felicitatis æternitatem à Deo consequi mereantur. Hæc

Oratio ad Deum. quidem sperare nobis congruum est, & facile, considerata, ô Deus Opt. Max. infinita, & immensa tuæ misericordiæ, bonitatisque magnitudine.

a Sap. 15. v. 1. [a] *Tu enim Deus noster suauis, & verus es patiens, & in misericordia disponens omnia.* Et ideo, [b] *appropinquet deprecatio nostra in conspectu tuo, Domine, iuxta eloquium tuum, da nobis intellectum, vt eructent labia nostra hymnum, cùm docueris nos iustificationes tuas.* Quæ in hac pace, sacroque foedere, tuas in hac vita monarchias feliciter inter se sociante, perfectè rectis operibus, effectibusque complebuntur.

b Psal. 118.

DE
MONARCHIA
DIVINA.

PRIMA PARS
OPERIS.



DE MONARCHIA IN GENERE,

EIVS ESSENTIA, ORIGINE, DIVISIONE, PROPRIETATIBVS; DE DEI IN OMNES creaturas, déque Christi Domini tàm in cœlo quàm in terra Monarchia Diuina: Item de Angelica, & eius cum Ecclesiastica comparatione.

PARS PRIMA, QVINQVE DISTINCTA LIBRIS.

LIBER PRIMVS.

1. De natura Monarchiæ, & eius diuisione.
2. De Deo vt Monarcha excellentiæ, & summo omnium creaturarum, præcipuè Angelorum hominumque iustorum principe.

CAPVT PRIMVM.

Ab vno in vnum omnia fluunt & reuertuntur, hinc orta Monarchia.



ERISSIME vt sanctissimè veritas ipse Deus Optimus Maximus, per os Prophetarum non semel se principium & finem omnium à se conditarum rerum appellauit: Quod dilecto suo Apostolico Prophetæ notum esse voluit: cum mystico idiomate in Apocalypsi [a] *α, & ω, principium & finem*, se esse dixit: *qui est, qui erat, & qui venturus est omnipotens*. Hanc sublimem Philosophiam Sapiens suæ à Spiritu sancto menti altis defixam radicibus exprimere cupiens, has è corde voces eructauit, [b] *omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat; ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant.* Omnia à Deo, per Deum, in Deum reuertuntur: quem locum diuinitùs more suo exponens S. Gregorius, de prædicatoribus sanctis à

[a] Apocal. c. 1. v. 8.

[b] Ecclesiastis c. 1. v. 7.

A Deo missis non sibi, sed Deo profectum prædicationis ascribentibus, hæc ait, [c] *Ad locum ergo de quo exeunt flumina, reuertuntur; quia sancti viri, etsi à conspectu creatoris sui claritatem mente conspicere conantur, foràs propter nos ad actiuæ vitæ ministerium veniunt, incessanter tamen ad sanctum contemplationis studium recurrunt: Et si in prædicatione sua exteriùs nostros auribus per corporalia verba se fundant; mente tamen tacita ad considerandum semper ipsum fontem luminis reuertuntur, de quibus, & benè dicitur, vt iterùm fluant: Nisi enim ad contemplandum Deum solicita semper mente recurrerent, nimirum æterna caecitas etiam* B *exteriora prædicationis eorum verba siccaret. Sed dùm videre Deum indesinenter sitiunt, quasi decursura foràs flumina intùs semper oriuntur, quatenùs illic amando sumant vnde ad nos prædicando defluant.* Hæc pius ac sanctissimus Doctor. Quò spectasse videntur antiqui Philosophi, cùm eleuantes ac hoore prosequentes vnitatis virtutem, quam *μονάδα* vocauere, ab ea omnia fieri, omniaque iterum in eam resolui putauerunt. Cuius sententiæ auctorem Laërtius [d] Musæum Atheniensem Eumolphi filium, Homeri antecessorem, multorum annorum interuallo, credidit: fontem ac principium

[c] S. Gregorius lib. 30. moral. c. 3.

Monas rerum omnium principium.

[d] Laertius in vitis.

A rerum omnium huic vnitati, quam μονάδα nuncupauit apud Plutarchum Pythagoras, [a] attribuit. Alexander [b] vnitatem istam cum eodem Laërtio lib. 8. de vitis, omnium bonorum scaturiginem, sicut dualitatem malorum principium omnium esse dicebat. Vnitatis siquidem natura, inscia circumferentiæ, cælo temperiem, animis virtutem, corporibus sanitatem, domibus & ciuitatibus pacem, animorumque concordiam generat; sicut dualitas diuersa omnia causatur, aëri tempestates, animis malitiam, corporibus ægritudines, humanis societatibus priuatis ac publicis dissidium, bella, seditiones, iurgia, odiáque miserè pariendo. Hanc de vnitate ac dualitate opinionẽ [c] Homerus prior ante sæcula multa securus, vnitatis naturam in boni portione, dualitatis vero in mali parte collocauit. Simili̇a Plutarchus.[d]

Vnitas principium bonorum omnium: dualitas malorum.
[a] Pythagoras apud Plutarchum lib. de Philosophorum placitis seu opinionibus.
[b] Alexander lib. de successionibus Philosophorum tom. 2.
[c] Homerus.
[d] Opuscul. de loquacitate.

B Hoc discrimen non sine mysterio Moyses, vt antiquitate illis omnibus prior, sic cæteris vera sapientia præstantior, insinuans descriptis breuitate verborum primi, tertij, quarti, quinti sextique dierum operibus de nihilo productis à Deo, cùm dixisset, [e] *Et vidit Deus quod esset bonum*, commemoratis secundi diei operibus; consultò ab ijsdem verbis (*vidit Deus quod esset bonum*) abstinere voluit, hoc silentio demonstrare cupiens dualitatem bonum non esse ab vnitate discedentem, vt sancti Hieronymus [f] & [g] Ambrosius obseruauere. Ipsam vnitatis naturam [h] Galenus medicorum Coryphæus post Hippocratem, extollens, dualitatis verò deprimens, scriptis posteritati consignauit, in omnium rerum genere, quod optimum est id vnicum esse, vitiosa verò ac pessima esse plurima.

[e] Genes. c. 1.
[f] D. Hieron. lib. 2. contra Iouinianum.
[g] Can. nuptiæ 32 q. 1.
[h] Galenus li. 6. de sanitate tuenda.

Vnitate nihil securius ad pacem, nihil tutius ad custodiam, nihil pulchrius ad gloriam, nihil melius ad felicitatem, nihil ipsi Deo conformius, nihil vicinius, eùm ipsemet sit vnus natura & imperio, tametsi personarum trium discretione distinctus: ad hanc propterea μονάδα omnia post ipsum Deum Macrobius [i] reuocabat, supremum locum inter creata cuncta sortitã, à qua in Timæo [h] Plato produci omnia, hac in Philæbo, omnia metiri, & in [k] Epinomide in eam omnia reduci pluribus asseruit. Hanc vnitatem [l] Trismegistus mentem vocabat à summo natam Deo quæ eum à cæterarum rerum & potestarum numero separabat, quæque temporum vices nesciens, diuortij aut dissidij impatiens, in omni semper æuo quieta atque pacifica consistens, res varias à se discretas suo vinculo potenti coadunatas suauitate regulæ, canonísque moderabatur. Hinc ab vno tutum ac dulce imperium, vt sicut in vniuerso mundo Deus omnia regit, in potentiis omnia mens, in membrorum multitudine cor aut cerebrum, sic & inter homines operæpretium esse videatur, vt vnus cæteris dignitate, authoritate & imperio præerat. Vnde nata & orta Monarchia in terris sicut in cælis, à Deo rege regum, & domino dominantium: per eum conseruata, erescendo corroborata, & in eum vt finem vltimum æternúmque regem, *cui omnia viuunt*, deriuanda: [m] *ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: in* [n] *quo viuimus, mouemur, & sumus*: cuius gratiâ sumus quod sumus: atque vtinam verè cum Apostolo dicere possimus, [o] *Gratia Dei in nobis vacua non fuit, sed gratia Dei semper in nobis manet.*

[i] Macrobius in somnio Scipionis.
[h] Plato in Timæo, Philæbo & Epinomide
[i] Plato in Philæbo.
[k] in Epinomide.
[l] Trismegistus.
[m] Rom. c. 11.
[n] Actor. c. 16. v. 16.
[o] 1. Cor. c. 15.

CAPVT II.

1. *Monarchia vnde.*
2. *Quid.*
3. *Quotuplex.*


VID sibi velit Monarchia, nominis notatio docet: dicitur enim Græcè μοναρχία, vnius imperium ac principatus, à μόνος, quod est vnus, & ἀρχὴ principatus: hoc qui fruitur Monarcha dicitur, velut arbiter orbis cui præest, sicut imperium Romanum orbis terrarum arbitrium [p] appellabat: quandoquidem qui sic B moderatur & regit, solus per se, suóque nomine imperat, cum summa propriáque authoritate, iussis alterius parere nescia, licet bonis amica consilijs, quæ pio principi suggeruntur, vt iustè, & cum ratione imperet. Vnde Monarchia dicitur [q] *summum penes vnum imperium, sine superioris aut æqualis, populi, vel alterius principis consortio*: quoniam si duos caperet dominos principatus, Monarchia vtique minimè dicenda foret: [r] *Sicut mundus duos non capit Soles*, aiebat ad Darium Magnus Alexander, *sic monarchia duos principes*: Et Lydius quidam ad Crœsum Lydiæ regem, quod fratrem in regni consortium asciuisset, accedens auctiùs asserebat, [s] nempe *conflagrationis periculum imminere mundo, si gemini Soles essent in illo: sic vnum regem principémque solummodò Lydiæ populi possunt accipere*, inquiebat ille, *quem seruatorem omnium* C *subditorum esse credunt; duos verò simul tolerare nequeunt*. His erat conforme responsum, quod Carolus Andegauẽsis S. Ludouici frater, Manfredi Siciliæ, Neapolisque Regis nomen sibi præter fas arrogantis, regníque fasces vsurpantis, legatis pro domino suo pacem postulantibus à se dedit; videlicet *aut* [t] *Manfredum, aut Carolum mori oportere, cùm ambo Reges Siciliæ Neapolisque simul esse non possint*. Monarchia igitur, vt ad scopum quo tendimus citiùs accedamus, cognita illius essentia, non malè generali diuisione, in æternam monarchiam, temporalémque distribuimus: illam infinitæ virtutis, potentiæ, magnitudinis, incomprehensibilem (quæ Dei omnium creatoris est) hanc illius respectu prope nihil esse cum sacra pagina confitemur: licet temporalis Monarchia, illius æternæ fulta præsidio, res sit inter humanas præstantissima.

Monarchia etymon.
[p] Soeton. in Augusto.
[q] Aristot. lib. 3. Politic. c. 7
[r] Plutarchus in Alexãdro.
[s] apud Stob. ser. 146.
[t] Ricordanus in Florentina hist. & Masson. l. 3 annal. in S. Ludouico.
Monarchia diuisio in æternã & temporalem.

C A qua diuisione Platonis intelligentia minimè discrepare videbatur, cùm [u] *Monarcham in diuinum pastorem, & humanum curatorem*, generali distributione partiebatur: cuius mens & opinio verbis paulisper mutatis, in eum quem astruximus sensum sententiámque propendent. Solius Dei trini, Patris, Filij, & Spiritus sancti Monarchia æterna est, interitus aut vllius mutationis expers, reliquorum terræ principum caduca, ruinæ obuia, mutationúmque legibus astricta. De illa æterna Dei SS. Prophetarum oracula loquuntur, [x] *Regnum tuum, regnum omnium sæculorum*: cui veritati consentiens Hieremias, exclamabat, [y] *Dominus autem Deus verus est, ipse Deus viuens & rex sempiternus*. Sic Daniel, [z] *Regnum eius regnum sempiternum, ac pote-*

[u] Plato in politico, seu de regno.
[x] Psal 144.
[y] Hierem 10.
[z] Daniel 3.

stas eius in generatione & generationem: Quẽ æternũ Monarcham, vt cum omni deuotione, ac suprema adoratione cogitaremus, talibus S. Basilius [d] muitabat & inflammabat, *Omnia peragrans, atque cogitans, supra res conditas te ipsum erigens, vtrinsque mentem attollens, diuinam naturam cogita, stabilem, ab omni mutatione atque conuersione & perpessione remotam, simplicem, compositionis ac diuisionis expertem; lumen inaccessum, potentiam omni ratione præstãtiorem, magnitudinem nullis terminis definitam, gloriam insigniter rutilantem, bonitatem expetendam, singularem pulchritudinem, quæque sociatam quidem animam maiorem in modum perstringat, verum nullis verbis pro dignitate declarari possit. Cuius principis natura immutabilis, vtpotè increati ac sempiterni*, inquit S. Damascenus, [e] *res fixis peraguntur rationibus, & quod semel decretum est fieri, nulla potest nouitate mutari*, vt aduersus gentes defendebat Arnobius.

d D. Basilius lib. de fide.

Æterni Monarcha Dei magnitudo incomprehensibilis.

e S. Damasc. dialogo aduersus Manichæos.

Arnob. lib. 2. aduers. gẽtes.

Monarchia verò temporalis, quæ regnat in terris, inconstantiæ, vicissitudini, mutationique procliuis, post ortus & incrementa, occasus, defectionesque patitur; nullibique firmè radicata ut duret longiùs, ac beatiùs quam in diuinæ gratiæ clauo & cardine, sicut

Mundana humanaque gloria & Monarchia temporalis, lubrica mutationibus vanitatibusq; multis, obnoxia.

varia nascentibus, inquit sacer Poëta, [f]
Contingunt pueris animæ, sic vrbibus offere
Horadesque suum, cùm primùm mœnia surgunt,
Aut fatum aut genium.

f Prudentius lib. post in hymn.

In his siquidem sublunariis sublimitatibus [g] *indicium est imminentis exitij maturitas, & appetitur finis vbi incrementa consumpta sunt:*
[h] *In se magna ruunt lætis hunc numina rebus*
Crescendi posuere modum.

g Seneca lib. de consolat. ad Martiam.

h Lucanus lib. primo.

Lectorem ne diuriùs citandis exemplis moremur, vnum nobis sit instar omnium Romanum Imperium, vrbsque eius Roma caput mundi, de qua Propertius. [i]
Omnia Romanæ cedant miracula terræ,
Natura hîc posuit quicquid vbique fuit.

i Propertius lib. 3.

At vbi iam quæso tot mira? ad nihilum redacta, sic à fundamentis collapsa sunt, vt aliquando extitisse difficilè crederemus, nisi quanta Roma fuerit, ipsa ruina doceret.
[k] *Vsque adeò res humanas vis abdita quædam*
Obterit, & pulchrò fasces, sæuasque secures
Proculcare, ac ludibrio sibi habere videtur.

k Lucretius lib. 5.

[l] *Nil sub Sole stabile ac diuturnum, omnia breuia & caduca infiniti temporis nullam partem occupantia, minorẽ portionem ætas* regnorũ, sicut *nostra habet, quàm punctum & momentum, si tempori comparetur omni*: alibi, sapiens ille prophanus: [m] *nullã vitæ partem apprehendis, quam subitò mors è manibus non eripiat: viuimus sed viuendo morimur, & quò longiore vsura vitam producimus, eò effluit vita cursu velociori*; vt non immeritò Sapiens dixerit, [n] *Numerus annorum vitæ hominis vt multum centum anni, quasi gutta aquæ maris, quasi calculus arenæ, sic exigui anni in die æui.*

l Seneca.

m Seneca Ep. 24.

Breuitas ac paruitas humanæ dominationis ac gloriæ.

n Ecclesiast. c. 18.

In quæ S. [o] Augustinus cogitatione ac meditatione mentis cõuertens aciem, verissima hæc esse talibus asseruit, *longa hominis vita tanta breuitate constringitur ad vniuersi sæculi futuri latitudinem quasi gutta ad vniuersum mare: quid potest in tẽpore esse diuturnum cum sæcula ipsa quæ durationem & magnitudinem regnorum metiuntur vento ipso celeriùs effluant? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & sicut nuntius præcurrens*, clamabat Sapiens, [p] qui ad breuitatem temporis principatuum terræ, & vanitatem pomparum huius mundi exprimendam sic Deum affabatur inferiùs: *Tanquã momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, qui descendit in terram.* [p] *Omnis caro fœnum*, carnalis scilicet potentia, & splendor *& omnis gloria eius quasi flos agri; exsiccatum est fœnum & cecidit flos*; Sic transit gloria temporalis principatus, *& transit mundus & concupiscentia eius*: [q] *vapor ad modicum parens*: [r] ergo non malè ille admirabatur stuporem admirantium vana in Romano Imperio, orbis terrarum principatu Monarchico; sic frustrà stupentibus inclamans. [s] *Quid miraris? quid stupes omnes huius mundi diuitias? Pompa est, ostenduntur istæ res, non possidentur, & cùm placent transeunt: vidistine quam intra paucas horas ille ordo pompaticus quamuis lentus dispositusque transijt?*

o D. Aug. ser. 3. de verbis Domini.

p Sapient. 11. v. 23.

p Esay. c. 4. v. 6.

q S. Ioan. epi. 1. cap. 2.

r Iacob. c. 4.

s Seneca ep. 11.

Quam gloriæ mundanæ breuitatem, & fœlicitatis inanis, fallacisque vanitatem annos expertus plurimos Augustus Imperator se suamque fortunam risit, ridendoque familiares affatus talibus vitæ suę terminum clausit, [t] *An non personam meam in hac mundi fabula satis commodè egisse videor? ergo valete & plaudite.* Vt mirandum non sit, si cùm profanus princeps ita de vanitate principatuum & pomparum mundi iudicarit, sapiens ille Rex ac Propheta, quæ experimento didicerat, omnia sub sole vana inania & momentanea pronuntiauerit exclamatione hac, [t] *vanitas vanitatum, & omnia vanitas!* hæc inferiùs adiungendo, *Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Hierusalem, & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub Sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea.* [u] *Vidi cuncta quæ fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus.* Ideò Apostolus creaturam [x] vanitati subiectam esse dixit, considerata creatoris solida & essentiali gloria quæ in cubo æternitatis radicata, infinita virtute ac omnipotenti firmatur. Atque hæc fortassè multa satis de paruitate & vanitate humanæ dominationis comparatione potestatis ac gloriæ æterni principatus monarchiæque diuinæ principis huius, qui hunc totum mundum regit, [y] *attingens à fine ad finem fortiter, disponensque omnia suauiter; per quem reges regnant & legum conditores iusta decernunt*; [z] *vt inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt*, inter homines excellentiora perfectiùs *intellecta conspiciamus, sempiternam quoque eius virtutem & diuinitatem*; dicentes cum Propheta regio. [a] *Mirabilis facta est scientia tua ex me.* Hoc siquidem est iustorum morem attendere & æmulari, qui (vt cum sancto loquar Gregorio[b]) *tantò solicitius præsentem vitam*, (humanamque pompam) *quàm sit fugitiua cogitare solent: quantò studiosiùs nouerint cælestis patriæ bona æterna perpendere*, & omnipotentis principis, sempiternique Monarchæ eorum largitoris Dei maiestatem cum suprema veneratione & adoratione mirari: *Ex his enim quæ manentia intùs aspiciunt, foris fugam rerum labentium subtiliùs attendunt*: tantoque magis regum ac principum vtriusque fori temporalium maiestatem, cum honore, obsequio & amore fideli suspiciunt, quantò hanc ab æterna illa, diuináque maiestate pendere, procedere, illius fulciri virtute, prouidentiáque gubernari sapientiùs agnoscunt. Sed ad illam æternam infinitæ potestatis, sapientiæ, atque bonitatis maiestatem, eius sempiternum imperium atque Monarchiam religiosè ac deuotè considerandam, quantum pio licet homini, quantum Christiana fides & humana salus patiuntur, accedere, diuinaque freti gratia properare conemur.

t Suetonius in Augusto.

t Ecclesiast. c. 1. v. 2.

u Ibid. ca. 1. 13.

x Rom. 8. v. 20.

y Sap. 8.

z Rom. 1.

a Ps. 138. v. 6.

b S. Gregor.

CAPVT III.

De supremo omnium creaturarum Monarcha Deo, à quo omnis temporalis Monarchia pendet.

1. *Piè ac cum tremore magna fide de Deo loquendum.*
2. *Proprium ac essentiale huius Monarchæ supremi est,* ESSE, *omnia à se creata verbo virtutis suæ portantis.*
3. *Præclara Dei æterni omnium principis descriptio, deque magnitudine virtutis eius ad effectus mirabiles.*
4. *Monarchæ huius æterni altitudo incomprehensibilis, & ineffabilis maiestas.* B
5. *Propter quam Dei nomen proprium ignoratur.*

Piè ac timidè cum magna fide ac reuerentia de supremo omnium creaturarum Monarcha Deo loquendum.

a S. August. lib. 1. de libero arbit.
b Idem lib. 11. Confess. c. 14.
c S. Cyprianus lib. de Symbolo.
d S. Aug. lib. de ordine.
e Prouerb. 25. v. 27.

VERE[a] ac præclarè magnus ille pater Doctorum ac magister post Apostolos S. Augustinus admonuit, *de Deo optimè existimare pietatis esse exordium,* [a] ac de eo loqui non nisi timidè & cum magno tremore & honore, ipse diuinæ ac incomprehensibilis maiestatis cōceptus & contemplatio hortantur: cùm horror sit intendere in eam, sed (vt cum magno illo doctore loquar) [b] *horror honoris, & tremor amoris*: cum S. dicat Cyprianus [c] de Deo etiam vera dicere periculosum esse (nimium nempe eius maiestatem incomprehensibilem rimando ac perscrutando) qui C melius [d] scitur nesciendo. *Sicut* [e] *qui mel multum comedit non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Cùm res tanta scitu profundissima à captu humani intellectus remotissima, fidem non rationem, obedientiam non discursum requirat; assentiendum hîc non quærendum; huic consilio consentiens Plato inter profanos præstans cæteris (ne Aristotelem ipsum excipiam) dicebat [f] τὸν μέγιστον θεὸν, οὔτε ζητεῖν δεῖν, οὔτε πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας ἐρευνῶντας, οὐ γὰρ οὐδ' ὅσιον εἶναι, i. *maximum illum Deum neq; inquiri oportere; nec curiosè satagere causas scrutantes, neq; enim fas esse*: Egregia verò vox ac tanto Philosopho, imò & Christiano digna, cùm à magno Basilio [g] didicerimus animi morbum esse, malè & superfluè de Deo quærere, τῆς ψυχῆς, inquit, νόσημα ἐστὶ, τὸ χαλεπὸν, καὶ περίεργον ζητεῖν περὶ θεοῦ: laudique datum Poetæ Philetæ, quod sic quærentes naturam Dei, monuerit, [h]

f Plato lib. 7. de legib.
g D. Basilius.
h Philetas.

> Θεὸν νόμιζε, καὶ σέβου, ζήτει δὲ μὴ
> Πλεῖον γὰρ οὐδὲν ἄλλο, τὸ ζητεῖν ἔχεις.
> *Deum esse crede, & colito, sed non quærito:*
> *Nam nil habebis aliud hîc quam quærere.*

i S. Hilar. li. 1. de Trinitate.

Theologos patres nostros audiamus; sit nobis instar omnium S. Hilarius [i], *Deus,* inquit, *religione intelligendus est, pietate profitendus est, sensu verò persequendus non est, sed adorandus.*

k Ps. 47. v. 2.
2. *Proprium & essentiale Deo est* ESSE *verbo virtutis suæ omnia portantis.*
l Exod. 12.
m Iob. c. 23.

2. *Magnus* [k] *Dominus & laudabilis nimis, & sapientiæ eius non est numerus,* sicut nec potentiæ & bonitatis, cui soli est proprium & essentiale, ESSE, sicut suum docuit Prophetam, *Ego* [l] *sum, qui sum; ipse solus est,* dicebat Iob, [m] cùm nulla creatura quantumuis dignitate ac virtute cæteris excellat, propriè esse, sed veriùs non esse dicatur: eo quod quælibet res creata ante creationem, æternum NON ESSE habuerit, creatáque si corrupti- A bilis æternū NON ESSE sit aliquando similiter habitura. Si prætereà suaptè natura sit ab omni corruptione & fæce mortis libera, qualis est Angelus, potest nihilominus interitui, lethoque subiugari, quoniam in manu Dei est, ei vitæ vires liberè subministrantis. His addam egregiam Platonis assertionem, [n] *omnem creaturā plus habere non entis quàm entis*: Nam si, exempli causa, Angelus sit intelligentis naturæ, multis eorum caret quæ sunt aliarum creaturarum, vt cœli, terræ, hominis, bruti, aliarúmque rerum, quarum consideratione vnum habet esse & non esse, seu non entia plurima. Solus noster æternus Rex & Monarcha hoc sibi peculiare, nullis communicabile creaturis habet, vt ESSE, sit sua essentia, quia fuit semper & in omni æternitate sit consequentis æui futurus: omnis ex- B pers mutationis, nulla circunscriptus mensura temporis, principij finisque nescius, simplicissimus, actus purissimus, infinitus, causa vniuersalis, OMNE ESSE, sua infinita bonitate se omnibus cōmunicans creaturis. Vnus in essentia habens à se ipso omne & infinitum ESSE, fons vitæ, omnium quæ sunt principium & finis, creator Dominus Deus, Rex denique, princeps & Monarcha creaturarum omnium sempiternus. *Qui portat omnia verbo virtutis suæ,* vt loquitur Apostolus [o] & Sapiens, [p] *vnus altissimus creator omnium, omnipotens Rex, potens, metuendus nimis, sedens super thronum, dominans Deus.*

n Plato in Theæteto.
o Ad Hebr. c. 1. v. 3.
p Eccl. c. 1.

3. Vis scire qualis & quantus æternus ille Monarcha sit non mole, *sed virtute magnus*, ex D. Augustino, [q] auerte oculos tuos ne videant maiestatem, quæ *lucem habitat inaccessibilem,* [r] claude C ostium humanæ cogitationis, & auola extra limites mundanæ curiositatis: intra cubiculum humilitatis, ibi in obsequium fidei captiuus, liber ab omni præsumptione & opinione doctrinæ, expecta eum vt videas eum, *per speculum in ænigmate,* ad salutem animæ tuæ talem qualis à magno Augustino descriptus est, *Deus* [s] *nempe vnius simplicis, incorporea, inuisibilis & incircunscriptæ natura, nihil in se maius aut minus habens, sed per omnem modum sine deformitate perfectus, sine quantitate magnus, sine qualitate bonus, sine tempore sempiternus: vbique præsens, vbique totus, omnia implens, omnia transcendens, omnia creans, omnia regens, sine sui mutatione omnia mouens, in magnitudine infinitus, in bonitate summus, in sapientia inæstimabilis, in consiliis terribilis, in iudiciis iustus, in cogitationibus secretissimus,* D *in verbis verax, in operibus sanctus, in misericordiis copiosus: erga delinquentes patientissimus, erga pœnitentes piissimus, semper æternus, immortalis & incommutabilis. Quem nec præsentia dilatant, nec breuitas locorum angustat, nec receptacula vlla coarctant, nec voluntas variat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta perturbant, nec læta demulcent. Cui nec obliuio tollit, nec memoria reddit, nec præterita transeunt, nec futura succedunt, cui nec origo initium, nec tempora incrementum, nec casus finem dabit. Cui omnia abscondita patent, muta loquuntur, obscura clarent, silentium confitetur. Cui est summa potestas, & singularis honor, perpetuum regnum & sine fine imperium Patri & Filio & Spiritui sancto.* En Monarcham quem quærimus! vt quæsitum ex toto corde amemus, amato supremis famulemur obsequiis, ac diuinum honorem cultumque deferamus. Quem verò omnium regum exemplar sibi ad imitādum Christiani principes proponere debent, si cum suis populis salui esse velint. In quos, effectus fœlicitatis & pro-

q D. August. epist. ad Volusianum.
r 1 ad Timoth. 6. v. 16.
3. *Dei æterni Monarchæ descriptio, de que eius magnitudine ad effectus mirabiles.*
s Diuus Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 1. & lib. meditat. c. 12. per omnia.

speritatis mirabiles, ex illo æterno principe boni vniuersi fonte fœcundissimo redundant.

4. Altitudo Dei super omnes principes & habitatores cæli & terræ, in quinq; consistit.
a Psal. 81. v. 6.
b Apocal. c. 1.
c S. Gregorius ibid.
1. Substantiæ altitudo.
2. Scientia.
d Hierem. c. 32.

4. Monarcha altissimus super omnes deos, super principes terræ, quibus dictum est, *Dij*[a] *estis, & filij Excelsi omnes, &*[b] *princeps regum terræ*, scilicet, iustorum, vt S. Gregorius[c] exponit altitudinem suam, cum admiratione, & honore supremo Angelis & hominibus suspiciendam exponit in multis: 1. In substantia, 2. In scientia, 3. In potestate, 4. In maiestate, 5. In habitatione: Altitudinem substantiæ quis dignè suspicere valeat, cum diuinæ suæ substantiæ perfectione in infinitum rerum naturas supereminent? Scientiæ verò altitudo quanta sit, quis intellectus creatus dicendo aut cogitando assequetur? cùm dixerit Hieremias[d] voce conuersus ad Dominum, *Magnus consilio & incomprehensibilis cogitatu*: cùm scientiæ Dei Apostolus pia cogitatione affixus & hærens, attonitus rei magnitudine, quasi extra se positus, exclamauerit, *O*[e] *altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* At potestatis eius, cui nulla vis creata potest obsistere, altitudini, cogitatione mentis attendentes, ipsi magnates mundique principes obstupescunt; cui submisit fasces imperij sui Nabochodonosor, licet se dixerit principem regum terræ, illam cum magna humilitate supremáque reuerentia magnificans talibus apud Danielem[f], *Ego Nabuchodonosor benedixi altissimum & viuentem in sempiternum laudaui & glorificaui, quia potestas eius, potestas æterna, & iuxta voluntatem fecit tam in virtutibus cœli, quàm in habitatoribus terræ, & non est qui resistat manui eius, & dicat, quare fecisti?* Filio verò eius Balthasari dixit Daniel[g], *O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiã & gloriã dedit Nabuchodonosor patri tuo: quando autem eleuatum cor eius, & spiritus eius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est, & à filiis hominum eiectus est, donec cognosceret quod potestatem haberet Altissimus in regno hominum, & quemcunque voluerit suscitabit super illud.* Maiestatis verò atque dominationis eius altitudinem quis terminus vallabit? cùm sit immensa & infinita, eius imperio omnia subdita concludens, summum honorem & adorationem supremam huic altissimo principi clamantia, *nulli suam*[h] *daturo gloriam: cui*[i] *curuabitur omne genu: coram*[k] *quo curuantur qui portant orbem*: cuius tantæ aspectu maiestatis attoniti Seraphim velabant[l] facies suas; quem mentis oculis intuens Dauid extra se raptus, præ admiratione magna clamabat. *Domine*[m] *Dominus noster quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra! quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos.* Denique habitatio sedes regia, thronúsque tanti principis æterni quàm altus, cœlum scilicet empyreum beatorum angelorum & hominũ mansio? Licet sit vbique totus per essentiam, præsentiam, potentiam, non tamen per gloriam, nisi in illo altissimo cœlorum loco, propter quod Deus cœli, & in cœlis habitare dicatur, vt sacræ Scripturæ multis oraculis memoriæ prodiderunt.

e Ad Rom. 2.
3. Potestatis.
f Daniel. c. 4.
g Daniel. c. 5. v. 2.
4. Maiestatis & dominationis.
h Esai. 45.
i Rom. 14.
k Iob. c. 9.
l Esai. 6.
m Psal. 8.
5. Habitationis.
Altitudo habitationis.

5. Propter hanc ineffabilẽ Dei maiestatẽ, & incomprehensibiles altitudines eius nomen Dei proprium ignoratur.

5. Hæc summa & incomprehensibilia Dei æterni nostri Monarchæ attributa infinitæ eius potentiæ, sapientiæ & bonitatis tanta sunt, tantóque interuallo ab omni intellectus humani captu distantia, vt proprium Dei nomen, quod tanta diuinitatis fastigia denunciet & exprimat, penitùs ignoremus. Propterea dixerat Dominus. *Cur*[n] *quæris nomen meum quod est mirabile?* veréque S. Damascenus τὸ θεῖον ἀκατάληπτον παντὸς καὶ ἀνώνυμον ὄν, scilicet, *comprehendi omninò diuinum illud non potest, neque nominari.* Et Trismegistus in Pimandro,[o] dignam non modò Philosopho, sed vero Christiano sententiam protulit ἀνεκλάλητος, ἄῤῥητος σιωπῇ φωνούμενος, scilicet, *ineffabilis, non dicendus, silentio exprimendus, quem melius inquirendum esse negando, quàm affirmando* S. Dionysius asseruit[p] atque ad sculptorum statuariorúmq; instar detractione eius, quod non est potiùs quàm picturum more adiectione eius quod est; non sine timore ac magna deuotione perscrutandum, planè vt nobis pro fine capitis cum magno illo Doctorum corypհæo S. Augustino exclamare liceat[q], *ô æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas, tu es Deus meus, ad te suspiro die ac nocte.*

n Iudicum 13.
S. Damascenus.
o Hermes in Pimandro c. 2.
p S. Dionys. de cœlesti Hierarch. c. 2.
q S. Aug. lib. 7 Confess.

CAPVT IV.

Quod Dei trini Patris, Filij, & Spiritus S. Monarchia in omnes creaturas, tàm inanimatas quã animatas, se extendat.

1. *Quomodo Deus replens mundũ vniuersum, ad omnes creaturas suum extẽdat imperiũ.*
2. *Omnipotentia Dei in rerum paruarum, magnarumq; procreatione conspicitur euidenter, sicut in earum conseruatione prouidẽtia maximè splendescit: vnde clarissimus illius diuinæ Monarchiæ splendor effulget.*
3. *Vacandum cognitioni & honori Dei vt Rectoris & Monarchæ totius vniuersi.*

1. Qualiter Deus in mundo omnia implere dicitur & conseruare.
r S. Augustin. Epistol. 3 ad Volusian. to. 2.
s Iamblicus.
t Plato.

SI sit animus scire qualiter sit Deus in mundo factor mundi vt in suo imperio, docebit magnus præceptor Augustinus,[r] *non sic* videlicet *Deum esse in mundo & implere mundum, velut aquam, aërem, & ipsam lucem, vt minore sui parte, minorem mundi impleat partem & maiore maiorem. Nouit vbique totus esse, & nullo contineri loco. Nouit venire non recedendo vbi erat. Nouit abire non deserendo quò venerat: miratur hoc mens humana, & quia non capit fortassè, nec credit:* Sed si se à contagione sensuũ velit se paulisper abducere & cogitationem à fæce caducarum rerũ ad splendorem æternarum alis subnixa fidei, attollere: Intelliget profectò qualiter Deus sit extra mundũ, & in ipso mundo, quatenus nempè sua mundum replere maiestate, & mundum palmo concludere dicitur: suum ad omnes imperium creaturas extendẽs; Interiora omnia creaturarum & exteriora fixo & immobili oculo ἀκινήτῳ ὀφθαλμῷ, vt dicebat Iamblicus[s], perfectissimè collustrans, *scrutans corda & renes Deus*: veritas prima, *non secundum honorem, sed secundum naturam* οὐ κατὰ τιμὴν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν, vt loquitur Plato[t]: quâ omnia à se condita considerat: summa potentia quâ creata sustinet ac conseruat: infinita bonitas, quâ creaturis sui participationem communicat: æterna & vniuersalis prouidentia, quâ res omnes, in fines suos per apta & earum naturis conformia media, suauiter, potenterque deducit.

2. Magna Dei virtus & potentia in creandis rebus paruis & magnis, & in regendis prouidentia.

Cuius non est minor virtus ac potestas in A paruis quàm magnis creandis. a *Omnipotens manus sua semper vna & eadem creauit in cœlo angelos, & in terra vermiculos, non superior in illis, non inferior in istis: sicut enim nulla alia manus angelum; ita nulla posset creare vermiculum; sicut nulla cœlum, ita nulla posset creare minimum arboris folium: sicut nulla corpus, ita nulla vllum capillum album posset facere aut nigrum: sed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo sunt possibilia: nec enim possibilius est ei extendere cælum, quàm folium, nec leuius est formare capillum, quàm corpus; nec difficilius fundare terram super aquas, quàm aquas super terram.* Hæc ille: de cuius prouidentia ac solicitudine in regendo, moderandóq. imperio totius mundi, quem de nihilo eduxit in lucem, sic Poëta cecinit. b

a S. August. cap. 9. Soliloquiorum.

b Horat. 13. Odarum.

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventosum & vrbes regnaque tristia. B

Et reuera, tanta est Dei erga suas creaturas cura ac vigilãtia, vt ne folium quidem ex arbore decidat sine nutu ipsius: vbique omnipotentem eius prouidentiam, indeque Monarchiam æternam clementer ostentant, qui sicut est in seipso α, & ω, sic in mundo c sicut rector & author in Angelis, sicut sapor & decor in Ecclesia, sicut pater familias in domo, in animo sicut sponsus in thalamo, in iustis sicut adiutor & protector, & in reprobis sicut pauor & horror.

c S. August. In cap 6. Matthæi super illud Pater noster.

3. Vacandum piæ Dei cognitioni, vt deuotè ex toto corde cognitum amemus & adoremus.

Nos qui inter sublunares creaturas primatum tenemus, omni affectu & contentione niti conuenit, vt vacantes studiosè cognitioni salutari tanti Regis & dominantium dominantis, omnes ingenij & cordis neruos intẽdamus, vt quàm religiosissimè cognitum diligamus, C supremo cultu adoratioueque veneremur: ne deficientes in adoratione hac, inferiores alijs creaturis, ignorantes nos ipsos, abeamus *post vestigia gregum nostrorum*, scilicet aliarum creaturarum d pedibus nostris à maximo illo optimo rerum omnium Monarcha subditarum, quę quanta *possunt naturalis sensus virtute huic suo conditori æternoque* rectori supremum honorem obsequiumque largiuntur: tametsi sui illius principis ac creatoris solummodò vestigij similitudine perfruantur: O Doctor aliorum princeps, dignis nunquam satis mactande laudibus Augustine, hanc quærendi Dominum salutarem viam nos edocuisti, cùm egregiam illam doctrinam mentibus nostris instillasti. *Vnum certè quærimus, e quo simplicius nihil est, ergo in simplicitate cordis quæramus illum: f agite otium (inquit Dominus) & agnoscetis quia ego sum Dominus, non otium desidiæ, sed otium cogitationis; vt à locis & temporibus vacetis.* Cui Sapientis illud præclarè consonat, g *Quoniam inuenitur ab ijs*, scilicet Deus, *qui non tentant illum, & apparet eis qui fidem habent in illum*: & contrà, *peruersę cogitationes separant à Deo.*

d Psal. 8. v. 7:

e S August. lib. de vera Relig. c. 35. tom. 1. pag. 311. c. 1. 6.

f Sap. 1. v. 1.

g Sap. 1. v. 2.

CAPVT V.

Quod omnes creaturæ non solùm animatæ, sensitiua aut vegetatiua anima, sed etiã inanimatæ, Dei supra se Monarchiam & imperium agnoscant, eique suo modo naturali obediant, ac cum honore famulentur.

1. *Dei ignorantia & eius honoris contemptus magnas causantur calamitates impijs, ab ipsis non solùm brutis, sed etiam rebus inanimatis in hoc superatis, qui Deum Monarcham suum cognoscunt, audiunt, adorant.*
2. *Has res inanimatas Dei vocem audire, & eius verbum facere, demonstratur, contra impios in Dei iussa rebellantes.*
3. *Nec solùm audire Dei vocem & eius facere voluntatem, sed etiam illum suo modo amplissimè laudare & in insensatos ac violatores honoris illius, armari.*
4. *Christo Domino nato vt Deo ac creatori suo tales creaturas præ honore maximo se incuruasse, passo ingemuisse, & resurgenti exultantes magna exhibuisse obsequia probatur.*



V A M diræ scelerum ac miseriarum facies ac faces, ex putrido illo ignorantiæ, contemptusque Dei fonte nascantur hæ voces Dei ipsius Domini dominantium, apud Prophetam manifestè testantur: h *Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam* (cognitione nempè veri Dei vt benè ageret) *& nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit*: at hæc temporalia mala ad vltionem tam peruersæ ac malitiosæ imperitiæ non sufficiunt, æternæ sunt euocandæ calamitates. *Propterea dilatauit infernus animam suam* (subdit Dominus) *& aperuit os suum absque vllo termino*: atquid dilatatio tanta oris inferni? *vt descendant fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosique eius ad eum.* Nec immeritò propterea Poeta i dixit.

1. Ignorantia Deum negligere quantum malum.

h Esai. 5. v. 14.

i Silius Italicus lib. 4.

Primæ scelerum causæ mortalibus ægris
Naturam nescire Dei.

Lyricus Poëta, k miserias iunxit sceleribus.

k Horat. lib. 3. Carminũ.

Dij multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosa.

Sed si hic paganorum superstitio loquatur, quanto magis vera Christianorum Religio? *Ideò* l *mala omnia rebus humanis quotidiè ingrauescunt* (ait Lactantius) *quia Deus huius mundi effector & gubernator derelictus est, quia susceptæ sunt contra quam fas est, impiæ religiones:* D *postremò quia ne coli quidem vel à paucis Deus sinitur.* In quo ingrata & scelerata mens libertinorum seu potius atheorum hominum, deberet, si quid frontis adhuc retineret, erubescere, summo pudore confusa; cum videat se in isto sensu Religionis, non modò à brutis & vegetationis capacibus creaturis, sed etiam ab omninò expertibus & inanimatis superari. Qui factorem suum creatorem mundi agnoscunt, sensu quodã naturæ, & agnitũ modo suo suspiciunt, audiunt, & amãt, amatoq; eius in se reuerenter apprehendentes imperium atque Monarchiam, honorifice famulantur. Hoc docuit Propheta Regius apud quem *nix* m *grando, glacies, spiritus procellarum faciunt verbum Dei*: quod non facerent si non audirent, nec audirent si pretiosum de suprema Dei Maiestate

l Lactant lib. 5. Instit. c. 8.

2. Creaturæ omnes expertes animæ Dei vocem audiunt & faciunt.

m Psal. 10. ver. 6.

sensum ipsis licet sensus expertibus natura non inseuisset. Hoc confessus est Ezechiel cùm [a] ossa arida & mortua verbum Dei audire iubente Domino hortatus est, quâ Dei verbum audiendi virtute ossa *arida accesserunt* [b] *ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam, & super ea neruus & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper*; & posteà *ingressus est spiritus & vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus nimis grandis valdè*. Hunc auditum inanimatarum creaturarum obsequiumque sibi manifestauit Dominus, sic suam ad eas vocem conuertens, [c] *Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei*. Christus Dominus [d] *imperauit ventis & mari* vt quiescerent, & audientes vocē creatoris sui quieuerunt, ac dicto citiùs tumidos fluctus, tempestatumque furores dissiparunt: inde nautas ac populos non mediocris cepit admiratio, *Quis est hic, quia ventus & mare obediunt ei?* Ex quo loco inquit S. Hieronymus, [e] *intelligimus quòd omnes creaturæ sentiant creatorem: quas enim increpauit, & quibus imperauit, sentiunt imperantem, non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris, quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. Numquid* [f] *mittes fulgura & ibunt, & reuertentia dicēt tibi, adsumus?*

[a] Ezech. c. 37 v. 4
[b] Ibid v. 7. 8
Ibid v. 10.
[c] Deut 32.
[d] Mat 8. v. 26
Ibid. v. 27.
[e] S. Hyero in c. 8. S. Mathei
[f] Iob. c. 38. v. 35.

Nec audire solùm his sufficit creaturis vocem Dei, eique parere iuuat: sed etiam Monarcham suum præter obedientiam mitis efferre mactareque laudibus voce omnibus creaturis insensibili, sensu quodam naturæ soli creatori cognito gestiunt, *Cæli* [g] *enarrant gloriā Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum*: quomodò enarrant gloriam Dei attollendo voces suas, sicut fluctus maris, de quibus Psal. 92. *Eleuauerunt flumina vocem suam*, scilicet iuxta Chaldaicam [h] Paraphrasim, *Leuauerunt flumina laudem coram Deo, leuauerunt flumina vocem suam in Cantico, eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum*, laudibus scilicet fluctuū maris magnis celebrata est in cælo Dei celsitudo; [i] *qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi; abyssus sicut vestimentum amictus eius; super montes stabunt aquæ*. Ita ab initio terram formauit Deus, vt abyssus aquarum illam vndique tegeret, & super ipsos montes starent aquæ. Sed vt indicaret Propheta aquas maris audire vocem Dei, eique obedire, mirantes & laudantes creatorem & Monarcham suum, subiunxit, *ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt*, scilicet, sed tu ô Deus omnipotens Rex cœli & terræ, increpasti aquas & quasi tonitruo imperij tui illas ita turbasti, vt fugerent & absconderent se intra profunda loca terræ, iussa tua capessentes & venerantes. Similiter huiusmodi creaturæ zelantes instinctu naturali, gloriam conditoris sui, violatoribus diuini honoris atque gloriæ irascuntur armatæ: vt *pugnent contra tales insensatos*: Sic enim Sapiens loquēs Deo hanc attestatur veritatem, [k] *creatura tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt*. Vnde contra execrabiles atheos & alios impios Dei contemptores & blasphematores terribile visu ac dictu prodigium Parisiis [l] apparuit, cùm ad vocem horribilem athei negantis esse Deum, Curiæ Parlamenti aula aurea bis contremuit motu terribili, ac si apertè aula hæc inanimata talem sceleratissimum blasphemum & atheum in infernum ad instar Core, Dathan & Abiron viuentem ingurgitare ac in vindictam tanti sceleris nefandique criminis præcipitare niteretur.

[g] Psal 18.
Psal 92.
[h] Paraphrasis Chaldaica.
[i] Psal. 103.
...creaturæ inanimatæ ira... ac per... les diuina... estatis ar... tur.
...5 v. 21.
...16. v. 24
...strelec... ...m. cro...

Sic multifariam multisque modis tales creaturæ Christo Domino venienti in hunc mundum, vt suo supremo Domino atque creatori varia summæ adorationis obsequia præstitere. *Memorant arborem esse*, inquit Sozomenus [m], *quæ Persis dicitur Hermopoli, quod est oppidum Thebaidis, cuius fructus aut folium aut particula aliqua corticis, ægrotis admota morbos à compluribus depulerit: Nam traditum est Ioseph cum propter Herodem assumptis secum Christo & Maria sancta Deipara, fugisset, atque venisset Hermopolim, simul vt portæ appropinquauit, statim arborem licet planè maximam aduentu Christi curuatam esse atque ad solum vsque se inflexisse, & Christum adorasse*: Hæc ille.

4 *Christo Domino nato vel suo creatori ac supremo principi inanimata & sensus expertes creaturæ in signum supremi cultus incuruantur, passo gemunt, resurgenti nouo famulantur obsequio.*
[m] Sozomen: lib. 5. c. 21.

Morienti Domino ingemiscentes ipsæ creaturæ examines sine sensu, sensum maximi doloris exhibentes, prodigia multa fecerunt, nam [n] *Ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum*, vt quasi visibili voce homines hortaretur [o] *scindere corda sua, & non vestimenta. Et terra mota est, & petræ scissæ, & monumenta aperta sunt*, & sol nigra eclipseos veste bullatus radiosum vultum obscuritatis inuolucro tegēs, ac suum luctus tristitiæque nube lumen inuoluens acerbissimè Domino creatori suo patienti, animamque per dolores immanissimos efflanti tristissimis lamentis, funeribusque parentabatur. Cæteri porrò cœlorum orbes cum astris & stellis, sensu quodam naturæ tacti, confecti mœrore

[n] Math. c. 27.
[o] Ioel. c. 2. v. 4

— Lugubre rotantes
Exequiale suum carmen cernere tonanti.

At illo resurgente gloriosè à mortuis, à se deuicta triumphataque morte, *Sol destracto tenebrarum velo clarior illuxisse visus est; astra quoque omnia & elementa lætari, & quæ patiente Domino proprium lumen retraxerunt & noluerunt creatorem suum crucifixum aspicere; ecce nunc victorem illum & ab inferis resurgentem noua claritatis suæ venerantur obsequio* [p].

[p] S. Aug serm. 136. de tempore.

CAPVT VI.

Diuina Monarchia præcipuè inter creaturas rationis compotes ac intelligibiles, Angelos nēpè & homines, apparet.

1. *Cur præcipuè splendeat appareatque magis hæc æterna Dei Monarchia in Angelis & hominibus quàm in aliis creaturis.*
2. *Quanta huius æterni Monarchæ ac principis Dei cura ac prouidētia de suis creaturis rationalib. vt saluæ fiāt præcipuè bonis.*
3. *Eleuandi sunt oculi cordis ac mentis nostræ ad hunc æternum Regem, vt piè ac religiosè reuereamur, qui est nostra merces magna nimis.*

CVM æterna ac sanctissima illa Dei Monarchia nihil sit aliud quàm sacer principatus [q] quo duo illa comprehenduntur, ipse nempè princeps Deus & mul-

[q] D Thomas 1 q 108. art. 1. in corpore.

Cur splendeat præcipuè in Angelis & hominibus bonis ineffabilis Dei Monarchia, solùm rationes duo. 1.

titudo benè sub illo principe ordinata, sequitur illas tantùm creaturas de illius diuinæ Monarchiæ sorte censeri, quæ sacrorum participes esse possunt. Talium verò creaturarũ orbe solũ concludi Angelos & homines in plano est. Quod solæ hæ intelligentia & ratione perfruãtur, à quibus sacer ille ac diuinus principatus colitur & agnoscitur. Propterea D. Augustinus [a] duas distinxit ciuitates, hoc est societates, vnam in Angelis bonis & hominibus iustis, alteram in malis, cum Angelis, scilicet dæmonibus, tum hominibus rationis quidem sua natura capacibus, sed ea, voluntatis deprauatione, ngn vtentibus, imo furore potius insanientibus, vt inde sæpius in hominis specie feritas helluæ, immanitasque tetrior appareat.

[a] D. August. lib. 12. de ciuit. c. 1.

2. In Angelis & hominibus est similitudo Dei per modũ imaginis, in aliis solùm per modum vestigij.

Adde præterea in illis præcipuè creaturis clarere sacrum ac diuinum illum Dei principatum & imperium, quæ præclaram illius verè ac propriè imaginem similitudinemque gerunt: à qua cæteræ præter Angelos & homines, creaturæ excluduntur: In quibus non vera Dei imago, sed vmbra tantùm & vestigium, vt loquuntur Theologi, conspicitur, dicente [b] D. Thoma, *In sola creatura rationali inuenitur similitudinem Dei, per modum imaginis: in aliis* [c] *autem creaturis, per modum vestigij*, cùm omnes aliæ creaturæ, ab Angelis hominibusque discretæ per aliquem naturæ suæ gradum, ad intelligentem æternam, ineffabili sapientia fœcundam Dei optimi ac omnipotentis Monarchæ essentiam, omni intelligentiæ rationisque capacitate carentes, accedere non possint. *Solùm verò ob dispositionem naturæ suæ, ordinemque demonstrant, aliqua ratione in causa sua esse intelligentiam, sicque per modum vestigij, Deum vt natura prædicum intellectualis repræsentant.* Vnde hoc Theologi inter repræsentationem imaginis & vestigij discrimen constituere solent: quod imaginem secundùm se vt similem naturæ prototypi propriæ, seu ad eam proximè accedentem repræsentare dicant, non sic de vestigio, quod solummodo repræsentare asserunt vt effectum: ex quo accedente aliquo rationis discursu quæ sit natura causæ creaturarum illarum Dei nempe colligere valeamus.

[b] D Thomas 1. q 93. art 6 & q 94 in variis articulis.
[c] Idẽ S Thomas 1. q 93. art. 1. & 2. & ibi Doctores.

Differentia inter similitudinem imaginis & vestigij.

2. Quanta Dei æterni Monarchæ cura & prouidentia de suis intelligentibus ac rationalibus creaturis ut salua fiant.

Iam verò quanta dulcedine & amore, quanta prouidentia & solicitudine salutem suarum ratione præditarum creaturarum æternus ille Monarcha Deus, curet, seruet, foueat, & ad maiorem felicitatis apicem amplificare contendat, magnus ille Augustinus in se expertus ingenuè, multo cum pietatis excessu deuotionisque raptu, Domino Deo confitetur, & talibus extra se positus fando principi tanto, patrique clementissimo conatur exprimere. *Cum* [d] *cunctis præsideas singula implens, totus semper vbique præsens, cunctorumque curam agens, quæ creasti, quia nihil odisti eorum quæ fecisti, sic gressus meos semitasque consideras, & die noctuque super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans, speculator perpetuus, velut si totius creaturæ cœli & terræ oblitus, tantum me solum consideres, & nihil tibi sit cura de aliis: Neq; enim tibi crescit lux incommutabilis visionis tuæ, si tantùm vnum aspicias: neque minuitur, si innumera videas & diuersa: Quia sicut vnum totum simul perfectè consideras, sic singula quælibet, licet diuersa perfectè simul totaque totus conspicis visu tuo. Sed sicut omnia, sic vnum: & sicut vnum sic singula; totus simul sine diuisione, vel commutatione, vel diminutione consideras. Itaque totus tu in toto tempore sine tempore, totum me simul semperque consideras, ac si nihil aliud considerare habeas. Sic igitur super custodiam meam stas, sicut si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velis: Semper quippe te præsentem exhibes, semper te paratum offers, si me paratum inuenis. Quocumque iero tu me Domine nõ deseris, nisi prior ego te deserã: vbicumque fuero non recedis, quoniam vbique es, vt quocumque iero inueniam te per quem esse possim, ne peream sine te, cùm sine te esse non possim.* Hæc præstantissimus Doctor. Sic Deus oculo suæ prouidentiæ fixo & suæ charitatis affectu, omnia noscit, nnuissima & antiqua speculatur, vt ignoscat, exteriora & interiora, vt purget ac sanet, *intellexit* [e] *cogitationes nostras de longè vt nos erudiat, semitam nostram & funiculum nostrum inuestigauit*: vt in salutis portum deducat nos & in tuta benè viuendi statione teneat nos dextera eius; vbi eius inclarescente gratia *tenebræ non conculcabunt nos, sed nox sicut dies illuminabitur*. Sic tanto principi patrique luminum cum Propheta confitebimur; *quia terribiliter, prouidendo nobis, magnificatus est: mirabilia opera eius, & per eius lumen anima nostra cognoscet nimis. Nihil Deo clausum est, interest animis, & cogitationibus interuenit* aiebat Seneca, [f] vt puras à noxiis corruptionis fæcibus emundet: qui cùm solus intueatur cor, videatque omnia, solus sol verè dici potest [g] dicebat ille Christianus philosophus: Propterea laudi maximè datũ Epicteto, quod apud Arrianum ista de Dei mira prouidentia vere philosophando protulerit, [h] *cum ianuas adduxeritis, & tenebras intùs feceritis, ne vnquam in mentem veniat dicere quod soli estis, sed Deus est, & genius vester intùs est, quid autem opus sit lumine vt videant quæ agatis?*

[d] S. Augustin. Soliloq. 14.

Nota.

Nota.

[e] Psal. 138.

[f] Seneca Epist 54.

[g] Boëtius de consolat.

[h] Epictetus apud Arrianũ

Sed si prouidentia hæc æterni principis de omnibus hominibus tanta esse censeatur, quãto maior ac benedictionibus fœcundior erga bonos esse creditur? vt ab eius gratia facti iusti [i] *iustificentur adhuc, nec vsque ad mortem iustificari vereantur* [k]. *Oculi Domini super timentes eum* (ait Sapiẽs) [l] *protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegumen ardoris, & vmbraculum meridiani, deprecatio offensionis & adiutorium casus: exaltans animam & illuminans oculos, dans sanitatem & vitam & benedictionem.* Quid ante eum vates dixerit regius, audiamus, [m] *Oculi Domini super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame*: Eiusdem diuinæ & clementissimæ prouidentiæ atque curæ alibi [n] prædicans in bonos magnificentiam, dicebat, *apud Dominum gressus hominis dirigentur, & viam eius volet: cùm ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam*, Alibi in ista admiranda & prædicanda prouidentiæ & clementiæ huius diuinæ magnitudine sic eloquentiæ Propheticæ neruos extendit, [o] *Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur*, non solùm ossa iustorum numerata custodit Dominus, sed etiam omnes capillos capitis numeratos habet ne aliquis pereat, vt in suo Euangelio testatur Dominus [p]. Imò si quandoque iustos in aliquã infortunij calamitatisq; foueam,

Dei prouidentia ac cura erga bonos præcipuè lucet.

[i] Apocal. c. 22. v 11.
[k] Eclesi. c. 34 v. 21.
[l] Eclesi. 34.
[m] Psal 32.
[n] Psal. 36.
[o] Psal. 33. v. 20 21.
[p] S. Math. 10 S. Luc. 12.

Deus quandoque iustos patitur affligi vt postea feliciùs exaltet.

decidere labique patiatur[l], hoc vt posteà feliciùs augustiúsque resurgant, ex magna misericordia permittit. Iosephum [a] innocentem adolescentem valdè iuuenem, à fratribus traditum venditumque immanissimè à carcere tetro, in quem innoxius iniustissimè coniectus est, ad primum gloriæ, honoris principatusque fastigium, secundùm regium, in Ægypto gloriosè sublimauit. Danielem è lacu [b] leonum eductum in Regis Babyloniæ palatio ad summam authoritatem & venerationem non mediocriter honoratum ab omnibus euexit. Tres pueros [c] ab ardore Babylonicæ fornacis, ad regales delicias euocauit. Martianum, [d] nobilem iuuenem armis, generositate, animique magnanimitate potentem, sed virtute ac religione potentiorem, à furca quò eum iniusta sententia protraxerat atrociter, ad imperiale decus per varios virtutum, dignitatumq; gradus, extulit.

a Genes. cap. 39.

b Daniel. 7. c. 6.

c Daniel. c. 3.

d Euagrius. lib. 2. c. 1.

Coradum ab iniquis parentibus propter suam innocentiam vitæque castimoniam, eiectum, à S. Burchardo [e] Episcopo Vvormatiensi in disciplinam receptum, & tanquam filium à charissimo parente nutritum, & ad omnem instructum pietatem, posteà tandem sua diuina miseratione ad Imperij Germanici fasces thronumque prouexit, *vt sciant* [f] *gentes vias Dei non esse suas, sed sicut exaltantur cæli à terra, ita exaltatæ sunt viæ Dei à vijs hominum, & cogitationes Dei à cogitationibus eorum.* Idcircò propter hanc piã prouidentiam, curámque clementem erga iustos, *ad* [g] *punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui,* apud Prophetam suum dicebat redemptor noster Dominus. Pulchræ & egregiæ antitheses, punctũ desertionis & afflictionis, cui congregatio miserationũ magnarum: momentũ indignationis, cui miseratio sempiternæ misericordiæ, per oppositam clementissimi principis patrisq; compassionem librata potenter opponuntur. Nec vt in æternum sui serui Iob obliuisceretur Deus, speculum admirabile illud patientiæ varijs passus est afflictionibus concuti, calamitatibúsque grauissimis in eius corpore, liberis, domesticis, seruis, armentis, pecoribus, pascuis, domibus, villis, alijsque fortunæ bonis diaboli furore percelli: verùm, sicut ait Scriptura, vt adderet ipsi Iob *omnia* [h] *quæ fuerant duplicia*, vt intelligeremus, sicut præclarè S. Gregorius [i] obseruauit, quàm potenter felicitérque *per pietatem benigni iudicis tentationis nostræ dispendium vincant suffragia consolationum, quámque minus teneat probatio quàm remuneratio, consoletur: vt ex retributionis merito leue fuisse quod tolerauit, agnoscat, qui ex persecutionis pondere graue se aliquid tolerare iudicabat.*

e Author vitæ S. Burchardi sui temporis scriptor.

f Esai. c. 55. v. 9.

g Esai. 54.

Paruas afflictiones in iustis solet in maximas conuertere prosperitates.

h Iob. 42. 10.

i S. Gregorius lib. 35. Moral. cap. 8. n. 1.

His attentè & maturè de mirifica & clementissima æterni Monarchæ Dei, erga omnes præcipuè iustos prouidentia consideratis, quantò iustius ac rectius est, vt cum Lactantio loquar [k]: *omissis insensibilibus & vanis* (addam etiam terrenis, caducis, obnoxiis putredini) *oculos eò tendere, vbi sedes, vbi habitatio est Dei veri, omnium quæ sunt monarchæ omnipotentis & optimi: qui terram stabili firmitate suspendit, qui cœlum distinxit astris fulgentibus, qui Solem rebus humanis clarissimum ac singulare lumen, in argumentum suæ*

3. Eleuandi sunt oculi cordis ad hunc regem & principem clementissimũ & æternum, vt pio illum ac religiosè veneremur, qui est nostra merces magna nimis.

k Lactant. li. 2. c. 5. in principio.

A *vnicæ maiestatis accendit, terris autem maria circumfudit, flumina sempiterno lapsu fluere præcepit.*

Iussit [l] *& extendi campos, subsidere valles,*
Fronde tegi siluas, lapidosos surgere montes.

l Ouidius 1. Metamorph.

Atque hæc & cætera omnia quæ cælo, terra, marique continentur pro bono salutéque hominum fecit idem

Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Quem suspicere cũ extrema reuerentia & cum supremo cultu vt parentem & monarcham generis humani rerúmque fabricatorem mirabilium sicut iura humana diuináque dictant, honorificare debemus, cùm sit merces nostra magna nimis hîc & in cœlo supra omne nostrum meritum, sicut in oratione hac ad Deum mater

Totum hominum præmium Deus merces magna nimis, hic & in cælo.

B Ecclesia confitetur: *Deus* [m] *qui pro abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excedis & vota, &c. qui* [n] *replet in bonis desiderium iustorum, & animam illorum esurientem implenit bonis: qui fecit nos ad se, & ideò inquietum* [p] *est cor nostrum, donec in illo quiescat: nec seruus est ad remunerandum Dominus,* vt sanctus affirmat Ambrosius, *& citò* [q] *promittit & multa largitur, ne infirmos animos ob dilationem mercedis, subeat pœnitentia, contempsisse præsentia. Itaque velut quadam vsuraria largitate compensat: vt vberiora restituat eis, qui captus non fuerat oblatione præsentium.* Atque hæc quidem de tam illustri grauique subiecto pro infirmitatis nostræ captu fortasse satis, cùm in eo propter fœcunditatem præstantissimę materiæ non tam copia, quàm modus quærendus sit.

m Oratio Ecclesiæ.

n Psal. 102. Psal. 106.

p D. August. 1. Confess. cap. 1.

q D Ambros. lib. 5. de Abraham, c. 8.

C

CAPVT VII.

De Monarchia Dei in Angelos & homines, quáque ratione vtrique post creationem suam disponantur & ordinentur ab illo summo Monarcha, vt ipsius imperio ad salutem suam felicitatémque pareant.

1. *De influxu diuinæ essentiæ per participationem in angelos & homines, quorum angeli sunt filij Dei, maiores natu, homines verò sunt minores natu & iuniores.*
2. *Angeli assistentes & ministrantes in suis obeundis muneribus sui æterni Monarchæ, mirum in modum maiestatem exaltant, & magnificant obediendo.*

D EGREGIA sane Philosophia vel Theologia potius, quã mentibus fideliũ magnus Areopagita Francorũ Apostolus inseruit, *Bonum* [r] *naturâ suâ diffusiuum esse sui*, quod cùm nõ aliud sit essentiale quàm ipsemet Deus Optimus Maximus; nobilissimas cæterarum creaturas, Angelos scilicet & homines è nihilo in esse, vitæque lucem producendo, suam infinitam ac essentialem bonitatem clarissimè demonstrauit; eò perfectiùs quò se creationis via illustribus illis creaturis nobilius fœcundiori gratia, communicauit; tantóque eius principis æterni supremique Dei omnium creatoris imperium augustius præstantiusque iudicatur, quantò creatu-

r S. Dionys. *bonum sui diffusiuum.*

Deus vult præcipuè dominari liberis creaturis ac bonis bonitatemeris.
a Prouerb. c. 23.
b Ioel. c. 2. v. 23.

ræ huic imperio subditæ liberiores, maioriq; liberæ voluntatis arbitrio perfruuntur. Hinc est A quod tam sæpè támque sollicitè Deum ipsum corda nostra sibi dari iubentem, præberiq; passim in scripturis audiamus; *Fili* a *mi præbe mihi cor tuum: Conuertimini* b *ad me in toto corde vestro, &c.* Quod maximè liberis creaturis pura voluntate præditis, benigno mansuetóque dominari gaudeat imperio: propterea ante creationem hominis Dominus Deus appellari noluit, sed solùm Spiritus, Deus seu Iodex c אלהים, at creato homine pleno rationis, consilij, voluntatis, libertatis, Dominus Deus dici voluit יהוה אלהים, vt indicaret se velle esse Deum ac Dominum præcipuè voluntariè obedientiū, sibiq; charitate coniunctorum, vt talibus egregiè sanctus obseruauit Basilius d, οὐ πάντων θεὸς ὁ θεός, ἀλλὰ τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ διὰ τῆς ἀγάπης, B scilicet, *Deus non omnium Deus est, sed sibi per charitatem coniunctorū*: vnde *Deus viuorum non mortuorum* e in scripturis appellatur; viuorū, inquā, per charitatem, amorémq; Dei ipsi voluntariè corpus in hostiam laudis, animámq; sacrificantiū, qua per scelera sua priuati charitate damnati ad inferos mortui dicuntur, iuxta illud, *Non* f *mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernū*; quos ideò sceleratos æternis subiugatos suppliciis, quia à charitate & bona voluntate liberè Deo seruiendi excluduntur, à regno Dei eiectos, scilicet gratiæ & gloriæ sacrarum scripturarū pleraq; monumenta testantur.

c Genes. 2. *Elohim.*
Iehoua Elohim.
d S. Basilius apud Stobæū serm. 166.
e S. Matth.
f Psal. 113. v. 26.

In cuius rei fidem & assertionem valde illud notabile ac consideratione dignissimū, nempe Luciferū, qui primus fuerat Seraphim princeps Angelorū, militiæq; cælestis, nunc apud inferos æternis adiudicatum tormentis, non amplius C Seraphim ardore diuini amoris, sed Cherubim scilicet scientem intelligentémque nominari. Quod scientia quidem apud inferos quæ magis damnatos excruciet, non autem charitas quæ cultores suos in cælo felicitatis æternæ participes collocet, inueniri possit. Præclaro textu Ezechielis g, mysteriū hoc comprobatur, in quo Deus Luciferum quondam angelorum principem Seraphinorū spirituum pulcherrimum ac præstantissimum irato sic affatur eloquio, *Tu Cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ: donec inuenta est iniquitas in te, in multitudine negociationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eieci te de monte Dei, & perdidi te Cherub.* Ergo cùm verum Dei imperium non sit rigoris ac seruitutis quale est in impios, sed piæ C libertatis ac charitatis quale est in bonos, tam angelos quàm homines, clarissimè patet quàm illustre, quámque augustum Dei in creaturas liberas, ac bona voluntate seruientes in creatione angelorum hominúmque, sed magis in illorum confirmatione, sicut horum regeneratione imperium extiterit; nobiliores talibus creaturis suæ naturæ diuinæ effigiem imaginémq. præclara corroboratā similitudine perfectius imprimēdo, sicq; eas suis voluntariè ac religiosè legibus obsequentes, ac imperiis in suæ diuinitatis consortium nobilius euocando.

Not cur Lucifer primus Seraphinorū non amplius apud inferos vocatur Seraphim sed Cherubim.
g Ezechiel. c. 28. v. 14.
S. Petr. 1.
Angeli filij Dei dicuntur natu maiores, homines iuniores

Harum nobilissimarū creaturarū perfecta libertate insignitarū angeli prioritate quidē atq; dignitate naturæ, Dei filij maiores natu, sic homines natu minores, naturaliq; inferiores prærogatiua dici vocariq́ue possunt. Propter quod illos astra matutina, hos vespertina, sacræ h scripturæ à sancto inspiratæ spiritu, prout sanctorū Patrum refert interpretatio, vocauerunt. *Astra*, inquit S. i Gregorius, *matutina etiam cum vespertinis, redemptoris potentiam laudant, dum electi Angeli, etiam cum redemptis in mundi fine hominibus largitorem gratiæ superna glorificant, &c.*

h Iob. c. 38. v. 7.
i B Gregor. in cap. 38. Iob.

2. Angelicos illos ac intelligentes spiritus in loco mundi eminentiori ac magnificētiori cælo nēpe empyreo Deus creare voluit k optima quidem ratione: cùm enim omnes illæ beatæ mētes ac spiritus, vniuersæ corporaliū naturæ diuina suffragāte auctoritate & ordinatione præsideant atq; dominentur; æquum valde rationiq. consentaneū esse videbatur, vt in corporeo supremo cælo videlicet empyreo crearentur: in B tanto numero vt nec lingua exprimere humana, nec intellectus cōprehendere, nec vlla cogitatio assequi posse cēseatur. In qua multitudine propè infinita splēdet illustriùs multò principis æterni dignitas atque maiestas: sicut in tēporalib. principes terræ eò videmus illustriores, potentioresq; quo sunt multitudine populorū in suo principatu fœcundiores. Quapropter ineffabilē potentiā maiestatémq; Dei immensam hac spirituum multitudine beatorū Daniel exprimere cupiens numerū certum pro incerto vsurpando dicebat, m *millia millium ministrabant illi, & decies centena millia assistebāt ei.* Si tanta in rebus corporalibus varietas ac multitudo: quātò maior esse debet in spiritualibus atq; cœlestibus considerata eorum spirituū ratione dignitatis? Sed sicut in multitudine populorū principis potentia patescit: sic in eorū dispositione multitudinis, & ordine, sapientia clarescit. Propterea æternus ille Monarcha hanc immensam spiritualium multitudinem populorum ac exercituum militiæ cælestis, ab omni confusione liberatam atque discretam, tam præclaro ordine, pulchráque dispositione temperauit, vt nihil in tota natura dici possit venustius ac illustrius.

2. In Angelis multitudine propè infinita, maximè relucet Dei imperium.
k D. Thomas 1. q. 61. art. 4.
l Raymundus Sebaudius in suo Dialogo 4 c. 42.
m Daniel. Vide Pererium in hunc locum.

Si enim quæ à Deo sapientissimo principe ac creatore mūdi facta ordinata esse dicat Apostolus, quātò magis quæ in cælo in illarū creatione substantiarū corporeæ molis expertiū hanc benè ordinatam discretionē ab ipso summo Deo constitutā asseuerāter affirmare debemus? atq; tota illa discretio ac ordinatio in tres hierarchias & nouē ordines eōsolidata stabilitāq. æterna Dei cōstitotione conquiescit; hoc S. Gregorio referēte n: *Nouē ordines Angelorum, eùm per sacra* C *eloquia, Angeli, Archāgeli, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Throni, Cherubim atq; Seraphim, aperta na ratione memorantur.* Atq; istorum spirituū distinctionis sacri canones meminere o. vt ita tres primi ordines hierarchiā primā, tres intermedij secundā, tres verò postremi tertiam hierarchiā constituant. In quibus Deus trinus imperij sui potentiā, maiestatē, benignitatē, atque magnificētiā operationū suarū virtute clarius multò quā in aliis creaturis corporea compage concretis ostēdit. *Etenim* p *amat ipse princeps æternus in Seraphim vt charitas, nouit in Cherubim vt veritas, sedet in Thronis vt æquitas, dominatur in dominationibus vt maiestas, regit in principatibus vt principium, tuetur vt virtus in virtutibus, corroborat vt fortitudo in potestatibus, reuelat vt lux in*

In multitudine Angelorum pulchra dispositio ac distinctio per 3. Hierarchias & 9. ordines.
Rom. 13.
n D. Gregor. homil. 34. in Euangelia.
o cap principium. §. nouē de Pœnit. dist. 2.
p S. Antoninus part. 3. tit. 31. c. 6 § 1.

archangelis, aſſiſtit vt pietas in angelis. En quantæ virtutes æterni illius Monarchæ in his ſublimibus creaturis magnificentiſſimè dignoſcuntur! Iam qualiter principes illi ac principales Monarchæ vniuerſi mundi miniſtri ſeruiant omnipotenti Deo regi ſeculorum omnium inuiſibili ac æterno, quámque in omnibus deuoti ac præ reuerentia trementes, humili famulentur obſequio, videamus. Illorum ſiquidem alij Deo ineffabili, luce inacceſſibili circumfuſo, maximo cum honore reuerentiáque trementi, huius maieſtatem admirantes aſſiſtunt: alij citiſſima deuotione miniſtrant: nam, inquit S. Gregorius,[a] *aliud eſt aſſiſtere, aliud miniſtrare: aſſiſtunt illi qui ad quadam hominibus miniſtranda non exeunt; miniſtrant verò hi qui ad officia nuntiorum veniunt.* Primæ hierarchiæ angelos, quia cæteris dignitate præeuntes aſſiſtere Deo ſancti Patres Theologíque Doctores, præſertim Doctor Angelicus [b] cæteros miniſtrare varia probatione demonſtrarunt. Aſſiſtentes immediato diuini luminis influxu ab ipſo Deo, viuo veri fonte luminis illuſtrantur: miniſtrantes verò lumen illud diuinum per intermedia aſſiſtentium illorum munera officiáque mutuantur. Quo illuminati iniuncta ſibi à Deo negotia pro ſalute bonorum, contra amentiam perditorum in terras illapſi legati, ſtrenuè atque fideliter operantur. Ea quippe magni Areopagitæ doctrina eſt à magni præceptoris S. Pauli ſapientiæ fontibus hauſta atque deprompta, cùm ait,[c] *Id diuina & æterna lege atque ordine ſancitum eſt, vt per prima ſecundis, diuini fulgoris radius inſinuet, &c. videlicet vt à ſuperiorum ac præſtantia naturali altis priorum angelorum lux myſtica ad inferiores angelos illuminatio deriuetur. Quæ poſtea ab his ad homines fluxu ſalutari redundet.* Hanc doctrinam ſuperiori capite [d] auditor ille apoſtolicus clarè ſatis talibus expreſſerat: *illud Theologi apertius indicant, inferiores ſcilicet cœleſtium ſpirituum ordines à ſuperioribus diuinorum operum ſcientiam honeſtiſſimè diſcere: qui verò celſiores omnibus ſunt, à deitate ipſa vt fas eſt, ſeorſim ſacratiùs erudiri.* Notandum ex doctrina huius myſtici Theologi Francorum Apoſtoli ipſam diuinæ ſcientiæ participationem, purgationem, illuminationem perfectionémq; vocari, vt hæc capitis 7. de cœleſti hierarchia teſtantur: [e] *Illud addiderim, quod participatio ipſa diuinæ ſcientiæ & purgatio & illuminatio fit atque perfectio. Purgat, dum quæ antè non videbantur, ſublimioris intelligentiæ luce panduntur. Perficit autem hoc lumine, dum altiſſimorum ſenſuum firmam perſeuerantémque ſcientiam tradit.* Hæc ille vir vere apoſtolicus Francorum ſalutis ſator ac plantator religionis Chriſtianæ, in gente noſtra ſanctiſſimus.

Angelorum alij Deo aſſiſtũt, alij miniſtrãt.

a S. Gregor. lib. 17. cap. 9. Moral.

b D Thomas 1. q. 112. art. 3.

c S. Dionyſ. lib. de cœleſti hierarch.

d D. Dionyſ. cap. 7. de cœleſti hierarc.

e D Dionyſ. c. 7 de cœleſti hierarch.

Atque hæc pauca de Angelis hîc ſatis: plura de his inferiùs dicturi. Ad alteram vniuerſi nobiliſſimam creaturam, humanam nempe, veniamus: de ea ſimiliter ſumma quædam capita breuiter notaturi, prout ſubiecti ratio poſtulare videbitur.

CAPVT VIII.

De creatione hominis, eius dignitate, ac præſtantia ſuper omnes creaturas, exceptis Angelis: quibus tamen ſuperior ſecundum quid eſſe dicitur, non natura, ſed gratia, propter beneficium incarnationis ac paſſionis Chriſti Domini.

1. *De creatione hominis.*
2. *De eius dignitate ſuper creaturas omnes, exceptis Angelis.*
3. *Licet homo paulò minùs ab Angelis minoratus ſit natura, tamen gratia, propter incarnationis, & paſſionis Domini meritum excelſior factus eſt.*

1. ICVT creaturam in cœlo empyreo Angelicam creauerat Deus vt honoraretur in cœlis, ſic in terris, ſexto die poſt creata cætera creaturam nobiliſſimam, hominem videlicet, è nihilo in lucem vitæ illuſtriſſimæ ad imaginem & ſimilitudinem ſuam effictum formatumque produxit: vt magis in terra glorificaretur; eſſentque creaturæ rationales ſuæ conſortes naturæ, quas ſub imperij ſui leges nobiliùs magnificentiúſq; mitteret.

Homo ex nihilo in lucem eductus potentia creatoris.

Sanctius[a] *his animal mentiſque capacius altæ*
Deerat adhuc & quod dominari in cætera poſſet.

Cuius recens creati *omnia* [b] *ſubiecit Deus ſub pedibus.* Atque ſi roges ex quanam regione ac patria in tantam nobilitatis & excellentiæ naturalis lucem emerſerit homo, reſpondebit tibi [c] S. Cyrillus, *ex regione quadam quæ appellatur nihil: homo,* inquit, *ex nihilo ad eſſe producitur, locus enim quaſi quidam creaturarum, confingitur ipſum nihil: à quo modo quodam profectæ creaturæ locum, vt ita dicam, eſſendi acquirunt.*

a Ouidius 1. Metamor.

b Pſal. 8. v. 7.

c S. Cyrillus Alexandr. in cap. 1. Ioan.

Ex hac regione inani, deſerta & vacua quæ nihil eſt, potentia æterni principis, in tantam eſſentiæ perfectionem euectus eſt, vt omnium creaturarum naturis per quendam eminentem participationis gradum copulatus, paruus mũdus [d] *μικρόκοσμος* à ſapientioribus deque meliori nota Philoſophis, meritò dictus eſſe videatur. Propter quod Sapientia æterna, diuinum Verbum, Filius Patri coöſubſtantialis æterno, hominis aſſumendo naturam, omnes naturas ad nobiliorem ſtatus excellentiam mirabiliter eduxit, vt ſic eleganter expreſſit S. Damaſcenus [e]. *Creator naturam omnem interiecta humanitatis beneficio, in melius commutauit: Nam cùm homo medica quadam inter mentem & materiam ſede conſtitutus rerum omnium conditarum, tam quæ in aſpectum cadunt, quàm quæ oculorum ſenſum fugiunt, nodus ac vinculum ſit; profectò etiam artifex, Dei Verbum humanæ naturæ copulatum per eam cum vniuerſis rebus conditis vnitum eſt, &c.* Et alibi [f]: *Benigna Patris voluntas in vnigenito Filio rerum omnium connexionem effecit. Nam cùm paruus mundus homo, vt qui eſſentiæ omnis, tum in aſpectum cadentis, tum oculorum aciem fugientis, nodum ac vinculum in ſeipſo ferat, atque hoc & illud, reuera benigna Dei voluntas hoc tulit, vt in vnigenito Filio diuinitatis & humanitatis, ac per eam conditarum omnium rerum connexio fieret, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Hæc ille.

1. Homo paruus mundus.

d Ariſtoteles & S. Damaſcenus oratione de Transfigurat.

Deus Filius humanam aſſumẽdo naturã cæteras nobilitauit creaturas.

e Damaſcen. orat. 1 de Natiuitate Virginis.

f Idem S. Damaſc. orat. de Transfigur.

2. Huius hominis dignitatem admirans

2. De nobilitate ac excellen-

A rerum omnium huic vnitati, quam μονάδα nuncupauit apud Plutarchum Pythagoras,[a] attribuit. Alexander[b] vnitatem istam cum eodem Laërtio lib. 8. de vitis, omnium bonorum scaturiginem, sicut dualitatem malorum principium omnium esse dicebat. Vnitatis siquidem natura, inscia circumferentiæ, cælo temperiem, animis virtutem, corporibus sanitatem, domibus & ciuitatibus pacem, animorumque concordiam generat; sicut dualitas diuersa omnia causatur, aëri tempestates, animis malitiam, corporibus ægritudines, humanis societatibus priuatis ac publicis dissidium, bella, seditiones, iurgia, odiaque miserè pariendo. Hanc de vnitate ac dualitate opinionē[c] Homerus prior ante sæcula multa secutus, vnitatis naturam in boni portione, dualitatis vero in mali parte collocauit. Similia Plutarchus.[d]

Vnitas principium bonorum omnium: dualitas malorum.
a Pythagoras apud Plutarchum lib. de Philosophorum placitis seu opinionibus.
b Alexander lib. de successionibus Philosophorum tom. 5.
c Homerus.
d Oposcol. de loquacitate.

B Hoc discrimen non sine mysterio Moyses, vt antiquitate illis omnibus prior, sic cæteris vera sapientia præstantior, insinuans de scriptis breuitate verborum primi, tertij, quarti, quinti sextique dierum operibus de nihilo productis à Deo, cùm dixisset,[e] *Et vidit Deus quod esset bonum*, commemoratis secundi diei operibus; consultò ab ijsdem verbis (*vidit Deus quod esset bonum*) abstinere voluit, hoc silentio demonstrare cupiens dualitatem bonum non esse ab vnitate discedentem, vt sancti Hieronymus[f] &[g] Ambrosius obseruauere. Ipsam vnitatis naturam[h] Galenus medicorum Coryphæus post Hippocratem, extollens, dualitatis verò deprimens, scriptis posteritati consignauit, in omnium rerum genere, quod optimum est id vnicum esse, vitiosa verò ac pessima esse plurima.

e Genes. c. 1.
f D. Hieron. lib. 1. contra Iouinianum.
g Can. nuptiæ 32. q. 1.
h Galenus li. 6. de sanitate tuenda.

C Vnitate nihil securius ad pacem, nihil tutius ad custodiam, nihil pulchrius ad gloriam, nihil melius ad felicitatem, nihil ipsi Deo conformius, nihil vicinius, cùm ipsemet sit vnus natura & imperio, tametsi personarum trium discretione distinctus: ad hanc propterea μονάδα omnia post ipsum Deum Macrobius[i] reuocabat, supremum locum inter creata cuncta sortitā, à qua in Timæo[h] Plato produci omnia, hac in Philæbo, omnia metiri, & in[k] Epinomide in eam omnia reduci pluribus asseruit. Hanc vnitatem[l] Trismegistus mentem vocabat à summo natam Deo quæ eum à cæterarum rerum & potestatum numero separabat, quæque temporum vices nesciens, diuortij aut dissidij impatiens, in omni semper æuo quieta atque pacifica consistens, res varias à se discretas suo vinculo potenti coadunatas suauitate regulæ, canonísque moderabatur. Hunc ab vno tutum ac dulce imperium, vt sicut in vniuerso mundo Deus omnia regit, in potentiis omnia mens, in membrorum multitudine cor aut cerebrum, sic & inter homines operæpretium esse videatur, vt vnus cæteris dignitate, authoritate & imperio præerat. Vnde nata & orta Monarchia in terris sicut in cælis, à Deo rege regum, & domino dominantium: per eum conseruata, crescendo corroborata, & in eum vt finem vltimum æternúmque regem, *cui omnia viuunt*, deriuanda:[m] *ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: in*[n] *quo viuimus, mouemur, & sumus*: cuius gratiâ sumus quod sumus: atque vtinam verè cum Apostolo dicere possimus,[o] *Gratia Dei in nobis vacua non fuit, sed gratia Dei semper in nobis manet.*

i Macrobius in somnio Scipionis.
h Plato in Timæo, Philæbo & Epinomide.
i Plato in Philæbo.
k in Epinomide.
l Trismegistus.
m Rom. c. 11.
n Actor. c. 16. v. 16.
o 1. Cor. c. 15.

CAPVT II.

1. *Monarchia vnde.*
2. *Quid.*
3. *Quotuplex.*



QVID sibi velit Monarchia, nominis notatio docet: dicitur enim Græcè μοναρχία, vnius imperium ac principatus, à μόνος, quod est vnus, & ἀρχὴ principatus: hoc qui fruitur Monarcha dicitur, velut arbiter orbis cui præest, sicut imperium Romanum orbis terrarum arbitrium[p] appellabat: quandoquidem qui sic B moderatur & regit, solus per se, suóque nomine imperat, cum summa propriáque authoritate, iussis alterius parere nescia, licet bonis amica consiliis, quæ pio principi suggeruntur, vt iustè, & cum ratione imperet. Vnde Monarchia dicitur[q] *summum penes vnum imperium, sine superioris aut æqualis, populi, vel alterius principis consortio*: quoniam si duos caperet dominos principatus, Monarchia vtique minimè dicenda foret:[r] *Sicut mundus duos non capit Soles*, aiebat ad Darium Magnus Alexander, *sic monarchia duos principes*: Et Lydius quidam ad Crœsum Lydiæ regem, quod fratrem in regni consortium asciuisset, accedens auctiùs asserebat,[s] nempe *conflagrationis periculum immineri mundo, si gemini Soles essent in illo: sic vnum regem principémque solummodò Lydiæ populi possunt accipere*, inquiebat ille, *quem seruatorem omnium* C *subditorum esse credunt; duos verò simul tolerare nequeunt*. His erat conforme responsum, quod Carolus Andegauēsis S. Ludouici frater, Manfredi Siciliæ, Neapolisque Regis nomen sibi præter fas arrogantis, regníque fasces vsurpantis, legatis pro domino suo pacem postulantibus à se dedit; videlicet *aut*[t] *Manfredum, aut Carolum mori oportere, cùm ambo Reges Siciliæ Neapolísque simul esse non possint*. Monarchia igitur, vt ad scopum quo tendimus citiùs accedamus, cognita illius essentia, non malè generali diuisione, in æternam monarchiam, temporalémque distribuimus: illam infinitæ virtutis, potentiæ, magnitudinis, incomprehensibilem (quæ Dei omnium creatoris est) hanc illius respectu prope nihil esse cum sacra pagina confitemur: licet temporalis Monarchia, illius æternæ fulta præsidio, res sit inter humanas præstantissima.

Monarchiæ etymon.
p Suetoo. in Augusto.
q Aristot. lib. 3. Politic. c. 7
r Plutarchus in Alexādro.
s apud Stob. ser. 146.
t Ricordanus in Florentina hist. & Masson. l. 3 annal. in S. Ludouico.
Monarchia diuisio in æternā & temporalem.

C A qua diuisione Platonis intelligentia minimè discrepare videbatur, cùm[u] *Monarcham in diuinum pastorem, & humanum curatorem*, generali distributione partiebatur: cuius mens & opinio verbis paulisper mutatis, in eum quem astruximus sensum sententiámque propendent. Solius Dei trini, Patris, Filij, & Spiritus sancti Monarchia æterna est, interitus aut vllius mutationis expers, reliquorum terræ principum caduca, ruinæ obuia, mutationúmque legibus astricta. De illa æterna Dei SS. Prophetarum oracula loquuntur,[x] *Regnum tuum, regnum omnium sæculorum*: cui veritati consentiens Hieremias, exclamabat,[y] *Dominus autem Deus verus est, ipse Deus viuens & rex sempiternus*. Sic Daniel,[z] *Regnum eius regnum sempiternum, ac pote-*

u Plato in politico, seu de regno.
x Psal. 144.
y Hierem 10.
z Daniel. 3.

ſtas eius in generatione & generationem: Quẽ æternũ A Monarcham, vt cum omni deootione, ac ſuprema adoratione cogitaremus, talibus S. Baſilius [a] inuitabat & inflammabat, *Omnia peragrans, atque cogitans, ſupra res conditas teipſum erigens, vlteriuſque mentem attollens, diuinam naturam cogita, ſtabilem, ab omni mutatione atque conuerſione & perpeſſione remotam, ſimplicem, compoſitionis ac diuiſionis expertem: inaccessum, potentiam omni ratione præſtãtiorem, magnitudinem nullis terminis definitam, gloriam inſigniter rutilantem, bonitatem expetendam, ſingularem pulchritudinem, quæque ſauciatam quidem animam maiorem in modum perſtringat, verum nullis verbis pro dignitate declarari poſſit. Cuius principis natura immutabilis, utpotè increati ac ſempiterni,* inquit S. Damaſcenus, [e] *res fixis peraguntur rationibus, & quod ſemel decretum eſt fieri, nulla poteſt nouitate mutari,* vt B aduerſus gentes defendebat Arnobius.

a D. Baſilius lib. de fide.

Æterni Monarchæ Dei magnitudo incomprehenſibilis.

e S. Damaſc. dialogo aduerſus Manichæos.

Arnob. lib. 2. aduerſ. gẽtes.

Monarchia verò temporalis, quæ regnat in terris, inconſtantiæ, viciſſitudini, mutationique procliuis, poſt ortus & incrementa, occaſus, defectioneſque patitur; nullibique firmè radicata ut duret longius, ac beatiùs quam in diuinæ gratiæ clauo & cardine, ſicut

Mundana humanaque gloria & Monarchia temporalis, lubrica mutationibus vanitatibuſq; multis, reſpectu æterno, obnoxia.

varia naſcentibus, inqoit ſacer Poëta, [f]
Contingunt pueris animæ, ſic vrbibus affert
Hora dieſque ſuum, cùm primùm mœnia ſurgunt,
Aut fatum aut genium.

In his ſiquidem ſublunariis ſublimitatibus [g] *indicium eſt imminentis exitij maturitas, & appetitur finis vbi incrementa conſumpta ſunt:*

[h] *In ſe magna ruunt lætis hunc numina rebus*
Creſcendi poſuere modum.

f Prudentius lib. poſt in hymn.

g Seneca lib. de conſolat. ad Martiam.

h Lucanus lib. primo.

Lectorem ne diutiùs citandis exemplis moremur, vnum nobis ſit inſtar omnium Romanum Imperium, vrbſque eius Roma caput mundi, de qua Propertius. [i]

Omnia Romanæ cedant miracula terræ,
Natura hîc poſuit quicquid vbique fuit.

i Propertius lib. 3.

At vbi iam quæſo tot mira? ad nihilum redacta, ſic à fundamentis collapſa ſunt, vt aliquando extitiſſe difficilè crederemus, niſi quanta Roma fuerit, ipſa ruina doceret.

[k] *Vſquè adeò res humanas vis abdita quædam*
Obterit, & pulchrò faſces, ſæuaſque ſecures
Proculcare, ac ludibrio ſibi habere videtur.

k Lucretius lib. 5.

[l] *Nil ſub Sole ſtabile ac diuturnum, omnia breuia & caduca infiniti temporis nullam partem occupantia, minorẽ portionem ætas* regnorũ, ſicut *noſtra habet, quàm punctum & momentum, ſi tempori comparetur omni:* D alibi, ſapiens ille prophanus: [m] *nullã vitæ partem apprehendis, quam ſubitò mors è manibus non eripiat: viuimus ſed viuendo morimur, & quò longiore vſura vitam producimus, eò effluit vita curſu velociori;* vt non immeritò Sapiens dixerit, [n] *Numerus annorum vitæ hominis vt multum centum anni, quaſi gutta aquæ maris, quaſi calculus arenæ, ſic exigui anni in die æui.*

l Seneca.

m Seneca Ep. 24.

Breuitas ac paruitas humanæ dominationis ac gloriæ.

n Eccleſiaſt. c. 18.

In quæ S. [o] Auguſtinus cogitatione ac meditatione mentis cõuertens aciem, veriſſima hæc eſſe talibus aſſeruit, *longa hominis vita tanta breuitate conſtringitur ad vniuerſi ſæculi futuri latitudinem quaſi gutta ad vniuerſum mare: quid poteſt in tẽpore eſſe diuturnum cum ſæcula ipſa quæ durationem & magnitudinem regnorum metiuntur vento ipſo celeriùs effluant? Tranſierunt omnia illa tanquam vmbra, & ſicut nuntius præcurrens,* clamabat Sapiens, [p] qui ad breuitatem temporis principatuum terræ, & vanitatem pomparum huios mundi exprimendam ſic Deum affabatur inferiùs: *Tanquã momentum ſtateræ,* A *ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram.* [p] *Omnis caro fœnum,* carnalis ſcilicet potentia, & ſplendor *& omnis gloria eius quaſi flos agri; exſiccatum eſt fœnum & cecidit flos;* Sic tranſit gloria temporalis principatus, *& tranſit mundus & concupiſcentia eius:* [q] *vapor ad modicum parens:* [r] ergo non male ille admirabatur ſtuporem admirantium vana in Romano Imperio, orbis terrarum principatu Monarchico; ſic fruſtrà ſtupentibus inclamans. [ſ] *Quid miraris? quid ſtupes omnes huius mundi diuitias? Pompa eſt, oſtenduntur iſtæ res, non poſſidentur, & cùm placent tranſeunt: vidiſtine quam intra paucas horas ille ordo pompaticus quamuis lentus diſpoſituſque tranſiit?*

o D. Aug. ſer. 3. de verbis Domini.

p Sapient. 11. v. 23.

p Eſay. c. 40. v. 6.

q S. Ioan. epi 1. cap 2.

r Iacob. c. 4.

ſ Seneca ep. 22.

Quam gloriæ mundanæ breuitatem, & fœlicitatis inanis, fallaciſque vanitatem annos expertus plurimos Auguſtus Imperator ſe ſuamque fortunam B riſit, ridendoque familiares affatus talibus vitæ ſuę terminum clauſit, [t] *An non perſonam meam in hac mundi fabula ſatis commodè egiſſe videor? ergo valete & plaudite.* Vt mirandum non ſit, ſi cùm profanus princeps ita de vanitate principatuom & pompatum mundi iudicarit, ſapiens ille Rex ac Propheta, quæ experimento didicerat, omnia ſub ſole vana inania & momeotanea pronuntiauerit exclamatione hac, [t] *vanitas vanitatum, & omnia vanitas!* hæc inferiùs adiungendo, *Ego Eccleſiaſtes fui Rex Iſrael in Hieruſalem, & propoſui in animo meo quærere & inueſtigare ſapienter de omnibus quæ fiunt ſub Sole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, vt occuparentur in ea.* [u] *Vidi cuncta quæ fiunt ſub Sole, & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus.* Ideò Apoſtolus creaturam [x] vanitati ſub- C iectam eſſe dixit, conſiderata creatoris ſolida & eſſentiali gloria quæ in cubo æternitatis radicata, infinita virtute ac omnipotenti firmatur. Atque hæc fortaſsè multa ſatis de paruitate & vanitate humanæ dominationis comparatione poteſtatis ac gloriæ æterni principatus monarchiæque diuinæ principis huius, qui hunc totum mundum regit, [y] *attingens à fine ad finem fortiter, diſponenſque omnia ſuauiter; per quem reges regnant & legum conditores iuſta decernunt;* [z] *vt inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt,* inter homines excellentiora perfectiùs *intellecta conſpiciamus, ſempiternam quoque eius virtutem & diuinitatem,* dicentes cum Propheta regio. [a] *Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me.* Hoc ſiquidem eſt iuſtorum morem attendere & æmulari, qui (vt cum ſancto loquar Gregorio [b]) *tantò ſolici-* D *tius præſentem vitam,* (humanamque pompam) *quàm ſit fugitiua cogitare ſolent: quantò ſtudioſius nouerint cæleſtis patriæ bona æterna perpendere,* & omnipotentis principis, ſempiternique Monarchæ eorom largitoris Dei maieſtatem com ſuprema veneratione & adoratione mirari: *Ex his enim quæ manentia intùs aſpiciunt, foris fugam rerum labentium ſubtiliùs attendunt:* tantoque magis regum ac principum vtriuſque fori temporalium maieſtatem, cum honore, obſequio & amore fideli ſuſpiciunt, quantò hanc ab æterna illa, diuináque maieſtate pendere, procedere, illius fulciri virtute, prouidentiáque gubernari ſapientiùs agnoſcunt. Sed ad illam æternam infinitæ poteſtatis, ſapientiæ, atque bonitatis maieſtatem, eius ſempiternum imperium atque Monarchiam religioſè ac deuotè conſiderandam, quantum pio licet homini, quantum Chriſtiana fides & humana ſalus pationtur, accedere, diuinaque freti gratia properare conemur.

t Suetonius in Auguſto.

t Eccleſiaſt. c. 1. v. 2.

u Ibid. ca. 1. 13.

x Rom. 8. v. 20.

y Sap. 8.

z Rom. 1.

a Pſ. 138. v. 6.

b S. Gregor.

CAPVT III.

De supremo omnium creaturarum Monarcha Deo, à quo omnis temporalis Monarchia pendet.

1. *Piè ac cum tremore magna fide de Deo loquendum.*
2. *Proprium ac essentiale huius Monarchæ supremi est*, ESSE, *omnia à se creata verbo virtutis suæ portantis.*
3. *Præclara Dei æterni omnium principis descriptio, deque magnitudine virtutis eius ad effectus mirabiles.*
4. *Monarchæ huius æterni altitudo incomprehensibilis, & ineffabilis maiestas.*
5. *Propter quam Dei nomen proprium ignoratur.*

Piè ac timidè cum magna fide ac reuerentia de supremo omniũ creaturarum Monarcha Deo loquendum.

a S.August. lib.1. de libero arbit.
b Idem lib. 12. Confess. n.14.
c S.Cyprianus lib de Symbolo.
d S. Aug. lib. de ordine.
e Prouerb.25. v.27.

VERE' ac præclarè magnus ille pater Doctorum ac magister post Apostolos S.Augustinus admonuit, *de Deo optimè existimare pietatis esse exordium*, [a] ac de eo loqui non nisi timidè & cum magno tremore & honore, ipse diuinæ ac incomprehensibilis maiestatis cõceptus & contemplatio hortantur: cùm horror sit intendere in eam, sed (vt cum magno illo doctore loquar) [b] *horror honoris, & tremor amoris*: cum S. dicat Cyprianus [c] de Deo etiam vera dicere periculosum esse (nimium nempe eius maiestatem incomprehensibilem rimando ac perscrutando) qui melius [d] scitur nesciendo. *Sicut* [e] *qui mel multum comedit non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Cùm res tanta scitu profundissima à captu humani intellectus remotissima, fidem non rationem, obedientiam non discursum requirat; assentiendum hîc non quærendum; huic consilio consentiens Plato inter profanos præstans cæteris (ne Aristotelem ipsum excipiam) dicebat [f] τὸν μέγιστον θεὸν, οὔτε ζητεῖν δεῖν, οὔτε πολυπραγμονεῖν τὰς αἰτίας ἐρευνῶντας, οὐ γὰρ οὐδ' ὅσιον εἶναι, i. *maximum illum Deum neq; inquiri oportere; nec curiosè satagere causas scrutantes, neq; enim fas esse*: Egregia verò vox ac tanto Philosopho, imò & Christiano digna, cùm à magno Basilio [g] didicerimus animi morbum esse, malè & superfluè de Deo quærere, τῆς ψυχῆς, inquit, νόσημα τὸ, τὸ κακῶς, καὶ περισσῶς ζητεῖν περὶ θεοῦ: laudique datum Poetæ Philetæ, quod sic quærentes naturam Dei, monuerit, [h]

f Plato lib.7. de legib.
g D. Basilius.
h Philetas.

Θεὸν νόμιζε, καὶ σέβου, ζήτει δὲ μὴ·
Πλέον γὰρ οὐδὲν ἄλλο, τοῦ ζητεῖν ἔχεις.
Deum esse crede, & colito, sed non quærito:
Nam nil habebis aliud his quam quærere.

i S.Hilar.li 1. de Trinitate.

Theologos patres nostros audiamus, sit nobis instar omnium S.Hilarius [i], *Deus*, inquit, *religione intelligendus est, pietate profitendus est, sensu verò persequendus non est, sed adorandus.*

k Ps. 47. v. 2.
2. Proprium & essentiale Deo est Esse verbo virtutis suæ omnia portanti.
l Exod. 12.
m Iob. c. 23.

2. *Magnus* [k] *Dominus & laudabilis nimis, & sapientiæ eius non est numerus*, sicut nec potentiæ & bonitatis, cui soli est proprium & essentiale, ESSE, sicut suum docuit Prophetam, *Ego* [l] *sum, qui sum; ipse solus est*, dicebat Iob, [m] cùm nulla creatura quantumuis dignitate ac virtute cæteris excellat, propriè esse, sed veriùs non esse dicatur: eo quod quælibet res creata ante creationem, æternum NON ESSE habuerit, creatáque si corrupti-A bilis æternũ NON ESSE sit aliquando similiter habitura. Si præterea suaptè natura sit ab omni corruptione & fæce mortis libera, qualis est Angelus, potest nihilominus interitui, lethoque subiugari, quoniam in manu Dei est, ei vitæ vires liberè subministrantis. His addam egregiam Platonis assertionem, [n] *omnem creaturã plus habere non entis quàm entis*: Nam si, exempli causa, Angelus sit intelligentis naturæ, multis eorum caret quæ sunt aliarum creaturarum, vt cœli, terræ, hominis, bruti, aliarúmque rerum, quarum consideratione vnum habet esse & non esse, seu non entia plurima. Solus noster æternus Rex & Monarcha hoc sibi peculiare, nullis communicabile creaturis habet, vt ESSE, sit sua essentia, quia fuit semper & in omni æternitate sit consequentis æui futurus: omnis ex-B pers mutationis, nulla circumscriptus mensura temporis, principij finisque nescius, simplicissimus, actus purissimus, infinitus, causa vniuersalis, OMNE ESSE, sua infinita bonitate se omnibus cõmunicans creaturis. Vnus in essentia habens à se ipso omne & infinitum ESSE, fons vitæ, omnium quæ sunt principium & finis, creator Dominus Deus, Rex denique, princeps & Monarcha creaturarum omnium sempiternus. *Qui portat omnia verbo virtutis suæ*, vt loquitur Apostolus [o] & Sapiens, [p] *vnus altissimus creator omnium, omnipotens Rex, potens, metuendus nimis, sedens super thronum, dominans Deus.*

n Plato in Theæteto.
o Ad Hebr. c.1.v 3.
p Eccl.c.1.

3. Vis scire qualis & quantus æternus ille Monarcha sit non mole, *sed virtute magnus*, ex D. Augustino, [q] auerte oculos tuos ne videant maiestatem, quæ *lucem habitat inaccessibilem*, [r] claude C ostium humanæ cogitationis, & auola extra limites mundanæ curiositatis: intra cubiculum humilitatis, ibi in obsequium fidei captiuus, liber ab omni præsumptione & opinione doctrinæ, expecta eum vt videas eum, *per speculum in ænigmate*, ad salutem animæ tuæ talem qualis à magno Augustino descriptus est, *Deus* [s] *nempe vnius simplicis, incorporeæ, inuisibilis & incircumscriptæ naturæ, nihil in se maius aut minus habens, sed per omnem modum sine deformitate perfectus, sine quantitate magnus, sine qualitate bonus, sine tempore sempiternus: vbique præsens, vbique totus, omnia implens, omnia transcendens, omnia creans, omnia regens, sine sui mutatione omnia mouens, in magnitudine infinitus, in bonitate summus, in sapientia inæstimabilis, in consiliis terribilis, in iudiciis iustus, in cogitationibus secretissimus,* D *in verbis verax, in operibus sanctus, in misericordiis copiosus: erga delinquentes patientissimus, erga pœnitentes piissimus, semper æternus, immortalis & incommutabilis. Quem nec præsentia dilatant, nec breuitas locorum angustat, nec receptacula vlla coarctant, nec voluntas variat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta perturbant, nec læta demulcent. Cui nec obliuio tollit, nec memoria reddit, nec præterita transeunt, nec futura succedunt, cui nec origo initium, nec tempora incrementum, nec casus finem dabit. Cui omnia abscondita patent, muta loquuntur, obscura clarent, silentium confitetur. Cui est summa potestas, & singularis honor, perpetuum regnum & sine fine imperium Patri & Filio & Spiritui sancto.* En Monarcham quem quærimus! vt quæsitum ex toto corde amemus, amato supremis famulemur obsequiis, ac diuinum honorem cultumque deferamus. Quem verũ omnium regum exemplar sibi ad imitãdum Christiani principes proponere debent, si cum suis populis salui esse velint. In quos, effectus fœlicitatis & pro-

q D. August. epist. ad Volusianum.
r 1 ad Timoth.6. v.16.
3. Dei æterni Monarchæ descriptio, deque eius magnitudine ad effectus mirabiles.
s Diuus Augustinus lib. 5. de Trinit. cap. 1. & lib. medit c.12. per omnia.

ſperitatis mirabiles, ex illo æterno principe boni vniuerſi fonte fœcundiſſimo redundant.

4. *Altitudo Dei ſuper omnes principes & habitatores cœli & terræ, in quinq; conſiſtit.*

a Pſal. 81. v. 6.
b Apocal. c. 1.
c S. Gregorius ibid.

4. Monarcha altiſſimus ſuper omnes deos, ſuper principes terræ, quibus dictum eſt, *Dij* [a] *eſtis, & filij Excelſi omnes, &* [b] *princeps regum terræ*, ſcilicet, iuſtorum, vt S. Gregorius [c] exponit altitudinem ſuam, cum admiratione, & honore ſupremo Angelis & hominibus ſuſpiciendam exponit in multis: 1. In ſubſtantia, 2. In ſcientia, 3. In poteſtate, 4. In maieſtate, 5. In habitatione: Altitudinem ſubſtantiæ quis dignè ſuſpicere valeat, cum diuinæ ſuæ ſubſtantiæ perfectione in infinitum rerum naturas ſuperemineat? Scientiæ verò altitudo quanta ſit, quis intellectus creatus dicendo aut cogitando aſſequetur? cùm dixerit Hieremias [d] voce conuerſus ad Dominum, *Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu*: cùm ſcientiæ Dei Apoſtolus pia cogitatione affixus & hærens, attonitus rei magnitudine, quaſi extra ſe poſitus, exclamauerit, *O* [e] *altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles viæ eius! Quis enim cognouit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius eius fuit?* At poteſtatis eius, cui nulla vis creata poteſt obſiſtere, altitudini, cogitatione mentis attendentes, ipſi magnates mundi que principes obſtupeſcunt; cui ſubmiſit faſces imperij ſui Nabuchodonoſor, licet ſe dixerit principem regum terræ, illam cum magna humilitate ſupremáque reuerentia magnificans talibus apud Danielem [f], *Ego Nabuchodonoſor benedixi altiſſimum & viuentem in ſempiternum laudaui & glorificaui, quia poteſtas eius, poteſtas æterna, & iuxta voluntatem fecit tam in virtutibus cœli, quàm in habitatoribus terræ, & non eſt qui reſiſtat manui eius, & dicat, quare feciſti?* Filio verò eius Balthaſari dixit Daniel [g], *O rex, Deus altiſſimus regnum & magnificentiã & gloriã dedit Nabuchodonoſor patri tuo: quando autem eleuatum cor eius, & ſpiritus eius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius ablata eſt, & à filiis hominum eiectus eſt, donec cognoſceret quod poteſtatem haberet Altiſſimus in regno hominum, & quemcumque voluerit ſuſcitabit ſuper illud.* Maieſtatis verò atque dominationis eius altitudinem quis terminus vallabit? cùm ſit immenſa & infinita, eius imperio omnia ſubdita concludens, ſummum honorem & adorationem ſupremam huic altiſſimo principi clamantia, *nulli ſuam* [h] *dabo gloriam: cui* [i] *curuabitur omne genu: coram* [k] *quo curuantur qui portant orbem*: cuius tantæ aſpectu maieſtatis attoniti Seraphim velabant [l] facies ſuas; quem mentis oculis intuens Dauid extra ſe raptus, præ admiratione magna clamabat. *Domine* [m] *Dominus noſter quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! quoniam eleuata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.* Denique habitatio ſedes regia, thronúſque tanti principis æterni quàm altus, cœlum ſcilicet empyreum beatorum angelorum & hominũ manſio? Licet ſit vbique totus per eſſentiam, præſentiam, potentiam, non tamen per gloriam, niſi in illo altiſſimo cœlorum loco, propter quod Deus cœli, & in cœlis habitare dicatur, vt ſacræ Scripturæ multis oraculis memoriæ prodiderunt.

1. *Subſtantiæ altitudo.*
2. *Scientiæ.*
d Hierem. c. 32.
e Ad Rom. 11.
3. *Poteſtatis.*
f Daniel. c. 4.
g Daniel. c. 5. v. 2.
4. *Maieſtatis & dominationis.*
h Eſai. 45.
i Rom. 14.
k Iob. c. 9.
l Eſai. 6.
m Pſal. 8.
5. *Habitationis.*
Altitudo habitationis.

5. *Propter hanc ineffabilẽ Dei maieſtatẽ, & incomprehenſibiles altitudines eius nomen Dei proprium ignoratur.*

5. Hæc ſumma & incomprehenſibilia Dei æterni noſtri Monarchæ attributa infinitæ eius potentiæ, ſapientiæ & bonitatis tanta ſunt, tantóque interuallo ab omni intellectus humani captu diſtantia, vt proprium Dei nomen, quod tanta diuinitatis faſtigia denunciet & exprimat, penitùs ignoremus. Propterea dixerat Dominus. *Cur* [n] *quæris nomen meum quod eſt mirabile?* veréque S. Damaſcenus τὸ θεῖον ἀκατάληπτόν ἐστι καὶ ἀνώνυμον, ſcilicet, *comprehendi omninò diuinum illud non poteſt, neque nominari*. Et Triſmegiſtus in Pimandro, [o] dignam non modò Philoſopho, ſed vero Chriſtiano ſententiam protulit ἀνεκλάλητος, ἄρρητος σιωπῇ φωνούμενος, ſcilicet, *ineffabilis, non dicendus, ſilentio exprimendus, quem melius inquirendum eſſe negando, quàm affirmando* S. Dionyſius aſſeruit [p] atque ad ſculptorum ſtatuariorúmq; inſtar detractione eius, quod non eſt potiùs quàm pictorum more adiectione eius quod eſt; non ſine timore ac magna deuotione perſcrutandum, planè vt nobis pro fine capitis cum magno illo Doctorum corypheo S. Auguſtino exclamare liceat [q], *ô æterna veritas, & vera charitas, & chara æternitas, tu es Deus meus, ad te ſuſpiro die ac nocte.*

n Iudicum 13.
S. Damaſcenus.
o Hermes in Pimandro c. 1.
p S. Dionyſ. de cœleſti Hierarch. c. 2.
q S. Aug. lib. 7 Confeſſ.

CAPVT IV.

Quod Dei trini Patris, Filij, & Spiritus S. Monarchia in omnes creaturas, tàm inanimatas quã animatas, ſe extendat.

1. *Quomodo Deus replens mundũ vniuerſum, ad omnes creaturas ſuum extẽdat imperiũ.*
2. *Omnipotentia Dei in rerum paruarum, magnarumq; procreatione conſpicitur euidenter, ſicut in earum conſeruatione prouidẽtia maximè ſplendeſcit: vnde clariſſimus illius diuina Monarchiæ ſplendor effulget.*
3. *Vacandum cognitioni & honori Dei vt Rectoris & Monarchæ totius vniuerſi.*

SI ſit animus ſcire qualiter ſit Deus in mundo factor mundi vt in ſuo imperio, docebit magnus præceptor Auguſtinus, [r] *non ſic* videlicet *Deum eſſe in mundo & implere mundum, velut aquam, aërem, & ipſam lucem, vt minore ſui parte, minorem mundi impleat partem & maiore maiorem. Nouit vbique totus eſſe, & nullo contineri loco. Nouit venire non recedendo vbi erat. Nouit abire non deſerendo quò venerat: miratur hoc mens humana, & quia non capit fortaſsè, nec credit*: Sed ſi ſe à contagione ſenſuũ velit ſe pauliſper abducere & cogitationem à fæce caducarum rerũ ad ſplendorem æternarum alis ſubnixa fidei, attollere: Intelliget profectò qualiter Deus ſit extra mundũ, & in ipſo mundo, quatenus nempè ſua mundum replere maieſtate, & mundum palmo concludere dicitur: ſuum ad omnes imperium creaturas extendẽs; Interiora omnia creaturarum & exteriora fixo & immobili oculo ἀκοιμήτῳ ὀφθαλμῷ, vt dicebat Iamblicus [s], perfectiſſimè colluſtrans, *ſcrutans corda & renes Deus*: veritas prima, *non ſecundum honorem, ſed ſecundum naturam* οὐ κατὰ τιμὴν, ἀλλὰ κατὰ φύσιν, vt loquitur Plato [t]: quâ omnia à ſe condita conſiderat: ſumma potentia quâ creata ſuſtinet ac conſeruat: infinita bonitas, quâ creaturis ſui participationem communicat: æterna & vniuerſalis prouidentia, quâ res omnes, in fines ſuos per apta & earum naturis conformia media, ſuauiter, potenterque deducit.

1. *Qualiter Deus in mundo omnia implere dicitur & conſeruare.*
r S. Auguſtin. Epiſtol. 3 ad Voluſian. to. 2.
s Iamblicus.
t Plato.

2. *Magna Dei virtus & potentia in creandis rebus paruis & magnis, & in regendis prouidentia.*

Cuius non est minor virtus ac potestas in A
paruis quàm magnis creandis. a *Omnipotens manus tua semper vna & eadem creauit in cælo angelos, & in terra vermiculos, non superior in illis, non inferior in istis: sicut enim nulla alia manus angelum; ita nulla posset creare vermiculum; sicut nulla cœlum, ita nulla posset creare minimum arboris folium: sicut nulla corpus, ita nulla vllum capillum album posset facere aut nigrum: sed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo sunt possibilia: nec enim possibilius est ei extendere cælum, quàm folium, nec leuius est formare capillum, quàm corpus; nec difficilius fundare terram super aquas, quàm aquas super terram.* Hæc ille: de cuius prouidentia ac solicitudine in regendo, moderandóq. imperio totius mundi, quem de nihilo eduxit in lucem, sic Poëta cecinit.b

a S. August. cap. 9. Soliloquiorum.

b Horat. 13. Odarum.

Qui terram inertem, qui mare temperat B
Ventosum & vrbes regnaque tristia.

Et reuera, tanta est Dei erga suas creaturas cura ac vigilãtia, vt ne folium quidem ex arbore decidat sine nutu ipsius: vbique omnipotentem eius prouidentiam, indeque Monarchiam æternam clementer ostentant, qui sicut est in seipso α, & ω, sic in mundo c sicut rector & author in Angelis, sicut sapor & decor in Ecclesia, sicut pater familias in domo, in animo sicut sponsus in thalamo, in iustis sicut adiutor & protector, & in reprobis sicut pauor & horror.

c S. August. In cap. 6. Matthæi super illud *Pater noster.*

3. *Vacandum pia Dei cognitioni, vt deuotè ex toto corde cognitum amemus & adoremus.*

Nos qui inter subluuares creaturas primatum tenemus, omni affectu & contentione niti conuenit, vt vacantes studiosè cognitioni salutari tanti Regis & dominantium dominantis, omnes ingenij & cordis neruos intẽdamus, vt quàm religiosissimè cognitum diligamus, C
supremo cultu adoratioueque veneremur: ne deficientes in adoratione hac, inferiores alijs creaturis, ignorantes nos ipsos, abeamus *post vestigia gregum nostrorum*, scilicet aliarum creaturarum d pedibus nostris à maximo illo optimo rerum omnium Monarcha subditarum, quę quanta *possunt naturalis sensus virtute huic suo conditori æternoque* rectori supremum honorem obsequiumque largiuntur: tametsi sui illius principis ac creatoris solummodò vestigij similitudine perfruantur: O Doctor aliorum princeps, dignis nunquam satis mactande laudibus Augustine, hanc quærendi Dominum salutarem viam nos edocuisti, cùm egregiam illam doctrinam mentibus nostris instillasti. *Vnum certè quærimus, e quo simplicius nihil est, ergo in simplicitate cordis quæramus illum: f agite otium (inquit Dominus) & agnoscetis quia ego sum Dominus, non otium desidiæ, sed otium cogitationis; vt à locis & temporibus vacetis.* Cui Sapientis illud præclarè consonat, g *Quoniam inuenitur ab ijs*, scilicet Deus, *qui non tentant illum, & apparet eis qui fidem habent in illum*: & contrà, *peruersę cogitationes separant à Deo.*

d Psal. 8. v. 7.

e S. August. lib de vera Relig. c. 35. tom. 1. pag. 311. c. 1, 6.

f Sap. 1. v. 3.

g Sap. 1. v. 2.

CAPVT V.

Quod omnes creaturæ non solùm animatæ, sensitiua aut vegetatiua anima, sed etiã inanimatæ, Dei supra se Monarchiam & imperium agnoscant, eique suo modo naturali obediant, ac cum honore famulentur.

1. *Dei ignorantia & eius honoris contemptus magnas causantur calamitates impijs, ab ipsis non solùm brutis, sed etiam rebus inanimatis in hoc superatis, qui Deum Monarcham suum cognoscunt, audiunt, adorant.*
2. *Has res inanimatas Dei vocem audire, & eius verbum facere, demonstratur, contra impios in Dei iussa rebellantes.*
3. *Nec solùm audire Dei vocem & eius facere voluntatem, sed etiam illum suo modo amplissimè laudare & in insensatos ac violatores honoris illius, armari.*
4. *Christo Domino nato vt Deo ac creatori suo tales creaturas præ honore maximo se incuruasse, passo ingemuisse, & resurgenti exultantes magna exhibuisse obsequia probatur.*



VAM diræ scelerum ac miseriarum facies ac faces, ex putrido illo ignorantiæ, contemptusque Dei fonte nascantur hæ voces Dei ipsius Domini dominantium, apud Prophetam manifestè testantur: h *Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam* (cognitione nempè veri Dei vt benè ageret) *& nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit*: at hæc temporalia mala ad vltionem tam peruersæ ac malitiosæ imperitiæ C
non sufficiunt, æternæ sunt euocandæ calamitates. *Propterea dilatauit infernus* animam suam (subdit Dominus) *& aperuit os suum absque vllo termino*: atquid dilatatio tanta oris inferni? *vt descendant fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosique eius ad eum.* Nec immeritò propterea Poeta i dixit.

1. *Ignorantia Deum negligere quantum malum.*

h Esai. 5. v. 14.

Prima scelerum causa mortalibus ægris
Naturam nescire Dei.

i Silius Italicus lib. 4.

Lyricus Poëta, k miserias iunxit sceleribus.

Dij multa neglecti dederunt
Hesperiæ mala luctuosa.

k Horat. lib. 3. Carminũ.

Sed si hic paganorum superstitio loquatur, quanto magis vera Christianorum Religio? *Ideò l mala omnia rebus humanis quotidiè ingrauescunt* (ait Lactantius) *quia Deus huius mundi effector & gubernator derelictus est, quia susceptæ sunt contra quam fas est, impiæ religiones:* D
postremò quia ne coli quidem vel à paucis Deus sinitur. In quo ingrata & scelerata mens libertinorum seu potius atheorum hominum, deberet, si quid frontis adhuc retineret, erubescere, summo pudore confusa; cum videat se in isto sensu Religionis, non modò à brutis & vegetationis capacibus creaturis, sed etiam ab omninò expertibus & inanimatis superari. Qui factorem suum creatorem mundi agnoscunt, sensu quodã naturæ, & agnitũ modo suo suspiciunt, audiunt, & amãt, amatoq; eius in se reuerenter apprehendentes imperium atque Monarchiam, honorifice famulantur. Hoc docuit Propheta Regius apud quem *nix m grando, glacies, spiritus procellarum faciunt verbum Dei*: quod non facerent si non audirent, nec audirent si pretiosum de suprema Dei Maiestate

l Lactant lib. 5. Instit. c. 8.

2. *Creaturæ omnes expertes animæ Dei vocem audiunt & faciunt.*

m Psal. 10. ver. 6.

sensum ipsis licet sensus expertibus natura non inseuisset. Hoc confessus est Ezechiel cùm[a] ossa arida & mortua verbum Dei audire iubente Domino hortatus est, quâ Dei verbum audiendi virtute ossa *arida accesserunt[b] ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam, & super ea nerui & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper*; & posteà *ingressus est spiritus & vixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus nimis grandis valdè*. Hunc auditum inanimatarum creaturarum obsequiumque sibi manifestauit Dominus, sic suam ad eas vocem conuertens,[c] *Audite cæli quæ loquor, audiat terra verba oris mei*. Christus Dominus[d] *imperauit ventis & mari* vt quiescerent, & audientes vocē creatoris sui quieuerunt, ac dicto citiùs tumidos fluctus, tempestatumque furores dissiparunt: inde nautas ac populos non mediocris cepit admiratio, *Quis est hic, quia ventus & mare obediunt ei?* Ex quo loco inquit S. Hieronymus,[e] *intelligimus quòd omnes creaturæ sentiant creatorem: quas enim increpauit, & quibus imperauit, sentiunt imperantem, non errore hæreticorum, qui omnia putant animantia, sed maiestate conditoris, quæ apud nos insensibilia, illi sensibilia sunt. Numquid*[f] *mittes fulgura & ibunt, & reuertentia dicēt tibi, adsumus?*

a Ezech. c.37 v.4.
b Ibid v.7 8
* Ibid v.10.
c Deut.32.
d Mat 8 v.26
Ibid. v.27.
e S. Hyero in c.8.2. Mathei
f Iob.c.38.v.35.

Nec audire solùm his sufficit creaturis vocem Dei, eique parere iuuat: sed etiam Monarcham suum præter obedientiam miris efferre mactareque laudibus voce omnibus creaturis insensibili, sensu quodam naturæ soli creatori cognito gestiunt,[g] *cæli enarrant gloriā Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum*: quomodò enarrant gloriam Dei attollendo voces suas, sicut fluctus maris, de quibus Psal. 92. *Eleuauerunt flumina vocem suam*, scilicet iuxta Chaldaicam[h] Paraphrasim, *Leuauerunt flumina laudem coram Deo, leuauerunt flumina vocem suam in Cantico, eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum*, laudibus scilicet fluctuū maris magnis celebrata est in cælo Dei celsitudo;[i] *qui fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi; abyssus sicut vestimentum amictus eius; super montes stabunt aquæ*. Ita ab initio terram formauit Deus, vt abyssus aquarum illam vndique tegeret, & super ipsos montes starent aquæ. Sed vt indicaret Propheta aquas maris audire vocem Dei, eique obedire, mirantes & laudantes creatorem & Monarcham suum, subiunxit, *ab increpatione tua fugient, à voce tonitrui tui formidabunt*, scilicet, sed tu ô Deus omnipotens Rex cœli & terræ, increpasti aquas & quasi tonitruo imperij tui illas ita turbasti, vt fugerent & absconderent se intra profunda loca terræ, iussa tua capessentes & venerantes. Similiter huiusmodi creaturæ zelantes instinctu naturali, gloriam conditoris sui, violatoribus diuini honoris atque gloriæ irascuntur armatæ: vt *pugnent contra tales insensatos*: Sic enim Sapiens loquēs Deo hanc attestatur veritatem,[k] *creatura tibi factori deseruiens, exardescit in tormentum aduersus iniustos, & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidunt*. Vnde contra execrabiles atheos & alios impios Dei contemptores & blasphematores terribile visu ac dictu prodigium Parisiis[l] apparuit, cùm ad vocem horribilem athei negantis esse Deum, Curiæ Parlamenti aula aurea bis contremuit motu terribili, ac si apertè aula hæc inanimata talem sceleratissimum blasphemum & atheum in infernum ad instar Core, Dathan & Abiron viuentem ingurgitare ac in vindictam tanti sceleris nefandique criminis præcipitare niteretur.

g Psal. 18.
Psal 92.
h Paraphrasis Chaldaica.
i Psal.103.
3. Creaturæ inanimatæ in rebelles ac perduelles diuinæ Maiestatis armantur.
Sap.5 v.21.
k Sap.16.v 24
Nota.
l Monstrelet 3 volum. cronic.

Sic multifariam multisque modis tales creaturæ Christo Domino venienti in hunc mundum, vt suo supremo Domino atque creatori varia summæ adorationis obsequia præstitere. *Memorant arborem esse*, inquit Sozomenus[m], *quæ Persis dicitur Hermopoli, quod est oppidum Thebaidis, cuius fructus aut folium aut particula aliqua corticis, ægrotis admota morbos à compluribus depulerit: Nam traditum est Ioseph cum propter Herodem assumptus secum Christo & Maria sancta Deipara, fugisset, atque venisset Hermopolim, simul vt portæ appropinquauit, statim arborem licet planè maximam aduentu Christi curuatam esse atque ad solum vsque se inflexisse, & Christum adorasse*: Hæc ille.

4. Christo Domino nato vt suo creatori ac supremo principi inanimata & sensus expertes creaturæ in signum supremi cultus incuruantur, passo gemunt, resurgenti nouo famulantur obsequio.
m Sozomen. lib.5.c.21.

Morienti Domino ingemiscentes ipsæ creaturæ examines sine sensu, sensum maximi doloris exhibentes, prodigia multa fecerunt, nam[n] *Ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum*, vt quasi visibili voce homines hortaretur[o] *scindere corda sua, & non vestimenta. Et terra mota est, & petræ scissæ, & monumenta aperta sunt*, & sol nigra eclipseos veste bullatus radiosum vultum obscuritatis inuolucro tegēs, ac suum luctus tristitiæque nube lumen inuoluens acerbissimè Domino creatori suo patienti, animamque per dolores immanissimos efflanti tristissimis lamentis, funeribusque parentabatur. Cæteri porrò cœlorum orbes cum astris & stellis, sensu quodam naturæ tacti, confecti mœrore

n Math.c 27.
o Ioel.c.2.v.4

—— *Lugubre rotantes*
Exequiale suum carmen cecinere tonanti.

At illo resurgente gloriosè à mortuis, à se deuicta triumphataque morte, *Sol detracto tenebrarum velo clarior illuxisse visus est; astra quoque omnia & elementa lætari, & quæ patiente Domino proprium lumen retraxerunt & noluerunt creatorem suum crucifixum aspicere; ecce nunc victorem illum & ab inferis resurgentem nouo claritatis suæ venerantur obsequio*[p].

p S. Aug serm. 136. de tempore.

CAPVT VI.

Diuina Monarchia præcipuè inter creaturas rationis compotes ac intelligibiles, Angelos nēpè & homines, apparet.

1. *Cur præcipuè splendeat appareatque magis hæc æterna Dei Monarchia in Angelis & hominibus quàm in aliis creaturis.*
2. *Quanta huius æterni Monarchæ ac principis Dei cura ac prouidētia de suis creaturis rationalib. vt saluæ fiāt præcipuè bonis.*
3. *Eleuandi sunt oculi cordis ac mentis nostræ ad hunc æternum Regem, vt piè ac religiosè reuereamur, qui est nostra merces magna nimis.*

CVm æterna ac sanctissima illa Dei Monarchia nihil sit aliud quàm sacer principatus[q] quo duo illa comprehenduntur, ipse nempè princeps Deus & mul-

q D Thomas 1 q 108. art. 1. in corpore.

Cur splendeat præcipuè in Angelis & hominibus bonis ineffabilis Dei Monarchia, solùm rationes dua. 1.

titudo benè sub illo principe ordinata, sequitur A illas tantùm creaturas de illius diuinæ Monarchiæ sorte censeri, quæ sacrorum participes esse possunt. Talium verò creaturarũ orbe solũ concludi Angelos & homines in plano est. Quod solæ hæ intelligentia & ratione perfruãtur, à quibus sacer ille ac diuinus principatus colitur & agnoscitur. Propterea D. Augustinus a duas distinxit ciuitates, hoc est societates, vnam in Angelis bonis & hominibus iustis, alteram in malis, cum Angelis, scilicet dæmonibus, tum hominibus rationis quidem sua natura capacibus, sed ea, voluntatis deprauatione, non vtentibus, imo furore potius insanientibus, vt inde sæpius in hominis specie feritas belluæ, immanitasque tetrior appareat.

a D. August. lib. 12. de ciuit. c. 1.

2. In Angelis & hominibus est similitudo Dei per modũ imaginis, in alijs solùm per modum vestigij.

Adde præterea in illis præcipuè creaturis clarere sacrum ac diuinum illum Dei principa- B tum & imperium, quæ præclaram illius verè ac propriè imaginem similitudinemque gerunt: à qua cæteræ præter Angelos & homines, creaturæ excluduntur: In quibus non vera Dei imago, sed vmbra tantùm & vestigium, vt loquuntur Theologi, conspicitur, dicente b D. Thoma, *In sola creatura rationali inuenitur similitudinem Dei, per modum imaginis: in alijs* c *autem creaturis, per modum vestigij*, cùm omnes aliæ creaturæ, ab Angelis hominibusque discretæ per aliquem naturæ suæ gradum, ad intelligentem æternam, ineffabili sapientia fœcundam Dei optimi ac omnipotentis Monarchæ essentiam, omni intelligentiæ rationisque capacitate carentes, accedere non possint. *Solùm verò ob dispositionem naturæ suæ, ordinemque demonstrant, aliqua ratione in causa sua esse intelligentiam, sicque per modum vestigij, Deum vt natura prædi-* C *tum intellectuali repræsentant.* Vnde hoc Theologi inter repræsentationem imaginis & vestigij discrimen constituere solent: quod imaginem secundùm se vt similem naturæ prototypi propriæ, seu ad eam proximè accedentem repræsentare dicant, non sic de vestigio, quod solummodo repræsentare asserunt vt effectum: ex quo accedente aliquo rationis discursu quæ sit natura causæ creaturarum illarum Dei nempe colligere valeamus.

b D Thomas 1. q. 93. art 6 & q 94 in varijs articulis.
c Idẽ S. Thomas 1. q 93. art. 1. & 2. & ibi Doctores.

Differentia inter similitudinem imaginis & vestigij.

2. Quanta Dei æterni Monarchæ cura & prouidentia de suis intelligentibus ac rationalibus creaturis vt saluæ fiant.

Iam verò quanta dulcedine & amore, quanta prouidentia & solicitudine salutem suarum ratione præditarum creaturarum æternus ille Monarcha Deus, curet, seruet, foueat, & ad maiorem felicitatis apicem amplificare contendat, magnus ille Augustinus in se expertus ingenuè, multo cum pietatis excessu deuotionisque raptu, Domino Deo confitetur, & talibus extra se positus fando principi tanto, patrique clementissimo conatur exprimere. *Cum* d *cunctis præsideas singula implens, totus semper vbique præsens, cunctorumque curam agens, quæ creasti, quia nihil odisti eorum quæ fecisti, sic gressus meos semitasque consideras, & die nocteque super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notans, speculator perpetuus, velut si totius creaturæ cœli & terræ oblitus, tantum me solum consideres, & nihil tibi sit cura de alijs: Neq; enim tibi crescit lux incommutabilis visionis tuæ, si tantùm vnum aspicias: neque minuitur, si innumera videas & diuersa: Quia sicut vnum totum simul perfectè consideras, sic singula quælibet, licet diuersa perfectè simul totaque totus conspicis visu* A *tuo. Sed sicut omnia, sic vnum: & sicut vnum sic singula; totus simul sine diuisione, vel commutatione, vel diminutione consideras. Itaque totus tu in toto tempore sine tempore, totum me simul semperque consideras, ac si nihil aliud considerare habeas. Sic igitur super custodiam meam stas, sicut si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velis: Semper quippe te præsentem exhibes, semper te paratum offers, si me paratum inuenis. Quocunque iero tu me Domine nõ deseris, nisi prior ego te deserã: vbicumque fuero non recedis, quoniam vbique es, vt quocumque iero inueniam te per quem esse possim, ne peream sine te, cùm sine te esse non possim.* Hæc præstantissimus Doctor. Sic Deus oculo suæ prouidentiæ fixo & suæ charitatis affectu, omnia noscit, nouissima & antiqua speculatur, vt ignoscat, exteriora & interiora, vt purget ac sa- B net, *intellexit* e *cogitationes nostras de longè vt nos erudiat, semitam nostram & funiculum nostrum inuestigauit*: vt in salutis portum deducat nos & in tuta benè viuendi statione teneat nos dextera eius; vbi eius inclarescente gratia *tenebræ non conculcabunt nos, sed nox sicut dies illuminabitur.* Sic tanto principi patrique luminum cum Propheta confitebimur; *quia terribiliter, prouidendo nobis, magnificatus est: mirabilia opera eius, & per eius lumen anima nostra cognoscet nimis. Nihil Deo clausum est, interest animis, & cogitationibus interuenit* aiebat Seneca, f vt puras à noxiis corruptionis fæcibus emundet: qui cùm solos intueatur cor, videatque omnia, solus sol verè dici potest g dicebat ille Christianus philosophus: Propterea laudi maximè datũ Epicteto, quod apud Arrianum ista de Dei mira prouidentia vere philosophando protulerit, C h *cum ianuas adduxeritis, & tenebras intùs feceritis, ne vnquam in mentem veniat dicere quod soli estis, sed Deus est, & genius vester intùs est, quid autem opus sit lumine vt videant quæ agatis?*

Sic Nota. [Nota.]

e Psal. 138.
f Seneca Epist 54.
g Boëtius de consolat.
h Epictetus apud Arrianũ.

Dei prouidentia ac cura erga bonos præcipue lucet.

Sed si prouidentia hæc æterni principis de omnibus hominibus tanta esse censeatur, quãto maior ac benedictionibus fœcundior erga bonos esse creditur? vt ab eius gratia facti iusti i *iustificentur adhuc, nec vsque ad mortem iustificari vereantur* k. *Oculi Domini super timentes eum* (ait Sapiẽs) l *protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegumen ardoris, & vmbraculum meridiani, deprecatio offensionis & adiutorium casus: exaltans animam & illuminans oculos, dans sanitatem & vitam & benedictionem.* Quid ante eum vates dixerit regius, audiamus, m *Oculi Domini super timentes eum, & in eos qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat* C *eos in fame*: Eiusdem diuinæ & clementissimæ prouidentiæ atque curæ alibi n prædicans in bonos magnificentiam, dicebat, *apud Dominum gressus hominis dirigentur, & viam eius volet: cùm ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam*, Alibi in ista admiranda & prædicanda prouidentiæ & clementiæ huius diuinæ magnitudine sic eloquentiæ Propheticæ neruos extendit, o *Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur*, non solùm ossa iustorum numerata custodit Dominus, sed etiam omnes capillos capitis numeratos habet ne aliquis pereat, vt in suo Euangelio testatur Dominus p. Imò si quandoque iustos in aliquã infortunij calamitatisq; foueam,

i Apocal. c. 22. v 11.
k Eclesi. c. 34. v. 11.
l Eclesi 34.
m Psal 32.
n Psal 36.
o Psal. 33. v. 20 21.
p S. Math. 10 S. Luc. 12.

Deus quandoque iustos patitur affligi vt postea feliciùs exaltet.

decidere labique patiatur[l], hoc vt posteà feliciùs augustiúsque resurgant, ex magna misericordia permittit. Iosephum [a] innocentem adolescentem valdè iuuenem, à fratribus traditum venditumque immanissimè à carcere tetro, in quem innoxius iniustissimè coniectus est, ad primum gloriæ, honoris principatusque fastigium, secundùm regium, in Ægypto gloriosè sublimauit. Danielem è lacu [b] leonum eductum in Regis Babyloniæ palatio ad summam authoritatem & venerationem non mediocriter honoratum ab omnibus euexit. Tres pueros [c] ab ardore Babylonicæ fornacis, ad regales delicias euocauit. Martianum, [d] nobilem iuuenem armis, generositate, animique magnanimitate potentem, sed virtute ac religione potentiorem, à furca quò eum iniusta sententia protraxerat atrociter, ad imperiale decus per varios virtutum, dignitatumq; gradus, extulit.

a Genes. cap. 39.
b Daniel. 7. c. 6.
c Daniel. c. 3.
d Euagrius. lib. 2. c. 1.

Coradum ab iniquis parentibus propter suam innocentiam vitæque castimoniam, eiectum, à S. Burchardo [e] Episcopo Vvormatiensi in disciplinam receptum, & tanquam filium à charissimo parente nutritum, & ad omnem instructum pietatem, posteà tandem sua diuina miseratione ad Imperij Germanici fasces thronumque prouexit, *vt sciant [f] gentes vias Dei non esse suas, sed sicus exaltantur cæli à terra, ita exaltatæ sunt viæ Dei à vijs hominum, & cogitationes Dei à cogitationibus eorum.* Idcircò propter hanc piã prouidentiam, curámque clementem erga iustos, *ad [g] punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui,* apud Prophetam suum dicebat redemptor noster Dominus. Pulchræ & egregiæ antitheses, punctũ desertionis & afflictionis, cui congregatio miserationũ magnarum: momentũ indignationis, cui miseratio sempiternæ misericordiæ, per oppositam clementissimi principis patrisq; compassionem librata potenter opponuntur. Nec vt in æternum sui serui Iob obliuisceretur Deus, speculum admirabile illud patientiæ variis passus est afflictionibus concuti, calamitatibúsque grauissimis in eius corpore, liberis, domesticis, seruis, armentis, pecoribus, pascuis, domibus, villis, aliísque fortunæ bonis diaboli furore percelli: verùm, sicut ait Scriptura, vt adderet ipsi Iob *omnia [h] quæ fuerant duplicia*, vt intelligeremus, sicut præclarè S. Gregorius [i] obseruauit, quàm potenter felicitérque *per pietatem benigni iudicis tentationis nostræ dispendium vincant suffragia consolationum, quámque minus tentet probatio quàm remuneratio, consoletur: vt ex retributionis merito leue fuisse quod tolerauit, agnoscat, qui ex persecutionis pondere graue se aliquid tolerare iudicabat.*

e Author vitæ S. Burchardi sui temporis scriptor.
f Esai. c. 55. v. 9.
g Esai. 54.
Paruas afflictiones in iustis solet in maximas conuertere prosperitates.
h Iob. 42. 10.
i S. Gregorius lib. 35. Moral. cap. 8. n. 2.

His attentè & maturè de mirifica & clemẽtissima æterni Monarchæ Dei, erga omnes præcipuè iustos prouidentia consideratis, quantò iustius ac rectius est, vt cum Lactantio loquar [k]: *omissis insensibilibus & vanis* (addam etiam terrenis, caducis, obnoxiis putredini) *oculos eò tendere, vbi sedes, vbi habitatio est Dei veri, omnium quæ sunt monarchæ omnipotentis & optimi: qui terram stabili firmitate suspendit, qui cœlum distinxit astris fulgentibus, qui Solem rebus humanis clarissimum ac singulare lumen, in argumentum suæ* A *vnicæ maiestatis accendit, terris autem maria circumfudit, flumina sempiterno lapsu fluere præcepit.*

3. Eleuandi sunt oculi cordis ad hunc regem & principem clementissimũ & æternum, vt piè illum ac religiosè veneremur, qui est nostra merces magna nimis.
k Lactant. li. 2. c. 5. in principio.

Iussit [l] & extendi campos, subsidere valles,
Fronde tegi siluas, lapidosos surgere montes.

l Ouidius 1. Metamorph.

Atque hæc & cætera omnia quæ cælo, terra, maríque continentur pro bono salutéque hominum fecit idem

Ille opifex rerum mundi melioris origo.

Quem suspicere cũ extrema reuerentia & cum supremo cultu vt parentem & monarcham generis humani rerúmque fabricatorem mirabilium sicut iura humana diuináque dictant, honorificare debemus, cùm sit merces nostra magna nimis hîc & in cœlo supra omne nostrum meritum, sicut in oratione hac ad Deum mater B Ecclesia confitetur: *Deus [m] qui pro abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excedis & vota,* &c. *qui [n] replet in bonis desiderium iustorum, & animam illorum esurientem implenit bonis: qui fecit nos ad se, & ideò inquietum [p] est cor nostrum, donec in illo quiescat: nec seruus est ad remunerandum Dominus,* vt sanctus affirmat Ambrosius, *& etiã [q] promittit & multa largitur, ne infirmos animos ob dilationem mercedis, subeat pœnitentia, contempsisse præsentia. Itaque velut quadam vsuraria largitate compensat: vt vberior a restituat eis, qui captiui non fuerat oblatione præsentium.* Atque hæc quidem de tam illustri grauíque subiecto pro infirmitatis nostræ captu fortasse satis, cùm in eo propter fœcunditatem præstantissimę materiæ non tam copia, quàm modus quærendus sit.

Totum hominum præmium Deus merces magna nimis, hic & in cælo.
m Oratio Ecclesiæ.
n Psal. 102. Psal. 106.
p D. August. 1. Confess. cap. 1.
q D. Ambros. lib. 5. de Abraham, c. 3.

C

CAPVT VII.

De Monarchia Dei in Angelos & homines, quáque ratione vtrique post creationem suam disponantur & ordinentur ab illo summo Monarcha, vt ipsius imperio ad salutem suam felicitatémque pareant.

1. *De influxu diuinæ essentiæ per participationem in angelos & homines, quorum angeli sunt filij Dei, maiores natu, homines verò sunt minores natu & iuniores.*
2. *Angeli assistentes & ministrantes in suis obeundis muneribus sui æterni Monarchæ, mirum in modum maiestatem exaltant, & magnificant obediendo.*

D EGREGIA sane Philosophia vel Theologia potius, quã mentibus fideliũ magnus Areopagita Francorũ Apostolus inseruit, *Bonum [r] naturâ suâ diffusiuum esse sui*, quod cùm nõ aliud sit essentiale quàm ipsemet Deus Optimus Maximus; nobilissimas cæterarum creaturas, Angelos scilicet & homines è nihilo in esse, vitæque lucem producendo, suam infinitam ac essentialem bonitatem clarissimè demonstrauit; eò perfectiùs quò se creationis via illustribus illis creaturis nobilius fœcundiori gratia, communicauit: tantóque eius principis æterni supremique Dei omnium creatoris imperium augustius præstantiusque iudicatur, quantò creatu-

r S. Dionys. *bonum sui diffusiuum.*

ræ huic imperio subditæ liberiores, maiorsque A liberæ voluntatis arbitrio perfruuntur. Hinc est quod tam sæpè támque sollicitè Deum ipsum corda nostra sibi dari iubentem, præberiq; passim in scripturis audiamus; *Fili [a] mi præbe mihi cor tuum*: *Conuertimini [b] ad me in toto corde vestro*, &c. Quod maximè liberis creaturis pura voluntate præditis, benigno mansuetóque dominari gaudeat imperio: propterea ante creationem hominis Dominus Deus appellari noluit, sed solùm Spiritus, Deus seu iodex [c] אֱלֹהִים, at creato homine pleno rationis, consilij, voluntatis, libertatis, Dominus Deus dici voluit יְהוָה אֱלֹהִים, vt indicaret se velle esse Deum ac Dominum præcipuè voluntariè obedientiũ, sibiq; charitate coniunctorum, vt talibus egregiè sanctus obseruauit Basilius [d], *οὐ πάντων θεὸς ὁ θεός, ἀλλὰ τῶν οἰκειωθέντων αὐτῷ διὰ τῆς ἀγάπης*, B scilicet, *Deus non omnium Deus est, sed sibi per charitatem coniunctorũ*: vnde *Deus viuorum non mortuorum* [e] in scripturis appellatur; viuorũ, inquã, per charitatem, amorémq; Dei ipsi voluntariè corpus in hostiam laudis, animámq; sacrificantiũ, qua per scelera sua priuati charitate damnati ad inferos mortui dicũtur, iuxta illud, *Non [f] mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernũ*; quos ideò sceleratos æternis subiugatos supplicijs, quia à charitate & bona voluntate liberè Deo seruiendi excluduntur, à regno Dei eiectos, scilicet gratiæ & gloriæ sacrarum scripturarũ pleraq; monumenta testantur.

Deus vult propriè dominari liberis creaturis ac bona bonitate morie.
[a] Prouerb. c. 23.
[b] Ioel. c. 2. v. 12.
[c] Genes. 2. *Elohim.*
Iehoua Elohim.
[d] S. Basilius apud Stobæũ serm. 166.
[e] S. Matth.
[f] Psal. 113. v. 26.

In cuius rei fidem & assertionem valde illud notabile ac consideratione dignissimũ, nempe Luciferũ, qui primus fuerat Seraphim princeps Angelorũ, militiæq; cælestis, nunc apud inferos æternis adiudicatum tormentis, non amplius C Seraphim ardorẽ diuini amoris, sed Cherubim scilicet scientem intelligentémque nominari. Quod scientia quidem apud inferos quæ magis damnatos excruciet, non autem charitas quæ cultores suos in cælo felicitatis æternæ participes collocet, inueniri possit. Præclaro textu Ezechielis [g], mysteriũ hoc comprobatur, in quo Deus Luciferum quondam angelorum principem Seraphinorũ spirituum pulcherrimum ac præstantissimum irato sic affatur eloquio, *Tu Cherub extentus & protegens, & posui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ: donec inuenta est iniquitas in te, in multitudine negociationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti, & eieci te de monte Dei, & perdidi te Cherub.* Ergo cùm verum Dei imperium non sit rigoris ac seruitutis quale est in impios, sed piæ libertatis ac charitatis quale est in bonos, tam angelos quàm homines, clarissimè patet quàm illustre, quámque augustum Dei in creaturas liberas, ac bona voluntate seruientes in creatione angelorum hominúmque, sed magis in illorum confirmatione, sicut horum regeneratione imperium extiterit; nobiliorem talibus creaturis suæ naturæ diuinæ effigiem imaginémq. præclara corroboratã similitudine perfectiùs imprimẽdo, sicq; eas suis voluntariè ac religiosè legibus obsequentes, ac imperiis in suæ diuinitatis consortium nobilius euocando.

Not. cur Lucifer primus Seraphinorũ non amplius apud inferos vocatur Seraphim sed Cherubim.
[g] Ezechiel. c. 28. v. 14.
S. Petr. 2.

Harum nobilissimarũ creaturarũ perfecta libertate insignitarũ angeli prioritate quidẽ atq; dignitate naturæ, Dei filij maiores natu, sic homines natu minores, naturaliq; inferiores prærogatiua dici vocaríque possunt. Propter quod A illos astra matutina, hos vespertina, sacræ [h] scripturæ à sancto inspiratæ spiritu, prout sanctorũ Patrum refert interpretatio, vocauerunt. *Astra*, inquit S. [i] Gregorius, *matutina etiam cum vespertinis, redemptoris potentiam laudant, dum electi Angeli, etiam cum redemptis in mundi fine hominibus largitorem gratiæ supernæ glorificant*, &c.

Angeli filij Dei dicuntur natu maiores, homines iuniores.
[h] Iob. c. 38. v. 7.
[i] B Gregor. in cap. 38. Iob.

2. Angelicos illos ac intelligentes spiritus in loco mundi eminentiori ac magnificẽtiori cælo nẽpe empyreo Deus creare voluit [k] optima quidem ratione: cùm enim omnes illæ beatæ mẽtes ac spiritus, vniuersæ corporaliũ naturæ diuina suffragãte auctoritate & ordinatione præsideant atq; dominentur; æquum valde rationiq. consentaneũ esse videbatur, vt in corporeo supremo cælo videlicet empyreo B crearentur: in tanto numero vt nec lingua exprimere humana, nec intellectus cõprehendere, nec vlla cogitatio assequi posse cẽseatur. In qua multitudine prope infinita splẽder illustriùs multò principis æterni dignitas atque maiestas: sicut in tẽporalib. principes terræ eò videmus illustriores, potentioresq. quo sunt multitudine populorũ in suo principatu fœcundiores. Quapropter ineffabilẽ potentiã maiestatémq; Dei immensam hac spirituum multitudine beatorũ Daniel exprimere cupiens numerũ certum pro incerto vsurpando dicebat, [m] *millia millium ministrabant illi, & decies centena millia assistebãt ei.* Si tanta in rebus corporalibus varietas ac multitudo: quãtò maior esse debet in spiritualibus atq; cœlestibus considerata eorum spirituũ ratione dignitatis? Sed sicut in multitudine populorũ principis potentia patescit: C sic in eorũ dispositione multitudinis, & ordine, sapientia clarescit. Propterea æternus ille Monarcha hanc immensam spiritualium multitudinem populorum ac exercituum militiæ cælestis, ab omni confusione liberam atque discretam, tam præclaro ordine, pulchráque dispositione temperauit, vt nihil in tota natura dici possit venustius ac illustrius.

2. In Angelis multitudine propè infinita, maximè relucet Dei imperium.
[k] D. Thomas 1. q. 61. art. 4.
[l] Raymundus Sebaudius in suo Dialogo 4. c. 42.
[m] Daniel. Vide Pererium in hunc locum.

Si enim quæ à Deo sapientissimo principe ac creatore mũdi facta ordinata esse dicat Apostolus, quãtò magis quæ in cælo in illarũ creatione substantiarũ corporeæ molis expertiũ hanc benè ordinatam discretionẽ ab ipso summo Deo constitutã asseuerãter affirmare debemus? atq; tota illa discretio ac ordinatio in tres hierarchias & nouẽ ordines cõsolidata stabiliráq. æterna Dei cõstitutione conquiescit; hoc S. Gregorio referẽte [n]: *Nouẽ ordines Angelorum, cùm per sacra* C *eloquia, Angeli, Archãgeli, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Throni, Cherubim atq; Seraphim, aperta narratione memorantur.* Atq; istorum spirituũ distinctionis sacri canones meminere [o]. vt ita tres primi ordines hierarchiã primã, tres intermedij secundã, tres verò postremi tertiam hierarchiã constituant. In quibus Deus trinus imperij sui potentiã, maiestatẽ, benignitatẽ, atque magnificẽtiã operationũ suarũ virtute clariùs multò quã in alijs creaturis corporea compage concretis ostẽdit. *Etenim [p] amat ipse princeps æternus in Seraphim vt charitas, nouit in Cherubim vt veritas, sedet in Thronis vt æquitas, dominatur in dominationibus vt maiestas, regit in principatibus vt principium, tuetur vt virtus in virtutibus, corroborat vt fortitudo in potestatibus, reuelat vt lux in*

In multitudine Angelorum pulchra dispositio ac distinctio per 3. Hierarchias & 9. ordines.
Rom. 13.
[n] D. Gregor. homil. 34. in Euangelia.
[o] cap. principium. §. nouẽ de Pœnis. dist. 2.
[p] S. Antoninus part. 3. tit. 31. c. 6. § 1.

archangelis, aſſiſtit vt pietas in angelis. En quantæ virtutes æterni illius Monarchæ in his ſublimibus creaturis magnificentiſſimè dignoſcuntur! Iam qualiter principes illi ac principales Monarchæ vniuerſi mundi miniſtri ſeruiant omnipotenti Deo regi ſeculorum omnium inuiſibili ac æterno, quámque in omnibus deuoti ac præ reuerentia trementes, humili famulentur obſequio, videamus. Illorum ſiquidem alij Deo ineffabili, luce inacceſſibili circumfuſo, maximo cum honore reuerentiáque trementi, huius maieſtatem admirantes aſſiſtunt: alij citiſſima deuotione miniſtrant: nam, inquit S. Gregorius,[a] *aliud eſt aſſiſtere, aliud miniſtrare: aſſiſtunt illi qui ad quædam hominibus miniſtranda non exeunt; miniſtrant verò hi qui ad officia nuntiorum veniunt.* Primæ hierarchiæ angelos, quia cæteris dignitate præeuntes aſſiſtere Deo ſancti Patres Theologique Doctores, præſertim Doctor Angelicus [b] cæteros miniſtrare varia probatione demonſtrarunt. Aſſiſtentes immediato diuini luminis influxu ab ipſo Deo, viuo veri fonte luminis illuſtrantur: miniſtrantes verò lumen illud diuinum per intermedia aſſiſtentium illorum munera officiáque mutuantur. Quo illuminati iniuncta ſibi à Deo negotia pro ſalute bonorum, contra amentiam perditorum in terras illapſi legati, ſtrenuè atque fideliter operantur. Ea quippe magni Areopagitæ doctrina eſt à magni præceptoris S. Pauli ſapientiæ fontibus hauſta atque deprompta, cùm ait,[c] *Id diuina & æterna lege atque ordine ſancitum eſt, vt per prima ſecundis, diuini fulgoris radius influat, &c. videlicet vt à ſuperiorum ac præſtantia naturali altis priorum angelorum lux myſtica ad inferiores angelos illuminatio deriuetur. Quò poſtea ab his ad homines fluxu ſalutari redundet.* Hanc doctrinam ſuperiori capite [d] auditor ille apoſtolicus clarè ſatis talibus expreſſerat: *illud Theologi apertius indicant, inferiores ſcilicet cæleſtium ſpirituum ordines à ſuperioribus diuinorum operum ſcientiam honeſtiſſimè diſcere: qui verò celſiores omnibus ſunt, à deitate ipſa vt fas eſt, ſeorſim ſarratiùs erudiri.* Notandum ex doctrina huius myſtici Theologi Francorum Apoſtoli ipſam diuinæ ſcientiæ participationem, purgationem, illuminationem perfectionémq; vocari, vt hæc capitis 7. de cæleſti hierarchia teſtantur: [e] *Illud addiderim, quod participatio ipſa diuinæ ſcientiæ & purgatio & illuminatio ſit atque perfectio. Purgat, dum quæ antè non videbantur, ſublimioris intelligentiæ luce panduntur. Perficit autem hoc lumine, dum altiſſimorum ſenſuum firmam perſeuerantémque ſcientiam tradit.* Hæc ille vir vere apoſtolicus Francorum ſalutis ſator ac plantator religionis Chriſtianæ, in gente noſtra ſanctiſſimus.

A

B

C

D

Angelorum alij Deo aſſiſtūt, alij miniſtrāt.

a S. Gregor. lib. 17. cap. 9. Moral.

b D Thomas 1. q. 112. art. 3.

c S. Dionyſ. lib. de cæleſti hierarch.

d D. Dionyſ cap. 7. de cæleſti hierarc

e D. Dionyſ. c. 7 de cæleſti hierarch.

Atque hæc pauca de Angelis hîc ſatis: plura de his inferiùs dicturi. Ad alteram vniuerſi nobiliſſimam creaturam, humanam nempe, veniamus: de ea ſimiliter ſumma quædam capita breuiter notaturi, prout ſubiecti ratio poſtulare videbitur.

CAPVT VIII.

De creatione hominis, eius dignitate, ac præſtantia ſuper omnes creaturas, exceptis Angelis: quibus tamen ſuperior ſecundum quid eſſe dicitur, non natura, ſed gratia, propter beneficium incarnationis ac paſſionis Chriſti Domini.

1. *De creatione hominis.*
2. *De eius dignitate ſuper creaturas omnes, exceptis Angelis.*
3. *Licet homo paulò minùs ab Angelis minoratus ſit natura, tamen gratia, propter incarnationis, & paſſionis Domini meritum excelſior factus eſt.*



1. SICVT creaturam in cœlo empyreo Angelicam creauerat Deus vt honoraretur in cœlis, ſic in terris, ſexto die poſt creata cætera creaturam nobiliſſimam, hominem videlicet, è nihilo in lucem vitæ illuſtriſſimæ ad imaginem & ſimilitudinem ſuam effictum formatumque produxit: vt magis in terra glorificaretur; eſſentque creaturæ rationales ſuæ conſortes naturæ, quas ſub imperij ſui leges nobiliùs magnificentiúſq; mitteret.

Homo ex nihilo in lucem eductus potentia creatoris.

Sanctius [a] his animal mentiſque capacius altæ
Deerat adhuc & quod dominari in cætera poſſet.

Cuius recens creati *omnia* [b] *ſubiecit Deus ſub pedibus.* Atque ſi roges ex quanam regione ac patria in tantam nobilitatis & excellentiæ naturalis lucem emerſerit homo, reſpondebit tibi [c] S. Cyrillus, *ex regione quadam quæ appellatur nihil: homo,* inquit, *ex nihilo ad eſſe producitur, locus enim quaſi quidam creaturarum, confingitur ipſum nihil: à quo modo quodam profectæ creaturæ locum, vt ita dicam, eſſendi acquirunt.*

a Ouidius 1. Metamor.

b Pſal. 8. v. 7.

c S. Cyrillus Alexandr. in cap. 1. Ioan.

Ex hac regione inani, deſerta & vacua quæ nihil eſt, potentia æterni principis, in tantam eſſentiæ perfectionem euectus eſt, vt omnium creaturarum naturis per quendam eminentem participationis gradum copulatus, paruus mũdus [d] *μικρόκοσμος* à ſapientioribus deque meliori nota Philoſophis, meritò dictus eſſe videatur. Propter quod Sapientia æterna, diuinum Verbum, Filius Patri conſubſtantialis æterno, hominis aſſumendo naturam, omnes naturas ad nobiliorem ſtatus excellentiam mirabiliter eduxit, vt ſic eleganter expreſſit S. Damaſcenus [e]. *Creator naturam omnem interiectæ humanitatis beneficio, in melius commutauit: Nam cùm homo modica quadam inter mentem & materiam ſede conſtitutus rerum omnium conditarum, tam quæ in aſpectum cadunt, quàm quæ oculorum ſenſum fugiunt, nodus ac vinculum ſit; profectò etiam artifex, Dei Verbum humanæ naturæ copulatum per eam cum vniuerſis rebus conditis vnitum eſt, &c.* Et alibi [f]: *Benigna Patris voluntas in vnigenito Filio rerum omnium connexionem effecit. Nam cùm paruus mundus homo, vt qui eſſentiæ omnis, tum in aſpectum cadentis, tum oculorum aciem fugientis, nodum ac vinculum in ſeipſo ferat, atque hoc & illud, reuera benigna Dei voluntas hoc tulit, vt in vnigenito Filio diuinitatis & humanitatis, ac per eam conditarum omnium rerum connexio fieret, vt ſit Deus omnia in omnibus.* Hæc ille.

1. Homo paruum mundus.

d Ariſtoteles & S. Damaſcenus oratione de Transfigurat.

Deus Filius humanam aſſumẽdo naturã cæteras nobilitauit creaturas.

e Damaſcen. orat. 1. de Natiuitate Virginis.

f Idem S. Damaſc orat. de Transfigur.

2. Huius hominis dignitatem admirans

2. De nobilitate ac excellentia

tis hominis.

g Psal. 8. v. 5. & 6.

Propheta Regius exclamabat ad Dominum, *Quid^g est homo quod memor es eius, aut filius hominis quia visitas eum?* Phauorinus Philosophus nihil in terra magnum præter hominem esse credebat, & [h] Trismegistus *μέγα τὸ θαῦμα ὁ ἄνθρωπος, magnum miraculum homo.* Alibi [i], *οὐ μόνον θεατὴς ἔργων τοῦ θεοῦ ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ ἐξηγητής, non solùm contemplator operum Dei homo, sed etiam interpres*: Cui doctrinæ consentiens Lactantius [k] bis hominem vocauit *sacerdotem antistitemque diuini templi*, scilicet mundi vniuersi, *Dei simulacrum spectatorem operum rerumque cælestium*: à cuius intelligentia non valdè Platonici [l] alieni, hominem esse dicebant *τῆς μακαρίας φύσεως ἀπεικόνισμα, ἢ ἀπόσπασμα, ἢ ἀπαύγασμα, expressum simulacrum, vel auulsionem quandam, seu radium beatæ diuinæque naturæ*: Et nos vt in re tàm alta manifestiùs cum Scriptura loquamur, [n] *imaginem ac similitudinem Dei, diuinæ* denique cum Apostolorum [o] principe *consortem naturæ* nominabimus.

h Trismeg. in Pymandro.
i Trismegist. Epistola ad Asclepium.
k Lactantius lib. 4. c. 11.
l Platonici, vt Plotinus.
n Genes. c. 1.
o 2. S. Petri 1.

Nota.

Quàm appositè igitur hùc S. Iacobus [p] appellauit *initium aliquod creaturæ Dei*, etiamsi ordine creationis postremus omnium ex nihilo in lucem vitæ venerit. *Voluntariè genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius*, Græcè *ἀπαρχήν*, scilicet initium & primitiæ creaturarum, hoc est vt simus primi ac honoratissimi inter visibiles creaturas; sicut Oecumenius interpretatur, ad regni cælestis hæreditatem nati ac instituti: quam bene viuendo respicere, cui votis ardentibus inhiare, ad quam piis & magnis affectibus operibusque contendere debeamus: Cùm [q] *regnum cælorum vim patiatur*, & violenti rapiant illud: Cùm sit [r] *in cælo conuersatio nostra, & domum* [s] *nostram non manufactam æternam habeamus in cælis.* Hinc vtique non sine causa hominem *ἄνθρωπον* Græci appellarunt, quod *sursùm spectet*, inquit Lactantius [t] post Platonem, [u] quasi *ἀνω τρέπων τὼ ὦπε*, scilicet *sursùm leuans oculos*, siue *παρὰ τὸ ἄνω ὀπτεύειν*, sursùm aspicere. Ipse ergo sibi homo renunciat, seq; hominis nomine abdicat qui non sursùm aspicit, sed deorsùm: nam cùm cæteræ animantes pronis corporibus in humum spectent, quia rationem ac sapientiam non acceperunt, nobis autem status rectus, sublimis vultus, ab artifice Deo datus est; *Parens enim noster ille Deus vnus & solus*, inquit Lactantius [x], *cùm fingeret hominem, scilicet animal intelligens & rationis capax, eum ex humo subleuatum ad contemplationem sui artificis erexit*: quòd optimè ingeniosus Poëta [y] signauit:

p S. Iacobi c. 1. v. 18.
Cur homo dicitur initium creatura Dei.
Oecumenius
Homo natus ad requirã lestis hæreditatem respiciendo.
q S. Math. 11.
r Philip. 3.
s 1. Corint. 5.
t Lactantius lib. 2. inst. c. 1.
Etymologia hominis Græcè indicat actus & affectus hominis in cælũ erigendos.
u Plato in Cratyllo.

Nota.

x Lactantius lib. 2. inst. c. 1.
y Ouidius 1. Metamor.

Pronáque cùm spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cælumque videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.

Sed corporei vultus illius in cælum erectio symbolum est eleuationis mentis in Deum; à qua qui se substrahunt indigni sunt, qui tali corporis statura potiantur. Ita iuuat quemque prudẽtem, velut in aliqua sublimi specula constitutum, vnde vniuersi exaudiri possunt, contra hos animales, oculos declinantes in terram illud Poëtæ proclamare: [z]

z Persius.

O curuæ in terris animæ & cælestium inanes.

Quid enim indecentius, inquit S. Bernardus, [a] *quã curuum recto corpore gerere animum, peruersa res est & fæda, luteum vas, quod est corpus de terra oculos habere sursum, calos liberè suspicere, cælorúmque luminaribus oblectare aspectus: spiritualem verò cælestem creaturã suos è contrario oculos, id est internos sensus atque affectus trahere in terrã deorsum, & quæ debuit nutriri in croceis, hærere luto tanquam vnam de suibus, amplexarique stercora. Erubesce* [b] *anima*, ait corpus, *in mei consideratione creata similis creanti recta, me quoque accepisti adiutorium simile tibi, vtique secundum lineamenta corporea rectitudines. Quocumque te vertas, siue ad Deum sursum, siue ad me deorsum (nemo* [c] *siquidem carnem suã vnquã odio habuit) vbique occurrit tibi species decoris tui, vbique pro statu tuæ dignitatis habes de magisterio sapientiæ familiarem admonitionem. Me ergo meam (quam tui gratia accepi) retinente & conseruante prærogatiuam, tu quomodo non confunderis, amisisse tuam? Cur suam in te conditor inuenit abolitam similitudinem, cùm tuam in me tibi conseruet, assiduéque repræsentet? Iam omne adiutorium quod tibi ex me debebatur vertisti tibi in confusionem: abuteris obsequio meo, indignè humanum corpus inhabitas brutus & bestialis spiritus.* Quamobrem sic appositè huiusmodi carnales terrenósq; homines Lactantius [d] hortatur: *Cælum potius intuemini: ad cuius spectaculum vos excitauit ille artifex vester Deus: ille vobis sublimem vultum dedit; vos in terram curuamini: vos altas mentes ad patrem suum cum corporibus erectas, ad inferiora deprimitis, tanquam vos pœniteat, non quadrupedes esse natos, fas non est cæleste animal cum terrenis, in terrámque vergentibus versari. Quid vos cælestibus beneficiis orbati, pronique in humum vestra sponte procumbitis? Humi enim miseri volutamini, cùm deorsum quæritis, quod in sublime quærere debuistis.*

a serm. 24. in Cantica.
Corpus animæ exprobrat affectum terrenum.
b S. Bern. ib.
c Ephes. 5.
Nota hæc.
d Lactantius lib. 2. Instit. cap. 2.

Sed vt habeat modum oratio, & redeat illuc vnde deflexit, tanta hominis dignitas & excellentia naturalis est, vt si ab angelo discesseris, nulla planè inueniri poterit, quæ possit cum hominis excellentia dimicare. Imò licet homo [f] paulò minus ab angelis sit minoratus, secundum naturam, tamen per incarnationis ac passionis Dominicæ mysterium atque beneficiũ, excelsior illis factus est in gratia. Quod patet ex eo quod in cælis stent angeli coram Deo, at homines sedeant angelos iudicaturi, vt scriptis Apostolus memoriæ prodidit. Etenim sedilia atque thronos in cælo post Christi Domini ascensionem, sanctis super Christi Domini merita innixis, iter in cælestem gloriam quærentibus per bona opera, præparatos apparuisse cõstat. In cuius rei confirmationem non sine mysterio intra Sancta Sanctorũ Tabernaculi tàm Mosaici quàm templi Salomonis nullæ sedes, throni, aut sedilia constructa sunt, quia vacua & inania omninò fuissent, cùm in hæc sancta solus Pontifex maximus semel in anno ingrederetur, Apostolo teste. [g] Verùm intra illa sancta sanctorum templi, ab Ezechiele [h] visi ac descripti, multa sunt visa sedilia, multi throni. Etenim latera illa sexaginta sex templi huius per circuitum, quorum fit mentio [i] cap. 41. Hugo Cardinalis, [k] Carthusianus, aliique boni Doctores doctis ac validis corroborata testimoniis, atque rationibus, interpretatione, sedilia vocauerunt. Quæ repræsentabant illas mansiones, thronos sedésque beatas, quæ sunt in sanctis sanctorum cælestibus: ad quæ Christus Dominus per passionem suam iustis crucis suæ portatoribus, atque hoc in se [l] quod & in Christo Iesu sentientibus hæc sedilia repleturis

3. Per incarnationem & passionem Domini, homo excelsior factus est angelis.
f Psal. 8. v. 6.
Nota mysterium.
g Hebr. 9.
h Ezech. 40.
i cap. 41.
k Hugo Cardinalis Dionys. Carthus.
l Phil. 2.

iter

A iter aditusque reserauit. Angelos porrò in cœlis sedentes apparuisse non legimus, sed stantes, assistentésque solùm scripturæ sacræ testificatione cognoscimus. Vt inde discamus ac intelligamus, quanto honore ac dignitate per Christi Domini in terras aduentum, mortem, atque passionem, homines Angelis ipsis excelsiores antecellant: cùm homines ipsi Christi Domini passione mortis honorificati eiúsque coronati meritis in thronis cælestis sanctuarij considere cum eo, Angeli verò vel stare, vel ministrare solummodo videantur. Testantur hoc oracula Prophetarum, a *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, & ea quæ sub ipso erant, replebant templum, Seraphim stabant subter illud.* b *Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* c *Ego sum Raphael Angelus vnus ex septem qui astamus ante Dominum.* B Sed cum de præmio ac gloria iustis hominibus in cælo præstanda sit sermo; audietis mediatorem Dei & hominum Christum Dominum, sic suos Apostolos spe mercedis æternæ consolantem, d *Vos qui reliquistis omnia & secuti estis me, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel.* Audietis vas electionis Apostolum sic Dei Optimi Maximi misericordiam, charitatē, magnificentiāque immensā in iustos Ecclesię suæ filios filij sui Crucis vexilla sequentes, æterna gloria laureando, in cælis exprimentem, e *Deus autem qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, conuiuificauit nos in Christo (cuius gratia estis saluati) & conresuscitauit & considere fecit in cælestibus in Christo Iesu.* Ex quibus ipsa luce clarior maximus apparet Dei Patris misericordiarum & totius consolationis, in homines amor, benignitas C atque munificentia: qui propter filij sui charissimi incarnationem ad tanta veræ gloriæ dignitatísque fastigia illos extulit: vt in illo æternæ felicitatis sublimi sanctuario, tot præstantibus aulicis atque principibus, Angelis nempe stantibus atque ministrantibus coram æterno illo mundi monarcha, in suæ diuinitatis ac Maiestatis inaccessibili luce refulgentis solio regali sedente, ipsi quoque sancti Dei homines in gloriosis thronis æterni radijs honoris coruscantibus felices gloriosíque considеant. Sed iam quid pro tantis beneficijs ac donis Deo ipsi patri seculorum omnium ac sempiternæ felicitatis fonti homines retribuere debeant, sequenti capite videamus.

a Esa. 6.
b Daniel. c. 7.
c Tob. 12.
d S. Matth. 19.
e Ephes. 2. v. 4.

CAPVT IX.

De vero perfectóque sacrificio spirituali ac mystico, quod Deō suo Monarchæ supremo homines offerre debēt pro tot ab ipso sibi collatis donis ac beneficijs.

1. *De cordis spirituali immolatione ac oblatione facti flamma diuini amoris holocausti Deo ipsi gratissimi.*
2. *De oblatione corporis immaculati & casti, in quod à corde vis & ardor amoris diuini redundat, labores grauissimos, dulcissimos reddentis.*
3. *Iustus homo se totum animo & corpore Deo deuouens, sacrificium est acceptabile Deo, & pingue holocaustum simul & sacerdos mysticus appellatur.*
4. *Vt simus gratū Deo sacrificium religiosi esse debemus ac valdè pij, cum extra religionē sacrificiū nullum sit tàm verè ac propriè dictum, quàm spirituale & metaphoricum.*



DIVVS Augustinus a stilo breui, acuto, deuotóque disputans de vero perfectóque sacrificio, verum sacrificium appellat *omne opus quod agitur, vt sacra societate inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni quo veraciter beati esse possimus:* Hinc à tanto doctore discimus verum sacrificium non tantùm internum in animo, sed etiam externum in corpore esse debere: vt ex vtroque quo cōflamur ipsi Deo, à quo vtrumque corpus & animā accepimus, supremū B honorem cultúmque repēdamus. Sed neque anima, neq; corpus gratum Deo sacrificium esse possunt, nisi charitatis igne accēsa, diuinique ardore amoris inflammata, religiosè consumantur, vt ex vtroque *holocaustum nostrum pingue fiat.* b Sed omnis oblatio nostra & sacrificium à corde inchoari & arcessere debet, vt postea in corpus totúmque suppositum fructuosa deriuetur: quia Deus, *qui est scrutator cordium,* priùs cor hominis quàm munera eius intuetur; *Respexit* c *Deus ad Abel & ad munera eius.* Cur ita? quia *priùs cor suum, deinde munera sua obtulit,* ait Rupertus: d propterea per antonomasiam Deus dicitur cordis, licet totius hominis sit Deus. *Deus* e *cordis mei & pars mea Deus in æternum.* Ideò præcipuè cor petit, *fili* f *præbe mihi cor tuum,* vult g diligi ex toto corde; promissum Spiritus S. h est cōuersio cordium ad se, & noui cordis donatio; *Dabo* C *vobis cor nouum in medio vestri, & conuertam corda patrum, &c.* Apud Ezechielem, i & Ieremiā k spōderse leges suas in fidelium cordibus scripturū, *non atramento, sed Spiritu Dei viui,* vt loquitur Apostolus. l Verbum Dei in corde hominis auditur & inseritur vt conuertatur ad Dominum, m *Ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius, & loquetur* n *pacem ad eos, qui conuertuntur ad cor:* sic spiritualis hominis generationem Deus orditur à corde: *Corde* o *creditur ad iustitiam,* vt posteà *ore confessio fiat ad salutem.* Sic Apostolorum princeps, p *Donec dies elucescat & Lucifer oriatur in cordibus vestris:* vt meritò dixerit Propheta regius, q *Omnis gloria filia regis ab intus:* Ita oblationes ac sacrificia sua idem psaltes, atque Propheta à corde animáque in memoriale perpetuū beneficiorum Dei sapienter ordiri desiderans, illam sic hortabatur. *Benedic* r *anima mea Domino,* D *& omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius: Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius, &c. Benedic* s *anima mea Dominō. Domine Deus meus magnificatus es vehementer.* Hoc sacrificium cordis maximè Deus, inter cætera quæ hominis sunt, sibi dari requirit: quia in corda & interiores hominis affectuum cogitationúmque recessus, dominium imperiūmque sibi soli reseruauit. Propter quod ciuili ac canonico iure, neminem in foro exteriori malæ cogitationis, occultique sceleris pœnam pati mererique vtriusque iuris doctores asseueranter affirmant, t l. cogitationis ff. de pœnis: quoniam interiora hominis solius Dei foro ac iurisdictioni subiugantur. *Deus videt corda,* (inquit S. Cyprianus u) *& pectora singulorum, & iudicaturus non tantū de factis, sed &*

a D. August. lib. 10. c. 6. de Ciuit. Dei.
Quid verum sacrificium generaliter sumptum ex D. Augustino.
b Psal. 19. v. 5.
Oblatio ac sacrificium ab animo ad corpus debet inchoari.
Deus præcipuè corda intuetur.
c Genes. 4.
d Rupertus in 4. Genes.
e Psal. 72.
f Prouerb. 23.
g Deut. 6.
h S. Matt. 22.
i Ezech. c. 36.
k Ierem. c. 31.
l 2. Cor. 3.
m Oseæ 2.
n Psal. 84.
o Rom. 10.
p 2. Petr. 1.
q Psal. 44.
r Psal. 102. v. 1. 2. &c.
Interiora cordis non emissa foras solius Dei iurisdictioni subduntur.
s Psal. 103.
t L. cogitationis ff. de pœnis.
u S. Cyprianus serm. 5. de Lapsis.

de verbis & de cogitationibus nostris, omnes mentes voluntatésque conceptas in ipsis adhuc clausi pectoris latebris intuetur. Ita ex Saluatore nostro S. Ioannes didicerat, a *eum esse homicidam qui odio cordis fratrem insectatus est, etiamsi gladio non percusserit.* Quem secutus S. Hieronymus b dixit, *cùm homicidium ex odio sæpè nascatur, quicumque odit, etiamsi nedum gladio percusserit, animo tamen homicida est.* In quæ non malè illa Senecæ c consentiunt: *Potest aliquis nocens fieri, quamuis non nocuerit: si quis cum vxore tanquam cum aliena concumbat, adulter erit, quamuis illa adultera non sit: aliquis mihi venenum dedit, sed vim suam remixtum cibo perdidit: venenũ illud dando sceleri se obligauit, etiamsi non nocuit: non minus latro est, cuius telum opposita veste elusum est. Omnia scelera & ante effectum operis, quantum culpæ satis est, perfecta sunt:* Nempè coram Deo, cui reuelata sunt abscondita cordis, non coram hominibus, nisi nocendi conatum interni sceleris lues foràs exhalet. Tunc apud iudices terræ eadẽ erit d ausi quæ & criminis commissi pœna. Sic in iudicio legis Corneliæ de sicarijs, *si quis* (inquit Iurisconsultus) *gladium strinxerit, & cum eo percusserit, non est dubitandum, hoc enim occidendi animo admisisse, etiamsi non occiderit:* Iuxta illud e Legis, *in maleficijs voluntatem spectandam, non exitum.* Has leges illa Tertulliani f confirmant, *Sensus delictorum etiam sine effectibus imputari solent animæ:* Et Imperator g pari fortè qua scelus, sceleris voluntatem puniri volunt: sapientérque illud à Seneca h dictum, *Omnia honesta opera voluntas inchoat, occasio perficit: sæpè honorata virtus est, etiam vbi eam fefellit exitus: scelera quoque quamuis citra exitum subsederint, puniuntur; & quamuis i minus dolendum sit, ea non perfecta, puniendum certè nihilominus.* Sed cùm latens scelus cordis statum non corporis inficiens, ad externam turpitudinis ac malitiæ contagionem non erumpit; huius vltio sceleris solius Dei foro submittitur. k *Non facti solùm, verùm & voluntatis delicta vitanda: neque enim si mediocritas humana de factis solùm iudicat, quia voluntatis latebris par non est, idcircò crimina eius etiam sub Deo negligamus,* dicebat Tertullianus.

a S. Ioan. 1. Epist. c. 3. vers. 15.
b S. Hieron. ad Castorinã lib. 1. Epist. 39.
c Senecæ in sapientem non iniuriam cadere c. 7. qui est liber 2. de tranquillitate p. 378.
Mala voluntas pro facto punitur, si adfuerit conatus legibus hominum.
d l. si quis nõ dicam rapere c. de Episcop. & clericis.
e l. nihil interest ff. ad leg. Iul. de adult. l. fraudat ff. de Regulis Iuris.
f Tertull. lib. de anima c. 40.
g l. 1. ad leg. Iul. de ambitu in Codic. Theodos.
h Seneca lib. 4 controu. 7.
i Cicero pro Milone.
k Tertull. lib. de pœnit.

Vt igitur mala mens & cor contagione peccati conspurcatum, pestéque malitiæ fœdatum Deo sunt execrabilia: sic contra mens sancta & immaculata, cor purum innocentiæ pulchritudine conspicuum, ac radijs charitatis amorísque diuini circumfulgens, gratissimum Deo sacrificium, holocaustúmque gratia multiplici, fœcundissimum pro certo creduntur, quibus ipse magnopere delectatur, quorum odore fragrantissimo suauissimè perfunditur. Vnde benedictiones plurimæ copiosæque prosperitates in purè sacrificantium Deo, mentes, corpora, statúmque vitæ redundãt, vt appositè meritóque magnum illud lumẽ Græciæ Christianæque sapientiæ dixerit l πρῶτον μακαριστὸν τὸ ἐν τῇ διανοίᾳ μὴ κακῶς[?] scilicet, *primum hoc beatum prædicatur, quod in nostro corde purum:* Quod quidem immaculatæ mentis sacrificium Deo gratissimum, cuiúsque suauitas odoris mysterio quodam latebat, vel potius figurabatur ac repræsentabatur in odoribus fumi victimarum holocausto consumptarum, vt egregiè verbis istis S. Augustinus exponit. m *Quod odor suauitatis sæpè Domino dicitur sacrificium de victimis pecorum in scripturis sacris, non vtique Deus odore fumi delectatur, sed tantum illud quod hic significatur spiritaliter, Deũ delectat: cum spiritualiter exhibetur. Quoniã*

l S. Basilius. *Acceptatio sacrificij spiritualis & gratus odor Deo per odorem fumi victimarum repræsentabatur.*
m D. August. lib. 2. quæst. in Exodum q. 127. tom. 4 p. 70. &c.

A *ipse odor Dei spiritualiter intelligitur. Non enim sicut nos odorem corporeis naribus ducit. Sicut ergo ille olfacit, sic ista sanctificat.* Et Leuitici 6. n Iugi sacrificio perpetuóque holocausto vitam viri verè sapientis atque iusti significari Isychius o doctâ expositione comprobat, magnum profectò ac valdè salutare Deóque gratissimũ sacrificiũ, Deum super omnia diligere, qui prior dilexit nos vt essemus illius *Diuinæ consortes naturæ.* p In cuius rei mysterium in principio mundi, *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, scilicet amor Dei super omnes creaturas: nam diuinus amor spiritus Dei est. Debet enim amor ille Dei superferri non demergi, sicut oleum amoris symbolum reliquis omnibus supernatat liquoribus; sic Dei amor omnes, quibus in affectum creaturarũ rapimur, dilectiones supereminere & spatio immenso debet excedere. B Sit nobis vterque parens in delicijs animi, frater, filius, amicus, vxor, vir, homo, angelus, aliæque dignitatis eminentioris creaturæ, quia bonæ, quia opera manuum Dei sunt. At vbi de creatoris agetur amore, vilescant cætera; nec partem vllam dilectionis in corde nostro teneãt. Quod totum diuini amoris magnitudine repletur, eius vndique luce circumfulgens torretur ardoribus & inflammatur: nec creata omnia sedem vllam in corde possideant: nisi propter honorem creatoris: cuius sacro incendio vehementiùs atque feliciùs aduratur, cõsideratione creaturarũ propter nos ab ipso Deo in lucem editarum maiorem subministrante fomitem purioris affectus. *Potest enim* (inquit magnus Doctor Augustinus q) *anima rationalis etiam temporali & corporali felicitate benè vti, si non se dederit creaturæ, creatore neglecto:* C *sed eam potius felicitatem fecerit seruire creatori, qui ipsam donauit. Sicut enim bona sunt omnia quæ creauit Deus, ab ipsa rationali creatura ad infimum corpus, ita benè agit in his anima rationalis, si ordinem seruet, & distinguendo, eligendo, pẽdendo, subdat minora maioribus, corporalia spiritualibus, inferiora superioribus, temporalia sempiternis, ne superiorum neglectu & appetitu inferiorum, quoniam hinc fit ipsa deterior, & se & corpus suum mittat in prius; sed potius ordinata charitate, se & corpus suum conuertat in melius cum enim sint omnes substantiæ naturaliter bona, ordo in eis laudatus honoratur, peruersitas culpata damnatur.* Hæc Doctor insignis.

n Leuit. 6. v. 6
o Isychius li. 2. in Leuitic. c. 1. p. 102. n. 1.
p. 2. Petri 1.
Salutare sacrificium Deũ super omnia diligere.
Genes. 1.
Concept. Simile.
q S. Augustinus epist. 120. ad Honoratum.

Vexillum Dei amor appellatur, nec sine caosa, magnum mysterium in medulla istorum sponsæ r verborum. *Ordinauit in me charitatem.* Quod sic paraphrasis Chaldaica s detexit *Vexillũ præceptorũ eius suscepi super me in dilectione.* Verè profectò D charitas vexillũ præceptorũ Dei appellatur, quia præceptũ latũ nimis charitas, suo *totam t legẽ & Prophetas* ambitu comprehendens, & finis præcepti charitas, quæ *præceptũ nouum* datũ à Christo Domino dicitur. u *Præceptum nouũ do vobis* quale illud porrò est? *Hoc est x præceptum meum vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* Sed hæc proximi dilectio propter creatorem in creaturas deriuata laxatis vndequaque misericordiæ charitatísque diuinæ fontibus exundat: à qua vita nostra, (cùm *qui non diligat y maneat in morte*) & *si z distribuero in cibos pauperum facultates meas, & si tradidero corpus meum, staut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prosit.* Porrò vexillum charitas appositè elegantérque vocatur, quod in exercitu bellique copijs tàm pedestribus, quàm equestribus, super omnia soleat attolli: sic amor Dei in

r Cantic. 2. v. 4. not. Concept.
Cur amor Dei vexillo comparetur.
s Chaldæus.
t S. Matt. 22. v. 40.
Hunc locum D. August. exponit epist. 52. ad Macedonium de vera felicitate tom. 2. p. 91. a. b. c.
u S. Ioan. c. 13 v. 34.
x Ibidem.
y S. Ioan. 1. c. 4.
z 1. Corinth. 13.
Omnes affe-

Sicut virtutisque vt sint æternæ gloriæ meritoriæ charitatem vexillum mysticum sequi debent.

corde omnes supereminet affectus: quibus in omnes propẽdemus creaturas, etiã in nos ipsos cùm longè celsioris, eminentiorisque affectus in Deũ, quàm in nos ipsos propensione inclinare debeamus: & quòd sicut vexillũ totus sequitur exercitus, ita charitatem Dei reliqui sequuntur amores ad illiusque nutum virtutes cæteræ mouentur, vt actus æternæ gloriæ meritorios elicere atque producere valeant. Neque enim fas est aliquid nisi propter Deum amore nostro dignari. *Amor siquidem ille diuinus*, referente Richardo a à S. Victore, *singularis, consortem non recipit, socium nõ admittit*. Si proximi amorem in suũ recipiat consortium, istud familiaritatis ac societatis beneficium, propter Deum largitur affluenter: vt idem sit amor Dei & proximi, cùm non tam proximus quàm Deus in proximo diligatur.

a Richardus à S. Victore l. 4. de contẽplat. c. 15.

B

De oblatione sinceræ corporis immaculati ab animo puritatis meritoriè profecta mentis holocausto coniuncta.

b Psal. 38.

2. Sed cùm ardor ille diuinæ flammæ nẽpè charitatis qua Deo prosperè litamus, ab animo ad corpus ipsum soleat ac debeat sapiẽter erumpere, vt in se Dauid expertus est cum dixit, b *Concaluit intra me cor meum, & in meditatione mea exardescet ignis*. Ad sanctissimi sacrificij perfectionẽ casti corporis oblationẽ & immolationẽ huic mystico mẽtis holocausto coniunctã meritò requirimus: vt vtraque pars essentialis ex qua hominis est cõflata natura, Deo ipsi à quo profluxit, in æuũ religiosissimè consecretur. Hæc S. Augustini doctrina sic de corporis immolatione loquẽtis, c *Corpus etiam nostrum, cum per temperãtiam castigamus, si hoc quemadmodum debemus, propter Deũ facimus: vt non exhibeamus membra nostra, arma iniquitatis peccato, sed arma iustitiæ Deo sacrificium est*. Quam doctrinã pater sanctissimus è fontibus sapientiæ S. Pauli in animi sui hortulos eductam deriuauit, qui Rom. 12. sic est Romanos exhortatus. *Obsecro itaque vos fratres per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuam, sanctam, Deo placẽtem, rationabile obsequium vestrum*. Propter quod Apostoli testimonium, S. Gregorius d cõparat altari holocausti mentem eorum qui Apostolum sectãtes, castigant corpus suũ & in seruitutẽ redigunt, dicens, *Quod est altare holocausti? nisi mens benè viuentium, qui peccatorum suorum memores lachrymis se lauant, carnem per abstinentiam macerant, vbi ex mœrore cõpunctionis ignis ardet & caro consumitur*. Inde à minori ad maius argumento collegit doctor egregius, quàm excellens, præstans, fœcũdumque meritis Deo gratissimum sacrificiũ animæ iustæ flãmis charitatis accensæ: cum corpus immaculatũ cuius omnis virtus ab animo manat, sacrificium Deo acceptabile prædicetur: *Si ergo corpus* (inquit S. Augustinus) *quo inferiore tanquam famulo vel tanquam instrumẽto vtitur anima, cum eius bonus & rectus vsus ad Deũ refertur, sacrificiũ est, quãtò magis anima ipsa cũ se refert ad Deũ, vt igne amoris eius accẽsa, formã cõcupiscẽtiæ sæcularis amittat, eique tãquã incõmutabili formæ subdita reformetur; hinc ei placẽs quod ex eius pulchritudine acceperit, fit sacrificium*.

c August. lib. 10. de Ciuit. c. 6.

Rom. 12.

d Gregor. Homil. 22. in Ezechiel.

Nota.

August. l. 10. de Ciuit. c. 6.

C

D

In hoc autẽ corporis mortificati propter Deũ sacrificio, sicut in animi, diuinus ignis charitatis nisi ardeat & comburat, nil rite corã Deo perficietur: debet enim diuinus hic ignis ab animo cõcalefacto vsque in corpus exardescere: qui cũ animi huius similiter purificati corporis sacrificium religiosè consumat: vt totum pingue ac fœcundum benedictionibus holocaustum ad Dominum, in odorem suauitatis ascẽdat; Inde patientia nascitur indomita iustorum, qui isto charitatis ardore san-

Charitatis ignis coniunctim mysticè corpus & animam efficit holocaustum.

A

ctissimo correpti, in suis oblatis in sacrificium immaculatum & hostiã Deo acceptabilem, corporibus dolores pro ipso acerbissimos mortificationes, cruces aliasque vexationes carnis atque tormenta non generosè solùm & animosè, sed etiam suauissimè patiuntur, dicentes cum Propheta regio, e *Propter te mortificamur tota die, facti sumus sicut oues occisionis*: Hac diuinæ dilectionis flamma sanctè suauiterque furente in eorum cordibus atque corporibus, ardua quæque & aspera, in dulcia, iucundaque conuertente, sic illi in die occisionis & oblationis suæ sanctificãtur, quibus magnus ille Deus Sabaoth multò iustius quàm suis quondam Cæsar ante Pharsalicam pugnam militibus loquitur, vt virtutibus crescant, & ad maiora laborum certamina se præparent.

e Psal 80. v. 21.

Amora & ardua per charitatem & amorem fiunt dulcia & facilia

O quibus f vna salus placuit mea signa secutis
Indomita ceruice mori, componite mentes,
Ad magnum virtutis opus: summosque labores.

f Lucanus l. 8. Pharsal.

Et paulò post, *Serpens, sitis, ardor, arena*
Dulcia virtuti, gaudet patientia duris,
Lætius est quidquid magno sibi constat honestum.

Facillimũ est quodcumque placet, aiebat ille Rex Ægypti, g non sic de inuitis ac pati renuentibus, cum *Totum arduum sit quidquid imperatur inuitis*: præclare Seneca, h *mecum de hoc ipso loquor quàm nihil sit graue quod leniter excipias: quã indignandũ, nihil nisi ipse indignando astruas*. Pij illi homines in agnitionem beneficiorum Dei corpus ipsi animãque sacrificãtes in seipsis quàm illud S. Hieronymi i verum sit, experiuntur, *Nihil amantibus durũ est, nullus difficilis cupienti labor est, amemus Christũ, eiusque semper quæramus amplexus, & facilè videbitur, omne difficile. Quis* k *nescit virtutem periculi auidam, socordiæ nesciam, timiditatis impatientẽ, sine labore marcescere? Labore terreris*, dicebat S. Hieronymus, l *at nemo athleta sine sudore coronatur. Quid aliud in mundo*, inquit S. Cyprianus, m *quàm pugna aduersus diabolũ quotidiè geritur? quàm aduersus iacula eius & tela conflictationibus assiduis dimicatur?* Ibidem: n *Nisi præcesserit pugna non potest esse victoria: tunc datur vincentibus corona: Nã gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur: sic omnia vincit amor*, & verus Dei amator *Omnia potest in eo qui cõfortat illum*, vt de se expertus dicebat Apostolus, o *Fortis vt mors dilectio*, dicebat Propheta sapiens. p Quare hoc? quæ conuentio locis ad tenebras, quæ amoris ad mortem? quia (respondet pius ac mellifluus doctor. q) *Sicut mors violenter separat animam à corpore, ita dilectio Dei violenter separat hominem à mundo & carnali amore. Verè Dei dilectio fortis est vt mors, quia dum per dilectionem Dei à vitijs mortificamur, quod mors agit, in sensibus corporis hoc agit dilectio in sæculi cupiditatibus*. Si Dei amor erga nos de Deo triumphat; quomodo ab amore nostro erga Deũ prosperè superati non triumphabunur? Quid de illius amoris victoria de Deo dicat præco laudum SS. Virginis, audiamus: r *Itanè, inquit, summus omnium vnus factus est omnium? Quis hoc fecit? amor dignitatis nescius, dignatione diues, effectu potẽs, suasu efficax: quid violẽtius? triũphat de Deo amor. Quid tamẽ tã non violentũ? amor est: quæ est ista vis, quæso, tam violenta ad victoriam, tam victa ad violẽtiam?* Nos verò sic Dei vincit amor, vt victi feliciter à Deo, de omnibus arduis & asperis, paruis & magnis superiores facti salutari prælio triũphemus. An nõ hoc est, quod intendebat magnus ille Nazarius s orator dicendo, *Certũ est pro negotij modo*

g Amasis apud Herodotum. Saluianus l. 4. ad Eccl. Cath.

h Seneca epi. 123.

i Hieron epi. ad Eustochiũ de Custod. Virgini.

k Seneca de patientia.

l Hieron. l. 2. epist 6. ad Heliodorũ

m Cyprianus serm. 4. de mortal. in principio.

n Idem S. Cypriano. serm. 4. de mortalit.

o Philip. c. 4.

p Cantic. 8.

Cur amor morti in fortitudine comparatur.

q Bernard l. de modo benè viuendi c. 5. qui est de charitate.

Vis amoris in Deum & homines quanta.

r Bernardus serm 64. in Cantic.

s Nazarius in Panegyr.

animoſam eſſe virtutem, in paruis propè adſecuritatem repreſſa, in mediocribus modicè intentior: vbi magna venerunt, iuxtà magnitudinem exantlandi operis erigitur.

3. Pars. Totus homo oblatus Deo ſacrificium & ſacerdos ad imitationem Christi efficitur.

3. Iam vero viua illa immolatione animi nempè & corporis homo iuſtus in tantorum ſibi à Deo Monarcha & conditore ſuo tam miſericorditer acceptorum agnitionem, ſempiternámque memoriam, totus fit ſacrificiũ ſimul & ſacerdos ad imitationem Chriſti Domini, qui ſe ipſum offerens Deo Patri in cruce pro nobis in pretium, a *Vt redimeremur à morte*, & in ſacro altari, *in cibum, vt ad vitam aleremur æternam*, factus eſt pro nobis ſacrificium, *& ſacerdos* b *in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech.* Vnde *ipſe homo Dei nomini cõſecratus & Deo deuotus inquãtum mundo moritur, vt Deo viuat ſacrificium eſt*, ait S. Auguſt. c Quò ſpectant ea quæ ad filios diſperſionis ſcribit S. Petrus, d *Et ipſi tanquam lapides viui ſuperædificamini in domos ſpirituales, ſacerdotium ſanctum offerentes ſpirituales hoſtias acceptabiles Deo.* Harum verò ſpiritualium hoſtiarum varias recenſet ſpecies Origenes e ſignificatas ſymbolico myſterio, per diuerſas beſtias, quæ in veteri teſtamento hoſtiæ Deo ſacrificabantur, *Et qui*, inquit, *membra ſua mortificant hoſtiam viuentem rationabiliter offerũt, & legem ſacrificiorum, quæ in Leuitico eſt, ſecundùm ſpiritalem intelligentiam complent, ſi ſuperbiam vincunt, immolant vitulum: ſi iracundiam ſuperant, arietem, ſi libidinem, hircum: ſi vagos & lubricos cogitationum reſecant volatus, columbas & turtures.* Hæc ille.

a Innocent. ſerm. de Natiuit. Domini.
b Pſal. 109.
c Auguſt. l. 10 de Ciuit. c. 6. circa princip.
d Petrus 1. c. 2. v. 5.
Varia ſpiritalis hoſtia quas vir iuſtus Deo immolat ex animo & corpore continuum.
e Origen. lib. 9 in epiſt ad Rom.

Laudis ſacrificia in gratiarum actiones quæ.

Quas immolationes victimas laudis & gratiarũ actionis hoſtias longè Deo victimis taurorũ, hircorum & arietum acceptiores veteris teſtamenti, ſacrificant, vt Pſaltes regius vaticinando talibus prædicabat: f *Laudabo nomen Dei cũ cantico, & magnificabo eum in laude, & placebit Deo ſuper vitulum nouellum, cornua producentem & vngulos.* In quibus ſatis datur intelligere hoſtias laudis in gratiarum actiones Deo conſecratas, longè taurorum aliorũque animalium ſacrificijs anteferri. Ad hæc laudis & iuſtitiæ, id eſt bonorum operum ſacrificia, quã ſæpè nos Prophetæ (quibus affulſit Spiritus ſanctus) inflammato deſiderio prouocant & impellunt. *Immola* g *Deo ſacrificium laudis, & redde altiſſimo vota tua:* Quæ illi tot acceptis beneficijs religiosè ſpopondiſti: & ibid. *Sacrificium* h *laudis honorificabit me*, Pſal. 115. *Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.* Quid verò Oſeas hortatur vates, i *Conuertimini ad Dominũ, & dicite ei: omnem aufer iniquitatem, & reddemus vitulos labiorum noſtrorum.* Quem locũ ſic S. Hieronymus exponit, k *Vituli labiorum laudes Dei ſunt & gratiarum actio.* De ſacrificijs iuſtitiæ ſcilicet bonorũ operum loquitur Propheta, Pſal. 50. l *Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ oblationes & holocauſta.* Ad quod alibi fideles hortatur, m *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ*, ſcilicet bona opera Deo offerte, *& ſperate in Domino*, ſcilicet, benefaciendo, iuxtà illud, *ſpera* n *in Deo & fac bonitatẽ:* opera omnium virtutũ exercendo, per amorem Dei vt nos ad beatam vitam perducant. Aliter enim omnes illæ virtutes niſi charitate ſubnixæ & informatæ imbelles, atque omninò conſecutioni æternæ felicitatis impares eſſent, vt præclarè docet S. Auguſtinus, omnem virtutem quæ ducit ad vitam per Dei amorẽ, ſic Chriſtianè definiendo. *Quod* o *ſi virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil omninò eſſe virtutem affirmauerim, niſi ſummũ amorẽ Dei: namque illud quod quadripartita dicitur virtus, ex ipſius amoris vario quodã*

f Pſal. 68. v. 1.
g Pſal. 49. v. 14.
h Pſal. 115. v. 18.
i Oſeæ c. 14. v. 3.
k Hieronym. in Oſeæ c. 14.
l Pſal. 50.
m Pſal. 4. v. 6.
n Pſal. 36. v. 3.
Inanis omnis virtus ad vitam æternam ſine charitate.
o Auguſt. lib. 1. de moribus Eccleſiæ Catholicæ c. 15. tom. 1.

A *affectu quãtum intelligo dicitur: Ita illas quatuor virtutes, quarum vtinam ita ſit in mentibus vis, vt nomina in ore ſunt omnium: ſic etiam definire non dubitem vt tẽperantia ſit amor ſe præbens ei quod amatur: fortitudo amor, facile tolerãs omnia, propter quod amatur, iuſtitia amor ſoli amato ſeruiẽs, & propterea rectè dominans: prudentia amor, ea quibus adiuuatur ab eis quibus impeditur ſagaciter ſeligens. Sed hunc amorem non cuiuſlibet, ſed Dei eſſe diximus, id eſt ſummi boni, ſummæ ſapientiæ, ſummæque concordiæ.* His dictis ſic concludit Pater ſanctiſſimus. *Quare definire etiam ſic licet, vt temperantiam dicamus eſſe amorẽ Deo ſeſe integrum incorruptumque ſeruantem: fortitudinem amorem omnia propter Deum facile perferentem: iuſtitiam amorem Deo tantum ſeruientem; & ob hoc benè imperantem cæteris quæ homini ſubiecta ſunt: Prudentiam amorem bene diſcernentem ea quibus adiuuetur*
B *in Deum, ab his quibus impedire poteſt.* Hæc magnus ille, & alia multa ad propoſitum noſtrum quæ videri poſſint ſequentibus eiuſdem libri Capitibus. Atque ita ſancti Dei homines, victimas ſpiritales Deo ſacrificantes, ſacerdotes, latè ſumpto vocabulo, nõ propriè, vt vult p S. Auguſtinus, appellantur. Sic intelligenda illa Prophetici Apoſtoli in raptu ſuo, veniunt, de Chriſto Domino loquentis, *fecit nos Regnum & ſacerdotes Deo & Patri:* Propter quod dixit S. Apoſtolus filijs diſperſionis, vt eos in ſuis pro Chriſto ærumnis iactura bonorum exilioque cõſolaretur, *Vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis, &c.* 4. Cãpus autem myſtico ſpatio latè patens ſeu altare, ſiue templum ſpiritale, in quo omnia ſacrificia tam verè ac propriè ſumpta (qualia multa erant in veteri lege, vnicũ verò nunc in
C noua, diuiniſſimum nẽpe Miſſæ ſacrificiũ) quàm myſtica & metaphorica, Deo fundantur: vt grata & diuinæ benedictionis efficacia ſint, religio dicitur: extra quam abominatio eſt quicquid Deo ſacrificatur, quæ eſt virtus nos obſequio ſummo ligans cum Deo ac religãs exercitatione prompta, perfecta, ac læta, bonorum operũ tã mentis quàm corporis: In quibus vera cõſiſtit deuotio, ſecũdùm D. Thomam. q Atque vt melius ſanctiuſque Deo noſtro adhæreamus & copulemur, *Vt* r *vnus ſit Spiritus noſter cum eo:* Ipſa virtus homines inter ſe & quaſi in vnum congregat vinculo perfectionis ad Deũ ſincere colendũ. *Hac cõditione gignimur*, inquit Lactãtius, s *vt generati nos Deo iuſta & debita obſequia præbeamus, hunc ſolum nouerimus, hunc ſequamur, hoc vinculo pietatis obſtricti Deo & religati ſumus, vnde ipſa religio nomen accepit*, non vt Cicero interpretatus eſt *à relegando*; Cuius authoris
D Chriſtianè diſerti & eloquẽtis rhẽtorẽ ſecutus eſt D. Hieronymus t circa hæc verba Amos, *Qui ædificat in cælis aſcenſionem ſuam, & faſciculum ſuum ſuper terrã fundauit.* Similiter & magni Auguſtini u mens animuſque nõ diſcedit ab illa, primã ſuã de religione retractantis etymologiam: x Sic S. Bernardus y *corporalibus religamur ſacramẽtis*, inquit, *ne à Deo recedamus, vnde etiã à religãdo religio dicitur.*

Præter primũ religionis munus quod eſt nos vnire, coniungere, & veluti religare cũ Deo, corporis & animi ſupremo ſeruitio: aliud eſt, ſcilicet homines pietatis vinculo inter ſe copulare, ac religare fortiter nexu charitatis. Vt ſic cõiuncti melius Deo ſeruirent, ac feruentiori famularentur obſequio. Cuius muneris S. Hieronymus meminit, z cùm ait, *Gregem iuſtorũ ſeu electorũ faſciculũ appellari, quia vna Dei religione* cõſtrictus eſt: vnde & ipſa Religio à religando, & in faſcem Diuini

Cur virtutes Cardinales per amorem Dei definit Auguſtinus.
p Auguſt. lib. 10 de Ciuit. c. 6.
Apocal. c. 1.
1. Petr. 2. v. 9.
4. Pars.
Extra religionem nullum Deo acceptum ſacrificium.
q D. Thom. 2.2. q. 81. a 7.
r Coloſſ. 2.
s Lactant. l. 4 c. 28.
t Hieronym. in cap. 6. Amos.
u Auguſt. l. de vera Religione ca. vlt.
x & l. 1. retract. c. 13.
y Bernard. l. de natura & dignitate diuini amoris c. 15.
Duplex munus veræ religionis.
z Hieronym. in c. 9. Amos.

vinciendo, nomen accepit. Sed de Religione, tertia huius operis parte, cum de pietate ac Religione principis Christiani disputabimus, plura dicturi, huius virtutis narratione atque consideratione longiori in præsentiarum supersedeamus; simul atque pauca de summo supremoque latriæ cultu, qui sicut sacrificium, religionis ambitu continetur soli Deo debito, capite sequenti commemoraue rimus.

CAPVT DECIMVM.

De vero supremoque Latriæ cultu soli Deo debito, à creaturis rationis & intelligentiæ capacibus, in agnitionem omnium bonorum, his ab illo collatorum.

1. *Cultus Latriæ duplex.*
2. *Latria quid propriè.*
3. *In eius contemptu summa miseria, sicut cōtra in puro eius exercitio summa felicitas.*
4. *Adoratio suprema ex actibus animi & corporis bonis constatur.*

Cultus latriæ duplex summam efficiens adorationem cordis & corporis.

HOMINIS est verè iusti ac de salute sua valde solliciti quæcumque à Deo misericorditer acceperit, animum, corpus fortunæque bona, in illum humillimo affectu refundere: vt ijsdem bonis à Deo cumulatus ipsum religiosissimè veneretur & adoret. Sicut Rex pius Iosaphat a deuotè præstiterat pietatis exemplar Dauidis b imitatus, qui longa ante tempora eodem supremo animi corporisque cultu Deum suum venerando piè clarificauerat.

a 2. Paralip. c. 20.
b 1. Paralip.

Et certè vt cū S. Damasceno loquamur, c *Quia ex visibili simul & inuisibili natura constamus, duplici quoque proinde adorationis genere, illum rerum omnium parentem & Architectum afficimus, quemadmodum videlicet & mente & corporis labijs psallimus &c.* Huius grauissimi ac religiosissimi Patris sententiam consensu suo Doctor Angelicus honorificans dixit, d *Duplicem adorationem Deo offerimus scilicet spiritualem, quæ consistit in interiori mētis deuotione, & corporalem, quæ consistit in exteriori corporis humiliatione:* & vt ostenderet exteriorem hanc adorationem sine interiori nihil esse, subiungit: *Et quia in omnibus actibus latriæ, id quod est exterius refertur ad id quod est interius, sicut ad principalius: ideo ipsa exterior adoratio fit propter interiorem, vt videlicet per signa humilitatis, quæ corporaliter exhibemus, excitetur noster affectus ad subijciendum se Deo: quia connaturale est nobis, vt per sensibilia ad intelligibilia procedamus.* Cui doctrinæ subscribēs S. Bonauēt. e dicebat, *Sicut est cultus interior & exterior, sic est adoratio exterior & interior.* Quid sit aotē adorare exteriùs & interiùs, sic postea cōtinenter exponit. *Adorare interiùs, est tota mēte in Deū tendere, sicut dicit Rabanus, adorare exterius est aliquā reuerētiā corporaliter exhibere.* Vnde licet cultus exterior sub interiori separetur, adorationis supremæ nomine minimè dignetur: valet tamen plurimū interiori coniunctus: vt perfecta suisque numeris absoluta latriæ adoratio compleatur: ; *Cùm sit adoratio quædam testificatio & recognitio excellentiæ alteri manifestata.* Quæ manifestatio nisi per actus externos homini fieri

c Damascen. l. 4. de Fide c. 13.
d D. Thom. 2. 2. q. 84. a. 2. in corpore.
e Bonauentura in 3. d. 9. a. 2. q. 3. & 4. in solutionibus argumētorum.
Adoratio quid.

A non potest, quamuis Deo ad manifestationem illam actus interni sufficiant, sed non ad recognitionem. Cùm ab illis hominum partibus quarum creator est, animo nempe & corpore adorari deposcat. Eam autē singularem, summāque adorationem, atque reuerentiam, quæ soli Deo, propter eius infinitam excellentiam, debetur; latriam ab alijs adorationis speciebus duliæ & hyperduliæ valde discretam SS. Patres, Concilia, Theologorū scolæ, Ecclesiæque canones appellare voluerunt. Testantur Oecumenicæ Synodi, septima f ferè tota, D. Augustin. g Basilius h in expositione Esaiæ primi capitis, Anastasius i Episcopus in 4. act. Synodi 7. Damascenus, de imaginū cōmendatione & orationibus, Tarasius k in Epistola ad Imperatorem Constantium & Irenem matrem eius. Hinc § D. Augustinus lib. 20. cōtra
B Faustū c. 21. & quæst. 61. in Genes. obseruauit, propterea falsorum Deorum *cultū Idololatriam fuisse nominatam, quod latria proprium cultum vero ac soli Deo debitum significaret.* Et Tarasius l in dicta Epistola ad imperatorem, notauit illis verbis Deut. 6. à S. Matth. 4. *Illi soli seruies,* Græcè esse verbum λατρεύσεις, & ideò addi particulam *soli*, verbum autem προσκυνήσεις scilicet adorare, communem esse Deo & sanctis cultus duliæ aut hyperduliæ vt virginis sanctissimæ, capacibus. Ideoque Christum cùm dixit, *Dominum tuum adorabis*, particulam (solum) non addidisse, vt antè eum Tarasium SS. Patres Basilius m & Augustinus locis suprà citatis aduerterunt. Hunc supremum Dei cultum, principes impij qui sibi arroganter superbéque vsurpare non verentur, vt sceleratissimè contra æternam Dei maiestatem more Luciferi n altissimo
C se similem facere præsumentis, audent assurgere; sic miserrimè à gloria tantæ Dei maiestatis æternis viis, mortuique mactandi supplicijs, opprimētur. Exemplo publica calamitate famoso patet in Herode Agrippa: quem quòd diuinos honores iniuriosissimè contra numen æternum à populo oblatos non respuisset, confestim percussit *Angelus, eo quod non dedisset honorem Deo, & consumptus à vermibus expirauit.* Caligulæ, Neronis & similium impietatis ac crudelitatis sæculi mōstrorum o exitum funestissimum in tanti sacrilegij ac superbiæ diabolicæ vindictam quis non execrando, perhorrescat? Quis audiens seuerum Imperatoris æterni Dei iudicium in Regem Assyriorum & Babyloniæ Nabuchodonosor, non obstupescat? qui quod per superbissimam audaciam supremum Dei honorē, cultumque sibi arrogare præsumpsisset, in bestiæ formam mutatus septem an-
D norum decurso reuolutorum quadropedis instar vagus per agros & syluas ferino victitans pabulo pererrauit: quousque ad se reuersus humilitati & abiectioni voluntariæ subiugatus, facinus suum execrabile, sacrilegumque errorem hac cōfessione lachrymabili recognouerit. p *Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cælum leuaui, & sensus meus redditus est mihi, & altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui & glorificaui, quia potestas eius potestas sempiterna, & regnū eius in generationem & generationem, & omnes habitatores terræ apud eū in nihil reputati sunt. Iuxtà voluntatē enim suam facit tam in virtutibus cœli quàm in habitatoribus terræ, & nō est qui resistat manui eius & dicat ei, quare fecisti?* Hanc grauiter afflicti propter nefandam arrogantiam, Deique despectum ærumnis vehementer oppressi, cōfessionem prin-

Nota.
Latria supremam notat adorationem.
f Synodus 7.
g August. li. 10. de Ciuit. c. 1. lib. 1. de Trinit. c. 6.
h Basili. in 1. Esaiæ.
i Anastas. epist. in act. 4. Synod. 7. Damasc. de orati. de imagi.
k Tarasius epist. ad Imperat. Const. & Iren.
§ D August. l. 20. contra Faustum c. 21. & q. 61. in Genes.
l Tarasius.
m Basili & Augustinus.
Nota.
Quam miserum sicut scelerat um mundi principibus Dei arroganter honorem vsurpare.
n Esaiæ 14.
Act. c. 12.
Iosephus li. 19. Antiq. c. 7.
o Suetonius in vita eorū.
p Daniel 4. v. 31. 32.

cipes sæculi prospero fortunæ flatu, humanæ fragilitatis obliti, insana elati superbia, prudenter ruminando & maturè cogitando, magnifaciant ac præ se ferant, scientes superbis potentibus potenter terribilem Deum: *Qui aufert spiritum principum:* Nisi superbiæ scelera detestantes, salutari pœnitentia ad portum misericordiæ diuinæ, ex quo superbia vitæ alijsque criminibus fuerant egressi, magna tormentorum vltionumque Dei iactati tempestate reuertantur. Vt sic pœnitentibus illis amissæ per peccata felicitates & honores, sicut Nabuchodonosor regi, cumulatiùs multiplicatæ redeant; vt de se posteà talibus Rex ille confitetur & agnoscit. a *In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei decoremque perueni, & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt, & in regno meo restitutus sum, & magnificentia amplior addita est mihi.* In quorum memoriam & agnitionem beneficiorum, quanto posteà voto summaque corporis animique adoratione, se totum Dei seruitio gloriæque mancipauerit, postremis his capitis quarti vocibus clarissimè demonstrauit. b *Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo & magnifico & glorifico regem cæli, quia omnia opera eius & viæ eius iudicia, & gradientes in superbiam potest humiliare.* Preclarè Seneca, c *Optimus animus pulcherrimus Dei cultus est:* Quot non modo principibus, sed etiam humanis societatibus à spreto veri Dei cultu calamitates ingruant, Lactantius audiatur, d *Ideo* (inquit) *mala omnia rebus humanis quotidiè ingrauescunt, quia Deus huius mundi effector & gubernator derelictus est, quia susceptæ sunt contra quam fas est, impiæ religiones: Postremò quia nec coli quidem vel à paucis sinitur.* Quanta porrò cordis & corporis puritate atque nitore fideles Deum vbique, at præcipuè in templis manufactis eius diuinitati consecratis venerari, necnon adorare debeant, Stephanus 6. Pontifex admonuit. *Hac allocutione,* inquit Anastas. e Bibliothecarius, *inter missarum solemnia populum admonuit. Filiationem vestram Charissimi commonemus, vt conuenientes ad sacratissimum Dei Templum id diligenter pertractare studeatis, ad quod venistis. Si enim veraciter Templum Dei esse creditis, illud ad quod conuenitis, id proculdubio inibi operari debetis, quod placeat ei, cuius Templum est, ad quod conuenistis. Cùm enim vbique Dominus sit, in suo tamen Templo specialiter debet requiri, & quantum ipse inspirare dignatus fuerit, inibi quod ei placeat debet expeti.* Qualiter autem fidelis populus Deum debeat corde & corpore adorare precando, sic ille Pastor summus Ecclesiæ pergit explicare; *Est ergo misericors Dominus, ita tamen suam misericordiam vnicuique disponit impertiri, vt rogantibus eam tribuat non ingratis, & tantò largiori illam tribuat vnicuique pietate, quantò maioribus gemitibus & ardentiori animo à quolibet fit deprecatus, sicut illi dicitur, Dimittuntur ei peccata multa, quia dilexit multùm.*

Humiliantibus se coràm Deo principibus felicitates redeunt copiosiores.

a Daniel. 4. v. 33.

b Daniel 4. v. 34.

c Seneca.

d Lactantius l. 5. Instit. c. 8.

Qualiter in Téplis Deum corde & corpore adorare oporteat.

e Anastas. Biblioth. in Stephano 6.

Sed vt altiùs & pleniùs de suprema hac cum corporis tum animi adoratione soli deferenda Deo Monarchæ creaturarum omnium summo cogitemus, de vtraque seorsim interna & externa breuiter disseramus.

CAPVT XI. ET VLT.

De adoratione interna, quæ cernitur ac consistit in actibus intellectus & volũtatis, & externa per actiones corporis.

1. *De actibus intellectus, in quibus hac adoratio interna cernitur.*
2. *De actibus voluntatis, vt admiratione.*
3. *Internus ille cultus per actus Theologicarum virtutum, ac per actus pœnitentiæ, quomodo quáve ratione dicatur exerceri.*
4. *Interno colendi Deum actui additur externus per actiones corporis.*



Evm & creaturas eius intelligibiles, rationis vsu virtuteque cõspicuas, pia adoratione venerari sancta nos docet Christiana religio: sed valdè diuersa ratione & modo. Adoramus namque ratione bonitatis. Deo quidem inclinatione adorationis summæ, tanquam supremæ, infinitæ, ac essentiali bonitati propendemus: creaturis verò ratione, intelligentia, & pietate cæteras omnes antecellentibus, in quantum bonitate, ab æterna Dei participata coruscant, finitum & limitatum adorationis splendorem decoremque largimur. *Si ratione Dominij,* iura impertimur adorationis. Deũ vt nostrum supremum creatorem atque Monarchã nulli quidquã de sui maiestate imperij debẽtem supremo veneramur honore: homines verò præstantes sanctitate ac pietate sicut Angelos, nostros quidem veluti Dominos, sed non summos & absolutos, à supremo Domino ac principe Deo dependentes, suæque ab illo dominationis fasces, accipientis, temperato atque intermedio respectu cultuque colimus. Si verò ratione beneficentiæ, in memoriam nempe & agnitionem beneficiorum acceptorum. Suprema, Deum tanquam omnium largitorem bonorum veneratione prosequimur: Sanctos verò cum homines tum Angelos, vt suis à Deo orationibus & virtutum meritis horum impetratores beneficiorũ moderata ad normam humanæ dignitatis finitæque contracta, reuerentia honoreque suspicimus. Et pro ista adorationis varietate, varij actus animi atque corporis attendi considerarique debent.

Deus & creatura adorantur, sed diuersa ratione.

1. Ratione bonitatis.

2. Ratione Dominij.

3. Ratione beneficentia.

In actibus animi interna consistit adoratio, quorum alij, sunt intellectus, alij voluntatis: in quibus tàm intellectus quàm voluntatis actibus, hanc consistere supremam Dei adorationem (de qua hîc quærimus) schola Theologorum à sanctis vetustisque patribus erudita sua professione testatur: si ex affectu adorandi actus illi procedant, vt sint idonei aptique ad eliciẽdam professionem & exercitium submissionis & inclinationis Deo factæ, qua nos submittẽtes illi corda nostra, super omnia diligentes & admirantes, soprema illũ internaque adoratione suspiciamus & honoremus.

De adoratione interna quæ fit in intellectu & voluntate.

Et quidem hic adorationis actus in intellectu nostro per modum cognitionis atque etiam locutionis humanæ internæ, seu vt loquitur schola, mẽtalis, inueniri solet. Cognitionis quidem, quãdo ex affectu atque inflammato desiderij studio adorandi Deum intellectus vis, acumen, & vigor ad considerationem exactam puramque diuinæ ac æternæ Dei excellentiæ contemplationemque infinitæ dignitatis erigitur, & ita applicatus allurgit: quatenus illam apprehensionem sinceram recognitionemque de Deo vt supremo & æterno Monarcha ac principe fideliter habitam, illi in cultum supremamque venerationem consecrat, dicat, ac religiosissimè transfundit.

Adorationis actus est in intellectu per modum cognitionis & locutionis.

Fieri etiam potest talis adorationis actus in in-

Qualiter actus adorationes fit in intellectu per modum locutionis.

tellectu nostro per locotionis modum, talẽ qualis esse solet in petitionibus, & gratiarum actionibus, quas sola mente Deo fundere solemus, conceptis quibusdam vocibus nobis ad nudum significationem exprimentibus, sicut in actu Deum laudandi solius intellectus mentisque terminis circumcluso, nec foràs erumpente. Atque tales modi Deum venerandi adorandique mentales & interni ad sapientiam, fidam religionis comitem sociamque reuocantur. Quia Deus sapientia cognoscitur, & cognitus adoratur, sicut religione, cognito Deo ex affectu voluntatis magna deuotione seruitur. Quæ propterea virtutes amicè cõiurantes inter se talia inierunt societatis intimæ fœdera, *vt non possit*, inquit Lactãtius, a *neque Religio à sapientia separari, neque sapientia à religione secerni.* Quia idem Deus & intelligi debet quod sapientiæ, & honorari quod est Religionis. Sed sapientia præcedit, religio sequitur. Miserũ est naturam nescire Dei: sed quantò miserius cognitã dedignari ac non venerari? Sicut illi Philosophi vani & prophani quos Apostolus b *Inexcusabiles iudicat, quia cum cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt, & mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & serpentum.* Hinc eorum miseriæ funestæque sortes, quod continenter exponit Apostolus, cum ait. c *Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis*, & quæ sequuntur, post quæ addit hæc: *Tradidit* d *eos Deus in reprobum sensum vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate & malitia, &c. Et qui talia agunt digni sunt morte, &c.* Non sine causa inquit sapiens, e *Vani sunt omnes homines in quibus non subest scientia Dei*, meritóque apud Hieremiam f Prophetam hæc Deus protulit, *Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur diues in diuitijs suis: sed in hoc glorietur, qui gloriatur scire & nosse me.* Quàm iustè sapiẽterque g Clemens Alexandrinus Monarchæ ac Imperatoris Dei beneficia innumera recolens hortabatur, *Laudemus vnum Patrem & Filium cum Spiritu sancto, qui vnus est, ex quo omnia, in quo omnia, per quem omnia, qui est vndequaque bonus, vndequaque pulcher, vndequaque sapiẽs, vndequaque iustus, cui gloria nũc & in sæcula.*

Modi Deum in intellectu adorandi interni ad sapientiam veram referuntur.

a Lactantius lib. 4. diuin. Instit. c. 4.

b Rom 1. v. 21. & seq.

Quàm miserum est cognitum verum Deum non supremo adorare cultu.

c Rom. 1. v. 25.

d Ibid.

e Sap. 13.

f Ierem. 9.

g Clemens Alex. lib. 3. Pædag.

Iam de actibus voluntatis in quibus hæc Dei omnipotentis imperatoris veneratio superna refulget, pauca quædam consideremus. Illi enim actus ex omnibus siue intellectus, siue sensuum exteriorum atque corporis quibus manifestata Dei summa excellentia supremè veneratur & adoratur, sunt maximè proprij & intimi ad istam supremam Deo summo principi adorationem exhibendã. Actus enim intellectus sine adoratione potest existere: corporis verò cum magna irrisione atque sarcasmo, quales fuerunt actus sacrilegi sceleratissimi militum Pilati, quibus illudebant Christo Domino, *Flectentes* h *genua, capitaque inclinando, dicentes, Salue Rex Iudæorum.* Solus qui ex voluntate manat actus & elicitur, inculpatæ sinceritatis & probitatis immaculatæ esse potest. Sunt autem illi actus voluntatis, amare, desiderare, zelare gloriam Dei, sperare in misericordia eius bona vitæ consequentis perpetua, & omnes actus moralium virtutum, quæ suam habent in voluntate sedem, quibus ad maiorem Dei gloriã exercitis Deum supremo cultu pro salute nostra contra scelerum omnium amentiam furoremque feruentissimo affectu diuinitus, æstu accenso charitatis adoramus.

De actibus voluntatis in quibus adoratio interna Deo exhibetur.

h Matth. 26.

Inter quos actus ad adorationis decus, ille, qui admiratio dicitur, maximè splendet & eminet. Per quam anima, cùm diù multùmque considerationi diuinæ maiestatis adhæserit, quasi extra se rapta, & tantæ excellentiæ splendore diuinæ, stupefacta penitùs tãtæ cõsiderationis dulcedine absorpta, in Dei tam incõprehensibilis maiestate & excellentiæ diuinæ conspectu conquiescit. In quo actu permagni sanctitate & summa eruditione percelebres Patres, atque de sublimiori nota doctores perfectissimã contẽplationem sitã esse voluerunt. *Est enim admiratio actus quidam voluntatis oriens ex apprehensione rei magnæ & singularis, etiãsi aliàs cognita sit atque perspecta*, vt colligere facilè quis ex S. Augustino i poterit, vocaturque admiratio sic cõcepta non ab ignoratione profecta (vt plerumque solet k) *Species quædam suauissimæ cõplacentiæ seu gaudij, quo quis quodã veluti stupore ac raptu corripitur*, supremã Dei ac principis æterni super omnia dilecti, præstantiã ac excellentiã religiosissimè meditãdo: huiusque admirationis claustris timor quidã reuerentiæ ac filialis includetur: quo quis ad Deũ accedere, aut eius diuinã maiestatẽ accedẽdo cõtẽplari veretur, prout sacro mysterio Seraphim sua capita atque pedes, Esaiæ 6. l velãtes, indicare videbãtur S. testante Dionysio, atque his, suã vocibus mentẽ declarãte, m *Significabãt enim sacrã illã ac plenã horroris venerationem, qua sancti celsiorẽ mysteriorũ indagationẽ perhorrescunt.* Sensus magni illius Græciæ eloquentiæ parẽtis S. Chrysost. n cum S. Dionysij sentẽtia congruit verba Esaiæ 6. talibus exponẽtis: *Duabus alis velabant faciem simul excludentia radiũ è throno procedentem, eo quod ferre non possent immẽsam illius gloriã: simul autẽ suã religionẽ & reuerentiã significãtia, quã habent erga Dominũ.* Et posteà: *facies quidẽ velabant propter metuendũ spectaculũ, quodque non possint inaccessam gloriã obtueri*: paulò post: *Quare pedes velant? quia inexplebilem erga conditorẽ reuerẽtiam exhibere studẽt.* Homil. vero 2. in hæc eadem verba Esaiæ. o *Cùm*, inquit, *ipsas supernas virtutes semper maximus obtineat stupor, propterea auertũt facies alasque vice murorũ obijciũt.* In alia expositione in hæc verba Esaiæ 6. *Quod velabãt pedes*, inquit, p *quodque operiebãt terga, vtrũque indicat eos admiratione fuisse perculsos, & ad fulgorem tanta maiestatis intremuisse*: Addit insuper sapienter eloquens inter Græcos sanctus doctor, ad maiorẽ raptus per admirationem beatorũ spirituũ efficaciam: q Quomodo Apocal. 16. dicitur *beatos cantare, magna & mirabilia sunt opera tua Domine*: & statim subdit, *Quis nõ timebit te Domine & magnificabit nomẽ tuũ?*

Admiratio actus voluntatis maximè eminet inter alios ad Dei adorationem.

Admiratio quid.

i August. l. 1. de Genesi contra Manich. c. 8. l. 2. contra aduersarium legis & Prophet. c. 7. lib. 22. contra Faustum c. 13 & epist. 101.

k ex D. Tho. p. 3. q. 15 a. 8.

l Esaiæ 6.

m Dionys. c. 16. de Hierarch. cœlest.

n Chrysost. Homil. 1. in Esaiam.

o Chrysost. Homil. 2. in 6. Esaiæ.

p Chrysost. in eundem Esaiæ locũ.

q Idem S. Chrysost. in c. 6. Esaiæ.

Huic admirationi intẽti sancti Dei homines gratiarũ S. Spiritus irradiatione tutilãtes interius hãc venerationẽ sublimẽque adorationẽ, in huius præsentis vitæ caligine exercere possũt, Deũque summo ac latriæ cultu per suos actus volũtatis adorare.

Ad huius supremi cultus perfectionẽ virtutum Theologicarũ, fidei, spei & charitatis exercitia actionesq; valẽt plurimũ: iure enim diuino obligamur per fidẽ Deo credere, per spẽ diuina cælestiaq; æternæ vitæ præmia de ei9 sigulari gratia & misericordia beneviuẽdo expectare: per charitatẽ vero ij

Per actus fidei, spei, & charitatis aliarumque virtutum adoratur Deus à nobis.

a Matth.

lum, a *Ex toto corde, anima, viribus, menteque diligere.* Hinc salutarem doctrinam è fontibus sapientiæ Patris Augustini exundantem haustamque diuinitus, accepimus, dicentis, b *Christianam religionem maximè colere Deum fide, spe & charitate.*

b August. in Enchirid. c. 3. & 6. & lib. 12. de Trinit. c. 14.

Quæ verba duplicem pati possunt interpretationem. Prima est, quod scilicet fide, spe & charitate, homo ad Deum vero & summo religionis cultu adorandum venerandumque moueatur, ac impulsus assurgat: c altera priori nō valdè dissimilis, quod ipsa virtus religionis, actus & opera virtutum illarum ad perfectè Deum colendum adorandumque referat & ordinet: secundum beati Thomæ expositionem doctissimam. d

c D. Thom. 2-2 q. 81. art. 5 ad 1.

d D. Thomas in 3. dist. 9. q. 1. art. 1. quæstiuncula 3. ad primum.

Licet enim fides, spes, charitas dignitate atque præstantia religioni præeāt & anteponantur, hoc tamen non prohibet quo minus possint ad finem B religionis ordinari, sicut aliarum virtutum vt pœnitentiæ, obedientiæ & cæterarū id genus, actus operationesque, quatenus hic Deo fideliter, piéque famulamur, ad religionis virtutē reuocantur.

Qui benè viuit, Deum perpetuo laudat.

Quibus sanctarum virtutum operationibus illustriùs occupati homines benè viuēdo, Dei magis ac magis venerationem, cultumque supremū in vita sua sanctiùs atque potētiùs operātur. Hoc habet Dei laus à vitæ profecta sanctitate, vt numquam sileat, nūquam quiescat, quæ quò sanctiùs ac puriùs roboratur, in corde eò salutariùs claret in corpore, fortiúsque in externas redundat actiones. Hæc mira S. Augustini doctrina studiosorum menti altissimis defixa radicibus in psalmos hæc enarrantis, a *Non solùm vox tua sonet laudes Dei, sed & opera tua concordēt cum voce tua, cùm ergo voce cantaueris, silebis aliquando: vita sic canta vt numquam sileas; lingua tua ad horam laudat, vita tua semper laudat.* & in Psalmum 148. *Tunc* b *desinis laudare Deum, quando à iustitia, & ab eo, quod illi placet declinas: non cesset quisque benè viuere, & semper laudat Deum, &c.*

a August. in Psal. 146.

b & in Psal. 148.

Consideratio Dei immensæ maiestatis nos impellit ad illum glorificandum ardentiori corde.

Quoties animo attentiori ad considerationem immensæ Dei maiestatis, omni laude maioris, erigimur, toties in illius laudes prædicationesque diuinas, ardentiori charitatis æstu concitati nostris in cordibus inflammamur. Etenim (inquit sapiēs) *glorificantes Dominum quantum potueritis, superualebit adhuc, quoniam admirabilis magnificentia eius; Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum potestis: maior enim est omni laude.* Et in ipso laudabili Deum honoribus summis exaltādi modo crescit pij laudatoris iustique virtus, ac meritum, cum addat sapiens e *exaltantes illum replemini virtute.*

Ecclesi. 43.

e Ibidem.

Corporis adoratio in Deum summa quæ est seruiente animæ famulari ex omnibus viribus.

Corpus ipsum iusti externa adoratione Deum summè veneratur, cum laudanti animæ Deum & supremo colenti cultu suum opitulando foris impertitur obsequium, quod est Deo plenum nō dimidiatum offerre sacrificium, scilicet Deum vita & lingua, corde & corpore, verbis & factis adorare. *Cum laudatis Deum, toti laudate*, inquit D. Augustinus. d *Cantet vox, cantet vita, cantent facta, Deum toti laudate.* Non aliter quàm suauem harmoniā dulceque cantus musici modulamen strepitus ingratus, tumultuosusque fragor, ore dulcisono prolatas laudes corrupta vita perturbat. *Noli* (inquit S. Augustinus) e *bonæ cantilenæ tuæ obstrepere moribus malis*: nec magis puto amœnos harmonicosqoe Philomelæ suauiter modulantis tonos & cantus ingrato corui crocitantis interturbari sono, quàm laudes Dei lingua dulciter & ore prolatæ, prauis moribus turpitudine instar coruis

d August. in Psal. 148.

Simile.

e August. in Psal. 146.

A nigris & atris alter..er, confunduntur. Rectè propterea S. Chrysostomus, *Quoties, inquit, verbis tātum Philosophi, in operibus decorem minimè seruanerimus, quibus tandem oculis gentiles contuebimur? Si ergo laudas non tantum lingua tua canta, sed etiam assumpto bonorum operū psalterio: quoniam bonus psalmus. Laudas cum agis negotium, laudas cum cibum & potum capis, laudas cum in lecto requiescis, laudas cū dormis.* Optimum magni Patris f consilium; cui simile sæpius Augustinus nobis inculcauit: atque vtinam nobis effectu gratum, sicut optimo illi regi Hispaniæ Alphōso, sic in omnibus nostris operibus Deum quærendum, inuocandum, honorandumque prædicanti. g *Rerum omnium principium, medium ac finis Deus est, sine cuius nutu nihil prorsus consisteret: cuncta namque diuina potestate facta sunt: reguntur sapiētia, bonitate conseruantur. Quisquis er-* B *go bonum aliquod opus aggressurus est, exordiū sumat à cælesti numine, supplexque petat, vt eius voluntatē intelligere possit, viresque sibi subministret, quibus cæptum feliciter absoluat.* Ad hanc veritatem, licet superstitionis paganicæ tenebris oboolutam, profanus Romanæ princeps eloquentiæ respexisse quodāmodo videbatur, cùm diceret, h *Cultus deorum est optimus, idemque castissimus, atque sanctissimus plenissimusque pietatis, vt eos semper que pura, integra, incorrupta & mēte & voce veneremur.* Cuius venerationis rationem alibi causatus est à multitudine beneficiorū ab ipsis dijs in homines deriuatorum profectam, cùm ait, i *Sit igitur hoc iam à principio persuasum ciuibus, dominos esse omnium rerum ac moderatores deos, eaque quæ geruntur, eorū geri ditione ac numine, eosdemque optimè de genere hominum mereri, & qualis quisque sit, quid agat, quid in se admittat, qua mente, qua pietate colat religionem &* C *intueri, piorumque & impiorum habere rationem.* Ita corpus nostrum inire debet cum anima societatem humilem, docilemque coniurationem, vt purè atque sincerè quantum in se erit Domino animæ ac suo supremo religiosissimè famuletur. In fœdus enim bonorum operum, ipse seruus animæ corpus debet intrare, vt suam cum animæ dominæ suæ salutē, Déo perfectè seruiendo procuret. Hoc indicabat Gregorius septimus ad Episcopum Lincolniensis in Anglia Ecclesiæ, ab ipso Rom. Pontifice indulgentiam veniamque peccatorum suorum humiliter efflagitantem, his ad illius postulata respondens, k *Absolutionem præterea peccatorū tuorum (sicut rogasti) authoritate principum Apostolorum Petri & Pauli fulti, quorum vice quamuis indigni fungimur, tibi mittere dignum duximus: si tamen bonis operibus inhærendo, commissos excessus plangendo, quantum volueris, corporis tui ha-* D *bitaculum Deo mundum templum exhibueris.* Ex quo patet non solum interno, sed etiam externo Deum à nobis adorationem exigere, si salui esse velimus. Qui corporis actus vt apud Deum quid nobis misericordiæ mereantur, ab affectu reuerentis animi, religiosi atque sincerè submissi promanare debent. Quam doctrinam orthodoxam ac de fide SS. Patres Doctoresque Theologi sua testificatione prædicarunt, vt S. Thomas l post Damasc. m Sic enim Deus actibus corporis sublimè potest adorari, cū homo religiosus per actiones corporis externas piæ mentis suæ desideriū, intentionē rectam, affectumque internum manifestare & indicare conatur. Quæ manifestatio exterius facta, adoratio nominatur, quatenus ex affectu desiderioque se alteri submittendi proficiscitur, neque

Chrysosto Homil. 6 in epist. ad Romanos in omnibus operibus, hic, de laudando Deo cogitandum.

f August. in Psal. 146.

g In prologo septem partitis (vt Hispani vocant) præfixo.

h Cicero l. 2. de natura deorum.

i Cicero in præfat. l. 2. de legibus. pag. 334. n. 5.

Corpus in adorando Deum sua animæ debet inire societatem.

k Gregorius sept. lib. 2. epist. 34.

De cultu exteriori corporis quo Deus adoratur.

In 3. sent. dist. 9.

l Thom. 3. q. 84. art. 2.

m Damascen. l. 4. de fide c. 13.

verò dicendum, tales corporis actus exteriùs adorandi, ad Deũ ordinari vt mentis abſcondita cordiſque interiora illi, ac ſi ea aliàs ignoraret, innoteſcant: ſed vt nos omni modo quo poſſumus ſupremam illi venerationem adorationemque deferamus. Sunt autem actus corporis diuinę adorationi maximè conuenictes & idonei, genuflexio, eleuatio manuum, percuſſio pectoris, totius noſtri in terram proſtrati corporis inclinatio, & cætera id genus. De genuflexione & eleuatione manuum, ſæpius multa in ſcripturis oſtenduntur, vt [a] Paralip. 2. c. 6. de Salomone legitur, & 3. Regum 8. [b] & lib. 1. Eſdræ [c] c. 9. Cum ita iuſtus loquitur, *Curuaui genua mea & expandi manus meas ad Dominum Deum meum*: ſic regius Propheta, [d] *Si expandimus manus noſtras ad Deum alienum*. quaſi vellet indicare, expandere manus eſſe proprium veri Dei adorationis. & Pſal. 140. [e] *Eleuatio manuum mearum, ſacrificium veſpertinum*, ſic inter ſigna propria diuinæ adorationis, tuntionem pectoris, D. Auguſtinus [f] enumerat, cùm 50. Homil. c. 10. conſuetum fuiſſe Chriſtianis pectus tundere recenſeat: cùm ſic Deo ſupplicarent, *Dimitte nobis debita noſtra, &c.* Exemplo nempe publicani [g] illius qui non audẽs in cœlum oculos leuare, percutiebat pectus ſuum dicens: *Deus propitius eſto mihi peccatori*. De quo ſigno venerationis diuinæ multa Rituales ac Summiſtæ. [h]

Genuflexio, eleuatio manuum, tuntio pectoris.

[a] Paralip. 2. c. 6.

[b] 3. Reg. c. 8.

[c] Eſdræ l. 1. c. 9.

[d] Pſal. 41.

[e] Pſal. 140.

[f] Auguſt. l. 50. Homil. c. 10.

[g] Lucæ c. 18.

Quamuis tamen cum tota ſchola edocta à SS. Patribus & ſacris ſcripturis hos actus adorationis externos ad Deum & ad homines, ſolere eſſe indifferentes aſſerere debeamus, hoc Diuus notauit Auguſtinus, [i] dicens: *Multa de cultu diuino vſurpata quæ honoribus deferuntur humanis, ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione peſtifera: Ita tamen vt quibus deferantur, homines haberentur.* Ex omnibus externis ſignis adorationis ab indifferentia, ſacrificium excludit, cum ait, [k] *Quis verò ſacrificandũ niſi ei quem Deũ aut ſciuit, aut putauit, aut finxit*: Cõſentanea ſunt iſta quæ ante D. Auguſtinum dixerat, S. Gregorius Nazianzenus, vt S. Thomas refert, [l] *Honorifica ſigna*, inquit, *quæ inuicem exhibemus fatentes nos humiliores eſſe reſpectu excellentiæ proximi tranſſumpta à nobis ad obſequia incõparabilis naturæ, quia humana natura nihil habet Deo cõdignũ quo eius excellentiã proteſtetur, ac recognoſcat.* Ex quo manifeſtè patet actus illos adorationis externos eſſe indifferẽtes ad vtramque adorationem diuinam & humanam, ſolumque ex adorantis intentione aut verbis poſſe diſcerni; Niſi aliqua peculiari conſuetudine vel inſtituto ſignum aliquod ſoli Deo accommodatum eſſe dicatur. Nam experientia notum ſcripturis ſacris comprobata, ſigna hæc non modo ad Deum, ſed etiam ad homines adorandũ fuiſſe vſurpata. Sic Ruth [m] proſtrata in terram Boos adorauit, & Abigail, [n] Dauid genibus in terrã depreſſis venerata eſt. Similiter & Iudith [o] viſo Holopherne adorauit eum proſternens ſe in terram: Ita etiam manus palmæque ad homines extendi ſolent, extẽdentibus illas aliquid miſericordiæ ſcilicet aut aliquod auxiliũ ab eo, cui extenduntur efflagitaturis. Hæc à magni Auguſtini fontibus hauſta cognoſcuntur, dicentis, [p] *Orantes de membris corporis ſui faciũt quod ſupplicantibus congruit; cùm genua figunt, cùm extendunt manus.* Et ſic pectora tundere non ſemper reuerẽtiæ, ſed cõtriti cordis ſignũ eſſe D. Auguſt. teſtatur, his verbis, [q] *Tunſio pectoris, obtritio cordis.*

[h] Durandus lib. 2. de Ritibus c. 12 n. 5. Corduba l. 1. q. 5. dubio 6.

Externi corporis actus adorationis ſunt ad Deum & hominem indifferentes.

[i] Auguſt. lib. 10. de Ciuit. c. 4.

[k] Idem S. Auguſt. l. 10. c. 4.

Soli Deo ſacrificandum propriè.

[l] Greg. Nazianz. apud D. Thomam in catena, circa illa verba Luc. 22. & poſitis genibus orabat dicens.

[m] Ruth. c. 2.

[n] 1. Reg c. 25.

[o] Iudith. c. 10.

[p] Auguſt. lib. de Cura pro mortuis agenda c. 5.

[q] Auguſt. in Pſal. 31.

Cæterùm adoratio hæc externa aut eſt publica aut priuata, publica quæ fit omniũ nomine, ſicut illa quæ fit ab Eccleſia per miniſtros, ſuoſque Deum colentes ſacerdotes: priuata quæ priuato nomine à quolibet fideli ſolet exerceri ad Deum.

Adoratio exterior duplex, priuata & publica.

Et publicæ quidem genera duo, vnum per ſacrificij opus & actionem, alterum per orationem publicam: quorum primum ſemper præcipuum atque primarium habitum eſt, Apoſtolo illud teſtante atque talibus confirmante, [r] *Omnis homo ex hominibus aſſumptus pro hominibus conſtituitur in his quæ ſunt ad Deum vt offerat.* & cap. 8. [ſ] *Omnis Pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur.* Cui ſacrificandi muneri coniuncta ſemper fuit oratio, per quã vel aliquid impetretur à Deo, vel laudibus honoribuſque diuinis ille mactetur & cumuletur, vel ei gratiarum actiones pro acceptis beneficijs reuerenter habeantur.

Publica genera duo ſcilicet ſacrificium & oratio.

[r] Ad Heb. 5.

[ſ] Ibid. c. 8.

Atque vt ſacrificia Deo ſincerè ac deuota mente oblata valdè ſemper offerentibus extitere ſalutaria, ſic polluta contra & horribiliter execranda diabolo ab idololatris exhibita maximarũ calamitatum ac exitiorum funeſtiſſimorum, tam priuatorum quàm publicorum colluuiẽ cumulumque pepererunt. Teſtatur hoc Theophanes hiſtoria [t] funeſtiſſima calamitatis extremę ciuitatis Pergami captæ vaſtatæque, crudeliter & immaniter à Maſalina principe Sarracenorum, in Aſiam minorem ſuos exercitus immittente, ciuium Pergamenorum tantam vaſtationem tragicámque deſolationem peccatis exigẽtibus. *Quod illi ab impoſtore magno decepti horrendum diabolo ſacrificium immolarint. Si quidem adductam viri Ciuitatis mulierem incinctam atque breui parituram inciderũt, & aſſumpto paruulo, in cacabo coxerunt, atque in huiuſmodi ſacrificio deteſtabili omnes qui bellare volebant dexteræ manus ſuæ manicas intingebant, & ideo traditi ſunt inimicis.* Hæc Theophanes. Quam iuſtius atque felicius principi ſupremo omnium creaturarum Deo potentiſſimo, ſapientiſſimo, clementiſſimo & optimo ſubdere totum ſe ſuaque omnia veluti in holocauſtum conſecrando, vt mente ac corpore ſuprema adoratio externis interniſque actibus illi deuotiſſimè deferatur. Cuius eſt ad benefaciendum propenſio incredibilis ac deſiderium charitatis æſtu feruentiſſimũ. Cum à ſua creatura magnum ſe beneficium accepiſſe profiteatur, cũ hæc à ſe benè ſibi fieri, miſerationis beneficẽtiæque ſuæ fructus elargiri depoſcat. Quod conſiderãs magnus Theologus Capadox [u] in hãc piè exclamationem erumpit: *O miram beneficentiæ diuinæ celeritatem! ô facilem cõtrahendi rationem, hoc bonum* (ſcilicet iuſtificationis) *ſolo voluntatis pretio emendum tibi proponitur: appetitionem ipſam Deus ingentis pretij loco habet, ſitit ſitiri, bibere cupientibus potum præbet: cum à Deo beneficium petitur, beneficio ad ducit: prompta munifica, atque prolixa natura eſt. Iucundiùs dat quàm alij accipiunt.* Eandem Dei ad beneficia conferenda hominibus propenſionem incredibilem & hominum miſerandi deſiderium feruore ſui amoris incenſum, Clemens Alexãdrinus exprimere nititur [x] in illa Chriſti verba, *Omnes ſitientes venite ad aquas*, hæc ſcribens ad gẽtes, *adhortatur ad lauacrum*, ſcilicet *Dominus, ad ſalutẽ, ad illuminationem, propemodum clamãs & dicens, do tibi, ô Fili, terram, mare, cælum, ſolummodo ô Fili Patrem ſitias, Deus tibi gratis oſtenditur.*

Ob ſacrificiũ horrendum diabolo praſtitum, vrbs Pergamus à Sarracenis vaſtanda capitur.

[t] Theophan. in Miſcelan. anno 716.

Nota hoc.

Dei ad benefaciendum propenſio incredibilis.

[u] Gregorius Nazianz. orati. in ſanctum bapt. niſma.

[x] Clemens Alex. in protreptico ſiue exhortatione ad gentes.

Sed hæc de ſupremo Dei cultu & adoratione ſufficiant, quibus libro 1. huius primæ Partis finem extremumque faſtigium imponimus. Ordo iam poſtulat vt ad examinandas Libri ſecundi materias accedamus.

PRIMÆ PARTIS

LIBER SECVNDVS.

IN QVO DISPVTATVR DE TOTIVS MVNDI MONARchia tam in cælo, quàm in terra Christo Domino debita quatenus homo est, non purus, sed Deo hypostaticè iunctus.

CAPVT PRIMVM.

De Christi regno æterno.

1. *Tribus titulis Christus Dominus est totius mundi Monarcha, 1. natura, 2. electione, 3. sanguinis effusione.*
2. *Concluditur Christum Dominum, quatenus homo est, totius mundi esse Monarcham.*

Christus Dominus verus Rex ac unicus proprio ac per se cæteris ab eo dependentibus.
a Apoc. c. 19.



CHRISTVM Dominum Deum & hominem natú de Maria S. Virgine Spiritus sancti operatione, verum & vnicum vniuersi mundi Monarcham & Regem a Regum, Dominum dominantium esse, cæteros verò terræ principes ac reges ab eo & per eú regnare, si benè regnent, fides Catholica sacris subnixa scripturis verissimè docet atque demonstrat. Inde SS. Vates atque Prophetæ Spiritus sancti digna locuti regẽ suum, ac omnium populorum redemptorem saluatoremque multis ante eius aduentum sæculis, appellarunt, & illius tabescentes desiderio, magnis exoptantes af-
b Psal. 73.
fectibus, expectauerunt. De quo Dauid, b *Rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terræ.* In medio terræ, scilicet palàm & coram mortalibus
c Basilius. in Psal. 149.
tanquam in theatro spectantibus in loco & vmbilico terræ, Hierusalẽ nẽpe, vt S. placuit Basilio, c
d Psal. 149.
Psal. 149. d *Lætetur Israel in eo qui fecit eum, & filiæ Sion exultent in rege suo*, quem, *in iustitia regnaturũ,*
e Esai. c. 32. v. 1.
& principes eius in iudicio, prædixit Esaias. e In qua virtute, aliarum circundata varietate saluatu-
f Esai. c. 33.
rũ populos asseruit, f *Dominus iudex noster*, ait, *Dominus Legifer noster, Dominus Rex noster, ipse saluabit nos*, sicut Deus Pater ab æterno tãti regis, prædixerat & promiserat aduentũ, vt his testatus est
g Hierem. c. 23.
Hieremias, g *Ecce dies veniẽt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germẽ iustũ* (sc. Dauidi in dãdi casu) *& regnabit Rex & sapiens erit, & faciet iustitiã & iudicium in terra: In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter, & hoc est nomen quod vocabunt eum Dominus iustus noster.* Quem locum non solũ Catholici, sed etiam Hebræi de Messia θεανθρώπῳ interpretãtur: quem Deus Pater germen, siue semen aut fructũ Dauidis appellat, quod ab illo secundùm carnẽ suam deduxerit originem. Nomẽ Hebræum quo germẽ significatur, etiam Oriẽtẽ significat: qua permoti ratione Septuaginta inter-
h Septuag.
pretes h verterunt, *& suscitabo Dauid ἀνατολὴν δικαίαν*, scilicet *orientẽ iustum*, quod nomẽ conuenire Christo D. Zacharias ostendit, i *Adducã seruum*
Zachar. c 3.
meum Orientem, & alibi, k *Ecce vir Oriens nomen*
Zachar. c. 6.
eius: Quem regem non solum hominẽ, sed etiam verum æternumque Deum Prophetarũ vaticinia testãtur. Nam vbi legitur in scriptura loquẽte de

A Christo Messia, *Dominus iustus noster.* l Pro Domino nomen est in Hebræo *Iehoua*, quod nomen nulli, nisi Deo in scripturis attribuitur. Sic Sopho- l Hierem. 23.
nias, m *Lætare*, inquit, *& exulta in omni corde filia Hierusalem: abstulit Dominus iudiciũ tuũ, auertit inimicos Rex Israel Dominus in medio tui*: Vbi etiã pro Domino in Hebræo est *Iehoua* Dei nomẽ ineffabile: qui quidẽ Iesus Ch. appellatur, hoc est saluator & vnctus, quia solus Deus est verè Saluator, & ipse Rex est verus: olim siquidẽ Rex vngebatur. Ideo S. Matthæus volẽs eum esse & Deũ & Regẽ dixit. n *Liber generationis Iesu Christi, &c.* scilicet Dei ac Regis sicut diuini vates digna Deo nuntiantes multa ante sæcula scriptis posteritati cõsignarunt, de cuius æterno regno multa vaticinati, mira præclaráque venturis sæculis enarrarunt, vt Dauid Ps. 144. o hunc æternũ Monarchã Messiã
m Sophon c. 3.
De regno Christi æterno.
n Matth. c. 1.
Nota.
o Psal. 144.
B alloquens, *Regnum tuum regnũ omniũ sæculorum, & dominatio tua in omni generatione & generationem:* qui Psal. 88. p sic Deũ Patrẽ Filio suo loquẽtem
p Psal. 88.
inducit: *Ædificabo in generatione & generationẽ sedẽ tuam.* Post idẽ Propheta cõuersus ad Christũ, sic super mirabilia regni huius obstupescẽs exclamabat, *Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatẽ tuã in Ecclesia sanctorũ.* Veritatẽ Dei appellat promissa eius. Statim rursus æternũ Patrẽ sic alloquentẽ introducit, q *In æternũ illi seruabo misericordiã meã, & testamentũ meũ fidele ipsi, & ponã in sæculũ sæculi semẽ eius, & thronũ eius sicut dies*
q Idem Psal. 88.
cæli. & thronus eius sicut Sol in cõspectu meo, & sicut Luna perfecta in æternũ & testis in cælo fidelis: quasi diceret; Astra quæ in cælo perpetuæ sunt durationis, fideles testes erunt æternitatis regni filij mei:
C quæ verba non posse Dauidi accõmodari, sed soli Deo Messiæ, hæc verba sequẽtia testãtur. r *Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis nõ apponet*
r Idem Psal. 88.
nocere ei. Quis enim nescit Dauidem sceleribus s,
s 2 Reg. 24.
homicidij & adulterij fæcibus ingurgitatũ, & superbiæ, numerãdo exercitũ, à maligno victũ & superatum maximas propter peccata animo & corpore hausisse calamitates? vt verè in eo inimicus profecerit diabolus, & filius iniquitatis vt ei noceret, crudeliter apposuerit. At in Christũ Dominũ solũ natura impeccabilem & ἀναμάρτητον, inimicus generis humani veniens t princeps huius mundi non habẽs quidquam vllo modo proficere in eo, eique nocere non potuit. Sic Esaias alta quadam
t Ioan. c. 14. v. 30.
eleuatione spiritus, ac diuinatione præditus ve-
D lut alter quintus Euangelista in mirabilia ac prægmagnitudine virtutis infinitæ stupenda mentis oculos vigorẽmque prophetiæ subleuans incrementum, amplitudinem & æternitatem regni eius hoc expressit oraculo, u *Multiplicabitur eius*
u Esai. c 9.
imperium & pacis non erit finis: Super solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt cõfirmet illud & corroboret à modo & vsque in sempiternũ. Et Micheas, x *Hæc de Messia regnabit super eos in montem Sion ex hoc nunc & vsque in sæculum.* Et Daniel spiritu pro-
x Mich. c 4

phetico omnium Nabuchodonosor exponens de quatuor Monarchijs per magnam illam statuam significatis post de æterno Christi regno, hæc ipsi regi denunciat, a *In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnũ eius alteri populo nõ tradetur.* Quãtarum porrò sit futurum virium regnũ hoc Messiæ, ita subiungit. *Comminuet autẽ & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum,* & cap. 7. b *Potestas eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum eius quod nõ corrumpetur.* Quæ omnia Prophetarum vaticinia & oracula exposuit de Christo Domino Seraphim ille magnus Archangelus Gabriel, è cælo legatus Dei magni missus in terras ad virginem despõsatam viro, his illam verbis, post honorificam salutationem reuerenter affando, c *Ecce concipies in vtero & paries filium, & vocabis nomẽ eius Iesum; hic erit magnus & filius Altissimi vocabitur: & dabit illi Dominus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.*

a Daniel c. 2.
b Daniel c. 7.
c S. Luc. 1.

De tribus titulis quibus Christus regnum æternũ consecutus est.

Hoc vero æternũ regnum Christus Dominus tribus titulis cõsecutus est, ac suæ potestati, sapiẽtiæ, bonitatique cõparauit, scilicet natura, electione, certamine, seu proprij sanguinis effusione.

Primus titulus natura.
d Psal. 2.

Natura, quia filius Dei naturalis regni paterni hæres ac Dominus, sic Ps. 2. d Pater æternus filio dicit, *filius meus es tu, ego hodie genui te:* Quẽ locũ triplici sensu litterali Theologi interpretantur, 1. de æterna generatione à patre iuxta dictum Apostoli e dicentis, *Tanto melior Angelis effectus, quãto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu, ego hodie genui te?* 2. de resurrectione Christi Domini, ex mente eiusdem Apostoli, f *Et nos vobis annunciamus eã, quæ ad Patres nostros repromissio facta est, quoniam hunc Deus adimpleuit filijs vestris, resuscitãs Iesũ:* sicut & in psalmo 2. scriptũ est, *filius meus es tu, ego hodie genui te.* Quæ verba apposité secundum litteram, de resurrectione Domini intelligi possunt, quod ipsa resurrectio à Deo solo fit, & quædam regeneratio dicatur, vt Matthæ. 19. g *In regeneratione cùm sederit filius hominis:* Denique quod in die resurrectionis cœpit gloriosa Christi exaltatio manifestari, vt clarius patebit infrà.

e Hebræor. c. 1.
f Act. 13.
g S. Matt. 19.

Tertiò litterali sensu, verba hæc Patris æterni de Christi Domini tẽporali in carne Natiuitate, declarantur, vt censet D. Cyprianus: h colligitúrque hæc bona expositio ex Missæ in nocte Natalis Domini introitu. In quo Ecclesia mater colũna & firmamentũ veritatis, hæc Dei Patris verba, Psalmi 2. ad huius Natiuitatis Domini secundum carnẽ mysterium accõmodat; quoniã generatio hæc tẽporalis singulare opus Dei fuit, vt etiã Angelus Gabriel dixerit: i *Ideòque & quod nascetur ex te sanctum vocabitur Filius Dei.* Sic vt secundum triplicem illum sensum litteralem verba hæc possimus exponere *hodie genui te,* scilicet in die æternitatis, genui te Deus Deum, & hodie scilicet in die tui, secundum carnem natalis, genui te, scilicet feci vt esses Deus homo, sine semine viri, sine matris corruptione, sine labe peccati: Idémque hodie in die resurrectionis tuæ genui te, scilicet virtus mea omnipotẽs fecit, vt morti subiugatus, ad vitam redires, in eaque gloriosa & immortali in æternum de morte triũphares. Hæc igitur dicens Pater, significabat Christum Dominum esse filiũ suum natura, siue ab æterno, à se ante luciferum genitum, siue à matre virgine temporaliter natũ. k *Cùm venit plenitudo temporis, misit filium suum in mundum, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret.* Et S. Ioannes, l *Misit Deus filium suum in mundum, non vt iudicet mũdum, sed vt saluetur mũdus per ipsum.* Ita in monte Thabor, m *Vox Patris audita est, Ecce filius meus dilectus in quo bene mihi complacui, ipsum audite.* In scripturis sacris cẽtum similia testimonia reperiuntur.

h D. Cyprianus l. 2. contra Iudæos c. 8.
i Luc. 2.
Vid. Bellarm. & Genebrard. in hunc locũ.
k S. Paul ad Galat. c. 4. v. 4.
l S. Ioan. c. 3. v. 17
m S. Matt. c. 17.

Titulus secundus, electio à Deo Patre.
n Psal. 2.
o Genebrard. in Psal. 2.
Nota mysteriũ de biiugo monte Sion.

Secundus titulus quo iure obtinet regnũ æternum Christus Dominus, est electio facta à Patre, vt ipsemet n Christus Dominus testatur, *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius, prædicans præceptum eius:* Scilicet o ordinatus & electus sum rex ab illo Deo Patre, super Siõ montẽ, scilicet super omnẽ fideliũ quotquot sunt, fuerũt ac futuri sunt congregationem tam Ecclesiasticam quam politicã: quod significatur per montem Sion, qui erat biiugus, in cuius vno colle erat arx Dauidis, in altero, templũ: quo quidem colle gemino, vterque principatus Ecclesiasticus & politicus Christo Domino dominantiũ debitus gloriosè, suuitérque à Deo Patre traditus, repræsentabatur. Hoc regnũ omniũ sæculorũ & populorum fideliũ (nam infidelium & impiorũ Monarcha Christus esse deprecatur,) à primo suæ conceptionis instanti à Patre suo Christũ Dominum accepisse, Prophetarũ oracula, Apostolorũ & Euangelistarum sancita sanctorúmque Patrum doctrinæ monumenta, sua [illegible] tione comprobarunt. Quod castissimo & prophetico Apostolo, qui priuilegio amoris præcipui cæteris altiùs à Domino meruit honorari, Spiritus sanctus reuelasse dicitur, cùm ab eo supra se eleuatus, *Vidit in Apocalypsi nubem p candidam & super ipsam sedentẽ similem filio hominis, habentem in capite suo coronam aureã:* Quo mysterio latens veritas & post à SS. Patribus euoluta Dei Filiũ humani restauratorẽ generis ex purissimis virginis immaculatæ sanguinibus conceptum, significabat à primo suæ conceptionis instanti, super omnia terræ, cælique regna potestate suprema coronatũ, ex virginali illo sanctissimi corpusculi hospitio, velut ex lucidissima, & incõtaminata nube egredientẽ, vniuersarũ gentium orbem cumulúmque in hæreditatẽ suscepisse: quo perinde ac illustrissima ditissimáque laurea in vtraque Monarchia, Ecclesiastica & politica decoraretur; laurea, inquam, & diademate omnes superbissimas locupletissimásque omniũ regum terræ coronas infinita perfectione superãte, vt illas aureas victorum imperatorum Romani supercilij ac celsitudinis, de quibus hæc Tertullianus, q *Triumphi, inquit, laurea folijs struitur, aduersis lemniscis inauratur.* Cui Tertulliani testimonio Plinij accedit authoritas r dicentis lemniscatas coronas siue radiatas folijs aureis & argenteis fuisse constructas.

p Apoc. 14.
Est apud Tertul. aduersis, quod verbum corruptum esse putat Pamelius, pro quo legi posse transis, vel oco-sis.
q Tertullianus de corona militis c. 12.
r Plin. lib. 21. c. 3.

Tertius titulus regni æterni Christi Domini, certamina & effusio sanguinis illius.

Tertius titulus acquisiti regni æterni Christo D. illius certaminibus contra mortem, peccatum & infernũ, proprijque sanguinis effusione, fulcitur. Hunc sanguinem cõtra hostes suos pugnãdo fudit vt saluaret, ipso sanguine periculosè peccatorum morbo laborantes sanaret, à diaboli laqueis captiuos liberaret, atque victos de victoribus triumphantes efficeret. De lethaliter ægrotantibus animo, ita D. Augustinus s *non contempsit Dominus saucium contemptus à sano, non destitit alia dare præcepta languenti, qui prima custodire noluit ne langueret; Bibe,* inquit, *amarum calicem tribulationum: bibe vt viuas: Et ne responderet languidus;*

s D. August. serm. 18 de verbis Domini, cap. 7. tom 10 pag. 32. col 2 [illegible]

nonpossum, prior bibit medicus sanus, vt bibere non dubitaret ægrotus. Quanta bonitas & patientia medici, ait ibidem ᵃ D. Augustinus, *qui de sanguine suo, insano interfectori suo medicamentum fecit,* & sequenti sermone ita certamen inter clementiam medici & crudelitatem ægrotantium peccatorum describit ᵇ: *Phrenetici perdita mente sæuiebant, & medici sanguinem sæuiendo fundebant: Ille autem de ipso sanguine suo ægrotis medicamenta faciebat, &c.* Captiuos verò peccatores, omnes homines à Christo Domino per sanguinis effusionem fuisse redemptos clamat Apostolorum vertex S. Petrus ᶜ *non corruptibilibus auro aut argento redempti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi:* Propter quod S. Paulus Corinthios sic hortabatur: ᵈ *Empti enim estis pretio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro,* * scilicet *sentientes in vobis quod & in Christo Iesu.* Ipsa Redemptio facta per sanguinem Christi, *clamat captiuitatem nostram,* inquit S. Augustinus, ᵉ *vnde enim redempti, si non captiui? &c.* vt Spiritu Dei Dauid Propheta correptus multò antè vaticinando prædicauerat, ᶠ *Ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius:* Israel quippe vendere se potuit, & fieri venundatus sub peccato, attestante D. Augustino ᵍ *redimere se ab iniquitatibus non potest, ille potuit redimere, qui se non potuit vendere, qui non commisit peccatum, ipse est Redemptor à peccato, &c.* posteà liberatum suo sanguine ab omnibus iniquitatibus & æternis miserijs hominem in partem suæ victoriæ socium, triumphique misericorditer admisit, vt per quem à vinculis æternæ captiuitatis homo redemptus fuerat, per eum, victore victo, de Dei ac suis inimicis gloriosè triumpharet. Ob quam victoriam tam memorabilem saluator noster regni in omnes creaturas cæli & terræ sempiterni iure ac possessione iustissimè frueretur. Ideò dixit ille Discipulis post gloriosam stupendámque naturæ suam resurrectionem, * *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra,* quæ ad humanitatem non diuinitatem Christi Domini referenda esse SS. Patres Augustinus & Hieronymus suæ soliditate doctrinæ demonstrarunt. Cùm de diuinitate Christi nulli dubium sit, quin semper potestatẽ hanc cæli terræque possederit, vt perspicuè D. Thomas ʰ ostẽdit.

ᵃ D. August. ibid.
ᵇ D. August. serm. 19. de verbis Domini.
ᶜ S. Pet. 1. c. 1.
ᵈ 1. Cor. 6.
* Philip. 2.
ᵉ D. August. in Psal. 70.
ᶠ Psal. 129.
ᵍ D. August. in Psal. 29.
* S. Mat. c. 28.
ʰ D Thomas lib. 3 de Regim princi-pum c. 12 in fin.

Fortunata Christi contra omnes Dei & salutis humanæ hostes certamina, insignibus nobilitata victorijs.

Fortunata Christi Domini veri Messiæ contra luciferum & Angelos eius certamina, contra infernum, contra corruptum mundum, contra peccata omnia, inferni furias, cõtra ipsam mortem, & contra omnes impios, quos victos æternis supplicijs, viuos mortuósque mactabit; fortunata, inquam, atque gloriosa certamina, quod ea insignes secutæ victoriæ triumphali gloria, laudéque beata nobilitarunt. Sine quibus, pugnas certaminá que vario conspersa puluere madidaque sudore & sanguine D. Augustinus ⁱ minimè profutura iudicabat; *Quid prodest,* inquit, *bonum certamen, nisi sequatur victoria? quis autem dat victoriam nisi ille, de quo dicit Apostolus, Gratias Deo qui dat nobis victoriam, per Dominum nostrum Iesum Christum.*

ⁱ D. August. lib. de gratia & libero arb. c. 6.

Bella & prælia quæ multa gessit Christus spiritualia.

Bellatorem magnum, prælatorem fortem generosissimumque Dominum Sabaoth fortiter ac feliciter exercitus spirituales, contra spiritualia nequitiæ, rectores principésque tenebrarum, & cõtra eorum ministros ductantem, Regem hunc terræ cælique Prophetæ describentes mirantésque honorificè prædicauerunt. *Quis est iste Rex gloriæ,* petẽtibus respondet Dauid ᵏ *Dominus fortis*

ᵏ Psal. 23.

A *& potens, Dominus potens in prælio,* prælio, inquam, non corporeo, sensibusque subdito, sed spirituali inuisibilique: licet dolores tanti imperatoris, sudores, labores, atque vulnera in talibus excepta prælijs certaminibúsque foris patuerint: in externásque erumpentes actiones, fortitudinem, patientiam, constantiam, magnanimitatem, cæterásque virtutes eius magis diuinas quàm humanas clarissimè demonstrarint. Quæ considerans spiritu prophetico orabat illum Dauid, vt aduersus inimicos suos se gladio accingeret, & in eos suas sagittas fortitudinis, quibus eos confoderet, potẽtissimè iacularetur, ᵃ *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè: Sagitta tuæ acutæ (populi sub te cadent) in corda inimicorum Regis,* scilicet Diaboli Regis superbiæ. Victoriã verò tãti principis Messiæ de hostibus victis ac triumphatis, ita B vaticinando prosequitur, ᵇ *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ Reges: Iudicabit in nationibus, replebit ruinas,* scilicet, malorum Angelorum de cælo in profundum laci propter superbiam præcipitatorum: *conquassabit capita in terra multorum,* & in his certamine vario domandis & subiugandis, quot hausit exantlauítque labores & sudores de torrente passionum atque tormentorũ mortis, in via vitæ mortalis bibens: Ideò per tot sudores laborésque victor exaltauit caput super omnes inimicos suos: cuius arma minimè carnalia sed spiritualia, non enses, non hastæ, non loricæ, non galeæ, non clypei, sed constantia, fortitudo animi, humilitas, mansuetudo, patientia, charitas, arma illi fuere iuxta illud Apostoli, ᶜ *arma nostra non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, &c.* Instarque Dauidis giganteam superbiam destruere molientis, cruci veluti bacu- C lo innixus profligatum hostem insultantem exercitibus Dei Israel, blasphematorem nominis Dei viui diabolum cum legionibus suis gladio quem hostis iste conflauerat, egregiè iugulauit. Siquidẽ mortem veluti gladium lethalem cõflauerat diabolus, iuxta illud Sapientiæ, ᵈ *Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum:* Illa verò Christi morte iugulatus est, ipsa nece saluatoris hominũ, ad quam patrandam Iudæos inflammauerat, infeliciter trucidatus interijt, vt Dauid tali oraculo vaticinatus est, ᵉ *Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam quam fecit: Conuertetur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.* Atque has victorias suo sanguine partas ipse triumphator mortis, inferi, peccati, carnis, mundi, diaboli, ᶠ *Formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ angelis cæli* significauit, præ stupore & admiratione quærentibus: *quis est ipse* D *qui venit de Edom tinctis vestibus de Bosra?* & rogãtibus: *quare rubrum est vestimentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Respõdit: *Torcular calcaui solus & de gentibus non est vir mecum, calcaui eos in furore meo.* His ergo consideratis naturæ, electionis diuinæ, & sanguinis effusi titulis, luce clarius apparet, quàm iustè veréque Dominum nostrum Iesum Christum regnatorem mundi, vtriusque Ecclesiasticæ & Politicæ, Monarchiæ, principatus cæli ac terræ supremũ æternúmque monarcham agnoscere, & cum summa veneratione cõfiteri debeamus. Cui dubium esse potest, quin sit ipse Dominus quatenus homo, princeps supremus & caput super omnem Ecclesiam, ᵍ Apostolo teste, cœtum nempe fidelium omnium, scilicet angelorum & hominum (vt ʰ exponit

ᵃ Psal. 44.
ᵇ Psal. 109.
ᶜ 2. Cor. 10.
ᵈ Sap. 2.
ᵉ Psal. 7.
ᶠ Esa. 63.
ᵍ Esaiæ c. 63.
ʰ Ephes. 1.

a S. Hierony. in cap. 1. ad Epheſ.

exponit in hunc locum a Sanctus Hieronymus) non ſolùm eorum qui eius præceſſerunt aduentum, adhærentes illi per vnionem, aut gloriæ in cœlo aut gratiæ in terra fideique per charitatem operantis: Verùm etiam eorum qui in eius vixerunt ſæculo, & qui eius ætati poſtpoſiti vſque ad mundi conſummationem, humanæque vitæ terminum in terra victuri ſunt, confirmati fide & in charitate radicati, vt omnes homines ſic ex fide charitate formata viuentes membra myſtica & viua diuini illius omnium capitis habeantur. b Omnium, inquam, non ſolùm hominum, ſed etiam quod mirabilius eſt, Angelorum, vt ſequenti capite mox ſumus declaraturi.

b Diuus Thomas 3. q. 8. ar. 3.

CAPVT II.

Quòd Christus Dominus quatenus homo ſit Angelorum ſummus Monarcha & caput.

1. *Chriſtus homo multò ſublimior Angelis qua ratione dicitur ab Apoſtolo, paulominus ab Angelis imminutus.*
2. *Tria in capite præcipuè conſiderantur, quæ Chriſto Domino conueniunt: vt dicatur Angelorum princeps & caput, ſicut hominum.*
3. *SS. ſcripturarum, SS. Patrum autoritate, & ratione Chriſtum Angelorum caput eſſe & principem ſupremum probatur.*

Natura humana Chriſti omnem Angelica natura perfectionem excellit.



HRISTVM Dominum ratione ſuę humanitatis Angelis excelſiorem, multóque præſtantiorem fuiſſe ſacra Prophetarum & Apoſtolorum oracula, SS. Patrum teſtimonia, rationeſque proclamant. c *Tantò melior effectus Angelis, quantò differentiùs præ illis nomen hæreditauit.* Et D. Auguſtinus, *Natura humana, qualem naturam Chriſtus humanæ mentis aſſumpſit, quæ nullo peccato potuit deprauari, ſolus maior eſt Deus.* Vt intelligamus ſenſum quo dixit Apoſtolus, *Chriſtum paulominùs ab Angelis fuiſſe imminutum,* d nempe ipſam humanam naturam per ſe conſideratam ſecundùm naturalia, Angelica fuiſſe inferiorem, nam Chriſtus paſſibilem pro nobis aſſumpſit naturam: in hoc Angelica minorē quæ impaſſibilis eſt. Hoc SS. Patres vt e D. Ambroſius, Chriſtū Dominū propter ſuſceptionem corporis ab Angelis minoratum paulominus aſſeuerans, ſicut in paſſibilitate corporis Angelicus doctor poſtea confirmauit. Similia Patres illo antiquiores in hunc Apoſtoli locum S. Chryſoſt. Theophylactus, Oecumenius, & alij. At illa natura in Chriſto humana eleuata ſuper omnem creaturam aſſumpta à Verbo, Deóque vnione hypoſtatica cohærens plena omni gratia & veritate, virtutibus vniuerſis perfectiſſimè nobilitata; immenſo perfectionis interuallo, Angelorum omnes gradus & ordines antecellit, atque ſupereminet: vt verè Angelorum omnium cuiuſcumque ſint ordinis atque Hierarchiæ princeps, monarcha ſummus, caput debeat appellari. Quod vt clariùs intelligamus, notandum ex D. Thoma f tria in capite præcipuè conſiderari, ſcilicet *ordinem, perfectionem, virtutem*, ac ordo quidem primo loco conſideratur in capite, quia prima pars hominis eſt incipiendo à ſuperiori. Hinc eſt quare omne principium caput appellari conſueſcat. Iuxta illud Ezechielis 16. g *Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum tuæ proſtitutionis.* Secundo loco attenditur in capite aliorum membrorum comparatione perfectio, quod in capite vigor & facultas omnium ſenſuum dominetur ac emineat, nō exteriorum modò, ſed etiam interiorum: in alijs verò corporis membris, tactus tantummodo pateſiat & appareat: Hinc dicitur Iſaiæ 9. h *Longæuus & honorabilis eſt ipſe, caput*, cùm in ſenibus virtutes in maiori ſoleant eſſe perfectione, quibus iuniores ſub ſe ſuauiter ſapienterque moderantur.

c Hebræ c. 1.

D. Aug l. 3. contra Maximin. c. 25.

d Hebræ 2.

e Amb. 2. de fide c. 4 & D. Aug loco ſupra citato. D. Tho. 3. q. 8. art 3.

S. Chryſoſt. Theophyl. Oecumenius.

Tria in capite præcipuè conſiderantur Chriſto Domino myſtico competentia.

f 1. Thom. 3. q. 8 art. in corp. 1 ordo.

g Ezech. 16. 2. perfectio.

h Iſaię 9. v. 15.

Tertium quod in capite conſideratur virtus eſt, quoniam vis, efficacia, motuſque aliorū corporis membrorum, eorum regimen, & directio in actionibus ſuis à capite proficiſcitur, propter virtutem ſenſitiuam & motiuam quæ ibi dominatur. Propterea rector ciuitatis populi caput appellatur, iuxta illud 1. Regum c. 15. i *Nonne cùm paruulus eſſes in oculis tuis caput* ſcilicet *rector in tribubus Iſrael factus es?* atqui tria hæc Chriſto Domino non ſolùm ratione hominum, ſed etiam Angelorum ſpiritualiter applicata conueniunt, atque deferuntur. Primò ratione vicinitatis & propinquitatis ad Deum, Chriſti Dōmini gratia excelſior eſt, atque prior omnibus Angelorum tam naturæ quàm gratiæ ſplendoribus, licet non tempore, ſed dignitate, qui quotquot ſpiritualium gratiarum chariſmata à primo ſuæ creationis inſtanti, & poſt in gratia confirmati poſſederint, per reſpectum ad gratiam Chriſti Domini conſecuti ſunt: iuxta illud D. Pauli k *Quos præſciuit, hos & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Secundò perfectio in Chriſto cernitur, conſiderata omnium gratiarum plenitudine, de qua D. Ioannes, *Vidimus* l *eum plenum gratiæ & veritatis.* Poſtremo loco in Chriſto Domino Angelorum capite conſideratur virtus influendi in omnia membra omnis Eccleſiæ tam militantis quàm triumphantis, *De cuius plenitudine accepimus omnes*, tam Angeli quàm homines. Ex quo patet Chriſtum Dominum non modò hominum viatorum, atque fidelium, ſed etiam Angelorum comprehenſorum caput exiſtere. Quod Apoſtoli comprobatur teſtimonio dicentis, m *Chriſtum Dominum à Deo conſtitutum in cœleſtibus, ad dexteram ſuam ſupra omnem poteſtatem, & principatum, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro, & omnia ſubiecta ſub pedibus eius.* Ob eamque cauſam idem Apoſtolus de Chriſto Domino loquens ſubiungit. *Qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.* n Eadem omnino ratio eſt Angelis & Archangelis, Thronis, Cherubim, atque Seraphim, quorum fit mentio in alijs locis apud Apoſtolum, & alios Prophetas, Apoſtolos, & Euangeliſtas, vt iam euidenter cum S. Thoma o Chriſtum Dominum eſſe caput Angelorum concludere valeamus. Imque conſtituta & ſtabilita analogia capitis generaliter

3. *Virtus.*

i 1. Regum c. 15.

k Ad Rom. 8.

l Ioannes c. 1.

m Epheſ. 1.

n ad Coloſ. 2.

o D. Tho 3 q. 8. ar. 4.

Principem ſummum atque caput Angelorum omnium Chriſtum eſſe oſtenditur.

sumpti, in viuentibus cum Christo Dominò, facile nobis erit cumulatiùs ostendere redēptorem nostrum Regem omnium seculorum, locorum, ac personatum maximè in cœlestibus omnium Angelorum choris tanquam principem subditis & caput membris supremo principatu dominari, prout scripturarum sacratum oracula, SS. Patrum testimonia rationumque pondera loquuntur. Etenim si vt supra notatum est ex D. Paulo sit Christus Dominus constitutus à Deo patre caput supra omnem Ecclesiam, quis inficiari iure poterit Christum Dominum esse Angelorum sicut hominum caput ? cum omnis Ecclesia ex Angelis & hominibus conflata b nigra & formosa, militans & triumphans, ambulans in terra & quiescens in patria c hîc in ænigmate obscutè per fidem cognita, illic in specie clarè visa, Christi Domini regnum à patre æterno datum, imperiúmque nuncupetur? Cui d pater æternus nec rerum metas nec tempora ponit, vt in eo filius dilectus *rex e regum & dominus dominantium*, sine fine regnet? Hanc veritatem doctorum pater S. Augustinus posterorum Theologorum animis, altissimis defixam radicibus inseuit, hæc more suo diuinitus scribendo. f *Caput nostrum Christus est, corpus capitis illius nos sumus. Numquid soli nos? & non etiam illi qui fuerunt ante te nos? Omnes qui ab initio seculi fuerunt iusti, adiunctis etiam legionibus & exercitibus Angelorum, vt illa vna ciuitas fiat sub vno Rege, & vna prouincia sub imperatore.* Et sicut Lucifer *Diabolus ille habens iram magnam*, non modo malorum Angelorum, sed etiam impiorum hominum caput habetur: sic multò iustiùs ratione à contrariis deducta Christus Dominus non solum piorum hominium, sed & sanctorum Angelorum caput princepsque censeri debet, vt docet Sanctus Hilarius circa hæc Psalmi 139. g *verba caput circuitus eorum* dicens, *vt omnibus sanctis caput Christus est: ita omnibus iniquis caput Diabolus est.* Doctrina communis est inter Theologos congregationem atque communionem Angelorum & hominium amicam esse velut vnum spirituale regnum atque sanctam mysticamque rempublicam. Tostantur hæc h S. Hieronymus & Augustinus i testatur & oraculum Spiritus sancti in sacrosancto Concilio Nicæno, vnam esse Ecclesiam in cœlis & in terra pronuntiantis. propterea frequenter homines ad sedes Angelorum reparandas assumi dicuntur, vt pote vnum cum eis reguni, vnamque componentes Ecclesiam. Hinc maximam lætandi causam ex gloriosa mirabilique Christi resurrectione desumpsisse Angelos in cœlo S. Gregorius hac illustri tantoque doctore sententia dignissima declarauit. k *Illa quippe redemptio et resurrectio & nostra festiuitas fuit, quia nos ad immortalitatem reduxit, & Angelorum festiuitas extitit, quia nos reuocando ad cælestia eorum numerum adimpleuit.* Quò sunt illa Pauli Ephesiorum 1. reuocanda. *Instaurari omnia in Christo, quæ in cælis & quæ in terra sunt*, vt exponunt patres antiqui, S. Chrysostomus, Theodoretus, Beda, Theophylactus, Anselmus & alij. Et illa l ad Colossenses cap. 1. *In ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliare*

a Eph. 1.
b Cant. 3. v.
c Cor. c. 13. v. 12.
d S. Leo Ser. de nat.
e Apoc. 19.
f S. August. in ps. 36. concione 3.
g Hilar. in psal. 139.
Respublica spiritualis ex Angelis & hominibus conflata, cuius rex & caput Christus est.
h S. Hieron. in 1 Ephes.
D. & Aug.
i 10 Enchir. c. 56.
Concil. Nicænum.
k Greg. hom. 21. in Euang. in die Pasche.
Ephes. c. 1.
l ad Colos. c. 1.

omnia in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cælis. Huius vero spiritualis Regni reique publicæ mysticæ Christum esse Dominum, Regem, monarcham & caput; inque omnia eius membra mystica, spiritus influxum, vitæ, gratiæ, atque virtutis, effundere quis audeat iure inficiari? cùm sit maximè rationi consentaneum vni politico corpori vnum præesse caput, à quo regatur, & suæ disciplinæ rationem vimque exhauriat? vt, à doctrina m S. Patris Augustini didicimus & expressimus. Si vni politico corpori vnum corpus præesse non tenuamus, cur illud spirituali ac mystico nil præter diuinitatem redolenti negabimus? Hinc est quod Angeli omnes ex quaque Hierarchia & ordine, saluatorem nostrum suum caput agnoscentes, illi in signum supremæ reuerentiæ cum magno tremore & honore ministrare n & famulari dicantur. Quos ideo S. Paulus appellat o *omnes administratorios spiritus, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* In quo ministerio Christo Domino homini, nostræ salutis auctori, totius Ecclesiæ rectori, regnatorique cum reuerentia maxima parent, obediunt, & humillimè obsequuntur. Propterea idem Saluator noster Angelos tanquam suis subditos legibus, saltem ratione eorum quæ Ecclesiæ tangunt regimen, vt docent de meliori nota Theologi p iudicaturus est, qui etiam omnes illos Angelos quatenus homo suæ sapientiæ irradiatione illuminat, vt à sancto Dionysio cap. 7. de cœlesti Hierarchia didicimus, & accepimus: quibus gratiam gloriamque meruit, vt iam in illos Christum Dominum nō habere perfectum capitis, ac supremi principis influxum asserere in genere gratiæ, absurdissimum esse videatur.

m Aug. in psal. 139.
n Matth. 4.
o ad Hebræos 1. v. 14.
p Dionys. c. 7. de cœlesti Hierarch.

CAPVT III.

Per fidem quam de Christo venturo Monarcha suo habuerunt Angeli boni, sub Michaële principe militiæ cœlestis, de Lucifero, eiusque sectatoribus triumpharunt.

1. *Gratia & gloria parta Angelis per meritum Christi Domini.*
2. *Armati supernaturali fortitudine & gratia Angeli boni Luciferum, & alios Apostatas spiritus, in virtute sanguinis ac passionis Domini futura vicerunt.*
3. *Cur dicitur Christus Dominus fuisse occisus ab origine mundi.*

SICVT in hominibus iustis prælia Domini contra hostes Dei & salutis humanæ, mundum, carnem, dæmonia prælantibus, omnis à gratia Christi victoria proficiscitur, r vt ait Apostolus: sic in Angelis bonis, in iustitia & fide Christi venturi perseuerantibus, vi-

r 1. Cor. 15.

ctoriam omnem quam de lucifero principe quondam cœlestis militiæ, & aliis quos ipse persuasione scelerata corruperat, Angelis, plenè Dei fortitudine reportauerant, à merito Christi Domini futuro, in quod illi crediderãt gloriosè promanasse credimus, veraque asseueratione defendimus. Vt sicut Apostolus, & cum eo sacra eius vexilla sequentes, confidenter, dixit, *omnia possum in eo qui me confortat*, & a *Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui*. Sic verè illi cœlestium spirituum cœtus in Christo Domino gloriantes, se de fortissimis Dei hostibus, principibus mundi, tenebrarum rectoribus & nequitijs, spiritualibus palmas victoriæ immarcescibiles per merita venturi regis illius retulisse sincera, eaque beata confessione profitentes, exultant. Ad hunc finem, gratia fines naturæ supergrediens ipsis Angelis propter Christi Domini præuisa, religiosèque credita merita cumulatè data est, & postea gloria: quam ipsis sanctus ille sanctorum & Dominus dominantium ampla suæ bonitatis largitione, sicut hominibus, postea copiosa redemptione, promeruit. Etenim ordo ille rerum optimus postulat, atque requirit, vt omnia quæ vnius generis ambitu continentur, ad vnam causam quoad fieri poterit sub illo receptam genere reuocentur, atque reducantur. Addo præterea quò maior in vno corpore membrorum omnium connexio est, eò esse statum constituti & vniti corporis cum membris perfectiorem atque præstantiorem. Constat autem Angelos & homines amicè sub vno genere gratiæ coniurare, esseque vnius membra corporis, cuius caput Christum esse suprà monstrauimus: vt ex his aptiorem perfectioremque ordinem fore, euidenti demonstratione concludere debeamus, si totũ hoc mysticum corpus, omnis scilicet Ecclesia, vno principio, vnoque capite perfruatur, per cuius influxum membra cætera vitæ, spiritus, omnisque virtutis communionem accipiant.

a 2. Timoth.

Christus Dominum Angelis, sicut postea hominibus, gratiam & gloriã promeruit.

Quæ ratio in S. Pauli doctrina radicata, solido fulcitur fundamento, b à quo Spiritus sancti gratia confirmato didicimus, omnem Ecclesiam ex Angelis hominibusque conflatam, charitate, eiusque augmento ex capitis influxu splendescere. Quod caput non aliud esse non modò hominum, sed etiam Angelorum quam Christum Dominum capitibus, c. & 2. eius epistolæ, sicut ad Coloss. 1. & 2. manifestè declarauerat. Quæ doctrina clariùs manifestata altiùs in Catholicorum animis insedit, ex his quæ idem Apostolus Ephesiorum 1. dixerat, omnia videlicet per Christum & in Christo restaurari, *quæ in cœlis & quæ in terra sunt*. Potentiùs in Græco ad institutum nostrum ἀνακεφαλαιώσασθαι recapitulari, vt S. Hieronymus e aliique iuxta Græcum idioma phrasimque verterunt, mentem Apostoli secuti; omnia recapitulari in Christo asserentes, cùm essent inter se valde separata & discreta, sub vno capite Christo in vnum veluti corpus coaluisse, vt f S. Chrysostomus atque Theophylactus interpretantur, subque ipso principe æterno & capite mystico restaurata, nobiliùs ad summam supra naturæ vires perfectionem reuocata peruenisse. Ad cuius veritatis illustrationem principia hæc metaphysica non mediocriter iuuare poterunt, nimirum illud, *quod est tale per participationem*, ad illud *quod est per se tale* reuocari debere. Atqui Christus Dominus solus per se Deo gratus est, Angeli verò sicut homines puri per participationem solummodo: ob eamque causam hos ad Christum Dominum, vt ab illo & per illum gratiam consequantur; reuocari debere quis iure possit inficias? g Adde & aliud metaphysicum, nempe illud *quod est primum in vno quoque genere esse mensuram, atque causam cæterorum illius generis orbe conclusorum, eo modo quo esse potest*. Christum porro in genere gratiæ supremum esse negare nemo potest. Hoc docet h D. Thomas 3. 47. art. 9. *scilicet Christo Domino esse datam plenitudinem gratiæ simpliciter, quæ data est illi vt principio vniuersali in genere habentium gratiam*. Quo in genere citra omnem cõtrouersiam Angeli concluduntur. Proinde Angelorum gratiæ exemplarem, finalem, meritoriam, hunc dominum gloriæ causam esse quis nos concludere prohibebit? cùm etiam dicat Apostolus i, *Gratia saluati estis per fidem, & hoc non ex vobis, donum enim Dei est, ne quis glorietur*. Quæ verba dixisse Apostolum non de solis hominibus, sed etiam de Angelis luce hac clarius apparet, cùm non plus ipsi Angeli quàm homines de donis supra naturæ sphæram positis, quorum splendore præ aliis creaturis refulgent, gloriari debeant, quibus sicut hominibus illud Apostoli dici potest, k *Quid habes quod non accepisti, si autem acceperis, quare gloriaris quasi non acceperis?* Dono enim Dei vtrique homines & Angeli per gratiam & fidem salui facti sunt. Gratiam verò Dei ad salutem necessariam & gratiam à Christi Domini exundantem meriis, profectamque eandem esse, reciprocáque significatione conuerti de meliori nota l Theologi affirmant. Ergo cùm Dei gratiam ad salutem Angelis necessariam esse credamus; gratiam quoque Christi ad illorum salutem & gloriam necessariò spectare necesse est fateamur. Ad hanc veritatis assertionem m S. Fulgentium intellectus obsequio atque bonæ voluntatis inclinatione propendisse, hæc ad Trasimundum scripta testantur: *vna est in vtroque* (scilicet Angelo & homine) *gratia operata, in hoc vt surgeret, in illo, ne caderet: in illo ne vulneraretur, in isto vt sanaretur: ab hoc infirmitatem repulit, illum infirmare non siuit: illius esca, istius medicina*. Neque enim existimare debemus illa Christi Domini verba, S. Ioannis n 14. *Ego sum via, veritas & vita* &, o *Nemo venit ad patrem, nisi per me*, ad solos homines restricta, non etiam ad omnes Angelos extensa fuisse. Hæc enim vox, *nemo*, vtrosque complexa est. Sicut cùm S. Marci 10. Dominus dixerat: p *Nemo bonus nisi solus Deus*. Horum siquidem verborum germanus sensus est; Excepto Deo, scilicet Patre, Filio, & Spiritu sancto, nemo Angelus, siue homo, essentiali bonitate fulget: sed solùm participata, ab æterna illa bonitate tanquam fonte viuo scaturiente. Quamobrem verissimè q doctor Angelicus hæc sancti

b Ephes. 4.

c Coloss. 1. & 2.

d Ephes. 1. v. 10.

e S. Hiero. in Eph. 1.

f Chrysost. & Theoph.

g Aristot. lib. 10 metaph. c 2.

h S Thomas 3. q. 7. art. 9.

i Ephes. 2.

K 1. ad Corin. c 4. v. 7.

l Suar. to. 1. in 3 p. q. 19. art. 3. disp. 41 & disput. 42. ar. 4. sec. 1.

m S. Fulgent. ad Tras. c. 3.

n Ioan 14.

o ibidem.

p Marci 10.

q S. Thomas in cap 1 S. Ioan.

Ioannus exponens; *de plenitudine eius nos omnes accepimus. Scilicet* inquit: *omnes Apostoli, Patriarchæ, Prophetæ, & iusti quicumque fuerunt, sunt & erunt, & etiam omnes Angeli:* Hanc paulo post rationem subiungens: *quia plenitudo gratiæ quæ est in Christo, est causa omnium gratiarum quæ sunt in omnibus intellectualibus creaturis.* Et 3. parte pluribus in locis primarum quæstionum Christum Dominum in homines & Angelos tanquam caput in membra gratiarum donorúmque spiritualium motus sensúsque deducere confirmat sicut a quæstione 8. art. 1. clariùs: com Christum Dominum absolutè gratiam effundere in omnia Ecclesiæ membra demonstrat, quæ viua & S. Spiritus corroborata virtute huius corporis mystici, quod est Ecclesia vniuersalis, in cœlò triumphans & in terra militans b art. 4. eiusdem quæst. esse homines & Angelos clara demonstratione comprobat: vt non aliud in hac materia Catholici homines salutari Ecclesiæ eruditione confirmati crederent, quàm omnes Angelos sicut homines omnem suam quæcunque pollerent, gratiam gloriamqoe ex Christi venturi meritorum fontibus exhausisse.

a D.Th. 3. p. q. 8. art. 1. & alibi.

b art. 4. ibidem.

Boni Angeli sub S. Michaële armati Christi venturi gratia & merito luciferum cum Angelis eius superarunt.

His donis muneribúsque gratuitis omnia naturalia magno interuallo superantibus à Christi Domini merito futuro profectis, boni Angeli vestiti, & armati sequentes vexilla S. Michaëlis cœlestis militiæ principis strenuè, & magno honoris diuini zelo diuinitus inflammati, contra luciferum & Angelos eius prælium magnum excitantes in cœlo, hos facilè domitos superatósque suorum armorum spiritualium victrici fortitudini gloriosè subiugarunt. Superbia & inuidia execrabilis luciferi & aliorum sceleratorum spirituum, quos detestabili nefandáque suggestione sua iste flagitiosissimè peruerterat, hoc prælium atque bellum in cœlo furentes excitarunt, cum ille omnium creaturarum sceleratissimus Deo trino æternitatem supremi imperij in se futurósque homines inuideret, atque illius diuinitatis æqualitatem consortiúmque modis superbissimis affectaret. Qui pro talibus tamque execrabilibus ausis cum suis Angelis, quos superbiæ nefandissimæ causa detraxit è cœlo, victus in profundum laci præcipitatus est, & æternis ignibus alijsque tormentis eiusdem mensuræ sine vlla pœnarum relaxatione torquendus, in hæc tristissima inferorum barathra lapsu terribili corruit. Cuius crimen & lapsum vno S. Spiritus raptu Isáias Propheta meditando sic sceleratissimum illum draconem alloquebatur, exprobrando: c *Quomodo cecidisti de cœlo lucifer qui manè oriebaris? corruisti in terram qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo, in cœlum ascendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo. Veruntamen in infernum detraheris in profundum laci.* Cuius prælij atque certaminis magni stupendíque S. Ioannes inter stantes à partibus Dei bonos Angelos contra Apostatas & auersos à Deo in Apocalypsi meminit. d *Factum est prælium magnum in cœlo, Michael & Angeli eius præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus amplius inuentus est eorum in cœlo: & proiectus est draco ille magnus serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Sathanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, & Angeli eius cum illo missi sunt. & audiui vocem magnam in cœlo dicentem, nunc facta est salus, virtus, & regnum Dei nostri & potestas Christi eius.* Et paulo post, causam victoriæ bonorum Angelorum à virtute sanguinis Christi, quem Iudæi erant effusuri, cum veneric plenitudo temporis, promanare testatur, cum ait e *& ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni.* Quem locum licet sensu literali de prælio quod lucifer catenis solutus, quibus per mille annos in infernum detrusum Christus Dominus constrinxerat, cum suis Angelis tempore Antichristi furoribus accensus & ira contra Ecclesiam eiusque charissimos filios excitaturus est, intelligi posse ac debere non inficier: Dicam tamen liberè sequendo doctores Scholasticos, alio sensu litterali sumi posse pro illo spirituali conflictu & certamine, quo inter se S. Michaël princeps cœlestis militiæ, & lucifer, cum vtriusque sectatoribus Angelis bonis & malis, per potentias viresque intellectus & voluntatis, à principio suæ creationis digladiantes in cœlo loctabantur. Huius conflictus in cœlo à bonis Angelis contra malos initi rationem quam adfert diuus f Bernardinus à minori ad maius video esse non vulgarem, nec contemnendam, tomo 1. sermone 60. art. 2. c. 1. cum ait: *quod si beati Angeli in curriculo præsentis temporis bella gerunt pro salute nostra, nunquid à principio ante suam in gratia confirmationem minus necesse habuerunt contra aduersarios illius multitudinis præliari pro salute propria, non enim sequitur victoria nisi cum præcesserit pugna.* In quo certamine victoriam à partibus S. Michaëlis, & Angelorum eius, quibus princeps exercituum Dei viui præerat, virtute sanguinis Domini in quem credentes sperauerant, fortiter fideliterque stetisse sacrarum scripturarum oracula prædicarunt. *Hinc est quod Christus Dominus ab origine mundi occisus esse dicatur*, quia Deus præuidit ante mundi constitutionem, merita Christi Domini, scilicet mortem, passionem, sanguinis effusionem, voluntariam eius oblationem, & patri suo immolationem in cruce futuram &c. ante gratiam & gloriam Angelorum & hominum, quam illis Christus Dominus cruenta, tempore suæ carnis atrocique mille tormentis pœnisque crudelissimis confecta morte promeruit. Cuius cruentæ immanisque necis, inundatione sacratissimi sanguinis ingurgitatæ, sibi gratissimæ pro salute generis humani, & ab origine mundi pater æternus à se in odorem suauitatis acceptatæ, fidem & confessionem, altissimis suæ benedictionis radicibus potenter his beatarum sedium cœlestiúmque spiritibus in-

c Isaiæ 14.

d Apoc. c. 12. v. 11. 12.

e Apoc. ibid.

f Magister L. 2 Schol dist. 6. ibique doctores S. Thomas.

g Bernardinus to. 1. ser. 60. art. 2. c. 1.

A seuit, qua freti firmatique credentes atque sperantes in filium Dei in carne venturum atque pro restauratione generis humani totum vna cum vita sanguinem profusurum, bonum certamen certantes gloriosissimam de Lucifero, deque eius Angelis S. Michaele exercitibus Dei præfecto reportarunt. [a] De qua præuisione atque præcognitione mortis dominicæ, déque eius virtute & efficacia ab origine mundi loquens S. Paulus sic ad Ephesios scribebat [b] *elegit nos in ipso ante mundi constitutionem scilicet pater æternus in filio suo, & S. Petrus non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus.* Et quoniam Angeli illi pij Dei sui gloriam zelantes initium vitæ suæ à certamine & bello pro Dei sui honore defendendo contra amentiam, superbiam, furoremque apostatarum perditorúmque spirituum ordiri voluerunt, *propterea ab eo tempore cœli milites, eorum congregatio militia cœlestis castráque Dei cœperunt appellari, vt nascente domino* [d] *subito facta est cum Angelo multitudo cœlestis militiæ laudantium Deum & dicentium gloria in altissimis Deo, &c.* & Deus ipse dominus Sabaoth, scilicet exercituum spiritualium & Angelorum. Hinc S. Gregorius [e] *Angelicos spiritus* (inquit) *rectè Dei milites, dicimus quia decertare eos contra aereas potestates non ignoramus, quæ tamen certamina non labore, sed imperio peragunt. Sic Propheta Iacob Angelos sibi obuiàm factos castra Dei appellauit* [f] atque illi cœli milites propter celeritatē non tam pedites quam equites appellātur. Sicut in Apocalypsi S. Ioannis demonstratum est, *cum Angelorum Christum* ducem vidit comitatum atque stipatum exercitu Angelorum equis albis vectorū, *Ecce* (inquit) *equus albus & qui sedebat super eum vocabatur fidelis & verax, & exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eum in equis albis:* sed de his hactenus, ad alia properemus.

[a] Hugo Card. Beda Gagnæus, & S. Bernardinus to. 1 ser. 60 art. 1. c. 1 pa. 103.
[b] D Ephes. 1.
[c] S. Petri. 1.
[d] Lucæ 2.
[e] S. Greg. in Iob. c. 25.
[f] Genes. 32.
Apocaly. c. 19. v. 11. & 14.

CAPVT IV.

Christum Regem Regum & summum mundi Monarcham cum honore maximo admirantur & adorant Angeli & homines propter beneficium creationis, redemptionis, & glorificationis.

1. *De Christo creatore mundi.*
2. *De Redemptore.*
3. *De glorificatore.*

Verbo Dei æterno creatus mundus.



QVAMVIS cum de creatione Schola Theologorum loquitur, officium illud mirabile tribuat Christo Domino ratione suæ diuinitatis, tamen propter communicationem idiomatum illud creationis opus ab infinita Dei virtute profectum non malè ipsi Christo homini Deo ascribere atque attribuere consueuit, vt cum D. Augustinus dixit, *erat* [h] *in manibus Christi potestas panes augendi quæ mundum condiderant. Non illæ manus Christi*, quatenus tales via reduplicationis mundum condiderant; sed verbum æternum, cui manus illæ cum toto corpore, & animæ sacro & insolubili diuinæ hypostaseos vinculo copulabantur, vt varia Spiritus S. in sacris litteris oracula testificantur, * *vt verbo domini cœli firmati & spiritu oris eius omnis virtus eorum: omnia per ipsum facta sunt & sine ipso* * *factum est nihil.* Sapiens sic patrem alloquitur æternum *qui fecisti omnia verbo (nempe filio tuo Sapientia tua increata) quæ attingit à fine ad finem fortiter & disponit omnia suauiter.* B Didymi Brachmanorum Regis in epistola ad Alexandrum magnum S. Antonius in prima historialis corporis parte luculentum refert testimonium de virtute huius æterni Verbi infinita mundi creatrice talibus verbis exaratū. [i] *Verbum Dei hoc, mundum creauit, hoc regit & alit omnia, hoc diligimus, ex hoc spiritum trahimus.* Hanc veritatem de causa mundi effectrice minimè fuisse incognitam antiquissimo illi autori [k] Trismegisto constat cum in Pymandro suo structuram vniuersi mundi totúmque hoc creationis ædificium ex nihilo haustum, & eductum diuini verbi virtute in clarissimam entis lucem prodijsse mordicus asseueret. Sicut multa post tempora [l] Plato in Epinomide C eius veritatis professionē non obscuram suæ doctrinæ sectatoribus exhibuit: cum verbum Dei opificem mundi nominauerit. Legerat siquidem apud Moysem c. 1. [m] Geneseos *Deum dixisse & facta ex nihilo omnia:* Hinc sic ille inter paganos princeps Philosophorū argumentabatur. *Si quia dixit Deus omnia facta sunt, ergo per verbum eius omnia ex non ente in esse nouum infinita Dei virtute operante conuolarunt.* Adeò Mosaicæ doctrinæ impalluisse Plato videbatur, vt Numenius [n] Pythagoricus Platonem alterum Moysem propè, Attico copiosè loquentem eloquio nominare non dubitauerit. [o] Sic sanctus Iustinus Martyr & Philosophus, & post eum [p] Eusebius & S. Ambrosius Platonem omnia quæ verè sapienterque locutus est, ex Mosaicæ Sapientiæ fontibus D exhausisse contestantur. Nihilominus quamuis Christus Dominus, quatenus Deus verbum & filius patris æterni, cum Deo Patre & Spiritus sancti [q] (*cum opera Trinitatis ad extra sint indiuisa*) vniuersum mundum è nihilo creatum construxerit. Tamen totum Christum Deum & hominem omnes illi beatorum spirituum ordines & homines propter hoc creaturarum omnium opificium omnipotenti virtute conflatum mirantes adorant, omni honore cultuque summo venerantur. Cum in illo duæ naturæ diuina & humana in vno diuino radicatæ supposito infinita & incomprehensibili Spiritus sancti virtute & operatione mirabiliter vniantur, omniaque creata pater æternus eius pedibus subiecerit: secundum Prophetæ vaticinium [r] Psal. 8. *omnia subiecisti sub pedibus eius:* vt per eum reformata mun-

[h] D August. tract. 24. in S. Ioan.
* Psal. 32.
* Ioan. c. 1.
[i] Didymi Regis Brachman. epist.
[k] Trismegistus cap. 4. Pymand.
[l] Plato in Epinomide seu Philosop.
[m] Geneseos c. primo.
[n] Numenius Pythagoric.
[o] S. Iustinus Martyr.
[p] Euseb. S. Ambros.
[q] Magist. pe. senten.
Totum Christum Deum & hominē creatura mundi præcipuè Angeli & homines ob creationis beneficium summo venerantur honore.
[r] Ps. 8.

eſtis, Chriſtum induiſtis; & iuxta illud quo nos [b] aliàs hortatur, *vt induamus Dominum Ieſum Chriſtum.*

b Rom. 13.

3. *Angeli & homines iuſti gloria & honore ſummo Chriſtum D. pro beneficio æternæ gloriæ proſequuntur.*

3. Poſtremò Angeli ipſi & homines diuinis Chriſtum D. laudibus cumulant, atque ſe totos illius cultui conſecrantes propter beneficium gloriæ ſempiternæ (quam de theſauro meritorum eius hauſtam, de rectoribus tenebrarum victores facti copioſè depromſerunt.) immenſis ſupremiſque ſublimant honoribus. Hanc gloriam iuſtus iudex Chriſtus angelis hominibuſque, iuxta opera ſua reddidit; [d] *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Animal inquam non omne, ſed ſanctum diuinúmque per participationem diuinitatis, Angelum videlicet & hominem diuina Chriſti benedictione repletos, æterna nempè gloria, quam ſalutem æternam [e] Propheta nominat. *Iſrael ſaluatus eſt à Domino ſalute æterna,* qui alibi de remuneratore Chriſto D. ait [f] *cognoſcetur manus Domini in ſeruis eius, & indignabitur inimicis.* Manus hæc Dei Chriſtus Dominus eſt paſſim ſic in ſcripturis appellatus: quam toties in adiutorium ſuum, vt ſaluus eſſet, Dauid inuocauit. [g] *Emitte manum tuam de alto & eripe me,* & [h] alibi: *fiat manus tua ſuper me, vt ſaluet me.* Quæ gloriæ immarceſcibilis, & æternæ fœlicitatis fruitio angelis hominibúſque iuſtis ſecundùm menſuram bonorum operum Chriſti Domini parta meritis, (ſicut flumina à mari exundantia refluunt in illud) in maiorem ipſius Regis Regum Monarchæ omnium creaturarum ſupremi gloriam honorémque redundant. Hac enim fœlicitate ſuarum creaturarum ratione, & gratia ſublimium tanquam veſte varietate donorum ſpiritualium, cœleſtiúmque circundata Chriſtus Dominus induitur, ac veluti rutilante lauris æternùm virentibus diademate coronatur, ſãcto teſtãte Gregorio hac Prophetę auctoritate fulto [k] *omnibus his velut ornamentis veſtieris.* Cui Prophetiæ alius vates Zacharias fidem ſua teſtatione faciet dicendo: *ſumes argentum & aurum, & facies coronas, & pones in capite filij Ioſedech Sacerdotis magni.* Quibus coronis [m] Abbas Rupertus hoc exponens vaticinium merita & præmia æterna ſanctorum, in gratia ſaluatoris Dei fundata, ſubnixáque eruditè ac eleganter interpretatur, quibus in modum Sacerdotalis coronæ connexis atque contextis Chriſtus Dom. Sacerdos æternus ſecundum ordinẽ Melchiſedech, per Ioſedech Sacerdotem magnum ſignificatus glorioſiſſimè coronatur. Quod oraculum idem Propheta alio alibi teſtimonio corroborat: quod eſt [n] *lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius*, ſiue iuxta Hebraicam phraſim, *lapides diadematis eleuabuntur ſuper terram.* Vbi de Apoſtolis fit ſermo iuxta S. Hieronymi [o] expoſitionem hanc lectionem ſequentis: *lapides ſancti voluuntur ſuper terram inſtar rotarum paululum tangentes humum, & volubilitate ſua ad cœleſtia feſtinantes.* Vt ſenſus talis exurgat. Lapides diadematis, hoc eſt qui diadema Chriſti conficiunt, eleuandos eſſe ſuper terrã, id eſt in magno pretio habẽdos in Eccleſia, tunc autem eleuantur in Eccleſiæ ædificia lapides illi viui, ſcilicet ſancti Dei homines, Apoſtoli, Prophetæ, Martyres & alij pietate Chriſtiana maximè fulgentes: cum inniti & impoſiti huius Eccleſiæ capiti Chriſto ad ornamentum coronæ gloriæ eius eleuantur in cœlum: illuc gratia & virtute meritorum huius diuini capitis, immiſſi atque portati: vt hæredes quidem Dei Patris, cohæredes capitis ipſius Chriſti Domini in perpetuitate æui conſequentis, ea quam ſibi Chriſti Domini merita, & ſua illius fulta virtute pepererunt, gloria tantopere olim concupita & expectata perfruantur. Sic nobiles illæ creaturæ natura, ſed gratia nobiliores Angeli & homines in gloriam & honorem ſui conditoris, conſeruatoris, reſtauratoris & remuneratoris ſupremum ſempiternæ fœlicitatis in cœlo ſuauitate lætantur: ſicut ipſe princeps æternus [p] apud prophetam ſuum ſpoponderat. *Omnem qui inuocat nomen meum, in gloriam creaui eum,* quod poſtea clarius his expreſſit Apoſtolus [q] *prædeſtinauit nos in adoptionem & gloriam gratiæ,* propter quam adoptionem filiorum Dei ipſe *pater [r] venturi ſeculi, & princeps pacis æternæ, voluit ſeipſum [ſ] exinanire, ſerui formam accipiens, cum in forma Dei eſſet,* & poſt innumeras laborum, afflictionum dolorúmque procellas ignominioſiſſimum Crucis ſubire tormentum. *Decebat,* inquit Apoſtolus, *eum [t] propter quem omnia & per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis eorum per paſſionem conſummari,* ſignificantius in Græco *διὰ παθημάτων τελειῶσαι, per afflictiones perfici,* quod perfectio vitæ totius noſtri ſaluatoris in eo maximè niteat atque reſplendeat, quod ſudare, algere, & alia quamplurima mala propter ſalutem animarum noſtrarum pati ſubiréque ardore charitatis inflammatus optauerit; optatáque vehementer effectu ipſo compleuerit: vt non immeritò filij electionis, filij dexteræ excelſi, angeli maiores natu in domo Dei, & homines iuſti natu minores, ipſi Saluatori noſtro generis humani per paſſiones atque tormenta reſtauratori ſublimiter, omne ſuum ſtudium, labores, obſequia, induſtriam, vires corporis & animi, ſe totos immolantes, ſummo cum honore cultúque ſupremo, propter hæc creationis, regenerationis & glorificationis æternæ beneficia affectu puriſſimo largiantur.

d Pſalm. 144.
e Eſaiæ 45.
f Ibid.
g Pſal. 143.
h Pſal. 118.

Gloria SS. angelorum & hominum in gloriam Chriſti redundat tãquam membrorum in caput.

i Greg l. 32. Mor. c. 5.
k Eſai. c. 49.
l Zachar. c. 6. v. 11.
m Rupert. Abbas.
n Zach. c. 9. ver. 16.
o S. Hier in c. 28. Ezech.
p Eſai. c. 43.
q Epheſ. c. 1.
r Eſai. c. 9.
ſ Philip. 2.
t Hebr. c. 2. v. 10.

B
C
D



PRIMÆ PARTIS.

LIBER TERTIVS.

IN QVO DE CHRISTI DOMINI Monarchia in terris agitur.

CAPVT PRIMVM.

De Christi Domini regno stabili in terris vsque ad consummationem seculi, & æterno in cœlis.

1. *Quod promissiones de stabilitate & fœlicitate regni facta Dauidi non Salomoni, sed Christo Dom. conueniant.*
2. *Christus Dominus nuptias cum humana natura fecit in vtero sanctissima Virginis.*
3. *Ex quo tanquam splendor & lampas egrediens talibus nuptijs pacem suam mundo peperit.*



STABILITATEM & æternitatem Regni Messiæ omnium creaturarum tam quæ in cœlo de quibus supra, quàm quæ in terra morantur, Monarchæ ac imperatoris summi Isaiam Euangelicum Prophetã prædixisse hæc ipsius eloquia loquentis de Christo Dom. testificantur, a *amplificabitur eius imperium, & pacis non erit finis*, in quo oraculo notandum mysterium in verbo, multiplicabitur, pro quo in Hebræo est לםרבה id est,ad multiplicandum, imperium nempe quod verbum à radice רבה id est multiplicare seu multiplicari deductum formatur. Quo in vocabulo littera 2. est ם clausum: Quæ nunquam nisi in fine dictionis apud Hebræos reponi solet. In principio autem aut in medio dictionis minimè. At hîc apud Prophetam ם mem illud clausum in modum quadratæ figuræ in principio dictionis non sine mysterio collocatum cernitur. Quo significabatur venter clausus vallatus lilijs virtutum spiritualium puritatis, castitatis, virginitatis charitatisque matris SS. Virginis; ex quo sine vlla puritatis virgineæ læsione, Rex

a Isai. c.9.

Rabi. Men.

A Regum sicut b *sponsus procedens de thalamo suo* egressus est, quo diuino & miraculoso egressu, ille Regum terræ princeps filius Dei firmare & amplificare suum debebat imperium c *à solis ortu vsque ad occasum*, prosperitatibus veris & æternis affluens, misso foras principe mundi, eius exauctorata tyrannide,& imperio destructo. Huius regni Messiæ stabilitũ thronum & æternis refulgẽs honoribus permittebat Deus per Prophetã dicens: a *stabiliam thronũ regni eius vsque in sempiternum*: Et Isaias 9. in confirmationem eorum quæ supra commemorauimus adiunxit, *super solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia à modo & vsque in sempiternum.* Dauid vero ipsum Messiam filium Dei, *Deum de Deo, lumen de lumine*, in terris indutum carne propheticis oculis & spiritu collustrans illum confitendo Deum his vocibus compellabat, d *sedes tua Deus in seculum seculi*, e & alio Psalmo sic patrem æternum filio suo Messiæ loquẽtem introducit: *Thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum.* In cuius promissi firmitatem se ipsum in testem assumit dicens: *& testis in cœlo fidelis*. Verum Dei testimonium, est hoc de natura sua habentis, vt mentiri non possit cum sit ipsa veritas. Thronus autem huius Messiæ non solùm in cœlis in Ecclesia triumphante; sed etiam in terris in militante futurus erat. Quæ dicitur sedes Dauid & domus Iacob mystico sensu; vt SS. Virgini Matri futuræ angelus enunciabat, f *hic erit magnus & filius Altissimi vocabitur, & dabit illi Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum*, (scilicet in terra vsque ad consummationem mundi) *& regni eius non erit finis*, hoc modo; quia dum genus hominum extabit in terra, militans extabit Ecclesia: cuius figura erat sedes Dauid temporalis, & domus Iacob, vt Sanctus Bernardus exponit dicendo, g *dabit ei Dominus sedem Dauid patris sui non typicam, sed veram, non temporalem, sed æternam, non terrenam*, scilicet terrena & caduca sapientem, *sed cœlestem*, in terris cœlestia verbis, affectu, & factis redolẽtem, quæ idcirco memoratur fuisse Dauid. Quia hæc in qua temporaliter sedit, æter-

b Psalm. 18.

c Psal. 49. v. 1.

a 2. Regum cap. 7.

B

d Psalm. 44.
e Psalm. 88.

f S. Luc. c. 1.

g S. Ber. hom. 4. super missus est.

C

næ illius, tam quæ in cœlis, quàm quæ in terris est, gerebat imaginem. Propheta illustrissimus pietate ac doctrina doctor Augustinus ostendit, egregia doctáque narratione promissiones Dauidi Regi de filio factas à Spiritu sancto, non in Salomone, sed in Christo Domino plenissimè inueniri completas, [a] *vt cum Dauidem*, inquit, *per Prophetam Nathan de filio alloquitur Deus: Et* [b] *erit cùm impleti fuerint dies tui, dormies cum patribus tuis, & suscitabo semen tuum post te, qui erit de ventre tuo, & præparabo regnum eius. Hic ædificabit mihi domum nomini meo, & dirigam thronum eius vsque in æternum. Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium.* Similia lib. 1. Paral. cap. 17. [c] *& fidelis erit domus eius, & regnum eius erit vsque in æternum coram me, & thronus eius erit erectus vsque in æternum.* Hæc & alia cognatæ similitudinis ex sacrarum scripturarum fontibus hausta D. August. considerans, addit[d] hæc: *Hanc ergo tam grandem promissionem qui putat in Salomone fuisse completam, multum errat. Attendit enim quod dictum hic ædificabit sibi domum, quoniam Salomon templum illud nobile struxit: & non attendit: fidelis erit domus eius, & regnum eius vsque in æternum coram me.* Quæ verba postrema de domo Salomonis dici non possunt, *quæ plena erat mulieribus*, inquit idem S. Doctor, *colentibus falsos Deos, & ipse Rex Salomon ab eis mulieribus aliquando sapiens, in eandem idololatriam seductus atque deiectus est, facta est quidem nonnulla imago rei futuræ etiam in Salomone*, ([e] vt pergit S. Doctor commemorare) *in eo quod templum ædificauit, & pacē habuit secundum nomen suum (Salomon quippè pacificus est latinè) & in exordio regni sui mirabiliter laudabilis fuit; sed eadem sua persona per vmbram futuri prænunciabat etiam ipse Christum Dominum nostrum non exhibebat.* Notum est enim quibus terminis regnum conclusum fuit Salomonis, & tamen in eo Psalm. legitur vt alia taceam, [f] *dominabitur à mari vsque ad mare.* Erat igitur Christus Dominus velut sub vmbra in Salomonis persona prænunciatus, ædificaturus domum Domino patri suo, non de lignis & lapidibus, sed de hominibus, qualem illum ædificare gaudemus. Cui domui dicit Apostolus, hoc est fidelibus Christi: [g] *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Similiter idem [h] S. Doctor probat in Psal. 88. Prophetiam esse de Christo, similem his quæ in libris Regum Nathan prophetante semini Dauid à Deo promissa fuerant. Et [i] c. 10. lib. 17. vt omnes intelligant illas, promissiones non Salomoni, sed Christo Domino filio Dauid secundùm carnem competere potuisse, clarissima testificatione comprobat: *Quàm diuersa facta sunt in regno terrenæ Hierusalem, ab his quæ promiserat Deus, vt intelligeretur promissionis veritas ad alterius Regis & regni tempora pertinere.*

[a] D. Aug. l. 17 de Ciuit. Dei.
[b] 2. Reg. c. 7.
[c] Cap. 17.
[d] D. Aug. l. 17 de Ciuit Dei. cap. 8.
[e] D. August. ibidem.
[f] Psalm. 71.
[g] 1. ad Cor. 3.
[h] Lib. 17. de Ciuit. Dei.
[i] D. Aug l. 10 de Ciuit. Dei.

Venit autem Rex magnus Dei filius, Salomō mysticus, in mundum hunc inferiorem principibus terræ ac maris, hominibus nempe dominaturus, atque totum sub leges suas orbem missurus, per S. Virginis vterum, in quo velut in immaculato thoro ac regali thalamo nuptias cum humana natura cōtraxit salutares, eam Deo Patri reconciliaturus, factus homo. Sic S. August. verba hæc Dauidica, *Ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*, de Christo sponso ex sanctissimo purissimóque Virginis Mariæ ventre, tanquam de regali egrediente nuptialique

Psalm. 18.

A thoro, grauiter fideliterque talibus explanat: [k] *Ipse*, inquit, *procedens de vtero virginali*, Vbi Deus naturæ humanæ tanquam sponsus sponsæ copulatus est. In cuius S. Patris doctrinam consentiens Laurentius Iustinianus[l] ait *Verbum sponsus, caro sponsa, virginalis vterus thalamus.* De cuius virginalis regalisque thalami apparatu magnifico hæc idem S. pater [m] Augustinus, *Expandat nunc fides vteri splendentis pulchra tentoria, obumbret virtus, spiritus sibilet naturali calore depulso, tenuis virgineum aura refoueat; & fluente refrigerio, spiramentis cœlestibus ventiletur, aluus Virginis sertis verecundiæ coronetur, flammeus ibi rosæ fulgor anhelet, albens lilium candicet, mollis viola rutilet, purpurei spargantur flores, & vario nitore depictus Christi thalamus exornetur.* O præclara & deuota tanti patris eloquia, B tam ad viuum Dominici virgineique thalami pulchritudinem incomparabilem diuinitus exprimentia! Quis ista non mirabitur? quis ad eorum sonum præ magnitudine reuerentiæ non obmotescet? Sicut ad illa Gregorij. [n] *Tunc*, inquit, *Deus pater Deo filio suo nuptias fecit, quando hunc in vtero Virginis humanæ naturæ coniunxit, quando Deum ante secula voluit fieri hominem in fine seculorum. Sed quia ex duabus personis fieri solet nuptialis ista coniunctio, absit hoc intellectibus nostris, vt personam Dei & hominis Redemptoris nostri Iesu Christi ex duabus personis credamus vnitam. Ex duabus quippe atque in duabus hunc naturis existere dicimus, sed ex duabus personis compositum credi, vt nefas vitamus.* Egressus ex hoc virginali thalamo vt primū in terris constitit, [o] *misericordia & veritas obuiauerunt sibi, iustitia & pax osculatæ sunt*, C *& misericordia Dei tunc principatum tenuit in terris sicut in cœlis: non sicut ante aduentum huius principis cùm esset*[p] *in cœlo misericordia Dei, & veritas eius vsque ad nubes, terram vniuersam condemnans, & aereas potestates*, [q] inquit S. Bernardus; illa tunc misericordia Dei dilatauit terminos suos, vt cum mellifluo sanctóque illo doctore loquar, *Extendit fines, expandit sinus, attingens à fine ad finem fortiter, disponens omnia suauiter, restrictus est iudicij ac rigidæ iustitiæ sinus*, & soluto vinculo indignationis diuinæ contra rebelles terricolas, *venit Dominus dominantiū miserationibus affluēs, supereffluens charitate.* Propterea SS. antiqui Patres, Patriarchæ, & Prophetæ, dilatione huius ingressus in terras vehementer percellebantur, illiusque desiderio contabescentes apud Isaiam, hunc sine fine clamando præstola- D bantur: [r] *Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet saluatorem*, & per eundem Prophetam, [s] *Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes*: cuius diuinæ misericordiæ amore correptus Dauid, æternum sic patrem precabatur, *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis*, his verbis postulando, vt ipse pater æternus filium suum humana vestitum natura mitteret, eique potestatem iudicandi daret, quod sic mitius fore iudicium, multóque magis quàm antea, clementia misericordiáque temperatum speraret: quò Chaldaica hæc paraphrasis spectabat, *Deus itinera rigoris tui, vel sententiam iudiciorum tuorū regi Messiæ da.* Qui scilicet nostræ mortalitatis nube tectus, ardorem iustitiæ tuæ, misericordiæ, clementiæque suæ rore restinguat & temperet: cuius misericordiæ & clementiæ claritate rutilans, suo aduentu discussis

[k] D August. ibid.
[l] Laurent. Iust. de Casto cōnubio c. 9.
[m] S. Aug. ser. 17. de Nat. Tom. 10.
[n] S Greg. ho. in Euang. 38.
[o] Psal 88. v. 14
[p] Psal. 35.
[q] S Bern. ser. 1. de Natiu.
[r] Psalm. 45. vers. 8.
[s] Ibid.
Chad par. in. Psal. 71.

Cur appellatur Messiæ aduentus splendor & lampas ab Isaia.

A miseriæ, errorum, & ignorantiæ tenebris omnes gentes salutaris sapientiæ qua fœlices existerēt, irradiatione illuminauit, propter quod Isaias Propheta Messiæ aduentum splendorem, & excelsam lampada vocauit. a *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator eius vt lampas accendatur.* Non ipsum solùm Messiæ aduentum, sed ipsummet Messiam splendorem & lampada Propheta vocat: quæ primo Hierosolymis fuit accensa, postea omnibus mundi nationibus sui Euangelij prædicatione ad salutem æternam sapienter inclaresceret, suauitérque coruscaret. ob eamque causam hæc priori adiunxit prophetiæ: b *& videbunt gentes iustum tuū, & cuncti Reges inclytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit, & eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui*, quasi diceret iuxta mentem & expositionem S. Hieronymi: *O Hierusalem & Sion, cuncti Reges videbunt inclytum tuum, qui de tua stirpe generatus est, qui in se exaltatus patibulo omnes traxit ad se, ita vt gentes videant iustitiam, quia cunctorum creator misertus est gentibus & reges gloriam illius qui glorificatus in cruce est, & omnia imperio suo regna subiecit. Denique nequaquam vocabitur Hierusalem & Sion, sed nomen nouum accipiet, quod ei Dominus imposuerit, dicens ad Apostolum Petrum. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam.* Quod vocabulum à nomine Domini deriuauit, vt dicatur dominicum, & populus eius nequaquam veteri nomine appellabitur Israel, sed nouo id est Christianus, *eritque quasi corona in manu Domini, & quasi diadema regni in manu Dei sui, quando coronauerit eam turba credentium, & diadema imperij, quod Martyres gemmarum suarum varietate distinxerunt, fuerit in manu Dei vt filium suum totum coronet victorijs.*

a Isai. 62.

Isaiæ 62.

B

S Hier in c. 62 & Isaiæ tom. 4.

Christus Dominus nascens & contrahens in vtero S. Virginis nuptias, cum humana natura pacem attulit mundo inter Deum & homines.

Sed nascens de sancta Virgine Saluator mundi vndique misericordijs & miserationibus affluens nuptijs pactis, & consumptis in sanctissimæ Virginis vtero, pace mundum inter Deum & homines amænissima perfudit. De qua hæc c S. Augustinus: *In vtero virginali spiritales nuptiæ celebratæ sunt, Deus coniunctus est carni, & caro adhæsit Deo: hinc procedens vt sponsus de thalamo suo. Ad cuius nuptias commota vniuersa exultare visa est creatura, namque Angelorum chorus ex his nuptijs pacem designat hominibus bonæ voluntatis, quia qui erat Dei filius, factus est hominis filius*, &c. Fœlices nuptiæ, quæ implacabile odium quo iustè propter horrenda scelera humanum genus Deus execrabatur, in amicitiam dulcissimam, bellúmque quod à principio mundi inter Deum & homines immanissimæ diaboli fraudes, per quas nefandis criminibus subiugatus est mundus, excitarunt, in pacem optatissimam, beatissimámque commutarunt.

d D. August. orat. contra Iudæos, Paganos & Arrianos ca. 10.

D

CAPVT II.

Christus à sua natiuitate die dominico facta suum ordiens regnum in terris, cur ros cœlestis appellatur.

1. *Christus nascens die dominico noctem, in qua natus est, vertit in diem, à sua natiuitate regnum suum ordiens.*
2. *Mira multa & pulchritudines variæ in huius natiuitate Regis terra sicut cœli.*
3. *Qui propter virtutes varias, iucunditatem & lætitiam mundo per suum aduentum communicatas, ros cœlestis dictus est.*



RIMVM creationis diem fuisse Dominicum Patres sanctis eruditi mysterijs, sacrisque disciplinis illustrati suorum scriptorū monumentis posteritati mandauerunt. In quo Deum dixisse prodidit Moyses, *Fiat lux & facta est lux*, eodem die magnum mysterium, quo creata lux in orbe refulsit, *Vera lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum*, Christus Dominus princeps Regum terræ mundo malitia perdito & imperitiæ miserabiliter infuscato tenebris clarissimo suæ misericordiæ benignitatis charitatisq; iubare nascens illuxit. Ita eruditè mysteriū hoc d Rupert. obseruauit, *Nocte dominica natus est*, inquit, *Christus consonante mirabilium suorum ordine, vt quo die dixit fiat lux, eiusdem diei nocte orirtur in tenebris lumen rectis corde*, &c.

Dies Dominicus primus creationis.

S. Ioan. c. 1.

d Rupert lib. 3. de Domi. nis officijs c. 16.

C

Quæ nox tam mirabiliter nascentis huius iustitiæ solis luce coruscauit, *Vt dies ab angelo magnum pastoribus gaudium annuntiante appellata fuerit, Natus*, inquit, *hodie vobis Saluator*, hoc die non hac nocte, quæ in diem conuersa est, propter ortum solis iustitiæ. Ortu siquidem huius solis iustitiæ incarnationis virtute visibilis fugatis tenebris mundo dies inclarescit. Ex quo præclarè Beda e, *quia habitantibus nobis in regione vmbræ mortis lux orta est vitæ aptè nuntius, ortus eiusdem scilicet angelus dicit natus est vobis hodie Saluator. vt hoc quoque verbo admoniti semper recordaremur, quia nox præcessit antiquæ cæcitatis, dies autem appropinquauit æternæ salutis, & ipsi abijciamus opera tenebrarū, & vt filij lucis ambulemus. Hæc* ille? Ortus ipse solis æterni est initium regni eius: quod significare visus est Daniel Propheta, cum postquam de quatuor Monarchijs ordine succedentibus apud Regem Nabuchodonosor, Propheta ſſer hæc adiunxit f: *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum, secundum quod vidisti quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuet testam & ferrum & æs & argentum & aurum.* In quorū expositione verborum paulisper Sanctus Hieronymus g immorans hæc ait? *In fine horum omnium regnorum auri & argenti, æris & ferri, abscissus lapis Dominus ac Saluator sine manibus, id est sine coitu & humano semine, de vtero virginali, & factus est mons, magnus & impleuit om-*

e Beda in S. Luc. c. 2.

D

Ab ortu natiuitatis initiū regni Messiæ.

f Dan. cap. 2.

g D. Hier c. 2. Daniel.

nem terram. Ergo Monarchia imperiúmque A Messiæ alia omnia comminuturum, domiturúmq; regna mundi ab illo die suum duxit exordium, in quo lapis de monte abscissus est, id est Christus de Maria sine manibus, nempè sine humano semine natus est. Ortum, inquam, est Messiæ imperium atque regnum ab eius natiuitate nullo vnquam finiturum tempore, siquidem vt ante dictum est, *Regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis*, quod in fine seculorum mundo manifestabitur vniuerso: cùm effectu hæc Danielis Prophetæ completa vaticinatio omnium populorum mentibus & oculis innotescet. [a] *Tunc regnum & potestas*, inquit Propheta, *& magnitudo regni, quæ est super cælum dabitur populo sanctorum altissimi, cuius regnũ sempiternum est, & omnes Reges seruient ei & obediẽt*. Bene igitur B D.Th.[b] seu quicunq; alius sit huius operis auctor ad factam quæstionem respondens principatum Christi incepisse statim in ipso suæ natiuitatis temporalis die docet, cuius argumenta sunt, *In eodem die*, inquit, *Angelorum ministratio & denunciatio. Item magorum adoratio ante quærentium Hierosolymis*, [d] *vbi est qui natus est Rex Iudæorũ?* In quibus actibus auctor ipse ait, *satis est notus principatus ac temporis exordium, prophetatus quidem ac prænunciatus per Isaiam*, maiestatem vero imperij sui Rex ille magnus super omnes Deos humilitatis suæ quasi velo contexit, cum in silentio in mundum venire voluit. Quod silentium præsagiens Dauid de tanti Regis in terras aduentu dicebat, *Inclinauit cælos & descendit, & caligo sub pedibus eius*. Quod vaticinium sic S. Cyrillus Hierosol. exponit, *Caligine quadam Deus pedes obtexit, quia non omnibus in natiuitate conspicuus, sed ignotus in terras venit*. Et S. Ambrosius *natus est Dominus*, inquit, *ita secreto, vt ortum eius seculum penitus ignoraret, quod Dauid testatus est dicens, descendit sicut pluuia in vellus; quod enim tam silenter & sine strepitu fit* (subiungit magnus ille Pater) *quam cum in vellus lana infunditur*.

[a] Dan. c. 7.
[b] D Thom l. 3, de Reg. c. 14
[d] Matth. 2.
[e] Psalm. 18.
S. Cyrillus Hierosol.

2. Sed nihilominus licet humilis, & sine apparatu regio Rex ille noster Saluator ex sacratissimo in terras Virginis vtero aduenerit, multæ tamen pulchritudines & splendores speciosi diuinitus ac mirabilia magna illius ortum, ac de virginali thalamo egressum diuinæ Maiestatis præsentiam designantia comitabantur. Siluit terra ad ortum eius non cœlum, [f] *Et dum profundum silentium in terris teneret omnia, omnipotente Dei sermone à Regalibus veniente sedibus magnus factus est clamor in cælo*, [g] *Et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cælestis laudantium Deum, & dicentium gloria in altissimis Deo, & in terra pax* D *hominibus bonæ voluntatis*, quot splendores virtutum, quas sanctitatum pulchritudines & miraculorum in ipso æterni solis ac Regis ortu sancti Patres, præsertim D. August. apparuisse testãtur? cum hæc Prophetæ abstrusa mysterijs exponunt, [h] *Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum, ex vtero ante luciferum genui te*. In splendoribus sanctorum, *id est sanctitatum*, quæ multæ & mirabiles in hac temporali de Virgine natiuitate, [i] vt sanctus interpretatur Augustinus, post recensitam æternam filij ab æterno patre generationem, clarissimè patuerunt, *Vel in pulchritudinibus sanctitatum & mirabilium*, vt alij phrases scripturarum varias secuti vertere voluerunt: quod videlicet non vna, sed multæ

2. *Mira multa & multa pulchritudines in natiuitate Christi.*
[f] Sapient. 8.
[g] S. Luc. 2.
[h] Psalm. 109.
[i] S. August. in Psalm. 109.

A pulchritudines extiterint, splendorésque diuinarum virtutum fulgentissimi coruscarint:[k] *Vt nasci hominem Deum, quis splendor mirabilis? Verbum carnem fieri, quod miraculum? paruulum vetus dies fieri, qui à seculo est, quod mysterium?* Virginem Dei fieri matrem, quæ diuina pulchritudo? fœminam circundare virum, quale est illud nouum quod creauit Dominus super terram? mulierem Virginẽ in die suæ puerperæ amictam sole, quæ noua & quam incomprehensibilis pulchritudo? & multa alia naturæ terminos prorsus excedentia, quorum non tam nouitate quam prodigio miraculi magnitudine vniuersa obstupuit creatura. *Quia ergo non oportebat*, inquit sanctus Augustinus, *vt nouum Deus faceret mundum, noua fecit in mundo: homo enim de virgine procrea-* B *tus & à mortuis in æternam vitam resuscitatus, & super cælos exaltatus, potentius fortasse opus est, quam mundus*. Auctius dicam & tollẽdo illud fortasse Augustinianum, liberè nasci Deum hominem de Virgine ipsa mundi creatione opus esse potentius & sublimius asserere non verebor,[l] cum ipse Propheta Habacuc opus illud incarnationis antonomasticum appellauerit. *Domine opus tuum*, per excellẽtiam verbi incarnati opus significans, *in medio annorum viuifica illud in medio annorum notum facies. Quia cùm venit plenitudo temporis, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. Vndè Dauid ad extenuandum opus creationis respectu incarnationis, appellat cælos præcipuam partem vniuersi opus digitorum Dei.[m] Etenim *Videbo*, inquit, *cælos opera digitorum tuorum*. At vero sanctissima Virgo magnificans mirum in modum, & exaltans incarnationis opus, brachij Dei nuncupauit opus[n] di- C cens: *Fecit potentiam in brachio suo*, &c. Inter splendores & pulchritudines varias & supernaturales, quibus fœcundus egrediens Christus Dominus, è sanctissimo Virginis vtero venit in mundum, fœcunditas bonorum spiritualium, & gaudium plenum ex illa scaturiens enumerantur: quæ duo gratiarum Christi Domini communicatio fidelium mentibus intemerata Catholicæ fidei defixa radice producere solet: cuius meritis saluati sumus.

[k] S. Bern ser. de Nat. 1.
S. Augustin.
[l] Habac. ca. 3. ver. 2.
[m] Psal. 24.
[n] S. Luc. 1.

Quo duce si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.[o]

Quæ bonorum fœcunditas & gaudium roris nomine designantur, qui dicitur Christus iustus Deus noster: quem sancti Patriarchæ ac Prophetæ descendere de cœlo in terras, maximo voto precabantur apud[p] Isaiam, sine fine clamantes, & has obsecrationes iterantes, *Rorate cæli desuper, & nubes pluant iustum*, scilicet mittite Saluatorem ac Messiam velut rorem cœlestem ac copiosum: qui impinguet & fœcundet terram cordium nostrorum spiritualibus donis ac bonis. Sic rorem diuinum cœlestémque Dauid hunc Regem æternum filium Dei temporaliter ex sanctissima Virgine natum, secundum phrasim Hebraicam appellauit. Quod enim habet versio communis, *Ex vtero ante luciferum genui te*,[q] textus Hebræus est, de vulua orietur tibi ros adolescentiæ tuæ.

מִשְׁחָר לְךָ טַל גַלְדֻתֶךָ

Cuius mystici roris spiritualia bona lætitiámque veram causantis potentia, atque virtute mortuos resurgere sic clamabat Isaias,[s] *Viuent mortui tui, interfecti mihi resurgẽt: expergiscimini &*

[o] Virg. Egl. 4.
3. *Christus Dominus cur ros cælestis & mysticus dicitur.*
[p] Isa. cap. 45 vers. 8.
[q] Ps. 109 & in Hebræo 110. Psal v 3.
[r] Mischar lecha tal, gildutecha.
[s] Isai. c 26. ver. 19.

laudate qui habitatis in puluere, quia ros lucis ros tuus. Et SS. Patrum & antiquorum doctorum interpretatio dirigitur, vt Procopij dicentis, *Ros tunc est vnigenitus filius tuus, qui stillans guttis viuificantibus mortuis tuis medicinam faciet peccatorum, quæ contraxerunt, simulque æternam vitam reddet.* Quæ tanta vis ipsius roris quæ Deo mortuis ac scelerum gladio trucidatis vitæ lucem restituat? Fœcunditatem verò bonorum ab hoc rore promanantem exprimere cupiens regius Propheta, postquam dixerat, a *descendet sicut pluuia in vellus*, hoc est sicut ros in vterum virginis, allusione facta b ad vellus Gedeonicum, in quod ros cœlestis descendisse narratur, protinus subiunxit, *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis*, scilicet post huius diuini mystici roris qui est filius Dei in vellus virgineum suæ nempè matris vterum tacitum & salutarem lapsum, sanctitatum illico, gratiarum, omniúmque virtutum germina in cordibus hominum radicata, in fructúsque vberrimos eusura pullulabunt. Hinc gaudia vera plenæque exultationes in animis tales percipientium fructus profundiùs insidebunt. Hanc enim ob causam Psalm. 132. concordia fratrum rori similis esse perhibetur, nō solùm videlicet propter fœcunditatem, verùm etiam propter summam exultationem & iucunditatem c: *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum. Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion.* Exultationem verò summam fuisse & iucunditatem non mediocrem ex Christi Domini in terras aduentu, possumus ex nuper notato Isaiæ loco manifestè colligere, vbi per quod habet communis versio, *Rorate cœli desuper*, Septuaginta dictante Spiritu sancto. εὐφρανθήτω ὁ οὐρανὸς ἄνωθεν, scilicet, *lætetur cœlum desuper*, vertere voluerunt, significātes cœlum ipsum rore ipso cœlesti terras perfundēdo lætitia quadā suo modo gestiuisse, & gaudio non inaniter exultauisse. Imò huius diuini roris lapsum atque descensum, non aliud extitisse quàm cœli & terræ amicam coniurationem lætandi: nec mirum cùm ipse Christus Dominus tanquam cœlestis ros in sanctissimæ Virginis vterum diuina operatione delapsus, nihil sit aliud quàm totius vniuersi risus & lætitia: propterea in Patriarcha Isaac (qui risus interpretatur) ad viuum verisque coloribus expressus: iuxta illam copiosè loquentem D. c Ambrosij sapientiam dicentis, *Isaac risum significat, risus autem insigne lætitiæ est: quis autem ignorat quod is vniuersorum lætitia sit, qui formidolosæ mortis vel pauore compresso, vel mœrore sublato factus omnibus est remissio peccatorum?* Atque causam hanc fuisse præcipuam inter plurimas alias, fortè nobis fas erit credere, cur inter bona & commoda quæ cœlorum influentiæ in terras effundunt, Isaac Patriarcha ille magnus filio suo Iacob benedictionem impertiendo, non pluuiarum, non ventorum, non solis ardoris calorísque, sed solius roris meminisse voluerit. Quod huius roris appellatione mentis suæ oculos ad illum mysticum diuinúmq; rorē filium Dei, ac sanctissimæ virginis prophetico raptu conuertendo omnia quæ in hoc mundo possent optari, bona comprehendi, contineríque crederet & arbitraretur. Huic diuino rori quisquis saluus esse velit suum mentis os cordísque deuotè, auidè & humiliter aperiat, *Qui omnibus omnia factus est*: Ergo cùm Rex

a Psalm. 71. vers. 7.

b Iudicum c. 7.

c Pf. 132. v. 1.

Isaiæ 45.

c D. Ambr. de Isaac & anima cap. 1.

Cur Isaac benedicendo filio Iacob roris cæli meminerit.

A ipse regum ros Israel, id est populi Deum per fidem videntis & per charitatem hostes Dei vincentis, *Flos campi & lilium conuallium*, omne bonum in mundum tanquam sponsus egressus de thalamo virginei vteri, regali ac diuino veniens attulerit: vt nos suæ diuinitatis factus homo participes efficeret: nobísque omnia factus gloriam corporis & animi tandem aliquando copiosa redemptione largiretur. Accedamus ad eum vultu in terram demisso, per humilitatem voluntariam nostri demissionem abiectionémque meritoriam sublimiter adorantes. Cùm si cœlum desideremus via fit: si tenebras horreamus, lux: si infirmitate grauemur, medicus: si febribus æstuemur, fons: si mortem metuamus, vita: si motus turbulentus iactationésque animorum violenter incitatas auersi pertimescamus, pax: si ruinam cœlumque perhorrescamus, salus: si furiosos inimicorum impetus & bella horrida detestemur, ipse sit victoria & triumphator magnificus; leo generosus, *de tribu Iuda*, qui per se vicit in nobis, vt cum illo ac per illum de victis triumphatísque hostibus exultantes in æternum cœlestis gloriæ præcincti lauro regnare mereamur.

B

CAPVT III.

Christum Dominum non solùm cœli & Angelorum, vt probatum est, sed etiā terræ & omnium hominum Monarcham esse probatur.

C

1. *Testimonio Prophetarum, Sibyllarum, & aliorum vetustorum autorum tam sacrorum quàm prophanorum, Christi Domini in terris Monarchia ostenditur.*
2. *Historia de Christi Domini Regis aduentu Euangelium per antonomasiam dicitur, propter magnas vtilitates, & salutaria multa quæ veniens Christus humano generi contulit.*
3. *Qui aduentus tot bonis fœcundus ex summo Dei processit amore.*

D

De Prophetarum oraculis Christum Dominum quatenus hominem carne nostra velatum (vt cum S. d Fulgentio loquar) hypostaticè Deo iunctum Regem non cœlorum modò, verùm etiam totius terrarum orbis esse potenter atque veraciter testantibus, dictum supra copiosè satis e: quibus addo libens alias seruorum Dei vatum prædictiones de Christi Domini regno ab eruditissimo doctore D. Augustino diuinitùs expositas, vt quas in Psal. 44. inuolutè latentes tantus ille diuinæ sapientiæ doctor euolutas exposuit. Quam quidem de Rege venturo filio suo veritatem pater æternus, non solis Iudæis per Prophetas, sed prophanis populis à vera suæ religionis luce exorbitantibus, per Sibyllas enunciari voluit, vt antiqui Patres f Clemens Alexādrinus, g Origenes, h Lactantius, SS. Hieronym. i Augustinus k, & alij suorum testimoniorū auctoritate, suffragióque confirmarunt. Quæquidem quia præcisæ

d S. Fulgentij ser. de S. Stephano circa med.

e D. August. lib. 17. de Ciuit. Dei c. 16.

Sibyllarum oraculis Regis Christi in terras aduentus comprobatur.

f Clem. Alex. l. 1. c. 18. stromatum.

g Orig. l. 5. cō tra Celsum.

h Lact. l. p. c. 6. diuinæ instit.

i Hier. l. contra Iou.

k S. Aug. l. 18. c. 23. de Ciuit.

præsciæ futurorum, Sibyllæ quasi θεοβούλαι à Dei consilijs denunciandis fuerunt appellatæ, quas ideò Catholici Patres Gentilium prophetissas nominare consueuerunt, a vt Theophilus Antiochenus b. Quibus tantum honoris detulit Heraclitus apud Clementem Alexandrinum, vt non humana arte instructas; sed diuino prorsus afflatas numine crediderit. Quæ de regno Christi Domini in terris adeò clarè sua ediderunt oracula, vt earum scripta gentilibus præcipuè verò Romanis regum imperium detestantibus horrori essent. Vndè Tullius, d *Regem Romanis promittunt Sibyllæ, cui parendum esse oportet si salui esse velimus.* Quod vaticinium licet ipse valdè salutis publicæ esset solicitus, tanquam commentum aliquod fictitiúmque humanum ad Reipub. inuasionem, exitiúmque detestabatur: quodque eius *rei certum tempus non fuisset definitum eam ad decipiendum, fallendúmque adhibitam esse latebram obscuritatis asserebat.* Luculentissimum Diuus e Augustinus Sibyllæ Erythreæ, seu vt quidam magis credunt, Cumanæ, de hoc rege venturo profert testimonium, déque eius gestis ac extremo iudicio Græcis conscriptum versibus: In quorum capitibus ait ex Græco codice ordinem litterarum ita se habere: vt hæc in eo verba legerentur,

a Theop. ant. lib. 2.
b Clemens Alex. lib. 1. Strom. c. 18.
d Cic. l. 2. de diuinatione.
e S. Aug. l. 18. de Ciuit. Dei cap. 23.
Testimonium Sibyllæ de Rege Christo venturo.

Ἰησοῦς Χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ.

Quod est Latinè, *Iesus Christus Dei filius Salvator.* Horum versuum tale est exordium,

Iudicij signo tellus sudore madescet,
E cœlo rex adueniet per secla futurus,
Scilicet in carne præsens, vt iudicet orbem:
Vnde Deum cernent incredulus atque fidelis
Celsum cum sanctis æui iam termino in ipso,

& quæ sequuntur.

Quæ vaticinia & oracula Sibyllarum de Christo Rege tam clara, & manifesta patebant: vt Christiani Patres Antiqui illis ad confundendos Gentiles & Ethnicos populos vterentur. Propter quod prophani illi ac infideles populi per ludibrium Christianos Sibyllistas, teste Origene, vocitare solebant. Illud obseruatione dignissimum quod de sancto Paulo Apostolo f Clemens. Alexandrinus talium verborum serie commemorat. *Quomodo*, inquit, *Deus Iudæos saluos esse voluit, dans eis Prophetas, ita etiam Græcorum spectatissimorum propriæ suæ linguæ exercitatos, prout poterant Dei capere beneficentiam à vulgo secreuit. Præter Petri prædicationem declarauit Paulus Apostolus dicens: Libros quoque Græcos sumite, agnoscite Sibyllam, quomodo Deum vnum significet, & ea quæ sunt futura. Hydaspem sumite & legite, inuenietis Dei filium multò clariùs & apertiùs esse scriptum. Et quemadmodum aduersus Christum multi reges instruerent aciem, qui eum habent odio, & eos qui nomen eius gestant, & eius fideles aduentum, & tolerantiam.* Atque propterea ne omnium manibus Sibyllina hæc oracula, & eorum antiquissimorum scriptorum libri Hydaspis, scilicet & Trismegisti tererentur, prophanarum rectores rerumpub. pœnis prohibebant, vetabantque seuerissimis: vt testatur S. Iustinus in oratione g ad Antoninum Pium, cùm hæc ait: *Opera & instinctu malorum dæmonum mortis supplicium aduersus librorum Hydaspis & Sibyllæ, aut*

Christiani sur dicti Sibyllistæ à paganis.
Orig. lib. 5. contra Celsum.
f Clemens Alex. lib. 6. Strom.
Pœna mortis decreta legentibus libros Sibyllæ Hydasp. Trism.
g S. Iustin. orat. 2. ad Anton. Pium.

A *Prophetarum lectores constitutum est: vt per timorem homines ab illis, quo minus scripta illa legentes rerum bonarum notitiam percipiant, sed in seruitute eorum retineantur, absterreantur. Quod equidem efficere & ad finem suum perducere nequiuerunt.* Hæc sanctus Martyr. Quàm etiam Christianis alijsque gentibus fuerit periculosum Sibyllinos libros attingere legendo, patet ex iis quæ Valerianus Imperator ad Senatum, auctore h Vopisco scripsit. *Miror*, inquit, *vos patres sancti tamdiu de aperiendis libris Sibyllinis dubitasse, perinde quasi in Christianorum Ecclesia, & non in templo omnium Deorum tractaretis.* Atque hæc diuina Sibyllarum oracula, quæ nimia adulatione in fauorem Regum & Imperatorum, Herodis, i Augusti, k Vespasiani, & Titi, maliB tiosè prophani scriptores adulterabant, de Rege venturo Christo intelligenda esse egregiè l Constantinus Imperator in oratione ad sanctum cœtum aduersus Gentiles, pro concione disputando demonstrauit. Hanc verò de Rege venturo Christo toti terrarum orbi dominaturo, Sibyllarum aliorúmque prophanorum scriptorum assertionem sanctorum Patrum testimonia fulciunt & adminiculantur: m 82. sancti Iustini in colloquio cum Tryphone dicentis: *Christus est Rex, Sacerdos, Deus, Dominus, Angelus, homo, Imperator.* His dictis hæc adiungit postea, *Scriptura dicente, propterea vnxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Etenim regibus omnibus Christisque ex eius consortio Reges Christosque vocari contigit, quemadmodum & ipse à Patre vt esset Rex Christus, Sacerdos, & quidquid simile habet vel habuit.* Tanti Patris ac Martyris calculo & sententia fretus, quis non Regem terC rarum Christum esse crederet? Cùm alij terrarum Principes temporali sorte hominibus dominantes non aliter quàm ab eius Regis regum consortio & auctoritate Reges dici mereantur? Sed misso hoc Martyre, quid ad hanc rem de qua sermo nobis est, dicat sanctus Irenæus, clarissimum Gallicanæ Ecclesiæ iubar, audiamus n, *Pateis*, inquit, *Verbum vtpotè diues, & multus existens, non in vna figura, nec in vno charactere videbitur videntibus eum, sed secundùm dispensationum eius causas, siue efficaciam, sicut in Daniele scriptum est, aliquando enim cum his qui erant circa Ananiam, Azariam, Misaelem videbatur, assistens eis in fornace ignis & in camino, & liberans eos de igne. Et visio, inquit, quarti similis filio Dei, aliquando autem lapis à monte abscissus sine manibus, & percutiens temporalia regna, & ventilans ea, & ipse replens vniuersam terram*, & quibusdam D interpositis sancti Ioannis visionem ex Apocalyp. commemorando, sic loqui persequitur: *De ore eius procedit romphæa acuta, vt in ea percutiat gentes, & ipse pascet eos in virga ferrea, & ipse calcat lacum vini furoris iræ Dei omnipotentis, & habet super vestitum, & super femur suum nomen scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium.* Quibus verbis omnia regna terræ, huic Regi regum subijci, & magnifica iustitia excellentique potentia subiugari manifesta demonstratione declarat. Sed ad alium sanctum Patrem, eumq; martyrem Hyppolitum nempè, veniamus, hæc libro de consummatione mundi de Antichristo dicentem o: *Per omnia seductor ille, scilicet Antichristus vult imitari filium Dei. Leo*

h Vopis. in Valer. Imperator.
i Suet. in Aug. cap. 94.
k Suet. in Vespas. c. 4. & Tacit. l. 21. animal.
l Const. Imp. orat. ad sanctum cœtum c. 20.
m S. Iust. dialog. cum Tryphone.
n S. Irenæ l. 4. c. 37 adu. hæreses.
o S. Hippolytus l. de consummatione mundi.

A *Christus, Leo quoque Antichristus, Christus rex cælestium atque terrestrium, Rex quoque super terram nascetur Antichristus.* Cui veritati sanctus Cyprianus acquieuit, cùm dixit a, *Christus Rex, & iudex, & Deus noster*, & Testimoniorum lib. 2. testimonio 29. & 30. plurima tum ex veteri tum ex nouo Testamento in medium testimonia producit, quibus terrarum Regem sicut & cœlorum Christum Dominum verbis clarissimis aperit, atque demonstrat: vt cum ita loquebatur, *quod ipse sit Rex in æternum regnaturus*, apud Zachariam. *Dicite filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi iustus, & saluans, mitis, sedens super asinum indomitum.* Apud Malachiam, b *Rex magnus sum ego*, & Psalm. 2. c *Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum, annuncians imperium ipsius.* Psalm. 20. d *Domini est regnum*, de Messia loquens, *& ipse dominabitur omnium gentium*, & alios, quàm plurimos sanctarum scripturarum locos in suam B traducit sententiam sanctus pater in eodem testimonio 29. vt Psalm. 73. e *Deus autem Rex noster ante secula, operatus est salutem in medio terræ.* Simile probat testimonio 30. quod ipse *sit*, inquit, *& iudex, & Rex*, in Psalm. 74. *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis*, aliáque plurima in hanc rem testimonia ex sacris exerit scripturis, vt hoc suum consequatur intentum. Sic f sanctus Athanasius ab ortu natiuitatis regnum mundi & terræ à Deo Patre Christum Dominum consecutum fuisse probat, & affirmat, vt cùm ait contra Arianos, *Christus natura Dominus & Rex æternus, non quando mittitur magis fit Dominus, neque tunc initium sumit, vt sit Dominus & rex, sed quod & sem-* C *per est hoc ipsius, cùm secundùm carnem gignitur, omnibus liberatis gignitur, atque ita fit viuorum & mortuorum Dominus, eo quod illi deinceps omnia seruiant.* Et postea: g *Nos homines postquam noluimus per verbum eius cognoscere Deum, & seruire naturali Domino nostro verbo Dei, placitum est Deo, in homine ostendere dominicam suam potestatem, & omnia trahere ad se.* Ex quibus suam pater ille mentem esse talem confitetur Christum Dominum, quia secundùm carnem genitum, Regem esse, ac dominum viuorum & mortuorum, ei ideò seruire omnia, Deumque in Christo homine suam dominicam ostendere potentiam, in eóque omnia ad Deum trahi: De quo rege sic Prudentius: h *Audit tyrannus anxius, adesse regum principem, qui nomen Israel regat, teneatque Dauid regiam.* Si in recentiora vicinio- D ra nobis tempora velimus descendere, sanctum Bernardum more suo mellifluè, suauitérque hæc verba profundentem audiemus: i *Egredimini*, inquit, *filia Sion, & videte Regem Salomonem: nam vbique Rex est, ergo in terra ac temporali Dominio etiam: Licet enim regnum eius non sit de hoc mundo, tamen Rex est etiam in hoc mundo: interrogatus siquidem, Rex es tu? Ego, inquit, in hoc natus sum, & in hoc veni in mundum. Hic ergo rector est nouum in iudicio discretor meritorum, in regno distributor præmiorum.* Sanctus verò Thomas, ità regna ac imperia terrarum orbis ad Christum Dominum, quatenus homo Deo est hypostaticè coniunctus, pertinere credit, vt Augustum Imperatorem

a S. Cypr. l. 2. Test. 29. Test. 29. & 30.
b Zachar. c. 9.
c Malach. c. 1.
d Psalm. 2. Psalm. 20.
e Psal. 73.
Psalm. 74.
f S. Athanas. ser. 3. contra Arianos.
g S. Athanas. ibi supra.
h Prudent. in Hymn. Epip.
i S. Bern. ser. 4. in Epipha. Domini.

A sub quo natus, est illius gerere vices asserat. Ait enim de Christo Domino loquens k: *In humanitate ergo vixit, & demum in Augusto substitmt, vt describeretur vniuersus orbis in ortu Domini, vt Lucas Euangelista testatur, & in descriptione soluebatur census siue tributum, vt historia tradunt, in recognitionem debita seruitutis, non sine mysterio, quia ipse natus erat, qui verus erat mundi Dominus & Monarcha: Cuius vices gerebat Augustus, licet non intelligens, sed nutu Dei, sicut Caiphas prophetauit, vnde hoc instinctus dictus Cæsar mandauit tunc temporis, vt narrant historia, ne quis de Romano Imperio Dominum ipsum vocaret. Quas quidem vices Monarchia post Christi veri Domini natiuitatem gessit Augustus quatuordecim annos toto orbe terrarum subacto.* Et in principio B huius capitis, Christi Domini regnum in terris ad salutem animæ bonáque spiritualia præcipuè ordinari confitetur, ita tamen vt illud à temporalibus non excludat. 2. Illam verò de Christi Domini Regis in terras ingressu historiam Euangelium per antonomasiam dictum esse à quatuor Euangelistis putare debemus, propter quam plurima bona, gratias, fœlicitates multiplices, quæ à tanti Regis aduentu in vniuersum genus hominum beatissimè redundarunt. Est enim Greca vox Euangelium, bonum nuntium significans: παρὰ τὸ εὖ, scilicet benè, & ἀγγέλλω nuntio, vndè εὐαγγέλιον bonum nuntium, hoc erat antonomasticum nuntium bonum de aduentu illius Regis venturi, quod tantoperè à tot seculis veteris Ecclesiæ sanctissimi Patres expectabant, tan- C tóque cum desiderio præstolabantur l. *Non abs re* inquit S. Chrysostomus, *Matthæus inscriptionem suam Euangelium vocauit: siquidem veniam peccatorum, sanctificationem, atque iustitiam, redemptionem, adoptionem filiorum, & cælorum hæreditatem, omnibus nuntiauit.* Nunquid *potest esse aliquid æquale his tàm bonis nuptijs? Propterea ergo Euangelium ista vocatur historia*, id est, *nuntium bonum, quasi si omnia alia verba inania doceantur, quibus solent præsentia ista promitti, vt copia diuitiarum, honores, principatus*, &c. Quis ideò iam non clarè videat, ac non præseferendo ingenuè confiteatur, quàm iustè hunc magnificum omnibus affluentem benedictionibus & prosperitatibus tanti regis aduentum, inexplebili desiderio sponsa, omnis videlicet anima fidelis populi sub vexillo legis D antiquæ tunc in mundo militantis appetiuerit, & auidissimè concupiuerit? Quæ sic talem regem sibi dilectissimum, de suo virginali thalamo procedere, & per assumptionem humanitatis in hanc mundi lucem foras exire in canticis hortando deprecandóque concitabat: m *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis, mane surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores parturiunt?* Sponsum charissima diuinum votis obtestando ardentibus inuitat; vt egrediens ciuitate cælesti, in qua cum Patre & Spiritu sancto regnat in æternum, non locum mutando, sed nouam suæ diuinæ naturam personaliter vniendo, ad villas agrósque terrarum orbis de sancta Virgine nascendo se conferat: Ibi generis

k Lib. 3 de regimine princip. c. 13.
2 *Historia de Aduentu Christi cur Euangelium dicitur.*
Vnde dicitur Euangelium Græcè.
l S. Chrysost. Hom. 1. in Matth.
m Cant. c. 7.
Not. Contemptionem.

humani miserando commoretur, sedemque figat regiam. Et videat, si agri, qui olim steriles fuere, in hyeme antiquæ legis tàm naturalis, quàm Mosaicæ, iam adueniente vere iucundo legis gratiæ, per ortum suum, qui est lux mundi, & verus sol Iustitiæ, virere flore nouo ac fructificare incipiant. Verè terrarum orbem gentilitatis diabolo subactæ fœtoribus incestatum, agrum, pagum, seu villam sterilem siluestremque sponsa vocat. Quippè qui nullo vallo aut muro legis diuinæ circumseptus prædæ diabolicæ pateret. Inde factum est a, Vatablo id super sanctum Marcum obseruante, de Cyrenæo illo pagano cruci Domini portandæ angariato loquente, (qui erat vir de pago, scilicet non ciuis ex Euangelio) vt illi, qui ad Ecclesiæ ciuitatem tàm militantis quàm triumphantis non pertinent, pagani omnes appellarentur.

a Vatablus in S. Marcum. c. 15. v. 21.

3 Aduentus in terras Christi Domini à summo eius processit amore.

Atque vt sponsa hæc magis & efficaciùs inuitet commoueatque precando, ipsum mundi Dominum ac Regem, suum in terras ingressum maturare: vim atque potentiam illius erga perditos homines amoris, ostendere voluit: qui tantæ regem maiestatis de cœlis erat in huius abyssum mundi potēter euocaturus. Cum ait b, *Mandragoræ dederunt odorem suum*, talibus innuens, hunc regem præclaro sui amoris tanquam generosissimi vini calice suauiter inebriatum, ad salutem hominum (licet ob scelera sua Dei miserationibus indignorum) reparandam, non accurrere modò, sed etiam pernicibus tanti sui amoris alis aduolare debere.

b Cant. c. 7.

Nam Mandragoræ herbæ virtutem naturæ venatores hanc esse ferunt, c vt amorem conciliet. hoc posito detegitur mysterium sponsæ verbis inuolutum, quo significare voluit filium Dei tactum dolore cordis intrinsecus. d Ob vastationem generis humani, diabolicæ tyrannidi propter scelera subiugati, summi charitatis ardore incensum nuptias cum natura humana per sacratissimam vnionis hypostaticæ virtutem contrahere voluisse, vt eam sponsam sibi postea exhiberet charissimam in pretiosissima Ecclesiæ forma, *non habentem rugam ac maculam*: Ex qua liberos procrearet e: *Qui non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati*, regni cælestis hæredes facti, in æternum postea, diuinæ fœlicitatis fruitione lætarentur. Quodquidem fœlicitatis summæ fastigium hominibus, per aduentum regis huius, mundíque legitimi Principis à longe mentis oculis, Isaias Propheta conspiciens, clamabat, ad futuram Christi in terris Ecclesiam. *Lauda sterilis quæ non paris, decanta laudem & hinni*, scilicet quantum potes, *clama exultantium more, quæ non pariebas, quoniam multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet virum*. Quæ verba SS. Patres f Iustinus martyr, g Augustinus, h & Prosper Aquitanicus de Ecclesia priùs in gentilium colluuie sordidata, sed post in Christi Domini sanguine mundata, per lauacrum sanctissimi baptismatis interpretantur. Habet præterea aliam proprietatem Mandragora, quod scilicet inebriet, ac somnum generet, iuxta commune Prouerbium; *Mandragoram bibisti*, & illud Luciani k. *Tanquam sub Mandragora dormis*. Vnde datum laudi Demostheni, quod eius tanta vis esset eloquentiæ, vt Athenienses tanquam de Mandragora profundè dormientes, magno suæ eloquentiæ fulmine excitare solitus esse diceretur. Huius ergo Mandragoræ sponsa meminit, dilectum suum piis ac votiuis in terram venire, tunc *locum horroris & vastæ solitudinis*, peccatorum vepribus sordidatam, precibus inuitando: vt significaret filium Dei Verbum æternum, increatam Dei Patris sapientiam sui ardore erga genus hominum, amoris incensum ac veluti sobria & casta huius amoris vini mystici ebrietate consopitum, *Propter nos homines, & propter nostram salutem*, de cœlis descendere, in hunc mundum venire, in illo nasci de purissima Virgine voluisse. Vt in terris per susceptionem carnis nostræ visus imperaret, necnon familiariter clementérque cum filiis hominum pro eorum fœlicitate conuersaretur: Eos similiter ab vbertate sui amoris inebrians, & suæ gratiæ ebrietate casta delectabiliter consopiens: *Quæ ebrietas sobrios facit non in temulentos, lætitiam generans non titubantiam* l, vt sanctus loquitur Ambrosius, sicque inebriati sobriè in hac vita, diuinæ voluptatis in altera torrente potarentur. Illam conuersationem atque familiaritatem foris, tardari tamdiù sponsa mærebat, atque præ magno illius aduentus, externæque per carnem conuersationis desiderio contabescens, sua sic vota gemens exprimebat. m *Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?* Fratrem sponsum appellat sponsa, anima fidelis, vt Salomon tunc huius libri scriptor: quia ab eadem progenie ac stirpe sciebat illum assumptione carnis descensurum, illum per portam incarnationis à summo cœlo in mundum egressum, virgineæ matris vbera sugentem vnius diei paruulum videre gestiebat: cumque foris, scilicet verbum carnem factum inuenire peroptabat; quia assumptio humanitatis ad filium, secundam sacratissimæ Trinitatis personam, non ad Patris aut Spiritus sancti personam terminata creditur, & Christiana fide asseueranter affirmatur.

c Plini. l. 25. cap. 13. Mandragora inter alias duas proprietates cōciliare, amorē & inebriare.

d Apoc. 22.

e S. Ioan. c. 1.

Isaiæ cap. 54. vers. 1.

f S. Iust. apol. 2. pro Christianis.

g S. Aug. l. 1. de consensu Euang. c. 31.

h Prosper de prædict. Dei part 3 promiss. 31.

i Prouerb.

k Lucian. in Thimone.

l Plut in Demosthen.

S. Ambros. lib. 1. Cain & Abel c. 2.

m Cant. c. 8. vers. 1.

N 1. expositionem pulchram votū sponsa.

Inuenire, inquam foris, scilicet extra lucem diuinitatis, (quam ab æterno cum Patre & Spiritu sancto inhabitat inaccessibilem:) sibi hominem factum apparere visibilem; vt eum deosculetur per mutua oscula charitatis ac diuinæ dilectionis. *Et iam me nemo despiciat*, neque Angelus, neque diabolus. Nam ante hunc Domini aduentum prædæ ac ludibrio dæmonum homines miserè mancipabantur. Qui postea Verbo carne facto ipsis dæmonibus horribili tremore conturbatis, attonitisque dominabantur. Beati verò cælestium ordinum Spiritus frequentiùs atque familiariùs honore maiori atque reuerentia cum hominibus ipsis conuersabantur, amicóque cum illis hilarive fœdere conspirabant. Hoc fuit in causa cur Angelus sancto Ioanni ipsum in terram prono adorare meditanti, iam iamque huic adorationi deuotè propendenti dixerit n. *Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum & fratrum tuorum*. Adeo per hanc nostræ naturæ ad Deum assumptionem tanta dignitatis hominum prouectio facta est, o vt Sanctus Augusti-

n Apoc. c. 19.

o S. Aug. l. de prædest. SS.

*nus dicere non dubitauerit, nostram naturam in Christo Domino tam sublimiter fuisse prouectam & eleuatam, vt quò altius ac sublimiùs ascenderet, non haberet. A

Incarnatio Christi Dom. & aduentus in terram profuit omni seculo à constitutione mundi siue credito, siue exhibita.

c S. Leo ser. 3. de Natiuit.

Quæ quidem humanitatis nostræ, à Deo assumptio non solùm hominibus præsentibus & futuris suscepta salutaris extitit, sed præteritis atque defunctis à constitutione mundi multum credita profuit. Sic enim hanc nostris inserit mentibus virtutem, magnus ille Leo Pontifex maximus, eleganter sapienterque loquendo [c]. *Verbi Incarnatio*, inquit, *hæc tantulæ facienda, quæ facta & sacramentum salutis humanæ, in nulla vnquam antiquitate cessauit. Non nouo consilio Deus rebus humanis, nec sera miseratione consuluit: sed à constitutione mundi, vnam eandemque omnibus causam salutis instituit, hoc magnæ pietatis sacramentum, tam potens, & iam in suis significationibus fuit, vt non minus adepti sint qui in illud crediderunt promissum, quàm qui susciperent donatum.* B

Similitudo solis cum Christo.

Quemadmodum sol fons luminis non primam, non nouissimam cœli partem ac situm occupat. Sic Christus Dominus verus sol iustitiæ, ac fons spiritualis luminis, ac gratiæ non primo mundi seculo, nec vltimo venit. Et sicut materialis ille sol in quarto orbe planetarum collocatus, omnes cælorum regiones tam superiores se quàm inferiores suæ fulgore lucis illustrat: Sic mysticus ille sol iustitiæ Christus quarta mundi ætate terris adueniens, omnes tam præcedentes ortum suum quàm subsequentes homines, suæ diuinæ gratiæ irradiatione feliciter illuminauit. Quò spectat hæc Diui Cyrilli Alexandrini allusio præclara ad virgam Mosis in serpentem versam, postea variata vice in prioris aspectum figuræ reuolutam: Cùm ait [d]. *Quemadmodum quamuis Moses solùm caudam serpentis apprehendisset, tamen vsque ad ipsum quoque caput illa reformatio recurrit, est enim totus ille serpens in virgam immutatus. Ad eundem modum, vltima licet apprehenderit Christus: attamen in vniuersum genus pertinet, & ad caput ipsum*, id est, *Adam illa per gratiam reformatio pertingit. Scriptum est enim*, [e] *ideò Christum esse mortuum, & reuixisse, vt viuis ac mortuis dominetur*, id est corporibus & animabus hominum, (vt SS. Methodius in oratione Hypopantes, & Cyprianus in Symboli explicatione interpretantur.) *Igitur in extremis ipsa quoque principiorum simul est perfecta redemptio.* Hæc ille. Cuius in verbis præsentis capitis discursum sistimus, vt ad alia transeamus. C D

d S. Cyrill. Alex. lib 2. de adorat.

e Rom. 14. S. Methodius in orat. Hypopantes. S. Cypr. in Symb. exposit.

A

CAPVT IV.

Christus verus ac legitimus rex Iudæorũ, sicut aliorum gentilitiæ sortis populorum extitit, licet vsum Monarchiæ regiæque maiestatis huius ad instar regnatorum terræ exercere noluerit.

1. *Christus Dominus vt se regem vtriusque populi monstraret, ab vtroq; nasci voluit; fuitq; sicut Iudæorum, gentium expectatio.*
2. *Christiani ex gentilibus orti filij Abrahæ per fidei confessionem, & Iudæi secundum spiritum nominantur.*
3. B *Cur Christus Dominus ad instar terræ principum regiam noluit exercere maiestatem, licet in multis Christi actionibus, legitimum exercitium huius regiæ potestatis potuerit.*
4. *Fortitudo regni Christi in mansuetudine, humilitate, & aliarum virtutum pulchritudine apparuit.*

Christus Rex Iudæorum & Gentilium secundùm carnem.

VETVSTISSIMVS quidã auctor sine nomine S. scripturæ fidelis, multis in locis interpres, in notationibus Græcis in Psalm. 2. quæ manuscriptæ in Vaticana Pontificia, omnium quæ hodie extant in orbe Bibliotheca nobilissima ac locupletissima, conseruantur, C ita de regno Christi temporali in Iudæos & Gentiles mentem suam breuiter aperuit [f]. *Etenim constitutus*, inquit, *fuit rex à patre eodem tempore, quo multi tyranni dem occupabant, ad quam delendam, pater omnem potestatem contulit filio: qui secundùm carnem constitutus est rex, non solùm super populum Iudæorum, sed etiam super omnes gentes; quamuis Iudæi ex animi prauitate eum expulerint regno, nec recipere voluerint, cùm ipse & rex, & hæres, & gubernator totius orbis à patre institutus fuisset.* Propter quod non sine mysterio credendum est, Christum Dominum suæ temporalis natiuitatis ortum, non solùm ex Iudæis, sed etiam ex Gentilibus, scilicet ex Rahab [g] Chananæa, & ex Ruth Moabitide deriuare, ac sumere voluisse, vt qui vtriusq; populi Iudæi ac Gentilis futurus rex esset à patre Deo constitutus, ex vtróque populo D vitæ corporeæ per Virginem matrem, via Spiritus sancti acciperet. Hoc intelligens mysterium Isaias alta quadam mente præditus, & supra se diuinitus exaltatus, sic talem Dei incarnati ex gentibus ortum citò fieri precabatur [h]. *Emitte agnum dominatorem terræ de petra deserti ad montem filiæ Sion.* Agnum terræ dominatorem Chr. D. intelligens, [i] *qui sustulit peccata mundi*, petram verò deserti Ruth moabitidẽ, sicut S. Hieronym. & Rupertus interpretantur. Quod regio Moab, ex qua Ruth orta erat, rupibus esset horrida ac saxis aspera: quippè quæ Arabiæ petreæ pars esset. Ex quo manifestè constat Christi D. ortũ, & sanguinem quo redempti sumus nõ à Iudæis solùm, verũ etiã à gentibus emanasse. In cuius rei fidem S. mater Ecclesia in vno ex respõsoriis Dominicæ aduentus secundæ canit, [k] *Gaude & lætare Iacob, quia de medio gentium Saluator tuus veniet*, &c. Et non solùm Iudæis, sed etiam gentibus a due-

f M.S. in Ps. 2. ex Vaticano.

Cur voluit Christus nasci non solùm ex Iudæis, sed etiam ex Gentilibus.

g Iosue 2. Ruth. c. 4.

h Isaiæ 16.

i Math. 3. S. Hier. & Rupert.

k Eoc. respõ.

b S.Luc.2.

Christus non solùm Iudæis, sed etiam gentilibus rex aduenit.

c Gen.49.v.10.

nisse Christum Dominum Regem sanctus ille senex b ostenderet, hunc Regem non solùm gloriam plebis Israel, sed etiam *lumen ad reuelationem gentium venerando prædicauit*: quem Patriarcha Iacob sub lege naturæ, Iudæ filio benedictionem impertiendo c, *Expectationem gentium appellabat*, quem videlicet gentes magnopere desiderare Regem, studio inflammato in remedium malorum & miseriarum, à sceleribus erumpentium præstolari debebant; quibus oppressæ ac veluti catenis ferreis constrictæ gementes sub pondere seruitutis diabolicæ tenebantur; vt sit sensus Patriarchæ illius verborum non tantùm Iudæos, sed etiam Gentiles

Cur dicitur Christus gentium expectatio.

Messiam Regem mundi maximo desiderio recepturos, non secus ac terram siccam, ac sine aqua, imbres & pluuias expectantem, in eóque suam spem fiduciámque collocaturos: sicut longa post tempora Isaias vaticinando cognouerat, atque secundum translationem Septuaginta posteris enunciauerat d. *Erit radix Iesse, & consurget qui sit princeps gentium, & in eo gentes sperabunt.* Quæ conuersæ ad Deum per fidem Christi appellantur filij Abrahæ & Iudæi secundum spiritum: vt ad eas non solos Iudæos venisse hunc regem cæli & terræ ad saluandum eas credentes in eum nomine filiarum Sion comprehensas Prophetarum Isaiæ e & Zachariæ oracula dicere voluisse cognoscantur. Hanc mysticam Theologiam vetustæ tempore legis Prophetarum vaticinijs inuolutam verè gratiæ Euangelicæ nobis Apostolus euoluit, dicens f.

d Isa.c.11.

e S Paul.

f Isai. c.62. Zachar.c 9.

Non enim qui in manifesto Iudæus, neque quæ in manifesto in carne est circuncisio, sed qui in abscondito Iudæus est, & circuncisio cordis in spiritu non littera. Ex quo loco S. Augustinus Gentilium

Gentiles facti Christiani dicuntur filij Abrahæ myst.

C

conuersum ad fidem populum, & Christiani nomen eadem fide per charitatem operante consecutum Israelitam Iudæumque secundùm speculum, cui filius Dei factus homo, rex sublimis cæli terræque dominetur, intelligi oportere his egregiè sapienterque dictis ostendit g. *Quis est iste in abscondito Iudæus, non in carnis circuncisione, sed cordis; non in littera, sed spiritu, nisi Christianus? sic itaque sumus Iudæi, non carnaliter, sed spiritualiter: quemadmodum etiam sumus filij Abrahæ, non secundum carnem, sed secundùm spiritum fidei: scimus enim nos fuisse promissos, quando ei dixit Deus:* Genes. 17. h *Patrem multarum gentium posui te*: & ad Galat. 3. i *Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam*: Post hæc sic magnus ille doctor concludit k: *Intelligite ergo, quoniam qui ex fide, hi sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, prænunciauit Abrahæ: quia benedicentur in te omnes gentes, scilicet non solum Iudæi secundum carnem, quorum maxima pars reprobata est, sed qui secundum spiritum. Ita vt qui ex fide sunt benedicantur, cum fideli Abraham*: Et paulò post l: *Cum dixerit Apostolus*, inquit, *omnes vos vnum estis in Christo Iesu, si autem vos estis Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundùm promissionem hæredes.*

g S. Aug. Ep. 200. ad Aselicum Epis.

h Gen.17.v.4 Rom.4.l.16.

i Ad Gal.3.l 6

k Ibidem.

l Ad Galat. 3. l.28.

Cur cùm Christus verus & ex iure ipso rex esset temporalis, noluerit regiã exercere more

Quamuis autem Christus Dominus sicut æternus cælestisque Monarcha, ita terrenus temporalisque rex iure diceretur, & esset reuera vt homo talis à Deo Patre sublimatus, tamen hanc regiam maiestatem sibi iure à patre traditam aliorum more principum mundi exercere noluit: quia in mundum hunc, homines per mor-

A

tem & passionem suam redempturus, non vi armorum temporalium sibi subiugaturus intrauit; vt implerētur de eo scripturæ de eius obedientia Patri suo, patientia, humilitate, constantia; in morte, & charitate in moriendo pro inimicis suis oracula multa, & vera pleno ore posteris seculis effundentes m. *Oblatus est quia ipse voluit* n. Psal. 39. *In capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam* o. Isaiæ 53. *Tanquam ouis ad occisionem ductus obmutuit* p. *Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum*: quem Propheta Isaias vocabat q, *Virum dolorum scientem*, scilicet per experientiam; r *infirmitatem*, qui apud Hieremiam sub pondere ac multitudine magnarum calamitatum curuatus magna voce gemendò vociferabatur f. *O vos omnes qui transitis per viam, respicite & videte si est dolor sicut dolor meus.* t Et

principum terræ, dominationem.

m Isaiæ 53.

n Psal.39.

o Isaiæ 53.

p Isaiæ ibid.

q Isaiæ ibid.

r Isaiæ ibid.

f Threo. 3. Hieremi.

t Psal.37.

B

Psalm. 37. *Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar*: u Psal. 21. *Vermis sum nō homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.* Sic voluit nobilissimo modo quo nullus potuit inueniri conuenientior, rex noster Christus Dominus operari salutem nostram in medio terræ. Propterea rectè dixit D. Augustinus x. *Sananda nostræ miseriæ conuenientior modus alius non fuit quàm per passionem Christi.* Quam tanti Patris egregiam sententiam sanctus Thomas y mirificis rationibus auctoritatibus sanctæ scripturæ & exemplis illustrauit. Si enim regiam augustamque maiestatem omni terrena sublimiorem visibili forma omnibus conspicuam exhibere, & ad eius tuendam authoritatem & imperiū vires & arma ex illis ferrarijs mūdi officinis Ethnisque terræ flammantibus & horribiliter ardētibus exerere atque depromere voluisset; qua tandem ratione vna cum vita per varios dolorum æstus, per tot tormentorum discrimina sanguinē propriū pro salute nostra patienter ac fortiter effundere potuisset? Propter quod respōdebat interroganti Pilato z, *Si regnū meū esset de hoc mundo, ministri mei vtiq; decertarēt vt non traderer Iudæis.* Quanto facilius erat, Christo regi nostro vincere quàm pati? hostem spoliare quàm ab illo nudari? occidere quàm mori? denique triumphare quàm triumphari? Et ob eam causam Petro principi collegij Apostolici, quod Malcho gladij acie auriculam abscidisset, succensendo dicebat a. *Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri?* Et duobus discipulis in Emaus peregrinantibus, de resurrectione sua desperantibus b. *O stulti & tardi corde ad credendum: Nonne oportuit Christum pati & resurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam suam?* Rectè S. Thomas c sacris eruditus eloquijs, hunc regē nostrum Christum Dominum dominātium, suum dominium & imperium in humilitate, & pari pietate in aduersitatibus, laboribus & ærumnis fundauisse demonstrauit. Quæ omnia malorum, sudorum, ęrumnarumq; genera, vnius crucis acerbitate significantur: quam regis æterni bonus in cruce latro pendens d insigne sceptrumq; recognouit, ac moriēdo confessus est iuxta illud Isaiæ e: *Factus est principatus super humerum eius.* Licet autem maiestatis regiæ iura ad modum terræ principum operibus & factis minimè compleuerit, multa tamen fecit ac gessit in vita Dominus, in quibus huius regiæ potestatis erant non leuiter impressa vestigia; vt cùm honores regios à pueris & infantibus, inuitis contradicentibus Pharisæis

u Psal. 21.v 7

x D Aug.l. 13 de Trinit. cap.10.

y S Tho 3 p. q.46.art.3.

C

z S. Matth. 27.S. Ioan. 19.

a S. Matt.26.

b S.Luc. 24.

D

c S.Tho.l.3. c.15.in fine de regim. princip.

d S.Aug ser. 130.de temp.

e Isaiæ c 8.

Multa in vita sua fecit ac gessit Chr. D. in quibus regia maiestas eius apparuit.

A oblatos, grato animo accepit, dicendo his hypocritis inuidia marcescentibus, pueris, hac sancta bonoris regij acclamatione interdicere nitentibus. a *Si homines tacuerint, lapides clamabunt: vt adimpleatur quod dictum est per Prophetam. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem:* 2. Cùm bis b vendentes & ementes, sua templi sanctitatem negotiatione polluentes, à se flagellis affectos, à domus Dei foribus arcuit & eiecit. 3. c cùm milites se in captutam necémque quærentes, deorsum cadentes ac prouolutos in terram, suo nutu prostrauit, 4. d Cùm mulierem adulterina lue sordidatam lapidationi, secundùm Mosaica iura subiugandam, propria authoritate de lege dispensando modo regis absoluit. e 5. Cùm Hierusalem Iudæorum regni Metropolim cum solemni pompa humili & mansueta, vt rex terræ huius, sicut aliarum mundi legitimus, introiturus, discipulis pollum asinæ alligatum, cui nemo vnquam hominum insederat, soluere & ad se adducere mandauit, ac dicere interroganti huius animalis Domino, *Quare soluitis? quia Dominus operam eius desiderat*, Dominus, inquam, supremus, qui subditorum bonis iustè potest vti, vbi publica ac principis vtilitas, regni necessitas honestásque deposcunt.

a S. Matth. 21. b S. Luc. c. 19. c S. Ioann. 12. d S. Ioan 18. e S Ioan, c. 8. S. Luc. 19.

6. Cùm suis arma parari iussit, vt per ea hostibus venturis obsisterent, admonuitque eos ne pro eis parandis proprias vestes vendere vererentur, ac expauescerent. Licet eos proprijs manibus non alienis armorum vsu prohibuerit: vt in hunc locum f S. Chrysostomus, Euthymius, alijque vetusti Patres obseruarunt: propter quod sic interrogando Dominum S. Ambrosius alloquitur; g *Domine an emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quem vetas promi? nisi fortè vt parata defensio non vltrò necessaria, & videar potuisse vindicari, sed noluisse.* Similiter ille venerabilis ait: *Gladium iubet sumere, vt sciant legentes, non facultatem resistendi deesse discipulis, sed magistro potius amorem inesse patiendi.* Alia quam plurima simili sorte conformia, ex vita Christi Domini gesta, factáque depromere possemus, si huius capitis modus ratióque pateretur; In quibus iura meri ac supremi imperij manifesta forent. Quamuis apparatu illo terræ regum magnifico ciuibus mundi non inclaruerint. Quod rex ille magnus & laudabilis nimis, super omnes principes terræ, viam lenitatis, mansuetudinis, humilitatis, & voluntariæ paupertatis, in dominando populis, eósque sibi clementer obsequio salutari subiugando, quam superbiæ, magnificentiæ opibus inflatæ transitorijs, grauitatis vanis honoribus turgidæ atque seueritatis, vt solent regnatores mundi huius, eligere maluerit. Quod si quis quærat cur cùm Dominus verus rex esset Iudæorum sicut Gentilium, conspectum populorum multitudinis (quorum miraculosa quinque panum, & duorum pisciculorum multiplicatione in deserto corpora refecerat, sicut animos cibo doctrinæ pauerat) fugere voluerit, ne inuentus ab eis rex crearetur; cum S. August. respondebimus: *Quia Christus Dom. non erat talis rex qui ab hominibus fieret, sed talis Rex qui regnū hominibus daret*, qui in lenitate & virtutum pulchritudine suā fortitudinem collocauit: Cuius armis infans in cunis. i *Antequā sciret vocare patrem & matrem*, vt Isaias loquitur, *abstulit fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ coram Rege* *Assyriorum*. Quod eleganter Tertullianus exponit, k describendo arma & fortitudinem huius infantis, quibus pugnauit ac vicit, victórque postea triumphauit. De qua victoria his pulcherrimis multarum virtutum armis, oracula fundens Regius vates dicebat. l *Dominus regnauit decorem indutus est, indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se.* Regnauit Dominus post victoriam partam: quibus armis? pulchritudinis virtutum suarum? *Decorem siquidem indutus est*, scilicet armatus est, qui decor est eius fortitudo; *Indutus est fortitudinem.* Postrema verba hæc priorum declaratoria sunt, vt idem sit Christum Dominum, de qoo vaticinabatur Propheta, *Indutum decore ac armatum esse fortitudine.* Huius victoriæ per arma decoris ac laureatæ pulchritudinis, fructus sequitur m. *Etenim firmauit orbem terræ qui non commouebitur*, scilicet lenitatis ac pulchritudinis armis terræ populos sibi in æternū summæ obedientiæ ac reuerentiæ fœdere sociauit & adunauit. De quibus armis victricibus decore ac pulchritudine potentissimis idem psaltes alibi n, *Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis*, Propterea scilicet ob has speciosas pulchritudines, atque decoris diuini venustates, *Benedixit te Deus in æternum.* Sequitur: *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissimè*, quo scilicet gladio decoris & pulchritudinis factus est ad vincēdum in prælio potentissimus, gladio inquam, hoc est, *Specie tua & pulchritudine tua*, quibus armis o, *intende, prospere procede, & regna.* Nempe respice hostes gloriæ tuæ infestissimos, & contra eos fortiter ac feliciter preliare, certa bonum certamen, vt deuictis atque triumphatis hostibus in terra & postea in cœlo gloriose regnare valeas p. *Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.* Cuius victoriæ his pulchritudinis, mansuetudinis & aliarum virtutum armis reportatæ, in canticis sponsa meminit, cum sic de sponsi sui capillorum pulchritudine loquitur, q Comæ eius sicut elatæ palmarum, quot capilli in capite, tot virtutes in corde, totque victoriarum palmæ in opere, sed habeat modum oratio, & ad alterius capitis tractationem se sine mora deflectat.

f S. Chrysost. Euthym. g S. Ambros. in S. Luc 22. Beda in S. Luc 22.

Arma fortia Christi quibus hostes vicit lenitas, & incōprehensibilis eius pulchritudo.

S. Aug. tract. 25. in S. Ioan. i Isaiæ 8. k Tertul. cōtra Iudæos c. 9. l Psalm. 92. vers. 1. *Not. Concept.* m Psal. 92. v. 6. n Ibi Psalm. 44. o Ibid. ver. 5. p Ibid. q Cant. cap. vers. 11.

CAPVT V.

Christus Dominns non fuit rex huius mundi more aliorum principum, licet fuerit regnum eius in hoc mundo, sed non de hoc mundo.

1. *Tres rationes præcipuæ propter quas Christus Dominus dixit regnum suum non esse de hoc mundo, in quas caput præsens distribuitur.*



ILIA omnia & abiecta, imò etiam funesta & periculosa quæ ab hominibus mundi maxima putantur, si Christi D. regno non subdantur: præ cuius excellētia cuncta terræ regna & imperia r velut stercora ab Apostolo reputantur vilitatis tātæ & infirmitatis,

Quam vilia sunt & funesta regna mūdi præ regno Christi Dei. r Phil. cap 3. v. 8.

tantiſque obnoxia periculis & infortunijs, vt ea viliſſimis & noxiis vermiculis, Ioel Propheta cōparare afflatus numine Dei non dubitauerit, cùm ait. a *Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit ærugo.* b Quibus verbis antiquiores Hebræorum quos Rupertus ac Lyranus, alijque permagni nominis doctores ſequuntur, quatuor orbis imperia Iudæorum populo funeſta & crudeliter infeſta ſignificari voluerunt. Quæ hunc Dei populum, ſed maximè cœleſtium & diuinorū beneficiorum ingratè & turpiter immemorem ita ſerie & ordine temporum alternis vicibus oppreſſerunt, vt quod vnum intactum reliquiſſet alterum funditus euerteret. Quamobrem ærucæ nomine Aſſyriorum & Chaldæorum, locuſtæ Medorum atque Perſarum, Bruchi Græcorum, rubiginis Romanorum imperia ſignificari, magni illi doctores Hebræos ſecuti, (quos in hunc locum S. Hieronymus approbat,) non obſcurè demonſtrarunt. Vt poſteros erudirent, quam ſunt in vili pretio omnia regna mundi reputanda, quantiſque ſubdita periculis & calamitatibus: cùm non ſolùm viliſſimis, ſed etiam pernicioſiſſimis illa vermiculis noxijſque ſimilia eſſe dicantur. Talibus imperijs alijſque paris conditionis & fortunæ ſimile non eſt Chriſti Domini regnum, vt non immerito interroganti Pilato dixerit. d *Regnum meum non eſt de hoc mundo*, in qua Chriſti Domini reſponſione tria oportet obſeruatione digniſſima conſiderare, totidem ſortita rationes, propter quas Dominus regnum ſuum non eſſe de hoc mundo, licet eſſet in hoc mundo, appoſitè dixerit. Primum eſt vt indicaret regnum ſuum non ab hominum electione, & approbatione, ſicut cætera regna mundi, ſed à ſolo Deo patre immediatè procedere, e vt S. Chryſoſtomus, Theophylactus, aliique Græci Patres, & cum illis f S. Auguſtinus exponunt. Quemadmodum S. g Paulus, *neque ab hominibus, neque per homines, ſed à Chriſto Domino Deo hominè ſe Apoſtolum eſſe prædicabat.* Tantum enim abeſt, vt Chriſtus Dominus regni ſui moderandi ex hominum inſtituto, electione & approbatione habenas acceperit, quin potius ipſe populos & reges ad ſeruiendum ſibi fideliter elegerit, qui ſuis dicebat Diſcipulis. h *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos.* Sed ad quid? *vt eatis & fructum afferatis, & fructus veſter maneat, vt quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis.* Ille eſt rex magnus & ſublimis in ſuis miſerationibus, cuius ſapientiæ non eſt numerus, qui per Prophetam dicebat nondum factus homo. i *Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.* Cui gratias agendo viginti quatuor ſeniores in terram prouoluti coram Agno, qui eſt ipſe rex regum Chriſtus Dominus cum ſumma veneratione dicebant. k *Feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram.*

a Ioel cap. 1. v. 4.
b Hebræi Rupert. Lyra.
c S. Hieron.
d S. Ioan. 18. v. 36.
Propter tria ſeu tres rationes Chriſtus Dominus dixit, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo 1.
e S. Chryſoſt. Hom. 25. in Ioann. 6. Theoph. in c. 18 S. Ioan.
f S. Aug. tractatus 115. in Ioan.
g ad Gal. 1.
h S. Matth. 18. v. 19. S. Ioan. c. 15. v. 16.
i Sap. 8.
k Apoc. 10.

Secundum aut ſecunda ratio propter quam Dominus dixit, regnum ſuum non eſſe de hoc mundo eſt, vt oſtenderet regnum ſuum alterius omnino conditionis eſſe, quàm cætera regna mundi, longéque his omnibus eminentioris eſſe dignitatis, quod Dominus ad ſui conſeruationem regis magnificentiam, iuſtamque ſubditorum defenſionem, externis auxiliis, viribus,

Secunda ratio propter quam Chriſtus dixit regnum ſuum non eſſe de hoc mundo.

A ſubſidiis & opibus non egerit, ob eamque cauſam l Pilato dicebat. *Si ex hoc mundo eſſet regnum meum, miniſtri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis*: & propterea regnum meum non eſt hinc, addebat Dominus, ſicut alia terræ regna, *quæ m ſuſtentantur externis opibus* Regnum Chriſti amoris regnum eſt bene ſtabilitum & firmum ſuæ charitatis ſtans pondere, ac benignitatis dulcedine coroboratum: cùm ſit Chriſtus Dominus rex cordium & animorum, qui ideo ſolum cor ſibi dari poſtulat. n *Fili mi præbe mihi cor tuum*: qua dominatione nulla magnificentior, nullaque diuturnior haberi poteſt. Quæ verò regna, forinſecus aduenientibus auxiliis tutantur, adoriente illa fortiori aduerſæ partis exercitu concidunt illico, exitioque prolabuntur. Iuxta hæc Saluatoris noſtri ver-

B ba. o *Cùm fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt omnia quæ poſſidet, ſi autem fortior eo ſuperueniens vicerit eum, vniuerſa eius arma aufert in quibus confidebat, & ſpolia eius diſtribuet.* Nullæ vires, nulla potentia, nulla ſubſidia defenſionis inueniri poſſunt, quæ cum charitatis armis & fortitudine contendere valeant. Imo ſi charitatem vimque demas amoris: *Omnis eſt quæcumque illa ſit euanida fortitudo, fruſtraque p ſe quis armis tuebitur, qui ſeptus charitate non fuerit, armis enim arma irritantur.* Sicut Nicephoro Phocæ Imp. tyranno palatium in munitionem & propugnaculum, nidum tyrannidis extruenti, quidam incognitus per mare ſubuectus ſic vociferando ſignificauit. q *O imperator erige muros, & tametſi vel ad cœlos eos deducas, intus cum ſit malum vrbs captu facilis eſt.*

C Non ſic regis noſtri procedit altitudo regnandi, ſed ſi aliquando iuſtitiæ ſeueritatem vrgeat ſubditi rebellio, atque ſcelus, amaritudinem tamen iuſtæ vindictæ ſoleat ſemper temperare clementiæ dulcedo. *Sic enim eſt* (inquit D. Auguſtinus) r *iuſtitiæ pulchritudo cum benignitatis gratia concordans, vt quoniam bonorum inferiorum dulcedine decepti ſumus, amaritudine pœnarum erudiamur.* Quas peccata noſtra demeruerunt, in hiſque pœnis clementiæ regis noſtri ſplendor maximus elucet, vt idem Pater paulò antè his verbis clariùs oſtenderat. ſ *Quod verò corpus hominis cùm ante peccatum eſſet in ſuo genere optimum, poſt peccatum factum eſt, vt imbecillum & morti deſtinatum, quamquam iuſta vindicta peccati ſit, plus tamen clementia Dei, quàm ſeueritatis oſtendit. Ita enim nobis ſuadetur à cor-*

D *poris voluptatibus, ad æternam eſſentiam veritatis amorem noſtrum oportere conuerti.* Propter quam manſuetudinis & clementiæ dulcedinem, iuſtitiæ rigorem temperantis rex ille noſter Meſſias t *Omnia traxit ad ſe*, ſicut ſcriptum eſt per Iſaiam Prophetam, u *Ecce ſeruus meus* (inquit pater de filio incarnato) *ſuſcipiam eum: electus meus complacuit ſibi in illo anima mea, dedi ſpiritum meum ſuper eum, iudicium gentibus proferet non clamabit nec accipiet perſonam, nec audietur vox eius foris: calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans nō extinguet.* Propter quæ ſcilicet, charitatem, patientiam, manſuetudinem, *Dominabitur à mari vſque ad mare, & à flumine vſque ad terminos orbis terrarum. Coram illo procident Aethiopes, & inimici eius terram lingent: reges Tharſis & inſulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes reges*

l Sic exponit S. Cyrill Alexandr. l. 12. c. 12.
m Cicero oratione pro Marcell. & 3. de officijs.
n Prou.
o S. Matth. 12. v. 12 & c. 9. S. Luc. 11. v. 22. S. Marc. 3. 22.
p Plinius in Panegyr.
q Cedrenus anno 964.
r D. Aug lib. de vera religion. c 15. 20. 1. p. 505. c. 16.
ſ Idē S. Aug. ibidem.
t S. Ioan. 12.
u Iſaiæ c. 42. v. 1.

terra, omnes gentes seruient ei.

Tertia ratio propter quam Christus Dominus dixit regnum suum non esse de hoc mundo.

Christus Dominus non habuit vsum regni temporalis sed ius.

a 1. Regum c. 16.

Tertiam rationem duabus prioribus adiungemus, scilicet regnum Christi Domini non esse de hoc mundo ratione vsus; quem per humilitatem, clementiam & pro nobis desiderium patiendi, neglexit: licet suum esset totum regnum terræ ratione iuris, item regnum Christi non esse de hoc mundo ratione finis, quem rectores mondi huius sibi proponunt, scilicet pacem temporalem. At finis regni Christi est pax æterna & gloria sine fine permansura. Etenim vt de primo dicam, sicut a Dauid post primam à Samuele Propheta susceptam domi patris in Bethlehem vnctionem, verè ac secundum iuris præscriptum erat rex super Israël, licet facto ipso iora regni non exerceret, vsuque regiæ dignitatis minimè gauderet: ita Christus Dominus electus rex à Deo patre non solùm spiritualiter, sed etiam temporaliter super omnem terræ plagam & regionem inuisibili à Spiritu sancto vnctione ab instanti suæ conceptionis inauguratus verè ac iure rex erat mundi, licet ius illud regni in actum vsumque reducere, propter rationes superius adductas minimè curaret. Et quod præcipuum in hoc discrimine Christi Domini regni in terris, à principatibus cæterorum principum terræ regumque mundi, propter quod dicere Pilato voluit Saluator noster regnum suum non esse de hoc mundo, quamuis in hoc esset, mundo, est ratio & consideratio finis vtriusque regni, Christi scilicet & principum terræ: quoniam omnes seculares terræ reges ac principes, non alium suæ dominationis ac directionis in regendis populis finem scopumque sibi proponunt, quam pacem temporalem, aliudque simile bonum temporis exigui finibus plerumque conclusum. At non sic de fine ad quem sui regni omnem administrationem studiúmque clementer regendorum mundi populorum Christus Dominus collimauit & inflexit: qui est pax æterna, bonumque plenum ac perenne animorum & corporum: quod nulla vetustas consumere, nulla obliterare obliuio, nulla vis tenebrarum principum concutere, infernique portæ ne leui quidem motu peruertere valebunt. Ac proinde tale regnum populis, non poterit esse fœcundum nisi iustis, qui hac æterna pace & immutabili bono post huius vitæ decursum, quod piè ac iustè legibus Christi Domini regis æterni paruerint, perfrui mereantur. Sic regnum Christi principis regum terræ, scilicet iustorum, vt explicat b S. Gregorius, valde profectò discrepans à regnis & principatibus huius regnatorum mundi, quæ sceleratorum populorum contagione vitæ sæpius incestantur, quàm suauem bonorum odorem cuiuscumque virtutis exhalat? Ideoque Christus suum regnum non esse de hoc mundo respondens, intendebat dicere regnum suum non componi ex impiis ac sceleratis populis, nec eorum fœdari criminibus, qui de mundò esse dicuntur, de mundo, inquam, corrupto, cuius Diabolus princeps esse perhibetur. Sic hunc locum c D. Augustinus exponit, sic alij permulti sancti Patres, spiritus Dei testimonio firmati qui in scripturis sacris sub mundi nomine impios sceleratosque depingit, vt S. Ioann. 1. d *In propria venit, & mundus eum non cognouit:* e &, *vos de mundo estis, & ego non sum de mundo:*

Finis regum terra est pax & bonum temporale, sed regis Christi est pax & bonum æternum.

In regno temporali Christo Domini non sunt nisi boni subditi, non sic in regno principum terra.

b S. Gregorius in Apocaly. cap. 1.

S. Ioan. 8.

c D. August. tract. 115. in Ioannem.

d S. Ioan. 1.

e S. Ioan. 8.

A f *Mundus me odio habuit*, & g, *non pro mundo rogo*, scilicet pro obstinatis peccatoribus pœnitentiam detestantibus, ad cor redire deprecantibus, & in Epistolis sanctus Ioannes. h *Totus mundus in maligno positus*: i *& quidquid est in mundo, aut concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ.* De hoc mundo scelerum fœtore contaminato diaboli regno loquebatur Propheta, dicens k, *non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.* Quarum virtutum loco: *maledictum & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.* Cuius regni tot sceleribus deturpati, tot virtutibus spoliati, Christus D. noluit esse rex: Propterea dixit Pilato, *Regnum meum non est de hoc mundo.* Iouianus trucidato diuinitus apo-B stata Imperatore, electus Imperator à Romano exercitu palam dicere cæpit, se nunquam Idololatris, ac à religione Christiana ad Ethnica castra transfugis, sed solùm Christianis veris imperaturum, secus se Imperij fasces eiuraturum. Qua ratione Christus Rex Regum & dominus dominantium, in sortem subditorum & regni sui populorum impios posset admittere? Ergo verè Christus cùm esset cœli terræque Monarcha, Pilato regnum suum de hoc mundo in malam partem accepto non esse respondit. Nec Rex ille summè bonus, neque fideles eius subditi veri illius Maiestatis adoratores, sic de mundo hoc esse possunt, hoc est illius contagionis & corruptionis immersi fæcibus. Qui quamuis in isto rege tanta sanctitate, man-C suetudine, humilitate, & charitate sublimato, ea non videant quæ mundi principes Maiestate visibili conspicuos, & pompa exteriori regnicolis mirabiles efficiunt: thesauros videlicet, gazas, aurum, argentum, gemmas, lapides pretiosos, purpuram, diadema, sceptrum Regium, superba palatia, cuiusque generis diuitias & opes, nobilem numerosumque comitatum, & alia id genus similia; illum tamen nihilominus Magorum instar procidentes in terram adorare gloriantur, omnem eius regis gloriam cernentes ab intus. Quæ tanta est vt omnium principum terræque Monarcharum pompæ & gloriæ splendore suo, tenebras offundat. Quos ideo vero illi regi suo reluctantes, & contra illum nefaria signa portantes, sicut Magi Herodem venerari & adorare dedignantur, dicente D diuo Augustino l: *Cùm tam multi Reges Iudæorum iam nati atque defuncti essent, numquid quemquam eorum adorandum Magi quæsierunt? non, quia nec quemquam eorum cœlo loquente didicerunt.* At cœlo loquente per stellam, *quæ est lingua cœli*, inquit S. Augustinus m, ad Christum in præsepio adorandum, maxima cum deuotione properarunt. Quia illum cœli terræque Monarcham esse cognouerunt. Sic fides viua per charitatem, varijs virtutum Christianarum radijs rutilans tanquam stella splendidissima intellectui iustorum veluti sereno infixa cœlo, eos ad se prosternendum huic regi summæ adorationis exercitio & tanquam lingua loquendo interius, seu lux mentis & oculus illuminando properare iubet. Sicut stella illa quæ ad Christū magos suo illustratos lumine direxit, *veluti quidam caligantis orbis oculus veterem mundi nouauit aspectum*, vt S. loquitur Maximus, n sic Chri-

f Ioan. 15.

g Ioan. 17.

h 1. epist. S. Ioann.

i Idem S. Ioann. c. 5. v. 19.

k Oseæ c. 4.

Idem c. 4.

Eusebius.

Iouianus non vult imperare Idololatris & impijs, multo magis Christus Dominus impiorum regimen detestatur.

Nec regnum Christi, nec eiusdem pie subditi sunt de hoc mundo.

l D. Augustinus sermone 2. de Epiphania.

m D. August. sermone 3 de Epiphania.

n S Maximus sermone 1 de stella seu de Magis & Epiphania.

Fides, lingua & oculus mysticus quo iustus loquitur & videt Christum Regem.

A stiana fides, ille mysticus est caligantis cæcique mundi oculus, qui ambulantibus in tenebris & in vmbra, mortis hominibus, si hunc oculum sumere velint, cœlestē largitur aspectum, vt hunc diuinum regem, vilem & despicabilem in oculis mundi, adoraturi perfectè cognoscere possint. Cuius regnum, quod in mundo est, sed non de mundo secundùm veritatem omnibus terræ monarchijs ac imperiis, vt loquitur sanctus Thomas, (seu auctor sub illius nomine quisque ille sit.) *Præcellit ex triplici parte,* a *primò ex annorum quantitate, quia plus durauit, & adhuc durat, durabitque vsque ad mundi renouationem: Secundò ex dominij vniuersitate, iuxta illud, In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum, scilicet Apostolorum ac legatorum huius Regis. Tertiò apparet excellentia Monarchiæ* B *Christi, super alias quatuor præcedentes ex dominantis dignitate, qui Deus & homo est. Secundùm quam considerationem,* inquit idem doctor, b *humana natura in Christo participat infinitam virtutem, ex qua maioris fortitudinis est & virtutis supra humanam fortitudinem & virtutem.* Quæ principibus terræ tributa, valde debilis & languida respectu virtutis ac fortitudinis Christi regis, solummodo in corpora, aliaque peritura mundi, potest extendi. At virtus & fortitudo regni Christi in corpora & animos, in caduca & sine fine duratura potenter erigitur. Propter quod dicebat Dominus ille dominantium, c *Timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam,* & virga Christi quæ eius potestas significatur ferrea dicitur à Propheta Regio, *Reges eos in virga ferrea,* d quia talis potestas frangetur C tempore nullo, comminuet verò confringetque non imbecillia modò & mortalia corpora, sed fortissimos & humanis viribus inuictissimos, immortalesque spiritus dæmonum & impiorum hominum, æternis supplicijs in inferno mulctando. Hic verò reges & populos, donec anima in terris spirabunt sua, in virga ferrea regendo, id est his sua iussa præscribendo salutaria, & grauitate censoria sapienter imperando. Iuxta energiam & emphasim Græcæ vocis ποιμανεῖς reges, sicut ex recentioribus doctoribus duo doctissimi e in hunc locum Psal. 2. ex Hebraicæ linguæ proprietate, & quamplurimorum authorum testimonio, comprobarunt. Quamobrem cum sanctis Patribus atque Doctoribus Pilato responsum Domini interpretātibus f concludamus D Christum Dominum perfectissimè omnium regnorum quæ in terra sunt, esse Monarcham ac Regem, qui quidem *regem se esse non negauit,* vt S. Loquitur Cyrillus, g *sed regni Cæsaris se non esse hostem ostendit, quia eius regnum terrenum non est* (aliorum principum modo & more) *sed cœli, & terræ, cæterarumque rerum omnium.* Similia, sanctus Chrysostomus h & Augustinus longa verborum optimorum ac sententiarum serie doctè sapienterque notauerunt, vt iam de proposita quæstionis veritate dubitari nullo modo posse videatur.

a D. Thomas l. 3. de reg. c. 13.

In tribus præcellit omnibus regnis Christi Domini regnum.

Psalm. 18.

b D. Thomas ibi c. 2.

Potestas regum terræ solum in corporea & caduca: at Christi in omnia caduca & æterna extenditur.

c S. Matth. 10.

d Psalm. 2.

e August. Eugubinus & Genebrardus in Psal. 2.

f S. Ioan. 18.

g S. Cyrillus l. 12. in Ioan.

h D. Chryso. Hom. 82. in Ioa. D. August. tractatu 14. i. S. Ioann.

CAPVT VI.

Ad hoc Christi regnum boni permulti ante eius aduentum pertinuerunt, vt subditi fidelissimi, sed post eius aduentum, passionem, gloriosam resurrectionem, & admirabilem ascensionem, immensa hæc bonorum subditorum multitudo creuit super numerum.

1. *Christus Dominus caput omnium, qui suam natiuitatem in terris præcesserunt.*
2. *Omnes quotquot à principio mundi vsque ad aduentum Domini saluati sunt, suam sunt per gratiam Christi salutem consecuti.*
3. *Christianam religionem fuisse apud antiquos ante Christi Domini aduentum.*
4. *Infinita propè fidelium multiplicatio à matrimonio Christi, cum humana natura in sanctæ virginis vtero profluxit, quæ post martyrum agones, conuerso ad fidem Constantino Magno maximè creuit, incipiens ab ascensione Christi.*

DIVVS Augustinus multos ante Christi aduentum extra Israëlitarum genus, in variis degentes mundi partibus ad cœlestis ciuitatis consortium, quod essent, de regno Christi venturi, per bona opera in terris, exemplis, rationibus, & sanctarum scripturarum testimoniis fuisse probat: loquensque de patiente illo Iob, tot virtutum operatione magnifico, vt ex eo confirmet intentum ait k: *Diuinitus autem prouisum fuisse non dubito, vt ex hoc vno* (scilicet Iob) *sciremus etiam per alias gentes esse potuisse, qui secundum Deum vixerunt eique placuerunt, pertinentes ad spiritualem Hierusalem, quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui diuinitus reuelatus est* l *vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui venturus in carne, sic antiquis sanctis prænunciabatur, quemadmodum nobis venisse nuntiatus est, vt vna eademque fides per ipsum omnes in vnam Dei ciuitatem, in domum Dei, in Dei templum prædestinatos perducat ad Deum.* Atque horum quidem piorum hominum aduentum suum præcedentium, Christus Dominus non minus fuit caput, quàm eorum fidelium, qui ipsius subsecuti sunt aduentum. A quo influxus gratiæ ac benedictionis emanans in illos, inuisibili virtute effecit, vt in mediis gentilitiæ prauitatis tenebris, tanquam astra in cœlo splendido media nocte, luce fidei ac bonæ vitæ clarissima rutilarent. Hoc est doctrina Theologorum è purissimis sapientiæ angelici doctoris hausta fontibus m asserentis corpus mysticum Christi Domini, cuius ipse caput est constitui, ex hominibus qui fuerunt à principio mundi, vsque ad finem ipsius. Quorum sanctitas & gloria per omnes terræ plagas sparsorum,

Ante Christi aduentū præter Iudæos in variis orbis partibus multi boni ad regnum Christi pertinuerunt.

k D. Aug. l. 18. de ciuit. c. 47.

l 1. ad Timoth. 2.

Christus Dominus caput fuit omnium bonorum, qui suam incarnationem præcesserunt.

m S Thomas 3 P q. 8. ar 3.

2. Nullo vnquam facto salus nisi per gratiam Christi. Fundamentũ Theologiæ.

ex folius Christi gratia meritoque redundant. Propter quod fiunt de Christi Domini regno temporali,æterni postea, in cœlo hæreditate ac fruitione lætaturi.2. Cuius rei veritas illo communi Theologiæ fundamento fulcitur, nimirum, *nullam gratiam hominibus datam esse à principio mundi, in hac vsque tempora, nec datum iri vsque in consummationem seculi, nisi per merita Christi Domini.* Hoc enim in Actibus ista sancti Petri testantur eloquia a: *Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Quod non solùm ad posteriores aduentu Christi in terris homines, sed ad omnes etiam, qui huic aduentui antiquitate temporis ab orbe condito præiuerunt, referendum esse docet D.Augustinus b, iuxta illud quod à sancto Petro c didicerat, dicente, *Per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi*, scilicet patres antiqui, de quibus erat sermo. Quam veritatem satis clarè diuus Paulus confirmat, per hæc ad Romanos 3. d de Christo filio Dei loquens. *Quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem iustitiæ suæ, per remissionem præcedentium delictorum*,&c. eorum nempe quibus antiqui Patres erant obnoxij, quæ gratia passuri Christi funditus eradicauit, radicitusque sustulit. Quibus verbis hæc alia D.Pauli in epistola ad Hebræos assentiuntur & congruunt. e *In remissionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamento.* Quod alibi illustrat Apostolus, cùm de refectione spirituali & mystica corporis Domini loquitur, qua in deserto prisci patres & vetusti homines sub nube legis naturæ atque Mosaicæ in deserto ambulantes alebantur. f *Bibebant*, inquit, *de spirituali consequente eos petra: Petra autem erat Christus.* g De petra Christo biberunt, scilicet de fonte aquæ viuæ: quia per fidem Christi, eius gratiam impetrarunt, qua firmati & corroborati ad nutum Dei benè viuerent. Quod de omnibus iustis tam qui de stirpe Abrahæ in populum Dei peculiari fauore & priuilegio adoptati sunt, quàm qui extra Hebrææ gentis ambitum in alijs terræ climatibus morabantur, intelligenda esse h verba sancti Augustini non obscurè significant. Et alibi cùm ait i: *Quia gratia saluatoris operata est in antiquis sanctis, quicunque antequam in carne Christus veniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam non ad legis litteram quæ iubere tantum & non adiuuare potuit, pertinebant.* Vnde sanctus ille pater religionem Christianam inter gentiles, apud bonos quosdam diuersis in locis antequã Christus Dominus nasceretur, sedem fixisse solidam, licet isto nomine quo nunc, Christiana scilicet, minimè vocaretur, asserere non dubitauit, k cùm ait? *Item quod dixi, ea est nostris temporibus Christiana religio, quam cognoscere ac sequi securissima & certissima salus est, secundùm hoc nomen dictum est, non secundùm ipsam rem, cuius hoc nomen est. Nam res ipsa quæ nunc Christiana religio nuncupatur, erat apud antiquos, nec defuit ab initio generis humani, quousque ipse Christus veniret in carne, vnde vera religio quæ iam erat, cœpit appellari Christiana: cùm enim cum post resurrectionem ascensionémque in cœlum cœpissent Apostoli prædicare, & plurimi crederent, primum apud Antiochiam, sicut scriptum est, appellati sunt discipuli Christiani. Propterea dixi, hæc est nostris*

a Acto. 4. v. 12.
b D August. epist. 157 ad Optatum.
c Act. 15.
d Rom. 3. v. 25. 26.
e ad Hebræ. c. 9.
f 1. Corinth. 10.
g 1. ad Corin. c. 10.
h D. August. l. 1. contra duas epist. Pelag. c. 7. & 21.
i D. August. l. de pecc. merit & remiss. c. 1.
k D. August. l. 1. tract. c. 13. to. 1.
3. Ante Christi aduentum religio Christiana erat in mundo, in re non in nomine.

A *temporibus Christiana religio, non quia prioribus temporibus non fuit, sed quia posterioribus temporibus hoc nomen accepit.* Ex cuius fidei ac religionis Christianæ cultoribus ab omni æuo credentibus in Christum venturum, per gratiam ipsius, infert idem magnus doctor post aduentum Christi in carne, religionis Christianæ contra Volusianum firmitatẽ veritatis: l *Disputantur hæc latiùs, & omnes quæstionum necessariarum sinus perscrutati discussique panduntur, sed intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit.* Post hæc subiungit: *Quem non moueat ad credendum tantus ab initio ipse rerum gestarum ordo, & ipsa connexio temporum, præteritis fidem de præsentibus faciens, priora posterioribus & recentioribus antiqua confirmans?*

l D. August. epist. 3. ad Volusiano.

4. Sed quamuis plurimi cùm in Iudæa tum B in gentilitate ante incarnationem Domini fideles extiterint, tamen ab ortu eius iustitiæ solis supra numerum creuit multitudo, vt sermo propheticus impleretur m, *Annuntiaui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum.* *Hoc fit nunc*, inquit D. Augustinus, *ex quo primùm per os præcursoris sui Ioannis, deinde per os proprium annuntiauit, & locutus est, dicens* o, *Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cœlorum.* Postea per Apostolos quibus euangelium suum omni creaturæ per orbem terrarum diffusæ annuntiare iussit, *Baptisantes omnes eos in nomine patris & filij & Spiritus sancti.* In cuius potentis ac efficacis effectus virtutem post decem dies ab ascensione promissum spiritum sanctum, *in filios adoptionis effudit*, vt canit Ecclesia, *cuius aduentus in eos qui crediderant, tunc signum erat maximum*, p ait S. Augustinus, C *& maximè necessarium, vt vnusquisque eorum linguis omnium gentium loqueretur, ita significans vnitatem catholicæ Ecclesiæ per omnes gentes futuram, ac sic omnibus linguis locuturam.*

4. Infinita propè hominũ multitudo facta fidelis à matrimonio Christi cum humana natura.
m Psal 39.
n D. August. l. 18. de ciuit. c. 49.
o S. Matth. 3.
S. Matth 28.
Præfatio sancti Spiritus.
p D. August. l. 18. de ciuit. c. 49. in fine.

Hæc verò fidelium supra numerum multitudo à fœcunditate Christi matrimonij cùm humana natura promanauit. Vnde quæ præcipuè bona in humanis matrimonijs atque nuptijs notari solent, quæ numero quatuor sunt, ea in spiritualibus diuini Verbi Dei filij, cùm humana natura nuptiis & nobiliùs multóque perfectiùs obseruata cognoscuntur. Primum est sponsalia quæ præcesserunt nuptias, nempe promissa priscis vetustisque facta Patribus, incarnationis diuini Verbi per os prophetarum. Secundum est bonorum honorumque communicatio, quam *idiomatum communicationem* Theologi appellant: de qua D hæc S. Damascenus, q *Cùm de persona Christi verba facimus, siue ab vtraque parte simul, siue ab altera duntaxat eam appellemus, vtriusque naturæ proprietates ipsi imponimus. Etenim Christus (quæ vox vtrumque complectitur) & Deus & homo dicitur, & creatus & increatus, & passibilis & impassibilis. Et cùm ab vna parte filius Dei & Deus nuncupatur coniuncta naturæ, id est carnis proprietatem recipit. Nam & Deus passibilis nominatur, & dominus in crucem actus, non qua Deus est, sed qua idem etiam homo est.*

Quatuor in nuptijs Christi obseruata. Nobiliùs quàm quæ in humanis.
Sponsalia.
2. cõmunicatio bonorum.
q D. Damascenus l. 3 c. 4 de orthod. fid.
Noto communicationem idiomatum naturæ vtriusque in Christo Domino.

Eodemque modo cum homo & filius hominis appellatur, diuinæ essentiæ proprietates atque ornamenta suscipit. Puer cum æuo omni antiquior dicitur, & homo principij expers, non id quidem qua ratione puer & homo est, sed qua Deus omni æuo prior. Atque hic communicationis modus est, vtra-

que videlicet natura, proprietates suas cum altera communicante, propterea quod vnam & eandem personam constituunt, mutuoque in se immeant. Huc vsque S. Damascenus.

3. Tertium nexus humana natura cum verbo indissolubilis.

Tertium quod obseruatur in his Diuinis Christi Domini nuptiis, est humanæ naturæ cum diuino Verbo nexus indissolubilis, æternaque duratione permanens, sicut in humanis nuptiis fit *coniunctio maris & fœminæ indiuiduam honestæ vitæ societatem continens.* a Nam Verbum diuinum sic humanam assumpsit naturam b, *vt semel assumptam nunquam dimiserit*, inquit Theologorum schola, oraculis innixa diuinis.

a l. 1. §. Iusnaturale ff de iust. & iu.
b Axioma Theologia.
4. Fœcunditas prolis spiritualis, filiorum Dei multiplicatio propositi finita.

Quartum denique in hoc considerandum matrimonio, est fœcunditas magna in procreandis filijs, quæ fuit tanta, quanta vix considerari potest. Filijs, inquam, Dei & electionis æternæ, c *qui nō ex sanguinibus, nec ex volūtate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt: cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Tunc impletū est quod dictū est per Prophetā dicentē, *multiplicabitur eius imperiū*: siquidē post tēpora martyrum atque victorias eodem anno quo à lepra Constantinus Imperator mundatus est, scribit S. Thomas d, lectione Romanarum historiarum eruditus, circa varias Romani imperij regiones & oras, plus quam centum hominum millia ad fidem conuersa, & sacro tincta baptismate ex virtutibus & signis per S. Siluestrum ostensis mirum in modum fructificantia Deo claruisse.

c S. Ioa. c. 1.
Isai. c. 9.
d S. Thomas l. 3. de reg. princip. c. 12.
Roma. 7.

Quæ fœcunditas Christiani partus, & multiplicatio filiorum Dei mirabilis per orbem terrarum ab ascensione Domini breui tempore visa, mysticè expressa est atque repræsentata per multiplicationem Hebræorum in Ægypto, è fœcundo Israëliticarum matrum vtero progredientium. e Sicut enim ex duodecim filijs Iacob Patriarchæ Ægyptum incolentibus, immensa creuit secundum carnem Hebræorum multitudo, sic ex duodecim quos elegit Dominus Apostolis, innumerabilis facta est fidelium per orbem terrarum multiplicatio. Quam aspectu Prophetico Dauid aspiciens à longè mentis oculis f: *Dinumerabo eos* (inquit) *& super arenam multiplicabuntur.* Et vt post Iosephi Patriarchæ obitum adhuc Hebræorum populus pleniori mensura in immensum numerum excreuit g, vt sacræ narrant historiæ: sic fideles populi quos Apostoli Christo in cruce passo semine verbi diuini parturiuerunt, innumerabili multitudine propagati, mirabiliterque multiplicati toto orbe volitarunt. Pro vt prædixerat Christus Dominus h, *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* Et apud S. Ioannem, i *Si semel exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipsum.* Quam innumerabilem ac miraculo coæquandam filiorum Dei multitudinem Deus, loquens Abrahæ spoponderat: k *Multiplicabo* (inquit) *semen tuum sicut stellas cœli, & sicut arenam quæ est in littore maris, & in semine tuo benedicentur omnes gentes.* Hæc eadem pacta Deus postea cum Iacob Patriarcha renouauit dicens l, *Semen tuum erit quasi puluis terræ. Dilataberis ad orientem & occidentem & septemtrionem & meridiem.* Hoc altissimè menti suæ insigens Dauid ita vaticinando de hac multiplicatione sermocinabatur. m *Conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu gentium vniuersæ familiæ gentium.* Propter quod sic Isaias Propheta Ecclesiam Christi Domini sponsam ad exultationem mirando cohortabatur: *Surge & illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos, super te autem videbitur Dominus, & gloria eius in te videbitur, & ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui: leua in circuitu oculos, & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, filij tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent: tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.* n Hanc multitudinem innumerabilem supra numerum filiorum Dei cognouit Apostolus Propheta, vt clarum facit his verbis. *Post hæc vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni amicti stolis, & palmæ in manibus eorum.*

B
C
e Exod. 1.
f Psalm. 138.
g Exod. c. 1. & 2.
D
h S. Luc. 12.
i S. Ioa. 12. Legatur D. Augu. sermo 84 de tempore.
k 4. Genes. 12. 18. 21.
l Genes. c. 28. v. 14.
m Psal. 21. v. 28.
Isai. c. 60.
A
Isaiæ c. 6.
n Apocalyp. cap. 7.
B

Christus morte sua hanc fidelium multitudinem promeruit, & suo sanguine peperit.

Hanc verò infinitam fidelium multitudinem Christus Dominus suo sanguine peperit, & parere suæ mortis obedientia promeruit: sicut ipse apud dilectum sibi discipulum testatus est o: *Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Et Deus pater de filio suo loquens per Isaiam, *Dispertiam*, inquit, *plurimos, & fortium dimidam spolia pro eo, quod tradidit in mortem animam suam.* Apud eundem Prophetam: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & iustificabit ipse iustus seruus meus multos.* Hanc tam incredibilis immensæque populorum multitudinis causam, Apostolus talibus Euangelicæ sanctitatis Philippensium cordibus semina, fundamenta salutis inserendo, minimè dissimulauit, p *Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cælestium, terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia ipse est in gloria Dei sedens.*

o S. Ioann. 12.
Isaiæ 53.
Isaiæ 53.
C
p Philipp c. 2.
Multitudo credentium magnam Dei Ecclesia parit auctoritatem.

Hæc multitudo filiorum Dei supra numerum, quos suo partos sanguine sibi in vno corpore, quod est Ecclesia, colligauit auctoritatem huic Ecclesiæ vt ei tanquam sponsæ Christi Domini castissimè credatur, non mediocrem conciliat: vt egregijs his planeque diuinis & aureis sanctus Augustinus eloquijs elegantissimè testificatur q. *Christus afferens medicinam humano generi, primùm miraculis conciliauit auctoritatem, deinde auctoritate meruit fidem, fide contraxit multitudinem, multitudine obtinuit vetustatem, vetustate roborauit religionem.* Et r cap. 16. *Desperandum non est ab ipso Deo aliquam auctoritatem constitutam, qua velut certo gradu innitentes attollamur in eum. Hæc auctoritas dupliciter nos mouet, partim miraculis, partim sequentium multitudine. Ac primùm quidem facta sunt miracula, cùm Deus ipse in vero homine huic mundo apparebat, vt his tandem multitudine credentium congregata, atque propagata in ipsos mores vtilis conuerteretur auctoritas.* Hæc doctor admirabilis.

D
q D. August. lib de vtilitate credendi. c. 14. to. 6.
r Idem cap. 16.

CAPVT VII.

De triplici regno Christi, naturæ, gratiæ & gloriæ.

1. *De regno Christi naturæ.*
2. *De regno gratiæ.*
3. *De regno gloriæ.*

Christo Domino vt Deo, & vt homini triplex debetur regnum. Regnum naturæ Christi.

CHRISTO Domino non modò vt Deo triplex attribuitur regnum, quod illi cum Patre & Spiritu sancto commune est, sed etiam vt homini Deo vnione personali, modo incomprehensibili coniuncto. B Omnia enim regna mundi Deus pater dedit in manibus eius ab instāti cōceptionis illius. Quæ omnia ad tria regna reuocantur, naturæ, gratiæ, & gloriæ, Regnum naturæ in omnes extenditur creaturas, cœlorum, terræ, & infernorum; quæ eius regis Christi pedibus sine contradictione subijciuntur. Nec vlla est creatura in toto mundo, quæ eius posset imperiū detrectare, ac effugere potestatē, seu volūtati resistere. Ob quam mirabiliter extensam magnitudine infinita potētiā dilatatā, solus inter omnes regnatores mundi nomē meretur, a *regis regum, ac Domini dominantium.* Contra intolerabilem C stupendamque impiorum principum terræ superbiam & detestabilem arrogantiam, qui se non verentur reges regum impudentissimè gloriari, eóque hæc est principum terræ, vermiculorum comparatione Christi regis, arrogantia detestabilior, quò frequentior atque in orbe viguit diuturnior. Nam Parthorum rex Artabanus hoc regis regum titulo b apud Herodianum voluit insigniri. Sic Persarum Imperatores se Reges Regum inani gestientes arrogantia, appellari iubebant, Plutarcho teste. c Vnde prudens Agesilai Regis Asiaticis de more Imperatorem Persarum Magnum ac Regum Regem appellantibus responsum. *Ecquid ille,* inquit, *me est maior nisi est iustior & modestior?* Titulum illum Regis Regum vendicasse sibi Parthorum Reges, testis est Suetonius d in Caligula. D Cuius tituli arrogantia Parthorum Regi, licet ab alijs terræ cognatæ & notæ principibus hoc honoris titulo dignaretur, Pompeium denegasse Plutarchus in eius vita e commemorat. Et Iulius Capitolinus f Regem Persarum Saporem, hoc iniusti superbique honoris typho suam inflauisse Maiestatem auctor est. Quod manifestum esse Marcellinus g illa epistolæ ad Constantium Imperatorem inscriptione declarat. *Rex Regum Sapor Princeps syderum, & frater solis & lunæ, Constantio fratri meo salutem P.D.* Et orientalibus regibus ipso honoris immeriti titulo iniustè superbientibus, magicas artes & dæmonum incantationes fraudulenter illusisse, & eorum insidiando dementiæ imperasse, h Plinius veris historijs posteritati prodidit. Et ipse Armeniorum i Rex Tigranes hæc insolentis nominis vsurpatione turgidus, victus postea à Pompeio agnouit, sed tardius quàm inaniter atque insolenter isto Re-

Omnes creaturæ, siue Angelus, siue homo, princeps aut plebeius, siue dæmon, Christi regis imperio subdita.

a Apoca 17. v. 14. & ca 19. v. 16.

Detestanda principum terræ arrogantia se reges regum nominantiū, quod soli Christo Domino competit.

b Herodianus lib 6.

c Plutarchus in Laconicis.

d Suetonius in Calig. c. 6.

e Plutar. in Pompeio.

f Capitolinus c. 24.

g Marcellinus lib. 17.

h Plini. l 30. c. 3.

i Plutarchus in Lucullo & Pompeio.

A gis Regum titulo gestiens intumuisset. Eóque superbiùs principes ambitiosos ac Reges Ægypti Simandrum, & Sesostrum mania insaniaque perduxit, k vt se vanis & insolentibus huius Regis Regum tituli in tumulis insculpri viuos mortuosque laudibus mactare voluerint. Atque vtinam Gigantes isti præ magnitudine præsumptionis, armis superbiæ Deum de throno suæ gloriæ & honoris deturbare molientes, & auidè istud appetentes, ad ignominiosissimam miserrimamque Regis Nabuchodonosor sortē attendere vellent. l In quā pro talibus arroganter ausis septem annorum decursu præcipitatus ingemuit. Vt qui se Regem Regum terræ vocando intra Dei thronum honoris & gloriæ sedem superbè figere contenderat, inter immanes B feras vilissimasque bestias ferino victu pastus & immani, abiectissimam mansionem sortemque demens subire coactus est. Ingrate ac miserabilis Rex Assyriorum Balthasar! qui quod Deum m *habentem regum flatum in manu sua* non magnificaueris, sed superbiæ tuæ veluti gradibus ascendere super id omne quod Deus est, præsumpseris, diuinum funestissimęnecis tuæ decretum manu iustitiæ Dei in aulæ regiæ parietibus exaratum, miser audire meruisti. Ergo vt modum habeat oratio, redeatque illuc vnde deflexit, soli Monarchæ Christo Domino supra omnes principes mundi propter regnum naturæ vniuersæ regis regum titulus à Deo patre communicatur. Cui omnes mundi Principes, Imperatores ac Pontifices, coronas, diademata, sceptra, debent submittere, vt longo tēpore & prosperè in terra regnent, & post in cœlo in æternū C diuinæ fœlicitatis ac gloriæ sceptro coronaque potiantur. Instar n viginti quatuor seniores, *procidentes ante sedentem in throno, & adorantes viuentem in secula seculorum,* scilicet Christum filium Dei, *& mittentes coronas suas ante thronum, dicētes, dignus est Dominus Deus noster accipere gloriam, honorem, & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt.* Cuius Regis Regum obseruatio legum prorogat imperium fœliciter terræ principibus, & Ecclesiæ pontificibus. Propter quod Sapiens de hoc rege qui est æterna Dei patris Sapientia, loquēs, sic mundi huius rectores hortatur. o *Cura disciplinæ dilectio est, & dilectio custodia legum illius est, custodia autem legum consummatio incorruptionis est, incorruptio autem facit esse proximum Deo:* D *concupiscentia ergo sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Si ergo delectamini sedibus & sceptris ô reges populi, diligite sapientiam,* scilicet Deum incarnatum Dei patris veram Sapientiam, *vt in perpetuum regnetis, diligite lumen Sapientiæ omnes qui præestis populis.* Sed non sola coronam principum terræ Christo Regi Regum subijcienda est. Verùm & tiara sacerdotalis pontificiumque regnum multo magis, vt vtraque sacerdotalis & regia piè Christo Domino seruiens fœlices coronatos terræ cœloque efficiat. Ad cuius mysterij significationem præceperat Dominus, vt super pontificiam tiaram aurea lamina collocaretur; in qua insculpta talis esset inscriptio, *Sanctum Domino,* vt clarum patensque sit ex illo textu Exod. p *Facies* (inquit Dominus) *& laminas de auro purissimo, in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino: ligabisque ea vitta hyacinthina, & erit super tiarā imminens fronti Pontificis:*

erit

k Diodorus Siculus l. 2. c. 12.

l Daniel c. 5.

m Daniel c. 5. v. mane phares.

Omnes principes & reges terræ & pontifices Christo Regi Regum coronas debent submittere, vt fœliciter in æternum regnent.

n Apoc. c. 4.

o Sapientiæ cap. 6.

Omnis potestas regia & pontificia naturæ regno Christi subditur sicut alia omnia.

p Exod. c. 28. v. 36.

eris autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit ei Dominus. Sanctum Domino S. ᵃ Hieronymus *sanctum Iehouah interpretatur nomen ineffabile tetragrammatum*, quam laminam auream Sapiens coronam appellat ᵇ, dicens: *Coronam auream super mytram eius expressam signo sanctitatis.* Et Sapientiæ c. 18. ᶜ diadema vocat his verbis: *Magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat*: ex quo manifestè cognoscitur Pontificem Christiani gregis sicut gregum Politicorum pastores ad instar viginti quatuor seniorum coronam tiaramque ad pedes Regis Regũ reuerenter abijcere debere, piè submittere se illius regno, leges eius iussáque religiosè seruantes.

a S. Hierony. ad Fabiolum de veste sacerdotali.
b Eccle. c. 45.
c Sapiẽt. c. 18.

Christus vt Rex naturæ vniuersum orbem mundi, vt Augustus terra describit.
d S. Luc. 2.

Rex verò Christus D. constitutus à Deo patre super regnum vniuersæ naturæ, illo tempore venit in mundum per portam clausam & orientalem vteri virginalis, ᵈ quo *exijt edictum à Cæsare, vt describeretur vniuersus orbis.* Nec hoc quidem sine magno mysterio. Oriebatur nimirũ & in lucem vitæ prodibat ipse Imperator non Augustus terrestris, sed Augustissimus cœlestis, orbem vniuersum terræ ad descriptionem cœlestem diuinãque professionem vitæ æternæ vocaturus. ᵉ *Vt scias* (inquit S. Ambrosius) *censum non esse Augusti, sed Christi, totus orbis iubetur profiteri.* Quis poterat totius orbis professionem exigere, nisi qui totius orbis habebat imperium? *Non enim Augusti, sed Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum, & super flumina præparauit eum.* Sanctum quoque Gregorium ad huius rei illustrandam veritatem suo more diuinitus loquentem audiamus. *Quid est*, inquit, *quod nascituro Domino, mundus describitur, nisi hoc quod apertè monstratur quod ille apparebat in carne qui electos suos adscriberet in æternitate.*

e S. Ambros. in cap. 2. S. Lucæ.
Ps. 23. v. 1. 2.
S. Greg. homil. 8. in Euang.

De regno gratia quod ad solos iustos viatores extẽditur.

Sed quamquam naturæ regnum latius suæ potentiæ fasces extendat, quod illius creatura nulla dominationem effugere aut prætergredi valeat, non tamen amænius & iucundius quàm regna illa quæ subsequuntur gratiæ, scilicet & gloriæ: de quibus ordine dicendum. Ac primùm de regno gratiæ, quod regno naturæ angustius est, sed delectabilius & perfectius. Ad eas enim solum creaturas rationales propagatum suaui charitatis vinculo terminatur, quibus fide & sanctitate nitentibus, Christus Rex Regum per gratiam suam dominatur in terris: vt illo postea per gloriam perfruantur in cœlis. Quas quidem rationabiles creaturas, (homines scil. intelligo) ad sui regni sortem non humana eloquentia aures solummodo demulcente, in tenebris & in vmbra mortis spiritualis ambulantes, sed diuina sapientia per se, per Apostolos, aliosque suæ Maiestatis ac religionis quam instituit Christianæ, legatos publicata, cordium interiora rapiente, compellauit. Ex quo modo pelliciendi & dulciter attrahendi, sic homines ad regnum illud salutis & benedictionis, ᶠ sancti Patres tale regnum diuinitus fuisse fundatum, verúmque Dei regnum in terris, veram nempe & vnicam esse religionem quæ sola saluet, & ad diuinæ tabernacula fœlicitatis erigat, non inanibus verbis, sed solidis rationibus, sacrarumque litterarum auctoritate pro-

Non humana eloquentia, sed diuina sua sapiẽtia homines ad regnum sua gratia Christus Dominus suauiter illexit.
f S. Iustinus Apolo. 2. ad Antoninũ Piũ. S. Chrysosto. hom. 24. in Mathæum & homil. 4. & 5. in Epist. 1. ad Corinth. D. Aug. l. 21. de ciuit. cap. 5. S. Damascenus lib. 4. de Orthodoxa fide cap. 4.

A bauerunt. Quibus ᵍ S. Augustini in alio opere pulcherrimam sanè rationem, qua id ipsum confirmat clariùs, adiungam: *Si priusquam*, inquit, *Christianam religionem mundus complecteretur, sapientum philosophorum aliquis interrogatus fuisset, vtrum censeret sine virtute diuina per vnum vel per paucos homines nulla neque potentia excellentes, neque humana sapientia claros persuaderi illa mundo posse*, (quæ scilicet Christum ac Apostolos persuasisse iam cernimus) *respondisset. Credo* (inquit D. Augustinus) *non posse hoc ab homine fieri, nisi quem ipsa Dei virtus atque sapientia commendasset, & omnia contemnendo quæ praui homines cupiunt, & omnia perpetiendo quæ horrescunt, & omnia faciendo quæ mirantur, genus humanum ad tam salubrem fidem summo honore atque auctoritate* B *conuerteret.* Hæc solenniter edocta, & diuina auctoritate corroborata Apostolus in Corinthiorum (quos non ita pridem Christo Domino parturiuerat) cordibus infigere volens eos sic commonefaciens instruebat; ⁱ *Videte fratres vocationem vestram, quia non multi sapientes secundùm carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia, & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.* Qui alio in loco scribens ad eos modum formamque Christi se fuisse secutum in prædicando regnum gratiæ ipsius, & ad illud gentes conuersas conuocando docet, cùm ait ᵏ, *Sermo meus non in persuasibilibus* C *humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & veritatis, vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.* Cuius modi conuertendi ad regnum gratiæ Christi homines vim atque virtutem potentiùs exprimens ita inferiùs illos alloquebatur, ˡ *Non secundùm carnem militamus, nam arma militiæ nostræ carnalia non sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* Hoc verò gratiæ regnum non solùm ratione modi, quo paratur, de quo supra iam dictum, sed etiam ratione subiecti, in quod imperat nobilissimum ac perfectissimum est. Interiora quippe hominum rimando moderatur, & in eorum corda men- D tesque sua exercet iura: vt ex peccatoribus qui fraudes & maculas inexpiabiles, malè viuendo conceperant, in iustos ᵐ *spiritu mentis suæ renouatos*, veste iustitiæ ac innocentiæ, primâ pulchriori indutos ornatosque conuertantur. Quæ profectò conuersio mirabilis est ac prorsus ⁿ *mutatio dexteræ excelsi.* Ex qua ᵒ sancti vetustique patres veritatem Christianæ religionis, contra mendacia gentilitatis imposturasque demonstratione manifesta vindicarunt. Cuius conuersionis ac vocationis ad regnum gratiæ meminit Deus, vt eandem Christianæ religionis, veteri Mosaicæ successuræ veritatem Iudæorum mentibus imprimeret, hęc dicens. ᵖ *Erunt mihi in die quam ego facio in peculium, & parcam eis sicut parcit vir filio suo seruienti sibi, & conuertemini, & videbitis quid sit inter iustum & impium & seruientem Deo, & non*

g D. Aug. lib. de vera relig. cap. 3. 10. 1.
i 1. Corinth. c. 1. v. 26. 27. 28.
k 1. Corint. c. 2.
l 2. Corinth. 10. v. 4.
m Ephes. c. 4. v. 23.
n Ps. 76. v. 11.
o S. Iustinus Apolog. 2. ad Anto. Pium. Tertull. c. 6. ad Scapulam Carth. Præsidem, Lactant. l. 3. c. 26.
p Malachiæ cap. 3.

seruientem ei. Ab ea quoque mutatione, rationum suarum vires Apostolus deducebat: quibus Ephesiorom populo, ad regnum gratiæ Christi, tuba Apostolica vocaro salutaria Christianarum virtutum exercitia vehementer suauiterque persuaderet, a *Eratis enim* (inquit) *aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate, fructus enim lucis est in omni bonitate & iustitia & veritate.* Hæc dexteræ excelsi mutatio in admirationem stuporemque gentilitiæ sortis populos fœcis superstitiosæ atque dæmoniacæ idololatras rapuit, restãte Apostolorum coryphæo, sic ad filios dispersionis rescribente, b *Sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam ijs qui ambulauerunt in luxuria desiderijs, vinolentijs, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus: in quo admirantur* (vel vt alia versio loquitur) *obstupescunt non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem.* Menti ac voluntati hominum præter Deum c & Christum eius nullus modo Regis imperat. Propter quod dixit D. Augustinus, *Mentium Rex Deus est, sicut & Christus.* Non abs re Curtius. d *Nemo Rex perinde animis imperare potest ac linguis.* Similem sententiam vetustus Indorum Philosophus nomino Calanus, in epistola ad Alexandrum Magnum apud Philonem e fortiter expressit, hæc inter alia subiungens: *Amici suadent vti manus & vim adferas Indorum Philosophis, qui nec per somnium nostras res viderunt. Corpora enim de loco in locum transferes, animos non cogens, quæ nolunt facere: aut citiùs lapides & ligna vocem emittere compelles*, sic breuiter sapienterque concludit, οὐκ ἔστι βασιλεὺς, οὔτε ἄρχων, ὃς ἀναγκάσει ἡμᾶς ποιεῖν ἃ μὴ προαιρούμεθα, *Non est Rex aut Imperator, qui adigat nos facere quæ non decreuimus.*

a Ephes. c. 5.

b 1. Petri cap. 4. v. 3.

3. *Solus Deus & Christus eius homo Deus cordium Rex & Dominus.*

c D. August. tract. in S. Ioh. 12.

d Curtius l. 7.

e Philo Iudæus, in lib. quod omnis probus liber.

Sed Rex ipse regnans in cordibus hominũ, dũ ea clementer suauitérque moderatur: dat illis in præmium voluntariæ obedientiæ, vt seipso vbicumque & quandocumque voluerint familiariter ac liberè perfruantur. Hoc magnus doctorũ præceptor docuit Augustinus, sic de Christo Rege cordium æterna Dei patris sapientia, veritatis ac Christianæ pietatis amatores instruens: f *At illa veritatis & sapientiæ pulchritudo, tantum adsit perseuerans voluntas fruendi, nec multitudine audientium constipata secludit venientes, nec peragitur tempore, nec migrat locis, nec nocte intercipitur, nec vmbra intercluditur, nec sensibus corporis subiacet. De toto mundo ad se conuersis, qui diligunt eam, omnibus proxima est, omnibus sempiterna: nullo loco est, nusquam deest, foris admonet, intus docet, cernentes se commutat omnes in melius, à nullo in deterius commutantur: Nullus de illa iudicat, nullus sine illa iudicat bene. At per hoc, eam manifestum est mentibus nostris quæ ab illa vna fiunt singulæ sapientes, & non de ipsa, sed per ipsam, de cæteris iudicant, sine dubitatione esse potiorem.*

Gratia regni hoc habet, vt sicut Christus D. dominatur liberè cordibus fidelium, sic illi familiaritate eius ad nutũ sui desiderij perfruantur.

f D. Aug. l. 2. de libero arbitri. c. 14. 10. 1.

Quod si clariùs & apertiùs quid sit regnũ gratiæ Christi rimari & indagare voluerimus, non aliud verè ac propriè, quã eius sanctificationẽ in nobis esse dicemus. Quando bonis operibus gratia diuina subnixis hoc agimus, vt laudetur & regnet Christus in nobis, illa est salutaris magni doctoris Gregorij Nysseni theologia. g *Caput* (inquit) *bonorum omnium est, si per meam vitam*

Christi regnũ gratiæ propriè est sanctificatio eius in nobis.

g S. Gregor. Nyssen. de oratione dominica.

A *nomen Dei glorificetur.* Glorificetur, inquam, bene viuendo, imitando Christum D. & sequendo vestigia eius. Quod his verbis S. illustrat Chrysostomus, h *Rogare orantẽ iubet* (sc. Christus D.) *vt & per vitã nostrã glorificetur.* Si enim ait i S. Hieronymus, *Propter peccatores nomen Dei blasphematur in gentibus, opposita ratione propter iustos sanctificatur in populis.* Itaque hoc regnũ gratiæ nos petere iussit Dominus, eùm sic nos orare docuit: m *Sanctificetur nomen tuum. Qua prece & voto non optamus Deo, vt sanctificetur orationibus nostris,* inquit S. Cyprianus, n *sed petimus ab eo, vt nomen eius sanctificetur in nobis, vt qui baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus, perseueremus.* Cuius patris expositioni S. Augustinus bono sensu congruit, cùm ait: o *Quare ergo petimus vt sanctificetur, nisi vt nos per ipsum sanctificemur,* B itaut sanctificari Christum in nobis nihil aliud sit, quàm illum per gratiam suam regnare in nobis: quod ille sanctus explicar clarius sequẽtibus verbis, p *Vt quod hoc orabitis, cùm baptizati fueritis, nisi vt quod accepistis* (scilicet per gratiam eius qua sanctificamur) *perseueret in vobis.* S. Ambrosius q hanc suo testimonio sententiã corroborat, dicens: *Tunc venit regnum Dei, quando cœlis eius gratiam consecuti. Ipse enim ait, regnũ Dei intra vos est,* vt S. Cyrillus Hierosoly. hæc appositè dixisse videatur. *Munda est anima dicere confidenter, adueniat regnum tuum. Audistis Paulum dicentem, non igitur regnet in corpore vestro mortali scilicet peccatum, sed qui se emundauerit & operatione & cogitatione, & sermone, dicet Deo, adueniat regnum tuum:* Piorũ quotidiana vota precesque gratiæ regnũ à Deo postulantiũ Cassianus his verbis exprimit r: C *Secunda petitio mẽtis purissima aduenire iã, iamque regnum sui patris exoptat, vel istud scilicet quo quotidie Christus regnat in sanctis, quod ita fit cum diaboli imperio per æstimationem fœtentium vitiorum de nostris corporibus pulso, Deus in nobis per virtutum bonam fragrantiam cœperit dominari.*

h D. Chryso. 20. in Matth.

i D. Hierony. in Matth. 6.

S. Matth. 6.

n S. Cyprianus de orat. Dominica.

o D. Aug ser. 135. de tẽpore.

p S. Aug ibid.

q S. Ambro. l. 5. de Sacram. c. 4.

S. Cyrill. Hierosol. catech 5.

r Cassianus colla. c. 9. 18.

Sicut autem, vt supra dictum est, tempore quo Christus Rex Regum venit in orbẽ humiliter & clemẽter ex charitate maxima regnaturus in cordibus fideliũ, f *exijt edictũ à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis,* ita sui gratię regni Dominus Augusto mille modis augustior fieri voluit descriptionẽ; cuius censores suos cõstituit Apostolos, qui tributũ ab hominibus nõ pecuniã, sed baptismũ, fidẽ, charitate, bonisq; operibus ardẽtẽ salutari census ęstimatione postularẽt, atque fœliciter exigerẽt. *His censoribus,* inquit, venerabilis Beda, u *non ablatione pecuniæ subiectos, sed fidei oblatione signare præcepit Dominus, euntes in mundũ vniuersum, aiebat cẽsoribus illis spiritualibus Dominus,* x *prædicate euangeliũ omni creaturæ,* id est omnẽ creaturã & vniuersũ orbẽ ad cœlestẽ descriptionẽ vocare. Exigendũ tributũ addit. *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.* D Sed vt capiti huic multũ inchoato, nondũ tamẽ absoluto, extremũ imponamus fastigium, superest vt de regno Christi gloriæ breuiter & pauca dicamus. Hoc regnũ nõ reperitur in terræ regione viatorũ, sed in cœli mãsione & cõuersatione cõprehẽsorũ: in quibus Christus D. per glorię suæ cõmunicationẽ largitionẽque triũphando regnat, sine qoo nemo fœlix esse potest, cũ sit ipsa vera sapiẽtia, *sine qua nemo beatus est,* inquit S. Augustinus y. Hoc gloriæ suæ regnũ, vt oẽs funiculis misericordię & charitatis ad se Christus D. attraheret, in

f S. Lucas 2.

Descripsi regni censores voluit esse suos Apostolos Dominus.

u Beda in S. Lucę c. 2.

x S. Marco c. vltimo.

De regno Christi gloriæ.

y Aug lib. 2. de lib. arbitr. ca. 9. 10. 1.

principio ſui Euangelij voluit prædicari, atque publicari. Primum Iudæis per præcurſorem ſuum, deinde gentibus per Apoſtolos, qui cum plenaria ligandi atque ſoluendi criminum nexus a auctoritate baptizantes, & hoc regnum gloriæ prædicantes toto orbe volitarunt. Sic enim diuinus præcurſor ſuas conciones orditur. b *Pœnitentiam agite. Ecce enim appropinquat regnũ cœlorum:* hunc tanti regis præcurſorem S. Chryſoſtomus c æmulatus, ab hac regni publicatione & prædicatione, cui præuia ſemper eſſe debet vitæ malè geſtæ pœnitentia, ſuas coram Arcadio Imperatore eiuſque principibus conciones exorſus eſt. *Nos*, inquit aureum illud diuinæ flumen eloquentiæ, *qui ineffabilibus Dei rationibus ideo ad vos venimus, vt eius voluntatem teſtificemur hoc primum verbum à Chriſto & diuino eius præcurſore accipiẽtes vobis annunciamus & ſuademus pœnitentiam, prope eſt enim regnum cœlorum*, vt amore deſiderioque regni gloriæ inflammati omne ſuum ſtudium, curam, induſtriam, cogitationem, laboremque in comparando ſibi regnum gratiæ collocarent. Per quod iter eſt ad regnũ gloriæ, e quia *gratia Dei vita æterna*, quæ eſt f *pignus hæreditatis noſtræ*, ac verum ſemen gloriæ, æui conſequẽtis perpetuitate cõcluſæ. g Sicut apud Romanos ad honoris templum, per templum virtutis acceſſus aditusque pándebatur. Propterea Rex ille Regum, viuorum, mortuorumque iudex dicet in fine mundi iuſtis electiſque ſuis, qui benè viuendo ſitæ gratiæ regnum in vita ſua fuerant conſecuti, *Poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi.* Quod regnum gloriæ, noſtrum vocat S. Cyprianus, quia noſtris partum laboribus, in virtute paſſionis dominicæ radicatis & fundatis. h *Noſtrum*, inquit, *regnum petimus à Deo aduenire repromiſſum, Chriſti ſanguine & paſſione quæſitum, vt qui in ſeculo ante ſeruiuimus*, ſcilicet Deo bona facientes, *poſt modum cum Chriſto dominante regnemus.* De quo regno gloriæ intelligendum eſſe illud Domini, i *Adueniat regnum tuum*, D. Auguſtinus talibus oſtendit k. *Aduentus regni eius quo in claritate vẽturus, eſt nõ iam finito ſeculo ſed in fine ſeculi manifeſtabitur.* Et paulo poſt: *Et regni eius non eſt finis, & perfectæ noſtræ beatitudini æterna vita promittitur.* Huic regno gloriæ ſempiternæ iuſti omnes inſatiabili deſiderio, ac inceſſabili prece quandiu hic viuunt, inhiant, contra viles & abiectos curuoſque in terris homines, & cœleſtium inanes, tantum de terrena vita tenebris imperitiæ Dei & ſui, lutoque corruptionis inuoluta ſolicitos. Teſtante Venantio Fortunato ipſa dicente: *Agnoſcite his verbis, adueniat regnum tuum, eas increpare perſonas, quæ ſeculi iſtam vitam diutius volunt protrahere, cùm omnes iuſti regnum illud, vt feſtinanter veniat, videantur optare.* Affectu votoque longè feruentiori quàm ſancti vetuſtique teſtamenti veteris Patres ante incarnationem Domini, aduentum eius in carne præſtolabantur. l *Prima cum tempora Eccleſiæ ante virginis partum ſanctos habuerunt*, inquit D. Auguſtinus, *qui deſiderarent eius aduentum, iſta verò tempora, ex quo aſcendit in cœlum, ſanctos habent qui deſiderant eius manifeſtationem, ad viuos & mortuos iudicandos. Neque hoc deſiderium ab initio vſque in finem ſeculi requieuit aliquantulum, niſi quãdiu hic cum diſcipulis in carne conuerſatus eſt, vt totius corporis Chriſti in hac vita gementis vox con-*

a S. Matth. 28.
b Matth. c. 4.
c S. Chryſoſt. homi. 3. in Matth.
Surius in eius vita & metaphraſtes.
e ad Rom. c. 6 v 23.
f S. Paul. Epheſ. c. 1. v. 14.
g Valerius Max.
S. Matth. 25.
Regnum gloria cur noſtrũ vocatur à S. Cypriano.
h S. Cypri. de orat. Dominica.
i S. Matth. 6.
k S. Aug. l. 2. de ſerm. Domini in monte ca. 10. to. 4.
Fortunat. in orat. Dominica.
Iuſti inceſſanter Regnum Chriſti gloria aduenire deſiderant, iniuſti terram & eius faces contagioneſque ſolum exoptant.
l D. Aug. cõc. in Pſal. 118.

A

uenienter intelligatur: Defecit in ſalutare tuum anima mea, & in verbum tuum ſperaui: hoc eſt in promiſſum, quæ ſpes facit vt per patientiam expectetur quod à credentibus nõ videtur. Huc vſq; D. Auguſtinus, qui addit ſecundũ energiã Græcæ vocis ἐπήλπισα m quoſdã interpretes, nõ ſperaui, ſed ſuperſperaui transferre, maluiſſe. *Quia*, inquit, *proculdubio plus futurũ eſt* (ſcilicet gloriæ) *quã dici poteſt.* Ceſſent igitur mundi principes ſua in terris exaltare nomina, & magnificare imperia, ſed cedãt huic principi Regũ terræ, & vultu in terram demiſſo adorantes eum, ſe ſuaque diademata, ſceptra, coronas eius pedibus religioſè ſubmittant, qui eſt propter triplicia regna, de quibus iã ſatis, verus ac ſolus n Rex Regum & Dominus dominantium.

Pſal. 118.
m S. Aug ibi.
n Apocaly. c. 19. v. 16.

B

CAPVT VIII.

Regnum Chriſti Domini propriè ac per excellentiam dicitur eſſe inter bonos ac iuſtos.

1. *Chriſtus Dominus, quamuis per naturã ſit Rex omniũ, non tamen vult regnare ſuauiter, & ex corde niſi ſuper bonos ac iuſtos, qui ab eius aſpectu & conſortio nunquam diuelluntur.*
2. *Iuſti ſunt veri legum Chriſti obſeruatores, quibus iuſtificantur & beantur.*
3. *Gaudium & decus cum vera libertate coniunctum iuſtorum, Chriſto Regi ſeruire.*

C

QVAMVIS omnia regna mundi Chriſto Regi Regum, vt dictũ ſuprà, ſatis fusè debeantur: nihilominus quia eius anima non eſt ad populum grauatũ peccatis, propriè ac per excellentiam, regnũ eius dicitur eſſe iuſtorum: in quibus vult ſuauiter conuerſari: ex quorũ profectibus non mediocrẽ accipit oblectationẽ, ſuas illorũ opera bona delitias eſſe reputãs. Propter hoc in Apocalypſi, a *Princeps Regum terræ nominatur*, id eſt iuſtorũ, vt cũ antiquioribꝰ b Rupertus Abbas interpretatur, quod auctoritate S. Ambroſij illuſtratur in illud Geneſis 17. Dei ad Abrahã, *Faciã te creſcere, & ponã te in gentẽ magnã, regeſque ex te egredientur:* c *Ex genere Abrahã*, inquit ille ſanctus, *non ſolùm erunt Reges dignitate, verumetiam illi Reges qui peccato non ſeruiant, nec vincat eos malitia. Verè Reges iuſti*, inquit poſt S. Ambroſium d D. Gregorius, *quia tentationum*

D

ſuarum motibus non conſentiendo ſuccumbere, ſed regẽdo præeſſe nouerũt. Qui alio loco vult iuſtos dici Reges propter pulchritudinẽ & excellẽtiã caſtitatis & continentiã, quibus inter alias virtutes in medio nationis prauæ, ac fæcis Venereæ luto refulgẽt ſuper illud Iob. 12. *Baltheũ Regũ diſſoluit, & præcinxit fune renes eorũ*, hæc dicens e: *qui mẽbrorũ ſuorum motus bene gerere ſciunt, non immerito Reges vocantur. Sed cũ de ipſa continẽtia mens elatione tãgitur, plerũque omnipotens Deus eius ſuperbiã deſerens in immunditiã operis cadere permittit.* Sic dicitur regũ baltheus diſſolui ex doctrina ſancti Patris, quãdo propter ſuperbię ſcelus, in eis cõtinẽtię ac puritatis vitæ cingulũ deſtruitur. Etiam illi ipſi profani naturę lumine clarificati, Reges eos qui vitia, illicitoſque appetitus rationi ſubiugarent, appellare minimè dubitarunt, vt Tullius qui in oratione pro Scylla, ſic ſuum alloquitur Torquatum accuſatorem. f *Quare neque me*

Præcipue Chriſti regnum inter bonos.
a Apoca. c. 1.
b Rupertus in 1. Apoca. cur iuſti Reges appellantur.
c D. Ambroſ. l. 2. de Abrah. c. 10.
Rex eſt qui peccato non ſeruit.
d D. Greg. l. 26. Moraliũ. c. 26.
e D. Grego. l. 11 Moral. c. 9.
f C. orat pro Scylla.

peregrinum postea dixeris, ne grauius resistere, neque Regem ne derideare, nisi forte regnum tibi videtur ita viuere, vt non modo homini nemini, sed ne cupiditati quidem vlli seruias, contemnere omnes libidines, &c. Atque istorum Regum, qui motus animorum turbulentos rationi subiugare, impotenti concupiscentiarum naturæ frenos iniicere, vitiorum furores compescere, atque suffocare, virtutes verò sanctas corde & opere venerari didicerunt Christus Dominus ex animo vult esse princeps, cæteros qui virtutum cultores esse deprecantur, quamuis sui sint natura maledictione despiciens. Sic affectu reciproco sancti ac iusti Deum Christumque Dominum, Deum suum appellant, vt Apostolus. a *Primùm quidem*, inquit, *gratias ago Deo meo*, &c. nec id sine causa: indicat enim, vt obseruat Origenes b, illorum esse ac dici Deum, qui illum pleno puri amoris affectu prosequuntur, sic dici Deũ *Abraham, Isaac & Iacob*, sic ex vehementi quodam dilectionis ardore in Christum Dominum Martyr sanctissimus Ignatius illum Dominum, suum amorem appellabat c, *amor meus crucifixus est*. Hos iustos vult Christus Rex secum ambulare semper, suum iter comitari, à conspectu suo nunquam recedere, sicut dicebat Abrahæ, d *Ambula coram me, & esto perfectus*. Regnare autem in hominibus Christus non dicitur, nisi in his quos inhabitat: illos autem inhabitat in quibus est per gratiam. *Non enim vbicumque Deus aut Christus est, ibi habitat*, inquit Magister, e vbi verò habitat ibi est, in solis iustis habitat (& per consequens regnat) qui sunt templum eius secundum quod ait Dominus per Prophetam Isaiam, f *Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Quia in electis qui sunt cælum habitat Deus & regnat*, g vt Magister exponit, *qui eius voluntati deuoti obtemperant. Malos verò qui sunt terra iudiciy districtione calcat*. Ratio est vna de præcipuis cur à Sapiente dictum est, h *Thronus sapientiæ anima iusti*. Quia Christus Dominus qui sapientia æterna est, in iustis specialiùs est quàm in cæteris mundi creaturis, in quibus tamen omnibus quatenus Deus, totus est per essentiam, præsentiam & potentiam, sed non per gratiam, nisi in iustis viatoribus, & per gloriam, nisi in iustis comprehensoribus, apposita similitudine hoc S. Augustinus illustrat. i *Quemadmodum*, inquit, *anima per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in minoribus, nec maior in maioribus: sed tamen in aliis intentiùs, & in aliis remissiùs operatur, cùm in singulis partibus corporis essentialiter tota sit: ita & Deus cùm sit in omnibus essentialiter, ac totus, in illis tamen pleniùs esse dicitur quos inhabitat*. Scilicet in quibus ita est, vt faciat eos templum suum, & hi tales cum eo sunt, iam ex parte, sed in beatitudine perfectè. Mali verò etsi ibi sint, vbi est Christus per potentiam, ac naturæ virtutem, nõ tamen sunt cum eo. Ideoque alibi idem magnus doctor ait, k *Non satis fuit dicere, vbi ego sum & illi sunt: sed addidit mecum. Quia ibi & miseri esse possunt, vbi & ille est qui nusquam deest, sed beati sunt cum illo, quia non sunt beati nisi ex eo quod cum illo sunt, qui fruuntur & vident illum sicuti est. Mali verò non sunt cum illo, vt caci in luce non sunt cum luce, &c*. Iusti verò illi, in quibus regnat & habitat Christus Rex Regum, propter illam, quã

Christus non vult esse Dominus nec Rex, nisi bonorum.
a Rom. 1. v. 8.
b Origenes in 1. ad Roma.
c S. Ignatius Epist. 12. quæ est ad Rom.
d Genesis c. 17. v. 1.
Christus solum regnat in his quos inhabitat, & in solis iustis habitat.
e Magist. sent. l. 1. dist. 37 §. 2.
f Isaiæ c. 66.
g Magister ibidem.
h Sapient.
i S. Aug. epist. 28. ad S. Hieronymum de origine animæ.
k D. August. in 17. cap. Ioann. tract. 111. 10. 9.
Omnes iusti filij Dei & fratres & coharedes Christi dicuntur.

A cum illo familiaritatem habent honorificam, & regni eius communionem, tam excelsa eminent dignitate: vt & filij Dei & Christi Domini fratres appellentur, quibus licet multi sint, cùm regnum suum distribuit Christus (reges enim ideo nominantur) nihilominus non minuitur regnũ eius, aut hæreditas fit angustior & minor, quia in immensam infinitamque extensa magnitudinem angustiari aut abbreuiari nõ potest: Doctrina est Augustini magni. l *Non timuit ille* (inquit) *habere cohæredes, quia hæreditas eius non fit angusta, si eam multi possederint, &c*. Deiotarum Regem multis fœcundum liberis, omnes vno seruato trucidari iussisse m Cœlius Rhodiginus scriptis posteritati mandauit: vt qui superstes remaneret, viribus potentior, auctoritate augustior, diuitijsque locupletior imperaret. Non sic Deus pater, non sic B Deus filius, longè prodigiosa hæc à patre, totius benignitatis, consolationis, & misericordiæ truculentia: Sed contrarium prorsus huic immanitati plusquam ferinæ filius elegit, & pater ordinauit: qui suum vnicum filium naturalem, consubstantialem sibi, charissimumque neci crudelissimæ voluit subiugari: vt multi fratres locupletes æternis opibus fierent, & diuinis abundantes honoribus fœliciores euaderent. Omnes enim iustorum, fratrum Domini, opes, honores, ac diuinæ omnium bonorum facultates, ex illius vnigeniti Dei filij, omnis creaturæ primogeniti, vita, passione, morteque cruenta, in eorum fratrum corpora, omnesque, copioso redemptionis fœnore redundarunt. Et vt ille vnigenitus Dei Spiritu sancto cooperante, ex sacratissima virgine natus est, C sic illi fratres eiusdem sancti Spiritus operatione, sacro mundati lauacro, renascuntur. *Originem enim quam sumpsit ex virgine posuit in fonte baptismatis*, inquit S. Leo, n *dedit aquæ quod dedit matri virtus enim altissimi & obumbratio Spiritus sancti quæ fecit vt Maria pareret Saluatorem, eadem fecit, vt regeneret vnda credentem*. Veri autem ciues atque subditi dociles iusti illi, tam magnifici muneribus, tam miserationum cumulo clementis ac benigni Regis esse perhibentur: quod fideliter & animosè sanctas ipsius leges & edicta perfectè cognita custodiant, & bonis operibus exequantur: sicut decet optimos ciues ac subditos, iustis suorum principum parere legibus. Quorum virtute iustificantur, & iustificati in via Christianæ perfectionis excrescentes, *Spi-* D *ritu ferventes, spe gaudentes*, o *in tribulatione patientes, orationi instantes, reuelationem gloriæ Dei* p, *adoptionemque filiorum eius*, hîc ad æterna suspirantes cœli tabernacula cum deuotione inuisa præstolantur, scientes q quod *non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur*: facto ipso S. Iacobi commonitionem dociliter audiẽtes, r *Estote factores verbi & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos*, quod ipsi in sacris literis Dei leges ac mandata vias esse didicerunt, quibus in regiam cœlorum aulam, veluti quibusdam obseruationis pedibus omnes, qui salutis desiderio teneantur incedere debeant, vt regius Propheta cecinit: s *Beati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius*. Quas vias ipsum Prophetam delectabiliter cucurrisse, testes sunt voces illæ t, *In via mandatorum tuorum cucurri sicut in omnibus diuitiis. Et viã mandatorũ tuorũ cucurri, cũ dilatasti cor meũ*.

l D. August. tract. 1. in Ioann.
m Cœlius Rodig l. 11 c. 17.
Regis Deiotari crudelitas in filios, vt maiorem natu ditiorem faceret. Deus pater vt homines saluaret, proprio filio non pepercit.
n S. Leo ser. 3. de Natiuitate.
2. Iusti sunt veri Christi legum obseruatores ad salutem animarum suarum.
o Rom 12. v. 12.
p Rom. 8.
q Roma 2. v. 13.
r Iacob. c. 1.
Dei ac Christi D. leges & mandata via ad cœlum.
s Psalm. 127. v 1.
t Psal 118.

Illi tramite recto, vtroque pede fidei ac bonæ operationis ad locum gloriæ, vnde Saluatorem expectant Dominum nostrum Regem Regum, quandiu peregrinantur in corpore proficisci maturant. Non similes claudis illis Spiritu, qui cum fidei ac doctrinæ luce vtcumque fulgeant, bonorum operum priuatione cæcantur: aut prauis moribus actionibusque deprauatis, tanquam tumentibus humore corrupto, & affectis pedibus innitentes miserè claudicando solidantur. Contra quos stomacho grauiter irato, sed iustè zelo domus Dei comestus Elias

a 3. Reg c. 18.
b Septuaginta.

a inuehebatur: *vsquequo claudicatis in duas partes*, siue b vt Septuaginta vertunt c, *vsquequo claudicatis in ambobus poplitibus vestris*. Vtroque pede videlicet fidei & bonæ operationis.

c S. August. in quæst. super Euãg. quæst. 39.
d Rupert. in c. 4. Michææ.

Quemadmodum in quæstionibus super Euangelia D. Augustinus d, Rupertus Abbas in Michææ 4. caput obseruauere. Apud quem Prophetam Hierusalem *ciuitas claudicans* appellatur. Quem in locum scripsit Abbas ille Patriarcham Iacob in figuram Iudaici populi altero pede claudicasse. Quod eleganter ac eruditè sanctus illustrauit Gregorius, hæc Prophetæ verba Iob. cap. 29. exponens. e *Oculus fui cæco, & pes claudo:* Cùm ait: *Rectè potest cæco, Gentilis populus, claudo autem Iudaicus comparari: Gentilis quippe quasi oculos non habuit, quia non recepta lege non vidit quò ire debuisset. At contra Iudæus habens oculos, claudus fuit, quia legem quidem tenuit, sed in ea gressum recti operis non tetendit.* Aliàs enim voce Domini dictum non fuisset f Psalmo 17. *Filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.*

e S. Greg. l. 19. Moral. c. 21.
f Psalm. 17.

Claudicationem istam boni illi ac fideles regni Christi ciues ac subditi detestantur: in quibus pes fidei ac pes boni operis sic ordinatè disponuntur, ad ambulandum in vijs mandatorum Dei, vt pedem fidei pes recti operis sustentet ac fulciat, quod nempe fides vt viua sit & fortis bonis operibus egeat, ne omnino dilabatur & corruat, vt sapienter eleganterque verba Dei apud Habacuc repetens docuit Apostolus, g *Iustus meus ex fide viuit, quod si se subtraxerit non placebit animæ meæ.* Quid sit autem se substrahere fidei aliud quàm fidei per bona opera non obedire? & h sic fidem illam bonorum operum defectu labefactare? Quod continenter ostendit Apostolus, addens hæc: *Nos autem non sumus substractionis filij in perditionem, sed obedientiæ in acquisitionem animæ.* Vbi fidei substractioni, opponens obedientiam bonorum operum satis apertè docet, fidem sine operibus mortuam & ad consecutionem gloriæ sempiternæ prorsus ineptam euanidamque languescere. Custodia verò legum Christi Regis, amicam illam fidei & operationis bonæ coniurationem ad salutem animarum connectit & comprehendit; quæ dominari debet cordibus fidelium, vt salui fiant. hoc ex Apostolicæ sapientiæ fonte depromptum est, cum dicat S. Paulus: i *An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur in homine quanto tempore viuit. Nam quæ sub viro est mulier viuente viro alligata est legi.* Quem locum exponens Origenes ait k: *Numquid ignoratis quia lex vnicuique mancipato, & seruienti sibi dominatur, sicut vir iunctæ*

g Hebr. c. 10. v. 38.
h Turrianus l. 4. pro epistolis Pontificijs c. 4.
Lex Christi Domini magistra cordium benè custodita saluat.
i Rom. 7. v. 1.
k Origenes in hunc S. Pauli locum.

Tom. I.

A *mulieri? sed sicut virum cui subiecta fuerat mulier, si accidat mori libera efficitur mulier, ita et qui sub lege est, si accidat legem mori ab operibus legis liber efficitur.* Atqui lex Christi Domini, sicut ipse Christus, *viuit in æternum.* Ergo quisquis de regno Christi, vt saluetur esse cupit, eius edictorum ac legum imperio voluntariè se ac liberè captiuando mancipari debet. De quarum obedientia & obseruatione prompta ac docili omnes bonorum fertilitates, honores ac fœlicitates in pios regni Christi ciues subditosque redundant. Hoc enim bonæ omnium ciuilium societatum leges habent, vt eos, quos in republica ac societate humana moderantur ac regunt, sua custodia fortunatos efficiant ac beatos. De quibus loquens eloquentiæ Romanæ princeps dicebat l:

l Cicero in orat. pro Cluentio.

B *Hoc vinculum est huius dignitatis qua fruimur in Republica, hoc fundamentum est libertatis, hic fons æquitatis, mens, & animus, & consilium, & sententia ciuitatis posita est in legibus: vt corpora nostra sine mente sic ciuitas sine lege suis partibus vt neruis ac sanguine & membris vti non potest: legum ministri Magistratus, legum interpretes iudices, legum denique idcirco omnes serui sumus, vt liberi esse possimus.*

Iusti leges seruant vt beati sint.

Sic ciues regni Christi *liberati à peccato serui fiunt iustitiæ*, ac legum Christi regis solertes obseruatores atque custodes, vt liberi ac beati esse valeant; quod per eas eatur ad astra, à quarum immaculato tramite exorbitantes improbi terræ stercora sectantes, tantò miseriores efficiuntur, quantò sibi vijs obliquis & immundis optata quærentes, beatiores C esse conantur.

Impij dum malis vijs fœlicitatem quærunt, in extremam miseram dilabuntur.

Quos sic clamando grauiter obiurgabat D. Augustinus, m *Quo itis homines? Peritis & nescitis! non illac itur, quà pergitis quò peruenire desideratis. Nam beati esse cupitis, sed miseria sunt & ad maiorem miseriam ducunt itinera ista quæ curritis, Magnum bonum* (id est beatitudinem) *quærere per mala nolite: si ad illud peruenire vultis, huc venite, hac ite*, &c. scilicet per iussa legesque Christi. n *Si vis ad vitam ingredi serua mandata.* Quod Dauid experimento didicerat, vt ipse Deo confitetur, o *In æternum non obliuiscar, iustificationes tuas, quia in ipsis viuificasti me*, scilicet vitam dedisti mihi qua viuis & viuens vita tua, *cantem tibi gloria mea*, & in æternum tibi confiteri non desistam.

m D. Aug. in psal. 118 in illud beati immaculati in via
n S. Matth. c. 19.
o Psal. 29.

D 5. Hinc vera iusti libertas, dominatio, & iucunditas, quæ in sincerè Christo Domino seruiẽdo consistit. Reges enim verè & non fictè illi nominantur, qui ex corde, huic totius vniuersi principi Christo summa deuotione famulantur: iuxta quod dici solet *seruire Deo regnare est.* Omnes suos obedientes, clientes ac subditos Christus Dominus Reges facit. Idcirco, vt notatum in principio capitis, Princeps Regum, scilicet iustorum p, ex Ruperti obseruatione aliorumque sanctorum Patrum in Apocalypsi voluit appellari. Quod vaticinio verò ante multa secula regius propheta prędixerat his verbis. q *Tecum principium in die virtutis tuæ.* Vbi plerique Hebraicæ linguæ peritissimi pro pegbimmecha per Chiric scilicet tecum, vel apud te, iuxta Septuaginta translationem legunt

5. Decus, libertas & gaudium iustorum in purè seruiẽdo Christo Deo.
p Rupert.
q Psal. 109.

E iij

ghammeca per pathac, scilicet populus tuus, hoc sensu, populus tuus, principatus, seu principes, vt sonat dictio Hebræa נדבות *Nedaboth*, scilicet principes, seu principatus à radice נדב *Nadab*, quæ significat sponte aliquid elargiri, & liberalem esse: vnde deducitur nomen Nadib, scilicet princeps; quod liberalitas, ac voluntaria largitio, propria conditio principis esse videatur.

Solida lætitia ex Christi portato iugo.

Sic hoc mysterio intelligitur eos, qui ex toto corde Christi Domini iussis imperiisque subiiciuntur, meritissimo iure reges appellari; qui in ista sincera subiectione, atque seruitio portantes iugum leue, & suaue legum ac mandatorum regis sui, solida non inani lætitia gestiunt, & exultant. Quam exultationem lætitiamque Christus suis discipulis, eorumque posteris, suæ sponsæ obsequentibus filiis suaue legum suarum iugum super se sublaturis tali sermone spoponderat. a *Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Mira nouitas*, inquit Sanctus Bernardus b, *sed eius qui facit omnia noua, & eius c qui fingit laborem in præcepto. Fictus in præcepto labor: onus leue, iugum suaue, crux vncta oleo. Quod Abrahæ dictum est*, d *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & offeres eum mihi in holocaustum, labor est fictus in præcepto: oblatus siquidem Isaac sanctificatus est non mactatus: & tu igitur si vocem Domini audieris intus in animo, & dicatur tibi, vt offeras Isaac, tuum quodcumque est gaudium immoles Deo*, (Isaac enim interpretatur risus) *constanter obedire non timeas. Non Isaac*

a Matth. c. 11.

b D. Bernardus in declamationibus.

c Psal. 93.

d Genes. 22.

A *sed aries moriatur, non peribit tibi lætitia, sed contumacia, cuius vtique cornua vepribus hærent, non mactabitur Isaac vt opinaris, sed viuens viuet: Crucifixus mundo viues Deo.* Hæc & similia multa pius, & mellifluus doctor. Illa nimirum est conuersatio perfectorum regni Christi ciuium, illa Sanctorum tanti regis subditorum vera vita, illa gratia spiritalis, quam fideles illi populi acquisitionis, f *ex fontibus Saluatoris cum gaudio* exhauriunt, per quam *bonū certamen certant*, g quod victoria sequitur, & triumphus de domitis Dei hostibus, Dæmonibus, & vitiis, de quibus per Iesum Christum, triumphant, & pleno gaudio lætantur. *Quasi* h *tristes*, inquit Apostolus, *semper autem gaudentes.* Qui mystici Iacobi, supplantatores nempe dicti, factique Diabolum de corde suo supplantatum deturbant, cum vitiis, & concupiscentiis generosè luctantur, cum carne, &
B mundo strenuè præliantur: vt i *non regnet peccatum in suo mortali corpore*, dicentes cum Sancto Bernardo zelum diuini honoris, æstu diuinitus inflammatum charitatis, illius æmulantes. k *Ego quantum valeo resisto, renitor quantum innitor: Dominum meum Iesum reclamo, ipso me defendo, quia ipsius me iurem esse cognosco. Iesum mihi Deum, ipsum mihi Dominum teneo, & dico non habeo regem, nisi Dominum Iesum.* Hæc vox in Sancti Bernardi persona, Sanctorum omnium est, in quibus tanquam in domo Iacob, Christus regnat in æternum.

1. S. Petri c. 2. v. 9.

f Isaiæ c. 4.

g S. Aug. l. de & libero arbit. c. 6.

h 2. Cor. 6.

i S. Paul. Rom. c. 6. v. 12.

k S. Bernardus hom. 4. super missus est.



PRIMÆ PARTIS

LIBER QVARTVS:

IN QVO DE CHRISTI REGNO SPIRITALI in terris agitur, quod per se, dum esset visibilis in hoc mundo, post verò gloriosam Ascensionem, per Vicarium suum Romanum Pontificem exercuit, quod est Ecclesiá per orbem terrarum diffusa, cuius statum, & regimen voluit Christus Dominus esse Monarchicum.

CAPVT I.

Ecclesia regnum Christi in terris esse valdè pulchrum ac Monarchicum ostenditur.

1. *Ecclesiam regnum esse Christi, in qua fideles viuunt, & aluntur cibo veræ doctrinæ, ac fidei per charitatem operantis.*
2. *De nobilitate, ac pulchritudine eius.*
3. *Huius Ecclesiæ Christi principatum esse Monarchicum, sic à Christo Domino institutum demonstratur.*



BVNDE de Christi Domini in terris temporali Monarchia, & dè spirituali leuiter tantùm, & ex occasione libro superiore tractauimus. Nunc doctrinæ ordo postulat, vt in hoc quarto libro de eiusdem Christi Domini Monarchia in terris spirituali copiosiùs paulo dicamus, quam Monarchiam non aliam esse quàm Ecclesiam veram Christi sponsam, corpus eius mysticum, clementem, atque piam omnium fidelium parentem, asseuerare debemus: cum sæpius in scripturis sacris regni nomine Ecclesiam vsurpari videamus. a *Simile est regnum cælorum homini, qui seminauit bonum semen in agro suo: inimicus autem homo superseminauit zizania: ager est mundus: bonum semen ij sunt filij regni, zizania filij sunt nequam.* Ex quibus constat Ecclesiam, quæ constat, ex bonis, & malis ratione corporis, non ratione spiritus, regnum Christi nominari, in quo ipse iura dicit, *Attingens* b *à fine ad finem fortiter, & disponens omnia suauiter.* Quod verò sit officium regis in regno c? *Nonne vt ius dicat subditis? vtque*

Ecclesia regnū Christi ij spiritualis in terris.
a Matth. 13.
Iura dat Rex Christus in regno suo spirituali.
b Sap. 8.
c 1. Reg. c. 8.

A *ante eos egrediatur, & bella ipsorum pugnet.* Sic Christus iura dicit regno suo Ecclesiastico, sacramenta instituendo, aliáque pleraque sancta religiosè præcipiendo; vt qui eorum d auditores sunt tantùm reprobētur, factores verò iustificentur: qui de hoc regno sunt, non secundum carnem, sed secundùm spiritum, iuxta illud Apostoli e. *Iam non cognoscimus Christum secundùm carnem. Quam qui Christi sunt* f *crucifigunt cum vitijs, & concupiscentijs,* vt verè cum suo rege viuant, prout ex promissis Christi Romanus sanctus Paulus fidelissime spoponderat. g *Si secundùm carnem vixeritis morienimi, si verò spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.* Hoc spirituale regnum rex regum Christus Dominus cum per paucos annos visibili facie in terris administrasset, post resurrectionem in cœlum discedens, æternum gloriæ immarcessibilis regnum possessurus, sedendo ad dexteram patris, (iuxta Dauidis oraculum h. *Dixit Dominus Domino meo sede à dextris meis:*) huic regno in terris spirituali regem visibilem, vicarium suum, pastorem animarum fidelium moderando præfecit, Romanum nempè pontificem: (de quo multa copiosè sequentibus libris) quoad illa quæ visibilem eius præsentiam requirebant, non quoad inuisibilia, & solis subiecta mentibus. Cum ea ipse Dominus Iesus opportunè cumulatéque per se suppeditet, & misericorditer fidelibus regni huius subditis effundat. Quod in spiritu nobiscum sit vsque ad consummationem seculi i, de quo pastore visibili, & monarcha sub se Christus Dominus non solum de se ipso loquebatur cum diceret: k *Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili.* Gentes videlicet infidelitatis ethnicæ tenebris inuolutas, *Et illas oportet me adducere* per Apostolos meos, aliósque mei Euangelij præcones, ac ministros, *Et vocem meam audient*, mediantibus illis edictorum meorum tubis. *Et fiet vnum ouile*, siue vnus grex Ecclesia, videlicet ex Iudæis, & gentibus compacta. *Et vnus pastor*, scilicet vi-

d S. Paul Ro. c. 1. vers. 13.
e 2. Cor. 5.
f Galat. 2.
g Rom. 8. v. 13
Christus Regē ac pastorem spiritualem, ac visibilem præfecit suo regno spirituali.
h Psalm. 109.
i Matth. 28.
k Ioan. 10.

sibilis sub signis inuisibilis, & æterni pastoris Christi militans; Per cuius temporale ministerium oues, nempè conuersi populi ad verum, æternùmque pastorem, ac regem regum suauiter, atque clementer adducantur. Quem locum de Pastore visibili Christi vicario Sanctus Cyprianus exponens ait a. *Et erit vnus grex, & vnus pastor, & mox pastor haberi quomodo potest, qui manente vero pastore, & in Ecclesia Dei ordinatione succedanea præsidente, nemini succedens, & à se ipso incipiens alienus fit, & prophanus?* Et libro de vnitate Ecclesiæ, b *Erunt vnus grex; & vnus pastor, & esse posse vno in loco aliquis existimat, aut multos pastores, aut plures greges.* In quo mystico ouili, atque regno Christi spirituali viuunt omnes fideles, & cibo veræ fidei, ac morum doctrinæ salutari pascuntur. Est enim Ecclesia Bethlehem spiritualis, domus panis vitæ, ac æternæ salutis, sicut Synagoga Hæreticorum Bethauen, domus scilicet iniquitatis appellatur. De qua Oseæ capite 4. c *Ne ascenderitis in Bethauen*: hæreticorum videlicet pestilentes cathedras detestamini, domos iniquitatis fugire, egredimini ex officinis errorum: sed regnum Dei ouile Christi Ecclesiam militantem, domum panis viui, *Qui de cælo descendit* intrate; quæ vere mater est alma, genitrix, ac nutrix filiorum Dei castissima impijs, dæmonibúsque valdè abscondita, multo nobiliùs regum, ac principum terræ mater, quam mater carnis, dicente Petro Damiano ad obiectionem aduocati pueri regis Germaniæ Henrici tertij. d *Porrò Romana Ecclesia multò nobiliùs atque sublimiùs quam mater carnis, mater est regis. Illa siquidem*, scilicet mater carnis *peperit, vt per eius traducem reuertatur in puluerem.* Ista scilicet Ecclesia, *genuit vt Christi sine fine regnantis efficiat coharedem.* e Quæ tota pulchra est sine macula, cuius pulchritudinem beati illi cœlestium domorum spiritus stupendo mirantur. Quam sicut luna lumen à sole; sic illa à sponsi suo rege regum saluatore nostro totam mutuatur, & refert acceptam: prout admonetur à sponso in canticis dicente *Ego flos campi, & lilium conuallium*, seu vt alia fert translatio, *Ego flos socìetatis*, secundum præclaram valdéque deuotam sancti Bernardi in hunc locum expositionem dicentis, f *Ne sibi flores adscriberet illos quibus lectus decoratus, & venustatus thalamus videbatur, infert sponsus se esse florem campi, nec de thalamo prodire flores, sed de campo, suoque munere, & sui participatione fieri quod renitet, & quod redolet. Ne quis ergo exprobrare illi posset, & dicere: quid habes quod non accepisti?*

Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Ipse dilecta sua sicut ambitiosus amator, ita informator benignus piè illi, dignanterque demonstrat, cui nitorem de quo gloriatur, ac suauiolentiam lectuli debeat deputare. g *Ego flos campi*, inquit, *de me est de quo gloriaris.* Eandem Ecclesiæ pulchritudinem, ac decorem ab ipso rege Christo, sicut lunæ claritatem à sole totam deriuari, Sanctus demonstrat Gregorius hæc Prophetæ Iob exponens. *Ecce luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Quia*, inquit, *nec sancta Ecclesia virtute propria tot miraculis emicat, nisi hanc præuenientis gratiæ dona perfundant, nec singulorum bene viuentium mentes à peccatorum maculis mundæ sunt si remota pietate*, scilicet misericordia Christi, *iudicetur.* Pulchritudo hæc à

A sole iustitiæ Christo in Ecclesiam eius sponsam purissimam redundans, est sine vlla spiritualis deformitatis labe, & macula. *Nihil in Christiana Ecclesia turpe, & flagitiosum spectandum imitandumque proponitur, vbi verè Dei aut præcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur*; h inquit Diuus Augustinus. Et alibi. i *Persuadebatur*, scilicet in hac Ecclesia, *Veritas noua consuetudine, sed non contraria rationi. In qua vt Propheta canit*; *Lex Domini immaculata conuertens animas testimonium fidele, præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.* Quæ pulchritudo speciosa nunquam marcescet virtute, sponsi Christi sic consolidatur, vt in æternum non commoueatur, aut nutando mergatur: ideò sancta à sua firmitate nuncupatur. *Sanctum quippè dicimus quod bene firmatum legibus credimus.*

B Quæ super veram petram quæ est Christus fundata nullis vnquam aduersis malorum, aut criminum, tentationúmque ex inferni faucibus erumpentium tempestatibus succumbet. Quæ dicitur in canticis m *terribilis* omnibus hostibus, *Sicut castrorum acies ordinata*; vt n *turris Dauid, ex qua mille clypei pendent omnis armatura fortium*, cuius, o *Fundamenta sunt in montibus sanctis*, scilicet laboribus, sudoribus, effusione sanguinis, morte denique Christi sponsi crudelissima. Propter quam rationem pulchrè, ac eruditè p Sanctus Augustinus Ecclesiam præclara interpretatione terram illam esse dicit, de qua Propheta regius, loquens ad Dominum, dicebat. *Fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in seculum seculi.* Hac pulchritudine Ecclesiæ tam

C sancta, & firma, super omnes pulchritudines maturè prudentérque considerata, dubitare non possumus statum, ac regimen ipsius esse omnium optimum, nempè Monarchicum. In cuius rei confirmationem sancti Gregorij Nazianzeni q testimonium euocabimus: qui in oratione de laudibus sancti Basilij Ecclesiæ prælaturam non semel ἡγεμονίαν maiestatem nempè potestatem, dictionem, καὶ τὸ κράτος τῆς ἐκκλησίας, & imperium Ecclesiæ, καὶ βασιλείαν, scilicet regium munus, καὶ ἀρχήν, scilicet principatum solet appellare. Quam maiestatem, & imperium Ecclesiæ idem sanctus doctor extulit altiùs r cum oratione ad ciues graui timore perculsos regnum Ecclesiæ, ac imperium, quod δυναστείαν appellat omni principatu, dignitate, potestatéque seculari dignius, excellentius, præstantiusque esse contendit: cum

D eius tribunali, ac iurisdictioni omnium terrestrium dominationum iura, fascésque submitti debeant. Ne maiestatem tanti imperij Christi Domini spiritualis pro salute animarum, f iuxta S. Iudæ Apostoli assertionem, contempsisse videantur. Quod profectò non esset, si alius à Monarchico status, ac regimen Ecclesiæ esse iudicaretur. Fieret enim inde vt multarum rerum, etiam inanimatarum status, atque conditio Ecclesiasticæ maiestati, statuíque dignitate præiret. Videmus enim inter luminaria cœli, & astra vnum iure Monarchico cuncta moderari. Fecit siquidem Deus in cœlo multa luminaria non eiusdem sortis, & authoritatis, *Luminare maius qui diei, & minus qui nocti præesset.* Luminari majori sol intelligitur, princeps rector, & clarificator omnium astrorum. Et vt cum sancto Basilio loquar, *oculus mundi: medius syderum sol fertur amplissima magnitudine, & potestate*, inquit Plinius,

a S. Cypr. l. 1. Epist. 6.

b S. Cypr. l. de vnit. Eccles.

In Ecclesia regno Christi fideles salutari fidei, ac morū cibo pascūtur.

c Oseæ c. 4.

d Petrus Damian. in disceptatione synodali inter regis aduocatū & defensorem Rom. Eccles.

e De pulchritudine Ecclesiæ Christi regni spiritualis ab eo profecta

e Cant. 1. v. 7.

f S. Bern. ser. 47. in cātica.

g S. Greg. l. 17. Moral. c. 10. 10 Iob 25. v. 5.

Pulchritudo Ecclesiæ est sine deformitate.

h Aug. l. 2 de Ciuit. c. 28.

Pulchritudo Ecclesiæ sancta à firmitate æterna dicitur.

i Idē l. 22. c. 7.

m Cant. c. 6.

n Cant. c. 4. v. 4.

o Psalm. 86. v. 1

p S. Aug. in Psal. 103.

q Greg. Naz. orat. de laud. S. Basil.

r Idem. S. or. ad ciues timore perculsos.

f S. Iudæ Ep. vers. 8.

Multis similitudinibus exemplis, rationibusque probatur statum Ecclesiæ qui debere esse Monarchicū: alias non esset præstātior principatibus qui sunt in terra.

t S. Basil. orat. 6. in hexam.

a Plin. l. 2. c. 6. naturalis hist.

a nec tẽporum modo terrarumque, sed syderum etiam ipsorum, cœlique rector: hic reliqua sydera occultat, hic suum lumen cæteris quoque syderibus fænerat. Quem Dauid *vt sponsum de thalamo suo progredi, velutque gigantem ad iter suum conficiendum exultare* commemorat; *& neminem esse, qui se abscondat à calore eius.*

Psalm. 18.

2. *Similitudo ab elementis.*

Si de elementis loquamur, quis cæteris ignem præsidere negabit? Si ad ima mundi descendere voluerimus, vt aquam, & maria consideramus, nonne fontem influere in multa flumina, ac riuulos, eisque principis modo præsidere, atque in multas partes, ac brachia diuisas aquas nunquam principem sui fluxus, & fecundi liquoris deferere, fontem nempè, cognoscemus? Quod animaduertens b Sanctus Cyprianus de vnitate Ecclesiæ dixit. *Cùm de fonte vno riui plurimi defluunt numerositas, licet diffusa videatur exundantis copia largitate, vnitas tamen seruatur in origine:* nec solùm riui vnitatem, ac principatum naturali sensu figunt in fonte; sed & flumina quæcumque fluunt in orbe, suo modo Monarchicum principatum in mari agnoscunt: *In quod omnia intrant, & c ad locum vnde exeunt flumina reuertuntur, vt iterum fluant:* Aquæ autem populi sunt, & gentes & linguæ, sicut sanctus Ioannes d ab Angelo didicerat. Ab ipsis plantis, & arboribus Monarchicum statum regimenque Ecclesiæ depromamus, quibus ipsa sponsa Christi idcirco sancti Cypriani iudicio eleganter assimilatur dicentis e: *Ecclesia vna est, quæ in multitudine latiùs incremento fœcunditatis extenditur, quo modo rami arboris multi, sed arbor vna tenaci radice fundata; ab arbore frange ramum fructus germinare non poterit.* In animantibus verò quis nescit vnum aliquod esse membrum, quod præsit ac dominetur cæteris, vt in his herile, ciuile, regiumque, seu Monarchicum imperium non incongruè reperiri posse, sicut in eadem domus administrandæ ratione, tres illæ potestates f ex Aristotele adumbratæ fideliter esse videantur. Eandem Monarchicam potestatem, ac prærogatiuam in animalibus gregatim viuentibus licet animaduertere. *Rex vnus est apibus*, inquit sanctus Cyprianus, g *& dux vnus in gregibus, & armentis.* In quem consentientis sancti Hieronymi verba sunt h: *Muta animalia, & ferarum greges duces sequuntur suos; in apibus principes sunt, grues vnam sequuntur ordine literato.* Sic sanctus Epiphanius i. Leonum genus super alia animalia maximè esse regale sua eleganter attestatione confirmat: sic inter aues Monarchicum dominatum, ipsius instinctu naturæ firmatum, k Aquilæ Plinius attribuit. Hominem animal reliquorum sanctissimum à Deo super omnia in terris dominum Monarchamque creatum esse audebit quis inficiari? Nisi hebes, & ignarus omnium rerum, qui de sanctis ac prophanis litteris nil quicquam in vita sua audierit, cùm tam verè, peritéque dixerit Poëta prophanus.

b S. Cypr lib. de vnit. Eccl.

c Ecclesi. c. 1.

d Apoc. 17.

Tertia à plantis & arboribus.

e S. Cypr de vnit. Eccl.

Quarta ab animalibus.

f Arist. 1. Polit. cap. 3.

g S. Cypr de van. Idolorũ 5 ex anima lib. gregarim victitãtibus.

h Hier. t. pt. Epist. 4.

i Epiphan. hæresi 74.

k Plin. l. 10. cap. 3.

Sexta ab homine.

Ouid. 1. Met.

Sanctius his animal, mentisque capacius alta.
Deerat adhuc & quod dominari in cætera posset.

Sancta diuináque oracula quid clamant, ac vbique personant tuba mystica Moyse ita circumsonante. l *Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam fecit, vt praesset piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs, vniuersæque terræ, omnique repeili, quod mouetur in terra.* Sed hominum inter homines ipsos esse dominatum Monarchicum, imperiúmque regale quis inficiabitur?

l Genes. 1.

A quod prophanus pleno ore, & mente non ficta egregie confessus est.

Horat.

Regum timendorum in proprios greges
Reges in ipsos imperium est Iouis.

Deus ex vno fecit omne genus hominum, inquit Apostolus, m vt non Democratiam, sed Monarchiam institutam stabiliret in terris; quod à sancto Chrysostomo n confirmatur dicente. *Deus caput vnum omnibus dedit ipsum Adam. Cur enim è terra quemadmodum ille perfecti non sumus? Nempè vt partus, vt nutricatio, vt successio generandi nos inuicem ligaret. Hanc ob causam nec mulierem è terra fecit. Itaque velut à capite quodam vno totum generis humani corpus dependet. Et quia iam à principio parentes duo fuisse videri possunt, vide qui conglutinet, qui in vnum lege connubij coniungat. Et eum ex quo facta est maritum mulieri tradit,* B *deinde hunc imperare, illam subesse iussit. Esse enim inter æquales æmulationem nouit. Itaque noluit esse democratiam, sed regnum: & quod videre in exercitu licet, id in omni bene custodita domo deprebendas: Regis locum obtinet maritus, vxor primatis, & ducis: locum proximum liberi tenent, infimum familiares. Nam & hi in subiectos similiter imperium tenent, & vnus quispiam cæteris omnibus præfectus, heri vicem tenet, sed vt seruus. Atque aliud est rursus imperium inter ipsos vxorum, & liberorum dico: ipsis denique liberis aliud, prout cuiusque ætas aut natura tulit: Nam ne in pueris quidem æquale imperium fœmina tenet. Assiduis igitur, & continentibus vndique vinculis ad concordiam nos Deus disciplinamque coegit.* Ergo cum in omnibus mundi creaturis hanc in primis vnitatem & in imperio vno subditorum obedien- C tiam esse cernamus. Cur hanc à nobilissimo totius vniuersi corpore, Ecclesia scilicet, regno Christi in terris præcipuo, contra eius voluntatem remouere, arceréque non verehimur? *Iesus enim mortuus est*, inquit S. Ioannes, m *vt filios Dei qui erant dispersi congregaret in vnum.* n *Deus vnus est*, ait sanctus Cyprianus, *& Christus vnus, & vna Ecclesia, & cathedra vna super Petrum Domini voce fundata. Aliud altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri præter vnum altare, & vnum sacerdotium non potest.* Quisquis alibi collegerit, spargit Ecclesiam militantem quæ est regnum Christi in terris, non nisi in vnum esse gregem, & ouile, nullus est verè Catholicus qui non ingenuè confiteatur: ac propterea pastorem, principemque similiter in summo gradu constitutum non nisi vnum credere nos oporret; *Vt per* D *totum mundum*, inquit Sanctus Leo, o *vna nobiscum sit vnius casta communionis integritas.* Quo spirituali principe, ac pastore visibili ab Ecclesia militante sublato, magna confusio, luctuosa dissipatio, multorumque malorum colluuies, atque tempestas, huic Christi Domini regno, gregique miserabiliter ingruerent; vt ex hac Sancti Chrysostomi p doctrina facile est expiscari, & haurire. *Obedite, inquit Apostolus, illis qui vobis præpositi sunt: Malum quidem est vbi nullus est principatus, & multarum cladium hæc res exstis occasio, & confusionis est, turbationumque principium. Sicut enim si ex choro ipsum Choryphæum auferas, nequaquam modulatus chorus, vel ordinatus existit: & phalanx militum si ducem non habeat, nullo modo acies illa numero vel ordine procedit. Et nauis si gubernatore priuetur, pessum eat necesse est: & gregi si pastorem abstuleris, cunctus*

m Actor. 17.

n Chrys. hom. 34. in 1. ad Corint. c. 13.

Deus in principio mundi noluit esse democratiam, sed regnum, atque Monarchiam.

Vnitas est Ecclesiæ in pastore visibili à Christo instituta.

m S. Ioan. c. 11.

n S. Cypr l. 1. Epist. 8.

o S. Leo Epist. ad Anatoliũ Constant. Episc.

Quanta mala Ecclesia ingruerent si nõ esset summus in ea pastor visibilis.

p S. Chrysost. hom. 34. in Hebr. 13.

dispergetur, & peribit. Verùm quoniam diximus nobilissimo corpori Christi, scilicet Ecclesiæ, deberi statum, ac regimen nobilissimum, vt hinc Ecclesiæ Dei gregi, ac regno in terris statum, ac regimen Monarchicum esse doceamus necesse est, vt statum illum principatumque Monarchicum omnium esse præstantissimum, & optimum multiplici demonstratione clarè, solidéque probemus.

CAPVT II.

Monarchiam, vt optimam dominandi rationem ipsi naturæ rectè à Deo institutæ, ac moderatæ maximè congruam, conformemque esse demonstratur.



VONIAM permulta, ac varia diuersæ doctrinæ ac probationis genera in idipsum concurrunt ac deriuantur: quod in fine superioris capitis nobis comprobandum suscepimus, susceptúmque effectui perficiendum spopondimus: nempè ex omnibus dominationis principatúsque formis, eam quæ in vnius imperio sita est, omnium esse præstantissimam, & optimam, quæ propterea regno Christi spirituali Ecclesiæ scilicet iure meritissimo conueniat, & adscribatur. Vt ad hæc multiplicia probationum, demonstrationumque genera facili tectáque via, & methodo procedamus: ad diuersorum capitum ordinem, classémque omnia illa reuocare operepretium esse iudicauimus. Ac primum hoc secundo capite libri huius, vt nostrum consequamur intentum, probare animus est, illam Monarchiam super alias omnes vt optimam magnopere naturæ incorruptæ principaliori Dei afflatæ spiritu, congruere, atque consentire. Vt nobilissimo corpori, & societati sanctissimæ Christi Domini imperio Ecclesiæ nempè nobilissimum, ac præstantissimum dominandi statum regimenque attribuere minimè vereamur. Est enim Ecclesia soper terram sine vlla armorum suspensione militans respublica sacra reliquarum, quæ in mundo sunt præstantissima, ac virtutibus omnibus illustrissima, *Cum ciuitas Dei,* ^a *cœlorumque regnum,* ^b *mater filiorum Dei,* ^c *Sponsa Christi,* ^d *de qua gloriosa dicta sunt* appelletur: cuius filiis, ac ciuibus Christianis videlicet *Deus magna, & pretiosa munera donauit, vt per hæc* ^e *efficerentur diuinæ consortes naturæ,* quæ munera aliis, à sorte huius sanctæ ciuitatis exclusis nusquam in mundo largitus est, Apostolo testante, ac dicente ^f, *Est eminens gratia Dei in nobis, & donum inenarrabile.* Et alibi ^g. *Nos autē non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* (Videlicet intra suæ sponsæ gremium meritoriè conclusis.) Nec vnquam quis sani cerebri, ac mentis puræ concesserit, aliquid esse eximiū, ac eminenti præstans excellentia in rerum natura existere: quo Deus pater hanc ciuitatem descendentem de cœlo à filio suo paratam, fabricatamque diuinitus non perpolire, ornare, ac insignire voluerit. ^h *Qui enim proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit?* Ergo Ecclesiæ Monarchicum principatum deberi in confesso est, si sit optimus, ac reliquorum præstantissimus. Id autem clarissimè patebit, si consideremus hanc dominandi rationem, atque formam tanquam optimam ab ipsa fuisse natura appetitam, quæ illud quod bonum est, & ex bonis quod est optimum, sibi solet appetere: illamque proclamat regendi rationem optimam sibique conuenientissimam, quæ in mundi totius administratione relucet. Vndè sanctus ^i Thomas vt vniuersum mundum vno gubernari, regique demonstraret, pro fundamento instar axiomatis, ait *finem gubernationis mundi esse, id quod est essentialiter bonum, quod est optimum:* inde hanc conclusionem velut è demonstrationis exactæ principiis profectam necessariò deducit. *Ergo necesse est quod mundi gubernatio sit optima.* Deindè quæ sit illa optima gubernandi ratio, sic exponit. *Optima autem gubernatio est quæ fit per vnum cuius ratio est, quia gubernatio nihil aliud est quam directio gubernatorum ad finem, qui est aliquod bonum, vnitas autem pertinet ad rationem bonitatis,* ^k teste Boëtio id ipsum ita probante. *Quod sicut omnia desiderant bonum, ita desiderant vnitatem, sine qua esse non possunt.* Sublata namque vnitate de medio vniuersi tota rerum natura corruet. Ratio est ab eodem sancto doctore prolata. *Quia vnumquodque in tantum est, in quantum vnum est. Vnde videmus quod res repugnant suæ diuisioni, quantum possunt, & quod dissolutio vniuscuiusque rei prouenit ex defectu illius rei: & ideò id ad quod tendit intentio multitudinem gubernantis est vnitas, siue pax: vnitatis autem causa per se est vnum. Manifestum est enim quod plures multa vnire, & concordare non possunt, nisi ipsi aliquo modo vniantur. Illud autem quod est per se vnum potest esse causa vnitatis conuenientiùs, quàm multi vniti.* His positis hanc infert conclusionem. *Vnde multitudo meliùs per vnum gubernatur, quàm per plures.* Sicque concludit mundi gubernationem esse ab vno: quia hæc gubernatio mundi est optima, ergo optimo modo fieri debet, qui est ab vno. In suam sententiam, quæ est verissima, vt omnes pelliciat, atque compellet, præter rationum pondera quibus nititur, Aristotelis fulcitur authoritate dicentis. ^l *Entia nolunt multiplicari malè, nec bonum pluralitas principatuum. Vnus ergo princeps,* prout ab Homero didicerat, vt infra patebit, conformitatem illam naturæ, & Dei regnantis in vniuerso imitationem regiminis monarchici, vetustas, & antiqua populorum consuetudo confirmat. De quo loquens Aristoteles ^m *[Greek]*, inquit, *primus, & diuinissimus principatus, scilicet Monarchia.* Tulliusque nobis sit auctor præter cæteros. ^n *Omnes antiquas gentes regibus primum paruisse:* ^o *idque in terris nomem imperij primum fuit,* inquit Sallustius, quorum sensibus se sua opinione conformans Iustinus sic ^p præfatus est. *Principio rerum, gentium, nationumque imperium penes reges erat* ^q, *& vnum imperij corpus vnius animo regi debere.* Lex ipsa non scripta, sed nata in cordibus nostris congruo, & amico populorum consensu proclamat. *Pauci* ^r *siquidem libertatem, pars magna iustos dominos volunt* ^l. *Hoc ius gentium omnium ferè hominum,* quod est vox ipsius quomodo naturæ, præscribit quo gentes regna distincta habuere. Quod sacræ paginæ testimonio verum esse monstratur; ^s vbi sic populum ex Dei man-

Marginal notes:

Ecclesia militans quia respublica omnium præstantissima debet esse monarchica.

a Apoc c. 21.
b Matth. 19.
c Oseæ c. 2.
d Psal 8. v. 2.
e Petr. c. 1.
f 2. Cor v. 14. & 15.
g 1. Cor 2.
h Rom. 8.

Probatur Monarchiam esse optimam dominationis formam.

i D. Thom q. 103 art 3. in corp.
k Boetius 3. de consol. prosa 11.
l D. Arist. 12. Meta. in fine lib.

Antiquitas, & vniuersalitas Monarchia conformitatem naturæ, ac regentis Dei imitationem declarat.

m Arist. in polit.
n Cicer. l. 3. de legib.
o Salust. in Catil.
p Iust. lib. 1. in princip.
q Tacit. l. 1. ann.
r Sallust. in epist. Mitrid.
l l. ex hoc iure de instit. & iure ff.
s Deut c. 17. v. 13. & 14.

dato Moyſes alloquitur. *Cum ingreſſus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueriſque in illa, & dixeris: Conſtituam ſuper me regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes: eum conſtitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum*, &c. Notanda verba hæc, *ſicut habent*; ſcilicet regem, *omnes per circuitum nationes*. Idem populus ad Samuelem conuerſus clamabat, a *Conſtitue nobis regem vt iudicet nos, ſicut & habent vniuerſa nationes*. Et infrà b. *Nequaquam, rex enim erit nobis, & erimus nos quoque ſicut omnes gentes, & iudicabit nos rex noſter*. Quod inductione confirmare, ac illuſtrare arduum minimè videbitur; ſi conſideremus omnes ferè populos, c Aſſyrios dico, Medos, Perſas, Ægyptios, Parthos, Macedonas, Græcos, Celtas, Arabes, Indos, Æthiopes, Scythas, Tartaros, Turcas, Danos, Gallos, Italos, Moſchouitas, Britannos, Polonos, Africanos, Peruſinos, & cæteros alios in orbe potentes à principio Monarchiæ ſuaui, ac ſinceræ dominationi ſe voluntarie ſubmiſiſſe, eamque Ariſtocratico, ac Dimocratico principatibus eiuratis atque repudiatis vehementer adamaſſe: Quibus hac Monarchica dominatione cuſtoditis, atque ſeruatis tandiu pax alta, ſumma fortitudo, & gloria, cum maximis fortunis affulſit, donec pertæſi Monarchici regiminis in aliam ſeu Ariſtocraticam, aut Dimocraticam dominationis formam mutatione pernicioſiſſima deciderint. Nec ad eos proſpera rediere, donec culpata repreſſáque leuitate mentis illam optimam Monarchici principatus formam à ſe prius eiectam, magna ad ſe veneratione reuocauerunt. Vt de Gallis Tacitus memoriæ prodidit. d *Regna*, inquit, *bellaque per Gallias ſemper fuere, donec in noſtrum ius*, (ſcilicet Monarchicum,) *concederitis*. Et paulò poſt: *Nam pulſis e quod Dij prohibeant, Romanis, quid aliud, quam bella omnium inter ſe gentium exiſtent?* Quæ omnia egregio ſancti Cypriani teſtimonio comprobata manifeſtantur? f *Quando*, inquit, *regni ſocietas aut cum fide cœpit, aut ſine cruore deſiit? Sic Thebanorum germanitas rupta, & permanens rogis diſſidentibus etiam in morte diſcordia: & Romanos geminos vnum non capit regnum, quos vnum vteri cepit hoſpitium. Pompeius, & Cæſar affines fuerunt, nec tamen neceſſitudinis fœdus in æmula poteſtate tenuerunt. Nec hoc tantum de homine mireris, cum in hoc omnis natura conſentiat. Rex vnus eſt apibus, & dux vnus in gregibus, & in armentis rector vnus*, &c. Quod teſtimonium ſanctus Chryſoſtomus ſuo conſenſu reſpiciens, magnique faciens ait g. *Vbique fere Deus frequentia fecit imperia, vt omnia maneant in concordia, & pulchro ordine. Propterea etiam priuſquam genus hominum eductum eſſet in multitudinem, cum duo ſoli eſſent, qui erant primi alteri quidem iuſſit imperare*, ſcilicet Adamo, *alteri vero parere*. Longiorem ſermonem ſiſtam in ſancti Athanaſij authoritate, qua præſens caput abſoluam h. *Vniuerſitatis*, inquit, *ordine, & harmonia neceſſe eſt vt animaduertamus omnium iſtorum principem eſſe Deum, eumque vnum, & non plures: nam ille diſpoſitionis ordo, & rerum omnium conſentiens harmonia non multos, ſed vnum ſibi ducem, principemque eſſe declarat, ipſum verbum Dei. Non enim ſi plures rerum naturæ principes eſſent, ſeruaretur huiuſmodi vniuerſitatis ordo, ſed omnia confuſa, & inordinata forent, propter multos ipſos: cùm vnuſquiſque omnia ad ſuum arbitrium traheret, & cum alieno depugnaret. Vt enim diximus multitudinem numinum, nullitatem eſſe numinum: ita quoque neceſſe eſt multitudinem principum id efficere, vt nullus eſſe princeps videatur. Cum enim quiſque alterius regnum colleba, nullus reliquus conſpiciebatur princeps, ſed interregnum potius ſine capite. Vbi autem princeps non eſt, ibi prorſus diſturbatio naſcitur*. Hæc ipſe Sanctus; ſed quæ expreſſa ad confirmandam Monarchiæ dignitatem ſuper omnes dominandi formas in diuino iure habeantur, proximo capite videamus.

a Lib. 1. Reg. c. 8. v. 5.
b Et verſ. 19.
c Bodinus l. 6. de rep. c. 4.
d Tacit. l. 4. ann.
e Tacit. ibid.
f Cypr. l. de Idolorum vanit.
g S. Chryſoſt. hom. 34. in 1. ad Cor. c. 13.
h S. Athan. orat. cont. Idol.

CAPVT III.

Monarchiæ principatum omnium eſſe quæ in mundo ſunt optimum ac præſtantiſſimum ſacræ Scripturæ teſtimonijs, Dei voluntatem circa digniſſimam principatus formam exprimentibus oſtenditur.



QVAM ſibi forma moderandi, regendique populos, quæ in vnius nutu, imperióque nitet, arrideret placerétque, Deus in populo Hebræorum, quem ſpeciali prærogatiua ſibi vt ſeruiret, elegit, patefecit. Cum populum ipſum ſemper ab vno principe regi voluerit. Si enim ipſum fontem, & originem primam, à qua populus ille fluens in gentem magnam temporis progreſſu coaluit, quærere voluerimus, inueniemus huic populo recens nato in anguſtum valde concluſo, Patriarchas veluti familiarum principes a Abraham, Iſaac, Iacob, & ſucceſſiuè natos natorum, & qui ab illis naſcebantur fuiſſe præfectos; cui regis ab inſtar iura dabant. Pro Patriarchis nati poſtea duces, & à Deo creati b Moyſes, Ioſue, ſucceſſere, qui huic populo cum ſumma authoritate dominabantur. Illos ſecuti ſunt c iudices Othoniel primus omnium; Aod, Iephte, Gedeon, Samſon, Samuel, & alij: venit quarto loco d ſtatus regum, in quo Monarchici principatus maieſtas apparuit auguſtior, & potentior; præſertim ſub Dauide, Saule repudiato, quãdiu obedientia ſuprema Deo conſecrata ſtetit immaculata ab omni idololatriæ, ac ſceleris fæce libera permanſit. Poſtremo ruentibus virtutibus, ac vitiis de populo illo triũphantibus, collapſa regũ potentia, & authoritate, reliquias populi criminibus infeliciſſimi, iterum duces, vt Zorobabel, & Machabæi regendas volente Deo ſuſcepêrunt; ne cum extincta magna ex parte huius miſeri funeſtique populi fœlicitate, ac gloria, bonis labentibus moribus, tetris ſurgentibus criminibus Monarchiæ ſplendor atque maieſtas in illo prorſus exhauſta eſſe videretur. Sed quàm huius circa illum Monarchiæ ſplendorem diuinæ voluntatis in ſcripturis ſanctis non leuiter ſint expreſſa veſtigia, videamus. In lege ſcripta Deus non duos, ſed vnum populi ſui rectorem, Moyſem ſcilicet eligere, atque conſtituere voluit. Et licet huius honorifici oneris tanti pondus grauitatem-

Deus in populo ſuo ſemper à principio ad finem vſque formam Monarchiæ tenere voluit.
a Geneſ.
b Exod.
c Lib. Iudic.
Lib. 1. Reg.
Eſdr. l. 1. Machab.

que Moyses refugere precando videretur; noluit tamen Deus illi dare socium, atque consortem principatus & imperij, sed Aaronem fratrem, qui illi subditus in partem solicitudinis opitularetur, non qui in plenitudine potestatis illi asciscereretur. Etenim Exod. 4. cum Moyses horrore atque grauitate tanti officij deterritus Deũ rogauisset, a *Obsecro Domine mitte quem missurus es; iratus Dominus dixit ad illum: Aaron frater tuus Leuites, scio quod eloquens sit: Ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te latabitur; loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius, & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis; & ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum; tu autem eris ei in his qua ad Deum pertinent,* &c. Mira ista sunt diuinæ voluntatis iudicia in fauorem dignitatis Monarchicæ, vt ipsi Moysi populi sui constituto à se principi etiam onus, & pondus istud honotis ac maiestatis refugienti, suamque infirmitatem variis modis attestanti, non socium principatus tanti, sed solùm subditum fratrem dare voluerit.

a Exod. c. 4.

Vndè postea sibi à Deo concessam authoritatem in regendo populum Monarchicam rectè, prudenterque exercuit: cùm soceri sui Iethro consilium secutus, *Quinquagenarios, centuriones, tribunos elegit*, qui sub sua authoritate, ac imperio populum in leuioribus iudicarent, ac moderarentur; vtque Deus dignitatis, & authoritatis summæ quam soli Moysi concesserat, sublimitatem præ cæteris exprimeret, & magnificando significaret, soli Moysi dixit b. *Ascende in montem ad Dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul, solusque Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt.* Iam verò cùm ipse Moyses sub rebellionis, ac pertinaciæ populi duræ ceruicis pondere gemeret, huiusque tumultuosæ multitudinis regimen deprecaretur: concessit, & mandauit Moysi Dominus non populo, vt septuaginta viros de senibus Israel eligeret, quos ipse cunctis sapientia præire cognosceret c. *Quos,* inquit Dominus, *duces ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque stare tecum, vt descendam, & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamque eis vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris.* Notanda Dei verba hæc, quibus imperat Moysi facere delectum septuaginta seniorum, qui subditi sibi, populi administrationem sub sua potestate, & authoritate subirent: non aliter quam in regno, prouinciarum rectores sub rege saluo regendæ reipub. præficiuntur: vt grauitatem dominationis à principis supremi humeris magna ex parte subleuare valeant. Textu Numerorum manifesto constat contra Aaronem, & Mariam validas Deum in iras exarsisse, quod murmurantes contra fratrem Moysem summam illi diuinitus datam authoritatem inuidere viderentur dicentes: d *Num per solum Moysem locutus est Dominus: nonne & nobis similiter est locutus?* Quas Dei iustas iras publica in Mariam vindicta secuta est. Væ illis qui in via schismaticorum ambulantes Monarchiæ splendorem à Deo singulariter probatum arroganter infuscare, ac malitiosè adulterare conantur: cum funestissima nex schismaticorum Datam, Chore, & Abiron, & illorum rebellionis in Moysem sectatiorum nimium nota sit omnibus.

Moyses propria authoritate rectores sub se populi constituit.

b Exod. 25.

c Num. c. 11.

Maria diuina vindicta ob murmurationem in fratrē Moysem populi sui principem

d Num. c. 12. v. 2.

Num. c. 16.

Qui superbè, & impiè Monarchici principatus soli Moysi à Deo in populum concessi, in popularem Democraticamque mutationem molientes impudenter, minimè Dei conspectum veriti Moysi, & Aaroni dicere non dubitarunt e. *Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus, cur eleuamini super populum Domini?* Tunc pro talibus ausis iratus est furore Dominus vehementer in rebelles istos, atque vt sine mora tantum rebellionis, schismatisque scelus horribili plaga puniens vlcisceretur. *Statim dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis, ac vniuersa substantia eorum: descenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Israel qui stabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens. Ne forte & nos terra deglutiat.* Hac vindicta minimè pro talibus nefandis satiatus Dominus. Quid sequitur audiamus. f *Sed & ignis egressus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum,* (scilicet propria authoritate ex illa noua attentata & arroganter ausa Democratia.) *Cumque sequenti die murmuraret omnis multitudo contra Moysem, & Aaron, dicens: vos interfecistis populum Dei, cumque oriretur seditio, & tumultus increscceret Moyses, & Aaron fugerunt in tabernaculum fœderis: & iterum egressa est ira à Domino, & plaga desæuit, & incendium vastabat multitudinem, donec Aaron assumpto turribulo* g *ad iussum Moysis, & hausto igne de altari encurrit ad mediam multitudinem, quam vastabat incendium, obtulit thymiama: & stans inter viuos, & mortuos pro populo deprecatus est, & plaga cessauit.* Hæc memorabilis, ac stupenda Dei ira, vltioque, dat omnibus intelligere impensiùs examinantibus eam, quàm sit chara Deo recta Monarchiæ administratio, & authoritas, cum sic in illius constupratores, & adulteros indignatio omnipotentis Dei desæuiat. Atque si vlteriùs intentum probare, & asseuerare potentiùs expediat: proponatur Moysis ipsius votum, & deprecatio, qui caducus ætate, & grauis, annis certus, quod velox esset depositio tabernaculi sui, secundùm quod & ipse Deus ipsi, h sicut post multa secula Christus Dominus sancto Petro significauerat, rogauit Dominum, vt sibi defuncto successorem, seu rectorem populi prouideret: qui populum summo regeret imperio, & rerum ad ipsius salutem spectantium absolutè satageret. i *Prouideat,* inquit, *Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, vel introducere ne sit populus Domini sicut oues absque pastore.* Huic ita hac prece, ac voto, k dixit Dominus ad eum. *Tolle Iosue filium Nun virum in quo est spiritus Dei, & pone manum tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro sacerdote, & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis Synagoga filiorum Israel.* Fecitque Moyses omnia sicut præceperat ei Dominus, vt nouissima capitis huius verba denunciant. l

e Ibi. v. 3.

Funestissima nex schismaticorum Moysi Monarchiā in populum Dei inuidentium.

f Vers. 35.

Ibid. v. 42.

g No. Aaronē nihil efficere potuisse nisi prescripto Moysis.

h 2. S. Petr. c. 1. v. 15.

i Num. 27. v. 16. 17.

Moysi post discessum suum rectorem populi vnicum postulanti Deus acquieuit.

k Ibid. v. 18.

l Ibid. 21. 22. 23.

Iamque Deus ex alta suæ diuinæ prouidentiæ specula prospiciens futurum aliquando, vt populus Israel conquisita, & parta bello terra promissionis, principe atque rectore principali

opus

opus haberet, rationem regnandi, moderandique populum monarchicam sub isto verborum tenore, formulaque præscripsit.[a] *Cum ingressus fueris terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitabisque in illa, & dixeris: constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, eum constitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrum tuorum, non poteris alium regem facere qui non sit frater tuus.* Ex quibus constat Deum non ab alia potestate quam monarchica electum sibi populum in suo contineri officio statuisse. Cuius statuti Diuini labentibus seculis progressuque temporis veritatem euentus ipse manifestauit; cum Dominus reges per suos prophetas electos, & vnctos suo populo Saulem, Dauidem, Salomonemque largitus est. Nec in orbe solo Iudaico supremam regum, monarcharumque dignitatem comprobauit; sed etiam in omni gente, quæ sub cœlo est, illos præclare suo fungentes munere magnificiendo dilexit; quos propterea Dauid vt sui memores essent officij, atque factores admonuit.[b] *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta.* Quantique fecerit semper iustam regum dominationem ipse Dominus expressit, cum per se eos regnare testatus sit.[c] *Per me*, inquit, *reges regnant, & legum conditores iusta decernunt*,[d] quorum corda in sua se tenere manu protestatur, vt bene sua capessentes iussa populis prosperè dominentur. Ideò supplicationes pro regibus factas Deo ipsi regi regum gratissimas esse sciens Dauid, & ipse rex, sic pro se regeque à Deo constituto precabatur.[e] *Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.* Reges terræ veros iustitiæ custodes & sapientiæ salutaris appetentes, & auidos in dilectissimi filij regis regum fauorem Deus diligit. De cuius regno hæc per Ezechielem prophetam [f] venturo vaticinatus est. *Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quos abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam, & faciam eos in gentem vnam in terra, in montibus Israel; & rex vnus erit*, (scilicet filius meus) *omnibus imperans; & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna.* Cuius regis erit Dauid figura, vt ibidem dicitur.[g] *Seruus meus Dauid rex super eos, & pastor vnus erit omnium eorum.* Sed quid de monarchiæ præstantia sentiant sancti, vetustique Patres audiamus.

a Deut. 17.

b Psal. 2. v. 10. v. 12.

c Sap. 8. 6.

d Prouerb. c. 21 v. 1. *Cor regis in manu Dei.*

e Psal. 19. v. vlt.

f Ezechiel cap. 37. v. 21.

g Ibid. v. 24.

Capvt IV.

Monarchiæ principatum omnium optimum antiquorum doctorum, sacrorumque scriptorum testimonijs ostenditur.

Sanctis vetustisque patribus, ac Ecclesiæ sanctæ doctoribus, præter eos quos supra meminimus, non aliam fuisse mentem, quam consentiendo in sacrarum oracula paginarum, excellentiam regiminis monarchici super omnia suo confirmare testimonio, & asseueranti corrobare suffragio, ex iis quos sumus in hoc capite commemoraturi, perspicua declaratione patebit. Et enim sanctus Iustinus Philosophus,[a] & Martyr præstantiam monarchiæ, & singularem, quæ inde manat in publicas societates, & priuatas vtilitatem exprimere volens, laudando Homericam sententiam sic oratione gentiles exhortatoria compellat. *Homerus sub persona Vlyssis Græcorum exercitum alloquens ait.*

Non bene regnabunt multi, rex vnicus esto.

Ista continenter subiungens: *Atque equidem ille non bonum esse regimen multorum, sed è diuerso malum re ipsa ostendere, constitutum habens, eam ob causam bella illorum propter multitudinem, dominantium scilicet, & prælia, & factiones, & mutuas insidias passim commemorat; nam monarchia, siue vnius imperium pacatum esse consueuit.* Hæc ipse. Sed quæ de monarchicæ maiestatis prædicatione Eusebius Cæsariensis oratione de Constantini magni laudibus scripserit audiamus.[b] *Monarchia certè*, inquit, *omnes alias rerumpublicarum species, & administrationis modos longè superat. Nam multiplex imperium quod ex hominibus honore, & sensu paribus constat, quodque cum monarchia ex aduerso pugnat, confusionis, ac seditionis potius quam imperij nomen meretur. Quamobrem vt vnus Deus est, non duo, non tres, neque præterea plures (nam Deorum introducere multitudinem, est reuera Deum tollere) sic vnus omnium rex, & imperator vnum illius verbum, & regia lex vna.*[c] Sanctus Athanasius sicut principatus vnius emolumenta considerans, sic ex opposito multorum dominationis ruinas in societates humanas, ciuiles, & sacras irruentes apprehendens: multitudinem principum in imperio pari potestate præditorum, cum multitudine numinum, atque deorum in mũdo comparare non dubitauit. *Vt enim*, inquit, *diximus multitudinem esse numinum, nullitatem esse numinum, ita quoque necessum est multitudinem principum id efficere vt nullus esse princeps videatur. Cum enim quisque alterius regnum tollebat, nullus reliquus conspiciebatur princeps, sed interregnum potius sine capite erat.* Hinc reip. casus; hinc magna imperio mali labes inusta, & infœlicitas; sic concludente sancto doctore.[d] *Vbi autem princeps non est; ibi prorsus disturbatio nascitur.*[e] Sanctus verò Chrysostomus vbique fere Deum frequentia fecisse imperia testatur; vt omnia

a S. Iustinus Martyr orat. ad gentes.

b Euseb. Cæs. orat. de laud. Const.

c S. Athan. orat. contra idola.

d Ib. S. Athan.

e Chrys. hom. 34. in 1 ad Corinth.

in concordia, & pace, pulchroque ordinis aspe-ctu manentia florerent, ac de discordia miseriaque triumpharent. Propter quæ idem sanctus doctor, ac Græcorum oratorum facile princeps alibi[a] magistratum, ducem, rectoremque non habere; magnum asserit esse malum; principiũque vocat defectus ordinis, & perturbationis, ac confusionis; ex quibus omnia mala, & aduersa in homines, eorumque societates effrenatius irrumpunt. A quorum patrum, doctorumque maximi nominis sententia minime discedens Theodoretus ait,[b] *defectum principatus, & multitudinem vt rem maxime noxiam accusamus; monarchiam vero hoc est vnius principis potestatem, velut rem optimam laudamus. Eo fit vt Homericam illam sententiam magnis laudibus efferamus, quæ huiusmodi legem nobis instituit.*

a Idem S. Chrys. hom. 34 in epist. ad Hebr.

b Theodor. l. 3. de Angel.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· κοίρανος ἔστω εἷς βασιλεύς.

Non bonum est regnare multos; vnus sit Dominus; vnus Rex.

Quid Latini patres, vt reliquos Græcos subticeam, de monarchiæ summa dignitate, & vtilitate crediderint, quam esset facile ipsa luce clariùs ostendere; nisi in tam ampla copiosaque materia, in qua nulli Latinorum doctorum oratio defuit, non tam copia, quam modus quærendus esse videretur? Nam quæ sancti Cypriani fuerit opinio, atque mens, non obscure[c] supra notauimus. *Nulla sublimitas*, inquit, *potest habere consortem*[d], *cum sola omnem teneat potestatem ad Diuinum imperium etiam de terris mutuemur exemplum, &c.* Diuus Hieronymus cum inductione multarum rerum, animalium, brutorum, hominum, rei familiaris, ac publicæ, artis nauticæ, ac bellicæ, ipsius etiam Ecclesiæ, quæ monarchica forma regitur, monarchiæ vtilitatem, necessitatem, & excellentiam non mediocriter extulisset, sic illam in monasterijs piè, religioséque moderatis regnare debere conclusit.[e] *Et ne plura replicando fastidium legenti, faciam per hæc omnia ad illud tendit oratio vt doceam te non tuo arbitrio dimittendum, sed viuere debere in monasterio, sub vnius disciplina patris, consortioque multorum.* Quanti autem fecerit sanctus Ambrosius vnius dominatum principis, quantoque regem ac principem in imperio summum honore, amoreque prosequendum esse iudicauerit, perspicuè testantur illa, quibus veram Dei imaginem, effigiemque in principe, ac rege, ad viuum grauiter expressit. Vt cum principis ac monarchæ conditio ad diuinam perfectiùs accedat, omnes qui de rebus sincere iudicant, pricipatum ipsius, atque dominatum omnibus qui in mundo sunt dignitate præire, & valore bonitatis antecellere fateantur.[f] *Principes hos reges dicit, (scilicet Apostolos,) qui propter corrigendam vitam, & prohibenda aduersa creantur, Dei habentes imaginem, vt sub vno sint cæteri.* En monarchica maiestas, atq; potestas, quæ fulgẽtes, ac illustres[g] *reges terræ congregati sunt, transierunt in vnum, ipsi videntes sic admirati*, bonitatem Dei; *principes regum terræ: conturbati sunt*, præ nimia admiratione & consideratione diuinæ maiestatis, coram qua reges terræ *ad nihilum deuenerunt, &*[h] *substantia eorum tanquam nihil ante illam: commoti sunt*: ad adorationem tantæ maiestatis: *tremor apprehendit eos*: Sed vt loquitur

c c. 2. l. 4.

d S. Cyp. l. de idolo. vanit.

e Hier. epist. 4. c. 6.

f S. Amb to. 3. in epist. ad Ro. c. 13.

g Psal. 47.

h Psal. 47. v. 7. Psal. 38. v. 6.

sanctus Augustinus:[i] *Tremor amoris, & horror honoris.* Hi boni terræ reges in gloriã Dei, ac Christi eius creati, *transierunt in vnum non tam locum, quam in eundem affectum, atque propositum*,[k] inquit sanctus Ambrosius, *vt Domino fideliter in timore filiali seruiant, & ei cum tremore honoris exultent, hi sunt qui flagitijs esse nesciunt obnoxij, in quibus culpa, & erroris illecebra regnare non potuit, qui sui corporis possunt se præbere rectores, qui carni imperitant destruentes corpus*[l] *peccati, vt amplius non peccato, sed Christo Domino seruiant, non morti,*[m] *sed Deo fructificantes*, suos in vnum sibi puro corde, & spiritu subditos amica coniuratione colligantes: vt ex toto illo corde, spiritu, viribus, atque mente perfectissima Deum adorantes, & amantes eius in terris, *quam mundus dare non potest*, pace, & post in cœlo eius æterna gloria perfruantur. *Terrena regna, vt cæterorum principatuum optima in solius Dei posita potestate*, sanctus Augustinus asserit,[n] *vt his quos libuerit sibi, fortunet, si illo dominationis regia beneficio in honorem Dei largientis bene vti sciant & velint: in qua regiæ maiestatis dominationi suam, & optima Iudæos beare statuerat, si in eum non peccassent impia curiositate, tãquam magicis artibus seducti, ad alienos Deos, & idola defluendo, & postremo Christum occidendo:*[o] Vtque monarchiæ salutarem potentiam ab illius hostibus vindicaret, docet lib. 5. de ciuit. *monarchiam, imperiumque orientalibus regnis illustrius multóque potentius Deum Romanis concessisse ad domanda grauia mala multarum gentium, quæ imperio Romano subacta, eorumque legibus bene composita, & instructæ execranda facinora, quibus antea erant turpiter addictæ, denuo perpetrare perhorrescerent.* Et vt quam sit acceptum huic principi Deo qui totum mundum regit, vnius principis in multos populos imperium demonstraret, Romam mundi victricem ac dominam effecisse Deum commemorat,[p] *vt per eam orbem debellatum terrarum in vnam societatem reip. legumque perductum longè, latéque pacaret.*

i Aug l. 12. confes. c. 14.

k S. Ambr. in Psal. 47. to. 2.

l Rom c. 6.

m Rom. c. 7.

n August l. 4. de Ciuit. Dei c. vlt.

o Aug. 5 de ciuit c. 12.

p L. 18 de ciu. c. 22. in princ.

Egregia vero sancti Leonis sententia nostro non leuiter velificatur instituto, asserentis: propter publicationem, prædicationemque regni Christi Domini per orbem terrarum Romanum imperium in tantam magnitudinis, ac potentiæ molem per vniuersum mundum diuina prouidentia mirabiliter excreuisse.[q] *Dispositio namque*, inquit, *diuinitus operi maximè congruebat, vt multa regna vno confœderarentur imperio, & citò peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius teneret regimen ciuitatis.* Conformia sunt illa[r] Eucherij Lugdunensis ipsi sancto Leoni coætanei, & æquæui, quibus sic Valerianum post multa per modum conclusionis alloquitur. *Magnum ergo ex hoc diuinæ pietatis argumentum est, quod sub Cæsare Octauio, cum vbique Romana possessio verticem tenuit, tunc se Deus terris dedit. Itaque vt tua apud te proferam, cum ab ortu regni huius centesimus, & octogesimus quintus fere supra millesimum vertatur annus, quidquid vel sub illa dominatione regum vetusta, vel sub illa deinde gemina administratione consulum Romano accessit imperio, omnia Christi aduentus præparata, & diffundendæ fidei promisa, potest, si quis est idoneus veritatis assertor, ostendere.* Quid Diuum Tho-

q S. Leo. ser. 1. in nat. Apost. Petr. & Paul.

r Eucherius Lugdunens. epist. ad Valerianum.

mam commemorem? a Nonne ſupra b illum A cenſuiſſe, & concluſiſſe multitudinem melius per vnum, quam per plures gubernari notauimus? Longiori ſcriptorum, doctorumque commemoratione ſuperſedebo, vt breuitati ſeruiam, verbumque non amplius addam, ſi vnius tantum recentis doctoris, Gerſonis nempe, meminero, cuius authoritas huic capiti finem factura eſt, cõtra monarchomachos noſtros, qui in ſuis illum caſtris militare, ſed iniuria, gloriantur. c Ait hæc ille conſideratione 9. de poteſtate eccleſiaſtica. *Christus Eccleſiã ſuã regi principaliter ſub vno, & ab vno monarchicè voluit: ſicut eſt vna fides, vnũ Baptiſma, & vna Eccleſia vnitate capitis tam primarij, quam vicarij: quoniam iſte eſt optimus principatus, præſertim in ſpiritualibus, ad conſeruationem vnitatis fidei, ad quam obligantur omnes.* Hæc attendant, & ruminent apud ſe ſedis Apoſtolicæ B oſores, ac inimici.

a D. Thom. 1. q. 103.
b Supra c. 2. huius lib.
c Ioan. Gerſon. conſideratione 9. de poteſt. Eccl.

CAPVT V.

Teſtimoniis prophanorum philoſophorum, poëtarum, oratorum, hiſtoricorum monarchiæ principatum omnium eſſe optimum probatur.



Vlta dicta, variéque inter ſcriptores prophanos, morom tamen pulchritudinis appetentes, & auidos de hac quæ- C ſtione vtrinque agitata, atque diſputata ex eorum lectione eſſe videmus. Sed victoria ceſſit illorum parti, qui notæ melioris, & ſanioris doctrinæ monarchiæ principatum omnibus aliis dominandi formis reip. prætulerunt. Propoſitis enim tribus ſtatibus, & his reliquorum optimis, vt optime imperet populus, optime pauci, optime vnus, inter hæc multum antecellere vnius imperium Darius apud Herodotum, d necato Smerdim mago poſt mortem Cambyſis filij Cyri Perſarum regis, tyrannidis Perſicæ vſurpatore iudicauit, ſic concludendo ὅτι κάλλιστον ἡ μοναρχία. *nihil pulchrius monarchia*: Illud adiungens. *Nam vnius viri, qui optimus ſit imperio nihil melius eſſe conſtat*, hæc aſſerens, contra ſapientem Otanem, qui interfectis magis tyrannidis inuaſoribus duce Smerdim (qui Cambyſis fratrem Smerdim interfectum ſe eſſe mentieba- D tur) monarchia deſtructa populare, ac democraticum imperium perſuadebat, & contra Megabyzum, qui oligarchiam, paucorum ſcilicet dominatum, vt vtiliorem vehementer optabat. Memorabilis hæc trita licet, & ipſis obuia pueris, Homeri ſententia tot à poſteris decantata præconiis, qua Vlyſſes Therſitem inſignem ad deformitatem hominem, ſeditioſumque compeſcuit, intentioni noſtræ ſuffragatur.

d Herodotus l. 3.

e Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη· εἷς κοίρανος ἔστω
Εἷς βασιλεύς. Scilicet, non multos regnare bonum, vnus ſit dominus, vnus rex. Cui ſententiæ conformis eſt illa Euripidis in Andromache. f

Ἑνὸς ἀδυνάστου αἰεί τι μέλαθρον
Κατὰ τὸ πλεῖστον.

e Homer. 2. Iliad.
f Euripid. Andr.

A Vnius poteſtas ſit, & in re domeſtica, & in re publica.

Cum Lydis Crœſus imperaret, fratremque in conſortium imperij aſſumpſiſſet, g quidam ex Lydis ſapiens regni conſortes auerſatus talibus regem conueniens affatus eſt. *Omnium in terra bonorum, ô rex, author eſt ſol, neque quicquam extaret in terra ſole non illuſtrante*: εἰ δὲ γένοιντο δύο ἥλιοι, κίνδυνος πάντα συμφλεχθέντα διαφθαρῆναι. *At ſi gemini ſoles fierent, periculum immineret ne omnia conflagrantia peſſum irent: Ita & regem vnum quidem accipiunt Lydi, & ſeruatorem eſſe credunt, duos verò ſimul tolerare non poſſunt.* Quod conſilium Plato cæteris præſtans Philoſophis ſuo comprobans teſtimonio, dicebat in Politico ſuo h *Vnius dominatio bonis inſtructa legibus illarum omnium optima eſt; guberna-* B *tionem vero eam, in qua non multi imperant, mediam cenſere debemus. Cæterum multorum adminiſtrationem omnibus in rebus debilem atque infirmam*: Cuius inſiſtens veſtigii, i Ariſtoteles diſcipulus, ſed in multis ſupra magiſtrum, tribus recenſitis reipublicæ formis harum optimam digniſſimamque monarchiam, atque regiam mordicus aſſeruit; ideoque in prima ſua philoſophia k rectè dixit, *naturam rem malè adminiſtrare nolle, & multorum principatum, atque dominatum non eſſe vtilem*, hac ſuum diſcurſum concluſione terminans: *Vnus ergo ſit princeps.* Nec malè Iſocrates l ad Nicoclem monarchiæ principem locum præſtantiſſimos quoſque detuliſſe probauit. *Quod ſi*, inquit ille, *& ingenia hominum, & rationes ſpectemus, vniuerſi monarchias præſtare cæteris fatebuntur.* Et paulò pòſt ſic concludit. *Monarchiam igitur, & iucundiorem eſſe, & leuiorem, & æquiorem* C *pluribus oſtendi poteſt.* &c. Si ſcriptores Latinos conſulamus, m Liuium complurium imperium bello inutile eſſe dicentem audiemus.

g Seren. apud Stobæum ſerm. de monarchia.
h Plato l. de regno vltra medium.
i Ariſt. l. 3. Eth. c. 2.
k Ariſt. l. 12. Metap. circa finem.
l Iſocrates in Nicocle.
m Liuius li. 4. decad. 1.

Audiemus, & Senecam magnum illum moralis philoſophiæ profeſſorem, & antiſtitem multa hæc ſed obſeruatione digniſſima ſtylo erudito grauiter effundentem n *Diſputari de Marco Bruto ſolet, an debuerit accipere à Diuo Iulio vitam, cùm occidendum eum iudicaret. Quam rationem in occidendo ſecutus ſit alias tractabimus, mihi enim cum permagnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer erraſſe, nec ex Stoica inſtitutione ſe egiſſe, qui aut regis nomen extimuit, cùm optimus ciuitatis ſtatus ſub rege iuſto ſit, aut ibi ſperauit libertatem futuram, vbi tam magnum præmium erat & imperandi, & ſeruiendi* &c. Nec receſſit à mente Senecæ Plutarchus, o *apud quem monarchia ſola perfectam illam, &* D *rectam virtutis æquabilem rationem retinet, neque ad vim, neque ad gratiam, ſi vtilitas publica non poſcit accommodari poteſt*, &c. Et cum deuicto, fugatoque Antonio Romanæ rei totius Octauio Cæſari, Auguſto poſtea ex rerum ſecundarum euentu cognominato, principatus obtigiſſet: *non prius retinendum iudicauit*, inquit Dio, p *quàm Perſarum principum exemplo eam cum amicis agitaret quæſtionem*; (quodnam nimirum rerum ciuilium genus eſſet præſtantiſſimum) *diſceptationis vtriuſque ſumma fuit, Vnius dominatum anteferendum.* Qui quidem imperator tædio valetudinis diuturnæ mæſtus, & diuturni imperij pertæſus, cum imperij faſces deponere, & abijcere priuatus reliquum vitæ contriturus domi cogitaret, *Magiſtratus*,

n Senec. l. 2. de benef.
o Plutarchus Opuſ. de trib. reip. gener.
p Dion. l. 52.

Senatusque domum Imperatoris acciti non acquieverunt; atque tandem ipse varie secum reputans, vt loquitur Suetonius in Augusto, a *non sine periculo fore & rem Romanam in discrimen venturam, si plurium arbitrio regeretur, in retinenda perseuerauit.* Quod prouincijs Rnmani imperij omnibus magnopere placuisse primo annalium Tacitus scribit b dicens. *Neque prouinciæ illum rerum statum abnuebant, suscepto Senatus, populique imperio.* Quod consilium fœliciter reipublicæ cessisse, euentus gestaque comprobarunt. Quod sub tanto imperatore annis fere quinquaginta alta pace, summaque fœlicitate, cum magna legum reuerentia frui populo licuerit; cùm antea vix lustro, aut ad summum decennio à commotionibus seditionũ popularium turbulentis, magnatum factionum tempestatibus, bellique varij fluctibus respublica libera esse potuisset. Vt verè præclareque Dio Cassius c mihi dixisse videatur. *Democratiam, id est populi in republica principatum nomen speciosum habere, videríque ex legum æqualitate non plus vni quàm alteri tribuere.* Addit hæc idem author postea continenti orationis serie. d

a Suetonius in Augusto c. 28.

b Tacitus 1. annalium.

c Dio Cassius Nicæus hist. Rom l. 44.

d Idib.

Cæterum monarchiæ nomen auditu difficile, tamen penes vnum hominem summam esse reipublicæ conducibile omnium maximè est: facilius enim vnus quispiam vir bonus, quam multi reperiuntur. Postea per anticipationem, tali occurrit obiectioni: e *At si hunc inuenire difficulter quidam existimant, omnino fateri illi coguntur impossibile esse vt multi boni inueniantur, quando virtuosos esse multos consentaneum non est: quo fit vt si quis summæ rerum vitiosus præest, tamen satius id sit, quàm à sui similium multitudine rempublicam administrari.* A qua factionibus ebria, & insana tumultibus sæpissime cædes, cruor, vastationes nationum, ac trucidatio ciuium, crudeli ambitione patrantur, diræque tragœdiæ in republica velut in theatro madenti inundatione sanguinis, efferantur. Vt merito poëta ille Lucanus lachrymabili versu cecinerit.

e Ibid.

f Lucanus l. 1. Pharsal.

O male concordes nimiaque cupidine cæci.
Quid miscere iuuat vires, orbemque tenere
In medio? Dum terra fretum, terramque leuabit
Aer, & longi voluent Titana labores,
Noxque diem cœlo totidem per signa sequetur,
Nulla fides regni socijs, omnisque potestas
Impatiens consortis erit; nec gentibus vllis
Credite, nec longè fatorum exempla petantur,
Fraterno primi maduerunt sanguine muri, &c.

Sed trita hæc, atque similia cunctis peruia, ne nos remorentur vlterius ad rationes instituti nostri, quæ extremum plenæ probationis culmen sunt allaturæ, veniamus.

CAPVT VI.

Ostenditur Monarchiam reliquarum dominandi formarum esse optimam ratione finis, quem vnaquæque regendi alios forma sibi proponit.



Icut natura nihil frustra facit, a intenditque sibi semper aliquem finem propter quem omnes suas exerat operationes: ita ars imitatrix naturæ scopum, finemque sibi destinat, ad quem omnes suas functiones, actionesque reflectat atque dirigat. Sic hominum societas, quæ partim natura, partim arte & disciplina à ratione profecta, mouetur ac regitur, otiosa, ac vana in nihilũ difflueret: nisi in actibus suis & officijs finem aliquem propter cuius affectum operaretur, sibi consequendum in animo proponeret ac exhiberet. Vt citra controuersiam ille cætus hominum, societasque iure ac ratione inter se confœderata dignior atque præstãtior cæteris habeatur, quæ intentum ac optatum finem cum mira facilitate perfectius atque potentiùs attingit & assequitur. Finis autem cuiusque principatus ac regiminis, quem omnes Rerump. ac societatum ciuilium rectores sibi in suo dominatu proponũt, pax & amica sociatorum populorum coniunctio esse perhibetur. Quam pacem amicamque confœderationem ciuium melius & perfectius per vnius, quam per multorum principatum accedere rebusp. hominumque cœtibus iure sociatis, omnes ratione ac iudicio potentes confiteri & admittere minimè verentur. Quo fit vt Monarchiam, quæ vnius est principatus, reliquis dominandi, regẽdiq; generibus, dignitate, vtilitate & honestate præstare sine dubio, veraciter asseuerare debeamus. Auctius dicam: ab vnius iusta dominatione pax & prosperitas in imperio solet esse certa, à principatu multorum, discordia & funesta omnia solent in Remp. effractis obedientiæ retinaculis irrumpere. Non obscura hæc, *Pacis interest omnem potentiam ad vnum conferri* aiebat Tacitus. b Quis euentu probare nescit, & exemplorũ productione testificari verum esse quod idem asseruit auctor. c *Discordantis sæpe patriæ non aliud remedium fuisse, quam si ab vno regeretur.* Quod ad naturam aptũ, id paci verè congruũ, quod naturæ discordat, id dissensioni fructificat. Quantùm vnitatem dominandi natura diligat, dictum ante cumulatè satis: *A natura est,* d *quod pauci libertatem, pars magna iustos dominos velint* e quod, *vnius imperij corpus vnius animo regi deposcat.* Hinc est quod in humana societate vno rectore paruæ res crescaut, multiplicato dilabantur. Nam Deus veræ pacis auctor, rex autem si bonus, Deus quispiam humanus est. ὦ βασιλεῦ, ὡς θεὸς ἐξ ἀνθρώπων dicebat Plato, f vt de pace salutari populi anxij esse non debeant, quorum vnius principis leges obedientes animos subeunt, modò dira peccatorum furia bacchando non tumultuet. Sicut ex aduerso, *Arduum* g *semper eodem loci multorum potentiam, & concordiam esse.* Facilitas regendi sub vno principe pacem fouet, difficultas sub multis victrix pacis, discordiam

a Arist. 2. de Natura.

Principatus ille alijs perfectior, qui finem attingit perfectius.

Ab vno principe pax, à multis discordia.

b Tacitus 1. histor.

c Tacit. 1. Annal.

d Salust. Epist. Mithridat.

e Tacit. 1. Annal.

Rex velut humanus Deus.

f Plato. l. de regno.

A principe bono pax vera & firma.

g Tacit. l. 4. Annal.

a Esaiæ c.48. v.18.
b Psal. 13. v.3.
c Esa. 54.
d Psal 84.11.
e Esa. 8.

generat. Sine virtute pax nulla, cum, *Non sit pax impijs*, a *Contritio & infælicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt*, b &, *Cor impij sicut mare feruens, quod quiescere non potest*. c contra, *iustitia & pax osculatæ sunt*. d Anima iusti, locus pacis in qua habitat *Princeps pacis*. e Christus Dominus *Rex pacificus*, in Salomone præfiguratus; De quo Propheta *factus est in pace locus eius*.

f Psal. 75.
g Prou. 21. v. 1.
h Arist. l. 8. Ethic. c. 10.

f Ergo *cor Regis in manu Dei* g qui bonus est, firmamentum pacis, exitium discordiæ. At quantò facilius est, Aristotele teste, h *Vnum virtute præcellere, quàm plures?* quamque delectabiliùs & animosiùs populus vni principi quàm multis mauult obedire, vt pax sincera retineatur? Tantò Monarchiam faciliorem non immeritò iudicauerimus, i *Quantò facilius est animum suum vnius viri instituto accommodare quàm multis & varijs opinionibus placere conari*.

i Isocrat ad Nicoclem.

B Molestè siquidem & inuita natura quis potest dominis pluribus ex æquali seruare obedientiam, diuersa præsertim & opposita præcipientibus, vt ipse Saluator noster Dominus Dominorum in Euangelio sapienter admonuit, quod multitudini iubentium principum sæpius euenire solet, cum sint *diuersæ hominum voluntates*, k & ad contradicendum corruptionis humanæ facilitas inclinata prorūpat.

Matth. 6. v.24.
k l Quis poterat ff. ad Senatusc. Trebell.
l Iustin. orat. ad Gentil.

Propterea sanctus Iustinus l Homeri sententiam, quam supra retulimus, magnopere laudibus extulit, quod illa non bonum esse regimen multorum, sed è diuerso malum reipsa ostendere voluerit: ob eamque causam Poëta ille bella multa & horrida, prælia cruenta, factiones perniciosas, mutuasque infideliter factas insidias ab illa dominantium multitudine profectas passim frequenterque carminibus canendo commemoret. His C dictis sanctus Martyr ac Philosophus verè Christianus Monarchiam siue vnius imperium pacatum ac tranquillum esse consueuisse conclusit. Quam autem vtile & salutare, quamque ad veræ pacis firmitatem idoneum sit vnius principis imperium, Christus ipse Dominus manifestè declarauit; cum vt pax per orbem terrarum sui aduentus tempore, dissipatis bellorum furoribus, firma, multis affluens prosperis, lætaque stabiliretur, imperium mundi penes vnius auctoritatem principis esse voluerit.

Christus pacem fecit in orbe terrarum per vnius imperium veniēs in mundum.

Hoc diuina sanctus Leo magnus ille Pontifex eloquentia, ista dicendo mirabiliter expressit. m *Verbum caro factum ita diuinam naturam naturæ vniuit humanæ, vt illius ad infima inclinatio, nostra fieret ad summa prouectio. Vt autem huius inenarrabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus, Rom. regnum diuina prouidentia præparauit, cuius ad eos limites D incrementa perducta sunt, quibus cunctarum vndique gentium vicina & contigua esset vniuersitas. Dispositio namque diuinitus operi maximo congruebat, vt multa regna vno confæderarentur imperio, & citò peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius teneret regimen ciuitatis.*

m Leo serm. 1 in Noctur. Apost. SS. Petri & Pauli.

Huic diuinæ sententiæ eloquentiæque mirabili conformia sunt, hæc Eucherij Lugdunensis. n *Illa externa omnia*, inquit, *id est nationes & regna, putasne ob aliud in ditionem ac ius cessisse Romanum, & ob aliud magnam partem generis humani in vnum transisse populum, nisi vt faciliùs, tanquam medicamentum per corpus vnum, ita per vnam gentem fides infusa penetraret, & vt capiti ingesta velociter semper membra diffunderet? Alioquin non ita cucurrisset inter*

n Eucher. Lug. epi. ad Valerianum.

A *crebras & discrepantes ritibus linguisque gentes, nec tam longè per nouorum semper graduum obiecta transisset, &c.* Quo tempore, nempe nascentis Domini, o *Gloria in altissimis Deo*, eodem & in terris, *pax hominibus bonæ voluntatis*, fuit ab Angelis decantata. Non quidem propter Augustum Imperatorem, sed propter nascentem Deum.

o Luc. 2.

——Pax missa per orbem
Ferrea belligeri compescuit, limina Iani.

Lucan. l. 1.

Externum tamen pacis huius formandæ modum in vnius regnantis auctoritate situm Christus dominantium Dominus esse voluit: Sicut contra factiones, discordias ac seditiones hominum cædibus cruentatas in plurium dominantium libidine altissimis defixas radicibus, exempla (quibus pleni libri doctorum) nimium verè B exitu funestissimo sæpissimè demonstrarunt. Dum enim vnus in ista riuali turba regētium, alijs eius imperij consortibus dignitate atque potentia præire concupiscit: aut palàm, si præualeat, aut clam & insidijs, si desint apertæ vires, collegas & socios in pari gradu constitutos cum cæde ac morte non sicca exterminare conatur, vt claruit insigne ad crudelitatem facinus in illo spurio, ac tanti prole indigna parentis Abimelech, qui post mortem Gedeonis p septuaginta fratres filios Gedeonis legitimos super vnum lapidem, vt solus regnaret immanissimè trucidauit, sicque quam verè illud quod supra notauimus à Poëta dictum sit, agnoscaremus. q

p Iudic. 9.
q Lucan.

Nulla fides regni socijs, omnisque potestas
Impatiens consortis.

Quantusque furor transuersos agat in consortio C regnantes: quo perciti. r

r Idem.

Nec quenquam iam ferre potest Cæsarve priorem,
Pompeiusve parem, quis iustiùs & induit arma,
Scire nefas? *stimulos dedit æmula virtus.*

De quo furore & rabie sanguini ac cruoribus minimè parcente, vt tandem erepta Resp. paulisper liberè respiraret, magni sapientesque rerum pub. rectores ad vnius principis imperium confugere, reiecto & eiurato multorum principatu, prudenter opere pretium esse iudicauerunt. Tacitum quid in eam rem dicat audiamus. s *Vrbem Romam à principio*, inquit, *reges habuere; libertatem & consulatum L. Brutus instituit: Dictatura ad tempus sumebantur: neque decemviratus potestas vltra biennium, neque Tribunorum militum consulare ius diu valuit. Non Cinnæ, non Syllæ longa dominatio: Et Pompeij Crassique potentia citò in Cæsarem, Lepidi atque Antonij arma in Augu- D stum cessere. Qui cuncta discordijs ciuilibus fessa nomine principis sub imperium accepit.* Compendiosè valdè grauis auctor res Romanas ad suum principium, vnius nempe dominatum, (ex quo factione magnatum, & seditione plebeiorum egressæ fuerant) magna bellorum ac discordiarum tempestate iactatas, vt pace fruerentur optata, confugisse commemorat. Hanc plurium dominationis auersionem hominum cordibus natura exemplis apum firmiter inseruit: Quæ cum sine rege esse non possint, tamen, inquit Plinius, t *Interimunt eos cum plures fuerunt potiusque nascentium domos diruunt.* Huius necis regum plurium, Aristoteles causam reddit: u *Enecant*, inquit, *apes ipsæ duces, qui*

s Tacit l. 1. Annal.
t Plin Natur. hist l. 11 c 17.
u Ari. l. 9 hi. Animal. c. 45.

plures quam satis sit, habentur, & potissimum improbos, ne principum multitudo seditiones in examine faciat. Quorum animalium factum tacita naturæ voce clamat, multò magis inter homines ratione ac intelligentia præditos, vt pace gaudeant (ad quam non tàm docti, quàm facti, non instituti, sed imbuti esse videntur) *insociabile regnum esse*, a vt Tacitus l. 2. Historiæ Augustæ, & Curtius l. 9. Rerũ gestarum Alexandri, benè rationibus & exemplis memoriæ prodiderunt. Quorum suffragio consentiens Herodianus b scriptor Imperatorũ vitæ Græcus *incommunicabilem naturam potestatis* appellauit; iuxta illud Senecæ c in Thyeste suo.

a Tacit. l. 2. hist. Curtius l. 9 de vita Alexandri.

b Herod. Alexandr. hist. Imper.

c Seneca in Thyest. act. 3.

Non capit regnum duos.

Cui conforme est quod ait d Statius his versibus,

d Statius l. 1. Thebaidos.

Ambitus impatiens, & summo dulcius vnum,
Stare loco, sociisque comes discordia regnis.

B Ante hos Poëtas Ennius apud e Tullium dicebat, *Nulla sancta societas, nec fides regni est*: & vt cum D. Augustino f finiam, *Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem?* Cum ergo à legitimo vnius dominantis imperio pax Reip. firma fæliciter aduenire, à multitudinis verò principatu discordia certa, factio, seditioque funestè ingruere soleant: Quid ex omnibus dominationis principatusque formis, quibus humanus orbis moderatur & regitur, præstantiorem nullam existere, nullam digniorem, salutaremque magis Monarchica non minus verè, quàm constanter asseuerare dubitabimus?

e Cicero l. 2. Offic.

f Can. Quod autem 23 q. 7. ex epist. 50. ad Bonifac.

CAPVT VII.

C

Obiectionibus satisfit contra Monarchiæ præstantiam supra omnes alias dominandi formas, à Monarchomachis fieri solitis.

1. *An populus Israel Regem petendo peccauerit, & posito quod peccauerit, an ex eo Monarchiæ dignitas, & super alias dominandi formas præstantia minuatur & infirmetur:*
2. *Quid sentiendum de regimine mixto, quod quidam constituunt, ex tribus temperato, Monarchia, Aristocratia, & Democratia, an illud propriè dici possit & debeat?*

a Psal. 104. v. 11.

Populus Israel regem petendo peccauit.

D POPVLVM Hebræorum, a funiculum hæreditatis Dei, iudicum suorum dominatione satiatum, eorumque imperium fastidientem, à Samuele præfecto sibi, ac Propheta Dei, super se Regem constitui petendo, peccauisse grauiter omnibus in confesso est. Non inde tamen existimandum Monarchiæ splendorem eximium atque Maiestatem, coram oculis Dei alijs terræ principatibus extitisse minorem. Nam intacta illæsaque super omnes orbis humani principatus excellentiâ Monarchiæ atque Maiestate remanente, causæ lapsus peccatique Iudæorum à bonis peritisque scriptoribus plurimæ notãtur.

Causa ob quas Israel populus peccauit petendo Regem.

1. Causa.

1. quia ex desiderio terrenum subire imperium, pertinaciter optabant, cui parerent, vt à clementissimo Dei sese principatu substraherent, ne

A immediatus nouo creato principe Rex esset eorum. Vnde ingemiscenti Samueli, deque populi cõtumacia ac rebellione grauiter expostulanti, dixit Deus, *Non te* b *abiecerunt, sed me, ne regnem super eos*; Et Iudæis, vt probrum dicebat; *Videntes autem quod Naas Rex filiorum* c *Ammon venisset aduersum vos, dixistis mihi; Nequaquam, sed Rex imperabit nobis, Cum Dominus Deus vester regnaret in vobis.*

b 1. Reg. c. 8.

c 12. v. 12.

Secunda causa, quia Samueli sanctissimo Rectori recta iudicia secundùm cor Dei facienti magnam ignominiæ ac turpitudinis inurebant maculam, qui tunc iudex erat populi, diuina cõstitutus ordinatione: dum postulando Regem, ab eo sancto rectore ac iudice principatum iniquo tumultu ac seditione nequiter auferre conabantur.

2. Causa.

3. Quia magno ingrati animi scelere se populus

3. Causa.

B iste polluebat, dum Samueli tot beneficiorum collatori, huius honorem principatus inuidebat: d qui toties ingratum populum ab immanium hostium faucibus, Deo secum pugnante, propter virtutes suas, aliorumque malorum vexationibus eripuerat. Nec erat quod populus iste congregatis vniuersis maioribus natu Israel, Samuelis propter improbitatem filiorum eius, non ambulantium in vijs patris sui, imperium inuidiosè detrectarent: Quia, vt notat Tostatus, e *Nunquam ante hoc tempus querelam proposuerãt corã eo de filijs eius: Ideò petere debebant primò vt castigaret filios suos, ne iniustè iudicarent, sicut hactenus fecerant, & quando ipsi essent incorrigibiles, vel Samuel non curaret eos auertere à malo, possent hoc petere, quod fieret eis Rex:* hæc ille.

d 1. Reg. c. 7. & 8. v. 5.

e Tostat. t. 6. in 1 Reg. c. 7. q. 9. p. 154. col. 2. a.

4. Peccabat populus iste, quod postulãdo tunc Regem, Dei voluntati reluctabatur. Cum

4. Causa.

C enim Samuel, consulto Domino, huius populi tribubus Dei voluntatem à sua petitione tunc temporis auersam esse significasset, nihilominus obstinato animo in priori sententia & importuna petitione persliterit. 5. Quia absolutè congregati seniores Israel totius populi nomine, quasi modo principis imperantis, non obsequentis populi petiuerunt, f quod cum conditione sub beneplacito Dei captiuantes vota, desideria & appetitus suos in obsequium voluntatis diuinæ petere debuerant. Præter has causas rationesque quibus Israelitarum animos labe ac contagione peccati incestatos Regem postulando fuisse probauimus, sextam minimè contemnẽdam adiungere placet; Quod illi videlicet supra se Regem constitui more aliarum gentium à vero Dei cultu peregrinantium à Samuele Propheta poposcerint: quasi diuinæ legis de creando Rege iam fuissent penitus obliti.

5. Causa.

f Tostat. t. 6. in 1. Reg. c. 8. q. 9.

6. Causa.

D Quæ lex Deuteronomij g c. 17. clarissimè scripta & exarata alias longè circunstantias, quàm Gentilium principum lege, à Deo auctore suo mutuabatur: qua quidem Deus Regibus futuris in populo suo normam regnandi præscripserat: per quam Reges non sua, sed populorum causa, vt Domino Deo cum populis suæ fidei commissis fideliter obsequerentur seruiendo, se creatos esse intelligerent: Et populi, vt propter Deum præpositis suis fideli famularentur obsequio, se à Deo Reges accepisse, reuerenter agnoscerent. At illi duræ ceruicis populi sibi dari Regem nationũ paganarum regibus similem importuna rebellione atque peruicacia flagitabant. Qui non quæ iura, iustaque Dei dictant, sed quod sibi lubet in regimine populorum sibi sumere solent. Quarum potestas nullis iustitiæ aut æquitatis cancellis

g Deuter. 17.

a Luc. 22.

b Orig tract. 12. in Matth. c Chrysost. in hunc locum.

A conclusa facilè despumat in tyrannidem, iuxta Domini verbum, a *Reges gentium dominantur eorum*; scilicet potestate absoluta, atque tyrannica; vt Origenes, b Chrysostomus, c & alij SS. Patres, vetustique Doctores interpretantur, nulla ad Maiestatem diuinam facta reuerentiæ reflexione: *Vos autem non sic*. Propter quod petitio illa populi Regem deposcentis, vt seipsum moderaretur & regeret, sicut Gentiles extra claustra religionis Dei veri vagantes à suis dominantur principibus, magnopere, nec iniuria, Deo ac fideli seruo eius Samueli, non sola Regis postulatio displicuit.

Populi peccatum miraculo demonstratū. d 1. Reg c. 12. v. 17.

e Tostat in hunc locum, q 15 t. 6 p. 345. c. 1.

Propter quas causas grauiter peccasse populum Regem sic postulando, Deus miraculo demonstrare voluit, d *Sed & nunc state*, aiebat Samuel Iudæorum turbis, *& videte rem istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo Dominum,* B *& dabit vobis voces*, (scilicet tonitrua) *& pluuias: Et scietis & videbitis, quia grande malum feceritis vobis, in conspectu Domini petētes super vos Regem.* quasi dicat, inquit Tostatus in hunc locum, q. 15. p. 345. col. 2. in fin. *Per istas pluuias & tonitrua cognoscetis manifestè, quod peccaueritis petendo Regem. Erat enim hæc sufficiens probatio; quia quādocunque Propheta aliquid dicat, & postea pronūtiat aliquod signum venturum ante rem dictam, si illud venerit, verè Propheta locutus est: Sed Samuel prædixerat quod Israelitæ peccauerant petendo Regem, & ad probationem huius dixit, quod sequerentur tonitrua & pluuiæ, & postea secuta sunt, ideò probatio sufficiens est quod peccauerant.* Hæc ille. Illa autem pluuia erat miraculum, quia vt idem ibidem ait Tostatus, in terra Chanaan tempore messis triticeæ nō solebat pluere naturaliter, & deprecante Samuel pro populo, Deus remisit illi peccatum, atque C Rex est electus à Deo, & vnctus à Samuele; etectum ac confirmatum Regnum Israel multis coronandum locupletandumque prosperitatibus, modò propter electum Regem à summo Dei veri cultu timoreque in impietatem Idololatriamque non exiret, nisi omnes vna cum Rege suo desolationis extremæ tempestatibus obrui vellent, vt his postremis obiurgationis suæ verbis Samuel populo contestatus est. g *Igitur timete Dominum, & seruite ei in veritate, & ex toto corde vestro. Vidistis enim magnifica, quæ in vobis gesserit Dominus. Quod si perseueraueritis in malitia, & vos & Rex vester pariter peribitis.* Quod Saulis & similium impiorum Israeliticæ gentis Regum funestus exitus verum esse probauit. Sic Regem Deus Rex Regum super populum suum constituit, vt illius iussa & imperia moderando populo congruentia suis subseruirent, & inclinata religiosè D famularentur. h *Alias magis oportebit obedire Deo quam hominibus*. Quod elegantissimè & sapientissime Doctor Sanctissimus Augustinus, i hac serie deductionis expressit. *Qui resistit*, inquit, *potestati, Dei ordinationi resistit: sed quid si illud iubeat, quod non debeas facere? Hic sanè contemne potestatem, timendo potestatem. Ipsos humanarum legum gradus aduertite: si aliquid iusserit curator nonne faciendum est? Tamen si contra proconsul iubeat, non vtique contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire; nec hinc debet minor irasci, si maior prælata est: Rursus si aliquid ipse proconsul iubeat, & aliud iubeat imperator, nunquid dubitatur illo contempto, illi esse seruiendum? Ergo si aliud Imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? Solue tributum; esto mihi in obsequium; rectè, sed*

f 1. Reg. c. 12.

g Act c. 5. v. 29.

h August. l. de verbis Domini, & apud Gratianum in Can. si quis Episcopus, 91. & Can nō semper 92 & Can. si vnus 93. causa 11. q.

A *non Idolio: in Idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas: da veniam, in carcerem ille gehennam minatur. Hic iam assumenda est fides tua, tanquam scutum: in quo possis ignita iacula inimici extinguere.* Similia S. Ambrosius habet. i *Iulianus*, inquit, *infidelis imperator extitit, nōne extitit Apostata iniquus idololatra? Milites Christiani seruierunt Imperatori infideli: vbi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant nisi illum qui in cælo erat; quando volebat vt idola colerēt, vt thurificarent, præponebant illi Deum: Quādo verò dicebat, producite aciem, ite contra gentem illam, statim obtemperabant: distinguebant Dominum æternum à Domino temporali, & tamen subditi erant propter Dominum æternum etiam Domino temporali.*

i Ambros in Psal 124. Can. Iulianus 94. 11. q. Can. Imp. si in errore 98. §. Iulianus 11. q. 3.

2. Pars.

2. Sed iam quid sentiendum sit de mixto illo principatu ex tribus Monarchia, Aristocratia, & Dimocratia conflato post grauissimos auctores B singulari eruditione & pietate sublimes, breuiter & dilucidè, prout res tanta dici possit, aperiamus. Scio apud probatos auctores præter tres simplices iustæ dominationis formas Monarchiam, Aristocratiam & Dimocratiam, quatuor mixtas constitui ex tribus illis variè multipliciterque conflatas. Quarum prima ex tribus simul; secunda ex Monarchia & Aristocratia; tertia ex Monarchia & Dimocratia; quarta, quæ omnium infima est, ex Aristocratia & Dimocratia coalescit atque cōsurgit. Et sicut ex simplicibus omnium optimam & perfectissimam Monarchiam doctores de meliori nota probatissimi validis rationibus fulti cōtestantur & astruunt; sic ex mixtis quatuor illam cæteris antecellere dignitate credunt, in qua tres illæ simplices amica inter se coniuratione fœderatæ conspiciuntur. Quam mixtam dominandi formam ita debere fieri volunt: vt in Rep. seu re- C gno supremus aliquis princeps adsit nulli subditus, & à quo cæteri iura sumant, & imperata capessant: Secundo loco optimates, quales sunt prouinciarum præsides ac præfecti, ciuitatum rectores, ac supremi inferiorū respectu, magistratus & iudices nullius nisi principis summi addicti legibus inueniantur. Postremo si reliqua populi multitudo isto iure ac libertate gauderet, vt ad omnes honorū regni gradus, nulli de isto populi ordine, modò virtute polleret, aditus ianuaque præcluderetur. Ego verò post longam lectionis assiduitatem, magnaque super hac disquisitione, ingenij mei meditationem, rationibus solidis variè hùc & illùc animum versantibus, magnos illos auctores atque doctores eximios in hac materia non propriè, & ad exactam politicæ sapientiæ normā, sed metaphoricè, & quadam ex analogia fuisse locutos existimaui. Neque enim mihi vnquam in mē- D tem venire potuit, qua ratione in imperio, dominatio Aristocratica discerni agnoscive posset, in qua plures optimates absolutè imperarent, quæ sit vnius principis imperio subiugata, vel qua ratione Dimocratia, in qua multitudinis auctoritas suprema lex est, quæ eiusdem imperantis iussa principis, edictaque obedienter sustinere cogatur. Hoc quid est aliud quàm rerum mutare species & essentias? Ac si hominem, qui non esset rationis particeps, nostris affingere mentibus, & imaginari vellemus. Iam verò si in mixto illo imperio suas partes agat Aristocratia, suaque, sicut cum simplex est, ac ab alijs separata, iura vindicare velit, dominationis apicem trahit ad se nullius subiecta dominio. Similiter si Dimocratia in sua auctoritate quam habet, auulsa, seorsimque

Dominationis formæ 3. simplices, 4. mixtæ,

Si in Monarchico principatu Aristocraticum & Dimocraticum suas partes agerent, Monarchia auctoritatis penitus hebesceret acies.

a Psal. 113.

posita ab alijs admittatur, profectò populi multitudo summam rerũ penes se compellabit. Quid tum fiet de principis auctoritate ac potestate, quẽ in hoc mixto imperio supremum esse volumus? Quàm vana, quã euanida, quã elumbis inanisque illius est in hoc imperio futura maiestas, velut statua & imago principis suis ornata titulis, sed sine spiritu, sine sanguine & vita, in throno sedens nulla potestate conspicua: Non illis absimilis gentium simulachris, quæ, *Os habent* a *& non loquentur*, vt loquitur scriptura, *oculos habent & non videbunt; Aures habent & non audient, nares habent & non odorabunt: Manus habent & non palpabunt, pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo.* Similis illis fiet princeps in illa Rep. mixta, in qua aliæ dominandi formæ sunt sua retenturæ iura: qui supremus specie ac nomine tenus, reuera sit, principatus Aristocratici, vel Dimocratici voluntati seruiturus: Sic Monarchia erit in qua vnius principis suprema voluntas & auctoritas nõ audietur, minimeque honore summo, reuerentiaque suspicietur. Hoc quid aliud est quam imaginario commento Monarchiam admittere, sed facto ipso de societatibus hominum radicitus euellere? Quod si in vnius principis,

Vbi est verus vnius principatus, ibi non propriè sed similitudinario Aristocraticũ ac Dimocraticum regimen esse potest.

prout iura dictant, partes, auctoritas atque potestas suprema deducatur, realis profectò principatus Aristocratici, Dimocraticive natura & essentia, remanente sola illorum similitudine & analogia, euanescant oportet: cum non plus Aristocratia esse poterit, in qua optimates plures, quam Dimocratia, in qua populi multitudo summè, & vt schola loquitur, independenter non imperant. Ergo in omni benè constituta Monarchia princeps qui ex auctoritate suprema solus imperat, curare omni studio debet, vt optimorum consilio, ope, industria, ministerio, virtute in iustè suo administrando imperio, in ordine ad gloriã Dei, & consecutionem æternæ fœlicitatis vtatur.

Bonus princeps in Imperio speciem Aristocratiæ & Dimocratiæ debet retinere, & quomodo.

Ordinem atque salutem populi sui sic paterno prosequatur affectu, vt nullam ex illo cætu & ordine ad magistratuum, honorum, dignitatum, officiorumque sui imperij, si modo virtus adsit & capacitas, assecutionem vllo modo admittere dedignetur. Sic sub tali principe dulcissima illa, quæ subditorum mentes & conscientias salutari cantu rapiat, iustitiæ harmonia cæteris temperata virtutibus, imperium perbeatè demulcebit, totumque pace ac multiplici prosperitate perfundet. Sic à Deo Opt. Max. qui est vnicus & solus

Hoc à Deo ordinatum regimen varietate distinctũ, sed ad vnum reuocatum.

essentialiter in vniuerso mũdo Rex & Monarcha, *Per quem Reges regnant & legũ cõditores iusta decernãt*, omnia regna mundi tã politica, quã Ecclesiastica ordinata constituuntur, vt eorum finis sit, nõ interitus, sed vita æterna. Hanc dominandi normam principes in sua ditione non modo Hebræi & Græci, verum etiam Barbari obseruare consueuerunt, vt ex illo scripturæ testimonio notum satis, b *Rex Assuerus interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio scientium, leges ac iura maiorum.* Vbi autem multa sana consilia, quibus vnus princeps præest & dominatur, ibi perfectissima Reip. & politiæ species habetur. Sic à principio regnum Israel, præter vnum ducem, iudicem aut Regem, qui summo in omnes principatu potiebatur, optimatibus abundauit, qui sub summis principibus sibi dominarentur iuxta præscriptum Dei, per Moysem populo notificatum, sicut ista Exodi 18.

b Ester. c. 1. v. 13.

fidem faciunt, c *Electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos & centuriones, & quinquagenarios & decanos qui iudicabant plebem omni tempore.* Hæc pro Aristocratiæ similitudine. Pro Dimocratia verò, *Statuit Deus, vt ex omni tribu Israel, non ex vna aliqua tantùm principes eligerentur, assumptique regendi populum muneribus ac dignitatibus occuparentur*, vt c. 1. Deuteronomij manifestè demõstratur, vbi Moyses recapitulando quæ dixerat Exodi 10. & Numer. 11. sic loquitur, d *Dixique vobis illo in tempore; Non possum solus sustinere vos, quia Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cæli plurimi: Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis, sicut locutus est. Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus & iurgia. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, & ponam eos vobis principes*, & quę sequuntur. Et paulò post, ostendere volens auctoritatem, quam à Deo acceperat Monarchicam, hæc prioribus infert: e *Præcepique eis*, scilicet principibus singula populum docturis, *dicens; Audite illos*, scilicet populos vestræ ditioni creditos, *& quod iustum est iudicate, &c.* & paulò post; *Quod si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego exaudiam.* Ad hanc regiminis formam Christus Dominus suæ Ecclesiæ regnum spirituale constituere voluit, vt sub summo principe ac Pastore Vicario suo Rom. Pontifice, Prælati, Episcopi, Doctores, alijque fidelis gregis Pastores à se ordinati atque creati in partem sollicitudinis Ecclesiasticæ vocati, res atque filios Ecclesię suæ charitate Christiana regerent, atque iustitia magna, æquitatis pietatisque dulcedine temperata moderarentur: Nullusque esset de Christiano grege ac populo, qui ad Ecclesiæ dignitates, officia & prælaturas aspirare non posset, nisi sua indignitate & incapacis ingenij debilitate à talium dignitatum officiorumque solijs arceretur. Atque vt suæ Ecclesiæ, quæ est societas fidelium, reliquarum, quæ in mundo sunt societatum præstantissima, statum & regimen omnium optimum astrueret & architectaretur, voluit ipse per se immediato suæ virtutis atque potestatis excellentiæ vigore, sicut totum corpus & membra summa, media, infima, sic ordines atque dignitates superiores ac minores constituere; vt qui primam in Vicario suo S. Petro, eiusque successoribus Rom. Pontificibus cathedram supremam ac Monarchicam in Ecclesia sua potestatem potenter erexit: sic alias sub illo capite prælaturas, dignitates, aliosque gradus Apostolorum ad tempus; Episcoporum verò, Pastorum, Euangelistarum, Doctorumque creare, & vsque ad cõsummationem mundi duraturos erigere, decreti sempiterni sanctione constituit: quod nulla Ecclesiæ potestas, siue Romanæ sedis, siue Concilij œcumenici vlla sua dispensatione variare, ac tantillũ posset alterare: vt licet Rom. Põtifex summus Ecclesiæ princeps & Monarcha spiritualis, pro sua quam habet à Christo Domino, non ab Ecclesia, plenitudine potestatis, Prælatos, Episcopos, aliosque Pastores inferiores ex causa de suarum dignitatum & officiorum gradibus deponere possit, & alios in eorum loca substituere, non tamen hanc vnquam arrogare sibi potestatem præsumet, vt dignitates illorum, prælaturas, aliaque Ecclesiæ officia muneraque iure fundata fultaque diuino,

c Exod. 18.

d Deut. c. 1. v. 9. & seq.

e Ibid.

Nota.

Contra eos qui dicunt minorem esse Monarchia Papa authoritatem in Ecclesia quam Regem sæcularium in terris.

immutare ab Ecclesiæ dominio funditus audeat, & possit euellere. In quo longè sanctius ac perfectius ædificata est Ecclesiæ Monarchia, quam reliquorum regnorum mūdi. Cuius pulchritudines, dignitates, officia, aliosque gradus illius Hierarchicos, immediata supremaque Dei, nempe Christi Domini, voluntas, & omnipotens virtus ita stabiliuit atque firmauit, vt nullo posthac humanæ potestatis motu conatúque concuti, variarique posse crederentur. Non sic de regnorum sæcularium gradibus, ordinibus, dignitatibus & officijs: quæ quia, sicut regna ipsa, eorumque principes ab immediata Dei virtute, electione atque potentia minimè manāt & oriuntur, sed mediata solum, interuentu gentium iure, hominumque voluntate, in huius terreni orbis situ radicata subsistunt: sic ab humana potestate mutari & alterari posse iudicantur.

CAPVT VIII.

Ecclesia militans vt assimiletur triumphanti in ratione status & regiminis debet esse Monarchica.

1. *Quandiu sunt in hoc mundo iusti militantis Ecclesiæ ciues ad triumphantis patriam continuis anhelant desiderijs & operibus bonis, abiecto terrenorum bonorum appetitu & extincto.*
2. *Ecclesia militans in terris, in suis actibus triumphantis est semper imitatrix.*
3. *In principio creauit Deus vnum Angelum cæterorum præstantissimum, cui omnes reliqui, tanquam principi summo post Deum in omnibus obedirent, & ipse Angelus Lucifer fuisse perhibetur.*

Cupiditas iustis in cælum aspirantis quanta.



DIVINARVM æternarumque rerum cupiditas, quid non efficis vbi semel generosa bonorum ingenia occupasti? Cuius ardore inflammati mundana fastidientes, corde magis quam voce clamant ad Dominum diuinæ charitatis affectibus extra se positi, [a] *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram?* [b] Cum *omnis copia, quæ tu non es, egestas ægra mihi sit, ideoque defecit caro mea & cor meum; Deus cordis mei & pars mea Deus in æternū.* Quia [c] *cui Deus incipit dulcescere; necesse est, vt mundus amarescat*, ait sanctus Bernardus; &, [d] *Humanorum terminos non curant, qui semper diuina meditantur*, & sicut [e] *affectanti cælestia terrena non sapiunt, sic æterna inhianti fastidio sunt transitoria.* Quam ad id apposite Chrysostomus, [f] *Dulcis præsens vita est & multa plena voluptatis, non tamen omnibus, sed ei qui terrenis rebus afficitur. Quod si quis cælum suspiceret, & quæ illic bona sunt contemplaretur, statim hæc tāquam nullius momenti contēneret.* Si dicas valde profectò dulce in rebus humanis esse; audies ex S. Gregorio, [g] *Verū quidem: sed ei qui adhuc de cælestibus gaudia nulla gustauit, quia quanto minus æterna intelligit, tanto delectabilius in terris requiescit. Si quis autem ore cordis gustauit*

[a] Psal. 72. v. 25. & 26.
[b] S. August. in Soliloq.
[c] S. Bern.
[d] Greg. Nazianz. in Panegyrico.
[e] Bernard. Epist. 3.
[f] Chrys. homil. 66. in Ioan.
Omnia bona terra fœtent iusto, qui diuina gustauit.
[g] Greg. PP.

A *quæ sit illa dulcedo cælestium præmiorum, qui illis hymnidici chori, huic quantò dulcius est, quod intus videt, tantò in amaritudinem vertitur quod foris sustinet.* Hæc si vera non sunt, cur magnus ille Augustinus Doctorum deuotorumque pater hunc ad Deum sermonem eius amore contabescens exclamando conuertisset? [h] *Quàm suaue mihi subito factum est carere suauitatibus nugarum*, scilicet terrestrium vanitatum, *& quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Eijciebas enim eas à me vera tu & summa suauitas. Eijciebas & intrabas pro eis omni voluptate dulcior, omni luce clarior, omni secreto interior, omni honore sublimior, sed nō sublimibus in se. Iam liber erat animus meus à curis mordacibus ambiendi, acquirendi, voluntandi & scalpendi scabiem libidinum; & garriebam tibi charitati meæ, diuitijs meis, & saluti meæ, Domino Deo meo, &c.* Hæc in cæle-
B stia suspirans & desiderio triumphantis Ecclesiæ tabescens effabatur Domino, non amplius sollicitus [i] *circa plurima*, sed circa vnum, Deum videlicet suum, ad quem [k] *Non pedibus, sed moribus, non gressu corporis, sed affectu cordis accurrebat.* Aliud nil exoptans, quam in puritate conscientiæ diuinæ pacis ac gratiæ familiaritate potiri. Quod alibi Domino loquens non obscurè significauerat, [l] *Scio*, inquit, *quoniam mihi malè est vbique nisi tecum Domine conferam me ad te. Vbi bene mihi erit à te? Et valde bene, quia fecisti nos ad te, & inquietum est cor nostrum donec requiescat in te.* Siquidem, vt cum S. Chrysostomo [m] loquar, *Cū anima diuino igne exardescit, nihil amplius curat, non gloriam, non decus, sed eius flammæ feruore tantum mouetur, declinans oculos in terram, sed in cælos affectu suspiciens*, in quibus suam conuersationem piè religiosèque præstola-
C tur, benignè audiendo illud Apostoli, [n] *Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus*; auidéque hoc quod suis per Prophetam loquitur Dominus, auscultando: [o] *Surgite quia non habetis hic requiem.* Hic vita iusti in perpetuo motu non obliquo in immunditiam carnis, impiorum instar, [p] qui *in circuitu ambulant, atque declinant in obligationes, sed recto, in sanctificationem spiritus*, cum Apostolo dicentes [q]: *Quæ retrò sunt obliuiscens, ad ea quæ sunt priora extendens me ipsum*, scilicet cælestia & æterna. Quorum vt aliquando in Ecclesia triumphante boni militantis Ecclesiæ ciues fruitionem beati consequantur, hîc bene viuere satagētes, pura cogitatione ad Altissimum semper erecti fide & operibus, ad æterna illius tabernacula gradiuntur; vel potius duabus, Dei & proximi, charitatis alis aduolant, velut alter Abraham, de quo Scriptura, *Perrexitque Abraham va-*
D *dens & vltra progrediens ad meridiem*; versus nempe regionem cæli meridionalem, in qua sol iustitiæ Christus in altiorem diuini erga nos amoris gradum [r] *Propter passionem mortis, gloria & honore coronatus* clementius ascendit. Quam regionem diuinæ charitatis in Canticis sponsa quærebat & à spōso suo æterno iustitiæ sole pia hac deuotaque postulatione, sibi monstrari deprecabatur. [s] *Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Quò iustorum [t] *semita* scilicet *vita, quasi lux splendens procedit & crescit* in operibus bonis, *vsque ad perfectum diem*, gloriæ scilicet perpetuò duraturæ, propter quam incola in terris Abraham [u] *fide obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem: & exiuit nesciens quo iret, fide demoratus in terra repromissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis*

[h] S. Aug. l. 9. Confess. c. 1.
[i] S. Luc. c. 10.
[k] S. August. tract. 26. in Ioan.
[l] Idem l. 13. Confess. c. 8. in fin.
[m] Chrys. homil. 81. in Matth.
[n] Hebr. c. 13. v. 4.
[o] Micheæ c. 2. v. 10.
Vita iusti in perpetuo motu ad Deum.
[p] Psal. 11. v. 9.
[q] Philip. 3. v. 13.
Iusti in hac vita bene viuere satagunt, vt per bona opera quæsitam Ecclesiam triumphantem tandem inueniant.
Genes. 12.
[r] Heb. 2.
[s] Cant. 1.
[t] Prou. 4.
[u] Gen. 12.

a Hebr. 11.

eiusdem. a *Expectabat enim*, inquit Apostolus, *habentem fundamenta ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus.* Ad hanc triumphantis Ecclesiæ ciuitatem generosum ducem Claudium nomine militantis Ecclesiæ ciuem, armis, belloque, sed magis Catholica fide ac pietate Christiana valde potentem, vtroque pede fidei & boni operis incedere, ac veluti virtutum Christianarum gradibus ascendere S. Gregorius talibus hortabatur; b *Debitum salutationis alloquium soluens, opto vos in his quæ cœpistis exerceri, vt in vobis compleatur veridica illa sententia Salomonis, qua ait: iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit vsque ad perfectum diem. Nunc enim cum lux veritatis nobis infulget; cum sese regni cœlestis suauitas mentibus aperit, iam quidem dies, sed adhuc perfectus non est: tunc enim dies perfectus erit, quando iam quidquid de nocte peccati in mente nostra non erit. Vos autem vsque ad perfectum diem crescite, vt quousque vita æterna videatur, bonorum hic operum augmenta dilatentur, quatenus tanto post in retributione major sit fructus muneris, quanto nunc studium creuerit laboris.*

b S. Greg. l. 7. epist. 125. Indict. 2. Rodit.

e 1. Cor. 5.

Ad hanc cœlestem ciuitatem Ecclesiamque triumphantem e *non manufactam, & à Deo constructam in cœlis*, Hebræos illos primitias fidelium per opera bona iam spe, merito, iure & affectu, licet in terra viuentes adhuc peruenisse S. Paolus his quos ad eos scripsit sermonibus testatus est d *Accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Hierusalem cœlestem, & multorum Angelorum frequentiam & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & spiritum iustorum perfectorum.* Id est, Sanctorum veteris testamenti Patrum, aliorumque piorum fidelium, quorum animæ solutæ corporibus æuo nunc in cælo sempiterno fruuntur; *quorum fidem vobis imitandam proposui*, vt e Theophylactus exponit; *qui etsi diu visione Dei caruerint, quia pretium redemptionis humanæ solutum non erat, iam tamen Deum vident, & vos ad tandem beatitudinem vocant, si modo eorum fidei imitatores fueritis.* f Atque illud est quod D. Augustinus notat, *nos bonorum operum gradibus corde cum Christo ascendere; vt cum dies eius promissus aduenerit, sequamur & corpore.* Propter quem cordis affectum viuis coronatum & ornatum Christianarum virtutum operationibus in cœlestem illam Hierusalem & de custodia militantis in triumphantem Ecclesiam velociter atque fiducialiter ascendendi ad pios scribebat Ephesios Apostolus: g *Iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, &c.* Et rursus ad Philippenses h: *Nostra conuersatio in cælis est, vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ, qua etiam possit sibi subijcere omnia.* Sed non est in cœlestem illam, triumphantemque Ecclesiam ascensio in cælis, nisi illius ab incolis militantis, imitatio sit in terris. Propterea ciuitas illa sancta, quam in Apocalypsi Propheta Apostolicus descendentem de cælo prospexit, nil aliud esse dicitur: nisi ordo Ecclesiæ militantis ad exemplum cælestis Ecclesiæ conformatus. Ergo illa in terris militans Ecclesia vera Christi Domini sponsa reputanda & credenda est; quæ varijs clericorum, monachorum, laicorum ordinibus distincta cernitur, vt singuli illi ordines suis subdantur prælatis atque pastoribus; Illi verò singulorum ordinum præfecti pastoresque principis summi in spiritualibus, vniuersalisque pastoris vice Christi fungentis imperatis obsequantur. Sic S. Ignatius Ecclesiæ militantis status varios, triumphantis ordinibus assimilatione pulchra conformans aiebat; i *Quid enim est Episcopus, nisi qui principatum omnem & potestatem super omnes obtinet, vt obtinere homo potest, qui est pro viribus Christi Dei imitator? Quid verò Presbyterium nisi Collegium sacrum, consiliarij & confessores Episcopi? Quid item Diaconi nisi imitatores Angelicarum virtutum, & ministrantes ministerium purum & immaculatum, vt S. Stephanus B. Iacobo, & Timotheus ac Linus Paulo, & Anacletus atque Clemens Petro? Qui igitur his inobediens fuerit, Atheus, & impius omnino fuerit, & Christum improbans ac eius ordinationem imminuens.* Vir S. Apostolorum discipulus; Ecclesiarum particularium cum Ecclesia triumphante conformationem debere fieri iudicauit: quantò magis Ecclesiæ vniuersalis? Cum quæ singulæ Christianorum congregationes ac cætus diuersis distincti diœcesibus imperfecta similitudine splendorem pulchritudinemq; triumphantis illius beatorũ cælestiũ societatis adũbrant: hunc vniuersalis Ecclesia perfectissimè repræsentet & exprimat k. S. Gregorium præfatis quibusdam de præclara cælestis Ecclesiæ dispositione & ordine subjungentem hæc audiamus. *Si ergo*, inquit, *inter Angelos qui sine peccato sunt istam constat esse distinctionem, quis hominum abnuat huic se dispositioni libenter submittere, cui nouit etiam Angelos obedire? Hinc enim pax & charitas mutua se vice complectuntur, & manet firma concordiæ in alterna & Deo placita dilectione, sinceritas. Quia igitur vnumquodque tunc salubriter completitur officium, cum fuerit vnus ad quem possit recurri, præpositus: Idcirco opportunum esse perspeximus in Ecclesiis quæ sub regno excellentissimi filij nostri Childeberti Regis secundum antiquam consuetudinem fratri nostro Vergilio Arelatensis ciuitatis Episcopo vices nostras tribuere: quatenus & Catholicæ fidei integritas, id est, sanctarum quatuor synodorum, Deo protegente sollicita deuotione seruetur: Et si inter fratres consacerdotesque nostros aliqua euenerit fortè contentio, auctoritatis suæ vigore, vicibus nempe sedis Apostolicæ functus, discreta moderatione compescat. Cui etiam iniunximus vt si quarumdam causarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum præsentia opus sit, congregatis sibi in numero competenti fratribus, coepiscopis nostris salubri hoc seruata æquitate discutiat, & canonica integritate definiat. Si quam contentionem (quod longè faciat diuina potestas) de fidei causa euenire contigerit, aut negotium emerserit, cuius vehemens sit fortasse dubietas, & pro sui magnitudine iudicio sedis Apostolicæ indigeat, examinata diligentius veritate; relatione sua ad nostram studeat perducere notionem, quatenus à nobis valeat congrua sine dubio sententia terminari.*

c Theoph. in c. 12. Hebr. v. 22.

f D. Aug. ser. 175. de temp. qui est 2. de ascensione.

g Eph. c. 2. v. 16.

h Philipp. c. 3. v. 20. & 21.

Ecclesia militans in suis actibus imitatrix triumphantis.

i S. Ignat. Epi. ad Tral. v. 7.

Singulæ Ecclesiæ diœcesi distinctæ Ecclesiam triumphantem imitantur, quanto magis vniuersalis Eccl.

k Greg. l. 4. in Ind. 13. epist. 52.

Sedes Apostolica vertex auctoritatis Ecclesiasticæ, ad quam res maximi momenti resoluendæ diriguntur.

Ita verò Deus vt suæ vnitatis ac dominationis diuinæ majorem & pleniorem in cælestibus spiritibus similitudinem effigiemque potentius imprimeret, sic voluit omnes ordinatione congrua componere inter se, vt à superioribus inferiores regerentur, & omnes cuiusque hierarchiæ, ordinisque sub vno principe militarent, ab eoque

Vnus Angelus à Deo creatus omnium princeps, cui omnes obedire ex officio tenentur.

iuſſi & imperati ad operationum ſuarum motus & influxus ſemper incederent. De quo Angelorum principe hæc S. Gregorius.[a] *Ipſi Angelo qui primus eſt conditus*, (non prioritate naturæ, ſed dignitatis) *per prophetam dicitur:*[b] *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia & perfectus decore: In delicijs paradiſi Dei fuiſti. Vbi notandum eſt, quod non ad ſimilitudinem Dei factus, ſed ſignaculum ſimilitudinis dicitur, vt quò in eo ſublimior eſt natura, eò in illo imago Dei ſimilius inſinuetur expreſſa.* Et paulò pòſt.[c] *Dum cunctis agminibus Angelorum prælatus eſt, ex eorum comparatione clarior fuit.* Quem principem Angelorum fuiſſe Luciferum, qui poſtea tanquam fulgur arrogantia tumidus contra Deum largitorē ſplendoris ſui è cælo cecidit, ſancti Patres diuinis inſtructi, munitique ſcripturis aſſeueranter affirmant, vt Tatianus S. Iuſtini Martyris diſcipulus oratione contra Græcos, hæc dicens,[d] *Angelus ille primogenitus, in dæmonem mutatur, & alij phantaſmata eius ſecuti dæmonum exercitus deputantur, & propter arbitrij libertatem ſtultitia ſuæ permittuntur.* Cuius Angelorum principis inter omnes creaturas erga Deū turpiſſima ingrati animi labe & macula fœdiſſimi præſtantiam & elegantiſſimum naturæ decus ſuper omnes Angelos S. Gregorius exprimere conatus, hæc in expoſitionem horum Prophetæ patientiſſimi verborum, *ipſe eſt principium viarum Dei*, ſapienter & eleganter effudit,[e] *Quid vias Dei, niſi eius actiones accipimus? de quibus per Prophetam dicit,*[f] *Non enim ſunt viæ meæ ſicut viæ veſtræ: Et principium viarum Dei Behemoth dicitur, quia nimirùm cum cuncta creans ageret, hunc primum condidit, quem reliquis Angelis eminentiorem fecit.* Huius principatus eminentiam conſpicit C Propheta cum dicit,[g] *Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei: Abietes non adæquauerunt ſummitatem eius. Platani non fuerunt æqua frondibus illius. Omne lignum paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini eius: quoniam ſpecioſum fecit eum in multis condenſis frondibus. Qui namque accipi* (inquit ille ſanctus hæc exponens) *in cedris, abietibus & platanis poſſunt, niſi illa virtutum cæleſtium proceræ altitudinis agmina in æterna lætitia viriditate plantata? Quæ quamuis excelſa ſint condita, huic tamen nec prælata ſunt, nec æquata. Qui ſpecioſus factus in multis condenſiſque frondibus eſſe dicitur, quia prælatum cæteris legionibus tanta illum ſpecies pulchriorem reddidit, quanta & ſuppoſita Angelorum multitudo decorauit. Iſta arbor in paradiſo Dei tot quaſi condenſas frondes habuit, quos ſub ſe poſitas ſupernorum ſpirituum legiones attendit: qui idcircò peccans ſine venia damnatus eſt, quia magnus ſine comparatione creatus fuerat. Hinc eì rurſum per Prophetam dicitur:*[g] *Tu ſignaculum ſimilitudinis Dei, plenus ſapiētia & perfectus decore, in delicijs paradiſi Dei fuiſti; Multa enim de eius magnitudine locutus, primo verbo cuncta cōplexus eſt. Quid namque boni non habuit ſi ſignaculum ſimilitudinis Dei fuit? De ſigillo quippe annuli talis ſimilitudo imaginabiliter exprimitur, qualis in ſigillo eodem eſſentialiter habetur. Et licet homo ad ſimilitudinē Dei creatus ſit, Angelo tamen quaſi aliquid maius tribuens non eum ad ſimilitudinem Dei conditum, ſed ipſum ſignaculum Dei ſimilitudinis dicit: vt quò ſubtilior eſt in natura, eò in illo ſimilitudo Dei plenius credatur expreſſa.* Pergit verò S. Gregorius Luciferi primatum ſuper nouem ordines exprimens. *Hinc eſt quod primatus eius potentiam adhuc inſinuans idem propheta ſubiungit: Omnis lapis pretioſus operimentum tuum, Sardius, & Topaſius, & Iaſpis, Chryſolytus, Onyx, & Beryllus, Sapphirus, Carbunculus, & Smaragdus: Nouem dixit genera lapidum, quia nimirum nouem ſunt ordines Angelorum. Nam cum per ipſa ſacra eloquia Angeli, Archangeli, Throni, dominationes, virtutes, principatus, poteſtates, Cherubin, & Seraphin aperta narratione memorantur, quāta ſint supernorū ciuium diſtinctiones oſtenditur. Quibus tamen Behemoth iſte opertus fuiſſe deſcribitur, quia eos quaſi veſtē ad ornamentum ſuum habuit, quorum dum claritatem tranſcenderet, ex eorum claritate clarior fuit.*

a S. Greg. ho. 34. in Euang.
b Ezech. 28.
Præſtātia huius Angeli principis quā magna ſuper alios.
c Ibi. S. Greg.
Princeps Angelorum fuit Lucifer.
d Tatiao. ora. contra Græc.
e S. Greg. l. 32. Moral. c. 18.
Deſcriptio præſtantia naturæ Luciferi.
f Eſai. 55.
g Ezech. 31.
Potentes potenter tormenta patientur exēplo Luciferi.
g Ezech. 28.
Citra omnem comparationē Lucifer omnib. excellentior.
Angelus homine à Deo perfectior creatus.
Declaratur primatus Luciferi ſuper 9 ordines per nouē lapides pretioſos ſignificatos.

A Hæc ſanctiſſimus Pater aureis planè verbis, dum admirabilem Luciferi naturam multiplicium pulchritudinum, donorumque ſuper omnes beatorum ſpirituū ordines irradiatione rutilātem exprimere conatur, morali ſublimitate mundana omnia diuinitus ſupergreſſus aſcendit.[h] Si quæ S. Clementis nomine circunferuntur, recognitionibus B quandoque fides haberetur, audiremus iſta à Principe Apoſtolorum, quæ magnoperè verborum S. Gregorij auctoritatem aſtruunt: *Deus*, inquit, *cum feciſſet mundum, tanquam vniuerſitatis dominus, ſingulis quibuſque creaturis principes ſtatuit. Statuit ergo Angelis Angelum principem, & ſpiritibus ſpiritum.* Sed propter ingratitudinem & ſuperbiam iſte Lucifer omnium miſerrimus, qui omnium fuerat creatus formoſiſſimus, ex naturæ ſuæ nobilitate ſuæque dignitate prælationis intumeſcens, dum[i] in cælum aſcēdere contra Deum & ſolium ſuper aſtra exaltare, vt eſſet ſimilis altiſſimo molitur: tanquam fulgur[k] in profundum abyſſi præcipitatus, æternis addictus ignibus, nunquam moriturus acerbiſſimè, ſicut iuſtiſſimè, C cruciatur. *Ipſe enim diabolus*,[l] inquit D. Thomas, *cùm primo eſſet omnibus excellentior, videns ſuam naturalem excellentiam ſuperbiuit. Multi autem ex alijs videntes eum tam excellentem, conſenſerunt eius ſuperbiæ, & ei adhæſerunt.* Sanctus verò Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus hunc Luciferum nulla re magis ad peccandū, & contra creatorē ſuum rebellandū, quā ex ſuo ſuper ōnes Angelos primatu ac imperio incitatum fuiſſe credit,[m] *Dum*, inquit, *Apoſtata Angelus ad nouem Angelorum ordinum comparationem, ſe clariorem cunctis aſpexit, confeſtim intumuit, & cor ſuum ad ſuperbiam eleuauit:* Quod ſupra his verbis confirmauerat.[n] *Primatum habuiſſe inter Angelos diabolum conſtat excellentia prælationis, ex qua fiducia cecidit, ita vt ſine reparatione laberetur.* Eamque fidem quam de ſuperemi- nente Luciferi præſtantia & prælatione ſuper D omnes Angelorum choros habuit, ipſe Sanctus ſanctarum ſcripturarum auctoritate fulciuit, his in eodem libro & capite conceptis verbis, *Ante omnem*, inquit, *creationem Angelorum diabolus conditus eſt, ſicut ſcriptum eſt: Ipſe eſt principium viarum Dei: Primus enim creatus extitit ordinis prælatione, non temporis quantitate.*[o] Et ex commentario in Iob. c. 40. inter opera S. Hieronymi repoſito, qui Bedæ venerabili aſcribitur, iſta leguntur. *Diabolus inter cæteras creaturas primus à Deo eſt conditus: & inde dictum eſt. (Ipſum principium eſt viarum Domini: Nam in Ezechiele Propheta inter capite ignitorum lapidum refertur, quod primus fuerit omnium Angelorum, & corona in manu Domini)* ipſe eſt, qui mane oriebatur, de quo Propheta Eſaias,[p] *Qui dicebat in corde ſuo, Aſcendam ſuper altitudinē nubium, ſimilis ero Altiſſimo*,[q] ſub figurata perſona principis Babyloniæ diabolum notat, inquit, Au-

h S. Petr. auctoritate S. Gregorij verba confirmātur.
S. Clement. l. 1. Recognit. Ruffino interprete.
Lucifer intumens propria natura excellentia, contra Deum ſuperbiēs elatus recidit in infernū cum 3. parte Angelorum.
i Eſai. 14.
k Apoc. 12.
l S. Thom. in c. 12. Apoc.
Peccatum diaboli ex primatu ſuo.
m Iſidor. l. de ſummo bono c. 12.
n S. Iſidor. ib.
o Iob. 40.
p Eſa. 14.
q D. Aug. l. 11. de ciuit. c. 5.

gustinus. Sed iam ad inferos propter superbiam & ingratitudinem Lucifero damnato, æternisque subiugato tormentis, quis Angelorum diuina ordinatione in eius principatum successerit, nobis sequenti capite paulò diligentius inquirendum est.

CAPVT IX.

Lucifero ad æternas pœnas damnato cum suis Angelis sanctum Michaëlem successisse in principatu militiæ cœlestis, scilicet omnium Angelorum, probatur.

1. *Præter Deum, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum vnum esse principem in cœlo sanctum Michaelem, sic in Ecclesia militante præter Christum Dominum esse vnum visibilem Romanum Pontificem.*
2. *Sanctus Michael defensor Ecclesiæ Catholicæ, & inter cætera regna Christiana, regni Francorum.*
3. *Sanctus Michael post Christum iudex supremus, ac princeps cœlestis militiæ, pro Ecclesia in fine mundi contra Luciferum, & Antichristum viriliter, ac fæliciter pugnaturus est.*



Sicut præter Deum in Ecclesia triumphante S. Michael est princeps, sic præter Christum in militante est Rom. pontifex.

IVINA ergo sententia contra Luciferum, furiosissima superbissimaque in Deum factorem suum rebellione efferatum prolata, qua in æternorum suppliciorum voraginem iustissimè demersus, ac præcipitatus est: ne militia cœlestis acephala foret, suoque monarcha, ac imperatore priuaretur: huic monarchiæ cœlesti prospicere cupiens Deus præter se & secundum se è Seraphinorum, hierarchia, reliquorum Angelum præstantissimum sanctum Michaëlem in locum Luciferi succenturiatum, huius monarchiæ primum supremumque principē voluit eligere. Vnde clarissima hanc veritatem demonstratione ad infringēdos Caluini fœtore mendaciorum horribili conspersos errores, impietatesque deducimus: præter Christum Dominum in Ecclesia militante aliud esse caput visibile, qui sub Christo, princeps, pastorque constitutus summa huic vniuersali Ecclesię sponsæ Christi Domini castissimæ suauiter atque sapienter authoritate dominaretur. Ridicula admodum, & euanida ratione sceleratissimus hæresiarcha contestatus est, [a] non inde sequi in Ecclesia licet eius esset principatus monarchicus, aliquem principem summum Romanum puta pontificem agnoscere. *Quoniam Christus*, inquit, *illius rex esset, atque monarcha diceretur.* Quæ ratio si aliquo veritatis fundamento niteretur, quis non modo Romanum Pontificem, sed etiam omnes Episcopos, pastores, doctores, aliosque ministros inutiles, atque superuacaneos in Ecclesia remanere non minus vere quam libere posset asseuerare? Cum Christus sit pastor, & Episcopus animarum nostrarum [b] *Sicut caput summus suę Ecclesiæ Pontifex, cum sit vnicus magister quem omnes qui salui volunt esse cœlestis pater audire iubet,* [c] *sitque ipse qui baptisat in Spiritu sancto.* [d] Ergo si quia Christus Dominus inuisibile nostrum sit caput, rex summus, atque monarcha suæ Ecclesiæ creditur, & agnoscitur, alius sub Christo princeps, pastor summus, & visibile caput Ecclesiæ, non sit opus, cur alij prælati à Christo Domino constituti, Episcopi, pastores, & doctores, alijque ministri vtiles, & non superuacanei in Ecclesia remanebunt? Sed hæc in transcursu dicta, postea cumulatius copiosiusque tractabuntur. Ad sanctum Michaelē cœlestis primatem militiæ redeamus. Quem omnium Angelorum factum à Deo post Luciferi præcipitium satis clare S. Ioannes indicat, [e] cum sic in Apocalypsi loquitur. *Michael, & Angeli eius prælia bantur cum dracone*, &c. Quid enim hæc verba sibi volunt aliud nisi Michael, & exercitus eius? quia sicut cū in eodē Apocalypseos loco dicitur. [f] *Diabolus & Angeli eius*, &c. Aliud nihil intendit S. Apostolus intelligere quam omnes malos Angelos diabolo tanquam principi, & imperatori subiectos esse; sic cum dixit à Spiritu sancto instructus Michael, & Angeli eius mentem hanc esse suam manifestare voluit sancto Michaeli datum à Deo supremum super omnes Angelos bonos esse destructo Lucifero dominatum. Doctrina est viri sanctissimi Laurentij Iustiniani sermone de sancto Michaele dicentis [g] *Sanctis spiritibus prælatus est Michael, sicut Lucifer malis*: vt non male, imo iustissime ab Ecclesia in suo rituali officio, *sanctus Michael paradisi præpositus, & princeps cœlestis militiæ dictus esse videatur.* Fuit hæc sanctorum patrum mens, atque sententia communis sacrarum scripturarum corroborata testimonijs, vt sancti Basilij sic per apostrophen sanctum Michaelem alloquentis. [h] *Tibi, ô Michael, duci supremorum spirituum, qui dignitate, & honoribus prælatus es omnibus spiritibus superum, tibi*, inquam, *supplico.* Cui cohæret illud Pantaleonis [i] Diaconi apud Lipomanum. *Primum locum obtinet inter millia mille & decies mille myriades Angelorum, & proxime, ac extra vllum stuporem eams ter sanctum, & admirabilem hymnum Michael, qui est maxima, & clarissima stella clarissimi ordinis.* Verba hæc, *extra vllum stuporem*, non negligenter, leuiterque prætereunda: quibus summa sancti Michaelis authoritas, & excellentia non mediocriter ostensa significatur. Quæ videlicet tanta in eo est, vt omnibus beatorum spirituum agminibus ad conspectū Dei præ ineffabilis, & incomprehensibilis maiestatis illius magnitudine stupefactis, & attonitis, ipse nulla ratione stupens exhorrescat. Huc pia Sophronij Episcopi Hierosolymorum exclamatio reuocanda. [k] *O ter sanctissime summéque amande, & venerande sacræ militiæ princeps, & administer Michael Angelorum coryphæe, omni cultu, omnique laude dignissime.* Hæc sancti Patres non tam oratoriè, quam verè de maxima sancti Michaelis dignitate, & inter spiritales creaturas maiestate modulantur, prout à Prophetarum sanctis oraculis ex sacro adyto didicerunt, vt à Daniele, à quo sanctum Michaelem magnum principem audiunt. *In tempore* [l] *autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui*, &c. [m] Et ca. 10. *Princeps autē regni Persarū restitit mihi viginti & vno diebus; & ecce Michael*, dicebat Gabriel ad Danielē, *vnus de principibus primis venit in adiutorium meum* *, &c. Nota phrasim Hebraicam, vnus de principibus

a Caluin. l. 4. c. 6. §. 9. inst.

Caluini ridicula ratio confunditur.

b Pet. 1. c. 2.

c S. Matt 17.

d S. Ioan. 1.

S. Michaelem principē summum Angelorum probatur.

e Apoc. c. 12.

f Apoc. ibid.

g Laurent. Iustin. ser. de S. Michaele.

h Basil. hom. de Angelis.

i Pant. hom. de S. Mich.

k Sophronij episc. test.

l Dan. c. 12. v. 1.

m Daniel. c. 10. v. 13.

* Phrasis Hebræa.

bus primis, id eſt, primus inter primos, ſic enim Hebræi loquuntur; ſicut cum Geneſeos * primo ſic Moyſes locutus eſt. *Factum eſt veſpere, & mane dies vnus*, id eſt primus. Eadem autem vox, ac dictio Hebraica *hechar* אחד in vtroque Danielis Moyſiſque contextu poſita eſt. Cui angelorum principi tantum honorem, priuilegiumque Deus elargitus eſt, vt ſuam ſæpius illum perſonam ſuſtinere, ac repræſentare voluerit; de hac re magnis patribus teſtimonia perhibentibus, ſicut à Pantaleone illo magno Diacono apud Lipomanum: de quu ſupra, vt Exod. cap. 3. Hæc Sanctus Michaël in perſona Dei Moyſi locutus eſt a. *Ego ſum Deus Abraham, Deus Iſaac, & Deus Iacob.* Cuinam vero angelorum niſi principi ſuas Deum crediſſe vices, qui ipſum pro dignitate referret, exiſtimare debemus? Illuſtriſſimi porro tituli honorumque ſingularium prærogatiuæ, quibus à Deo mactatum, cumulatumque fuiſſe pia mater Eccleſia teſtificatur, monarcham illum ſpirituum cœleſtium eſſe conuincunt, quales ſunt *præpoſitus paradiſi, primas cæleſtis exercitus, princeps militia cœleſtis, præpoſitus animabus ſuſcipiendis.* Quæ officia, dignitatéſque, quia omnium illuſtriſſimæ alteri à ſupremo angelorum, principi communicari, impertirique non debuerunt. Propterea ſub honore, ac nomine Sancti Michaëlis ſancta mater Eccleſia tanquam omnium principis omnium quotannis angelorum memoriam celebrare, & ſacris efferre præconiis magna deuotione conſueuit. Cumque illius opem, auxiliúque in ſanctis litaniis precum ſuarum virtute, metiroque flagitar poſt ſanctiſſimam Dei matrem angelorum, hominumque reginam auguſtiſſimam, primo illum ordine implorando commemorat. Namque ſuum ſentit vbique terrarum protectorem, atque contra omnes omnium hoſtium carnalium, & ſpiritualium nequitiæ tenebrarumque principum furioſos impetus inſultuſque defenſorem: ſicut illo principe pro ſe luctante necnon præliante antiquæ legis tempore ſynagoga victrix reſpirabat, atque triumphabat. Cui à ſua illam longa captiuitate de crudelibus Aſſyriorum manibus liberandi, non fuit ſatis fortis, & potens archangelus Seraphicus Gabriel, quamuis vnus de magnis Angelorum principibus, déque ſeptem illis ſit ſpiritibus, qui aſtant ante b Dominum, vel vt loquitur apoſtolicus propheta. c Qui in conſpectu throni eius ſunt: niſi Sanctus Michaël cunctis virtute, & potentia ſuperior, ac eminentior ad illius auxilium Dei armatura munitus aduolaſſet. Vt ipſe Sanctus Gabriel cum Daniele loquens teſtatur his verbis d. *Ego veni propter ſermones tuos; princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti, & vno diebus: Et ecce Michael vnus de principibus primis*, ſcilicet primus inter primos vt ante ex Hebraica phraſi notauimus, *venit in adiutorium meum*, &c. Et poſtea e. *Et nemo fuit adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps* veſter, ſcilicet defenſor & vindex veſtræ gentis Hebrææ. *At f cum venit plenitudo temporis in qua Deus miſit filium ſuum in mundum, vt ſaluaretur mundus per ipſum*; repudiata, eiurataque ſynagogæ in meretricem, gentémque incredulam immanibus efferam peccatis

*Geneſ. 1. v. 5.

S. Michael ſæpe in ſcriptura Dei perſonam ſuſtinuit.

a Exod 3.

Illuſtriſſimi honorum tituli S. Michaelis à Deo dati illum principem angelorum arguunt.

Sub nomine Sancti Michaelis angelorum omnium feſtiuitas ab Eccleſia celebratur.

S. Michael protector & defenſor Eccleſiæ Chriſtianæ ſicut olim ſynagogæ.

b Tob. 12. v. 15.

c Apoc c. 1. v. 4.

d Daniel. c. 10. v. 12.

e In fin. c. 10. Dan.

f Ad Galat. c. 4. v. 4.

A immutatæ, protectione Sanctus ipſe angelicorum exercituum princeps ſe totum ad defenſionem Eccleſię Chriſtianæ g non habentis rugam, aut maculam ſpiritualibus armis accinxit. h Concuſſumque eſt mare, & contremuit terra, dum Michaël Archangelus ad eius Eccleſiæ ferendam opem deſcenderet de cœlo. Qui diuinæ gloriæ zelo diuinitus æſtuans, (vt nomen eius Michaël, *Quis vt Deus?* clarius indicat,) atque ſalutis populorum Dei, quos ſacra mater Eccleſia Chriſto ſuo ſponſo religioſa fœcunditate peperit, incenſus amore, non modo i *aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitia in cœleſtibus*, quotidie generoſa, & ſeraphica furtitudine luctatur. Quæ prælia, &

B luctationes cum dracone illo lucifero, & angelis eius alta quadam, diuinaque mente præditus, Sanctus Gregorius apprehenſione forti conſiderans, vt illius angelorum principis dignitatem, virtutemque ſublimius attolleret, iſta dicere minimè dubitauit k *Quoties mira virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur: vt ex ipſo actu, & nomine detur intelligi, quia nullus poteſt facere quod facere præualet Deus.* Vnde nec ille antiquus l *hoſtis, qui Deo eſſe per ſuperbiam ſimilis concupiuit, dicens: In cœlum aſcendam, ſuper aſtra cœli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis, aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo, dum in fine mundi in ſua virtute relinquitur extremo ſupplicio perimendus, cum Michaele Archangelo præliaturus eſſe perhibetur.* Sicut per Ioannem dicitur m.

C *Factum eſt prælium cum Michaele Archangelo, vt qui ſe ad ſimilitudinem Dei ſuperbus extulerat, per Michaelem peremptus diſcat, quia ad Dei ſimilitudinem per ſuperbiam nullus exurgat.* Propter quod inter Sanctorum acies, & exercitus Angelorum Chriſti, ſignifer paradiſique præpoſitus appellatur; qui ſingulari cuſtodia, curaque ſuſcepit à Deo vt Regem, regnumque Francorum cuſtodiret, atque contra omnes hoſtium conatus bellicoſos, impetuſque tutaretur. In cuius rei fidem poſt primam ſancti Michaelis in finibus Eccleſiæ Romanæ, monte ſcilicet Apuliæ Gargano mirabilem apparitionem, poſt huius memoriam, & honorem, templi conſtructionem Deo dicari, ſecundam ſuæ virtutis, & authoritatis ipſe Sanctus apparitionem iubente

D Deo in Franciæ regno fecit, in illo loco Tumba nominato iuxta mare ſex millibus ab vrbe Abricenſi remoto, circa annum Domini 709. Cum Sanctus Michael huius ciuitatis apparens Epiſcopo in prædicto ſuæ apparitionis viſioniſque monte, templum ſuæ conſecratum memoriæ conſtrui, ac ædificari mandauit: vt ibi ab incolis Francorum rogatus Regis, regnique Franciæ rerum fortunarumque magna charitate ſatageret. Hoc illa Gaguini noſtræ gentis ſcriptoris eloquia teſtificantur n. *Eodem*, inquit, *prope tempore Aubertus Abricenſis pontifex in colle altiſſimo Sancti Michaelis cænobium ædificauit, cum ageretur annus ſalutis 709. Quod prudenter conſiderans Ludouicus vndecimus Franciæ Rex in honorem Sancti Michaelis Angelorum principis ſui regnique defenſoris, atque protectoris ordinem militarem Sancti*

g Epheſ. c. 15. v. 27.

h Cantus Eccleſiæ.

i Epheſ. 6. v. 12.

k S. Greg ho. 43. in Euang. to. 2.

l Eſa. 14.

m Apoc.

Singularem à Deo regni Francorum S. Michael protectionem ſuſcepit.

n Gaguin l. 5.

Ordo equitum Torquatorum S. Michaelis à Ludouico Rege inſtitutus.

Michaëlis magnifico religiosoque apparatu, cuius ipse rex primus esset Torquatus eques institutus. Qui autem toto suæ in terra mansionis tempore Ecclesiam Dei militantem contra omnes eius hostes perduellesque sceleratos inuicta fortitudine affectuque protegere, tutarique non cessat, omnes suas vires copiasque contra solutum catenis luciferum, & Antichristum *hominem peccati* in fine mundi pro hac Christi Dei sponsa præliaturus educet; iuxta illud regij Prophetæ vaticinium a. *Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Quo loco pro immittet Septuaginta transtulerunt παρεμβαλεῖ castrametabitur & Sanctus Hieronymus b ex Hebræo transtulit. *Circundabit in gyro* vt Sanctum Michaëlem Dæmoni, atque diabolo opponat, *qui tanquam leo rugiens c à Sancto Petro circuire dicitur quærens quem deuoret.* Hoc nempe vaticinio Dauid omnes fideles in fine mundi victuros bene in auxilio ac fortitudine principis spiritualium agminum Michaëlis sperare, ac confidere hortando iubens. Qui beatos omnes cœlestium tabernaculorum spiritus sub sui principatus vexillo militantes in morem exercitus ad omnium fidelium Ecclesiæ filiorum defensionem instructurus de Dracone illo Lucifero, & Antichristo, eorumque crudelissimis exercitibus, copijsque furiosissimis in virtute Christi victor gloriosissimè triumphabit. Sic enim, quia angeli omnes sub Sancto Michaële imperatore exercitus Ecclesiæ triumphantis militum instar, militantis Ecclesiæ ciues suis viribus armisque tutantur, & ab omni hostium, dæmoniorum illorumque impietatis satellitum crudelitate oppressioneque vindicant; castra Dei, equitatus, legionesque nominantur. Vt d Genesis 32. Iacob cum angelos conspexisset, dixisse fertur, *castra Dei sunt.* Sic famulo suo horrore grauique timore concusso propter ingentem Syrorum exercitum, quem vidit in circuitu ciuitatis Samariæ: Eliseus respondit e. *Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quam cum illis: cumque orasset Eliseus ait, Domine aperi oculos eius, vt videat: & aperuit Dominus oculos pueri, & vidit, quia ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisei.* Erat exercitus angelorum in formam exercitus hominum ordinatorum, fide, & meritis bonorum operum Sancti prophetæ ad auxilium Samariæ ciuitatis aduolantium. Quod suo cogitatione profunda voluens animo sanctus Ambrosius exclamabat f. *O fides sancti Prophetæ; non timet aduersarios quos prospicit, quoniam scit angelos secum esse quos credit; non metuit terrenas insidias, quia cælestia adesse sibi nouit auxilia. Plures,* inquit, *nobiscum sunt quam cum illis. Mira res plures à cœlo defensores meretur sanctitas,* quam, *in terris oppugnatores adduxit improbitas.* Huius arcana mysterij sanctus g Bernardus euoluens exponendo hæc cantici canticorum, *equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea:* dicebat: *anima, nusquam est sine angelorum custodia: & ne dixeris in corde tuo. Vbi sunt? quis eos vidit? vidit eos propheta Eliseus, & fecit orando vt videret etiam Giesi. Tu non vides quia non es propheta, nec puer prophetæ. Vidit patriarcha Iacob, & ait, Castra Dei sunt hæc. Vidit & doctor gentium, qui dicebat, nonne omnes sunt administratorij spiritus? Ergo angelicis suffulta ministerijs, & superno stipata agmine sponsa incedens;*

In fine mundi pro Ecclesia Dei S. Michaël contra Luciferum Antichristumque fortiter, potentiterque pugnabit.

a Psal 33. v. 8.
b D. Hieron. in ps 33. v. 8.
c D. Petrus 1 epist. c. 5.
d Gen. c. 32. vers. 2.
e 4. Re. 6. v. 17
f S. Amb. ser. 86.
g S. Bernard. sermone 39. in c. 1. cant.

A *similis est equitatui Domini.* Similem huius cantici primi canticorum loci in gratiam mysterij huius nostro fauentis instituto sanctus Gregorius Nazianzenus expositionem produxit orat. 3. in cap. 1. cum ait, *hanc autem,* scilicet inuisibilem fortitudinem, qua destruxit Dominus Pharaonem cum exercitu in aquis, *non nisi Angelorum exercitum esse arbitramur, de quo vates ille inquit, Ascendes in equos tuos & equitatus tuus salus est.* Et sanctus Hieronymus de angelorum militia cœlesti, & castris Dei pro salute fidelium, hæc Esaiæ vatis exponit. *Adducent fratres vestros de cunctis gentibus in equis, & in quadrigis, & in lecticis ad montem sanctum meum.* Quæ verba sanctus Hieronymus exponens hæc habet. *Diuersi generis*

B *vehicula, intelliguntur angelica ministeria. his equis, & curribus Elias raptus est: Et Eliseus se seruare nescientis puero demonstrauit. Et Zacharias vidit in nocte equos rufos, nigros, varios, & albos; & dixit. Quid sunt isti Domine mi? Et ait, Angeli isti sunt quos misit Dominus, vt perambulent terram.* Similiter ob eandem rationem, quam modo tetigimus, etiam angelorum sub principe Michaële diuini exercitus ductore militantium legiones appellantur. Vt illo Christi Domini loquentis ad Petrum testimonio compertum est a. *An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones angelorum.* Quasi diceret b sancto Hieronymo interprete c, *non indigeo duodecim apostolorum auxilio, etiam si omnes me defenderent,*

C *qui possum habere duodecim legiones angelici exercitus.* Ex opposito similem pugnandi formam contra Ecclesiam Dei, ad instar terrenorum exercituum Dæmones sub imperatore Lucifero, sicut bonos cœlestesque spiritus sub Sancto Michaële castrametando sectari Tertullianus d ostendit ex illis Sancti e Lucæ verbis, vbi spiritus malignus interrogatus à Christo Domino quodnam sibi nomen esset: respondit legio. *Cum,* inquit, *inueniis in vno homine multitudinem dæmonum legionem se professam disce Christum expugnatorem spiritualium hostium spiritualiter armatum spiritaliter bellicosum intelligendum; atque ita ipsum esse, qui cum legione quoque dæmonum erat dimicaturus: vt de hoc bello psalmus videri possit pronunciasse. Dominus fortis, f & potens; Dominus potens in prælio.* Ergo vt

D ad illum redeat oratio angelorum principem, vnde deflexit, qui toto huius militiæ mortalis tempore nunquam Christi Domini Ecclesiam defendere præliando cessauit: In tempore illo, scilicet fine mundi: *Consurget Michael princeps magnus:* dicebat Gabriel Archangelus Danieli g *qui stat pro filiis populi tui: & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud.* Quibus verbis sanctus Gabriel Danieli notum facere voluit, paulo ante seculi consummationem sanctum Michaëlem cum Dei exercitu cœlestibus conflato spiritibus cum magna, diuinaque fortitudine zelo Dei honoris accensa, ardoreque fidelium militantis Ecclesiæ filiorum salutis inflammata, contra Antichristum *hominem peccati,* filium perditionis, dæmoniorum sub Lucifero exercitu stipatum, atque munitum

S. Greg. Nazianz. orat. 3. in c. 1. Cant.
S. Hieron. in c. 66. Esaiæ.
a S. Matt. 26. v. 53.
b c S. Hier. in 26. S. Matth.
d Tertul. l. 4. contra Marcionem c. 20.
e Luc. 8. v. 30.
f Psal. 23. v. 8.
g Daniel. c. 12. v. 1.

aduentaturum. Qui consurgens contra eum (A) hoc nigro, ac horribili vallatum exercitu acerrimè pugnaturus Christi Domini virtute, & imperio, hunc interficere, ac trucidare deberet. Tunc parta de dracone Lucifero, & homine illo peccati omnium, qui vnquam vitæ mortalis aera spirarunt, hominum flagitiosissimo, victoria, audietur vox illa de cœlo dicens a. *Nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte.* b Salus illa videlicet cum Christi Domini regis regum gloria potenter apparebit tunc, cum reuelatus fuerit *ille iniquus* c; *quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui,* mediante scilicet seruo suo Michaële suorum exercituum cœlestium imperatore; (B) vt Dionysius Cartusianus, Hugo Cardinalis, & doctor angelicus duplici sensu vere, & eleganter interpretantur d. Primo vt sit sensus, *interficiet eum spiritu oris sui, id est zelo iustitiæ, qui est amor, spiritus enim Christi est amor Christi*; sicque zelus Spiritus sancti est, quo in Ecclesiæ suæ salutem, & pacem grauiter, & amanter inflammatur. Altero, vt sic locus intelligatur, *Interficiet eum spiritu oris sui: id est, virtute, mandato, & iussione sua, quia*, inquit Diuus Thomas, *Michael interfecturus est eum in monte Oliueti, vnde Christus in cœlum ascendit.* Quæ expositio non à vera contextus Apostolici intelligentia discordat, quamuis prima, quæ est grauissimorum doctorum communis expositio, nullo modo ab illius contextus congruitate dissonet. Sed instituti nostri vestigiis insistentes expositionem verborum sancti Pauli secundam (C) secuti, satis manifeste intelligimus, & apprehendimus, quanto laudis, honoris, potestatisque culmine sanctum Michaelem super omnes beatorum spirituum ordines Christus Dominus eleuare voluerit, cum illum spiritum oris sui, quo erat Antichristum interfecturus, appellare dignatus est. Qui honos, & potestas summa nulli Angelorum præterquam illorum principi tribui à Christo Domino, deferrique posse iure videtur. Propter quam potestatis, atque honorificæ dominationis eminentiam sancta credit Ecclesia, animorum à corporibus egredientium particulare dispensatione diuina à sancto Michaele exerceri iudicium, propter quod illum à Deo *præpositum* f *animabus suscipiendis* appellat, ita in sacrosancto missæ de defunctis sacrificio precari solita. *Signifer sanctus Michael repræsentet eas in* (D) *lucem sanctam.* Ideoque vt summa eius authoritas, æquitasque in nostrorum operum valore sique demerito æqua lance trutinandis, & examinandis intelligatur, gladio, & statera manibus onustum in templis Deo consecratis depictum non sine mysterio videmus. Et in extremo iudicio signum filij hominis, vt patet ex sancto Matthæo g cap. 24. scilicet signum crucis Dominicæ tanquam supremi omnium creaturarum regis, ac imperatoris vexillum, quod apparebit in cœlo h à sancto Michaele, ante Christum Dominum iudicem viuorum, & mortuorum cum maiestate ineffabili portabitur: ex quo ab ecclesia signiferum dictum supra meminimus. Quod quidem, vt maior sublimiorque Christi supremi omnium monarchæ, ac imperatoris authoritas,

a Apoc. 12. v. 10.

b 2. ad Thessal. v. 28.

Christus Dominus Antichristum per S. Michaelem interficiet.

c Dion. Cartus. Hugo Card.

d D. Tho. in 2. ad Thessal. 2. v. 8.

S. Michael exercet particulare iudicium in animas corporibus egredientes.

f Cantus Ecclesiæ & oratio.

Cur eum gladio, & statera S. Michael depingitur.

g S. Matt 24.

h Ioan. Echius hom. 8. in festo S. Michaelis.

(A) gloria, maiestas, ab omnibus creaturis summa reuerentia stupefactis, si bonæ sint, & si malæ horribili tremore perculsis agnoscatur, non nisi beatorum, cœlestiumque spirituum principi debere gestandum committi, potentia Dei, qua attingit omnia à fine ad finem fortiter, sapientia qua disponit omnia suauiter, ipsaque ratio satis copiosè persuadere videntur.

CAPVT X.

Sicut in vniuerso choro Angelorum triplici hierarchia distincto, & nouem ordinibus vnus princeps sub Deo præsidet, (B) sic in qualibet hierarchia, & ordine vnus superior, qui alijs influat, & præsit, constituitur: vt monarchiæ forma magis in cœlis splendescat, ac perfectius innotescat.

1. *Conformitas inter visibilem siue materialem, & inuisibilem siue spiritualem mundum, docet præfecturam superioris in inferiores Angelos, in qualibet hierarchia, & ordine; itaut ille pater, ac princeps horum appelletur.*
2. *Eandem præfecturam ratio ternarij numeri hierarchiarum, & diuersitatis ordinum in qualibet hierarchia demonstrat.*

(C)



Icut in mundo hoc, quem oculis cernimus, tam iustam dispositionem, & ordinationem à Deo creatore mundi fundatam stabilitamque cognoscimus, vt inferiora corpora à superioribus regantur, indeque dignitas maior inter visibilia ex parte superiorum corporum, inferiorum respectu manifestius appareat: eadem prorsus ratione, imo potiori in mundo spirituali, & inuisibili, qui angelica Monarchia dicitur; sicut dignitatem maiorem, sic prælaturam eminentiorem in superioribus angelis cuilibet hierarchiæ, & ordini præpositis, sub summo omnium principe sancto Michaele constitutam à Deo vt sui imperij, monarchiæque in vniuerso mundo clarior in Angelis imago rutilet, ingenue præ nobis ferre, atque (D) vere confiteri debemus. Illudque clarius multo, & ad faciendam fidem efficacius intelligetur, si in societatibus humanis monarchica dominatione moderatis sub principe summo, ac rege multos esse alios præfectos, duces, & rectores prouinciarum, & ciuitatum, quæ sunt in regno, consideremus. Qui sicut dignitate præeuntes alijs, sic iusta potestate magistratuque dominantes supremi, principis authoritatem, maiestatemque regiam augustiorem, amabiliorem, venerabilemque magis in subditorum cordibus altissimis reuerentiæ, obedientiæque radicibus inserere, & imprimere solent. Quibus positis, & firmiter in veritate radicatis manifestiori fortiorique demonstratione verificatur, id in ecclesiæ Christi Domini militantis in terris, orbe ac territorio

Similitudine inter mundum visibilem & inuisibilem ostenditur Angelos superiores in qualibet monarchia, & ordine inferioribus dominari.

Comparatio societatum humanarum cum Angelicis idem docet.

Intermedij, ac subalterni sunt in Ecclesia principes sub Romano Pont. sicut in regno sub rege.

fieri debere: vt sub vicario ipsius Christi Domini principe ecclesiæ huius, ac capite visibili prælati mediique principes, quales sunt primates, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, & sub illis inferiores pastores, aliique rectores animarum, constituerentur, *qui non alte, superbeque more regum gentium a dominantes in clerum, sed forma facti gregis non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, & ex animo gregem Domini distinctius* diœcesibus sparsum per orbem terrarum cibo doctrinæ euangelicæ, ac pietatis alimonia pascerent, christianaque charitate regendo, ad salutem suam suauissime nutricarentur. Atque vt ad angelos redeamus, institutique nostri probationem grauiter aggrediamur, huius iacta in præclaro illo sancti Gregorij testimonio fundamenta solidemus b. *Ad hoc diuinæ dispensationis prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret. Quia verò quaque creatura in vna eademque qualitate gubernari, vel viuere non potest, cælestium militiarum exemplar nos instruit; quia dum sunt angeli, sunt archangeli, liquet quod non æquales, sed in potestate, & ordine sicuti nostis differunt vnus ab altero, superiores autem angeli ab inferioribus & principes, & patres appellantur.* Propter quod sanctus Paulus paternitatis cælestis Ephesiorum c c. 3. meminit. *Huius rei gratia*, scilicet ne deficiatis in tribulationibus meis, *pro vobis flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi; ex quo omnis paternitas in cælis, & in terra nominatur*. Notate hæc: paternitas in cœlis. Quare hoc? Soluendo quæstionem obiectam sic respondet sanctus Hieronymus d. *Quæritur verò, inquit, quam ob causam & in cælis, ab eo scilicet apostolo, omnis paternitas appelletur. Quomodo nos qui sumus de genere Abrahæ, si fidem illius habuerimus, filij vocamur Abraham, Patriarchas quoque, & Prophetas, (si tamen nos ab eis peccatanon separent), nostros patres dicimus: ita puto angelos cæterasque virtutes habere principes sui generis in cælestibus, quos patres gaudent appellare. Archangelus enim nisi angelorum dici non potest, & dominatio, & principatus, & potestas, nisi inferiores subditos habeant non vocantur.* Sanctus quoque Chrysostomus quæ sint illæ paternitates in cœlis, cognationesque paternas exquirens e, *In hoc seculo*, inquit, *paternæ cognationes sunt generationes, in cælis verò cognationes vocat angelos, ac familias cælestes*. In quibus vnus est velut pater familias, ac princeps cuiusque familiæ, & ordinis spiritualis; quemadmodum in omni familia, & tribu humana aliquis semper pater familias ac princeps cognationis illius atque tribus esse debet. Vnde sanctissimi patres, doctoresque plurimi Græci Latinique scriptores non ita vetusti f sanctum Paulum in illo Ephesiorum cap. 3. loco quasdam in cælestibus esse angelorum familias, cognationesque significare voluisse memoriæ mandauerunt. Quas non carnis, ac sanguinis generatio propagauit, sed dispositio prouidentiæ diuinæ non temeraria, & fortuita connexio bene ordinatas omnipotenti virtute cum magna certi, sapientisque ordinis pulchritudine

a S. Pet. epist. 1. c. 5. v. 3.

b S. Greg. l. 4 epist. 52. Indict. 3.

Angeli superiores dilectionem inferioribus, inferiores superioribus honorem impendunt.

Angeli superiores cur inferiorum principes, ac patres appellantur.

c Ephes. c. 3. v. 14. 15.

d S. Hieron. l. aduersus Heluid. & in 3. Epist. ad Ephes.

e Chrysost. hom. 7 in epist. ad Eph.

Ordines cælestes, familia, ac cognationes spirituales appellantur, in quibus vnus princeps velutì pater præest.

f Haimo, & Theophylactus in 3 cap. Ephes.

Quomodo cælestes Angelorum familia à Deo procreata dicuntur.

A procreauit. Cuius quidem ordinis rationem meliùs nos, quam per nomen paternitatis intelligere non valemus. Sicut ergo immensam illam mortalium copiam à multis seculis per totum mundum diffusam, non simul in vitæ lucem & auras, sed à principio creationis humanæ ab vno parente procreatam, posteaque in multas tribus, cognationesque, per multorum parentum propagationem multiplicatas esse cognoscimus: ita in spirituum cœlestium procreatione talem Deus pater omnium, producendi modum obseruare voluit: vt quamuis omnes angelos eodem temporis puncto creauerit, alium nihilominus alio perfectiorem, ob idque dignitate, veluti natura priorem esse decreuit, quousque ad vnum omnium primum, scilicet ad præstantissimum angelorum reliquorum veniretur: qui propter eam rationem pater, atque princeps omnium angelorum ecclesiæ triumphantis ciuium esse meritò, dicique posse crederetur.

B

Præterea in quolibet ordine cum sit inæqualitas capacitatis, & excellentiæ, restante g sancto Dionysio, & dicente. *In vno, & eodem ordine angelorum esse primos, medios, & vltimos.* Sequitur ex eo in quolibet ordine sic esse angelos dispositos, vt vnus alijs, quia natura dignior, imperare debere videatur. Quæ ratio in omnibus hierarchus prout inter se distinguuntur locum habere dicitur: Sunt enim prima, media, & infima, hierarchiæ: Quarum angeli primæ angelis secundæ, sicut huius angeli tertiæ angelis, illuminando, regendo, aliisque modis influendo dominantur. Sicut eiusdem hierarchiæ ordines sic inter se disponuntur, vt superior inferiori præsit, & in eodem ordine, qui primus est, dignitate, & nobilitate naturæ alijs minoratis ab eo præsideat.

C

Est enim hierarchia ordo, inquit sanctus h Dionysius, *alios quidem purgari, & illuminari, & perfici, alios purgare, & illuminare & perficere.* Sed attendat lector, ne fallatur, hanc in angelis purgationem non esse à mali corruptela, vt immaculatæ vitæ munere perfruantur: sunt enim ab omni peccato nunc immunes in gratia confirmati, sed à defectu boni, vt speciosiores in Altissimi conspectu refulgeant. Quæ esse, ac fieri nullo modo possent nisi præfectura, & imperium in superioribus, obedientia vero, ac obsequium in inferioribus purgationis, illuminationis, ac perfectionis influxum ab illorum virtute recipientibus appareret i. Hoc sanctus Thomas abyssus doctrinæ manifestè multis in locis primæ partis præsertim quæstione 107. art. 3. demonstrat Dionysij fultus authoritate dicentis k. *Hanc esse legem diuinitatis immobiliter firmatam, vt inferiora reducantur ad Deum per superiora.* Indeque angelicus doctor in corpore huius articuli concludit *ordinem, qui conuenit spiritualibus substantijs à Deo nunquam prætermitti, eum semper inferiora per superiora mouantur, & non è conuerso.*

D

Articulo l vero eiusdem quæstionis quarto posito hoc verè philosophiæ axiomate, *De ratione boni est, quod se alijs communicet.* Iuxta illud sancti Dionysij m. *Bonum sui diffusiuum est*: hæc ait, *quanto igitur aliqua agentia magis in participatione diuinæ bonitatis constituuntur, tanto magis perfectiones nituntur in alios transfundere, quantum possibile est.* Vnde beatus Petrus sic eos, qui diuinam bonitatem per gratiam participant n admonet l. *Vnusquisque sicut accepit gratiam*,

Omnes emanit Angelorum operationes ad primum, & principem Angelum referuntur, & per eum ad Deum.

g D Dionys. Ecclesi. hierarch. c. 5.

g S. Diony. c. 10. cœlestis hierarchiæ.

In quolibet ordine sunt primi, medij, & vltimi, sicut in qualibet hierarchia.

h S. Diony. c. 3. cœlestis hierar. g. 1. col. 1. b

Quid sit purgatio in Angelis.

Nota.

i S. Tho. 1. q. 107. a. 3.

k Dionys. de Ecclesi. hierarch.

Inferiores Angeli à superioribus illuminantur, & reguntur.

l D. Tho. 1. q. 107 art 4. in corp.

m S. Dionys.

n 1 S. Petri c. 4.

in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratia Dei, hinc ita concludit b. *Multo igitur magis sancti Angeli, qui sunt in plenissima participatione diuinæ bonitatis, quidquid à Deo percipiunt, subiectis impartiuntur.* Notanda hæc, *subiectis impartiuntur*, vt sciamus Angelos cuiusque hierarchiæ, & ordinis inferioris, sicut illuminationē scientiæ, & inflammationem ardoris diuini à superioribus mutuantur: sic ab ijsdem tāquam præpositis, ac principibus suis imperium, iussáque voluntariè capessere. Addit sanctus doctor: *Non tamen recipitur ab inferioribus ita excellenter, sicut est in superioribus. Et ideo superiores semper remanent in altiori ordine, atque perfectiorem scientiam habentes, sicut vnam, & eandem rem plenius intelligit magister, quàm discipulus qui ab eo addiscit.* Hæc conformia sunt doctrinæ sancti Gregorij Homilia 34. dicentis, *in cælesti patria licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter.*

b S. Thom. ibid.

c S. Gregor. hom. 34. in Euang.

Quam doctrinam d è sancti Dionysij fontibus haurire potuit cap. 15. cœlestis hierarchiæ testificantis, vnamquamque cœlestem essentiam, scilicet angelicam, intelligentia quam à superiori spiritu deprompsit, inferiorem induere, & illustrare, illam vero virtutis, & potestatis influxus angelico doctori superiorum in inferiores, sicut inferiorum submissionis, & obedientiæ erga superiores seriem vehementer arrisisse constat; cum sæpius in quolibet ordine summi, medij, vltimi, seu infimi gradus meminerit. Vt cum quæstione 107. art. 6. eiusdem partis primæ, hæc ait. *Inuenitur autem congrua hæc ordinum assignatio. Nam semper summum inferioris ordinis affinitatem habet cum vltimo superioris; sicut infima animalia parum distant à plantis*, &c. Et f sanctus Gregorius hoc angelorum in inferiores imperium principatumque illustrare clara demonstratione desiderans, scribit inferiores angelos in legationibus ad homines fungendis, nuntiisque ad eos referendis à superioribus iuberi, eorumque mandata suo cōplere obsequio. *Hoc tamen*, inquit, *scimus, quia ad explendum de supernis ministerium, alij spiritus alios mittunt, Zacharia g scilicet propheta testante, qui ait: Ecce angelus qui loquebatur in me egrediebatur in occursum eius; & dixit ad eum; curre, & loquere ad puerum istum dicens. Absque muro habitabitur Ierusalem. Dum enim angelus ad angelum dicit, Curre,*

d S. Dionys. c. 15. cœlest. hierarchiæ.

e S. Tho. 1. q. 107. ar. 6.

f S. Grego. hom. 34. in Euang. to. 2.

Vnus Angelus superior inferiorem mittit ex imperio.

g Zachar. c. 2.

A *& loquere, dubium non est quia alius alium mittit; minora vero sunt quæ mittuntur, maiora quæ mittunt.* Quod non solū in vna hierarchia, sed etiam in quolibet ordine verum esse experientia comprobatur. In quo inæqualitas dignitatis, quæ ibi regnat, veritatem dominationis in maiori, & subiectionis in minori repræsentat. Hæc est doctrina Magistri h; qui quærens vtrum omnes angeli eiusdem ordinis sint æquales respondet. *Ita esse quibusdam placuit, sed non est hoc*, inquit, *probabile, nec assertione dignum; quia Lucifer qui fuit de collegio superiorum, ipsis etiam dignior extitit, qui alijs excellentiores creati fuerant. Ex quo percipitur quod si perstitisset, in ordine superiori fuisset; & alijs eiusdem ordinis dignior extitisset.* Quod exemplo Apostolorum, & Martyrum sic illustrat i. *Sicut enim vnus est ordo Apostolorum, & alter Martyrum, &*

h Magist. l. 2. dist. 9.

i Idem ibid.

B *tamen in Apostolis alij alijs sunt digniores; similiter & in Martyribus alij alijs sunt superiores; ita & in ordinibus Angelorum recte creditur esse.* Hæc ille. Firmiorem probationis huius testationem Esaias propheta producit k; cum quæ in raptu suo viderat, & audierat, ita commemorat. *Seraphim clamabat alter ad alterum*, &c. *Vt ostenderet primum angelum eiusdem ordinis immittere inferioribus cognitiones sacras ac theologicas*, vt l sāctus Dionysius docet. *Quamuis nobis minime compertum sit quaratione hi gradus in ordinibus angelorum inter se differant*, cum de natura differentiaque angelorum etiam generali doctrina pauca admodum cōperta teneamus, vt ipse m sanctus, & mysticus theologus ingenue confitetur f. Quod maximus etiā doctor sanctus Augustinus contra Priscillianistas, & Origenistas agnouit his verbis n. *Certe*

k Esaiæ c. 6.

l S. Dion. c. 10. cœlest. hierar. paulò post mediū.

m D. Dionys. c. 6. cœlest. hierar.

C *ait Apostolus siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates. Et esse itaque sedes, dominationes, principatus, potestates, in cælestibus apparatibus firmissimè credo, & differre inter se aliquid indubitata fide teneo. Sed quò me contemnas, quem magnum putas esse doctorem, quænam ista sint, & quid inter se differant nescio. Nec ea sane ignorantia periclitari me puto, sicut in obedientia si domini præcepta neglexero*, &c. Sed longiori de ipsa angelorum dominatione, & subiectione tractatu supersedeamus: cum de hac ad clariorem, & solidiorem ecclesiasticæ monarchiæ intelligentiam simus sequenti libro longe plura dicturi.

n D. August. l. ad Orosium contra Priscill. & Orig. c. 11. t. 6.



PRIMÆ PARTIS

LIBER QVINTVS:

QVI EST DE OFFICIARIIS CÆLESTIS inter Angelos Monarchiæ: de eorum gradibus, dignitatibus, ministerijs, & officijs in qualibet Monarchia, & ordine ad imperium primi Angeli aliorum principis relatis, in ordine ad gloriam principalis Monarchæ Dei Patris, Filij & Spiritus sancti.

CAPVT I.

De prima Hierarchia, & tribus, è quibus conflatur ordinibus Angelorum.

1. *Nomina, & significatio trium Hierarchiarum & nouem ordinum.*
2. *De primo ordine qui est Seraphinorum.*
3. *De secundo qui est Cherubinorum.*
4. *De tertio qui est Thronorum.*

VM igitur ex libro superiori constet Monarchiam esse in cœlis, de cuius foro omnes Angeli cuiuscumque Hierarchiæ, & ordinis esse perhibentur: in quo sub Deo sit vnus princeps, & imperator supremus; cui omnes ex diuina ordinatione parere, & obedire tenentur. Sicut in Ecclesia militante sub Christo Domino vnum Monarchicum pastorem, & Dominum in spiritualibus supremum, omnes vere Catholici, fidelesque confitentur, & credunt. Superest vt in hoc postremo primæ partis libello videamus, quali dispositione constructa sit hæc à Deo Monarchia cælestis, qui gradus, quæ dignitates, qui principes, qui officiarij, ac ministri, potentes, ac nobiles huius angelici Monarchæ, quæ officia illorum, quibúsque in cœlis ad Deum, & suum Monarcham primæ Hierarchiæ principem angelum, & in terris ad hominum salutem functionibus exerceantur, ac illustrissimè mancipentur: vt ex hoc spirituum in cœlis beatorum bene ac fœliciter ordinato regimine monarchico claritatem, pulchritudinemque Ecclesiasticæ sub Romano Pontifice in terris Monarchiæ plenius, nec sine

Quæ agenda in hoc libro.

A magna mentis oblectatione, fructúque conspicere valeamus. Atque vt benè à principio institutæ disputationis ordiamur, viáque facili, & methodo ad destinatum scopum, finemque progrediamur: duo præcipue in toto cœlestis Monarchiæ ambitu sunt ostendenda, Hierarchia, & ordo. Hierarchia iuxta sancti Thomæ & aliorum illustrioris notæ theologorum doctrinam [a]. *Est sacer principatus in quo est sub vno principe bene ordinata multitudo* [b]: *ordo vero dicitur multitudo cœlestium spirituum, qui inter se in aliquo munere gratiæ similantur: sicut & in naturalium datorum munere conueniunt.* Estque illa hierarchia in cœlis non vna sed triplex, propter triplicem modum, quo varie, ordinatéque beati, fortunatique spiritus in cœlesti regno reguntur, & sub vno summo principe eiusdem cum illis naturæ gubernantur. Nam vt erudite sa-

Duo generaliter in cœlesti Monarchia consideranda, Hierarchia, & ordo.

[a] S. Thom. 1. qu 108. art. 1. in corp.

Hierarchia quid, & ordo.

[b] Magist. l. 2. sent. dist. 9. §. 2.

Triplex Hierarchia propter triplicem modum regendi multitudinem Angelorum.

B pientérque docet Diuus Thomas [c]. *Si consideretur principatus ex parte multitudinis ordinatæ sub principe; sic vnus principatus dicitur secundum quod multitudo vno, & eodem modo potest gubernationem principis recipere: quæ vero non possunt secundum eundem modum gubernari à principe, ad diuersos principatus pertinent: sicut sub vno rege sunt diuersæ ciuitates, quæ diuersis reguntur legibus, ac ministris.* Angelos autem omnes cœlesti militiæ ascriptos, vno eodemque modo sub vno, summóque principe Michaële certum est non posse gubernari, & regi. Propterea secundum varios modos, quibus illi cœlestes milites in suis operationibus, officijsque moderantur, varias constituere Hierarchias diuersis discretas ordinibus oportet: illos vero modos regiminis, atque gradus sanctus Thomas his ver-

[c] D. Th. 1. q. 108. art. in c.

C bis tres esse docet [d]: *Dictum est supra, dum de cognitione Angelorum ageretur, quod superiores Angeli habent vniuersaliorem cognitionem veritatis, quam inferiores: huiusmodi autem vniuersalis acceptio cognitionis secundùm tres gradus in angelis distingui potest. Possunt enim rationes rerum, de quibus Angeli illuminantur, consi-*

[d] D. Th. ibid. supra c. 1. q. 55. art 3.

Triplex gradus, & modus cognitionis triplicem facit hierarchiam.

derari tripliciter. Primo quidem secundùm quod procedunt à primo principio vniuersali, quod est Deus: & iste modus conuenit primæ Hierarchiæ, quæ immediatè ad Deum extenditur, & quasi in vestibulis Dei collocatur; vt S. Dionysius a *dicit*

a Dionys. ca. 7. de cœlest. Hierar.

7. cap. Hierarchiæ cœlestis. Secundo vero prout huiusmodi rationes dependent ab vniuersalibus causis creatis, quæ iam aliquo modo multiplicantur; & hic modus conuenit secundæ Hierarchiæ. Tertio autem modo, secundũ quod huiusmodi rationes applicantur singulis rebus, prout dependent à proprijs causis, & hic modus conuenit tertiæ Hierarchiæ, &c. Hæc Sanctus doctor ex hac triplici modorum, graduumque diuersitate, triplicem angelorum Hierarchiam constituens, intra quam omnis monarchiæ cœlestis sub vno principe angelo constitutæ, splendor, gloriæque fulgor inclusus in admirabile monarchiæ militantis Ecclesiæ exemplar, typumque transformatur egregium.

Hierarchia cuiusque tres ordines. Primus ordo Seraphim.

Cuiusque verò monarchiæ tres ordines diuersis inter se gradibus distincti constituuntur. In prima Seraphim, Cherubim, Thronique repositi cernuntur. Secunda, dominationes, virtutes, potestatesque in suo sinu complectitur. Tertia principatibus, archangelis angelisque coruscans abundat. De quibus recta serie, claraque methodo ad destinatum, quò tendimus, institutum nobis breuiter agendum. Per beati illi spiritus primæ Hierarchiæ primas ordinum sedes, dignitatisque præcipuæ subsellia diuinæ maiestati proxima possidentes, Seraphim appellantur. Qui diuini flammis ardoris accensi, totique incendio inextinguibili charitatis inflammati in æternum diuinitatis amorem desiderijs flagrantibus æstuantes agitati sine fine mouentur. *Ipsa enim charitas*, inquit sanctus Bernardus b, *quæ Deus est Seraphim in se adeo traxit, & absorbuit, atque in eundem rapuit sanctæ affectionis ardorem, vt vnus cum Deo spiritus esse videatur.* Instar profectò ignis qui aërem, quem inflammauit, dum suum ei totum calorem imprimit, induitque colorem, non ignitum, sed ignem fecisse cernitur. Vt propterea sanctus Thomas c nomen Seraphim non imponi tantum à charitate, sed à charitatis excessu, quem importat nomen ardoris vel incendij, verissime nos docuisse censeatur. Causa fuit quare sanctus Dionysius d nomen Seraphim secundum propietates ignis, in quo est excessus caloris exponere voluerit. *In igne autem*, inquit diuus Thomas e, mystici huius doctoris mentē sensumque interpretando *tria possumus considerare. Primo quidem motum qui est sursum, & qui est continuus, per quem significatur quod inclinabiliter mouentur, scilicet* Seraphini spiritus *in Deum. Secundo vero virtutem actiuam eius, quæ est calidum: quod quidem non simpliciter inuenitur in igne, sed cum quadam acuitate, quia maxime penetratiuus in agendo, & pertingit vsque ad minima, & iterum cum quodam superexcedenti feruore. Et per hoc significatur actio huiusmodi angelorum quam in subditos potenter exercent, eos in sublimem feruorem excitantes, & totaliter eos per incendium purgantes. Tertio consideratur in igne claritas eius; & hoc significat, quod huiusmodi angeli in se ipsis habent inextinguibilem lucem, & quod alios perfectè illuminãt.* Huc vsque sanctus doctor. De his spiritibus quid admirabili dicat eloquio S. Gregorius, audiamus. f *Seraphim etiam vocantur illa Spirituum*

b S. Bern. ser. 19 in cant.

c S. Thom. 1. q. 10. art. 5.

d S. Dionys. c. 7. de cœlest. Hierarch

e Ibid S. Th.

Excessus charitatis qui est in Seraphim cur igni comparatur.

Tria in igne considerati: 1. motus sursum & cōtinuus 2. virtus actiua 3 claritas eius & quid hæc in Seraphim repræsentant.

f S. Greg. ho. 34. in Euang. t. 2. 4. 36. f g.

A *Sanctorum agmina, quæ ex singulari propinquitate conditoris sui, incomparabili ardent amore. Seraphini namque ardentes, vel incendentes vocantur, qua quia ita Deo coniuncta sunt, vt inter hæc, & Deum nulli alij spiritus intersint, tantò magis ardent, quantò hunc vicinius vident: quorum profectò flamma amor est: quia quò subtiliùs claritatem diuinitatis eius aspiciunt, eò validiùs in eius amore flammescunt.* Secundus ordo primæ Hierarchiæ has Angelorum turmas possidet, quos sancta mater ecclesia à Spiritu sancto erudita, Scripturaque canonica Cherubim appellant, quibus hoc nomen Cherubim à quodam scientiæ excessu non sine diuini ordinatione numinis impositum est. *Vnde*, inquit g sanctus Thomas, *Cherubim scientiæ plenitudo interpretatur: quoniam*

Secundus ordo est Cherubim.

Vnde nomen Cherubim.

g S. Tho. 1. q. 108. art 5. ad 5.

B *ipsi sapientes, eruditique diuinitus Angeli quadam intellectus viuacitate cæteris antecellentes inferioribus spiritibus continuo lucis affluxu diuinæ, æterni numinis maiestatisque vultum fœlicius inspiciunt:* incerta occultaque diuinæ sapientiæ mysteria, in ipso patris æternorum luminum speculo lucidiùs, cæteris, eminentiùsque contemplantur; abditas, perennesque rerum omnium causas intelligentia firmiori rimantur, & reperculso mentis acumine, arcanorum diuinorum abyssum profundiùs penetrant, clariùsque speculantur. Vnde suæ acutiori mentis inscrutabile lucis inaccessibilis, (quam sanctissima trinitas inhabitat) acie pelagus admirantes, thesauros ęternę cognitionis absconditos, de ipsomet ęternitatis fonte affluentiùs haurientes, diuinis prorsus extra se rapti liquefiunt voluptatibus.

Quam profundo arcana diuina Cherubini spiritus perscrutātur, & inspiciunt.

S Dionys. c. 7 cœlest. Hier.

C Quæ mira, & ineffabilia maximus rerum diuinarum ęternarumque speculator, & indagator Apostoli h discipulus oculis animi collustrans plenitudinem scientię diuinę, qua spiritus illi Cherubini lucent, atque rutilant, ad quatuor eminentissima valore diuinę largitatis dona, beneficiaque reuocauit. Primum est perfecta Dei visio plenior illis, quam cęteris infra se positis ordinibus, qua etiam cuncta creata perfecte cernunt, & cognitione maxima contuētur. Quis enim ibi aliquid nesciat, ait sanctus Gregorius, vbi ipsum omnis simul fontem scientię Deum vident. i Sed quæ ex parte ab omnibus habentur vt ad institutū pręsens, quæ de thronis habet continenter S. k Gregorius accommodem *eis in priuato nomine data sunt, qui hoc in munere plenius acceperunt.* Secundum est plena diuini

Plenitudo scientiæ Cherubinorum ad quatuor reuocatur.

i S Greg. ho. 34. Euang t. 2 col. 438.

D luminis susceptio; quo mediante diuinę essentię pulchritudinem omni admiratione maiorem, inaccessibili luce circumfusam abundantiùs introspiciunt, cum Propheta dicentes. l *In lumine tuo videbimus lumen. Species enim gloriæ Domini super Cherubim erat.* m Tertium est pulchritudinis omnium rerum à Deo deriuatæ in ipso Deo contemplatio. Est quippe Deus omnium rerum productarum causa principalis efficiens; iuxta illud n Genesis 1. *Et vidit Deus cuncta quæ fecerat; & erant valde bona.* Quartum est huius cognitionis de Deo, deque eius creaturis, qua magnopere refulgent in alios communicatę copiosa transfusio. Propter quę egregie sanctus Gregorius hęc pręclare philosophando protulit o: *Cherubim quoque plenitudo scientiæ dicitur, & sublimiora illa agmina idcirco Cherubim vocata sunt, quia tantò perfectiori scientia plena sunt, quantò claritatem Dei vicinius contemplan-*

k S Gregor. ibi sup.

l Psalm. 8.

m Ezech. c. 10.

n Genes. 1.

o S Greg ho. 34 in Euang. 436 1.

Cherubini à Deo mittütur ad homines, vt salutaribus scientijs erudiant.

tur; *vt secundum creaturæ modum, eò plene omnia sciant quò visioni conditoris sic per merita dignitatis appropinquant*: Hos angelos Deus ad pios suæ militantis Ecclesiæ filios mittere solet; vt eos salutarium scientiarum nitore, splendoreque illumineut, sicut apparet in Apocalypsi,*a* vbi visus angelus, qui librum in manu gestabat: & in eodem *b* libro cap. 8. alius, à cuius claritate terra illuminata est, scilicet homines terræ habitatores salubri tincti doctrina coruscarunt. In cuius rei fidem sanctus Ioannes *c* Apocaly. 21. *Sustulit me angelus, inquit, in spiritu in montem magnum, & altum, & ostendit ciuitatem sanctam Ierusalem*, id est Ecclesiam triumphantem in cœlis, cuius mirabiles pulchritudines eius Apostoli mentis oculis aperuit, vt ad earum fruitionem per bona opera, desiderio inflammatus incredibili peruenire niteretur. Sic actorum cap. 10. *d* Angelus Cherubim Cornelium Centurionem in fide vt saluaretur, illuminauit.

a Apoc. 10.
b Apoc. 8.
c Apoc. 21.
d Act. 10.

Throni quid, & cur sic dicti. Tertius ordo primæ Hierarchiæ.

Iam vero quæ sit natura, conditio, & præstantia Thronorum, qui tertio loco, & ordine in prima hierarchia collocantur, inquirendum nobis est: qui sic appellantur, *eo quod Deus in eis sedeat, & iudicia sua discernat, & cuncta subiecta per illos dispo-nat*: vt Sanctus scribit Isidorus. *e* Hoc vero nomen Thronorum, sanctus Dionysius per conuenientiam, similitudinemque ad sedes materiales exponit, *f* in quibus referente Sancto Thoma, *g* quatuor considerantur; *primum situs: quia super terram sedes eleuatur*: Sic angeli ipsi dicti Throni, ad hoc vsque eleuantur, quod in Deo rationes immediatè cognoscant. Secundum firmitas, qua in ipsis sedibus materialibus aliquis firmiter sedens inhæreat, hic autem contra: Nam ipsi angeli firmantur per Deum. Tertium susceptio, qua sedes suscipit sedentem, in eaque deferri potest, sic & ipsi angeli suscipiunt *Deum in se* ipsis cumque ad inferiores quodammodo deferunt. Quartum capacitas, quia sedes ex vna parte sit aperta, vt sedentem suscipiat: sic per promptitudinem throni sunt aperti, vt Deum, qui replet omnia deuotè suscipiant, eique religiose suscepto in se famulentur. His consormia sunt *h* illa, quæ Sanctus Gregorius de thronis affirmat: *Throni quoque, inquit, illa agmina sunt vocata, quibus ad exercenda iudicia semper Deus omnipotens præsidet. Quia enim thronos latino eloquio sedes dicimus, throni Dei dicti sunt, hi qui tanta diuinitatis gratia replentur, vt in eis Dominus sedeat, & per eos sua iudicia decernat, vnde & per Psalmistam dicitur. Sedes super thronum*, *i* *qui iudicas æquitatem*. Magnũ sane priuilegium est illud de manu Dei munificentissimi talibus elargitum spiritibus, illi æterno, & omnipotenti iudici, ac omnium conditori, principi instar regiæ sellæ, imperatoriique solij subseruire, illudque ornatu eminentiori cohonestare: per quos ipse solus æternitatis arbiter sua in omnes creaturas iura speciali quodam stupendæ dignationis munere sancita rependat, exerciitoque completa profundat: vt verè à regio vate hoc dictum esse videatur. *k* *Et Dominus in æternum permanet, parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit gentes in æquitate, iudicabit populos in iustitia.* Ideo theologorum schola sacrarum scripturarum authoritate corroborata censet mitti thronos ad principes terræ, vt eos in iudiciorum rectitudine instruant, instructos ad iustitiæ opus excitent, efficaciterque commoneant. Propter

e S. Isidorus.
f S. Diony c 7. cœlest. Hierarchiæ.
g S. Tho. 1. q. 108. art. 5.
h S. Greg. ho. 34. in Euang. t. 2. col. 435. x.
Thronis semper Deus ad exercenda iudicia præsidet.
i Psalm. 9. v. 5.
k Psalm. v. 8. 9.

A quod à Sancto Stephano dictum est, & vt probrum obiectum Iudæis duræ ceruicis populis, & incircumcisis cordibus, *l accepistis legem in dispositione angelorum, & nõ custodistis*. Et ab Apostolo. *m* *Lex ordinata fuit per angelum in manu mediatoris.* Quod si quis obijciat spiritualem iudicij sedem ministrare Deo non solis Thronis, sed magis Seraphicis, Cherubinisque spiritibus competere, quoniam iuxta theologorum axioma ex hoc ipso Deus in creatura rationali sedere dicitur, quod ipsum cognoscit, & amat. *n* Cognoscere autem, & amare, actus sunt maxime proprij horum spirituum, qui in primo, ac secundo primæ Hierarchiæ ordine reponuntur. Adde quod ait Psalmista regius: *o* *Qui sedes super Cherubim*. Obiectioni illi, Sancti Thomæ responsione satisfaciemus *p* dicentis *Thronorum ordinem excellentiam habere*

l Actorum 7. v. 53.
m Ad Galat. 3.
Obiectio quod magis diuinæ sit sedes Dei Seraphim, & Cherubim, quàm Throni.
n D. Tho. 1. q. 108. art. 5. ad 6.
o Psal. 9. v 2.
p D. Th. 1 qu. 108. a. 5. ad 6.

B *præ ordinibus inferioribus, in hoc quod immediatè à Deo rationes diuinorum operum cognoscere possunt. Sed Cherubim habent excellentiam scientiæ, Seraphim vero excellentiam ardoris. Et in his duabus excellentijs includitur tertia, non tamen in illa qua est Thronorum includuntur aliæ duæ. Et ideo ordo Thronorum distinguitur ab ordine Cherubim, & Seraphim. Hoc enim commune est in omnibus, quod excellentia inferioris continetur in excellentia superioris: & non è conuerso*. Hæc angelicus doctor.

In Angelis excellentia inferioris continetur in excellentia superioris, & non contrà.

Ex quibus intelligi datur Angelos superiorum ordinum, quò Deo viciniores, & propinquiores existunt, eò ab illius dignitatis influxu, fœcundiori sapientiæ, charitatis, æquitatis, aliarumque sublimium virtutum lumine perfundi. Non secus ac perlucidus solis radius priùs ac splendidiùs ea quæ sibi proximiora sunt suo fulgore collustrat,

C & in illis emicat ardentiùs. Patet enim luminum æternorum Deus claritates, fulgoresque ex suæ diuinitatis, perennisque fœlicitatis vultu, fœcunditate mirabili producit: ac velut oriens ex alto summa montium cacumina prima sui luminis irradiatione illostrata condecorat, solio suæ diuinæ maiestatis æterno proximiores cœlestium domorum spiritus coruscatione continua indeficientique nitore locupletatos, gloriosiùs amœniùsque fœcundat. Ipsi verò sic ab æterno Dei lumine rutilantes, vt montes altissimi solis radijs vndique conspersi, reliquos se inferiores Angelos veluti colles humiliores radio diuinæ lucis continuato, per ordinem condecoratos mirabiliter illustrant. Verùm vt quæ hactenus de hac prima cælestis principatus atque monarchiæ triũphantis Hierarchia tribus fœcundata, & honorificata beatorum spirituum ordinibus breuiter dicta

Angeli quo viciniores Deo, eo virtutibus fulgentiores vt inferiores accepto à Deo lumine illustrent.

D sunt, quantum instituti nostri ratio postulare videbatur, ad Ecclesiasticæ monarchiæ decus in terra splendoremque declarandum, & viuis exprimendum coloribus accommodata congruè referantur. Ex omnibus Ecclesiæ militantis gradibus, honoribus, prælaturis, ordinibusque nullum huic primæ duarum reliquarum in cœlo triumphantium Hierarchiæ præstantissimæ, quam sacrosanctum illum Cardinalium illustrissimorum senatum assimilare conuenientius veriusque comparare possemus. Nam sicut princeps, atque monarcha omnium Angelorum sub Deo Sanctus Michael degremio primæ Hierarchiæ nempe Seraphici chori eductus, à Deo constitutus est, atque hac sublimi dignitate, inauguratus omnibus imperat, ita in militante Ecclesia Princeps, atque pastor

Huic primæ cœlestium spirituum Hierarchia sacer Cardinalium senatus respondet in Ecclesia militante.

Comparatio illustrissimi cœtus Cardinalium cum prima Angelorum Hierarchia.

Monarchicus gregis Ecclesiastici Romanus Pontifex de sinu purpurei illius, & augustioris Cardinalium cœtus, & ordinis, Spiritu sancto illic inuisibili præsentia præsidente electorumque cordibus gratiarum suarum semina, igniculosque diffundente, constitui, crearive consueuit. Et quemadmodum fœlices illi principalis Hierarchiæ primates Seraphim, Cherubim, atque Throni, charitatis summæ, sapientiæ, æquitatisque flamma lucidissima, ardoreque purissimo fulgentes, dum solio regis æterni diuino viciniùs, & excellentiùs cæteris assistunt, ibique ab vbertate domus eius inebriati, de torrente diuinæ voluptatis liquores affluentiùs hauriunt, principi suo à diuino Monarcha Deo, cœlesti præfecto militiæ familiariùs, digniùsque sociantur. Ita in Ecclesiastica Monarchia sacer Cardinalium B chorus, ex triplici sacris initiatorum, & diuinæ sorti mancipatorum, Episcoporum scilicet, Sacerdotum, Diaconorumque constatus ordine, Thronum Dei inuisibilis Christi Domini, in quo eius vicarius sedet, cum veneratione honoreque religioso proximè circumstat & sedentem in illo cum maiestate magna Pontificem maximum quocumque ierit honorificè comitatur. Episcopi Presbyteris & Diaconis superiores, prout à Christo Domino diuinitus instituti Seraphinos spiritus charitatis excessu flagrantes vita, & officio repræsentare debent; quatenus in procurandis Ecclesiæ sanctæ rebus ad salutem animarum Dominici gregis, diuini amoris ardore flammescant. Presbyteri verò qui sicut temporibus Ecclesiæ primitiuæ ætate, sic sapientia, & doctrina cæteris præeuntes eligi solebant, antiquęque Presbyterorum sanctitatis, & eruditionis vestigia sectantes, claram, pulchramque Cherubinorum C effigiem præ se ferre tenentur. Sicut Thronorum iudicialem grauitatem æquitate, ac misericordia temperatam, Diaconi Cardinales, in se ipsis, quoad fieri potest, iustis operibus exprimere ex officio iubentur; inquantum septem Diaconorum Apostolico suffragio electorum Spiritus sancti gratia & sapientia repletorum sanctitatem & iustitiam pura imitatione respicere conantur. Sed reliqua de primæ Hierarchię præstantia silentio inuoluamus: vt de secunda Hierarchia pro instituti nostri ratione breuiter & pauca dicamus, ne extra ipsius instituti limites longiùs euagari videamur.

Cardinales Episcopi Seraphinos spiritus repræsentant.

Presbyteri Cherubinos.

Diaconi Thronos.

CAPVT II.

De secunda Hierarchia, & tribus in ea contentis ordinibus, dominationibus, virtutibus, & potestatibus.

Sicut in mundo hoc visibili ad vniuersi pulchritudinem, prima, media, infima inueniuntur; & in hominum Monarchica societate sub Rege, ac Principe supremo inter magnates, ac proceres, qui Regni, seu Imperij habenas Regia fulti authoritate moderantur: alij primaria dignitate, alij intermedia, alij vltima, & nouissima; vnaquaque tamen à Principis summi maiestate deriuata potiuntur: sic in Monarchico Angelorum statu, varios illos gradus, & ordines perpulchra serie, & dispositione A mirabiliter à Deo stabilita licet intueri. Vt cum primæ Hierarchiæ Angelos supremum honoris gradum sub summo Principe, sic à Deo creato possidere docuetimus, ita tamen vt inter hos primæ Hierarchię spiritus diuersitas sit dignitatis, prout triplicis ordinis fert distinctio valoris. Nunc ordinis ratio postulat, vt de secunda Hierarchia totidem quibus prima ordinibus distincta, tribus nempe dominationibus, virtutibus, & potestatibus nonnulla breuiùs, quam fieri possit ad instituti nostri scopum spectantia non tam dicere quam delibare debeamus.

Ex his ordinibus mediam ingressis Hierarchiam dominatioonum ordo omnes authoritate valoreque supereminet, quæ inferioribus Angelis agenda præcipiunt & imperant, ad cœlestis Monarchiæ regimen spectantia teste Diuo Thoma. [b] *Nam Domini est*, inquit, *solummodo præcipere de agendis.* Ideo S. Gregorius hæc de Dominationum dignitate, & authoritate eleganter effatur. [c] *Dominationes autem vocantur qui etiam potestates principatuum dissimilitudine alta transcendunt. Nam principari est inter reliquos priorem existere: Dominari vero est etiam subiectos quosque possidere.* Ea ergo Angelorum agmina, quæ mira potentia, virtutibus, & potestatibus præeminent, pro eo quod eis cætera ad obediendum subiecta sunt, seu quod cæteris Angelorum agminibus dominentur, Dominationes vocantur.

Dominationes quid.

b S. Thom. 1. q. 108. art. 3. ad 3.

c S Greg. homil. 34. in Euang.

Quarum ministerium [d] *esse creditur seruili timore deposito in Deum moueri & absque reflexione ad temporalia lucra & commoda sine intermissione famulari.* Quæ singulari efficacia inuisibilem obedientiam in subditis ordinibus affectumque parendi suo imperio formant. Addit insuper sanctus C Gregorius [e] *horum Angelorum officium esse viam hominibus in dignitate constitutis rectam influxu spirituali monstrare, qua iuste secundum Deum prælationis munere fungantur, quaque ratione, remota & auulsa omni tyrannidis & oppressionis seueritate subditis suis cum omni benignitate & mansuetudine dominentur.* Et ex altera parte normam subditis legitimam præscribere, qua suis præpositis obedienter pareant, & si fortè ab illis se rebellione subtraxerint, ad eorum subiectionem cum humilitate pœnitentiaque reuertantur. Sicut Angelus Agar f ancillam Saræ, vt ad dominam suam rediret seque humiliando reuereretur subiiceret, instruxit. Secundi ordinis Angeli virtutes appellantur ab excessu fortitudinis quem in se habent, ad magna & ardua aggredienda & aggressa robore virtutis operanda. Vnde quamuis omnes D omnium Hierarchiarum & ordinum spiritus virtutes quasdam & potestates in se haheant ad operandum: non tamen speciali nomine virtutes dicuntur, vt ipse ordo à primo proximus mediæ Hierarchiæ, *virtus enim*, inquit sanctus Thomas, [g] *dupliciter accipi potest. Vno modo communiter secundùm quod est media inter essentiam & operationem. Et sic omnes cælestes spiritus cælestes virtutes nominantur: sicut & cælestes essentiæ: alio modo secundùm quod importat quemdam excessum fortitudinis, & sic est proprium nomen ordinis.* Propterea sanctus Dionysius [h] nomen virtutũ scribit *significare quandam virilem & inconcussam fortitudinem; primo quidem ad omnes operationes diuinas eis conuenientes: secundo ad suscipiendum diuina.* Sicque nomen illud virtutum significat, quod illi Angeli virtutes appellati sine aliquo timore diuina ag-

d S. Isidorus. li. 7. Orig. c. 5. Ministeriũ & officium dominationum quale.

e D. Gregor. ibi supra.

f Genes. c. 21.

Virtutes quid.

g D Tho. 1 q. 108. art. 5. ad 1.

h S. Dionys. l. de cœlest. Hierar. ca. 8.

grediuntur, quæ ad eos pertinent, quod videtur ad fortitudinem animi pertinere. a Sanctus Gregorius *virtutes* vocat *illos spiritus per quos signa & miracula frequentius, fiunt; quos sæpe mittit ad homines Deus, vt illis patrandis miraculis cooperentur*, vel ipsi soli pro salute iustorum ab eminenti quodam periculo liberandorum, effectus diuinæ virtutis firmati robore mirabiles operentur. Quale fuit illud quod patrauit Angelus in eripiendo b Danielem à rabidorum leonum feritate in lacu profundo, vt ipse postea viuus ereptus Propheta his verbis cum gratiarum actione confessus est. *Deus meus misit Angelum suum & conclusit ora leonum & non nocuerunt mihi, quia coram eo iustitia inuenta est in me.*

a S. Gregor. homil 34. in Euang.

b Daniel. c 6.

Potestates quid.

In tertio ordine mediæ Hierarchiæ illi collocantur Angeli, qui potestates appellantur. Hanc enim seriem ac dispositionem seruat c sanctus Dionysius, in prima reponendo Seraphin vt primos, Cherubin vt medios, Thronos vt vltimos. In media dominationes vt primos, virtutes vt medios, potestates vt vltimos. In tertia vero postremaque Principatus, deinde Archangelos, in vltimo loco Angelos, vt d sanctus Thomas commemorat. Itaque Angeli qui in tertio secundæ Hierarchiæ loco positi potestates appellantur: illi sunt, qui illa quæ e à subditis agenda sunt ordinant. Nomen enim, potestatis, (inquit D. Thomas) f *ordinationem quandam designat iuxta illud Apostoli ad Romanos c. 13. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit*, cuius Apostoli sui præceptoris authoritate fretus g aiebeat sanctus Dionysius *in potestatibus Angelico ordine quãdam includi ordinationem circa susceptionem diuinorum & circa actiones diuinas, quas superiores in inferiores agunt & operantur, eos sursum ducendo.* Quorum munus & officium est illos qui in bello spirituali pro Dei gloria luctantur firmare atque defendere, malignorum spirituum furores comprimere, arma contra Dei seruos ferocia confringere, & pro diuina maiestate præliantibus vires addere, vt de hostibus Dei gloriosè triumphent. Propter hoc h S. Gregorius potestates illos appellant Angelos *qui hoc potentius præ cæteris perceperunt, vt eorum ditioni potestates aduersæ subiecta sunt.* Sic aduersus immanissimos Dæmonum impetus furoresque pro salute bonorum potenter aduolant, vt eos funditus euertant, eorumque sacrilegas copias & castra immania populentur.

c D. Dionys. c 6. cælest. Hierarch. 7. 8 9.

d D. Thom. 1. q 108 art 6

Potestates quid.

e D. Thom. ibid

f D. Thom. ibid.

g S. Dionys. c. 8 cælest. Hierarch. v.

h S. Gregor. hom. 14. in Euang.

CAPVT III.

De vltima Hierarchia tribus postremis Angelorum ordinibus, Principatibus, Archangelis & Angelis conflata, deque omnium Angelorum custodia quam de singulis hominibus & publicis societatibus suscipiunt.



VLtimam Monarchiæ cœlestis Hierarchiam tres postremos Angelorum ordines suo continentem amplexu ea breuitate qua secundam expedire nos oportet: quod illam cum suis ordinibus tantum nosse & leuiter attingere ad nostrum sufficiat institutum.

A Qui primas tenent in hac Hierarchia principatus appellantur, in secundis consistunt Archangeli, & Angeli communi nuncupati vocabulo locum nouissimum postremumque sortiuntur. Principatus, secundum i Diuum Thomam, dicuntur illi Angeli aliorum ductores in ordine sacro ad bellum contra spiritualia nequitiæ & rectores tenebrarum harum, non aliter quam in humano exercitu duces quorundam militum cohortes ad prælia ductant: in aliis etiam muneribus ad Dei gloriam seruitiumque spectantibus, præfici alijs dicuntur quos ad Thronum maiestatis diuinæ deducant. Doctrina est sancti Dionysij hos spiritus principatus nomine dignatos fuisse credentis, ipsis ex officio incumbere alios se minores ad primum & principale principium Deum reducere: quem omni cura, & virtute qua possunt imitari, & quantum fas est ei in præsidendi munere assimilari conantur. Hos tales esse, hæc sancti Gregorij docet authoritas. *Principatus*, inquit, *vocantur qui ipsis quoque bonis præsunt, qui subiectis alijs dum quæ sunt agenda disponunt: eis ad explenda diuina mysteria principantur.* Hinc k sanctus Dionysius *nomen principatuum ductiuum cum ordine sacro significare* declarauit: Illi enim qui alios ducunt, inquit, l sanctus Thomas *primi inter eos* existentes Principes propriè vocantur iuxta illud Psal. m 6. *præuenerunt Principes coniuncti psallentibus* & n idem doctor Angelicus principatus ex eo dici commemorat, *quod principantur omnibus cælestibus virtutibus, scilicet Angelis cuiusque ordinis tertiæ Hierarchiæ, diuinas iussiones explentibus.* o Nam vt ait Gregorius *principare est inter reliquos* (scilicet eiusdem Hierarchiæ) *priorem existere.* p Hoc sancti Isidori testimonio corroboratum euidentiùs apparet dicentis, *principatus sunt hi qui Angelorum agminibus præsunt: qui pro eo quod subditos Angelos ad explendum ministerium diuinum disponunt, principatus vocabulum acceperunt.* Nam alij sunt ex Angelis qui Deo in suis creaturis administrant & seruiunt, alij verò vtpotè natura & virtute eminentiores, qui ipsi Deo assistunt, vt primæ Hierarchiæ spiritus, sicut notum fit apertiùs q hoc Danielis oraculo, *millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei.* Archangeli tertiæ & vltimæ Hierarchiæ r gradum medium possidentes Angelis maiorem, principatibus minorem, tum ad superiores Hierarchias, cum principatibus illuminationum ab illis influxus accepturi vsque ad thronum soliumque Monarchicum Principis summi sese reuerentiæ magnique obsequij reflectunt affectu, tum ad infimum Angelorum chorum illuminationes largituri conuertuntur. *Idcirco Archangeli*, s inquit sanctus Isidorus, *Græca lingua, Latina summi nuntij interpretantur. Qui enim parua & minima annũtiant, Angeli, qui vero summa Archangeli nuncupantur. Archangeli dicti quod primatum teneant inter Angelos. ἀρχὴ enim Græcè, Latinè principatus interpretatur. Sunt enim duces & principes, sub quorum ordine vnicuique Angelorum officia deputata sunt.* t Hi videlicet nobiliores & illustriores nuntij atque legati respectu Angelorum postremo deputatorum ordini, ad celsiora summi omnium Monarchæ Dei consilia secretaque capienda, aditu diuini sanctuarij admittuntur. Vt ea legati honorati tãquam à latere, terras adorti hominibus de grege fideli, lætiùs & honorificentiùs miro solatio gaudioque perfusis annuncient, & aperiant. Sed

Principatus qui.

i D Tho. 1. q 108. art. 3.

Homil. 34. in Euang.

k S Dionys. c. 9 cælest. Hierarch.

l S. Tho. 1 qu. 108. art. 5. ad 3.

m Psalm. 6.

n D Thom. 1. q. 108 art. 5. ad 4.

o S. Greg. ho. 34. in Euang.

p S. Isidor. Hispal. l. 7. orig. cap. 5.

q Daniel. cap. 7. v. 10.

Archangeli quid.

r S Dionys. c. 9. cælest. Hierarch.

s S. Isidorus l. 7 orig. c. 5.

t Greg hom. 34.

Obiectio quomodo S. Michael sit princeps Angelorū cum solum appellatur in Sacris scripturis Archangelus.

antequam hæc de Archangelis sub breuiloquio concludamus, soluenda obiectio est, ne ex eo natum in lectorum animis scrupulum diutiùs remorari patiamur. Nobis enim in his quæ fusè, copiosèque de sancti Michaelis principatu supra disseruimus, aliquis fortè non constare dicet. Quoniam cum sæpiùs sanctum Michaelem modo Angelum, modo Archangelum sacra Scriptura nuncupet, Archangelorum verò ordinem non esse præstantissimum in prima Hierarchia, sed medium in vltima qui fieri posset vt sanctus omnium cuiusque Hierarchiæ, ac ordinis Angelorum Princeps appelletur, cum ne inter Angelos postremæ Hierarchiæ primum gradum sedemque dignorem, cum sit solum Archangelus, occupare videatur. Hunc scrupulum vt eximamus, obiectioni satisfaciendo dicemus, cum a sancto Gregorio & Isidoro Hispalensi, Angelum nomen esse officij, non naturæ, cum Angelus Græcè dictus, nuncius Latinè vertatur, & Archangelus b princeps nuncius seu legatus nominari debeat, vt omnes superiorum Hierarchiarum spiritus cum ad grauiora & subliminora diuini consiliorū nuntia & arcana hominibus iustitiæ ac sanctitatis auidis euoluenda referendaque in terras à Deo mittuntur, Archangeli verè & propriè vocitari posse credantur. Omnes enim ex quaque Hierarchia, & ordine, spiritus à Deo quandoque mitti citra controuersiam esse diuina testantur oracula c Psal.103.v.4. *qui facis Angelos tuos spiritus.* d Et Hebr. 1. *nonne sunt omnes administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui capiunt hæreditatem salutis?* Quamobrem cum sanctum Michaelem cælestis militiæ principem, sæpiùs in terras ad sublimia maximè & cælistissima conficienda prælia, & opera missum, & iterum in fine mundi mittendum à Deo supra pluribus rationibus, & diuinæ paginæ, sanctorumque patrum testimoniis intellexerimus, quid illum, licet ordinis Seraphici, Archangelum nuncupare prohibebit? Dico secundo Archangeli nomen duplici ratione sumi, prima, respectu omnium cuiusque Hierarchiæ & ordinis spirituum, vt Archangelus ille dici debeat, qui inter omnium qui in cælo cum Deo de morte, ac omni miseria, maloque triumphant, Angelorum princeps ac Dominus, qualem esse sanctum Michaelem hac acceptione confitemur. Secunda, respectu illorum tantummodo spirituum, qui in infimo ordine collocati, specialis vocabulo Angeli nominantur; & tales Archangeli illi spiritus appellantur, qui in medio choro postremæ Hierarchiæ reponuntur, sicut in Ecclesia militante, nomen Archiepiscopi duplici considerari respectu cernimus: vno ad vniuersalem Ecclesiam vt ille Archiepiscopus esse censeatur qui omnium episcoporum vniuersalis Ecclesiæ sit princeps, & hoc respectu solus est Romanus pontifex hoc nomine dignandus, quem sic à sacris canonibus, sanctisque patribus, Archiepiscopum sæpiùs appellari notum est omnibus canonicarum sanctionum, antiquorumque sanctorum patrum lectioni ingeniosè atque prudenter assuefactis. Altero ad particulares Ecclesias, singulis diæcesibus inter se distinctas, quo nomine ille vocatur Archiepiscopos, qui vnius prouinciæ metropolitanus, multarum diæcesum episcopos sibi suffraganeos iurisdictione Ecclesiastica complectitur. Sed reliquum de cælestibus beatorum spirituum choris tractatum, breui

Obiectionis solutio.

a S. Gregor. homil. 34. in Euang.

b S. Isidor. l. 7. orig c 5. in principio.

c Psal. 103. v. 4

d Et Hebr. 1.

2. Solutio. Archangelis nomen dupliciter accipitur.

A Angelorum infimi ordinis, citeo celeriter includamus. Qui hominum gregi rationabili finitimi cælestium Hierarchiarum ordinumque circulum complent, hac speciali voce præcipue Angeli, phrasi Hebraica nomen generis infimæ speciei, vt lunæ luminis nomen applicare solita, nominantur. Quod nobis corporea mole adhuc in terris, onustis humana diuinaque manifestare, vbique mortalium animas sedulò custodire, eorumque corporum curam gerere, per iustitiæ semitas fideles in hoc mundo peregrinantes deducere, eos salutis viam in veritate docere, Denique contra omnia aduersa mundi pericula, contra omnia carnis tentamenta, contra omnes inferorum furiosas irruptiones, omnes sceleratissimas dæmoniorum insidias, pugnasque lethiferas, ad illorum defensionem, protectionemque, perniciibus quo-

B tidie moribus aduolare consuescant. *Quibus ideo pictorum licentia pennas facit,* (inquit e Sanctus Isidorus) *vt celerem eorum in cuncta discursum significent, sicut iuxta fabulas poetarum, venti pennas habere dicuntur, propter velocitatem scilicet. Vnde scriptura sacra dicit: qui ambulat super pennas ventorum,* & in eam rem piè ac deuotè Angelicos spiritus, hoc custodiæ, humanæque protectionis honore cumulando Christianus poeta cecinit.

Angeli ordinis noni & infimi qui.

e S. Isidorus l. 7. orig. c. 5. in principio.

Hieronymus Vida in hymno de Deo.

Vos alites hero à supremo crebrius
ad nos venitis nuntij:
Deique nostra afflatis almi pectora
tansit ato lumine:
Animisque nostris insidetis abditi:
Ducesque adestis in via.

C His Angelis dati sunt à Deo omnes homines in custodiam, ac protectionem; nec est aliquis in hac vita, qui nō ab ipso suæ natiuitatis ortu, f boni alicuius Angeli defensione, auxilioque potiatur, vt eruditè, copiosèque g Panormitanus ostēdit. Nec Adamum ipsum primum omnium hominum parentem, ne quidem ipsum hominem peccati Antichristum, iuxta doctrinam communi Theologorum calculo receptam, excipio. h Ad cuius veritatis confirmationem, testimonia Sacræ paginæ, sanctorumque patrum clara nimis existunt. i *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis.* In quem locum sanctus k Bernardus exclamat: *Mira dignatio & verè magna dilectio charitatis! quis enim, quibus, de quo, quid mandauit?* quid hoc ad hanc veritatem iuxta sanctorum patrum expositionem! Christi Domini eloquio clarius? *ne contemnatis vnum de pusillis istis,*

D *Angeli enim eorum semper vident faciem patris mei, qui in cælis est.* Hoc ipsum in se ipsa verum generosa mulier Iudith experientia cognouit: cum sic Deo gratias agendo in victoriæ, de teterrimo hoste reportatæ exultatione Betulianos ciues affata est. m *Viuit ipse Dominus,* (inquit) *quoniam custodiuit me Angelus, & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & reuocauit me Dominus gaudentem, in victoria sua, in euasione mea, & liberatione vestra.* Hæc ne vager vlteriùs, communis est Christianorum fides, minime gentilibus ignota, Aristotele eam scripto ad Alexandrum de secretorum secretis libro ingenuè confitente. n *Nescis,* (inquit) *quod teste Hermogene, duo sunt spiritus qui te custodiunt, quorum vnus stat ad dextram, & alius ad sinistram custodientes, & scientes opera tua, & referentes factori tuo quicquid feceris: hoc solum in veritate debet te Alexander retrahere ab omni inhonesto opere.* Hoc mente con-

Singulis hominibus dantur boni Angeli custodes.

f ex D. Tho. Iacobo de Voragine & S. Antonino 3. part summæ c 6 §. 5.

g Panormit. in cau fatendum 13 q 1.

h Bern. de Bustis pare 2. Rosarij ser. 11. in part. 2.

i S. Antoninus 3. p. summæ ca 6. §. 4.

i Psal. 90.

k S. Bern. in Psal 90.

l S. Matt. 18.

S. Basil. 3. contra Eunomium Hern. in ea 18 S. Matth. Nazian 3. orat. in baptis. Chrysost. Theodoret. orat. 10 Nyssenus l. de vita Moysis.

m Iudith. 13.

n Arist. l. de secretis secretorum ad Alex.

ceptum sua diúque meditatum [p] Seneca, minimè dissimulauit, cum vnicuique hominum esse vnum domesticum Deum datum, qui illi præceptoris fungeretur officio, in epistolis asseruerit & lib. 4. de benef. c. 6. in fin. [a] *Insita sunt nobis omnium ætatum, omniumque artium semina, magisterque ex occulto Deus producit ingenia*, & lib. 5. epist. 41. [b] *Sacer intra nos spiritus sedet*, (inquit ad Lucilium) *malorum bonorumque nostrorum obseruator & custos: hic prout à nobis tractatus est, ita nos ipse tractat: bonus vir sine Deo nemo est, an potest aliquis supra fortunam nisi ab illo adiutus exurgere? ille dat consilia magnifica & recta*. Principibus autem, regibus ac imperatoribus duos dari bonos spiritus credidit Aristoteles, nec malè: nam & hoc solida veritate rationibusque fulti Theologi credunt & credendo docent, piaque eruditione fidelium mentibus astruunt.

[p] Seneca ep. 41. lib. 5. in prin. & lib. 4. de beneficiis c. 6 in fine.
[a] Seneca l. 4. de benefic. c. 6.
Principibus & personis publicis duo Angeli dantur.
[b] Sen. l. 5. ep. 41.

Vnus Angelus qui sit inferioris ordinis tertiæ Hierarchiæ, illis quatenos sunt singulares personæ donatur: alter vero qui sit altioris ordinis cuiusque Hierarchiæ, illis prout publicam ac regnantis personam sustinent, adiungitur. Non secus ac dari solet societatibus humanis, iure ac legibus inter se societatis quæ ciuitates, aut prouinciæ, aut regna aliique principatus appellantur. In cuius rei fidem sancti patres, sacris in veritate corroborati scripturis audiantur: vt sanctus Basilius hæc contra Eunomium dicendo: [c]

Societates hominum vt ciuitates & suos habent custodes Angelos cuiusque Hierarchia & ordinis.

Quod verò rursus sunt quidam Angeli vniuersarum gentium præpositi, Moyses nos per canticum docuit: [d] *quando, diuidebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum suorum iuxta numerum Angelorum suorum*, (*quod communis versio habet filiorum Dei*.) Subiungens hæc postea [e]: & *sapiens Daniel in visione Angeli, scilicet Gabrielis, audiuit ipsum dicentem, quoniam princeps regni Persarum, restitit mihi & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum*: & alibi. *Princeps Græcorum veniebat. Et illa castra Dei*, quæ vidit [f] Iacob Angelos fuisse custodes Syriæ, ac Chananeæ gentis, per quas iter agebat Iacob sub custodia illorum Angelorum, ne quid ei mali barbaræ gentes illæ causarentur, doctores [g] Tostatus, Lyranosque commemorant. De his Angelis vrbium, prouinciarum, regnorumque custodibus, hunc Esaiæ locum idem Tostatus interpretatur. [h] *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes: tota die & nocte perpetuo non tacebunt. Visio Sancti Ioannis in Apocalypsi* [i] hęc omnia magnopere confirmat, *vidi*, inquit, *quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ tenentes quatuor ventos terræ ne flarent*: & *paulo post: vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens: nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus*, & notabili ex multis Historia, eadem comprobantur. [k] Cum impius Gainæ tyranni sceleratissimi exercitus, anno Domini 400. iuniore Theodosio imperante, de Constantinopolitana vrbe, ac palatio Imperatoris Christianissimi, ferro flammaque delendo cogitaret: Iamque aduersus palatium in incendia, & ignes irruere, & erumpere conaretur, à militia cælesti in aëre visa, huius ciuitatis, & arcis custodia fortissima perterritus, irrito conatu dissipatus euanuit. Sed de nouissima Angelorum Hierarchia

[c] Lib. 3. contra Eunom. t. 1.
[d] Senec. epist. ad Luci. lib. 5. ep. 41. Deut. 32.
[e] Daniel ca. 10.
[f] Genes. 32. v.
[g] Tost. & Lyr. in Gen. 32.
[h] Tost. in per. c. 62.
[i] Apoc. c. 6.
[k] Socrates l. 5. c. 6. Baron. 5. anno 400

A de ordinibus eius, de eorum huius Monarchię sicut aliarum primę & medię custodia, deque eorum pro hominibus singulis, publicis & in publicam societatem coactis, suscepta cura, hęc quę pauca dicta sunt, pro instituti nostri ratione sufficiant.

CAP. IV

Quod Monarchia cælestis sit typus & exemplar Ecclesiasticæ, & hæc antitypum & expressa illius similitudo.

DE Monarchico curiæ cælestis imperio sub vno principe Angelorum maximo, post pugnas & certamina contra Luciferum, & Angelos eius triumphante, intra tres Hierarchias, & nouem ordines concluso breuiùs quàm res tanta dici potuit; hactenus stylo humili, atque, vt credo, facili & claro diximus. Nunc vt propiùs semper institutionis, intentionisque nostræ metas, scopumque conemur attingere, quam verè sit typus & exemplar cælestium ciuium Monarchiæ, Ecclesiæ militantis, quamque hæc ad viuum formam, & imaginem illius in se referat, diligenti obseruatione consideremus. Atque vt ab authoritate diuina ordiamur, grauissimum illud, & ad hoc quo nitimur efficacissimum Spiritus sancti testimonium, quod per os prophetæ [l] suo afflati numine, suæque diuinitatis impulsu extra se positi protulit. *Nunquid nosti*, inquit, *ordinem cæli, & rationem eius pones in terra?* Ordinem videlicet cælestium incolarum, sub vno summoque principe, in Hierarchias varias, & ordines distinctorum, Deo principi, principum cæli & terrę, purissimè seruientium. Eundem persimilemque ordinem & ornatum, à Deo incarnato, in sua militante, ac in terris peregrināte Ecclesia positum iri, cum venerit plenitudo temporum, à Spiritu sancto Prophetam didicisse, facta cuncta usque manifestant; esseque magnam inter iura cælorum, & terræ, triumphātis Ecclesiæ, quæ regnat in cælis, & militantis, quæ peregrinando multumque sub pondere persecutionum sudando gemit in terris, conformitatem quamplurima sancti Spiritus oracula non obscurè declarant. *An ignoratis* [m] (aiebat Apostolus) *quoniam sancti de mundo hoc iudicabunt? Ideo hunc mundum*, [n] teste sancto Ambrosio, *dixit vt ostenderet & alterum, hic ergo mundus ad superioris similitudinem factus est. Vnde hic homo positus est, ad imaginem Dei factus: vt sicut in superiori mundo, ab vno Deo sunt omnia, ita & in hoc ab vno homine omnes haberēt originem*, (in natura scilicet) *& in Ecclesia ab vno principe fidelium omnium spirituali sub Christo Domino, cuius vicarius exerceat functiones officij sui, statusque vigorem atque robur acciperet. Hinc est, vnde Moyses*, (subiungit ipse sanctus) *in Deuteronomio*: [o] *cum diuideret* (inquit) *Altissimus gentes, quemadmodum dispersit filios Adæ, statuit fines gentium secundum numerum Angelorum Dei. Quid tam apertum, hunc mundum superioris esse imaginem certa ex causa? Est enim & Hierusalem inferior, & illa superior quam matrem nostram vocat.* [p] *Idem Apostolus, Est & inferior paradisus, in quo homo positus, mandatum, & vt operaretur, & vt custodiret, accepit. Est & ille cælestis, in quo raptus Apostolus audiuit verba arcana.* Hæc sanctus Ambrosius. Sed sicut fuit in hoc

Magna similitudo & conformitas Monarchiæ Ecclesiæ militantis cum triumphante.
[l] Iob. c. 38. v. 33.
[m] Corinth. c. 6
[n] In 1. ad Corinth. c. 6.
[o] Deut. 32.
[p] Ad Gal. c. 4.
Ordo similis in Ecclesia militante & triumphante.

hoc mundo Paradiſus terreſtris, ſic eſt, & erit, vſque ad conſummationẽ ſeculi, paradiſus ſpiritualis. Eccleſia nẽpè militãs, lõgè cõformior, & ſimilior cęleſti paradiſo: quã terreſtris ille, in quo Adã primus homo de terras terrenus natus eſt: in qua pulchritudinẽ ſplẽdorémque cæleſtis monarchię configurauit, & expreſſit Deus per conſimilẽ ordinem conſtitutũ in cælis: qui ordo ſi ab hac militante Eccleſia, paradiſóque ſpirituali, neglectus arceretur; nulla deformitas hac Eccleſiaſtica cõfuſione deterior habetur. Cum vniuerſalis omniũ creaturarũ circus ſi ſuo ordine priuaretur, omnis quæ eũ mundũ denominat, pulchritudo, decorq; corrueret, factuſque rudis indigeſtaque moles, æterno interitu dilaberetur. Neque enim eius ordinis limes, ac meta rerum ſolum creatarum terminis inuoluitur: ſed in æterna quoque, & increata diffuſi, in ipſius ſanctiſſimæ Trinitatis conſiſtorio locum macti virtute admirabili dilatantur. In ſacro-ſanctæ Trinitatis myſterio, clariſſimè ordo conſpicitur, in ſanctiſſimis perſonis, vt prima Pater, ſecunda Filius, tertia Spiritus ſanctus appelletur. Vt Pater Filio, Filius Spiritu ſancto prior nõ natura, non tẽpore, non dignitate, non virtute, nõ potentia, non ſapientia, non bonitate; ſed ſolummodo originis ordine cenſeatur. In ipſo Deo quatenus rerum creator omniũ, & vt eius opera ad extra, ſicut ſchola loquitur, egreſſa conſpiciũtur, ordo tanquam in cauſa efficiente, principali, ac primaria cernitur, qui diuina prouidẽtia, ſeu ipſa Dei lex appellatur. In cælo, per formam ei propter eius, pulchritudinẽ perenniter inſidentẽ, ordo fatũ eſt, qui dicitur perpetuus, ſtabiliſque motus, & in inferiora ad eorũ vitam & conſeruationẽ, inceſſabili virtute fluens influxus, in ſublunari elementarique mundo, ortus & interitus mutationibus obuio & procliui, natura facilis nũcupatur: ſicut in his quæ arte, & induſtria hominum, è poteſtate in actus emergunt, recta ratio eorum quæ facta ſunt, ordo nominatur: in regno ac imperio principis edictum ſeu lex regia & imperatoria: in rebuſpublicis & ciuitatibus ſenatus-conſultum, in religione, regula & conſtitutio, in corpore viuo ſanitas; quæ ex optima partium diſpoſitione naſcitur: in anima virtus: in diſciplinis liberalioribus ſoblimioribuſque methodus: in ſapientibus viris diſciplina: cuius vna pars ad mores, altera ad doctrinam ſciẽtiamque deducta moderata ratione reflectitur: in Eccleſia triumphante cæleſtis hierarchia: in militante Eccleſiaſtica hierarchia ſpecioſo præclaroque vocabulo talis ordo nobilitatus & inſignitus honoratur.

Sine ordine nulla pulchritudo, ſed omnis deformitas.

Ordo per omnia creata & increata diffunditur.

In SS. Trinitatis myſterio ordo viget.

Non igitur Chriſtus Dominus aliter voluit in ſua adminiſtranda in terris Eccleſia, inter homines, quam in Eccleſia cæleſti, inter Angelos ordinem ſeruari. Vt ſicut in monarchia cæleſti, id hierarchiæ ordine depoſcente, infimi Angelorũ ordines per medios, & medij per primos, & ipſi primi per principem omnium, in altiori gradu conſtitutum, purgati illuminatique magiſtrali moderamine perficiuntur; talis in Eccleſia militante ſtabilitus ordo ſeruaretur. Vt qui in imis Eccleſiaſticæ iuriſdictionis & ordinis ſedibus fideles collocarentur, ab his qui in altioribus dignitatum & honorum gradibus ſubſiderent regerentur; ſicut altiorum ſubſelliorum cõſortes ab illis, qui primis Eccleſiaſtici principatus ſolijs, tribunalibuſque potirẽtur: vt eruditionis piæ ad purificationem, illuminationemque cordis docu-

Hierarchiam Deus in Eccleſia ſua in terris ſimilem conſtituit hierarchiæ cæleſti.

A menta mutuarentur, & acciperent. Et ita fideles omnes ad perfectionem vitæ Chriſtianę, dominationis paternæ iuſſa votis factiſque complenda, filiali obſequio capeſſerent: Cum eo Chriſti Domini præcipientis imperio: vt omnes illi ordines Eccleſiaſticarum perſonarum principis ſummi, paſtoris œcumenici, decreta & imperia in ædificationem Eccleſiarum omnium orbis Chriſtiani ſanctitate circumſcriptarum, ſumma cum reuerentia & honore ſuſpicerent, ad eaque pijs operibus amplectenda, religioſiſſimè conſpirarent. *Sic enim Deus optimus maximus* (inquit Diuus Thomas) [a] *ſua opera in ſui ſimilitudinem perducere voluit, quantum poſſibile fuit, vt perfecta eſſent, & per ea cognoſci poſſet; & ideo in ſuis operibus repræſentaretur, non ſolum quod in ſe eſt, ſed etiam ſecundum quod alijs, hanc legem naturalem poſuit,* B *omnibus, vt vltima per media perficerentur, & media per vltima,* vt ſanctus Dionyſius dicit. [b] *Et ideo vt ſua pulchritudo Eccleſiæ non deeſſet: poſuit ordinem in ea, vt quidam alijs ſacramenta traderent, non modo alijs aſſimilati, quaſi Deo cooperantes: ſicut etiam in corpore naturali quadam membra alijs influunt.* Dicam auctius ad maiorem monarchiæ Eccleſiaſticæ, Romanæque celſitudinem & honorem, Deum infinitæ virtutis & potentiæ, ineffabilem ſuæ tremendæ maieſtatis, æternique throni ſplendorem & gloriam in Eccleſia ſua militante, per inſtitutionem ſeptem Diaconorum repręſentare, & ad perfectiorem effigiem inſigniter exprimere voluiſſe. Sicut enim in illa triumphante cæleſtium manſionum curia, ſeptem ſpiritus in circuitu throni inacceſſibili diuinitatis luce circumfuſi Deo viſi ſunt à [c] Propheta Apoſto- C lico, cum tremore honoris aſſiſtere: Quod longè ante hæc tempora Zachariæ Prophetæ diuinitus oſtenſum eſt, in lapide illo ſeptem oculorum luminibus irradiante: Sic in Eccleſia peregrinante, in hoc mundo conſtituti, & electi ſunt Apoſtolica ordinatione ſeptem diaconi, qui non ſolum Epiſcopo ſacra facienti aſſiſterent: ſed etiam eidem verbum Dei prædicanti religioſo famularentur obſequio. De quorum diaconorum conformitate, atque ſimilitudine, cum ſeptem illis ſpiritibus thronũ Dei circunſtantibus hæc [e] Sanctus Ignatius ad Trallianos epiſtola reſcribens ea dixit. *Quid vero diaconi, quàm imitatores angelicarum virtutum? quæ purum & inculpatum miniſterium illis exhibent: vt ſanctus Stephanus beato Iacobo, Timotheus & Linus Paulo, Anacletus &* D *Clemens Petro.* Sed quæ inſtitutæ diſputationis, magis confirmationi propinquant, nempè quam viua expreſſaque ſit, in Eccleſiaſtica monarchia, triom hierarchiarum & nouem ordinum beatorum cæleſtiumque ſpirituum repræſentatio, effigieſque, proximo capite diligentius inquiramus.

a D. Thomas in 4. diſt. 24. q. 5. art. 1.

b S. Dionyſius.

Repræſentatio maieſtatis diuinæ inſtitutio ſeptem diaconorum.

c Apocaly. c. 1. v. 4.

d Zachariæ c. 3.

Actorum c. 6. v. 5.

e S. Ignatius epiſt. 52. ad Trallianos ex to. 5. biblioth. veterum patrum.

CAP. V.

In Eccleſiaſtica Monarchia tres Angelorum Hierarchias, cum nouem ordinibus clariſſimè repræſentari expreſſas oſtenditur.

ALDE profecto iucunda & ſalutaris eſt illa ſtudioſa mentis agitatio, meditatioque ſolennis', qua varias pulchritudines multipliceſque diuinarũ virtutum ſplendores, alta

H

A

quadam sublimique animi cogitatione speculamur: quibus beati cælestium ordinũ spiritus à diuinitatis radio profectis admirabiliter illustrãtur. Sed illa meditatio longè futura iucundior, animique saluti propinquior, si has varias diuinatũ virtutum pulchritudines, Angelis pro varietate graduum ordinumque formaliter insidentes; in diuersis Ecclesię militantis gradibus, nec non ordinibus personarum, officiorumque varijs tanquam in antitypis expressisque ad viuum imaginibus, repræsentatas intueamur: vt eas non tam admiratione quã Christiana imitatione veneremur. Hoc nimirum est quod in hoc capite pręstare omni labore, ac industria peruigili conari debemus. Atque vt à prima Hierarchia, & tribus illis quibus constat ordinibus accessamus, supra [a] non melius illam supremam cum suis ordinibus Hierarchiam posse repræsentari viuaque depingi similitudine, quam in excelso illo Cardinalatus Romano Pontifici Monarchico pastori dignitate proximo grado, ordineque monstrauimus. Quod in eo Episcopi Seraphinos spiritus, Presbyteri Cherubinos, atque Diaconi Thronos effigiantes exprimentesque verius in se, reperirentur. Qui quidem Cardinalitij fulgoris luce micantes siue Episcopi, siue Presbyteri siue Diaconi sint, quoniam sublimitate & celsitudine regiminis à summi Pontificis latere nullo tẽpore seiungi solent, sed in omni fortuna quocumque ierit, illum tanquam cælestia principalis Hierarchiæ lumina comitantur, in gubernando Christiano grege, reliquis Ecclesiæ præsulibus quacunque prælatura fulgentibus, iure optimo præferuntur.

In Cardinalibus, Episcopis, presbyteris, & diaconis triplex ordo primæ Hierarchiæ repræsentant.

a Cap. 1 huius lib. circa fine.

B

Quare Cardinales omnibus Ecclesiæ prælatis præferuntur.

Ordinem Seraphinorum spirituum, in se quantum humana pati potest infirmitas, sancti Dei homines ad diuina rapti Christianæ charitatis æstu penitus incensi repræsentant; si non tam dignitas grados & officij, quam sanctitas personæ consideretur; illi inquam, qui solius Dei vnioni per summæ nexum charitatis, [b] quæ est vinculum perfectionis, inhiantes & ad Christianæ vitæ perfectionem diuinitus anhelantes, omnia mundi huius tanquam stercora cum Apostolo fastidiunt; [c] vt præclarè his verbis [d] sanctus Gregorius descripsit: *Qui supernæ contemplationis amore accensi, in solo conditoris sui desiderio anhelant, nihil in hoc mundo iam cupiunt solo æternitatis amore pascuntur, terrena quæcunque abijciunt, cuncta temporalia mente conscendunt, imo transcendunt, amant & ardent, atque in ipso suo ardore requiescunt: amando ardent, loquendo accendunt, & quoscunque verbo tangunt, ardere protinus in Dei amore faciunt: qui intra Seraphim numerum, sortem suæ vocationis acceperunt.* Hæc ipse. Qui vtrumque præstantes, & qua ad officij dignitatem, & personæ sanctitatem, his charitatis ardore flagrantibus spiritibus, perfectius assimilabantur; Apostoli fuere: (quos fuisse primos in Ecclesia Cardinales inferius certa veritate comprobabimus.) Illi enim primi Ecclesiarum patres, & principes summo charitatis feruore succensi, imo consumpti, ignito diuinæ prædicationis eloquio, ad instar Seraphinorum spirituum deuotionis celeritate pennati, ad salutem animarum in vitiorum tenebris ambulantium infeliciter, aduolantes, totum terrarum orbem Christianæ pietatis ignibus inflammarunt. ob eamque causam in Apocalypsi igniti pedes appellantur. *Vidi* [e] (inquit Ioannes) *Angelum cuius facies erat sicut sol, & pedes eius vt columna ignis.* Angelus ille per antonomasiam est Christus Dominus ab Esaia [f] dictus *Magni consilij Angelus*, cuius pedes, quinam alij ex toto Christiano orbe, quam Apostoli veriùs existimari possunt? qui cælestes Euangelij præcones, *Quorum in omnem terram, exiuit sonus & in fines orbis terræ verba eorum,* [g] Vt regnũ cælorum Christi Domini passione mortis apertum & restauratum, omnibus gentibus prædicarent, celeritate mirabili, illorum pedibus alas præbente charitate, toto orbe volitarunt. De quibus Apostolus, [h] *quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantiũ bona*, Cherubinis similes esse dicuntur Prophetę & sancti Doctores Ecclesię Dei afflati sapientia & doctrinæ ex alto diuinioris illuminatione sublimati, qui tanquam Cherubini spiritus, conspicuam veritatis faciem speculantes, ac velut in diuinitatis speculo, sublimia Christianæ religionis arcana conspicientes, omni salutari doctrina, & intelligẽtia coruscant: sapientiam loquentes inter perfectos, non illam huius mundi vanitati subditam, sed plane diuinã, in mysterio absconditam, quam solus filius qui est in sinu patris diligentibus se reuelauit. Cuius splẽdoribus illi Cherubæi Doctores, ac Prophetæ Euangelici populorum animos, quos salutari Christianæ veritatis pabulo pascunt, ad salutis æternę fructum feliciter illuminant. Thronorum vero præclaram faciem, pręter Cardinales Diaconos generosi heroica virtute induti Christi Domini Martyres præ se gerunt. Vt enim throni illi superioris Hierarchiæ Angeli perfecti iudicij rectitudine firmantur; Deique ęquitatem in iuridicundo, & iustitiæ partes exercendo mirum in modum ab omni obliquitate corruptionis auersi constanter approbant: sic inuicti illi Christi milites testes Christianæ veritatis inclyti, fidele de illa testimonium, non tam sermone quam sanguine, nec tam oris voce, quam corporis nece perhibentes, tyrannorum & oppressorum fidei Christianæ crudelitatem, & impietatem iudicantes morte propria condemnant, & condemnantes execrantur. Stabiles & immoti in amore Dei & charitate Christi, pro quo sanguinem suum, per mille patiendi modos, artesque non minus læti quam gloriosi profundebant: cum constantia ac fiducia inuincibili, clamantes ad Dominum. [i] *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala quoniam tu mecum es: Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo?* [k] *Dominus protector animæ meæ, à quo trepidabo? Si cõsistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.* Illudque vt sensum lætitiæ cordis sui, in tolerando mala pro Christo manifestarent, sæpius ingeminantes. [l] *Secundum multitudinem dolorum meorum, in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Propter quam animi inuicti in tormentis pro fide Christi firmitatem, & constantiã multitudine calamitatum & aduersitatum patientia & fortitudine domitarum Christiana corroboratam: Quid mirum si fortes illi athletæ Christi, purpurata de sanguine, lauro redimiti, à malis vinci nescij, thronis cælestibus assimilati comparentur? Sacræ scripturæ plures nobis Thronos variè descriptos figuratosque, igneos, eburneos, gemmis denique lapillisque pretiosis ornatos, magnificè repræsentant. *Thronus eius flammæ ignis* [m] *fecit Salomon thronum de ebore grandem* [n] *similitudo eius quasi aspectus sapphiri: sedes* [o] *erat in cælo, & super sedem sedens, & aspectus eius quasi aspectus*

C

D

Ardore diuini amoris consũpti similes Seraphinis.

b S. Paul col. c. 3. v. 14.

c Philipp c. 3.

d S. Greg.

Apostoli perfectius in Ecclesia Seraphinos in se repræsentabant.

Cur Apostoli pedes igniti.

e Apoc. c. 10.

f Esaiæ c. 9.

g Psalm. 18.

h Rom. 10.

Prophetæ, & sancti doctores Cherubinos in Ecclesia repræsentant.

Ioan. cap 1. v. 18.

Martyres thronis assimilantur in Ecclesia.

i Psal. 22.

k Psalm. 26.

l Psalm. 93.

Throni in sacra scriptura variè descripto SS. Martyribus repræsentantur.

m Daniel. 7.

n 3 Reg c. 10.

o Ezech. c. 1.

Ezech ca. 1. v.

A *lapidis Smaragdi*. Omnium istorum thronorum in Ecclesia militante facies magnanimi illi Christi Domini milites induunt, ignei quippe throni proprij effusione sanguinis, à charitatis ardore promanante, eburnei candore fidei & innocentiæ, margaritis, maximique valoris lapidibus pretiosis ornati, animi robore & constantia, nec non patientia fortitudineque firmati, mystico symbolo veraciter euasere.

Secunda Hierarchia dominationibus similes primates.

Nunc qualiter secundæ Hierarchiæ Angelos, scilicet dominationes, virtutes, & potestates, in Hierarchia militantis Ecclesiæ, conformitate idonea reperire valeamus, diligenti consideratione quæramus. Sunt enim superiores in Ecclesia prælati, nempe Primates, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi, pręclarum horum Angelorum splendorem vultumque appositè similitudine non contemnenda referentes; B Primates Archiepiscoporum & Episcoporum gradum dignitate & latitudine præfecturæ superant, non enim diæcesibus vt Episcopi, nec solum prouinciis singulis vt Archiepiscopi, sed nationibus totis & his regiis imperialibusque ciuitatibus alias archiepiscopales sub se ciuitates continentibus, nulli alij prælato nisi Papæ œcumenico pastori subditi præsident. Ita vt Primates non solum Episcoporum, sed etiam Archiepiscoporum patres habeantur. Ideo propter eminentiam dignitatis, & extensionem Dominationis in clero sub Romano pontifice, rectè primi ordinis Angelis secundæ Hierarchiæ dominationibus assimilantur; C qui sicut Dominationes, inferioribus sub se prælatis, agenda præcipiunt, & imperant. Sicut virtutibus secundi ordinis Angelis Hierarchiæ huius mediæ Archiepiscopi ritè muneris conformitate comparantur: magna & ardua in Ecclesia sicut virtutes in cælis ad salutem eorum, quibus præficiuntur, exercentes. Potestatum vero Episcopi speciem formamque gerunt, rectè omnia in sua Diæcesi à subditis agenda disponentes & ordinantes: sicut est potestatum munus ordinare. Diximus enim supra [a] cum Diuo Thoma, *Potestatis nomen, quandam ordinationem designare*, iuxta illud Apostoli: *qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Atque hæc pro dignitate gradus Ecclesiastici breuiter dicta. Quod si personarum sanctitatem, diuersasque earum moris virtutes attendamus, Dominationibus similes esse dicemus illos pios, sanctosque Dei confessores, [b] expugnatoribus vrbium fortiores, D quod suo animo, carnisque libidinibus impotentis frenos dantes, generosè dominentur: [c] *carnem suam crucifigentes pro Christo, cum vitiis & concupiscentiis*: qui orationibus, lachrymis, suspiriis ad Deum conuersi, sui abiectione, contemptu mundi, fœdæ horrore libidinis, pietati & operibus misericordiæ, aliisque charitatis officiis singulariter occupati, de rectoribus tenebrarum, corruptione mundi, exercitibusque vitiorum, victoriæ fructu laureati triumphant, & indomitos corporeæ molis iugum temperantiæ ferre nesciæ turbulentosque motus abstinentiæ frænis, & mortificationis virga compescentes læto vocis, cordisque sonitu modulantur,

Virtutibus Archiepiscopi.

Potestatibus Episcopi.

a Cap. 2. huius libri.

b Prouerb. 16. v. 32.

Rationes similitatis vitæ quorundam in Ecclesia militante Angelis 2. Monarchiæ, assimilantur.

c Ad Gal. c. 2.

S. Confessores dominationibus similes.

d Ouid. de arte.

[d] *Vt corpus redimas ferrum patieris, & ignes,*
Arida nec sitiens, ora lauabis aqua.
Vt valeas animo quidquam tolerare negabis?
A *At pretium pars hæc corpore maius habet.*

Si altiùs in vitæ sanctitatem quę præter copiam doctrinæ salutatis in piis fulget antistitibus, atque Ecclesiæ præsulibus, inquirere voluerimus: profectò illos non incongruè virtutibus cælestibus similes esse dicemus. Cum longè plura possit vita pastoris, quàm lingua doctrinaque, ad Christianas virtutes, radice profunda, populorum cordibus inserendas: quibus Diuini verbi non auditores tantum, sed factores iustificentur: & iustificati fœtu bonorum operum fœcundi euntes de virtute in virtutem, ad meritum sempiternæ gloriæ crescant: qua cum suis pastoribus in cælo, ad perpetuas æternitates delectati, consolatique potiantur.

Boni Antistites virtutibus comparati.

Principibus autem Christianis, sacra vnctione in Reges aut Imperatores inauguratis, hunc B honorem largiri debemus, vt potestatibus cęlestibus similes esse fateamur: dum per eos fortitudine, & pietate Christiana munitos & armatos salus populi custoditur, sancta, Catholica, & Apostolica fides, atque Religio, ab omni infidelium, hæreticorum, schismaticorum, aliorumque Ecclesię perduellium, humanę societatis hostium, peruersitate liberata vindicatur. Qualis fuit ille princeps Christianissimus Rex Gallorum qui sic defensionem regni ac Ecclesię Dei protestabatur.

Boni Christiana ditionis principes potestatibus similes.

Dei Religionē defendentis, eius hostes exterminantis.

[e] *Regnantis veri cupiens ego rector haberi,*
Iuro rem cleri, libertatemque tueri.

e Pipinus Rex Galliæ.

Quales fuerunt illi Imperatores optimi Gratianus, C Valentinianus iunior, & Theodosius magnus, qui Christianę fidei amore feruentissimi, & salutis populorum sibi subditorum studiosissimi, tam sanctum hoc edictum Christianissimis Imperatoribus dignissimum ad Constantinopolitanæ vrbis ciues rescribere, rescriptumque executioni mandari voluerunt. [f] *Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, Religio vsque nunc, ab ipso insinuata declarat: quamque pontificem Damasum sequi claret.* Et paulo post: *Hanc legem sequentes Christianorum, Catholicorum nomen iubemus amplecti. Reliquos vero dementes, vesanosque iudicantes hæretici dogmatis infamiam sustinere, nec conciliabula eorum Ecclesiarum nomen accipere diuina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus vltione plectendos.* Sic Christianus princeps fidem viuam ex operibus, D rectisque factis ostendens, atque demonstrans (Sicut [f] Hormisda Papa ab Imperatore Anastasio requirebat) *præclarum pietatis ac Religionis diuinitus fabricatum exemplar & simulacrum*, vt à [g] Synesio Syrenensi Episcopo dictum est, verè potestatibus Angelicis similis esse creditur. Qui vires & copias imperij, neruosque potentiæ atque virtutis omnes pro salute bonorum contra amentiam perfidiamque sceleratorum, in Ecclesiæ reipublicæque defensionem, conuersos & extensos, diuinæ voluntati seruitioque submittendo consecrat: qui cum Dauide [h] vota faciens Deo Iacob clamat, & clamando vouet: *Persequar inimicos meos*, qui Dei sunt, ex Diuo Augustino[i]; *& comprehendam eos, & non conuertar donec deficient*: quos Diuus Augustinus à principibus persecutionem patientes propter iniustitiam miseros appellat. Qui inquam perfectò odio eos persequitur, qui Deum oderunt & cum

* L. 2. de Catholic. fide. C. Theodos.

f Hormisdæ Papæ Ad Anast. epist.

g Princeps Christianus exemplar pietatis & religionis, ex Synesio orat. de regno.

h Psalm. 17.

i Epist. 50.

a Psal. 100. v. 8

eodem[a] Propheta de matutino surgit ad exterminandos omnes illos peccatores terræ, vt sic tanti principis hostes victi potestates timeant, & obsequentes fidelesque populi diligendo reuereantur. Cum nihil tam dociles, obedientes morigerosque principi sobditos efficiat, quam ipsius erga Deum pietas, & religio, testificante Isidoro Pelusiota, [b] nullumque princeps Deo acceptius sacrificium possit offerre, quam cum bene vtendo potestate sibi tradita desuper, ad instar cælestium potestatum, solicitè curat, populos subditosque suos quàm optimos, iustissimos, religiosissimosque suo exemplo reddere, & efformare. Quemadmodum [c] Agapetus Diaconus, in parænesi sua magnum illum Imperatorem Iustinianũ magnis rationum sententiarumque ponderibus potenter hortabatur. Sed de hac Christianorum principum pietate ac iustitia, suo loco longè plura posthac: Ad similitudinem conformitatemque Hierarchiæ postremæ veniamus; Cuius tres ordines sicut alios superiorum Hierarchiarum, in Ecclesiæ sacro principatu militantis inuenire operæpretium est: priusquam huic capiti multum inchoato, nondum tamen absoluto extremum fastigium decenter imponamus.

b Isid. Pelus. l. 2. epist. 194.

c Orat. parænetica ad Iustin. Imp.

Abbates aliique Monasteriorum præfecti bene reformati principibus similes sunt.

Principatuum qui primi in Hierarchia postrema collocantur, imitatores sunt tanquam viuæ imagines, spirituales illi prælati regularium exercituum, in castris Ecclesiæ, ductores Monachorum patres, nomine communi Abbates appellati, aliique Monasteriorum religiosi præfecti. Qui religiosas, pudicas & immaculatas turmas copiasque sub pia & sancta regula benè custodita, non corrupta, non violata militantes castitatis voluntariæ, paupertatis obedientiæque votis armatas, contra Dei hostes visibiles, & inuisibiles, contra carnem & sanguinem, contra blandientis mundi insanias, fallacias & fraudes, contra Diabolicarum potestatum furores, inferniquе dolos, ad prælia instar principatuum cælestium, generoso indomitoque animo ducunt: ductasque de triumphatis hostibus spolia reportantes gloriosè reducere solent. His ad hanc Angelciorum principatuum similitudinem, minores prælatos & alios Ecclesiasticos, Episcopis inferiores, vtpotè Decanos cathedralium Ecclesiarũ præpositos, archiadiaconos aliosque dignitatibus Ecclesiasticis insignitos adiungere liceat. Qui sub baculo pastorali, Episcopiq; vexillo spirituales Dei pugnas, contra scelera moresque corruptos, prælіantes inferiores, clerici gregis, ad salutem animarum instruunt. Qui eos cibo doctrinæ veræ, disciplinęque pascentes, ad iter longum & arduum, vsque ad montem Dei [d] Oreb instar Eliæ peragendum; montem videlicet sempiternæ gloriæ radiis mirabili pulchritudine, rutilantibus vndique coruscantem, fortitudine maxima corroborant. Archangelorum minores pastores rerũ ad salutem animarum populi, in charitate Christi Domini pio satagentes affectu, curati propterea dicti, similitudinem in se portant atque referunt. Qui verbo veritatis, collationeqoe sacramentorum, populum sibi sub Episcopo commissum sincerè nutrientes, respectu simplicium sacerdotum, Archipresbyteri dici possunt: Sicut illi Spiritus medij ordinis vltimæ hierarchiæ comparatione Angelorum simplicium vltimo ordini deputatorum; Archangeli grandiori vocabulo

Similiter prelati inferiores principatuum sunt imagines.

d 3. Reg c. 18.

Curati similes Archangelis.

A nuntiorum maioris momenti legatos insinuante nuncupantur. Denique vt paucis absoluam; vltimæ Hierarchiæ spiritus ordinis nouissimi possessores, Angeli communi voce nominati, suæ in simplicibus presbyteris imaginis non leuiter impressa vestigia speculabuntur. Atque hæc quidem quoad dignitatem, & officiorum Ecclesiæ rationem. Sed si personarum sanctitatem, vitæ, morumque probitatem, sicut in prioribus fecimus, in hac vltima Hierarchia diligenter inspicere velimus: his spiritibus nomine principatus insignitis insignes Diuini verbi præcones assimilare minime dubitabimus. Qui dum in tam sancto, tamque spiritualibus animarum fructibus, fœcundo prędicationis Euangelicæ solo sincerè meritoriéque mancipantur, maximum sed maximè liberum & voluntarium, in Christianorum animos principatum imperiumque valde dulciter

Simplices sacerdotes Angelis.

Quoad vitæ sanctitatem pij prædicatores verbi Dei similes principatibus.

B exercent.

> [e] *Tum pietate virum ac meritis, si forte virum quem*
> *Conspexere, silent, arrectisque auribus astant,*
> *Ille regit dictis animos & pectora mulcet.*

e Virg. 1. Æneid.

Qui quod docti fuerint, & ad pietatem iustitiamque [f] *multos erudierint, fulgebunt, quasi splendor firmamenti & quasi stellæ in perpetuas æternitates.*

f Dan c. 12. v. 3.

> [g] *Quique pij vates & Christo digna locuti,*
> *Inuentas, aut qui vitam excolaere per artes,*
> *Omnibus his niuea cinguntur tempora vitta.*

g Accommodatio Virgiliana Æneid.

Archangelorum decoras, polchrasque facies sacris & immacularis virginibus, pura castarum matronarum familiaritate sociatis diuinitus impressas mirantes aspicimus: quæ quia virgines sunt, [h] *sequantur agnum dominatorem* C *terræ quocunque ierit. Qui pascitur inter lilia septus corona virginum:* [i] Lilia inquam virginearum virtutum, donec æternitatis aspiret dies, & vmbræ mortalitatis inclinentur.[k] Illi cælestes Archangelorum chori, virgineo decore, castoque puritatis flore delectati, virgines se suarum pulchritudinum imitatrices, habere gloriantur: suarumque virtutum splendores in virginum vasis fictilibus, pulchriùs conspici lætantur. Quæ quidem vt incomparabilem virginei pudoris thesaurum, in agro dominico custodiant, nequaquam pulchriores in auro, & serico, in illisque superbis ornamentis, luxuriæ nidis, vt aiebat [l] Imperator Augustus, fomentoque libidinis, in vita sua videri desiderant; sed neglectis lasciuientibus istis vestimentorum pompis, proiectisque margaritis, [m] *quæ tardè teruntur vt mittant, quæ sabdolè sub-* D *struuntur, vt floreant: quæ anxie forantur, vt pendeant:* mundo sanctoque virtutum Christianarum ornatui delectabiliter incumbunt. Quæ ciuratis humanæ stoliditatis, atque superbiæ fucis, niueum castitatis virginitatisque candorem, coinquinantibus, splendidam puritatis lucem immunditiæ tenebris offuscantibus, humili vestitu virginalique verecundia, cæteras Archangelicę sanctitatis virtutes, conseruante, affectum mentemque à sponso suo ęterno, iustorum rege, nusquam ne tantillo quidem temporis momento dimouent, ab eiusque conspectu & familiaritate virginea, licet in terris, nulla distractione peregrinantur. O fulgentia virtutum

h Apoc. c. 14. v. 4.
Esaiæ c. 16 v. 1.
i Cant. Eccl.
k Cant. 2. v. 16.

l Macrob. in l. 2. Satur.

m S. Bernard

varietate decora! ô casti mores, ô sancta talium virginum studia archangelico nitori similia!

Negotiatores fideles angelis similes.

Denique dum in sacro Ecclesiæ principatu, viros misericordes, fideles, pietatis luce fulgentes, flammaque charitatis in pauperes incensos, quamuis negotiis seculi quàdoque implicatos intuemur. Quā illos spirituū cælestium formā, nisi Angelorū pulchrā speciosamq; gestare dicemus? Tutores quippe illi custodesque singulorū hominū sunt à Deo *constituti, administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis.* Quā vt securiùs certiùsque in fine huius vitæ possideant: illis in omnibus vijs suis, omni opere & auxilio præsentes, opitulantur. Sic boni illi negotiatores, *quærentes bonas salutis æternæ margaritas*, cælestia in terris bona negotiantes, in medio secularium negotiorum minimè turbati, Deum semper in oculis conspectuque ferunt, sanctā iustitiæ fideliter & charitatis opera, pro illius gloria, populique Christiani salute nundinantur; dū bona sua pauperibus hilari fronte misericorditer erogant: sua imbecilles industria iuuando subleuant: infantes, pupillos, suo patrocinio in tutelam miserando suscipiunt: *Viduas quæ verè viduæ sunt*, consilio, & auxilio, subueniunt: infirmis magna perculsis necessitate, vitæ subsidia largiuntur: omnia denique veri Christiani negotia quæ possunt, operantur; vt sua pia negotiatione partas, & acquisitas æternæ felicitatis margaritas in cælis tandem aliquando iucundissimè consequantur. Sed iam recepui cano, & in describenda cælestium spirituum, triumphantis Ecclesiæ ciuium, cum fidelibus militantis Ecclesiæ ciuibus pijsque ministris, conformitate non progrediar vlterius: Sicque posita hic lōgioris de illa sermonis discursusque meta quiescam.

Hebr. 1.

CAPVT VI.

Sicut in cælesti hierarchia ad vnum principem angelicum & hierarcham; sic in Ecclesiastica ad vnum supremum principem Romanum Pontificem perueniendum, vt vnitas Ecclesiæ Dei meliùs sanctiùsque retenta refulgeat.

1. *Vt ad S. Michaëlem omnes Angeli in triumphante Ecclesia, sic in militante fideles sua omnia dirigenda propter Dei gloriam referre debent.*
2. *Hunc pontificem vt S. Michaëlem Angeli, summo honore & amore omnes Catholici complecti debent, propter ingentia bona, quæ per eum omnibus fidelibus Christus Dominus copiosissima misericordia largitur.*

Obedientia in bello prima virtus.



NTER præcipuas virtutes quæ in exercitu benè ordinato desiderantur, vt vincat, obedientia multum erga imperatorem supereminere meritò iudicatur: qua neglecta nullus ordo, sed confusio; nulla armatorum compositio, sed horrida turbatio, nullus fortitudinis vigor; sed omnium virium elisio; nullus terror in hostes, sed aciei castrorum hebescentis timida palpitatio; nullus ardor præliantium, sed gelidus per ima militum ossa tremor percurrens, totum exercitum armatasque acies ducis contemptu dedecoratas horribiliterque rebellione iactatas ad sonitum hostilis tubæ cōsternant, consternatasque strage funestissima demolitur. Quæ virtus sine obediētia neutiquam in exercitu militiaque regnare potest, nisi vnus summusque sit princeps, cui pareant omnes ad eumque sua obedienter omnia referant, si salui esse velint. Propter quam obedientiam obsequiumque, quod omnes Angeli suo supremo principi de grege suo, propter Deū magno cum affectu deferunt, vniuersus Angelorum chorus cuiusque hierarchiæ & ordinis cœlestis militia castraque Dei, ore Prophetarum Euangelistarumque voce sæpius a, in scripturis sacris appellatur. Cuius exercitus militiæque cælestis, sanctus Michael dux & imperator habetur. Ad quem omnes Angeli, sicut ab eo diuinitus suæ purgationis, illuminationis, & perfectionis influxum per varias eius actiones accipiunt: ita ad hunc illi secundum diuersos gradus & ordines, omnes suas operationes officiorumque functiones reuocant; vt ordinatiùs in Deum perfectiùsque maiori cum illius gloria refundātur. suprà quippe dictum infimos per medios, sicut hos per primos Angelos Deum purgare, illuminare, atque perficere consueuisse: vt quò quis alijs spiritus Angelicus altiùs emineat, eò pluribus suæ perfectionis influxus communicādo dominetur: vtque, *sicut* b *omnia flumina in mare redeunt à quo fluunt & exundant*, sic inferiores angeli suas in superiores spiritus operationes, à quibus earum illuminationes hauserunt, ex officio reuocare debeant. & cum sanctus Michael dux cælestis militiæ omnibus sit perfectior, & donis spiritualibus locupletior, quis dubitare potest omnes angelos ad eum debere recurrere, omniumque suorum munerum actus motusque reflectere, à quo volente & sic ordinante Deo, tot charismata spiritualia totque diuinarum largitionum beneficiorumque dotes communicatas sibi pepererunt? Hic est ille princeps cælestis angelicæque cōgregationis, in vertice hierarchiarum cælestiū positus, qui scientia inspicit illuminationem, actione infusam spargit, & potestate suæ curæ commissos omnes spiritus angelicos potenter in illos influēdo regit & moderatur. Hæc enim tria in hierarchia considerantur, *scientia, actio, potestas*, vt sanctus docuit Dionysius c. Sic qui in Ecclesiastica præsidet hierarchia Romanus pōtifex tribus his scientiæ, actionis, potestatisque muneribus perfuncturus occupatur. Scientia, instruit & illustrat: actione permouet & impellit: potestate regit & moderatur. Et quemadmodum triumphans Ecclesia ex parte Angelorum militia & exercitus cælestis appellatur, quia vnus in illa dux & imperator est, ad cuius votum imperiumque, omnes Angelorum legiones ac turmæ suas in ordine ad gloriā Dei referunt actiones: sic Ecclesia militans spiritualis militia exercitusque nuncupatur: in qua summus dux ductorque fidelium Dei copiarum præsidet Romanus Pontifex, à quo iussa tesseràque militarem fideles Christiani mutuantur: vt in Catholico Ecclesiæ campo strenuè castrametantes contra hostes Dei luctentur:

Sine obediētia perit exercitus.

Angelorum chori, exercitus & militia cœlis dicuntur propter obedientiam quā suo principi deferunt.

a Gen. 32. 1. 4. Reg. c. 2. 5 Luc. 2. Apoc. 12.

b Eccles. c. 1.

Ad sanctum Michaëlem omnes Angeli recurrunt, vt hierarcham ac monarcham suum.

Tria in hierarchia considerantur.

c Sanctus Dionysius de coelesti hierarchia.

Officia Papæ vt sancti Michaelis quatenus hierarcha est summus in Ecclesia.

eos feliciter dimicantes exterminent, nihilque in hoc sacro certamine attentare conentur, quod non à principe Christiani spiritualisque exercitus summo iussum, ad ipsius nutum imperiumque reuocatum Christiana generositate persequantur. Sic Ecclesiam Christo domino sponsæ suæ castrorum aciebus bene dispositis apposite comparate placuit. *Pulchra es amica mea, suauis & decora, sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum* [a] *acies ordinata:* Sic alibi mirantes Angeli clamabant: *Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt* [b] *castrorum acies ordinata?* Ecclesia, acies castrorum ordinata nuncupari qui posset, in qua nullus ordo conspiceretur? quis porro in ea ordo valeret existere, in qua princeps, dux castrorum armorumque summus non esset? à quo prælantes prælia domini fideles, ordinem & gradum munerum suorum accipientes ad illius signum & nutum mouerentur? [c] *Cum dicat sanctus Hieronymus, in quauis grandi exercitu vnius signum expectari. Quid videbis in Sunamite* (hoc est in Ecclesia) [d] *dicebat Sponsus: nisi choros castrorum?* Ergo spiritualis est exercitus Ecclesia benè ordinatus: si talis exercitus recto ordine dispositus, quis duci illam parere supremo debere qui sit illius caput, inficiabitur? Caput, inquam, visibile corpori conforme, à quo sicut omnia membra pendent, vt in Christo domino viuant, sic ad illud vt salua fiant ratione iurisdictionis regiminisque obedienter inclinantur. At caput illud Christus dominus est, non inficior! si principale ac inuisibile intelligas: sed præter se principalis excellentiæ, sub inuisibili forma caput Christus *Dominus aliud* [e] *à se sub se tamen & per se* (caput,) *ascendens in altum captiuam ducens captiuitatem*, sessurus ad dextram Dei patris, in Ecclesia sua in terris visibili, quod cum eius membris eiusdem esset sortis qualitatisque, constituere volunt. Ni sit ita: audiamus ipsummet Christum saluatorem, Ecclesiæ sponsæ suæ pulchritudinem in diuersitate membrorum eleganter exprimentem, & inter omnia membra, capitis à se dependentis non oblitum. [f] *Quam pulchri sunt*, inquit sponsæ, *gressus tui in calceamentis filia principis: iunctura femorum tuorum sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis, vmbilicus tuus, crater tornatilis numquam indigens poculis, venter tuus sicut aceruus tritici vallatus liliis, duo vbera tua sunt duo hinnuli gemelli capreæ, collum tuum sicut turris eburnea, oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis, nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum, caput tuũ vt Carmelus, &c.* Caput illud cuius meminit sponsus quis crederet esse ipsummet Christum? cum ab eo vt à cæteris membris, se ipsum Christus ipse sicut sponsum à sponsa distinguat? sed aliud ordinauit visibile caput Dominus ducem sui Ecclesiastici exercitus, pastorem gregis sui, principem spiritualem populi suo redempti sanguine, patrem familias domus suę, denique pontificem suæ religionis maximum, visibilem & Monarchicum: qui esset in mundo sicut ipse Deus, vices nempe gerens Dei in terris: ad cuius sedentis in solio Apostolico maiestatem & principatum omnes suæ Ecclesię status & ordines, & quò ad officiorum Ecclesiasticorum dignitatem & quò ad personarum sanctitatem, propter se suamque gloriam, ad saluandas

Ecclesia militia spiritualis cur dicatur.

[a] Cant. 6. v. 3.

[b] Cant. c. 8. v. 9.

[c] Epist. 4

[d] Cantic. c.

Cum sit Ecclesia visibilis militia spiritualis ducem habet & caput visibile, à quo omnia mēbra eius pendent ad illudque referantur.

[e] S. Paul. Eph. c. 4.

Præter caput inuisibile Christum, est visibile Romanus pontifex.

[f] Cant. c. 7.

Papa est in mundo Christiano, sicut Deus & anima in corpore.

Auctor opusc. de regimine princ. l. 2. ca. 19. circa finē.

A gentes ordine præclaro reuocaret. Hoc priuilegium singulare sancto Petro & successoribus eius in Romana sede præsidentibus, pro salute omnium hominum Ecclesiæ gremio receptorum, à Christo Domino concessum est: quale in cœlis triumpharo Lucifero ad æterna relegato supplicia, Deus in principio mundi sancto Michaeli largitus esse creditur. Propter quod irrita fore Spiritu sancto per os sanctorum patrum in conciliis loquente omnia decreuit Ecclesia, quæ ad illius œcumenici pastoris sui maiestatem & authoritatem minimè reuocata, schismatico in lucem ausu proruperant. Quemadmodum [g] Socrates & [h] Sozomenus scriptis suis memoriæ prodiderunt, ita de Iulij Romani pontificis facto locuti: *Iulius*, inquiunt, *Romanus Antistes, Episcopos ad se fugientes cum consentientes sibi* B *de Nicænis decretis inuenit, communione eos est dignatus: pro amplitudine autem sedis suæ ex veteri priuilegio & prærogatiua persuasum habens omnium vbique Episcoporum curam ac iudicium ad se pertinere; dans cuique liberrimè scriptis litteris suas eis Ecclesias reddidit, eosque in orientem remisit: eos qui temerè eos exauctorassent, perstringens, vt qui non recta sequerentur consilia, &c.* De eodem Papa Iulio hæc idem [i] Socrates & [k] Nicephorus scribunt: *Arguit Iulius Ægyptiorum Episcopos, quod præter Ecclesiasticam consuetudinem se quoque vocare in synodum intermisissent, extare dicens, Ecclesiasticum canonem authoritatem omnem his abrogantem, quæ præter Romani Antistitis sententiam peracta essent.* Hæc illi.

Quod si tantum honoris & gloriæ omnes bea- C torum spirituum chori sancto Michaeli principi suo Hierarchico largiantur & deferant, in agnitionem & gratiam tot spiritualium donorum beneficiorumque naturæ propriæ terminos egredientium, quæ à Deo per huius Angelici principis ministerium influxu vario consecuti sunt: quid mirum si omnes Ecclesiasticorum status & ordines in orbe campoque Christiano sub vexillo sanctæ Crucis contra inferni potestates & furias intrepidè generoseque dimicantes, tot laudibus & obsequiis Romanum pontificem cumulent, totque maxima cum reuerentia & affectu charitatis feruore concitato, honoribus efferant? Cum per eum eiusque ministerium Deus tam immensam beneficiorum miserationumque suarum multitudinem in omnia Eccle- D siæ suæ membra totumque corpus quotidie rependere, imò potiùs effundere non cesset? Quodnam caput vtiliùs influit in membra naturalis corporis, quàm caput illud mystici corporis Christi domini visibile: quod in omnes Ecclesiæ status & ordines cleri populique fluxum authoritatis præcipuè prosperum salutaremque deducere, pro omnium salute solicitum sine intermissione conatur? *Si Italiæ adiaces*, dicebat [k] Tertullianus, *habes Romanam Ecclesiam, vnde quoque authoritas nobis præsto est: fælix Ecclesia, cui totam doctrinam Apostoli cum suo sanguine profuderunt, vbi Petrus passioni dominicæ adæquatur, vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, &c.* Roma maior facta est, augustior, & beatior hoc supremo Ecclesiæ vniuersalis solio, in qua prospere sedet princeps illius, S. Petri successor, quàm mundanæ maiestatis imperialisque throno, vt talibus sancto Am-

Quæcumque facta in Ecclesia ad Romani pontificis authoritatem non reuocata, fiant irrita.

[g] Socrates l. 5. c. 15.

[h] Sozomen. l. 3. c. 8.

[i] Socrat. l. 2. c. 17.

[k] Niceph. l. 9. c. 10.

Tertullianus de præscript. circa mediū.

Roma maior & beatior facta sede S. Petri, quam throno Augusti.

Ambrosius quantum potest voce contendit [a]! *Roma per Apostolici sacerdotij principatum amplior facta est arce religionis, quam solio terrenæ potestatis*: & S. Leo cum [b] Romam caput terrenæ dominationis factam postea per S. Petri disciplinam, spiritualemque principatum, dominam Christianæ religionis sic alloquitur: *Isti sunt* (SS. Petrus & Paulus) *qui te ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis & regia per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta latius præsideres religione diuina, quam dominatione terrena. Quamuis enim multis aucta victorijs, ius imperij tui terra marique protuleris, minus tamen est quod tibi bellicus labor subdidit, quam quod pax christiana subiecit* [c]. *Hæc autem ciuitas*, subdit postea grauissimus pater, *ignorans suæ prouectionis auctorem cum pene omnibus dominaretur gentibus, omnibus gentium seruiebat erroribus & magnam sibi videbatur assumpsisse religionē, quia nullam respuebat falsitatem. Vnde quanto erat per diabolum tenacius illigata, tantò per Christum est mirabilius absoluta.* Iam vero cum totum fere orbem terrarum sub suas leges religio Christiana misisset, ab omni gente quæ sub cœlo est, afflicti perculsique grauiter in fortunis, honoribus, vitaque corporis, oppressione tyrannorum, hæreticorum, schismaticorum, ad immaculatum sedis Apostolicæ tribunal, vt ad tutissimum salutis portum confugere soliti, ab ea sæpius remedia suis salutaria vulneribus calamitatibusque sibi compararunt. Vt sanctus Athanasius, cum alijs Ægypti Episcopis, qui sic per Epistolam à Felice secundo orbis Christiani Monarcha in spiritualibus, opem auxiliumque magna schismaticorum Episcoporum iactati tempestate flagitauerunt [d]: *O sanctissime pater patrum absciride blasphemias, & iactantiam vaniloquiorum, & insidiantium infestationes, nos & fratres nostros opprimentium, atque perdere volentium, qui ad vos quasi ad caput confugimus, vt vestro suffulti auxilio, liberemur, & vobis nobisque commissas Episcopis oues à luporum ore, Domino adminiculante, antequam deglutiantur, eripiamus.* Quidni cuncti fideles per orbem sparsi, Christianum honore tantum principem patremque maximo suspicient? Quidni deuoto famulabuntur obsequio? Quidni ad illius maiestatem sacratissimam, omnis suæ deuotionis ac dignitatis officia referent, & ad Romanam Apostolici culminis arcem velut ad sacram anchoram defensionis subsidia miseriarumque effugia petituri confugere maturabunt? Cum pater ille sanctissimus huic arci fortissimæ [e] (contra quam portæ inferi non præualebunt) affixus & hærens ad auxilia quærentibus salutaria, potenter eroganda, tam præsto propitiusque stimulante charitate soleat accurrere. In Synodi Chalcedonensis initio, Petri Episc. Rauēnatis inserta est Epistola ad Eutychem [f] Archimandritam religionis Christianæ transfugam, qua infelicem apostatam in sinum matris Ecclesiæ sic nititur exhortando reducere. [g] *Hortamur te frater honorabilis, vt his quæ à beatissimo Papa Romanæ ciuitatis scripta sunt obedienter attendas: quia B. Petrus qui in propria sede & viuit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem. Non enim pro studio pacis & fidei extra consensum Romanæ ciuitatis Episcopi, causas audire possimus.* Quale illud, Deus immortalis: salutis auxilium præstare, quærentibus fidei veritatem? quæ est origo & fons æternæ fœlicitatis, ex quo om-

a S. Ambros. l. 2. de vocat. gentium c. 6.

b S. Leo ser 1. de natali Apost. SS. Petri & Pauli.

c Ibidem S. Leo.

Oppressi Christiani varia ad Tyrannida Rom. Pontificis opem confugerunt.

d S. Athanas. cum Episcopis Ægypti ad Falicem a. Epist.

e S. Matth. 16.

Petri Rauennæ Episcop ad Eutychem Epist.

Romanus Pontifex fidei veritatem docet, errorum omnium contra fidem & mores dissipat tenebras.

A nes in corpus animumque fauores prosperitatesque redundant? Non sine causa patres Concilij œcumenici 5. actione 4. in condemnatione Anthimi hæretici, quondam Patriarchæ Constantinopolitani, ab Agapeto primo hac sede primati palam & publice Apostolica iussa secuti profitendo clamabant, & clamando religiosè profitebantur: *Nos* (inquiunt) *Apostolicam sedem sequimur & obedimus, & ipsius communicatores, communicatores habemus, & condemnatos ab ipsa & nos condemnamus.* [h] Eadem repetita, ad Vigilium Papam rescribentes Epistola in primam huius Concilij actionem redacta profitentur: & sicut sol aerem lucis suæ radijs illuminando eiusdem tenebras dissipat, sic sol ille mysticus inter astra stellasque Ecclesiasticæ sphæræ sacer & immortalis [i] Ecclesiæ vertex & diuinus apex (vt Chalcedo-

B nenses patres & Basilius seu Bassianus Ephesiorum Episcopus loquebantur) fidei ac veritatis Euangelicæ, confugientes ad se radijs illuminando, omnes impietatum, hæreticorum aliarumque spillis fœtentesque deprauationum tenebras, longè depulsas ab eis exterminat. vt Sergius Cypri Episcopus ad Theodorum Papam Epistola confitetur, in qua hæc inter alia: *firmamentum adeo fixum & immobile, atque titulis formam lucidissimam fidei, vestram Apostolicam sedem cōstituit Christus Dominus noster. Tu es enim sicut diuinum veraciter pronuntiat verbum, Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ confirmatæ sunt. Tibi & claues cœlorum commisit, atque ligare & soluere potestatiuè, quæ in terra & quæ in cœlis sunt, promulgauit. Tu prophanarum hæreseon depositor*, scilicet destructor, *existis, vt princeps & doctor ortho-*

C *doxæ & immaculatæ fidei. Igitur non despicias patrū tuorum, scilicet Rom. antecessorum, pater fidem æstuantem, & ab aliquibus hæreticis ventis violatam, necnon periclitantem. Resolue nebulam insipientiū lumine tuæ diuinæ scientiæ, ô sanctissime. &c.* Vbi autem princeps & doctor primus omnium fidei immaculatæ, ibi & Catholicæ religionis principatus esse debet. Quem ideo Romæ constitutū à Christo D. ministerio S. Petri fuisse S. Augustinus firmissime credit & nullatenus dubitando cōtra Donatistas asseueranter affirmat, dicens: *In Romana Ecclesia semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus.* Cui propterea totus fidelium orbis subditus paret, [k] *Sedenti in Cathedra Romanæ Ecclesiæ*, inquit idem pater, *totus orbis Christianus in transmarinis & longe remotis terris subiectus est.* Ad quem vt salutis vitam lucemque

D veritatis accipiant omnes merito recurrūt. Sicut Apostoli dum viuerent, populis per varia mundi climata diffusis, quos diuini verbi semine parturientes Christo Deo lucrabantur, docendo suadendoque suauiter facere præceperunt: vt præclara illa Victoris Carthaginensis Episcopi, [l] in libello ad Theodorum Papam, de fide contra Paulum Constantinopolitanum hæreticum verba testantur. *Ad vestram* (inquit) *Apostolicam sedem & institutionem, omnes beatissimi Apostoli, pari honoris & potestatis consortio præditi, populorum agmina conuertentes piè & sanctè de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam, homines diuina prædestinationis gratia præditos salutaribus præceptis ac monitis perduxerunt; vestrum est itaque canonica districtione solicitè contrarius Catholicæ fidei obuiare, nec permittere nouiter dici quod patrum venerabilium authoritas omni-*

f Act. 4 5. Concilij general. Constantin. 6. 2. 1.

g Epist. patrum Concil. 5. ad Vigiliū.

Nubes impietatis hæreticæ tenebrasque errorum omnium Rom. Pontificis authoritas dissipat.

h In Concil. Chalced. act. 8. 9. 10.

i Sergius Cypri Episcop. Epist. ad Theodorum Papam quæ extat consulta. 2. Synod. Lateran. 1.

Papa princeps & doctor fidei.

Doctrina fidei & principatus Ecclesiæ in manu Rom. Pontificis.

K D. Augustinus Epist. 162. contra Donatistas.

Sancti Apostoli, à se populos conuersos ad sedem Apostolicam sua omnia conuertere salutis causa docuerunt.

l Victor Episcop. Cartha. libello de fide lecto in Concil. 1. Lat. cōsultatione.

Amore & cum filiali timore Rom. Pontificis supremam maiestatem venerari & in eo Deum adorare oportet.

us non censuit. Deniquesic obsequio cum filiali tremore, præscriptis atque iussis Rom. Pontificis inclinare debemus, sic ad illius imperium & beneplacitum, illius tremendæ in Ecclesiæ militantis orbe maiestatis amore capti & incensi salutis animæ desiderio recurrere, vt in eo Deum ipsum ac Dominum Iesum Christum ex toto corde, mente, ac viribus adorare perfectè meritoriéque valeamus dicentes cum [a] Ascanio & reliquis Terracaonensis prouinciæ Episcopis ad Hilarium Papam. [b] *Principatus vester sicut eminet, (scilicet super omnes Ecclesias) ita metuendus est ab omnibus & amandus. Propterea nos Deum in vobis primitus adorantes, cui sine querela seruitis, ad fidem recurrimus, Apostolico ore laudatā inde responsa quærentes, vnde nihil errore nihil præsumptione, sed pontificali totum deliberatione præcipitur.* Hoc modo, vt vnde fuimus exorsi, finiamus; sicut in cælesti Hierarchia, ad vnum Angelum reliquorum principem omnes cuiusque Hierarchiæ & ordinis, fœlices spiritus in suis operationibus atque functionibus intellectiuis voluntariisque recurrunt: ita nos in Ecclesiastica ad vnum supremum Hierarcham, & principem Christi Domini in terris vicarium, Romanum Pontificem, in exercitiis, officiis, actionibusque nostris, rerum ad salutem æternam spectantium satagentibus peruenientes, nostraque omnia reuocantes, vnitatem Ecclesiæ Dei meliùs sanctiúsque custoditam, dilectione honoreque maiori prosequentes, amplexabimur.

a Epist 2. Ascanii Episcopi & aliorum Terraconensis prouinciæ Episc. ad Hilarium Papam.

CAP. VII.

De magna beatorum spirituum charitate in custodiendis, defendendis, & adiuuandis pro salute sua hominibus, quos omnes Ecclesiastici, præsertim maiores prælati animarum curam habentes, imitari debent.

1. *Quam solicitè & diligenter ex ardore charitatis Angeli, homines de foro Ecclesiæ militantis custodiunt & iuuant in multis, vt salui fiant.*
2. *Peccatores impœnitentes castigant eorum vitiis contristati.*
3. *Orant Deum pro nobis, & in aduersis nos consolantur.*

Ec dum satis sit pro instituti propositique conditione vtriusque Monarchiæ triumphantis & militantis Ecclesiæ conformitates variis editas comparationibus atque similitudinibus expressisse: nisi etiam sciscitemur & indagemus, qualiter, qui in Ecclesia præsunt, considerata diuersarum dignitatum, graduumque distinctione, tam maiores quàm minores prælati pastoresque spirituum cœlestium supernæ Hierusalem ciuium, virtutes imitari debeant, in procuranda eorum salute, quos à Spiritu sancto doctrinæ ac bonæ vitæ cibo pascendos, & ad æternæ consecutionem gloriæ nutriendos, acceperunt. Est enim beatorum spi-

Magna in Ecclesia Dei solicitas si eius pastores ac præfecti Angelorum charitatem imitari vellēt.

A rituum charitas plurimarum varietate virtutum circumdata, in fideles, Ecclesiæ militantis filios, vt in via Dei progrediantur perfectiùs, & in alios minime pietatis amantes, vt conuertantur, non mediocris, sed maxima; quam si pro fido viuoque exemplari sibi animarum Christianarum choro præfecti, [c] *non dominantes in clero per superbiam, sed forma domini facti gregis,* ad sapienter & viriliter æmulandum, suspicere vellent; sibi & populis de grege Dei suæ commissis fidei maximam cum summa pace, animique trāquillitate, in hoc seculo, fœlicitatis æternæ certitudinem, non sine magno Christianæ prosperitatis honorisque fœnore, lucrarentur. Etenim cum sint illi omnes [d] *administratorij spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis,* dici non potest, quanto charitatis ardore flammescant: vt illius B æstu populi quos custodia gubernant, ad salutem animarum suarum diuinitus incendantur. Sunt enim septem *illæ lampades ardentes ante thronum Dei, qui sunt* [e] inquit S. Ioannes *septem spiritus Dei.* Quo numero, siue [f] cum quibusdam patribus Angelorum vniuersitatem, siue [g] cum aliis septem præcipuos Angelos rebus humanis præsidentes interpretari voluerimus: ex hoc nihilominus loco semper intelligemus Angelos lucentes esse lampades sapientia, ad erudiendum populos terræ & ardētes charitate ad eorum inflammanda in amore Dei præcordia. Quandoquidem septem illi spiritus beati (si posteriori duarum innitamur expositioni) fideles in fidei caligine, vitæque huius tenebris versantes, per inferiores An- C gelos, & interdum etiam per se ipsos tanquam splendidissimæ lampades illuminant, & ardentissimæ, spirituali salutarique charitatis igne comburunt. Quam ob causam astra matutina Deus appellare voluit. [h] *Vbi eras cum me laudarent astra matutina?* Sic enim locum illum [i] sancti Patres exponunt: suntque illi spiritus veluti lampades ante thronum Dei omnia videntis, continuo lucentes & ardentes: id est omnibus expositi, vt ex illis tanquam viuis mysticisque lampadibus, quicumque morantes in terra voluerint, lumen suæ salutis instructioni pernium & idoneum sibi sumere valerent. In cuius mysterij significationem non eadem comparatione [k] Zacharias Angelos infusoria, id est vasa in quibus seruabatur oleum in lucernas effundendum, ex candelabro illo aureo pendentia, septem constante lampadibus Ecclesiam repræsentante sancti Spiritus illustra- D tam charismatibus appellauit. Iuxta quorumdam interpretationem doctorum tam vetustorum quam recentium, vt Ariæ Montani, infusoria, cælestes mentes interpretantis ad diuina beneficia Ecclesiæ filiisque eius administranda deputatas à Deo secundum illud Apostoli, de quo supra. Ex quibus duobus sacræ Scripturæ locis, Angelos non solum esse lucentes ardentesque lampades, sed etiam vasa aurea diuinorum beneficiorum gratiarumque plenissima cernimus: quæ fidelium mentibus tanquam lucernis infundere desiderant. Diuina namque beneficia olei vocabulo similitudine idonea significantur; cum ex Dei misericordia profecta scaturiant, & magno charitatis impetu clementer erumpant. Rectè etiam hæ spirituales lampades ardere visæ sunt, quoniam, spiritus illi beati quanto possunt affectu, quos suæ lucis irradiatione collustrant, sacro diuini amoris incendio flagrantes vtiliter

c S. Petri ep. 1.
d Heb. 1. 14.
Angeli cur lampades ardentes ante thronum Dei dicuntur.
e Apoc. c. 4.
f Irenæ. Clem. Alex.
g Arethas in 4. Apoc.
Angeli luce sapientia homines illumināt & ardore charitatis incendunt.
h Iob. 38 v.
i S. Hieron. S. Greg. in c. 38. Iob.
k Zach. c. 4. v. 2.
Cur Angeli dicuntur infusoria scilicet aurea vasa olei conseruatoria.
Cur simul Angeli & infusoria & lampades dicuntur.

incendunt. Ratio est quare illos sub ignea præcipue forma descriptos diuina nobis oracula repręsentant, [a] *Qui facis Angelos spiritus & ministros tuos ignem vrentem.* Quod erudite sapienterque Dionysius in sua cælesti hierarchia demonstrauit. [b] Ardore autem salutis hominum tãto cælestes illi spiritus inflammantur & æstuant: vt Christum Dominum Saluatorem mundi pennis suæ infinitæ benignitatis & charitatis ad saluandas gentes aduolantem, sicut milites generosi principem exercitus sine cessatione sequantur: sicut in raptu suo Apostulicus propheta, mentis suę oculis mira reuelatiune suspexit, [c] *Et ecce*, inquit, *equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & verax: & exercitus qui sunt in cælo sequebantur eum in equis albis.* Quid per fidelem & veracem equo albo insidentem, nisi Christum Dominum? quid per exercitus cæli, nisi omnes Angelos generosos Christi Domini milites significari, sancti patres Spiritu sancto reuelante demonstrarunt? Sic strenui illi cælestis exercitus milites, sub vexillo Christi Domini contra diabolicas potestates, & infernales furias in decipiendis hominibus inexpiabiles fraudes concipientes, assiduo certamine dimicando, quotidie homines terrarum orbis incolas, vehementer excitant: vt *per bona opera certam sibi in cælo vocationem facere satagant*, rectèque factorum pretio, iura hæreditatis æternæ nundinentur. Hoc expertus Iacob Propheta testatus est, [d] cum se per vitæ decursum ab Angelo Dei diligentissimè custoditum & sapientissimè gubernatum fuisse profitetur. Sicut iunior [e] Thobias, quem ex charitate Dei Angelus exhortatus est, vt antequam ad nouam accederet vxorem Deum orationum operumque bonorum sanctitate placaret. Hanc Angelorum pietatem charitatemque Pastores Ecclesiæ respiciant: quam ex sinceritate cordis fœliciter æmulentur. Quæque charitatis officia & misericordiæ subsidia suę Pastorali curæ creditis ex debito præstare teneantur; septem illa spiritualia populorum animis beneficia præstanda attentè prudenterque ruminãdo considerent: quæ Angelus Dei S. Petro in vincula coniecto, cum ab horrore carceris eximendo virtute magna largitus est, paucis verbis sic à [f] Cancellario Parisiensi breuiter expressã: *Astat, fulget, pulsat, iubet surgere velociter, soluit à catenis, educit ex carcere, liberum relinquit. Astat*, eius hominis quem saluare molitur, inculcando memoriæ quali fine temporalis suæ vitæ annos claudere debeat, vt mortuus ad vitam resurgat æternam. *Fulget*, vt in hoc tenebroso, terrenoque carcere corporis statum animæ suæ miserum in fulgore luminis Angelici conspicere valeat. *Pulsat*, illius animo vires constantiæ & fortitudinis maximas ingenerando ad dissoluenda vincula peccati, quibus à dæmone captiuus in carcere mortali miserè turpiterque constringitur.
1. *Iubet surgere velociter*,
2. cum non solum voluntatem ad rectè facta
3. mouet, sed motæ virtutem imprimit efficacem,
4. pietatis opera peragendi, quæ prius voluntas in-
censa charitatis Angelicę feruore magna cupidi-
5. tate desiderabat. *Soluit à catenis*, dum in illo interficit [g] corpus peccati, vt non amplius seruiat peccato, vt liberius destructis peccatorum mon-
6. stris, solertibus diabolicę tyrannidis ministris, gratiarum diuinarum pulchritudines ad se potentiùs bene viuendo alliciat. *Educit extra carcerem*,

a Psal. 103.
b S. Dionys. c. 15. cælestis Hier.
c Apocal. c. 19. Angeli Christum ducem suum ad salutem hominum aduolantem sequuntur.
d Genes. 48.
e Tobiæ c. 8.
f Ioan. Gerson Cancel. Paris. tractat. 8. super magnificat pag. 3.
7. *Beneficia animæ, quæ solent boni Angeli præstare hominibus.*
g Rom. c. 6.

A veniendo ad portam ferream, [h] quę vltrò aperta est; dum liberatum à peccato per cõtritionem ad transeundum per portam ferream pœnitentię, in expiationem pręteritorum delictorum magnis internę persuasionis impulsibus excitat: quã sic constanter intrepidéque persuasione Angelica corroboratus adoriatur, vt eam vltrò apertam generosè pętergrediatur, id est magno animo compleat, & ad salutarem satisfactionis stationem tutò se recipiat. Denique liberum relinquit, dum liberatus à peccato, seruus factus iustitię à maledictionis criminisque tenebris in claram benedictionis gratiæque lucem pia Spiritus sancti per Angelicam sollicitudinem prouocati negotiatione translatus, gratissimo iucundissimoque iustificationis auctoramento perfruitur, B lętusque in Christo Domino potenter exultat, gratias agendo Deo immortales ex toto cordis affectu, dicendoque cum S. Petro, [i] *Nunc scio verè, quia misit Deus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis*, Diaboli nempe per Herodem figurati, *& de omni expectatione plebis Iudæorum.* Hæc precor, vt beneficia tam salutaria Pastores Ecclesiastici gregis ouibus Christi verbo & opere pręfecti procurent, ne tam Pastores, quàm mercenarii, vel potius lupi; proditionis ac desertionis insimulati potenter in die iudicii tormenta patiantur.

2. Sed quia beati illi cęlestesque spiritus dolẽt, vehementerque vitiis hominum contristantur, sic dęmones ducentes choreas in exultationem, bacchãtesque, gestiunt insolenter atque lętantur, vt in soliloquio magnus [k] Augustinus obseruauit. C *Quoties*, inquit, *à bono declinamus diabolum lætificamus, & Angelos suo gaudio defraudamus.* Propterea sanctæ illę cęlestium domorum mentes propter scelera hominum tactæ dolore *cordis intrinsecus*, grauiter peccatoribus irascuntur, iratæque peccatis onustos, & non pœnitentes magna confusione conterunt, opprimunt, oppressioneque confundunt. *Venite, descendamus, & cõfundamus linguam eorum. &c.* clamabant Angeli ad vltionem inimicorum Dei iustę indignationis œstro perciti, velociter aduolantes. In quæ verba sic S. Gregorius. [l] *Ascendunt Angeli*, inquit, *in eo quod Creatorem inspiciunt: descendunt Angeli, in eo quod creaturam sese in illicitis erigentem examine districtiori reprimunt.* S. quippe Augustinus verba illa Psal. 77. *Immissiones per Angelos malos* explanans, peccatores ac Dei pręceptorum osores, quan- D doque per bonos Angelos suppliciorum grauitate percelli docet, exemplu illorum Angelorum [m] qui Sodomitas prodigiosè mutorum, nefandorumque scelerum fætore contra Dei iussa legesque proruentes, flammis vltricibus, missisque de cœlo ignibus consumptos de facie terræ deleuerunt. Quos quidem [n] Abraham Patriarcha sanctus paulò ante hospitio exceptos honore maximo decorauerat. Quid? [o] Nonne fuit bonus Angelus, qui ad nutum & votum S. Martini omnes S. Benedicti Monachos in ęde S. Martini Turonensis vitæ corruptissimę fæcibus immersos, turpissimè, vnico excepto Monacho Ither nominato (quia bonus erat, & Epistolarum S. Pauli studiosus amator) nece cruenta peremit? Sed ad hanc vindictam mansueti illi misericordesque spiritus non nisi tardè & coactè etiam humanitus loquendo, cum dolore maximo, sceleribus vrgentibus accedere compelluntur: ne-

h Act. 12. v. 10.
i Act. 12.
Angeli irati vitiis hominũ eos confundũt & vlciscuntu
k S. August. soliloq. c. 27. & ene.. c. 11. v. 7.
l S. Grego. in cap. 1. Iob.
m August. in Psal. 77.
Peccatores sæpe per bonos Angelos afflicti tanquam Dei ministros in vltionem peccatorum.
n Genes. 19.
o Genes. 12
Anno Domini 810. Eudo Abbas Cluniacensis & Frãcia Annales hanc historiam commemorant.

Boni Angeli nõ nisi tardè, cùm nulla amplius spes est conuersionis, relinquunt peccatores.

a Hom. 10. in Psal. 37.

lentes sicut Deus mortē peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat; nec nisi serò vbi correctionis & emendationis spes omnis concidit, diuortium cum peccatoribus moliuntur: licet se iam diu derelictos à peccatoribus halitu criminum illorum fœdo pestiferóque conspiciant. Quod Basilius [a] Homil. 10. in Psal. 37. his verbis eleganter expressit. *Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Qui priùs*, inquit, *amici, & omni tempore mihi familiares fuerunt, de longè steterunt, mecum viuere nolẽtes, eminus flentes. Isti Angeli sunt boni & ministri Dei, & iuxta peccata ipsius Dauid ad tempus recesserunt aduersantes, non tamen ipsum penitus reliquerunt, eminus flentes. Ait enim aduersum me appropinquauerunt & steterunt.* Sed cum conuersionis & cum peccato diuortij spes omnis sublata est, quia suas omnes inspirationes, illuminationésque hortatorias inanes & vanas esse præ nimia indurati peccatoris obstinatione hac luce clariùs intuentur: tum demum ab illius fœda putridaque per peccata familiaritate dolenter arcentur, dicentes.[b] *Curauimus Babylonem & non est sanata.*

b Hierem. 51.

3. Boni angeli pro nobis Deum orare non cessant, vt resipiscamus ab iniquitate nostra.

3. Quamuis autem fœlices illi boníque spiritus flagitiorum luto colluuiéque sordidatos relinquere vitiorum deterriti horrore cogantur, non tamen omnis commiserationis misericordiæque affectum in eorum miserijs exuunt; sed Deum, quanta possunt pro illis compassione & animi gemitu precantur, vt resurgentes ab impietate sua, & in saniotis mentis claustra redeuntes, misericordiæ locum apud eum, clementiæq; nanciscantur. Testes sũt hæ boni spiritus lugubres flebiléśque voces ad Dominum lamentabili pro populo Iuda gemitu deprecantis: [c] *Domine exercituum vsquequo tu non misereberis Hierusalem, & vrbium Iudæ, quibus iratus es?* Et si demum aliquando nos tandiu in vitiorum sordibus volutari tædeat; & paulisper ex antro vitæ corruptionis egredi placeat, inclinantes affectu in vota precéśque ad Deum, vt animæ nostræ peccatorum lue contaminatæ misereatur, ipsi veri custodes, defensoréśque salutis nostræ; nostras orationes ex intimo corde conceptas ad ora, vocéśque externas sua pia & sollicita inspiratione promouent; & eas ore & corde formatas suis coniunctas orationibus offerunt ad Deum, vt eas efficacius exaudiat. Hæc à magno Augustino Deo gratias agente pro tanta charitate sibi; vt alijs peccatoribus ab Angelis effusa didicimus: *Gemitus nostros*, inquit, *atque suspiria referunt ad te Domine*, scilicet Angeli boni, *vt impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationem.* Et [d] S. Bernardus nonne hæc conformiter ad illa summi illius Doctorum magistri dixit? *Angeli nostros sudores non suos, nostras lachrymas non suas offerunt Deo, nobis quoque eius munera referunt.* Nobis verò conuersis per pœnitentiæ ianuam ad Dominum, & in bonis operibus, aut in satisfactionem præteritorum delictorum, aut in meritum futurorum pręmiorum constanter occupatis, quam illi pie clementérque pręsentes assistunt, & orationes nostras, gemitus, lachrymas, aliaque pœnitentię fructus opera bona Deo meritoriè repræsentantes, opitulantur. [e] *Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos*, dicebat Angelus ad Thobiam, *& derelinquebas prandium, & mortuos abscondebas per diem in domo tua: & nocte sepeliebas, ego obtuli orationem tuam Domino:* Vt non immeritò [f] S. Bonauentura deuotam animam in agnitionem bonorum à pijs Angelis pręstitorum hoc epiphonemate compellatam prouocauisse videatur. *O anima! si videre posses quanto gaudio Angeli assistunt orantibus, intersunt meditãtibus, quanto studio in bono cõseruant.* Et cum ratione non exigua sancta Mater orat Ecclesia: [g] *Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, &c.* Et illud est euolutum mysterium, hac verborum S. Ioannis paucitate inuolutum [h] *Ascendit fumus incensorum de manu Angeli.*

c Zachar. 3.

Angeli nostras orationes suis iunctas, vt melius nobis prosint, ad Deum portant.

August. Soliloq. c. 17.

d S. Bernard. serm. de Angelis.

e Tob 3.

f in Soliloq. [...]um & corp.

g Oratio Ecclesiæ ad Deum.

h Apocal. c. 8. v. 4.

Si quis autem dolor nos & mœror attingat, ne nimia tristitia locum desolationi aut desperationi potius aperiat, præsto nobis sunt ad salutaria solatia, quibus omnis languor & ægritudo ab animis aufugientes euanescant. Nec agere precibus & votis cum Deo, pro salute nostra cessant, quousque redeuntes ad nos iucundorum salutariúmque nuntiorum relatione omnem in animo motum doloris compescant; totámque tristitiam & gemitum arescentibus consolatione multa lachrymis in gaudium plenum exultationémque fœnore multiplicato conuertant. Sanctos illos spiritus magnopere humanæ salutis appetentes, & auidos causam afflictæ animæ apud Deum æstu charitatis incensos, (vt sanctus expressit Bernardus) agentes audiamus: [i] *Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima eius ad te Deus: desiderauit te in nocte, sed & spiritus tuus in pręcordijs eius: de mane vigilauit ad te, & iterum tota die expandit ad te manus suas: dimitte illam, quia clamat post te: conuertere aliquantulum & deprecabilis esto super eam. Respice de cœlo & vide & visita desolatam.* Post de cœlo redeuntes à Domino ad afflictam corde, nimium desolatam, mœroréque confectam, sic eam lætis boni nuntij sermonibus amœnissimè cõsolantur: [k] *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*: Post ad Deũ conuersi pro consolata anima, & ab omni mœrore liberata, sic referunt gratias, [l] *Gratias tibi ago Domine, quia desiderium animæ eius tribuisti ei.* Fidelis paranymphus subiungit pia deuotáque mellifluus eloquentia Doctor: *qui mutui amoris conscius, sed non inuidus, non suam quærit, sed Domini gloriam; discurrit medius inter dilectum & dilectam, vota offerens, referẽs dona: excitat istam, placat illum: interdũ quoque licet rarò, repræsentat eos pariter sibi, siue hanc rapiens, siue illum adducens. Siquidem domesticus est & notus Palatio, nec veretur repulsam, & quotidie videt faciem Patris.* Cum his ergo pietatis ac charitatis obsequijs & officijs Angelus animam in suis angustijs mœstam & afflictam spe melioris vitæ consolatur, & consolatione roboratam in pacis internæ possessione confirmat. Sic misericordes illi custodes hominum, vt saluentur. *Adiuuant laborantes*, inquit, [m] S. Augustinus, *protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes, compatiuntur patientibus.* His custodibus & æternæ salutis promotoribus fulta, tyranno [n] S. Agatha, flammas, ignes, alióśque crudelitatis insaturatæ cruciatus minitanti, in Domino confidens exultando dicebat: *Si ignem adhibeat, rorem mihi salutificum de cœlo ministrabunt Angeli:* [o] Quod innocentes pueri Danielis socij experti sunt in ardẽti fornace benedicentes Dominum. Et ipsemet vir desideriorum Daniel à crudelissimorum leonum ore liberatus, Deo gratias agendo salutare missi de cœlis à Deo promptúmque beneficium Angeli in liberando se, recolendo sic mirificè

Angeli causã nostram agunt apud Deum, & ad nos afflictos relatione bonorum nuntiorum à Deo venientes consolantur.

i S. Bernard. serm. 32. in Cantic.

k Bernard. ibid.

l Idem Bern. ibid.

m S. August.

n Generosa dictum S. Agathæ ab angelo custodita.

o Daniel. c. 3.

prædicabat: *Misit Deus Angelum suum & conclusit ora leonum, quia coram eo iniustitia inuenta non est in me.* Tot igitur tamque salutaribus beneficijs quæ pia quotidie Angelorum ministeria nobis imperriuntur & pariunt, attentè prudentérque considerantis, danda nobis opera est, eaque diligens & valdè solicita: vt nos eorum consortio & familiaritate dignos bene viuendo reddamus: neve in aliquod opus eorum indignum visu naturæ impotentis inconsideratione ruamus, quod eorum auxilium longè pulser à nobis: quo destitutis multorum malorum corporis & animi nobis horror ingruat: nosque eorum terror magna perculsos calamitate consternat. Illud inculcare mentibus nostris efficaciter hac S. Bernardus exhortatione nitebatur, [a] *Pensate fratres quanta etiam solicitudine nobis opus est, vt dignos nos exhibeamus eorum frequentia, & eo modo conuersemur in conspectu Angelorum, ne fortè sanctos offendamus obtutus: væ enim nobis si quando Angelis prouocati peccatis & negligentijs nostris indignos nos iudicauerint præsentia & visitatione sua, vt iam necesse habeamus cum Propheta plangere, & dicere: Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt, & steterunt: & qui iuxta erant de longe steterunt, & vim faciebant qui quærebant animam meam: elongatis nimirum eis, quorum præsentia protegere, & propulsare poterat inimicum.* Quibus malis Ecclesiæ præfecti facilè mederi possent, oppositáque his malis parta bona causari: *si sibi & vniuerso gregi, in quo eos Spiritus sanctus posuit Episcopos & pastores regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo* [b], sollicita charitate, veréque pastorali diligenter attendere vellent, ne sceleratæ vitæ, vt ille ait,

Quid faciendum vt Angelorum consortio digni reddamur.

a S. Bernard. ser. 1 de Angelis.

Imitatores Angelorum pastores Ecclesiæ qua ratione malis sui gregis mederi debent.

b Act. 20. v. 28

Dira per incautum serpant contagia vulgus.

Etenim vt magnus ille vniuersalis Ecclesię pastor S. Gregorius in illa verba 1. Reg. cap. 9. [c] *Erat vir de Beniamin, nomine Cis*, ait, *electi & boni pastores, sic lucra aliorum expetunt, vt sibi nulla damna patiantur. Pleni quippe in seipsis sunt, effluentes alijs, & de abundantia sua sic alijs tribuunt, vt suæ plenitudinis aliquid non amittant: sic alijs præbere oleum nituntur, vt à se fomenta luminis non tollantur, vt dum illuminant alios, se non extinguant*, &c. Lubricus prælationis locus, dum qui illi præ lucro temporalis pinguedinis assident, alios suæ pastorali curæ creditos docere ad salutis fructum negligentes, pro se viam cæli discere practicè penitus aspernantur. Sicut enim, vt de se dicebat sanctus Augustinus, [d] *alios docendo discere debemus*, sic aliorum saluationi prospicientes documenta vitæ æternæ efficacia sibi administrare tenentur. Aliter [e] *cathedra pastoralis* blanditur, vt fallat, erigit vt deprimat, fœnore quodam nocendi, vt quò altior fuerit sedes honoris, eò grauior lapsus infœlicitatis: vt non immeritò ad Eugenium Papam rescribens sanctus Bernardus dixisse laudetur: [f] *Blanditur cathedra, specula est, vnde superintendis, sonans tibi Episcopi nomine, non dominium, sed officium. Quidni locetis in eminenti vnde prospectes omnia, qui speculator super omnia constitueris? Enimuerò prospectus iste procinctum parit non otium*, &c. Fœlix ille pastor Ecclesiæ, qui gregi suo inuigilando instar Angelorum circa spiritualem animi sui pastum vehementer anxius occupatur: animi dico non corporis quo carent Angeli, circa quod sordidè nimiùm & perniciosè pastores plurimi, proh nefas! soliciti turbantur. In quos prophetica illa maledictio prorumpit,

c S. Greg. in 1. Reg cap. 9.

Boni pastores sibi & suo gregi debent attendere.

d Epist. 7. circa princip.

e Cyprian.

f lib. 2. de considerat.

Mercenarij nō veri pastores Ecclesiastici bonis onusti, corporis curā, non animæ solliciti, quàm miseri.

A [g] *Væ pastoribus Israël qui pascebant semetipsos: lac comedebatis, & lana operiebamini, & quod crassum erat occidebatis, gregem autem meum non pascebatis.* Quàm multi facto ipso dicunt hodie illud 1. Regum [h], *Dimitte obsecro ad vnam partem sacerdotalem?* Quod exponens Hugo Cardinalis ait, [i] *Officium sacerdotale duas habet partes: vna est cura animarum: alia est sustentatio temporalium. Prima est principalis, secunda est accessoria, sed de accessorio fit hodie principale.* Propter hoc cum indignatione & stomacho iusta ira candenti S. Bernardus exclamando dicebat, [k] *Quem dabis mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorum vacuandis marsupijs, quàm vitijs extirpandis?* Atque vtinam omnes prælaturis Ecclesiæ intemperáter & auidè nimiùm inhiantes, boni pastoris exemplar in Patriarcha Iacob intueri vellent, quod

g Ezech 34.

h 1. Reg. 2.

i in Epist S. Iacobi c. 3.

k Bernard. serm 77. in Cantic.

B non deprecarentur imitari, qui ad Laban socerum ita loquebatur: [l] *Viginti annis fui tecum: oues tuæ & capreæ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captam à bestia ostendi tibi. Ego damnum omne reddebam: quidquid furtum peribat, à me exigebas: die noctuque æstu vrebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.* Quæ omnia alta cogitatione considerans S. Gregorius exclamabat. [m] *Si sic laborat & vigilat qui pascit oues Laban, quanto labore, quantísque vigilijs debet intendere, qui pascit oues Dei?* Notent ista cum tremore pastores hominum Patriarchæ verba. *Ego damnum omne reddebam, quidquid furtim peribat, à me exigebas.* Quia, inquit S. Chrysostomus, [n] *Cui Christi grex concreditus est, hunc ouibus deperditis, animæ propriæ iacturam facere oportet*, &c. Audiant insuper salutarem, propéque diuinam Saluiani Episcoporum sui temporis Magistri, vt Gennadius appellat, ad omnes Ecclesiæ ministros exhortationem: [o] *Sacerdotes exemplo esse omnibus debent, & tanto ante stare cæteris deuotione oportet, quantò antestant omnibus dignitate. Nil enim est turpius quàm excellentem esse quemlibet dignitatis culmine, & despicabilē vilitate. Quid est enim aliud Principatus sine meritorum sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? Aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamentum in luto? Et ideo cunctos qui sacri altaris suggestu eminent, tantum excellere debent merito, quantum gradu.* Hæc ille. Sed de pastorum prælatorúmque erga sibi creditas oues officio sæpius in secunda & quarta parte huius Operis multò plura dicturi sumus.

l Genes. 31.

Boni pastoris effigies in patriarcha Iacob

m lib. 7. ep. 48 ad Anastasium.

n lib. 2. de sacerdotio.

Pastor perdens animas sibi creditas negligentia sua aut imperitia, salutis suo iacturam facit.

o Saluian. l. 2

Qui excellit in Ecclesia dignitate, debet & virtute.

C

D

CAPVT VIII.

Quod in multis Monarchia Ecclesiastica dignitate præmineat Angelica illustrior, propter tria tribus postremis exponenda capitibus: quorū primum in hoc capite tractatur, nēpe Ecclesiasticam Monarchiā præstantiorem Angelica ratione capitis visibilis, sc. Romani Pontificis, in multis, præsertim quatuor, Angelis, ipso Angelorum principe S. Michaële non excepto, superioris.



NGELOS hominibus superiores perfectiorésq; secundùm gradum naturæ nulli rationis capaci dubium esse potest: cùm spiritualis creatura ex naturalis condi-

Angelus secundum naturæ gradum homine superior, sed gratia in multis minor.

tionis suæ iure in corporalem sui imperij auctoritatisque fines extendat. Vnde in summa omnium creaturarum Principis Dei Angelum natu maiorem; cui paternæ maiestatis iuridica insignia iuxta primogenituræ rationem debeantur: hominem vero minorem iunioremque appellari scripta sancti Spiritus oracula ipsa nobis veritate significarunt. Et ideò Dauid hominis naturalem præ cæteris creaturis perfectionem admirans, non tamen eum [a] *Minutum paulo minus ab Angelis, minoratumque diffitetur*. Verumtamen si supernaturalia gratuitaque dona consideremus, & priuilegiorum fœcunditatem, quæ diuina sanctio & auctoritas est in homines dignata conuertere, in [b] fauorem & meritũ Dei filij, hominis naturę, personali societate confœderati; non incongruè vocem sancti Spiritus audientes, hominem multis in rebus gratia diuina naturæ terminos extendente sublimatum, Angelo dignitate & excellentia præire clamabimus. At cum Ecclesiastica Monarchia hominum sit sub capite summo & nunc inuisibili Christo Domino θεανθρώπῳ, & capite alio visibili, inuisibilis virtute Ecclesiæ præfecto, quid est cur non Monarchiam Ecclesiasticam Angelica superiorẽ in multis esse affirmare valeamus? Dẽpto Christo Domino à quo omnis in homines Ecclesiasticæ Monarchię pręfectio redundat, si solùm de capite pastoreque visibili, inuisibilis in terris vicario loqui velimus, cæteris Ecclesiæ membris silentio prætermissis, quò breuitati studeamus, non erit credo, difficile pastorem illum Ecclesiastici gregis auctoritate & gratiis prędominantis, principalisque capitis Christi Domini, tanquam diuinitatis splendoribus, radiisque circumfusum, sublimiorem Angelis in multis diuinę largitatis honoribus & donis ostendere; siue illa quæ in sublimi rerum diuinarum cognitione: siue quæ in extensa valdè iurisdictione, siue quæ diuinorum sacramentorum mysteriorumque Christianæ religionis præcipuorum administratione: siue quę in immensa diuinæ magnificentiæ remuneratione consistant, attendere voluerimus. Quis enim nescit, nisi in sacris planè peregrinus oraculis, multa sublimis altæque sapientiæ S. Petro & successoribus eius Christũ Dominum proprio suæ omnipotentiæ motu, arcana sæpius ipsis ignota Angelis reuelatione diuina communicasse? Vnde ergo illa ad S. Petrum; *Beatus es* [c] *Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus &c. Verè beatus*, inquit [d] Glossa, *quia tale quid reuelatum est Petro, cuius Papa successor existit, quod nec Angelus, nec homo scire potuit*. Certum est etiam multa diuina nostræ religionis mysteria, vt incarnationis & passionis Domini, quo ad modum & formã Angelos ante sibi abscondita per prædicationem Apostolorum, cuius caput erat S. Petrus & eius successor Rom. Pontifex euidenti cognitione didicisse, vt his verbis Ephes. 3. S. Paulus videtur indicasse: [e] *Mihi enim omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus euãgelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creauit, vt innotescat principatibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem sæculorum quam fecit in Christo Iesu Domino nostro, in quo habemus fiduciã & accessum in confidentia per fidem eius*. In quẽ locum ita [f] Theodoretus, *Nec potestates quidem, quæ sub aspectum non cadũt: sciebant mysterium, sed per dispensationem, quæ est in Ecclesia, ineffabilem Dei sapientiam didicerunt*. Et [g] S. Greg. Nyssenus (*vox itaque Christi*) scilicet per Petrũ & alios Apostolos prędicata) *non solum nobis, sed & Angelis cunctisque in cælo virtutibus profuit & aperuit sacramentum, quod antea nesciebant*. Hanc loci huius Apostolici intelligentiam [h] S. Hieron. amplectitur, incarnationis mysterium minimè mẽtibus ad plenum Angelicis innotuisse confirmantis, donec Christi Domini mors & passio prædicantibus Apostolis terrarum orbẽ sua cognitione repleuisset. Si dignitatis ratio in dominationis, iurisdictionisque latitudine cõsideretur, quis Rom. Pontificem Ecclesiasticę Monarchiæ principem Angelis sublimiorem cõfiteri renuet? Cum illius principis atque Hierarchæ spiritualis, non Oceano, non astris imperium principatusque terminetur: Sed extra terræ marisq; vias in purgatorios vsque sinus & antra damnatorum, extraque omnes astrorum limites super omnes cælos extensus diuino Christi Domini munere propagetur. Cuius immẽsę iurisdictionis potestatisque nulli Angelorũ creditæ fidam sponsionem pro se suisque posteris, in solio Apostolico Romanoque sessuris S. Petrus à Domino talibus sigillatam signatamque sermonibus accepit. [i] *Dabo tibi claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis*. Quem locum S. Hilarius in c. 16. S. Matthæi explicans sublimiter efferendo S. Petri & successorum eius in Apostolica cathedra sedentium authoritatem sic exclamat. *O beate Dei ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur: cuius terrestre iudiciũ præiudicata auctoritas sit in regno cælorũ, vt quæ in terris ligata, aut soluta sint, criminum vincula statuti eiusdẽ conditionẽ sortiãtur in cælo*. Vnde S. Petrus eiusque successores cælos aperiẽdo, claudunt inferos: & illos claudẽdo, hos reserant & aperiũt. Indeque fit, vt ascendens in altũ Apostolica Romanaque potestas cælos penetrando, etiam ad inferos sui decreti iudiciique districtione damnatos mactatura descendat: vt nõ sine iusta ratione sacri [k] Canones terreni cælestisque imperij & principatus spiritualis [l] à Rege Regum & Domino dominantiũ saluatore nostro celestia S. Petro successoribusque eius iura fuisse concessa non minus verè quam liberè asseuerare videantur. Si enim Apostolicæ S. Pauli ditioni & solicitudini totus orbis, [m] quẽ tot annos parturiuit, *donec formaretur Christus in illo*, subditus, est [n] vt S. testatur Chrysostomus: Quãtò magis S. Petri principis Apostolorũ iurisdictioni principatuique Monarchico, sicut nũc eius posteriorũ Rom. Pontificum creditus esse debuit? Dicamus ergo cum [o] Apostolo, Dcũ non subiecisse Angelis orbem terrę futurum, de quo loquimur, sed filio suo propter passionem mortis gloria & honore coronato: & per filium S. Petro suo in Ecclesia visibili vicario, eiusque in eadem sede locatis posteris Romanis Pontificibus iurisdictione nulli secunda nisi suæ tradidisse.

Si de sacramentorum religionis Christianæ diuinorum salutares ex opere operato gratiarũ imbres in peccatorum corda extinctis culparum ardoribus effusione non parua distillãtium administratione loquamur, num illorum dispensatio aliis quam S. Petro & S. Apostolis cæterisq; sub illo in Ecclesia pro salute animarũ laborantibus pastoribus credita est? Num de lege communi omniũ cælestiũ spirituũ choro concessa? Ergo Monarchia cæle-

[a] Psalm. 8.

[b] Heb. 2. v. 7.

Papa Ecclesiæ pastor & summus Hierarcha Angelis in quatuor præcipue excellit.

S. Petr. & eius successores Ro. Pontifices Angelis cognitione aliqua præcellunt.

[c] Matth. 16.

[d] Gloss.

Angeli per prædicationem S. Petri & aliorum Apostolorum mysteria multa didicisse dicuntur.

[e] Ephes. 3.

[f] Theod in c. 3 Ephes.

[g] Homil 8. apud œcum.

[h] S. Hieron. in hunc locũ.

2. Papa Angelis sublimior extensione iurisdictionis potestatis.

[i] Matth. 16. S. Hilarius in c. 16. S. Matthæi.

Papa iurisdictio per totum mundũ Deo volente diffunditur.

[k] Can. omnes dist. 22.

[l] Apoc. 6.

[m] Gal. 4.

[n] L. de laudibus S. Pauli.

[o] Hebr. 2.

3. Sacramentorum administratione Papa & cæteri sub illo pastores Angelis maiores sunt.

4. Ratione sanctitatis & inde productis præmijs quidā in Ecclesia Angelis excellunt.

cælestis in Angelorū parte constituta, ab Ecclesiastica hominum cætu lege Christiana sociatorum cōflata in hoc Christi Domini beneficio minorata est. At cū sint in Ecclesia Dei peregrināte in terris adeò virtutibus excelsæ personę atque sublimes, bonorūque operum valorem, æternorū pręmiorum magnitudines iusta mēsura sequantur; Certè dubitare non debemus Angelos à multis Ecclesię militantis alumnis nunc in cælo remunerationis ęternæ fruitione postponi; cū ipsi Angeli ab illis in terra viuentibus virtutū diuinarum magnitudine victos se fuisse ingenuè superatosque fateantur. qualem sanctissimam Christi Domini matrem super omnes Angelorum choros perfectissimarum virtutum gradibus sublimiter exaltatā fuisse credimus, & certitudine fidei nullatenus dubitantes asseuerāter affirmamus. Quales post beatissimam matrem S. Petrum & Paulū aliosque Apostolos: quales martyres plurimos, doctores atque cōfessores sapiētia & charitate Christiana sanctissimos fuisse confitemur. Quorum alij superioribus Angelis virtutum & gratiarum donis eminentiores, alij æquales, alij choros Angelorum inferiores multis gradibus superantes apertè Ecclesię militantis Monarchiam in multis Angelicæ dignitate præire, eamque antecellere demonstrarunt.

Capvt IX.

Quod Deus intimius & perfectius Monarchiæ Eccles. quam Angelicæ vniatur.

1. *Propter Verbum incarnatum tanta sit in Christo Domino diuinorum humanorumque idiomatum communicatio, vt diuina attributa Christo homini, & humana Christo Deo conueniant.*
2. *Christus Deus propter humanæ naturæ assumptionem homines fratres suos appellans pluris fecit quam Angelos, illos ad se clementer pelliciens.*
3. *Propter intimam illā & perfectissimam Dei cum humana natura vnionem Angeli homines valde reuerentes, ab illis nolunt amplius adorari, sicut ante Verbi diuini incarnationē.*

Nota vtriusque naturæ in Christo idiomatum communicationem.

Optima sane illa ratio esse perhibetur, propter quam sanctam hominū fidelemque societaté, quæ Ecclesiastica Monarchia dicitur, Angelicæ dicimus pręstare & excellere: vnio nempe Dei intima perfectaque cum humana natura per æterni verbi incarnationē. Quæ tanta est vt diuina attributa homini Christo, sicut humana Christo Deo præclara idiomatum cōmunicatione, vt Theologorum schola loquitur, attribuantur. Sic quæ Dei sunt homini Christo conuenire videmus; vt cū dixit Dominus Iesus obstinatis Iudæis, seque voluntaria erroris diabolici caligine dementatis agnoscere renuentibus, [a] *Antequam Abraham fieret ego sum*; Et Marthæ Lazari fratris obitum lachrymabili gemitu oris cordisque lamentanti: [b] *Ego sum resurrectio & vita: qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.* & Ioan. 14. [c] *Ego sum via, veritas & vita.* Sic homini Christo diuinæ æternæque potentiæ idoneata Apostolus Hebr. 1. deferre non dubitat: [d] *Multifariam, multisque modis olim Deus loquēs patribus in Prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quē constituit hæredem vniuersorum, per quē fecit & sæcula, &c.*

Diuina attributa homini communicata.

a Ioan. 8.
b Ioan. 11.
c Ioan. 14.
d Heb. 1.

Filius Dei qui loquebatur Apostolis, erat homo in forma Dei filius virginis [e] *factus in tempore, factus sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret*: Cui tamen opus creationis soli Deo conueniens attribuitur his verbis, *per quem fecit & sæcula.* Sicut eū ait D. August. [f] *in manibus Christi erat potestas panes augendi quæ mundū condiderant.* Quam doctrinam esse de fide diuina Spiritus sancti decreta in Conciliis [g] Oecumenicis sub ęternæ mortis interminatione pronuntiarunt: sanctique patres [h] Nazianzenus, [i] August. Cyrillus [k] Alexandr. Leo [l] Magnus, [m] Fulgentius, Damascenus [n] huius fidei doctrinæ defensores acerrimos, promotoresque se posteris sæculis exhibuerunt. Ratio doctrinę potens & solida est. Cum enim Christum Dominum Deum esse credamus, quidquid de Deo essentiali prædicatione enuntiatur, affirmatū illud de Christo domino dici necesse est. Sicut ex aduerso quæ hominis sunt, quæque naturę humanæ creatęque absoluta & essentiali prædicatione proprietates ascribuntur, eædē Deo Deique filio naturali & æterno conuenire attribuique fide Catholica creduntur: propter quod passim in scripturis sanctis actiones & passiones talis hominis virginis filii verè de Deo prædicari legimus, vt cum [o] Act. 20. *Deus suam Ecclesiam suo sanguine redemisse* fertur Et 1. Cor. 2. [p] *Dominum gloriæ ab impiis crucifixum* fuisse S. Paulus commemorat: Et Psal. 67. [q] *Deus in altum ascendisse*, à Propheta regio refertur: quod ad Ephes. 4. de Christo Domino Apostolus exponit simili loquendi forma [r] Baruch Propheta de Deo Verbo æterno in mundom venturo vaticinatur. *Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Harum reciprocarum attributionū ratio optima est, ei similis quæ supra: Nempe cum sit idem suppositum subsistēs in vtraque natura: de illo absolutè dici possunt, quæ ratione vtriusque naturæ cōueniunt, etiam si nominibus ab vtraque natura sumptis significentur. Sed obseruandum maximè & attentè considerandum, ad hanc regulam proprietates illas & prædicata referri solū, quæ præcisè homini ratione humanæ naturæ conueniunt, ita vt nullam suppositi creati imperfectionem inuoluāt: qualia sunt, *purus homo, creata persona, filius adoptiuus, natura peccabilis*, & alia in quibus diuinum suppositum excluditur, quæ non solū verbo diuino cum reduplicatione diuinitatis, sed nec quidem Christo homini cum reduplicatione humanitatis, vt Theologi loquuntur, cōuenire possunt: quoniam Christus, quatenus homo non persona creata, non purus homo, non filius adoptiuus, non peccabilis dici vlla ratione potest. Quò illud S. Cyrilli spectat. [s] *Neque enim erat homo simpliciter*, scilicet purus & nudus homo, *sed in specie humana, qui est ex Deo patre Deus Verbum.* Vt igitur lōgioris probationis hîc metam sistamus, qua quod intendamus solidè dilucideque confirmemus, cū Deus tam intimè perfectéque hominū naturæ, ex quib. Ecclesiastica Monarchia conflata est, vniatur: cūque hanc vnitatis intimę & substantialis perfectionem Angelorum substantiæ denegauit, manifestum est in hac perfecta Dei cum Ecclesiastica Monarchia coniunctione hanc Monarchiam Angelicę, summæ dignitatis & excellētiæ sublimitate præstare. Neque enim dici potest Deus Angelus, & Angelus Deus, sicut Deum esse hominem, & hominem esse Deū Catholica religione docemur. Filius namque Dei, *cum in forma Dei esset, non ra-*

e Gal. 4.
f S. August. tract. 24. in Ioan
g Conc. Eph. Act. 4.
S Synod. general act. 11 & 18 Later. 1. sub Martino 1. consult. 5. can 4.
h S Nazian. orat. 51. 52.
i S Aug. l. 1. de trinit c. 7.
k S. Cyril. l 12. Thesauri, ca. 15.
l S. Leo Epist. 10. & 11. Fulgent l de fide ad Petrum c. 2.
m S. Damasc. l. 3 orthod fidei c 4. 6. & 11.
n Act 20.

Humanæ proprietates de Deo dicuntur per eandem communicationem idiomatum.

o 1. Cor. 2.
p Psalm. 67.
q Baruch 3.
Nota hāc rationem & exceptionem.
r Vide Suarē t. 1. in 3. p. disput. 35 q. 16. a. 2 sect. 4 pag. 560.
s S. Cyrill. Alexand. 1. cōtra Theod. relatus in S. Synod.

Deus est homo verissima propositio, non Deus est Angelus.

t Phil 2.

pinam arbitratus esse se æqualem Deo, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, in similitudinẽ hominum factus, & habitu inuentus vt homo: Et sic ille qui est in forma Dei est homo, ait D. Thomas: sed ille qui est in forma Dei est Deus; Ergo Deus est homo, vt sanctus ille cõcludit. Similiter hominem esse Deũ patet ex Apostolo dicente Rom. 6. [a] *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Sed Christus secundum carnem est homo: Ergo hęc est vera, *Homo est Deus*, vt idem concludendo [b] S. Tho. asserit.

D Thom. 3. q. 16 art. 1.

a Rom. 6.

Homo est Deus verissima propositio, non illa Angelus est Deus.

b D Thom. 3. q. 16 art. 2.

Quod ergo Deus sit de cognatione nostra respectu humanę naturę quã assumere dignatus est, tantò illa Monarchia de cuius territorio sumus, in hoc Angelica melior & excellentior, quantò ille Angelis præstantior est, qui hos & homines de nihilo creauit. [c] *Nusquã enim Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ*, inquit Apostolus: quasi neglectis Angelis vel in minori habitis pretio, minores illorũ natu iunioresque, videlicet homines, sic Deus assũpsisse Apostoli testimonio dicẽdus esset. quod quamuis singularem indiuiduãque naturam personali & hypostatica vnione sibi coniunxerit, illa tamen vnio omnium perfectissima, ad omnes homines quodãmodo spectare pertinereque videatur: quoniam ex ea singularis quædam & perfectione non vulgari eminens dignitas gloriaque in illos deriuata redũdat. Quod S. Paulus significare voluit cum scripsit [d] Christũ Dominum homines suos appellare fratres non erubuisse. *Propter quam causam nõ confunditur fratres eos vocare*, inquit, iuxta illud propheticum oraculum, [e] *Narrabo nomen tuum fratribus meis*: Quo Dauid Christũ patri suo, vt explicat S. Paulus Hebr. 2. [f] loquentẽ introducit, & ipse Christus Dominus breui in cælos ascẽsurus discipulis dicebat, [g] *Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum*, quia nempe fratres mei estis eiusdẽ æterni patris filij, cui vos adoptaui: & alibi mulieribus Mariæ Magdalenæ, & alteri Mariæ apparens dixit. [h] *Nolite timere: ite, nuntiate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.* Sic ab Apostolo, [i] *Primogenitus in multis fratribus*, appellatur. Propter quam causam ipse Christus Dominus se filium hominis sæpius appellauit. [k] *Exaltari oportet filium hominis*, [l] *vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suum.* vt sciremus eum non solum esse verum hominem, & carnem accepisse nascendo, verum etiam. vt se iam cum hominibus cognationem carnis habere, fratremq; nostrum per humanæ naturæ assũmptionẽ esse significaret, sicut antiqui patres [m] Tertullian. & S. Irenæus obseruarũt.

c Hebr. c. 2 v. 16

Christus ob assumptã naturam nostrã nos fratres appellare non est dedignatus: non sic de Angelis.

d Heb. 2. v. 11.

e Psalm 21.

f Hebr. 2 v. 12

g Ioan 20. v. 17.

h Matth. 28. v 10.

i Rom 8 v 29

Christus cur hominis filius dicitur.

k Ioan. 3. v. 14.

l Luc. 9.

m Tertull. l. de carne Christi S. Irenæus l. 5. cõtra Valentinum c. 21.

Huius à Deo humanitatis assumptæ spõsa desiderio tabescens & inflammata cupiditate grauiter æstuans in Canticis in hæc vota precesque effusa clamabat, [n] *Quis mihi det te fratrem meum*, Deum incarnandum iam sponsum affectuque fratrẽ vocans, *sugẽtem vbera matris meæ*, scilicet naturæ humanæ in persona virginis facto grauidandæ fœtu: *& inueniã te foris*, scilicet incarnatũ ac sic visibilẽ, quasi extra inaccessibile diuinitatis lumẽ apparentem, & deosculer te in carne visum, in terris & cum hominibus conuersantem, *& iã me nemo despiciat?* siue Diabolus, siue bonus Angelus. Hoc assumẽdæ à Verbo æterno humanitatis desiderium ante hac audaci petitione demõstrauerat, [o] *Osculetur me osculo oris sui*, quod suo S. Bernardus obuersans animo, sponsæ audaciã admirans exclamabat, [p] *Quid audacius hoc osculo peti poterat?* verũtamen redargutæ cupiẽs indulgere, subiungit: *sed amanti anima hoc vitio verti non debet, cuius illa vox est, accepi potiora meritis, sed inferiora votis, desiderio feror non ratione, ne causemini præsumptionem vbi affectus vrget*: Hanc propter vnionem cum humana natura perfectissimam Deum maioris dilectionis & affectus inclinatione in homines, quàm in Angelos propendisse [q] S. Gregorius rectè talibus obseruauisse conspicitur. *Idcirco redemptor noster non Angelus sed homo factus est, quia hoc proculdubio fieri debuit, quod redemit vt & perditum Angelum non apprehendendo desereret, & hominem in se ipso apprehendendo repararet.* [r] S. Chrysostomus mysterium non contemnendum latere docet in verbis illis S. Pauli. *Nusquam Angelos apprehendit, &c. Cur autem*, inquit, *non dicit, suscepit, sed vsus est hac dictione apprehendit? à metaphora eorum qui persequuntur auersos, & omnia faciunt, vt fugientes comprehendant, & resilientes apprehendant: Ab ipso enim fugientem naturam humanam & procul fugientem, longè enim eramus, persecutus comprehendit.* Vnione videlicet hypostatica, qua sibi duplicem naturam Verbũ ęternum ineffabili modo copulauit, eiusque virtutem mirificam hac egregia metaphora verbi huius expressit. Sicut enim fugientes persequens, & persecutos longo itinere defatigatos apprehendens, manum in illos iniicit iniiciendo retinet, retentosque ad se quodammodo reuocat: sic filius Dei per hanc sacratissimam & hypostaticam vnionem, humanam naturam quasi sua corruptione deprauationeque fugientem à Deo veluti manu apprehensam ad se reduxit, sibi ab iniquitate conuersam diuino beneficio infinitaque sua charitate coniunxit: ita perfectiùs quàm Angelicam naturam, sibi copulatam vnitamque fœderauit. vt non sine magna ratione Regius Propheta dixerit, [s] *fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi, & non discedimus à te.* Quis est iste qui sic loquitur apud Prophetam talem Spiritu principali confirmatum nisi Christus Dominus? Testis sit mihi D. August. prophetica verba mysterio inuoluta talibus euoluens eloquiis: [t] *Iste certè non est Adam primus in quo discessimus ab eo, sed Adam nouissimus super quem fit manus vt nõ discedamus ab eo: Christus enim totus cum suis mẽbris est propter Ecclesiam, quæ est corpus eius, plenitudo eius. Cum ergo fit super eum manus Dei vt non discedamus à Deo, ad nos vtique peruenit opus Dei, hoc est enim manus Dei, quoniam opere Dei fit, vt simus in Christo permanentes cum Deo, non sicut in Adam discedentes à Deo.* Præclarè illud quidem à tanto doctore dictum, opus Christi Domini incarnationis, manui Dei per excellentiam comparante: cuius appellatione Dei opus in scripturis intelligi significarique solet. Quò referri illud Isaię potest: [u] *Ne timeas quia ego tecũ sum, ne declines, quia ego Deus tuus confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei.* Christi scilicet filij Dei & Virginis, qui longè fugientes à salute sua in portum fœlicitatis æternæ liberatos à peccatis deceptione bona doloque salutari reuocauit. Sed nunquid aliquem à Deo seduci posse in animum nostrum inducere valebimus? Quidni? Sed ô seductio salutaris! quæ seductum hominem à dæmone liberauit, & à laqueis mortis iniquæ, quia Deus eum perditum, ne periret in ęternum, non vi sed amore, nõ furibus aut catenis, sed fauoribus donisque spiritualibus, ad se pellexit. Hæc cogitanti cuiusdam piscas no-

n Cant. 8.

o Cant. 1.

p In c 1. Cant. serm. 2.

q l 4. moral. c. 10 in fine. Hebr. 2.

r In c. 2. ad Hebr.

s Psal. 79. v. 18.

t S. Aug. l. de dono perseuerant c. 7

Opus Dei per antonomasiã incarnatio dicitur.

u Isaiæ c. 41. v. 10.

Nota filium Dei indutum mortalitate nostra à mortis æterna laqueis nos liberauisse.

Similitudo pulchra industria piscis sargi.
a Ælian l.2. c.19.
b Oppian l.4.
c Sargus piscis Gallicè Sargot apud Plinium l.32. c.11.& vlt.

mine Sargi industria mihi venit in mentem, qui A referente [a] Æliano & [b] Oppiano hominem insanabili odij morbo prosequitur: ex eiusque odij fœtore quantum potest eum exhorrescens fugit: sicut ex aduerso capram fœdum & petulcum animal insano eius correptus amore quæritat tanto cum desiderio, [c] vt si eius in littore pascentis vmbram in mari tantillum aspicere possit, illicò etiā contrariis & obsistentibus æquoris fluctibus adnatare ad littos vsque conatur, lætusque velut è mari libenter & audacter exilire, vt eam attingere lætitia gestiendo possit. Quod piscator agnoscens, vt piscem decipiendo seducendoque comprehendat capræ pelle indutus littori maris rete manu tenens appropinqoat, atque sargum captum illum esse existimantem ad littus accedentem piscator ille iacto rete inuolutum implicatumque comprehendit. B Simili modo, sed salutari magis Deus hominem non ad seruitutem & mortem, sed ad libertatem & vitam seducere voluit. Fugerat namque homo à diuina facie, & quia [d] non erat *Deus in conspectu eius; inquinabantur viæ illius in omni tempore.* Propterea ne longius ab illo peccatore salus esset, Deus nostræ humanitatis pelle indutus, incarnationis mysterio hunc ab ouili salutis errantem, perditionique sempiternæ sobiugatum hac forma humana piscari, & ad se in funiculis non Adami peruersitatis, sed suæ charitatis attrahere conatus est; & ita vt mellifluus ac speciosus in deuotionis leporibus [e] Bernardus loquitur, *Æternum verbum carne vestire voluit, vt homines qui nil nisi carnalia sapiebant, miras in hac carne delicias inuenirent.* Quam quidem humanæ naturæ supra se exaltationem illius diuinæ vnio- C nis hypostaticæ virtute factam considerantes Angeli ab eo tempore, quo *Verbum caro factum est & habitauit in nobis*, non amplius ab hominibus adorari tolerauerunt, agnoscentes eos non modo sibi æquales, sed etiam per hanc humanitatis à Deo assumptionem, quodammodo superiores; vt hæc Angeli huius quem [f] S. Ioannes in raptu suo pronus in terram voluit adorare, verba testantur: [g] *Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum,* [h] *redemptio siquidem sanguinis Christi,* inquit Ambrosius, *hoc fidelibus contulit, vt filij Dei, socij Angelorum efficerentur. Ideò pertimescit Angelus adorari ab homine, qui super se adorabat hominem Deum, quapropter conseruum se Ioannis cæterorumque fidelium vocat.* Et S. Gregorius. [i] *Quid est*, inquit, *quod ante redemptoris aduentum Angeli* D *ab hominibus adorantur, & tacent: & postmodum verò adorari refugiunt? Nisi quod naturam nostram, quā prius despexerant, postquàm hanc supra se assumptam conspiciunt, prostratam sibi videre pertimescunt: Nec iam sub se velut infirmam contemnere ausi sunt, quam super se videlicet in cæli rege venerantur. Nec habere dedignantur hominem socium, qui super se adorant hominem Deum.* O magna ab incarnato Dei Verbo hominibus collata fælicitas & gloria! O vnitas Dei cum homine mirabilis! quæ Ecclesiasticæ Monarchiæ, in qua fidelis homo viuit, excellentiam pulchritudinemqoe supra gradus Angelicæ dignitatis multiplici consideratione sublimauit. Sed addito postremo capite ad finem huius libri properemus.

d Psalm.9.
e S. Bernard.
f S. Ioannes.
Angeli à tempore Christi incarnationis non amplius passi sunt ab hominibus adorari.
g Apoc. c.19. v.10. & c.22. v.9.
h S. Ambros. in c.19. Apoc.
i Homil.8. in Euang.

CAPVT X.

De exaltatione humanæ naturæ super Angelicam ab illius assumptione à Deo profecta: per quam Ecclesiastica Monarchia præstat Angelicæ.

1. *Tam alta fuit humana natura ad Catholicam Ecclesiam reducta per filium Dei incarnatum & illi sic spirituali iunctum connubio, eleuatio dignitatis; vt illa dari non possit altior.*
2. *Filius Dei factus est filius hominis, vt homines filios Dei efficeret.*
3. *Per hunc filium Dei incarnatum natura hominum non solum angelificata, sed etiam deificata est.*

CHRISTVS dominus nascendo veniente temporum plenitudine: & in natura humana necis crudelis tormenta patiendo, cum Ecclesia Euangelica, quam sacro sanguinis sui semine moriens in cruce peperit, cælestes diuinasque nuptias contraxit. Quam sic cruore diuino mundatam omni macula rugaque carentem, tanto perfectionis vinculo sibi copulauit, vt illi diuinitatis suæ diuitias & opes immensæ maiestatis plenissimè communicauerit. Quibus cumulata ex omni parte pulcherrima nulli C creaturæ sublimioris intelligentiæ propter hanc vnitatem cum Deo incarnato nuptialem, secunda inferiorque postponeretur. Est enim communis matrimonij noptiarumque etiam in humanis regula, vt mulier, sua licet conditione statuque vilis & abiectæ sortis nupta viro principi, quantumuis magna præcellat excellentia, honorum illius, dignitatumque societatem cum illo marito principe sortiatur. Quod sacri imperatores ac principes suis edictis legibusque publicatum stabilire voluerunt. Testis erit lex illa, [k] *Princeps ff. de legibus*, & senatusc. sic illam matrimonij regulam comprobans. [l] *Princeps legibus solutus est: Augusta autem licet legibus soluta non sit, Princeps tamen eadem illi priuilegia tribuit, quæ & ipse habet.* Sic D [m] mulieres radiis maritorum gloriæ coruscant, eorumque dignitatibus honorantur. Ratio in manibus, quia maritus & vxor sunt vna & eadem caro, vt [n] sacri Canones post [o] oracula diuina piè veréque sanciuerunt. Quod si in humanis verum, quantò verius in diuinis & spiritualibus connubiis, quale illud quo pater æternus Rex mundi fecit nuptias filij sui vnigeniti cum natura humana in formam Ecclesiæ Dei redacta per nostræ assumptionem humanitatis. [p] Quam (licet antea vilem & abiectam, turpissimoque cum dæmonibus adulterio pollutam) sibi hoc diuino matrimonij spiritualis vinculo iunctam, Deus homo factus ab omni scelerum contagione perfectè repurgatam, infinitisque prope virtutum omnium refulgentem radiis, & ex inde diuinorum honorum dignitatumque super omnes creaturas rutilantem splendoribus assimilauit. vt in ea par esset probitas ac dignitas, splendor sanctitatis, & fulgor honoris; puritas virginitatis eius (quæ antea

Maximus natura humana ad Ecclesiam Catholicam redacta propter nuptias cum filio Dei excellentia.
k l. Princeps ff. de legibus & senatusc.
l Fæminæ Cod. de senator. §. hæc itaque & in authent. de consu. col. 4.
m L. Mulieres c. de incol. li. 10. cum similibus.
n cap. nec illud 24. q. 5. c. Maritus, de cognat. spirituali c. debitum, de bigamis cum similibus.
o Genes.2. v. 24. Math.19. v.5 Marc.10. v.7. 1. Corinth. 6. v 16.
Sanctitas & dignitas Ecclesiæ nuptæ Christo puris.

a In 1. Corinth. c. 9. *Christus Ecclesiam ex meretrice fecit virginem factam sibi sponsam: quod contrarium omnino sit in humanis matrimonijs, in quibus virgines sponsi terrestres corrumpunt.*
b Chrysost.
c Pet. Damiã. Epist. ad Agnetem August.

meretrix erat,) & maiestas à sponso communicatę deitatis. [a] *O nouas res!* exclamat S. Chrysostomus, *in mundo virgines manent ante nuptias, post nuptias virgines non sunt. Non sic in Christo, cui nuptæ fiunt virgines illæ quæ antea incontaminata vitæ sordibus defixæ, vitiorum stercora, inferni sordidatæ adulterijs amplexabantur: Virgines, inquam, fidei sinceritate & charitatis ardore:* [b] *Quemadmodum enim*, vt infert postea sanctus ille, *non satis est sponsæ virginitas corporis, sed multa requiruntur alia vt sponso placeat: sic non satis est virginitas fidei, sed charitas quoque necessaria est vt anima placeat Christo.* Quam præclara hęc in eã rem Petri Damiani ad Agnetem Augustam eloquia. [c] *O beata mentis elatio & omnibus digna præconijs! quæ dum carnalis thalami vitam contempsit, in dotalitium regis æterni gloriosa transiuit. Carnalis planè virginitatis arcanum corrumpit sponsus terrenus, sponsus autem ille cælestis eas etiam quas sibi violatas associat, in virginale decus illicò sine difficultate reformat; vt nimirum contracti squaloris inquinamenta deponant, & velut arida prius arbuscula denuò comantes in pristinã decoris gratiam reuirescant.* Hoc in veritate fundatum duobus sacræ scripturę testimoniis illustremus. Primum erit Hieremiæ 3. in quo Deus sic Synagogam Hierosolymitanam spiritualibus corporeisque luxuriis prostitutam fædatamque vitæ corruptissimę contagionibus alloquitur. [d] *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non prostrata sis: polluisti terram in fornicationibus tuis: quamobrem prohibitæ sunt stillæ pluuiarum, & serotinus imber non fuit. frons meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.* Statim continenterque subiungit, eam ad saniorem mentem conuersionemque prouocando: *Ergo saltem à modo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.* Ex quo videmus meretricem turpissimis impudicitiæ & fornicationis immersam fæcibus ciuitatem ad reparandum perditæ virginitatis spiritualem florem per sanctam mysticamque cum Deo coniunctionem, reuersionemque ad gratiam eius compellari. Alterum sacræ scripturæ testimonium in 1. ad Corinthios c. 11. [e] habetur, in qua Corinthios antea luxuriæ & idololatriæ pollutionibus fætentes, & furentibus inflãmatos libidinibus postea apostolica prædicatione castas Christo Deo virgines effectos ita S. Paulus alloquebatur. *Aemulor vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere Christo*, quasi dicere vellet Theophylacto interprete. [f] *Quæro vos Dei æmulatione siue zelo, scilicet non propter me, sed propter eum, cui vos despondeo tanquam sponsam, quæ quamuis antea meretrix fuerit propter idololatriam, nihilominus per spirituale cum Christo matrimonium virgo est permansura.* Sic humana natura in sanctam Catholicamque diuina miseratione Ecclesiam coacta, cui pastor Monarchicus Pontifex Romanus præficitur, Christo Deo per spirituale sacrumque interueniente primò incarnationis virtute, deinde dominicæ passionis acerbitate matrimonium, vinculo iuncta stabili ac insolubili virgo castissima reddita; tantis ornamentis, priuilegiis, donisque cælestibus à sponso suo decorata est: vt nulla iam sit in cæteris creaturis excellentia, quæ possit cum naturę humanę in militantem Ecclesiam transformatæ prestantia atque dignitate contendere. Quæ considerans [g] S. Augustinus tantam, tamque excelsam humanæ naturæ subuectionem esse ingenue confessus est, vt quo

d Hier. 3. v. 2.
e 1. Corinth. c. 11.
f Theoph. in 1. ad Cor. c. 11.
Nulla creatura dignitas naturæ humanæ propter incarnationem & passionem Verbi Dei dignitati æquari potest.
g l. de prud. c. 15.

A attolleretur altius non haberet: ista post hæc adiiciens, quæ Christi Dei in sua humilitate iacentis, vt exemplo nobis esset, misericordiam potentius exaltant: *Sicut pro nobis ipsa diuinitas, quousque se deponeret humilius non habuit, quam suscepta natura hominis, cum infirmitate carnis vsque ad mortem crucis.* [h] Et S. Bernardus raptu deuoto extra se positus exaltationem istam tam ineffabilem à connexione rerum tam à se inuicem infinitè distantium, omnis scilicet, & nihil: increati & creati: Dei & hominis: diuinitatis & luti: vitæ & mortis, emanantem admirans exclamabat: *Quid altius Deo? quid infimius, vilius & abiectius luto? & nihilominus Deus miserationibus affluens descendit in lutum, vt illud super omnem creaturam magnifica prouectione sublimaret, finem extollendi illud non faciens, quousque suæ diuinitatis termino societate im-*
B *mediata connecteret.* Princeps puellam aliquam sibi conditionis plebeię & infimæ connubio iungens eius fratres omnesque sanguinis illi cognatione sociatos nobilitare & dignitatibus ornatos euehere solet: Sic Rex Regum, dominus dominantium id ipsum erga vniuersos homines, quorum naturam suæ diuinitati in persona propria coniunxit, magnificentius beatiusque præstitit, vt iam si veros eius sponsæ filios Ecclesiæ rectè factorum virtute nos ipsi præstiterimus, de exaltatione nostra super Angelos in ipso principe nostro Christo iure gloriari debeamus, dicẽtes cum regio vate. [i] *Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum*: Et cum Saulis filio Miphibo-
C seth, [k] *Posuisti me seruum tuum inter conuiuas mensæ tuæ*: Spirituales illos nempe ciues, quibus non me solum dignitate coæquasti, sed etiam spiritu principali per sacramentum hoc matrimonij diuini, quo tibi sortem nostræ infirmitatis adunasti confirmatum, illis superiorem clementer effecisti. Hinc generosa S. Augustini gratiarum actio cum infinitæ Dei misericordiæ confidentia, qua fretus pia gestiẽdo deuotione sic redemptori nostro loquebatur. [l] *Scio Domine, quia ex hoc quod me fecisti debeo tibi meipsum: & quia me redemisti, & pro me homo factus es, debere tibi plusquam me si haberem, quanto tu maior es, pro quo dedisti teipsum.* Et suos animi fidelis affectus persequendo gratiarumque actiones iterando alibi sic exclamabat. [m] *O fælix culpa mea, ad quam diluendam dum ille charitate trahitur, ipsa quoque charitas mihi eam desideranti, & eam totis præcordijs concupiscenti aperitur. Nunquam tam benè dilectionem eius agnoscerem, nisi*
D *in tantis periculis expertus eam fuissem. O quam fæliciter cecidi, qui post lapsum fælicius resurrexi!* Quoniam qui antea eramus [n] filij iræ, facti fuimus filij Dei, beneficio Dei vnigeniti ac consubstantialis filij, qui *filius datus est nobis*, [o] vt ait Isaias, vt filios Dei adoptiuos effectos nos redimeret in gloriam. D. Augustinus quærens quare mundi Saluator, Dei filius vnicus appellaretur, respondit. [p] *Quia cum est vnicus multos filios habet gratia*, scilicet vnici: *Cæteri ergo*, inquit *sancti filij Dei sunt gratia, solus ille natura:* [q] *Si filij Dei, ergo hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi qui non timuit* [r] *habere cohæredes, quia hæreditas eius non fit angusta, si multi eam possederint.* Longè dissimilis ab illo crudeli tetroque filio Regis Deiotari natu maiori, qui fratrum suorum sanguinem inexplebili barbarie sitiens paternæ hæreditatis auiditate, eorum omnium internecionem trucidationemque patri immanissimè persuasit, vt solus regia

h S. Bernard.
Simile.
i Psal. 3. v. 4.
k 2. Reg. c. 19. v. 28.
l D. Aug. l. Medit. c. 37.
m l. de diligendo Deo.
n Eph. 2. *Filius Dei, filius hominis factus est vt homines filios Dei efficeret.*
o Isai. c. 9.
p D. Aug. 51. de verbis domini.
q Rom. 8.
r S. August. tract. 2. In Ioan. 5.
Cæl. Rhodiginus l. 11. c. 17.

De crudelitate regis Deiotari in filios, & illius filij natu maioris in fratres.

gaza imperioque potiretur. Non sic Filius Dei, non sic, *datus nobis filius*, vt mortem nostram moriendo destrueret, & vitam resurgendo repararet, sicque adoptione filiorũ Dei donatos in hæreditatẽ gloriamque sempiternã associatos sibi vindicaret & assereret.[a] Rachel pulchra valde filium nouissimum Bennni, filium nempe doloris appellare voluit, quod illum enixa nimios partus dolores non ferens vita cesserit: at patri illius Iacob, Benjamin, id est, filium dextræ, consolationem quærenti in afflictione sua ab vxoris obitu profecta nominare placuit. Sic carnales matres nos iræ dolorisque filios parturiendo generant: de quo expostulando Propheta regius lugubri lamentatione vociferabatur.[b] *Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.* Sed magnus ille Iacob noster filius Dei pater totius benedictionis, nobis per nostræ mortalitatis assumptionem[c] paruulus natus, vt renascamur in gratiam: *Et filius datus est.* Vt redimamur in gloriam nos à maledicta funestaque filiatione misericorditer eximens, filiorum dexteræ, id est, fœlicitatis æternæ corona donauit. Vt iam nostram naturam non modo angelificatam cum[d] Tertulliano, sed potius cũ[e] S. Dionysio *deificatam diuinæ consortem naturæ*, beneficio diuinæ incarnationis appellare debeamus. Nostræ radicitus memoriç imprimentes

a Genes 35. Simile.

b Psal. 50.

c Innocent. 3 serm. de Natiuit.

d Tertul.

e S. Dionys.

A illud ære perennius doctorum præceptoris Augustini,[f] *factus est Deus homo, vt homo fieret Deus.*[g] Sic Deus in terris visus est, & cum hominibus conuersatus, vt homo in cælis visus veneraretur ab Angelis, & cum Deo conuersans gaudiis nunquam perituris afflueret. Sic[h] lusit in orbe terrarum, & suas *cum filijs hominum delicias esse voluit*: vt homo in cælo cælorum empyreo cum Angelis æterno Dei aspectu lætaretur, eius apparente sibi gloria satiatus: Et[i] ab vbertate domus eius inebriatus voluptatis sempiternæ torrente potaretur. mirantibus Angelis, & præ gaudio & honore de humana creatura in cælum ascendente dicentibus,[k] *Quæ est ista quæ ascendit de de-*
B *serto delicijs affluens innixa super dilectum suum?* Ex his ergo quæ postremis tribus capitibus libri huius commemorata sunt, manifesta demonstratione conspicuum est, Ecclesiasticam Monarchiam ex fidelibus hominibus sacramentorum diuinorum participatione sociatis sub capite summo visibili Romano Pontifice Christi vicario compositam, in multis Angelicæ præstare & excellere: vt inde illius principis & Monarchæ spiritualis maiestas ac dignitas altiori laude, venerationéque super Angelos magnificata prædicetur. Atque hæc de prima totius operis parte breuiter dicta, iam satis.

f S. Aug. serm. de Natiuit. Domini.

g Baruch. 3. v. 38.


h Prou 8 v 30

i Psal. 35.

k Cant. 8. v. 5.

DE MONARCHIA ECCLESIASTICA

SECVNDA PARS.



DE MONARCHIA ECCLESIASTICA.

PARS SECVNDA OCTO DISTINCTA LIBRIS.

LIBER PRIMVS.

In quo docetur principatum Ecclesiæ esse monarchicum omnium optimum.

CAPVT PRIMVM.

1. Ecclesiæ principatus à Christo Domino institutus omnem alium politicum, ac laicum dignitate, excellentia, ac merito longè antecellit; qui talis esse non posset, si monarchicus non esset.

Breuis repetitio dictorum superiori parte prima.




VINQVE libris hactenus primam totius instituti operis partem generalem Christo Domino duce, & auspice conclusam, secundum gratiam, quæ ab illius summa misericordia, & charitate data est nobis absoluimus; in qua de monarchia in genere, de eius natura, diuisione, origine, & proprietatibus angusto discursu, & quidem breuiori quam res tanta debuit explicari, diximus. Deinde paulisper ad singularia, minusque vniuersa descendentes, de Deo vt monarcha omnium creaturarum vnico, & æterno, à quo monarchia omnis creata pendet, narrationem compendiose suscepimus. Tertio loco de Christi Domini suprema monarchia tam in cœlo, quam in terra. Postremo de monarchia cœlesti, seu Angelorum, déque eius analogia, & comparatione cum Ecclesiastica monarchia; cuius princeps supremus est Romanus Pontifex, tractatus varios, vt pars prima compleretur nostri instituti, confecimus. Nunc ad secundam partem generalis operis per inuocationem Christi Domini nominis, ac numinis, eadem ratione, ac via per eius meritum sanguinis, gratiarum inde scaturientium strata virtutibus humiliter, & cum sinceræ charitatis, & intentionis ardore properamus. In qua de monarchia Ecclesiastica (sub qua in his quæ Dei sunt ad salutem principum populorumque sempiternam, secularis potestas omnis, monarchiaque curuantur) multa dicēda nobis sunt ad pacem temporalē, æternamque fœlicitatem spectantia: quæ octo librorum circo terminata, cooperante nobis Spiritu sancto, & affulgente desuper laboribus nostris Christi Domini benedictione perficere conabimur. Atque libri ab illo communi Theologorum axiomate in Catholica fide fundato, & in veritate Christiana radicato, primordia capiemus: nimirum Ecclesiæ sanctæ principatum, à Christi Domini potestate immediata creatum, & institutum, omni quantumuis excellenti politico, seculari que principatu, longe dignitate, merito, valoreque præstare. Quod non absurda, sed euidenti, necessariaque consequentia, à sacrarum Scripturarum fontibus hausta demonstrari facile posse sanctorum patrum doctrina sapiens eloquiūque testantur. *Data est mihi potestas in cælo, & in terra:* dicebat Dominus [a] post mortem sua gloriosa resurrectione triumphatam. Quam potestatem suis vicarijs sancto Petro, & successoribus eius Rom. Pont. [b] communicasse sa

Dicenda in hac parte, secunda.

Ecclesiæ principatus omni seculari longe præstat.

[a] S. Matt. 28.

[b] Matt. 16.



DE MONARCHIA ECCLESIASTICA.

PARS SECVNDA OCTO DISTINCTA LIBRIS.

LIBER PRIMVS.

In quo docetur principatum Ecclesiæ esse monarchicum omnium optimum.

CAPVT PRIMVM.

1. Ecclesiæ principatus à Christo Domino institutus omnem alium politicum, ac laïcum dignitate, excellentia, ac merito longè antecellit; qui talis esse non posset, si monarchicus non esset.

Breuis repetitio dictorum superiori parte prima.

VINQVE libris hactenus primam totius instituti operis partem generalem Christo Domino duce, & auspice conclusam, secundum gratiam, quæ ab illius summa misericordia, & charitate data est nobis absoluimus; in qua de monarchia in genere, de eius natura, diuisione, origine, & proprietatibus angusto discursu, & quidem breuiori quam res tanta debuit explicari, diximus. Deinde paulisper ad singularia, minusque vniuersa descendentes, de Deo vt monarcha omnium creaturarum vnico, & æterno, à quo monarchia omnis creata pendet, narrationem compendiose suscepimus. Tertio loco de Christi Domini suprema monarchia tam in cœlo, quam in terra. Postremo de monarchia cœlesti, seu Angelorum, déque eius analogia, & comparatione cum Ecclesiastica monarchia; cuius princeps supremus est Romanus Pontifex, tractatus varios, vt pars prima comple-

Dicenda in hac parte, secunda.

Tom. I.

A retur nostri instituti, confecimus. Nunc ad secundam partem generalis operis per inuocationem Christi Domini nominis, ac numinis, eadem ratione, ac via per eius meritum sanguinis, gratiarum inde scaturientium strata virtutibus humiliter, & cum sinceræ charitatis, & intentionis ardore properamus. In qua de monarchia Ecclesiastica (sub qua in his quæ Dei sunt ad salutem principum populorumque sempiternam, secularis potestas omnis, monarchiaque curuantur) multa dicēda nobis sunt ad pacem temporalē, æternamque fœlicitatem spectantia: quæ octo librorum circo terminata, cooperante nobis Spiritu sancto, & affulgente desuper laboribus nostris Christi Domini benedictione perficere conabimur. Atque libri ab illo communi Theologorum axiomate in Catholica fide fundato, & in

B veritate Christiana radicato, primordia capiemus: nimirum Ecclesiæ sanctæ principatum, à Christi Domini potestate immediata creatum, & institutum, omni quantumuis excellenti politico, seculari que principatui, longe dignitate, merito, valoreque præstare. Quod non absurda, sed euidenti, necessariaque consequentia, à sacrarum Scripturarum fontibus hausta demonstrari facile posse sanctorum patrum doctrina sapiens eloquiūque testantur. *Data est mihi potestas in cælo, & in terra:* dicebat Dominus [a] post mortem sua gloriosa resurrectione triumphatam. Quam potestatem suis vicarijs sancto Petro, & successoribus eius Rom. Pont.[b] communicasse sa

Ecclesiæ principatus omni seculari longe præstat.

a S. Matt. 28.

b Matt. 16.

A ra pagina testis est asserentibus id expositione sua sanctis patribus, nouissime doctore Angelico, †vel auctore librorum de regimine principum pereruditO; in hæc Domini verba ad Petrum. *Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Et tibi dabo claues regni cælorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis*: Vbi quatuor ponuntur clausulæ, *omnes significatiua dominij Petri*, inquit, *auctor ille, suorumque successorum super omnes fideles; & propter quas merito summus Pontifex Romanus Episcopus* dici potest Rex, & Sacerdos. Si enim Dominus noster, *Iesus Christus sic appellatur, vt* [a] *Augustinus probat, non videtur incongruè suum sic vocare successorem*: (Hic successor pro vicario sumitur, &c.) Hæc ille.

† S Thom. l. 3. c. 10. de reg. princip.

Sicut Christus Dominus, sic Romanus pontifex dici potest rex & sacerdos, ex D. Thoma.

a D Aug. l. 17. de ciuit.

B Sed ex illis Christi Domini ad sanctum Petrum verbis, illum vicarium eius in terris, quem cum successoribus constituit principem super omnem Ecclesiam, in quatuor titulis sublimiter cunctis terræ principibus præire arduum valde non erit ostendere. Primus titulus est magnitudo nominis impositi à Christo Domino sancto Petro pro se, & successoribus eius. *Tu es Petrus, & supra hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quo in nomine [b] magnam Vicarij sui sancti Petri, & successorum eius potestatem à se ipso illis communicatam, omnibus notam fieri voluit sanctorum Patrum Hilarij, & Augustini testimonio. *Quia*, vt loquitur [c] sanctus Thomas, *à petra qui est Christus, vt dicit Apostolus, cuius confessionem Petrus præmiserat, Petrus est appellatus: vt secundum etiam quandam participationem nomen acquirat, & potestatem, & audire mereatur, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, quasi totum dominium inter fideles ex Petro per Christum Dominum dependeat, & in eius successores deriuetur, tali præstantis titulo nominis nullus vnquam sub cælo princeps secularis dominationis auctus, & honorificatus est à Deo.*

Sancti Petri, & Rom. Pontificum dignitas in titulis quatuor ceteris secularibus præstat.

I.

Magnitudo impositi nominis.

b S Hilarij, & August.

c D. Tho. ibi.

C Secundus titulus eminentiæ, atque dignitatis pontificiæ, in virtute, & fortitudine potestatis inuincibili sistitur. In quam portæ inferi præualere nullo vnquam tempore potuerunt, nec vsque ad consummationem seculi præualebunt: & licet [d] nulla sit potestas [e] super terram, quæ possit diabolicæ resistere, tamen (quia potestas hæc solummodo intelligitur, quæ viribus naturæ clauditur) si de potestate Ecclesiastica sermo sit supernaturali

Secundus titulus.

Principatus fortitudo vincibilis nescia, & diabolica victrix.

d S. Matt. 16.

e Iob c. 5.

D Christi Domini, & omnipotenti subnixa virtute omnis illa furiosa dæmonũ vis, ac potestas inferni sceleratissimorum cuiusque generis hominum rabie, potentiaque crudeli sociata, elumbis, euanida, & ad nihilum redacta in conspectu eius protinus euanescet. Quæ vis, aut fortitudo ciuilis aut humana quantumuis populorum robore, ac multitudine fortiter armata, licet imperium non nisi Oceano terminauerit, apparuit vnquam in orbe, quæ propriis armis non spiritualibus aliquando dæmoniaci furoris insultibus obsistere potuit? Sicut quotidie venenata diabolicæ potentiæ tela retundendo, comminuendo, perfringendoque Papalis authoritas, totiusque Ecclesiæ victrix infernæ crudelitatis obsistit? Tertius titulus in dominij amplitudine situs est, quæ non in terram modo vniuersam, & inferos, tam

Tertius titulus amplitudo dominij.

A purgationis humanæ, quam vltionis diuinæ, sed etiam in cælorum vsque limites, vt notatum supra, iurisdictione diuina protenditur, vt sancta hæc Christi Domini verba declarant. *Tibi dabo claues regni cælorum, non claues terræ solum, non abyssi, sed regni cælorum: in hoc insinuatur nobis potestas sancti Petri, & successorum eius*, inquit Diuus Thomas, [f] *quæ extendit se ad totam Ecclesiam scilicet militantem, & triumphantem, quæ per regnum cælorum designatur*, & quæ clauduntur clauibus Petri.

f D Tho ib. supra.

Quartus titulus in plenitudine dominij, atque potestatis continetur, quam Dominus sancto Petro, & successoribus [g] eius in Apostolica sede, sub his conceptam verbis: largitus est. *Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cælis.*

Quartus titulus plenitudo potestatis

g S Matth. 16.

B Cum enim summus Pontifex sit caput in corpore *mystico omnium fidelium Christi, & à capite sit omnis motus & sensus: in corpore vero*, [h] ait Diuus Thomas, sic *erit in proposito. Propter quod oportet dicere in summo pontifice esse plenitudinem omnium gratiarum, quia ipse solus confert plenam indulgentiam omnium peccatorum*, vt competat sibi quod de primo principe Domino dicimus; *Quia de plenitudine eius nos omnes accepimus.* Quod si (vt ex supra dictis clarum est, clariusque, & cumulatius infra patebit) Ecclesiæ Dei principatus, super omnes alios mundi huius dominatus dignitate, præstantiáque diuinitus emineat, sintque inter dominationes temporalium principum nonnullæ monarchiæ

h D. Thom. ibid. supra.

In Rom. Pontifice plenitudo gratiarum ostenditur.

C cæteris omnibus dominandi formis excellentia præeuntes, vt copiosè dilucideque superioribus libris, testibus, & rationibus validissimæ persuasionis ad id quod quærebatur accommodatis expressimus: Profecto demonstratione sequitur euidenti & necessaria, Ecclesiæ principatum alium quàm monarchicum esse non posse, secus eius excellentiam, gradumque dignitatis multis laicæ societatis dominationibus (quæ sunt monarchicæ) posteriorem, inferioremque subsistere, esset nobis necesse confiteri. Dicere autem Christum Dominum Ecclesiæ suæ principatum inferioris, deteriorisque conditionis principatu Regum, ac principum terræ constituere voluisse, quid aliud est quam diuinarum scripturarum oraculis, sacrorum conciliorum

D decretis, Romanorum pontificum rescriptis, vniuersalique sanctorum patrum doctrinæ reluctari? Cum igitur citra controuersiam Ecclesiæ dignitas super omnes politicæ præstantiæ gradus excellat: quis eam non esse monarchicam audebit asserere? Et quis visibilem Ecclesiæ pastorem monarchicum esse negabit, qui simili abnegatione Christum Dominum imperio in omnem suam Ecclesiam monarchico non sit spoliaturus? Quia non est alia forma regendæ nunc Ecclesiæ, quam qua ipse Dominus in terris conuersando visibilis, illam vt summus princeps, & monarcha moderabatur; ipsamque monarchicam dominandi formam, ipsi etiam osores Ecclesiasticæ sanctitatis, & authoritatis Centuriatores, & alij scelere similes Christo Domino denegare perhorre-

Qui negat Rom. Pontificem monarchiam Ecclesiæ visibilem negat etiã Christum Dominũ suæ Ecclesiæ monarcham.

Cent p. 2 l. 1. c. 7

ſcunt. Propterea eandem viſibilis, ac monarchicæ dominationis formam nunc Eccleſia retinere debet, quam habuit ab initio, à Chriſto Domino viſibiliter ordinata, & gubernata: alias Eccleſia Dei, quæ nunc eſt, non eſſet eadem cum illa, quæ Chriſti Domini *tempore peregrinabatur in terris.* [a] *Cum* Ariſtotelis teſtimonio *ciuitas dicatur eadem ſpecie, donec remanet eadem forma reipublicæ.* Qua mutata mutari, & alterari eandem ciuitatem neceſſe eſt. Et cum Eccleſia ſicut creuit ab incunabulis ſuis, ſemper extenſa per diuerſas mundi plagas excreſcet; licet in multis terræ partibus, (in quibus floruit ſuæque fulgore ſanctitatis, ac veritatis illuxit) nunc contagionibus incolarum ſceleratæ vitæ, eius lucerna fidei extincta lugeatur: Neque finem excreſcendi factura eſt, donec verbum Dei ac regnum eius prædicatione Euangelica prædicatum toto orbe volitauerit; iuxta decretum hoc Chriſti Domini in Euangelio. [b] *Prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerſo mundo, & tunc veniet conſummatio.* [c] Huius vero prædicationis in omnem terram, cum legitima poteſtate ſonus exire quî poteſt, ſi non ſit in Eccleſia ſupremus paſtor, & rector: à cuius plenaria, & monarchica authoritate huius prædicationis operatores, miniſtrique mittantur? [d] Quem quotidiana ſolicitudo omnium Eccleſiarum non modo iam conditarum, ſed etiam in toto orbe condendarum æmulando cum Apoſtolo ſalutem omnium Dei æmulatione, vehementer exerceat? Quis ſalutifero conatu ſine miſſione legitima prædicare poterit? *Quomodo prædicabunt, niſi mittantur?* In exteras autem alienaſque terras, prope locis infinitas, quis mittendi aſſumet authoritatem, vt prædicatum gentibus Euangelium, diuinumque ſicut ros fluens eloquium ad impinguandas cordium, animorumque terras, ad Dominum vacuum non redeat? An particulares Epiſcopi? At illi certis ſui Epiſcopatus limitibus iuriſdictione circumſcripta potiuntur; extra quos euagari longius iura reclamant. Ergo diuini verbi ſpargendi ſemen per vniuerſum orbem, vt animæ Chriſto Domino ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt, nouo ſemper fœtu multiplicatæ pariantur, poteſtas ſumma penes vnum principem ſpiritualem paſtoremque vniuerſalem eſſe debet; cui oues ſuas, & agnos Chriſtus Dominus paſcendos, regendoſque ſublimi authoritate conceſſit. Hunc vero paſtorem œcumenicum monarchicumque principem alium à ſancto Petro, & ſucceſſoribus eius legitimis Apoſtolicæ ſedis hæredibus à Chriſto Domino fuiſſe creatum, atque ore proprio, eiuſque poſtea ſponſæ fidelium matris Eccleſiæ [f], *Quæ eſt columna, & firmamentum veritatis*, enuntiatione declaratum: quis mentiendo audebit impudenter aſſerere, niſi quem dæmonum præſtigijs dementatum, nefanda impiaque hæreticorum dogmata fefellerunt? Euoluant ſacræ antiquitatis monumenta qui volent; & ſanctas Eccleſiæ replicent hiſtorias; vt ſole ipſo clarius intueantur poſt Apoſtolorum tempora per paſtores à Romanis antiſtitibus in opus Dei miſſos Eccleſiam fœcunditate nouæ prolis amplificatam, propagatamque fuiſſe,

a Ariſt. l. 3. polit. c. 2.

Non poteſt in vniuerſo mũdo Euangelium Chriſti prædicari, niſi in Eccleſia ſit Monarchica poteſtas.

b S. Matth. c. 24.

c S. Paul. 2. Corint. c. 11. v. 28.

d 2. Corint. c. 11. v. 2.

e Rom. 10.

Non poteſt alius eſſe paſtor œcumenicus in Eccleſia, quam S. Petrus & Ro. Pontifices.

f S. Paul. 1. Timot. c. 3.

Epiſcopi per omnes terræ partes miſſi ſunt Apoſtoli authoritate Rom. Pontificis.

& Romanæ ſedis authoritate fultos, gentes natione tunc barbaras, locis infinitas, ſuperſtitione impias, moribus crudeles, conuerſatione ferinas, tandiu diuini verbi ſemine non minus laborioſo, quam religioſo conatu parturiuiſſe; *donec formaretur Chriſtus in illis.* [g] Quinam illi diuini verbi præcones, in immenſa Africæ, Hiſpaniæ, Galliæ terrarum amplitudine Eccleſias ſolida fidei Chriſtianæ, charitatiſque radice fundatas erexerunt, niſi paſtores illi, quibus beatus Petrus, eiuſque ſucceſſores Euangelium Chriſti creditum, opuſque Dei commendarunt? Huius veritatis Innocentius [h] primus aſſertor eſt. Qua poſtea labentibus annis in Angliam venit ſanctus [i] & religioſus ille Auguſtinus authoritate fretus, illius nationis gentes tunc valde ferinas & agreſtes conuerſurus ad Dominum, niſi Gregorij Magni? qui illuc apoſtolica munitum poteſtate ipſum proficiſci iuſſit, vt animas ambulantes in tenebris à gentilitiæ prauitatis, veræ fidei radiis illuminatas, Dei, hominumque mediatori Chriſto lucraretur. Quis Apoſtolum miſit ad Germanos Sanctum Bonifacium, [k] vt eos à ſeruitute dæmonis, in filiorum Dei libertatem virtute euangelicæ prædicationis aſſereret, niſi Gregorius ſecundus? A quo porro ad Francones, vt per eorum corda ſalutis æternę ſemina transfunderet ſanctus Kilianus [l], niſi à Papa Conone miſſus eſt? Simile de aliorum populorum ad Deum conuerſione per Euangelium Chriſti æternæ gloriæ genitorum iudicium nobis eſſe faciendum eccleſiæ annales ſacri, exemplorum multitudine comprobant: quorum commemoratione ſuperſedere breuitatis ratio poſtulat.

g C. 4. ad Gal.

h S. Innocẽt. epiſt. 1.

i S. Auguſt. apoſt. Ang.

k S. Bonifac.

l S. Kilianus.

Et cum Ariſtotelis [m] ſententia, vt ſupra monſtratum eſt, monarchia ſit forma regnandi, regendique imperio populos præſtantiſſima, & optima: eiuſdemque philoſophi omnibus, præſtantis, excepto Platone, doctrina, dominationis ea præſtantiſſima ratio dicatur, quæ αὐταρκείαν, id eſt in rebus omnibus ſufficientiam, maximaque humanæ vitæ præſidia continet; in qua omnia ciuilis ſocietatis officia vigerent, magiſtratuſque recta, vtilia, honeſta, cum legibus coniuncta, publica authoritate præſcriberent: quæ profecto ſufficientia, & αὐτάρκεια Eccleſiæ ex conſequenti deeſſet, ſi monarchica non eſſet; ſuoque principi viſibili, ſupremoque priuaretur: & ita deterior multò, debiliorque cunctis eſſet ſocietatibus ciuilibus, quæ ſub vno principe rectis temperatæ legibus commoda plurima, reſque ad finem ſuum ſufficientes affluenter hauriunt, copioſeque conſequuntur. Quod quidem cogitare ſolum, nedum dicere, & credere ſummum nefas eſſet, vtpote fidei Chriſtianæ contrarium, Eccleſiæ fœcunditatem, bonorum omnium magnificentiam, perfectionemque ſuper omnia regna mundi ſolida veritate prædicanti. Cuius fundamenta diuina reuelatione firmata, in Deique verbo radicata nefariè illi demoliri conantur, qui ſacroſanctam Eccleſiaſticæ Monarchiæ maieſtatem ſceleratis auſis minime temerare perhorreſcunt. Cuius quidem Monarchiæ ſanctæ, & ſuis abſolutæ nu-

Eccleſia principatus ſi non eſſet monarchicus non eſſet ſibi ſufficiẽs Eccleſia, ſicque multis humanis ſocietatibus deterior.

m Ariſt. l. 3. Polit. c. 2.

Monarchia Ecclesia clara, & aperta omnibus fidei & obedientiæ oculos habentibus.

a S. Matth. 5.

b L. 7. de vnit. Eccles. cõtra Donat. ca. 16.

A meris, non in aliquo deficientis splendotem, claritatemque diuina luce fulgentem, nemo est qui non videat, modo fidei, & obedientiæ filialis oculis non careat: [a] *Non est enim illa operta, quia non est sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt*, dicebat sanctus [b] Augustinus contra Donatistas, eundem blasphemiarum fœtorem contra immaculatum maiestatis Ecclesiæ splendorem, sanctitatemque spirantes, qualem nunc Catholicæ, & Christianæ societatis osores, è putrefactis cordibus ex halant: de qua dictum est: *Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Sed Donatistis velut operta est* (addam Caluinistis, & Schismaticis,) *qui audiunt tam lucida, & manifesta testimonia, quæ illam toto orbe demonstrant, & malunt clausis oculis offendere in montem, quam in eum ascendere*, [c] *qui cum esset lapis*

c Daniel. 2.

B *præcisus de monte sine manibus creuit, & factus est mons ingens, & impleuit vniuersam terram.* Qui mons propter apertum conspectum suum, amplitudinemque Ecclesia dicitur, quæ propter maiestatis, sanctitatisque Monarchicæ claritatem cum sponso suo in meridie cubare perhibetur. *Cuius in Psalmis vox est, ex persona Moysis famuli Dei*, subdit sanctus Augustinus. [d] *Dexteram tuam notam fac mihi, & eruditos corde in sapientia.* [e] *In illis enim meridies dicitur propter fulgentem sapientiæ lucem, & ingentem charitatis ardorem, vnde quendam cum exhortaretur spiritus Dei ad bona opera per prophetam, hoc illi etiam promittit. Et tenebræ* [f] *tuæ sicut meridies erunt.* Clarissima ergo purissimaque luce splendescit in mundo, hæc Christi Domini sponsa Monarchico decora principatu, vna fide, vna capite, tam visibili, Rom. Pontifice, quàm inuisibili saluatore nostro, pro nobis, *passione mortis, gloria, & honore coronato.*

d Psal. 89.

e August. ibid.

f Esaiæ 58.

C Vna denique potestate in Apostolico solio residente per vniuersum orbem diffusa, omnesque gentes æternę salutis auidas imperij sui legibus, salutari obsequio sibi deuotas includente. *Quæ in multitudinem latius incremento fœcunditatis extenditur*, [g] inquit sanctus Cyprianus: *quo modo solis multi radij sed lumen vnum: & rami arboris multi, sed robur vnum tenaci radice fundatum: & cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur, exundantis copia largitate, vnitas tamen seruatur in origine.* Sed quam salutari fluxu hæc Ecclesiæ Monarchia, in omne caput, & membra politicę Monarchiæ diffundatur, quo principes, & populi seculares, hic, & in æternum beati viuant, diligenter periteque capite sequenti consideremus.

g L. de Eccles. vnitate p. 254. c. 2. n. 6.

CAPVT II.

Monarchia Ecclesiastica spiritus est vitalis politicæ, sine qua salua, & incolumis esse non potest: vt eius ciues hîc bene, & in cœlo postea beate sine fine viuant. Hinc summa principis Ecclesiæ maiestas, & dignitas.

Sicut corpus ab anima viuit, sic Monarchia politica ab Ecclesiastica.



ON aliter corpus humanum robore, sanitate, & pulchritudine munitum, quam informantis animæ virtute viuit: sic secularis, politicaque Monarchia tanquam corpus viuum ab Ecclesiastica vitam, salutemque, velut ab anima sua, ducere mutuarique creditur. Doctrina est Diui Thomæ [h] dicentis. *Sicut ergo corpus, per animam habet esse, virtutem, & operationem, vt ex verbis Philosophi, & Augustini de immortalitate animæ patet: ita & temporalis iurisdictio per spiritualem Petri, & successorum eius, principium vitæ, salutis virtutem, operationemque desumit.* A qua sciuncta dissidio, vitam salutis amittit, & rebellione contra Deum vtriusque authorem Monarchiæ infœliciter armata, sibi intus contraria, foris acies inimicorum, hostiumque crudelium pugnas sæpius causando, in propria viscera, furore bacchantes euocat: vt si non semper corporis sequatur interitus, nunquam tamen salus animæ in tuto consistere potest, quin in extremam ruat calamitatem, abyssumque damnationis æternæ præcipitata dilabatur,

h L. 3. c. 10. de regim.

Nulla societas sicut nulla persona ab Ecclesia dominatione separata salua potest subsistere.

C [i] *Auelle radium solis à corpore: diuisionem lucis vnitas non capit: ab arbore frange ramum, fractus germinare non poterit; à fonte præcide riuum, præcisus arescit.* Quibus verbis sanctissimus Martyr doctorque eloquentissimus apertè docet nullam societatem, nullumque cœtum hominum in ciuitate, republica, aut regno ciuilium legum vinculo sociatorum, non secus ac priuatas personas siue principes siue plebeias ab Ecclesiæ sanctæ dominatione substractum cum animæ salute in hac vita subsistere posse. Hanc vero immaculatam Christi Domini sponsam sub capite visibili omnibus conspicuam sui fasces imperij in omnem terram sine vlla sui diuisione transmittentem, his postea verbis idem sanctus Martyr elegantissimis expressit. [k] *Ecclesia Domini luce perfusa per orbem totum radios suos porrigit, vnum tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur:*

i S. Cyp. l. de vnit. Eccl. c. 2.

k S. Cyp ibid.

D *ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit; profluentes largiter riuos latius expandit, vnum tamen caput est, & origo vna, & vna mater fœcunditatis successibus copiosa.* Iam quomodo lactet, & nutriat ad salutem incorrupta semper manens, omnes qui illius gremio contineri filiali obsequio desiderant continenter ita demonstrat. [l] *Illius fœtu nascimur: illius lacte nutrimur; Spiritu eius animamur. Adulterari non potest sponsa Christi: incorrupta est, & pudica: vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit. Hæc nos Deo seruat, hæc filios regno quos generauit assignat. Quisquis ab Ecclesia segregatus adulteræ iungitur, à promissis Ecclesiæ separatur: nec perueniet ad Christi præmia: qui relinquit Ecclesiam Christi alienus est, prophanus, & hostis est.* Ha-

Ecclesia omnes lactat, & nutrit ad salutẽ.

l Cypr. ibid.

Ecclesiæ incorrupta maiestas.

Separatum ab Ecclesia perease necesse est.

habere iam non poteſt, *Deum patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.* Cuius Eccleſię poteſtas, & authoritas in vno principe paſtoreque viſibili, à Chiſto Domino conſtituta, cum ſit vitalis ſpiritus omnis ſecularis principatus, vt pie, beateque viuat. Iure optimo Iuo noſter Carnotenſis[a] Epiſcopus ſub hac eloquentium piorumque verborum formula Henricum Anglorum regem ad obſequium reuerentiamque Eccleſiaſticæ maieſtatis hortabatur. *Non aliter res omnes bene adminiſtrantur, niſi cum regnum, & ſacerdotium in vnum conuenerunt. Celſitudinem veſtram obſecrando monemus quatenus in regno vobis commiſſo verbum Dei currere permittatis, & regnum terrenum cœleſti regno, quod Eccleſiæ commiſſum eſt, ſubditum eſſe debere ſemper cogitetis. Sicut enim ſenſus animalis ſubditus eſſe debet rationi; ita poteſtas terrena ſubdita eſſe debet Eccleſiaſtico regimini. Et quantum valet corpus niſi regatur ab anima, tantum valet terrena poteſtas, niſi informetur, & regatur Eccleſiaſtica diſciplina. Et ſicut pacatum eſt regnum corporis cum iam non reſiſtit caro Spiritui: ſic in pace poſſidetur regnum mundi, cum iam reſiſtere non molitur regno Dei.* Et poſt pauca interiecta, hanc illi ad pacem temporalem, gloriæque ſempiternę fruitionem aditum concludendo patefactum[b] demonſtrat, *hoc enim faciendo* (ſcilicet Eccleſię maieſtati vos Chriſtiana veneratione ſubmittendo) *& regnum terrenum quiete à Deo cooperante poſſidebitis, & ad regnum æternum eiuſdem miſeratione peruenietis.* Propterea hanc Eccleſiæ ſanctæ poteſtatem, ac præfecturam monarchicam (cui pro tam fœlici vitæ curſu in hoc mundo, & fœliciori in gloriæ ſempiternæ delicias egreſſu, omnes principes, ac populi parere tenentur) per excellentiam ſanctus Gregorius Nazianzenus[c] vt magis, & magis illam non minus vere, quam oratorie ſua pie, periteque dicendi facundia ſublimaret, ἐξουσίας, id eſt gloſſario interprete, maieſtatem, ditionem, poteſtatemque ſupremam, & τὸ κράτος τῆς ἐκκλησίας, id eſt imperium Eccleſiæ δυναστείας, id eſt regnum munus: itemque ἀρχὴν principatum voluit appellare, ſanctos ſecutus[d] Apoſtolos in forma loquendi ſicut viuendi, qui ſæpe Eccleſiæ poteſtatem δόξαν, id eſt maieſtatem appellarunt. A qua maieſtate ſuam alij prælati Eccleſiæ poteſtatem, iuriſdictionemque à Chriſto Domino ſibi communicatam, ſed interuentu ſupremæ, quam ſancto Petro, & eius ſucceſſoribus eredidit, huius Eccleſiæ majeſtatis & imperij mutuantur. Per quam ſuas Eccleſias ſingulari ſibi ſolicitudine commiſſas regunt, omnibuſque de grege Chriſti principibus, & populis in charitate, & iuſtitia de eorum ſalute ſolliciti præſunt, & dominantur. Quod eleganter, & vere ſanctus Chryſoſtomus[a] paſtoribus loqoens Eccleſiæ, ſic aperuit. *Si is qui diademate ornatur indigne adeat, cohibe & coerce: maiorem tu illo habes poteſtatem,* & alibi.[b] *Alij ſunt termini regni, alij ſacerdotij, ſed hoc illo maius eſt, neque enim ex gemmis, & auro æſtimari debet. Ille quæ ſunt in terris ſortitus eſt, ſacerdotij ius à ſupernis deſcendit. Regi quæ hic ſunt, commiſſa ſunt mihi ſcilicet Epiſcopo, cæleſtia: regi corpora commiſſa ſunt, ſacerdoti animæ. Maior hic principatus, propterea rex caput ſubmittit manui ſacerdotis.* Rurſus alio in loco.[c] *Expende modum poteſtatis vtrique traditæ, & videbis ſacerdotem multo ſublimius rege ſedentem. Admirandus videtur thronus regius, ſed rerum terrenarum adminiſtrationem ſortitus eſt: ſacerdotis thronus in cœlis collocatus, de cœleſtibus negotijs habet pronuntiandi authoritatem, cum ſacerdotium à ſupernis deſcendat, eiuſque vinculum animam contingat, atque ad cœlos vſque peruadat.* Sed ſicut in regno, imperioq; omnes magiſtratus, gubernatores, iudices aliique in ſubditos regni præfecturam aliquam exercentes, cum iura dictant, à ſupremi regis authoritate pēdent, per quam in particulari ſibi largita iuriſdictione iuſta decernunt, ac imperant, vt monarchiæ principis maieſtas excelſior ab omnibus cōſpecta reuerentius honoretur: ſic in Eccleſia Dei principatu monarchico ſtabilita, & moderata, omnes prælati paſtoralibus incumbentes officiis, ſpiritualeſque iuriſdictiones adminiſtrantes à ſedis Apoſtolicæ præfecto principe, vniuerſalis Eccleſiæ monarchico paſtore virtutem iuris dicendi, gregibuſque doctrinæ ſancta pabula largiendi accipere ſe confitentur. Idque cum reuerenter obedienterque faciunt, authoritate, preſcriptoque Chriſti Domini ſe facere profitentur; qui vt loquitur ſanctus Leo,[d] *Euangelici muneris ſacramentum, ita ad omne Apoſtolorum officium* (& ad ſucceſſores eorum) *pertinere voluit, vt in ſancto Petro* (*& ſucceſſoribus eius*) *Apoſtolorum omnium ſummo paſtore principaliter collocaret; vt ab ipſo tanquam à capite viſibili dona ſua velut in corpus omne diffunderet.* Propter quam ſummam vniuerſalemque Romani Pontificis, per omnes gentes crucis vexilla ſectantes extenſam authoritatem, atque diffuſam Optatus[e] Mileuitanus vniuerſum Chriſtianæ ditionis orbem Romano Pontifici Syricio ſocietate fidei, & honore ſubiectionis, & obſequij copulari contra ſceleſtiſſima Donatiſtarum dogmata teſtabatur; & ſanctus Hieronymus[f] ſancti Damaſi Papæ beatitudini communione fidei, & doctrinæ ſaluttferæ ſociari ſe proteſtabatur, & in apologia 1. contra Ruffinum[g] veram, vniuerſalemque religionis Chriſtianæ fidem eam eſſe, quæ Romæ, ibi ſedente Chriſti Domini vicario, florebat catholica certitudine proclamabat. Et Pacianus[h] Barſilonæ quondam in Hiſpania Epiſcopus nomine Romanæ Eccleſiæ Catholicam, & vniuerſalem ſignificatam fuiſſe contra Nouatianos potenter aſtruxit. Sic ſanctus Ambroſius fratris Satyri vita functi virtutes Chriſtianas laudibus efferens, illum inter cæteras propter ſinceram de ſuprema Romani Pontificis authoritate fidem mactat honoribus. Quod in ſuis peregrinationibus oppidi, quod ingrediebatur Epiſcopum conuenire ſolitus ab eo ſciſcitaretur, num in fide vera, doctrinaque pietatis Chriſtianæ cum catholicis Epiſcopis conſentiret, id eſt vt ipſemet Diuus Ambroſius[i] interpretabatur, cum Eccleſia Romana, arce Catholicæ fidei, in qua Epiſcoporum princeps ſederet, communione fideli, Chriſtianaque congrueret. Sed de his breuiùs hic, infra copioſius plura dicturi.

a Iuo Carnot epiſt. 51. ad Henricū Regem Angliæ

Mutua vtriuſque monarchiæ dilectio omnia bona cauſatur in humana ſocietate.

Regnum terrenum ſubditum eſſe debet Eccleſiæ regno, quod eſt Dei.

Corpus quod non regit anima, veritas ſic poteſtas ſecularis non moderata, & animata ab Eccleſiaſtica.

b Iuo ibid.

Obſeruas illuſtria Eccleſiæ nomina eius ſupremam authoritatem in omnes ſignificantia

c S. Nazian. orat. de laud. S. Baſilij.

d SS. Petrum, Paulum, & Iudam.

Alij prælati Epiſcopi Eccleſiæ omnibus laicis præſunt pro ſalute eorum, ſub authoritate ſummi paſtoris cōſtitute, vt proreges, & gubernatores in regno ſub regia maieſtate ſeculari.

a S. Chryſo. hom 83. in S. Matth.

b Chryſoſt. c. 2. hom 4. de verbis Iſaiæ.

c Idem S. Chryſ hom 5 de verbis Iſaiæ.

Comparationes Regis, ac Sacerdotalis dignitatis.

d S. Leo epiſt. 87.

e Optat l 2. cōtra Parm.

f S. Hier. epi. ad Damaſum.

g S. Hieron. apolog 1. cōtra Ruff.

h Pacianus epiſt. 1. ad Simpronianum tom. 3. biblioth. Patrum.

i S. Ambroſ. orat de obitu Satyri fratris.

CAPVT III.

Cum Ecclesiæ principatus sit politici spiritus, & anima vitalis, non potest non esse monarchicus.

1. *Hoc sacra scriptura docent.*
2. *Hoc sancti Patres probant.*
3. *Hoc rationes, & contra dicere hæreticum.*



VM igitur ex ante dictis Ecclesiæ principatus, politici anima, vitalisque spiritus esse perhibeatur; sintque ex principatibus secularibus multi statu & regimine monarchici, qualia sunt regna, & imperia vnius principis legibus obsequentia: potestne fieri vt ille Ecclesiasticus principatus longe politico nobilior, vt anima corpore, monarchicus esse minime credatur? Et Ecclesia Dei visibilis longè omnium humanarum societatum, rerũq; publicarum præstantissima, vtpote ciuitas Dei, & regnum cœlorum à Spiritu sancto nuncupata, ab vno principe, pastoreque supremo, à suo sponso saluatore nostro constituto, à quo sanctè regatur, infœliciter acephala deseratur? Quod credere, à Christiana fide recedere est: sacris spiritus sancti eloquijs contradicere; sanctorum Patrum testimonijs obsistere; in rationum vires effrenatius irrumpere, hæreseos schismatisque nefandi se furiosè hiatibus ingurgitare. Nam vt de primo dicam. Quoties per os Apostolorum, & Prophetarum Ecclesiam militantem, Dei ac Christi Domini regnum Spiritus sanctus appellauit? Si regnum, an non principatus eius dicendus monarchicus; *Ambuletis digne Deo qui vos vocauit in regnum suum*: monebat Ephesios [c] Apostolus gratias agens Deo ad Colossenses, [d] *quod eripuerit nos de potestate tenebrarum, & transtulerit in regnum filij dilectionis sui.* Quod regnum Ecclesiam Dei scilicet, omnibus gentibus dominaturum Daniel Propheta longe ante prædixerat. [e] *In diebus regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum quod in æternum non dissipabitur: & regnum eius alteri populo non tradetur. Comminuet autem, & consumet vniuersa regna hæc, & ipsum stabit in æternum.* Quod regnum si quid, & quale sit quæratis; respondebit Christus Dominus Rex regum, esse cœlorum, sed pro tempore altissima fidei radice fixum in terris. [f] *Simile est regnum cœlorum homini qui seminat bonum semen in agro suo: inimicus autem homo superseminauit zizania.* Ager est mundus, bonum semen ij sunt filij regni: zizania filij sunt nequam. Hoc regnum quod aliud esse potest iudicio Domini, quàm Ecclesia: non vtique triumphans, sed militans; in qua & boni merito, & mali numero sunt, & vsque ad messem, id est vsque ad consummationem seculi commixti reperientur? Quod si hæc Ecclesia militans quoddam regnum est (in sola enim militante zizania sunt, non in triumphante) profectò illam ab vno suæ conditionis, & sortis qui visibilis sit, sicut ipsa Rege

a Apoc. c. 21.

b S Matth. 13.

Verba Dei in scripturis illustrata Patrum doctrina monarchiam astruunt Ecclesia.

Ecclesia regnũ Dei vocabitur; ergo monarchica.

c Ephes. c. 5.

d Ad Colos. 1.

e Daniel. 2.

Ecclesia militans dicitur regnum cœlorum.

f S. Matth. c. 13.

A gubernari conuenit; & ita monarchicam illius dominationem vocare nullæ rationes prohibere possunt. Quod regnum cœlorum Ecclesiam scilicet militantem in terris, *vnum ouile*, alibi Christus Dominus appellat. [a] *Alias oues habeo, quæ nõ sunt ex hoc ouili*, aiebat Dominus, *& illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet vnum ouile, siue vnus grex, & vnus pastor.* Id est gentes in Christum Dominum crediturae & vocem eius, non ex ipsius ore corporali, sed in spiritu ipsius per os Apostolorum, & aliorum diuini verbi præconum, ab illis primis Ecclesiæ patribus natorum, auditurae, ad vnum Christi Domini ouile, post admirabilem eius in cœlos assensionem, id est vnam eius Euangelicam recens à se genitam Ecclesiam venire debebant: quæ ante conuersionem suam, non erant

B de hoc ouili, de quo erant primi ex Iudæis Christiani. Vt ex vtrisque populis, Iudæis, & gentibus vnum ouile, militans scilicet Ecclesia, vna vnitate pastoris coalesceret, & ita vnus pastor visibilis sub inuisibili, & glorioso pastore Christo Domino gregem Domini alimento doctrinæ sanctitatisque pascens, & suprema iurisdictione summæ charitatis condita feruore regens appareret. Hanc Domini verborum expositionem à magni doctorum magistri doctrinæ fontibus hausimus & expressimos. Sic de vicario Christi Domini visibili pastore conformi expositione hunc locum sanctus Cyprianus interpretatur [c] his verbis. *Et erit vnus grex, & vnus pastor. Et mox pastor haberi quomodo potest, qui manente vero pastore, & in Ecclesia Dei ordinatione succedanea præsidente, nemini succe-*

C *dens, & à se ipso incipiens alienus fit, & prophanus* Et libro de vnitate Ecclesiæ hæc addidit. [d] *Erunt vnus grex & vnus pastor, & esse posse vno in loco aliquis existimat, aut multos pastores, aut plures greges?* Vnus ille locus in quo sit ille vnus pastor, & vnus grex scilicet Ecclesia militans, & pastor visibilis, Vicarius æterni, diuinique pastoris Christi, totus terrarum orbis est, in quo sanctus Pater plures esse greges, scilicet particulares Ecclesias vni sponsæ Christi Ecclesiæ vniuersali non subditas, pluresque pastores à iurisdictione imperioq; summi Põtificis capitis Ecclesię visibilis immunes, ac omninò liberos repetiri posse, qui legitimi sint, ac non potius mercenarij, ac lupi plane negat. Cũ pastori capitique vi-

D sibili vnum illud ouile mysticum, Ecclesiam nempe militantem subesse, totamque illius administrationem, vt monarchia conspiciatur, creditam esse nos Apostoli doctrina, authoritasque grauis admonet, Romanorum [h] 12. dicentis. *Sicut in vno corpore multa membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra: habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis differentes.* Facta comparatione inter corpus naturale, & mysticum: quod videlicet sicut in illo præcipuum membrum caput cætera inter se solida compage nectens & vniens omniaque ad vitæ propagationem salutaria firmiter moderans: sic in hoc mystico spirituali, scilicet Ecclesia in terris peregrinante visibile caput est ista munia potenti virtute ad ædificationẽ, amplificationẽq; Ecclesiæ vigoris, splendorisque fideliter exercens. At ca-

a Ioan. c. 10.

Ecclesia dicitur vnum ouile, eius rector vnus pastor visibilis.

b August. tract. 47. in S. Ioan.

c S. Cyp. l. epist. 6.

d S. Cyp. l. de vnitate Ecclesiæ.

e Rom. 12

Comparatio naturalis corporis cum mystico.

put illud cuius Ecclesia corpus est, & singuli fideles membra, non aliud esse à Christo Domino, veritas scripturarum mordicus asserit, dicet aliquis, cui responsum in manibus facile. Christum quidem esse verum, principale, independẽs, æternumque Ecclesiæ caput, sed inuisibile, ac proinde aliud ab illo, sed sub illo cõspicuæ Ecclesiæ, & peregrinanti in terris visibile, quod eam exteriori iurisdictione regat, esse necessariũ. Neque enim Christus Dominus secundum Apostoli doctrinam solummodo caput, sed omnia membra, & corpus totum Ecclesiæ suæ mysterio sublimi plerumque dicitur.[b] *Sicut corpus*, ait ille, *vnum est, & membra habet multa: omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnum baptizati sumus.* En qualiter Apostolus Christum Dominum vnum esse dixit, sicut corpus multis membris, partibusque constans vnum efficitur; propter quod totus Christus, inquit sanctus Augustinus,[c] *Caput & corpus*; & sanctus Chrysostomus[d] nomẽ Christi pro Ecclesia, quę Christi corpus est positum esse testatur. Et nihilominus, tametsi Christus Dominus non solum capot, sed etiam corpus Ecclesiæ suæ esse dicatur, præter eius personam non desinunt alia esse Ecclesiæ membra, quæ per gratiam Christum induta, in fidei charitatisque radice, ad fructus æternæ gloriæ vegetantur. Quare à simili deducta ratione præter æternum, principaleque caput Ecclesiæ, quod est Christus Dominus, cur aliud ad tempus visibile, essentiale, & comparatione Christi solum, ministeriale ab ipso dependens omninò, non ab alio, huius Ecclesiæ militantis caput, & principem supremum, à quo monarchica dominatione, magna temperata charitate, regatur & alatur, esse debere, certitudine fidei non ingenue profiteamur? Quod caput visibile, atque dependens à solo Deo, Christo nempe, præter inuisibile, principaleque: idem alio in loco asserit Apostolus, cum ait.[a] *Crescamus in illo per omnia qui caput est Christus, ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam subministrationis secundum operationem in mensuram, vniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Obseruatio hic notanda: quomodo Apostolus Christum Dominum vitale principaleque caput appellat, sub quo totum corpus constituit. Quis autem nisi mentis inops totum integrumque corpus proprio destitutum capite nominare, arbitrarique iure posset? Cum ergo Ecclesia sit præter Christum, totum quoddam corpus mysticum perfectum absolutumque forma visibili, præcipua parte sui, capite scilicet, quod sit cum illa eiusdem generis, & conditionis carere quî poterit? Adde quod subministratio illa spiritus de qua loquitur Apostolus, quæ fit per Christum in totum corpus, cum in ipsum Christum vitale caput influere, deriuarique minime possit; huius quod totum vocat Apostolus corporis pars in ista acceptione sumpto corpore esse dicive Christus nulla ratione debebit. Tertio illud Apostoli obseruandum dicentis. *Hoc totum corpus augmentum corporis facere in ædificationem sui.* Ergo ad illud totum corpus, quatenus ædificandum construendumque passiue Christus Dominus pertinere non potest. Quæ enim ædificatio ipsius Christi, quantum ad ipsius personam spectat, quæ est infinitæ virtutis, per augmentum Ecclesiæ præstari fierique posset? Simili loquendi formula vsus est idem Apostolus, cum sic Colossenses, vt fraudulentas Angelicorum hæreticorum superstitiones, impietatesque fugiant, hortatur.[a] *Nemo vos seducat volens in humilitate, & religione Angelorum, quæ non vidit, ambulans frustra inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput, scilicet Christum Filium Dei humanæ salutis vnicum restauratorem non Angelos, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum, & constructum, crescit in augmentum Dei.* Quibus verbis manifestè Colossenses instruit, vniuersale totumque visibile corpus Ecclesiæ suis capite, & membris constans, à solo capite vitali, inuisibili, & principali Christo Filio Dei, non ab Angelis gratiarum semina, & subsidia sumere: quibus per virtutum gradus ascensiones faciat in corde suo, in valle lachrymarum, ad vitam æternam: deque ipso corporis totius visibili capite sic clarissime alibi loquitur:[c] *Non potest caput pedibus dicere, non estis mihi necessarij.* Quis autem, sine scelere inexpiabili, auderet asserere Christum Dominum caput principale, vitaleque suæ membris Ecclesiæ hoc non posse dicere. Cum quia[d] *Deus noster est, bonorum nostrorum non egeat.* Sit ergo Ecclesiæ aliud sub illo principali caput visibile necesse est: quod vt homo eadem, qua vt cæteri sorte natus, infirmitatis humanæ legibus addictus, se facile carere posse aliorum ministerio membrorum Ecclesię Dei in circo militię spiritalis per petuo castrametari coactus minime gloriari valeat. Quapropter magnus ille Basilius, hæc sancti Pauli verba ad temporale, visibileque caput Ecclesiæ vniuersalis accommodans: ad transmarinos, idest occidẽtales, quorum Romanus Pontifex princeps erat,[e] scribendo dicebat. *Si vos ipsos caput vniuersalis Ecclesiæ reputatis, non potest pedibus dicere caput: non est mihi opus vobis.*

Non solum Christus dicitur caput, sed & totum corpus sua Ecclesia.

b 1. Cor. 12 v. 12.

c August. in Psal. 30.

d Chrysost. hom. 30. In 1. ad Corinth.

Manifesta probatio esse Ecclesiæ præter Christum vnum caput visibile supremumque principem.

a Ephes. 4. v. 16.

Hic aliud caput Ecclesiæ Apostolus à capite vitali principalique Christo secernit.

a Colos. c. 2 v. 18 & 19.

b Psal. 83.

c 1. Cor. 12.

d Psal. 15 v. 1.

e Basilius epist. 77.

Nec vero ipsa mater Ecclesia in terra peregrinando absque vlla armorum spiritualium suspensione dimicans, solum regnum Dei ouile Christi à Spiritu sancto, per os Prophetarum, & Apostolorum, eiusque rector œcumenicus Rex, & pastor, sed etiam quò faciliùs illius principatus monarchicus insinuetur esse domus Dei viui nominata est.[f] Sic enim sanctus Paulus ad discipulum Timotheum scribens loquitur. *Hæc tibi scribo sperans me ad te venire citò; si autem tardauero vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis.* Et secunda ad Timotheum[a] capite secundo; *In magna domo non solum esse ait vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam: si quis vero emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, scilicet in domo Dei, quæ est Ecclesia eius.* Domus vero quantumuis late patentes suæ œconomiæ terminos expandat, non à duobus, sed ab vno tantum patrefamilias regi moderarique solet, dicente sancto Hieronymo.[b] *In nam vnus gu-*

Ecclesia domus Dei viui appellatur.

f ad Timoth. c. 3.

a 2. ad Timot. 2.

b Hieron to. 3. epist. 4.

Vna possim in scripturis Ecclesia dicta, ab vnitate totius, & fidei.

bernator: in domo vnus Dominus. Propterea hanc diuinam, sanctam, perfectamque suis absolutam, completamque numeris, Ecclesiæ Dei monarchicæ dominationis splendore coruscantem vnam passim scripturæ sacræ prædicant, & prædicando magnis decoratam titulis honoris, & honestatis venerantur [c]: *Vna est columba mea; vna est perfecta mea; vna est matris suæ, electa genitrici suæ.* Hanc terram vnius labij vniformem, ob rectoris, & cultoris vnitatem, & fidei vnius confessionem, ab omnibus professam catholicis diuina proclamant eloquia; sicut figura præcesserat [d] in terra, quæ ante confusionem Babylonicam, *Vnius labij terra nominabatur.* Multitudo virorum, & mulierum in illius gremio christianè degentium vnius consensus voluntatis, ritus, moris, fidei, sanctitatis, regiminis Christiana inter se coniuratione amice cōspirans apparebat. [e] *Multitudinis credentium erat cor, & anima vna:* [f] *Deus est qui habitare facit vnanimes, & vnius moris in domo.* [g] *Vnum corpus, vnus spiritus,* [h] *sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vna ciuitas Dei, & solus iustitia Christi.* Ciuitas solis vocabitur vna, vnum ouile, vnum regnum. [k] Super solium, *Dauid, & regnumeius, sedebit & regni eius non erit finis.* Atque vt ad probationes è sanctorum Patrū fontibus haustas expressasque veniamus, *Deus vnus est, & Christus vnus & vna Ecclesia,* inquit S. Cyprianus, *& cathedra vna super petram Domini voce fundata.* Rursus quorundam schismaticorum abominationem referens, sub hac forma, ita priora confirmat. *Nec ignoramus vnum Deum esse, & vnum Christum Dominum, & vnum Spiritum sanctum, & vnum Episcopum in cathedra Ecclesia esse debere.* Quem Episcopum vnum ille paulo ante professus sanctum Cornelium Romanum Pontificem sincera fide designauerat, appellans eum Episcopum sanctissimæ Catholicæ Ecclesiæ. Sed copiosius totum hoc fidei Christianæ firmamentum libro de vnitate Ecclesiæ comprobar. Cum enim hæc per interrogationem præmisisset, *Qui cathedram Petri super quam fundatur Ecclesia deserit, in Ecclesia se esse confidit?* Ista ad vnitatem ecclesiasticæ cathedræ confirmandam postea subinfert. [b] *Quando Apostolus hoc doceat, & sacramentum vnitatis ostendat dicens: vnum corpus, & vnus spiritus; vna spes vocationis vestræ, vnus Dominus, & vna fides.* Statimque continenti orationis fluxu probat: [c] *Ecclesiæ corpus esse vnum in Episcopatu vno, cuius à singulis in solidum pars tenetur, & vnitatem seruari in origine, quia vnum est caput, & origo vna.* Quod caput originem in persona sancti Petri, eiusque sede paulo ante clarissime his verbis monstrauerat. *Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia, & cathedra vna monstretur.* Propter quam vnitatem capitis, & sedis multi patres antiquiores Ecclesiæ monarchiam veritate corroboratam exprimere cupientes, illam Romanum imperium nominare, non abs re esse, nec sine ratione iudicauerunt. Vt Tertullianus, [e] quod *imperium,* scilicet Ecclesiæ Christi monarchia, inquit, *tandem stabit, quousque seculum stabit.* Cui talibus assentitur S. Hieronymus: [f] *Postquam ad imperium Christi singulare, imperium Romæ sortita est Apostolorum itineri peruius factus est orbis, & apertæ sunt eis portæ vrbium, & ad prædicationem vnius Dei singulare imperium constitutum est.* Quodnam porro Christi singulare fuit aliud imperium Romæ constitu-

c Cant. 6. v. 8.
d Genes. c. 11.
e Act. 4.
f Psal. 63.
g Ephes. 4.
h Esaiæ 19.
i Ioan. 10.
k Luc 1.
Sanctorum Patrum doctrina idem probatur quod huc vsque sanctis scripturis probatum est.
l S. Cyprian. l. 1. epist. 3.
m S. Cyp. l. 3. epist. 11.
a S. Cyp. l. de vnit. Eccles.
b Ibid.
c Ibid.
Ecclesia Dei propter sui vnitatem capitis in Romano Pont. imperium dicta.
d Tertul. ad Scapulam.
e S. Hier. in Mich. l. 1. c. 4. t. 5. col. 352.

A tum, quam Romani pontificis monarchia dici aut excogitari potest? Quæ, vt loquitur Prosper Aquitanicus, [f] *Amplior per Apostolici sacerdotij principatum facta est arce religionis, quam solio potestatis, aut res militaris disciplina.* Inde grauis illa, illustrisque S. Clemens [g] Romani præsulis testificatio doctrinaque manauit: qua sicut à magistro Apostolorum principe didicerat, erudiuit fidelium plurimos; Christum nempe Dominum tanquam lapidem sine manibus excisum, prout Daniel [h] oraculo præmonstrauerat, dominatum multorum regum, principumque suis orbem terræ subiugantium legibus obtriuisse, ruinaque salutari deuastasse, vt Romanam sibi monarchiam vsque ad consummationem mundi duraturam sanctissime cōstrueret, ac architectaretur. Quod tunc temporis plane molitum est, cum vicarium
B suum Apostolorum principem Christus Dominus monarchiæ Romanæ præfecit: vt vnà cum eo, eiusque post eum successores in Apostolica sede iura cunctis dantes fidelibus, orbis totius imperio spirituali potirentur. Quod imperium [a] sanctus Ambrosius Apostolici Sacerdotij principatum appellauit: *Quamuis,* inquit, *gratia Christi non contenta sit eosdem limites habere quos Roma, multosque iam populos sceptro crucis Christi* illa subdiderit: quos *armis* suis ista non domuit, quæ tamen, (scilicet Roma,) per Apostolici Sacerdotij principatum amplior facta est arce *religionis,* quam *solio terrenæ potestatis.* Hanc monarchiæ Ecclesiasticæ potestatem Diuus Augustinus, vt contra omnes hæreticorum aliorumque sectæ, ac vitæ sceleratissimæ hominum furiosos impetus potentius astrueret, & magnificentius con-
C tra eorumdem diuinæ, humanæque maiestatis perduellium blasphemias exaltaret, illam fidei, & authoritatis diuinæ arcem, à qua semper hæretici omnes, alijque cognatæ impietatis perditi homines, quanta potuerunt fraude & rabie fideles, ac iustos crucis Dominicæ portatores auertere conati sunt, eum pia, religiosaque veneratione voluit appellare. Cum hæc contra Felicianum Arianum, doctrinæ, fideique suæ tela potentis eloquentiæ turbine contorta iaculatur. [b] *Coguntur hæc facere hæretici* (scilicet altercationibus sophisticis cauillatorijs, sub specie rationis fidem authoritati Ecclesiæ detrahere, & ab ea fideles fraudibus auertere) *quia tacere se abrectissimè sentiunt, si eorum authoritas cum authoritate catholica conferatur. Sed ille fidei imperator clementissimus, scilicet Christus Dominus, & per conuentus celeberrimos po-*
D *pulorum atque gentium, sedesque ipsas Apostolorum arce authoritatis muniuit Ecclesiam, & per pauciores piè doctos, & verè spirituales viros copiosissimis apparatibus etiam inuictissimæ rationis armauit. Verum illa rectissima disciplina est, in arcem fidei quam maxime recipi infirmos, & vt pro eis iam tutissime positis fortissima ratione pugnetur.* Et paulo post hæc subiungendo concludit: [c] *Itaque totum culmen authoritatis, & lumen rationis in vno illo salutari Christi nomine, & in vna eius Ecclesia reformando humano generi constitutum est.* Arx ergo & propugnaculum fidei ac veritatis, iudicio tanti doctoris est Ecclesiæ authoritas; non vtique humana, sed diuina: non Aristocratica, & Democratica, sed vere Monarchica: cui omnes parere tētentur qui salui esse desiderant. Cuius principem summum, patremque monarchicum, si quis, & qualis sit cum sancto Bernardo indagare voluerimus, [d] inueniemus

f Prosp. Aquit.
g S. Clem. l. 5. constitut. c. 19. & vlt. Vide Turrianū in hunc loc.
h Daniel. 2.
a Ambros. l. 2. de vocatione gentium c. 6. to. 4. col. 545.
Ecclesia arx fidei & authoritatis diuinæ.
b D. Aug. l. contra Felicianum c. 2.
c Idem S. Aug. epist. 56.
d S. Bernard. l. 5. ad Eugen. de consider. c. 8.

Pulchra descriptio maiestatis pontificiæ.

ueniemus esse *Sacerdotem magnum summum pontificem, principem Episcoporũ, hæredem Apostolorum, primatu Abelẽ; gubernatu Noe; Patriarchatu Abrahamũ, ordine Melchisedecẽ; dignitate Aaronẽ, authoritate Moysen; iudicatu Samuelem, potestate Petrum, vnctione Christum.* Cuius imperio omnes, vniuersi Christianæ religionis orbis, populi cum principibus suis, vt consequentis vitæ gloria perfruantur, obedientia Christiana, submissi clementer, obsecundant. [a] *Habent enim*, inquit sanctus Bernardus, *alij pastores suos greges, tibi crediti sunt vniuersi, vni vnus, nec modo ouium, sed & pastorum: tu vnus omnium pastor.* Quæres vndenam id probem? ex verbo Domini, *Pasce oues meas, quas? illius, vel illius ciuitatis, regionis, aut regni? Oues meas*, inquit, *cui nõ planum non designasse aliquas, sed designasse omnes.*

a S. Ber. ibid.

Romanus pontifex omnium Christianorum supremus, & vnicus pastor vniuersalis, alij pastores sunt particulares.

Cum igitur tot testibus, ac testimonijs ad id quod quærebamus accommodatis, tantæ authoritatis B vtpote diuinorum eloquiorum, sanctorum Patrum, consensus vniformis vniuersalis Ecclesiæ, præter rationes diuinis oraculis, & communi sanctorum Patrum doctrinæ optime congruentes, hactenus vnitatem capitis, & supremi principis, sicut fidei, in Ecclesia Dei tam clarè, perspicuéque demonstrauerimus: an est aliquis compos fidei, & mentis, qui alienum à tam sana, pia, sinceraque doctrina hęreticum non esse, diroque anathemati subiugatum non sine confusione, & horrore pertinacię mordicus asseuerare pręsumat? Ioannem Hus in concilio [b] Constantiensi reum læsę Diuinæ maiestatis, & hęreticæ impietatis contagione fœdatum sancti Patres iudicatum conuictúque condemnarunt, quod tetrum, pestilentéque huius impię professionis fœtorẽ exhalare nõ horruisset. *Nõ est scintilla*, blasphemabat impius, *apparentiæ, quod oporteat in spiritualibus esse vnum caput regens Ecclesiam, quod semper cum ipsa Ecclesia militante conuersetur & conseruetur.* Quam impietatem Caluinus noua calumnia & mendacio corroborare conatus est, dicendo: [c] *Insignem tamen iniuriam Christo faciunt, cum illo prætextu volunt hominem vnum præesse Ecclesiæ vniuersæ, quia hac capite carere non potest: Christus enim caput est: ex quo totum corpus, &c.* Absit hoc longè à Catholicorum cordibus, vt Christum Dominum ignominia, ac dedecore afficiant, eius Vicariũ, in Ecclesia capitis honore venerantes, quin potius maiori illum gloria, ac cultu sublimiori prosequuntur, & adorant, suo Vicario propter se reuerentiam, illustrésque honoris titulos exhibentes, cum quæ venerationis insignia proregi, aut vicario alicuius summi principis subditi largiuntur, illa propter principem, in maiorémque eius honorem, & gloriam redundantia se impertiri profiteantur. Dei appellatione sublimius sub cœlo, & supra, nomen excogitari nullomodo potest: & tamen citra Dei iniuriam regius Propheta creaturis attribuit, [d] *Ego dixi dij estis.* Quid altius nomine Iesu, [e] à quo non est aliud sub cœlo, in quo nos saluari oporteat, & tamen Patriarcham Ioseph, [f] ducem Iosue, & alios tanti nominis titulo sacra Scriptura dignari non dubitauit; [g] neque sine blasphemia quis auderet asserere sanctum Paulum Christo Domino iniuriæ maculam inussisse, labemque eius maiestati dedecoris aspersisse, quod Ecclesiæ fundamenta Apostolos, & Prophetas appellauerit; dixeritque [h] Ephesijs à se Christo genitis, *Fratres iam non estis hospites, & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, superædificati super*

b Cõcil. Cõst. sess. 15.

Ecclesia principatum asserere non esse monarchicum hæreticum est.

Ioannes Hus hæreseos conuictus, & condemnatus, quod in monarchicum Ecclesiæ principatum blasphemias euomuisset.

c Caluin. l. 4. c. 6. §. 9.

Papam Ecclesiæ caput appellare non derogat dignitati Christi principalis, & æterni capitis vt similibus probatur exemplis.

d Psal. 81.
e S. Paul. in Act.
f Genes. c. 41.
g Iosue c. 1.
h Eph. 2.

A *fundamentum Apostolorum, & Prophetarum*; [i] licet alibi testatus fuerit fundamentum aliud neminem ponere, præter id quod positum est, quod est Christus: Quid enim? Nonne [k] *Christum Dominum pastorem, & Episcopum animarum nostrarum*, [l] *Apostolum confessionis nostræ*, [m] *virum Prophetam*, [n] *& doctorem iustitiæ, clarissima scripturarum testimonia commemorant?* Nihilominus Christus Dominus, [o] præter se, Apostolos, Prophetas, pastores doctoresque Ecclesiæ suæ dare non destitit. *In consummationem omnium sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis sui, donec occurramus omnes in vnitate fidei, & agnitionis ipsius filij Dei, in virũ perfectum in mensura ætatis plenitudinis eius.* Omnes siquidem illi Diuinorum oraculorum scriptores, sancti Dei homines à Spiritu sancto locuti, diuinitus eruditi ea quæ soli Deo, Christo- B que Domino essentiali, principalique virtute cõpetunt, non incongrue volente Deo sanctis creaturis participata ratione conuenire crediderunt. Hoc ipse Christus [p] Dominus nos docuit: qui cum se Ioannis 8. lucem mundi nominauisset, non destitit tamen sine suæ dignitatis iactura suis hoc Apostolis dicere: [q] *Vos estis lux mundi.* Tritum est enim illud dialecticorum. [r] *Propter vnum quodque tale est illud magis.* Si cum de capite militantis Ecclesiæ quæstio vertitur, nemo Catholicorum ignorare debet, magnum interesse discrimen inter Ecclesiæ caput, principale, æternum, vitale, independens, & iam inuisibile nobis quia gloriosum, quod est solus Christus Dominus, nunc sedens in dextera Dei patris, & inter caput visibile ministeriale ratione Christi, sed essentiale, tamen Ecclesiæ, temporale, atque omnino dependens à principali. Duo enim præcipue theologi capitis C Ecclesiæ constituunt officia; vnum vt sit vitalis influxus principium, toti corpori; alterum vt suo imperio externas corporis functiones dirigat, & in finem suæ construendæ salutis idonea dispositione, ordineque deducat. Prius officium soli Christo Domino competere, alterum eius vicario potestate ab eo tradita capiti visibili conuenire confitemur. Hanc distinctionem Caluinus impius à Catholicis adferri, vt obstruatur os loquentium iniqua, dissimulare non potuit. Ideoque ad solita mendacia, iniuriasque suæ impietatis refugia recurrere cogitur. [s] *Nec me latet quid cauillatores soleant*, inquit, *cum illis obijcitur Christum scilicet propriè vocari vnum caput, quia sua authoritate, suoque nomine solus regnet: sed istud nihil obstare quominus sub ipso alterum caput ministeriale, vt loquuntur, quod eius vices in terris gerat.* Tum quasi respondens calumniari sic pergit. *Ve-* D *rum hoc cauillo nihil proficiunt, nisi prius ostenderint hoc ministerium à Christo ordinatum.* Et paulò pòst. *Cum Scriptura testetur Christum esse caput, & hunc ei soli honorem vindicet, non debet in alium transferri, nisi quem Christus ipse vicarium suum fecerit. Atqui non modo id nusquam legitur, sed refelli abunde ex multis locis potest.* O nequam cauillatorem! O voluntarie cæcum! O malitiose, ac infœliciter imperitum! Qui in tam apertis diuinarum Scripturarum testimonijs à Spiritu sancto, per os sanctorum antiquorum Patrum diuinitus expositis, impia pertinacia cæcutire voluit. [t] Quod & superius iam satis clare, abundeque probauimus, & copiosiùs multo abundantiusque sequentibus libris sumus per Dei gratiam perspicuitate clarissima demonstraturi. Atque vt eo re-

i 1. Cor. 3.
1. Cor. c. 3.
k 1 S. Petr. 2.
l Hebr. 3.
m S. Luc. vlt.
n Ioel. 2.
o 4. Eph. 11. 12, 13.

Essentialia Dei participatione, & analogicè creaturæ possunt attribui.

p Ioan. 8.
q Math. 5. v.
r Arist. 1. de demonst. c. 2.

Duo principalia capitis officia.

Obiectio calumniosa Caluini.

s Caluin. l. 4. instit. c. 6. § 9.

Calumnia Caluini superius explosa & inferius multo magis.

K

A deamus vnde deflextimus, propter hoc magnum, inter vtrumque caput discrimen quamuis dicatur Ecclesia corpus Christi, numquam tamen illam corpus Petri, aut Papæ Catholicè loquendo proferemus. Quia cum Christus solus sit caput Ecclesiæ principale, vitale, & perpetuum sine fine in illam suarum gratiarum influxus, à quibus sic moueatur, & viuat, effundens, vt sine illo in nihilum tanquam aqua decurrens omnino dilaberetur: profecto cum quidquid est Christi sit, nihilque quo subsistat nisi à Christo possideat, dicereque cum Apostolo teneatur. [a] *Gratia Christi sum id quod sum*, iure meritissimo solius Christi, qui viuit in æternum corpus dici, appellarique debet. At de sancto Petro Romano Pontifice non sic: qui caput licet sit Ecclesiæ, non tamen in æternum, sed ad B tempus illi præest Ecclesiæ; eamque loco Christi principalis, vitalisque capitis, iurisdictione vicibus temporalibus alternanda gubernat. Quis enim regnum aliquod proregis esse dicet, non regis? Aut amplam quandam familiam œconomi, noo legitimi domini, domum iure nominare poterit? Addam insuper cum doctissimo nostri temporis theologo: [b] Cum dicimus Ecclesiam esse corpus Christi posse commode referri non tam ad Christum vt caput, quam ad eundem Christum, vt hypostasim huius corporis: quemadmodum cum dicimus. Illic iacet corpus Petri, illic Paoli: non significamus Petri, & Pauli esse corpora, sed personas, quarum illa sunt corpora. Christus enim non modo caput est Ecclesiæ, sed est ipse quasi magnum quoddam corpus, ex multis, & C varijs membris constans: & in hac acceptione, recte corpus Christi solius, non Petri, non Papæ Ecclesiam appellamus. Quia Christus Dominus veluti corporis huius hypostasis omnibus illius vitalem gratiarum suarum spiritum membris infundit: quo viuunt, vegetantur, & florent, per quem ipse Dominus omnia in omnibus operatur: per oculum videt, per aurem audit, per os loquitur, per præcones verbi sui concionatur, per doctores Ecclesiæ suæ docet, per ministros baptizat, aliaque sacramenta confert. Omnia denique ad salutem gregis sui necessaria per alios sui spiritualis ouilis operarios exercet, quod aot sancto Petro, aut cuicumque eius successori concedere nefas esset. Sed habeat modum oratio, & ne præscriptos capitis limites transiliamus, illud claudamus, & orationis nostræ seriem ad alia conuertamus.

[a] 1. Cor. c. 15.

[b] Bellarm. l. 1. de Rom. pont. c. 9.

Alia optima ratio propter quam Ecclesia dicitur corpus Christi.

CAPUT IV.

Ecclesiæ principatum monarchicum, tam quoad statum, quam quoad regimen, esse probatur.

TAM solide altisque radicibus suæ in terris Ecclesiæ fundamenta Christum Dominum in structuram dominationis monarchicæ perfectissimam iecisse credimus, credentesque ore, & corde profitemur, vt non modò esse ius, & potestatem dominationis eius in Ecclesia penes vnum principem, verumque etiam vsum, & actum ipsius, secundum promissa, & præscriptas Christi Domini leges reuera existere fide Catholica defendamus, siue eius statum, siue administrationem, regimenque Ecclesiæ spectare, considerareque velimus. In quo ridiculam, & ineptam quorundam distinctionem semper contempsi vereque risi, qui vt monarchicam Ecclesiæ maiestatem inuidiose, seu malitiose adulterarent, statum Ecclesiæ ab eius regimine tanto discrimine separarunt, vt eius statum Monarchicum quidem, regimen vero Aristocraticum solum audacter asserere non dubitarint. Assertio sane à Philosophorum, Iurisperitorum Theologorumque regulis valde discrepans, cum status, & regimen se habeant, vt potentia, & actus, ius & vsus, actus primus, vt Philosophi loquuntur, & actus secundus; quæ omnia sorte, conditioneque distingui inter se nullus sibi vnquam persuadere poterit, qui solum prima Philosophiæ limina extremis, vt aiunt, digitis attigerit: potestas enim ad actus efformationem nata non potest actum alterius naturæ, & speciei à se ipsa producere. Quid enim? Nonne monstru conforme illud esset, si pirus arbor ex semine in quo potestate fructus est non pyra, sed poma produceret? Aut si capax rationis homo in belluinum vsum, actumque ferinum regimine prauo, & irrationabili verteretur? Ita cum status Ecclesiæ quædam sit suprema potestas, quæ in administrationis actum vsumque necessariò, & per se reuocata, aliud quam regimen esse non potest. Quî vero in bona philosophia fieret, vt potestas in alterius aut generis, aut speciei à se actum vsumque verteretur? Quali modo, & ratione species illæ principatus Monarchia, & Aristocratia, à se discretæ contranituntur. Neque adhuc legere, aut inuenire potui legendo ex cuius fonte doctrinæ hanc distinctionem eius assertor exhauserit. Certum est enim cuique rei siue publicæ siue priuatæ, siue naturalis, siue ex arte constanti suum esse statum: qui nihil aliud censetur esse quam firmitas quædam, ac certa positio conditionis fixa, ac immobilis, in qua Deus, & natura, aut hominum institutio, & industria res subsistere, durare, atque si sint animatæ viuere voluerunt: sicut in republica constituimus varias priuatorum statuum species, vt liberorum, & seruorum, magistrorum, nobilium, plebeiorum, &c. Quorum vnusquisque regitur, & secundum sui conditionem status, in varijs exercetur muneribus cum

Inepta distinctio status & regiminis Ecclesiæ refellitur.

Potentia altissima actum producit sibi similem suaque sortis.

Monarchia, & Aristocratia specie distincta.

Cuiusque rei suus status.

Quid status in genere.

Multa species statuum.

Status omnis firmitatem, ac celsitudinem importat.

ſtabili, & continuata operatione. Sic in hierarchia, monarchiaque Eccleſiaſtica ſtatũ nihil eſſe aliud quam firmitatem, immobilitatemque quandam perpetuæ obligationis, ſed cum aliqua ſolemnitate, doctrinæ theologorum præſcripto defendimus. Status quippe ſignificatio immobilẽ quãdam in ſe rectitudinem includit. Cui perſona quæcumque in ſtatu reſidet, non ex aliqua cauſa leui, & facilè mutationi procliui, ſed permanente, & ſtabili cum aliqua ſolemnitate obligata conſtringitur. Atque huius Eccleſiaſticæ hierarchiæ ſtatus varij, diuerſarumque ſpecierum eſſe perhibentur, alius enim prælatorum, maiorum, & minorum Eccleſiæ miniſtrorum ſaluti animarum vacantium, alius monachorum in ſolitudine à tumultu populi remotorum, Deo fideliter vitæ ſanctitate & diuinæ mentis contemplatione ſeruientium, alius coniugatorum. Sicque vnuſquiſque in ſtatu quem nactus eſt debet perſeuerare, vt actiones, operationeſque, quibus regitur, & exercetur ad ſalutem in vinea Domini ſtatui ſuo conformes, neutiquam vero diſſimiles exerat. vt ſi prælatus quæ monachorum ſunt, & monachus quæ coniugatorum ſunt, & contra, ſi maritatus monachorum paſtorumque muneribus occupari vellet, nonne valde illud abſonum, monſtroſumque magis, quam ſi

Humano capiti ceruicem pictor equinam
Iungere ſi vellet, & varias inducere formas, &c.

Hor. de arte.

Statum monarchicum & regimē Ariſtocraticum eiuſdem politiæ coniungere propriè loquēdo cõmentũ eſt.

Ita ſicut eſt magna ſtatuum particularium diuerſitas, ſic & publicorum; alius ſtatus in genere ſacerdotalis, & Eccleſiaſticus, alius ſecularis, & laïcus; rurſus publicorum ſtatuum alius monarchicus, alius Ariſtocraticus, alius democraticus eſſe digno ſcuntur: inuicem ſic à ſe diſtincti, vt vnus alterius induere regimen non valeat, quin propria, eſſentialique forma protinus exuatur. Quãobrem ſtatum Eccleſiæ in officio à regimine diſgregare commentari eſt, non ratiocinari, & imaginationis læſæ ſpectro ludere non ſapere. Statum Eccleſiæ monarchicum admittere, regimen vero Ariſtocraticum fingere, chimericum eſt, atque phantaſticum, in nulla vnquã ſocietate politica viſum. Quis auderet Regem Galliæ eſſe quidem Monarcham regni huius, ſed regimen illius adminiſtrationemque penes eum non eſſe, nec vllam ad id inſtituendi, condendique leges eſſe poteſtatem, ſed ſummam ſupremamque quoad imperium, regimenque penes generalis regni comitia reſidere, atque ſubſiſtere authoritatem ſine impudenti mendacio aſſerere minime vereretur? At reſpondebit fortaſſe quod in laica politia fieri non poteſt; in Eccleſiaſtica recipi. Recte id quidem, egregiáque profecto modi indiſſolubilis & intricabilis valde difficultatis enodatio! Perfectiſſimæ, nobiliſſimæque dominationi Dei imperio ſimillimæ, quod non modo imperfectum eſt, ſed quod ſubſiſtere in aliqua temporali, laicaque ſocietate propriè non poteſt, attribuere, & illud opinionis, aut præſumptionis potius vanæ commentis affingere, quis ſenſus communis, nedum recta ratio non reclamaret? Verum fictitiæ huius imaginariæque opinionis, cum vera communique prudentum, eruditorumque calculo recepta doctrina pugnantis aſſertor; ne in propaganda, fouendaque noua, & ante hos dies, quibus innotuit, inaudita, teſte nominis alicuius carere videretur: Forte neoterici ſcriptoris docti quidem in humanioribus literis, peritiaque iuris ci-

Reſponſionis ad obiecta confutatio.

A uilis eruditi, ſed certe infœliciter theologi, authoritatem ſibi voluit aſciſcere, qua niteretur, quæque opinioni ſuæ velificari, atque patrocinari videretur. Authoritas illa talibus concepta libro 2. de republica reperitur. [a] *Illud enim admonendi ſumus reipublicæ ſtatum ab imperandi ratione diſtare plurimum: quod antea nemo quantum intelligere potuimus animaduertit. Nam reipublicæ ſtatus regalis eſſe poteſt, gubernatio tamen popularis futura eſt, ſi rex omnia imperia, ſacerdotia, curationes, pœnas, item ac præmia omnibus ex æquo diſtribuat. Si vero princeps imperia, honores, magiſtratus patritijs vel diuitibus, vel fortibus, vel ſtudioſis tantum impertiat, regia poteſtas erit, & quidem pura, & ſimplex, ſed Ariſtocratica ratione temperata, &c.* Hæc ille. Quæ ſi recto rationis B iuxta Philoſophorum, Theologorumque regulas examine penſitentur, planum fiet authorem propriè non loqui, ſed analogia quadam, & quod intendit animo, proportione ſimilitudinis exprimere. Certum eſt enim ibi propriè loquendo, ac omni verborum tranſlatione remota, non poſſe ſtatum, atque regimen Ariſtocraticum, aut democraticum, vigere, vbi ſolus, & vnicus princeps omnibus in republica ſummo dominatur imperio: ſub cuius authoritate reliqui magiſtratus, præfectique muneribus politicis negotia publica moderantur. Pari ratione licet, in Eccleſia Dei Primates, Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi, alijque prælati minores clero, ac populo, legitima iuriſdictione dominantes habeantur: tamen quia talis ipſorum iuriſdictio ſubalternata à ſupremæ poteſtatis, quam Chriſtus Dominus in vicario ſuo collocauit C ſublimiter Apoſtolicæ ſedi præfecto, fontibus exundat, non poteſt huius Eccleſiæ principatus non eſſe tam regiminis, quam ſtatus, ratione monarchicus. Quod variæ rationes, & ſimilitudines è ſacris depromptæ ſcripturis, ſanctorumque patrum claritate perſpicuę demonſtrationis illuſtrant. Quid enim ęterna ſapientia prętendebat, cum ſuam Eccleſiam *acies caſtrorum, exercituique bene ordinato*, [b] *mulieri formoſæ* [c], *regno*, [d] *ouili* [e], *familiæ*, [f], *naui*, [g] *ſeu arcæ* [h] Noe comparauit? hiſque omnibus ſimilem eſſe declarauit? Niſi vt Eccleſiam ſuam non plus capite viſibili ſupremoque principe, à quo regeretur carere poſſe, quã exercitum duce, ſpecioſam mulierem capite, regnum, principe, ouile paſtore, familiam amplamque domum patrefamilias, nauim patrono demonſtraret? Quis enim vnum exercitum fœliciter duci, mouerique ad palmam victoriæ, ſine vnius D generoſi prudentiſque ducis, & imperatoris regimine crederet? Cum dicat Sanctus Hieronymus [i] *in quouis grandi exercitu vnius ſignum expectari?* An non illud eſt regiminis habenas in exercitu moderari, cũ exercitus ab imperatore ſuo ſignum certaminis expectat? Sponſę vero, atque mulieris formoſæ, qua reprę́ſentatur Eccleſia ſuo capite diminutę, quò pulchritudinis huius ſplendor abibit? De quo ſponſus filius Dei, ad ſponſam ſcilicet Eccleſiam; [k] *caput tuum ſicut Carmelus*: Et ſponſa de ſponſo alibi: [l] *caput eius aurum optimum.* Quibus verbis aliud caput inuiſibile, vitale, principale, ſcilicet Chriſtum Dominum, auro optimo comparatum, & aliud viſibile Carmelo monti aſſimilatum, clariſſime ſignificatur. In quo porro gubernatio regni; niſi in vnius regis, ac principis poteſtate, & directione

a Bodinus l. 2. c. 2. de rep.

Nõ ſolum ſtatum, ſed & regimen Eccleſiæ monarchicum eſſe probatur ex varijs comparationibus ex ſacra Scriptura petitis SS Patrum doctrina illuſtratis.

b Cant 6.
c Cant. 7.
d Daniel. 2.
e Ioan 18.
f Ioan. 19.
g 1 Timoth 3.
h 1.Petr.c.3.

i Hier. epiſt. ad Roſticum monachum.

Comparatio 1. cum exercitu.

k Cant. 7.

l Cant. 5.

2 cum muliere formoſa.

Caput Eccleſiæ duplex, ex ſcrip. probatur.

3 cum regno.

salubriter inclinata recumbit? Cum autem Ecclesia ouili comparetur à Domino; mysticumque dicatur ouile, qui suo incorrupta manens, & inuia lupis vnico pastore priuabitur? Ouilis autem regimē cui potest nisi soli pastori competere? De quo Christus Dominus de sua Ecclesia & eius visibili, pastore suo vicario loqui se significabat his verbis.[a] *Fiet vnum ouile, & vnus pastor*, iuxta sancti Cypriani [b] expositionem, cuius supra meminimus; nec plures, sed vnicum huius mystici ouilis supremum voluit pastorem constituere, qui summa authoritate omnium ouilis illius agnorum, ouiumque saluti prospiceret. Quam fidei doctrinam non minus piè, ac verè, quam doctè, & eleganter sanctus Cyprianus de Nouatiano loquens (qui scelerata ambitione, & sacrilega Romanus Pontifex, tametsi irrito conatu, fieri furentet exarsit) cum iam in solio Apostolico legitimè pastor œcumenicus sanctus Cornelius sederet; his verbis expressam toti Christianorum orbi manifestauit.[c] *Et idcirco Dominus insinuans nobis vnitatem de Diuina authoritate venientem, ponit, & dicit. Ego, & Pater vnum sumus; ad quam vnitatem redigens Ecclesiam suam, denuò dicit. Et erunt vnus grex, & vnus pastor. Si autem grex vnus, quomodo potest gregi annumerari, qui in numero gregis non est? Aut pastor haberi quomodo potest, qui manente vero pastore, & in Ecclesia Dei ordinatione succedanea, præsidente nemini succedens, & à seipso incipiens, alienus fit & prophanus?*

q. Cum ouili.
a Ioan. 10.
b S. Cypr.
c Cypr. l. 1. ep. 6. ad Magnū.

De familiæ, domusque alicuius siue paruæ siue magnæ regimine, cui dubium esse potest, totum hoc in patris familias potestate, vel ex dispensatione patris, ac domini in œconomi omnibus familiæ seruis præfecti solicitudine, atque cura situm esse? Iuxta illud Christi Domini.[d] *Quis putas est fidelis dispensator, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam?* Quæ verba sancto Petro, ac de ipso tanquam futuro totius Ecclesiæ pastore visibili dicta sancti Patres Chrysostomus, Ambrosiusque testantur.[e] *Domus Dei est Ecclesia cuius hodie rector est Damasus*, in, inquit,[f] ille alter è duobus doctor sanctissimus: postremo nauim sine patrono mari committere, quid est aliud quam fluctibus deuorandam, illisamque in scopulos & syrtes Neptuno, id est naufragio consecrare? Ideóque in naui, vt salua fiat, impendentibus non cedens tempestatibus, vnus gubernator esse debet, inquit sanctus Hieronymus,[g] *similis illi qui clauum*[h] *affixus, & hærens, nusquam amittebat, oculosque sub astra tenebat.* Quamobrem qui regimen Ecclesiæ monarchicum pastori œcumenico contra ius omne scelerato conatu subtrahere molitur, auferat si possit ab exercitu bene ordinato imperatorem, à formosa muliere caput, à regno regium principem, ab ouili pastorem, à familia patrem, ac dominum, à naui denique patronum, eodem mentis obstinatæ turbine necesse est. Quæ ablatio remotioque imperatoris, capitis, regis, pastoris, patrisfamilias, atque patroni stante earum rerum salute, quibus illi omnes præficiuntur, cum euenire non possit: tandem illi qui contra disputant, hoc Ecclesiæ sanctæ regimen vicario Christi monarchicum fraude deprædatoria denegare, scelus esse citra pœnitentiam secundum Deum inexpiabile fateantur. Quibus omnibus etiam contra clarissimam veritatis lucem reniti conantibus illud sancti Leonis elogium potenter os obstruet.[i] *Hæc connexio totius quidem corporis, scilicet Ecclesiæ, vnitatem requirit; sed præcipue exigit concordiam sacerdotum, quibus tametsi sacerdotij sit dignitas communis, non est tamen ordo æqualis. Quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis: & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt præemineret: de qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & necessaria dispensatione prouisum, ne omnes sibi omnia vendicarent: sed essent in singulis prouincijs singuli, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursus quidam in maioribus constituti solicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret.* Hæc ille magnus orator, & doctor. His, & similibus rationum, ac sacrorum testimoniorum ponderibus instructi, permotique regimen Ecclesiæ monarchicum sua testatione doctores Parisienses corroborare, & firmiter asseuerare non dubitarunt, etiam illi ipsi, quorum authoritate, siue imperitè, siue malitiosè inimici Apostolicæ sedis homines abutuntur. Alliacensis in primis, deinde Almainus contra suæ doctrinæ illusores in odium Apostolici Pontificijque culminis in castra, lucemque prodeant. Illius verba sunt.[k] *Dico quod ista quæ loquuntur de plenitudine potestatis intelliguntur de plenitudine iurisdictionis, & non de plenitudine ordinis, & quod hæc plenitudo iurisdictionis residet in Romano Pontifice Petro succedente.* Hanc vero iurisdictionis plenitudinem quid aliud quàm regimen esse credemus? Ergo monarchicum illud, cum in vnius principis in Ecclesia vicibus Christi Domini fungentis auctoritate subsistat, quid asserere prohibebit? Almainum ita loquentem audiamus. *Christus*,[l] inquit, *fuit sapientissimus, quia plenus sapientia, & quod instituerit optimam politiam. Sed optima politia*, inquit, *regi debet regimine regali vt docet Aristoteles.*[m] Addit hæc sub fine capitis, quæ certe vera sunt. *Ideo resolutoriè*, inquit, *dicendum est, quod quantum ad iurisdictionem, quæ respicit forum exterius, non est in omnibus sacerdotibus æqualis, sed est vna suprema in ipso pontifice etiam ex institutione Christi, & non solùm humana.*

r Cum domo familias. Familia vnū patrem familias, ac œconomum habet.
d Luc. c. 12.
e S. Chr. l. 2. de sacerd. circa princip.
f Amb. in c. 3. epist. 1. ad ep. 1. ad Tim.
s. Cum naui.
g Hieron. ep. ad Rusticum monachum.
h Virg. 5. Æneid.
i S. Leon. ep. ad Anast. Omnis Ecclesiæ cura in S. Petri & successorum authoritate inclinata recumbit.
k Alliacensis 3. Part. c. 1. regimen Ecclesiæ monarchicū tuetur.
l Almainus de potest. Eccl. c. 4.
m Arist. in polit.

CAPVT V.

Typus regiminis Ecclesiæ in sanctis patribus veteris testamenti, à quorum obedientia recedentes idololatrę aut hæretici, aut schismatici facti sunt.



HVIVS monarchici regiminis typus in antiquis sanctisque veteris testamenti patribus, figuram pastoris legis gratiæ œcumenici referentibus apparuit, vt quicumque huius regiminis, in mano patriarchæ, aut magni Sacerdotis tunc temporis Ecclesiæ præfecti, potestatéque collocati iogo se submiserunt obsequentes in Ecclesiæ Dei gremio veræ fidei documenta sectantes cum salute sua perdurarunt. Qui vero rebelles huius potestatis, ac regiminis Ecclesiæ monarchici iugum, recedentes ab authoritate pastoris, aut patriarchæ eo tempore in Ecclesia Dei regnantis excutere voloerunt, isti impietate, vetustate corroborata coinquinati, idololatræ, aut hæretici, schismaticive execrabili à Deo auersione immaniter euaserunt. Creatus Adam solus, à Deo principium non minus Ecclesiæ Dei, quam generis humani fuit; vt intelligeremus non modo generis humani naturam, sed etiam fidem, religionémque Dei veri ab vno principe promanasse.

Adam principium Ecclesiæ sicut generis humani.

Qui dono Dei, perfecta non humanarum tantum rerum, verum & diuinarum, æternarumqoe doctrina, & sapientia cumulatus à principio vitæ suæ, cæpit experrectus à somno, visa de costa sua moliere nata, mirabili Spiritus sancti tono correptus de Christo saluatore & eius Ecclesia, déque matrimonij vtriusqoe & fidelium ex hoc matrimonio sacro procreandorum diuina lege prophetare. Qui cōiuge ac liberis editis in locem, princeps iam generis humani, pater familias, atque summus Ecclesiæ Dei iam in parua congregatione subsistentis, sacerdos, & pontifex à deo declaratus est. De cuius sacerdotio ita Moyses Barcepha loquitur. [c] *Auxit Adamum Deus sacerdotij munere. Nam fuisse sacerdotem ex Dauidis Psalmistæ verbis cognoscitur, quod veluti loquentem Adamum cum Deo inducens ait; finxisti me, & posuisti me super manum tuam: Sacerdotium enim manuum impositione confertur.* [d] Itaque Adamus, quoad vixit, hoc est annis 930. monarcha Ecclesiæ fuit: qui mulieri liberis, & natis natorum, & qui nascebantur ab illis solus sopremo dominabatur imperio: tanta post pœnitentiam cum pietate, & iustitia, vt qui de filijs, ac nepotibus eius docili obsequio eius iussa capessere voloerunt, electi fideles, dexteræ filij, de grege Dei ad æternam prædestinati gloriam fœliciter in sanctæ gremio Ecclesiæ permanserint. Qui vero tanti patris, principis, atque pastoris imperium impiè, arroganterque detrectarunt; infideles, idolis seruientes, filij iræ, vasa contumeliæ, serpentis inferni fœda mancipia, extorres à domo Dei, extra fines Ecclesiæ misere vagantes, reprobi vitam in tenebris infidelitatis, & cuiusque generis improbitatis diuina contriti maledictione trahentes, destinati ad æternos ignes infœliciter expirarunt.

a Genes. 2.
b Ephes. 5.
Adā princeps, pater & sacerdos summus & vnicus.
c Moyses Barcepha parte 1. ca. 12. de paradiso.
d Psal. 139.
Adamo obedientes, fideles ac prædestinati: rebelles, infideles ac reprobi facti.
A Caim prima defectio.

A

Huius à tanto principe Dei vicibus in vita sua fungente defectionis; sacrilegus nefariusque fratricida Caim fenestram primus aperuit, & in apertum rebellionis campum rabie furoreque dæmonis armatus horribiliterque fraterno sanguine fœdatus, contra Deum, patremque prosiliens effrænatius irrupit. [a] Qui egressus à facie Domini habitans profugus in terra verbo, & exemplo sceleratæ vitæ suos, & posteros inficiens, *caput diaboli ciuitatem*, vt loquitur sanctus Augustinus, *à fundamentis extruere*, Dei ciuitati crudeliter oppositam, quæ est Ecclesia tunc temporis innocente Abele, à furiosissimo fratre trucidato admodum angusta, ad duos solummodo redacta Adamum, & vxorem eius. Cui vt caput, [f] ac princeps dominabatur. Donec ipse princeps, ac sacerdos primus Ecclesiæ Dei, *Adam* [g] *cognouit vxorem suam, & posuit ei Deus semen aliud pro Abele, vocauitque nomen eius Seth*: Sed hęc Ecclesia Dei à paruis exorta principijs sensim crescens diuina prouidentia propagabatur. *Namque Seth*, [h] inquit Scriptura, *natus est filius, quem vocauit Enos, qui cœpit inuocare nomen Domini.* Non quod istud ante eum primus parens, & princeps Adam non fecerit, *quem*, vt ait [i] Propheta, *sapientia diuina eduxerat à delicto suo:* Sed de eius religione, sanctóque cultu, quo Deum summe veneratus est, Scriptura non meminit. Quia vt sanctus [k] obseruat Augustinus, *Cum esset Adam vtriusque generis pater id est, & cuius series ad terrenam, & cuius series ad cælestem pertinet ciuitatem: occiso Abel, atque in eius interfectione commendato mirabili sacramento, facti sunt duo patres singulorum generum, Caim, & Seth, in quorum filijs quos commemorari oportebat, duarum ciuitatum istarum in genere mortalium euidentius indicia clarere cœperunt.* Ipse Adam per naturam fuit commune principium tam ad filios Caim, quam ad posteros Seth. Cultus vero Dei cùm suo proprio, & peculiari principio carere non debuerit; primum per se constitit in Abele, deinde illo sine liberis occiso, in Seth, ac filiis eios. Aliam huius rei causam sancti patres afferunt: quia hæc verba, scilicet, *qui cœpit inuocare nomen Domini*, non ad Seth, sed ad Enos referuntur: scilicet quod ipse Enos sequens paternam pietatem generis humani propagatione crescente, ipse quoque amplificatiom diuini cultus, & honoris maiori cum deuotionis ardore vacaret. Qui omnes hæreditaria serie patribus in primatu Ecclesiæ monarchico vsque ad Noe successerunt: in quo terminata prima Ecclesiæ monarchia cōstitit; recedētibus à sancta eorum sorte, & imperio, per rebellionem, contumaciamqoe sacrilegam sceleratis Adami nepotibus, & ad impiam, adulterinamque idololatriæ, omniumque flagitiorum sordibus, colluuiéqoe pollutam Caim parricidæ congregationem furenter aduolantibus. Fuerunt autem huius primæ monarchiæ octo principes, qui propter sanctitatem, & rectitudinem regiminis, quo vitam, moresque suorum moderabantur, præcones iostitiæ specioso nomine vocabantur. quod colligitur ex 2. sancti Petri Epistola capite 2. dicentis. [l] *Originali mundo non pepercit. Sed octauum*

a Genes. 4.
Occiso Abele Ecclesia redacta ad duos Adam, & Euā.
f 1. Cor. 11.
Continuatio principum, & sacerdotum Ecclesia ab Adam.
g Genes. 4.
h Genes. 4.
i Sapiēt. c. 10.
Quare dicitur cæpisse inuocare nomen Domini.
k Aug. l. 15. de Ciuit. Dei. c. 17.
Octo primi monarchæ cur præcones iustitiæ dicti.
l 2. Pet. 2. v. 5. 2. Adam.

Noe iustitiæ præconem Dei custodiuit. Primus ergo iustitiæ præco fuit ipse primos pater, & princeps Ecclesiæ Adam.

2. *Seth.*

Secundus Seth, qui in monarchia Ecclesiæ, & regno succedens annis 120. superuixit. De cuius pietate hæc Iosephus.[a]

a Iosep. l. 1. ant. c. 2.

Seth vbi eo ætatis venit, vt iam quod rectum est discernere valeret, virtutis studio se totum dedit; & cum vir optimus euasisset, etiam nepotes sui similes post se reliquit. Qui quoniam erant omnes bona indole, omnes scilicet maxima ex parte, quia molti ex eius sanguine à pietate defecerũt, vt patebit infra, *præditi, & patriam absque seditione incolebant, in perpetua fœlicitate vitam exegerunt.*

3. *Enos.*

Tertius iustitiæ præco simul & monarcha in principatu Ecclesiæ veteris patri Seth B superuiuens fuit Enos, qui cæpit inuocare nomen Domini, ea ratione, & forma, qua suprà diximus. A quo progeniti deinceps filij deorum, vt à Caim filij hominum dicti sunt.[b]

b Genes. c. 6. & alibi.

4. *Cainan.*

5. *Malaleel.*

c Genes. 5.

Huic successit quartus iustitiæ præco filius primogenitus Cainan, qui patre defuncto ciuitatis Dei & Ecclesiæ solus tenuit imperium.[c] Qui moriens filium Malaleel quintum iustitiæ præconem imperij, principatusque Ecclesiæ hæredem reliquit: quo quadraginta quinque annis à patris interitu potitus est, totumque huius vitæ curriculum annis octingentis nonaginta quinque terminatum est.

6. *Iared.*

Quem defunctum in imperio secutus sextus iustitiæ præco Iared; in cuius regimine centum quinquaginta duos annos contriuit; quibus consumptis

7. *Mathusalē.*

vita cessit habenas imperij in manus Mathu- C salem filij Henoch, & sui nepotes transferens septimi iustitiæ præconis, quas magna cum pietate, & iustitia ducentorum triginta quatuor annorum spatio rexit, administrauitque vsque ad annum diluuij, quo necessitao mortis occubint. Huius pater Henoch non est Ecclesiæ monarchia potitus, quia ante mortem patris Iared in paradisum translatus est,[d] vt Scriptura refert,[e] *Ambulauit cum Deo, & non apparuit*, sicut nec filius huius Mathusalem Lamech, pater Noë illud possedit imperium: quia patri motte præiuit; quinque siquidem annis Mathusalem pater filio superuixit: qui moriens nepoti Noë filio Lamech, suæ monarchiæ fasces hæreditate reliquit.

d Sopi.

e Gen 5. v. 24.

8. *Noe.*

Qui fuit monarcha, & præco diuinæ iustitiæ, vt supra ex sancti Petri literis obseruauimus. Atqui illi omnes monarchiæ primæ principes, iustitiæ præcones appel- D lati sunt, quod neutiquam à veræ iustitiæque diuinæ (quæ religio pietasque sancta dicitur) tramite exorbitantes solem iustitiæ Christum Dominum regem regum, vita & opere in se repræsentatum præsenti seculo, & futuro figurabant, eiusque Messiæ qui κατ' ἐξοχὴν iustus appellatur venturi, iustitiam, charitatem, misericordiam, aliasqoe diuinas eius virtutes magno teligionis applausu prædicabant: vt sancti doctores Irenæus,[f] Athanasius,[g] Hebræique doctores, referenre[h] Reuclino, scriptis suis memoriæ, posteritatique prodiderunt.

Cur illi 8. principes Ecclesiæ iustitiæ præcones appellati sunt.

f l. 2. c. 9.

g Athan. epi. quod Nicæn. synod. &c.

h Reuclin. l. 1. cabalæ.

Ab illis autem veris, & vnicis suo tempore principibus, rebellione sua recedentes & effractis veræ obedientiæ reuerentiæque claustris, eorum authoritatem superbè contemnentes tradidit eos Deus in reprobum sensum vertiginis spiritu percutiens: & vt sanctus Barnabas

i Rom. v. 18.

k Isa. 19. v. 14.

A loquebatur in Actibus,[l] *Deus in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas*: quales fuerunt posteri Seth; qui Cainan impietatem æmulantes, non permanentes in vnico Ecclesiæ ouili sub illo sanctáque communione sacra prophanis miscere cæperunt, filiásque hominum hoc est mulieres ex Caino procreatas sibi connubio iungere, sicque *non ponentes Deum in conspectu suo*, vias suas inexpiabilibus Cainæ nequitiæ, sceleratæque societatis fraudibus inquinauerunt. Quarum horrore stomachatus, iustasque in iras exardescens Deus, tactus dolore cordis intrinsecus vniuersam carnem delere decreuit, excepto Noe cum familia, *qui fuit vir iustus*,[m] *atque per-* B *fectus in generationibus suis.* Hæc enim inquinata societas libidinis ac luxuriæ magis, quam honesti matrimonij filios, & nepotes Seth fædans, familiasque iustorum confundens, splendorem rectitudinemque monarchiæ in Ecclesia Dei non mediocriter alteratam malitiose deprauabat.[n] Propterea sancti, anóquique patres, vt Theodoretus, magno dederunt filijs Seth probro, quod impurarum mulierum pulchritudine capti confuderint familias, alioqui distinctas, & propter monarchiæ Ecclesiasticæ securitatem, & venustatem distinguendas.[o] In vltionem ergo tantorum criminum tota posteritas Cain cum ea filiorum Seth, (à quo secunda facta est in monarchia Ecclesiæ defectio) qui se mulierum impurarum impio, libidinosoque complexu fœdauerant, diluuio absorpta C misere finiunt.

l Act. 14.

m Genes. 6.

n Theodor. quæst 42. in Genes.

o Genes. 8.

Defectionem illam atque rebellionem à principe monarchico Ecclesiæ, propter quam seuere in rebelles, transfugasque Deus animaduertit, barbarismum primam omnium sectarum matrem sanctus Epiphanius appellabat.[p] *Quæ*, inquit, *durauit à diebus Adam in decem generationes, vsque ad Noe. Appellatus est autem barbarismus, ex eo quod eius temporis homines non habuerint principem quendam in vnam concordiam; sed quod vnusquisque pro sua ratione procedebat; & sibi ipsi lex iuxta propriæ voluntatis prærogatiuam fiebat.* Hæc ille.

Prima omnium sectarũ mater barbaries, & quæ sit.

p S. Epiph. in præfat libri de hæresibus.

Defuncto Noe (qui à diluuio multorum annorum decursu Dei Ecclesiam solus, & summus princeps religiosè rexerat) monarchia in manus Sem maximi paternæ virtutis æmulatoris primogenituræ iure peruenit: Duobus fratribus natu minori- D ribus Cham, & Iapheth à religione virtutéque Noe parentis, in impietatem, barbariemque, excusso veri Dei cultu recedentibus. Quo nemo apud suos, posterosque Noe virtute maior, iustitia rectior, religione sanctior extitit nonus iustitiæ præco, deique sacerdos altissimi; dictus propterea Melchisedech, nempe rex iustitiæ, cuius ita cum honoris elogio maximi sancta Scriptura meminit.[q] *At vero Melchisedech rex Salem proferens panem, & vinum (erat enim Sacerdos Dei altissimi) benedixit Abrahæ, & ait. Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cælum, & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt, & dedit ei, scilicet Abraham, decimas ex omnibus.* Erat hic maior ipso Abrahamo ipsius abnepote, sub quo militabat Abraham tanquam minor in Ecclesia Dei, cuius Melchisedech erat princeps, ac monarchicus pa-

Nonus iustitiæ præco, & Ecclesiæ monarcha Sem maior natu filiorum Noe, qui fuit Sacerdos magnus Melchisedech.

q Genes. 14.

ſtor, qui victori Abrahamo de bello redeunti benedictionem in virtute ſummi ſacerdotis impertitus eſt; [a] teſte ſancto Paulo Hæbræorum ſeptimo, dicente, & illuſtrante ſuperius ſanctæ Scripturæ oraculum. *Hic enim Melchiſedech rex Salem, Sacerdos Dei ſummi, qui obuiauit Abrahæ egreſſo à cæde regum, & benedixit ei &c.* Si benedixerit Abrahamo, ergo maior illo. Sine vlla enim contradictione, [b] *Quod minus eſt, à meliore benedicitur*, inquit idem Apoſtolus. Hunc vero Melchiſedecem fuiſſe illum Noe primogenitum filium Sem Hebræi doctores, ſancto Hieronymo referente, [c] Alciuio [d] quæſtionibus in Geneſim, Lyrano, [e] Toſtato, [f] Genebrardo, [g] alijſque de meliori nota doctoribus in hanc Hebræorum doctrinam perire conſentientibus, ſua teſtatione demonſtrarunt; & ſuorum teſtimoniorum fide confirmatum, memoriæque mandatum poſteritati prodiderunt. Verba ſancti Hieronymi ſolum hic inſeram, vt reliquorum miſſa faciam. [h] *Viderunt inſulæ*, inquit in Iſaiæ caput 41. *id eſt, gentes in circuitu, & illius virtute perterritæ ſunt: & extrema terræ: Sem videlicet filius Noe, qui tempore extremo terrarum cum patre, & cum fratribus de diluuio euaſerat, & vſque ad illud tempus fuerat reſeruatus: quem Melchiſedech intelligi volunt,* ſcilicet Hebræi, *& veniſſe obuiam Abraham*, ſcilicet abnepoti ſuo, *de prælio reuertenti, & acceſſiſſe, & benedixiſſe ei, & eum Dei benedictionibus corroboraſſe &c.* In eo regia dignitas, & ſacerdotalis ſicut in anteceſſoribus oſculatæ, obuiantesque ſibi amico inter ſe fœdere coniurarunt. Nam & rex [i] iuſtitiæ, & ſummus Altiſſimi ſacerdos à Spiritu ſancto in Scripturis appellatus eſt. [k] De quo hæc Theophilus Antiochenus, οὗτος ἱερεὺς ἐγένετο πρῶτος πάντων ἱερέων τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου. Scilicet hic ſacerdos fuit primus omnium Sacerdotum Dei altiſſimi. primus, ſcilicet non ordine, ſed dignitate quoad vixit, ab obitu patris ſui Noe, qui ſacerdotalem, monarchicumque Eccleſiæ principatum, atque regimen, vſque ad tempora Iſaac protraxit, extinctis ante ſe filiis ſuis, nepotibus, abnepotibus, trinepotibus. Quoniã poſt diluuium naſcentibus annos vitę in anguſtius tẽporis curriculũ Deus iuxta decretum voluntatis ſuę contrahebat: ne malitia hominis, quia caro eſt vitę longitudine corroborata creſceret iniquior, ſceleratiorque propagaretur. ſic ipſimet Abrahę annorum triginta ſex ſpatio ſuperſtes in vita remanſit. Defunctis Abrahamo, & Melchiſedece, tota politica, & ſacerdotalis authoritas in manus Iſaac, inter fideles deuoluta pacifice floruit, ac religioſe firmata reſplenduit. Cui filii duo moribus, & natura valde diſſimiles extitere, quorum vnus propter bonitatem naturę, & mores optimos dilectus à Deo patri in principatu Eccleſiæ diuina benedictione ſucceſſit: *Alter impius odio habitus à Deo, quia illo nihil fuit malignius, nihil illius nequitia impudentius*, [l] vt loquitur ſanctus Chryſoſtomus, *quia fornicator, & immundus*, vt ait Apoſtolus, [m] *quia matricida, patricida, fratricida quantũ in illius fuit propoſito*, teſte eodem S. Chryſoſtomo, iuſto Dei iudicio, iure lapſus primogenituræ ſe, ſuoſque poſteros in apertum idololatriæ, omniſque impietatis ſacrilegium præcipitauit. Maieſtatem dignitatis monarchicæ omni deſpiciens indignatione, qua ſe ſceleribus indigniſſimum reddidit.

a Hebr 7. v. 1.
Melchiſedech Abrahamo maior.
b Hebr. c. 7.
c Hier. in tradit. Heb. in Geneſ. & in c. 41. Eſai. c. 4.
d Alcim in quæſt. in Gen.
e Lyra. in 14. Gen.
f Toſtat. ibid.
g Geneb. l. 1. cronol. c. 39.
h S. Hier. in c. 41. Eſaiæ.
i Geneſ. 14. Pſ. 109.
k Theop. l. 2. ad Autolych.
Iſaac regnat, & imperat ſolus in Eccleſia.
l S. Chryſ. ho. 80. ad pop. Antioch.
m Hebr. 12.

A Et in domo Iacob vt fidei ſplendor, ſic & maieſtatis monarchicæ fulgor, multorum annorum longitudine perdurauit: donec ſacerdotalis illa maieſtas illuſtrior à Deo facta ſub duce Moyſe, & Aarone legibus digito Dei in tabulis exaratis munita, ſtabilitaque, vſque ad plenitudinem temporis, quo Chriſtus venit in mundum, honorifica ſummorum pontificum ſerie glorioſe peruenerit. Tunc quanta fuerit auctoritas & poteſtas ſummi legis Moſaicæ pontificis in regenda moderandáque Dei Eccleſia, quantóque cum honore illi ab omnibus obedientia ſumma ſub extremi ſupplicij diſtrictione præſtari deberet; ipſe Dominus Deus talibus per os Prophetæ Moyſis populo verbis expreſſit. [n] *Si difficile, & ambiguum apud te iudicium eſſe proſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam,*
B *& cauſam, lepram & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari: ſurge & aſcende ad locum quem elegerit Dominus, veniesque ad ſacerdotes leuitici generis & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis: qui indicabunt tibi iudicij veritatem. Et facies quodcumque dixerint qui præſunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dextram, neque ad ſiniſtram.* [o] *Qui autem ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Deo tuo: ex decreto iudicis morietur homo ille, & auferet malum de Iſrael, cunctuſque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.* Ex quibus maniſeſte patet quanta fuerit magni in regenda Dei Eccleſia ſacerdotis, legis tunc Moſaicæ vallata muro poteſtas, & auctoritas: eu-
C ius contemptus alio quàm mortis ſanguiniſque ſupplicio expiari non poterat. à Cuius obedientia honoréque per contumaciam pertinaciter exorbitantes, aut idololatræ [p] vt Ieroboam, & poſteri eius, aut hæretici, vt [q] Samaritani, aut ſchiſmatici, vt Core, Dathan, & Abirom (quos terra dehiſcens abſorptos deuorauit) deſtinati ad inferos euaſerunt. Quod ſi in vmbra ſolum figuraque maieſtatis Euangelicæ Chriſtianæ, atque ſpiritualis monarchię non aliũde idololatrias, hæreſes, ſchiſmata, aliaque falſitatis, impietatiſque dogmata, quam à rebellione ſuperba, defectionéque contumaci contra imperium regimenque monarchicum, quod principi, ſummoque ſacerdoti Deus in Eccleſiæ ſuæ ſolio cum maieſtate ſedenti, ab Adamo ad vſque tempora Chriſti Domini credidit, ab inferis furenter
D erupiſſe videamus. Quis non ſtuperet, ac perhorreſceret, niſi cuius tota vita præ malitia ſtupor, & horror eſt, ſanctiſſimum martyrem, doctiſſimumque doctorem Cyprianum mendacij, atque falſitatis ſugillando turpiter inſimulare: quod iſta pro S. Cornelij Romani põtificis contra Nouatianos defendenda maieſtate, vt elegantiſſime ſic veriſſime ſcripſerit? *Non aliunde hæreſes, aut ſchiſmata nata ſunt in Eccleſia, quam quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos & ad tẽpus iudex vice Chriſti cogitatur.* Quid eſt vice Chriſti Sacerdotem καθ' ἐξοχὴν in Eccleſia cogitare, quam principem ſacerdotum Eccleſiæ rectorem paſtoremque ſupremum credere? Perſequens vero continuata orationis ſerie de ſummo honore, obedientiaque filiali exibenda ſummo pontifici Cornelio, vt interficiatur corpus rebellionis hæreticæ, & non amplius ſchiſmati

Summa maximi Eccleſiæ pontificis in lege veteri poteſtas in regenda Eccleſia Dei
n Deut. 17.
o Hunc locũ S. Cypr. accõmodat ad dignitatẽ Rom. pontific. l. 1. Epiſt 3 quæ eſt 55 ad Corneliũ Papam.
p 3. Reg.
q 3. Reg.
Hæreſes, & ſchiſmata à rebellione in ſummum Eccleſiæ pontificem.

a S. Cypr. ibi.

A

seruiatur, ita loquitur. [a] *Cui, scilicet Cornelio, si secundum magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersus sacerdotum collegium quidquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post Coepiscoporum consensum, iudicem se non iam Episcopi, sed Dei faceret: nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens, & tumens seorsim foris hæresim nouam conderet.* Ex hoc maiestatis pontificiæ contemptu in Ecclesia prima mali labes, hinc fundi nostri calamitas, & vt poëtæ verbis vtar, [b] *Ex illo fluere, ac retro sublapsa referri* spes hominum maleuolorum salutis. [c] *Hæc sunt*, inquit idem gloriosus martyr, *hæreticorum initia, & ortus, atque conatus schismaticorum male cogitantium, vt sibi placeant, vt præpositum summo tumore contemnant, sic de Ecclesia receditur, sic altare prophanum foris collocatur, sic contra pacem Christi & ordinationem, atque vnitatem Dei rebellatur:* Et profecto si veritatem sincere confiteri voluerimus, non aliò hæreticorum furores, schismaticorum conatus rabidos, cæterorum libertinorum turbulentos, & laruatorum Catholicorum nomine tenus dolosos impetus collimasse tetendisseque reperiemus; quam vt sanctam Ecclesiæ Christi monarchiam facto dissidio, & inuisa Deo cum impijs societate dissiparent: omne regimen ab Apostolicæ sedis vnico principe monarchicum in Christianos omnes pertinaciter abrumperent, omnemque Ecclesiasticæ maiestatis in capite visibili præcipuè sub Christo Domino residentis gloriam summamque funditus potestatem nefariè demolirentur. *Nihil interest illos*, [d] inquit Tertullianus de hæreticis, & schismaticis, *licet diuersa tractantibus, dum ad vnius vnitatis expugnationem*, addam & ad Ecclesiasticæ monarchiæ disturbationem, *conspirent*. Verùm sequenti capite quid ex his omnibus supra declaratis ad institutum nostrum sequatur, audiamus.

b 2. Æneid.

c S. Cyp. l. 1. epist. 9.

d Tert. de præscript.

B

C

CAPVT VI.

Ecclesiæ principatum, atque regimen non esse monarchicum, sed aristocraticum pertinaciter asserere hæreticum est, cum

1. *Expressum* Dei *verbum*,
2. *Concilia œcumenica,*
3. *Et doctrina sanctorum Patrum contrarium doceant.*



Væ contra expressum Dei verbum à Spiritu sancto per os sanctorum Patrum sapienter expositum asseruntur, quæ contra œcumenicarum synodorum decreta sciscuntur, & orthodoxorum doctorum, antiquorumque Patrum doctrinæ communi theologorum calculo receptæ, Ecclesiæque suffragio confirmatæ reluctantur, illa esse hæreseos enormi labe commaculata, fæcéque sordidata credere Catholica religione iubemur: cum autē dogma illud perniciosum valde, mordicus asserens Ecclesiæ regimen, primatumque non monarchicum, sed tantum aristocraticum esse verbo Christi Domini expresso, conciliorum statutis, & sanctorum Patrum testimonijs atrociter obsistat, & aduersetur; quid prohibet quominus huius impij dogmatis assertores hæreseos contagione fœdatos esse confiteamur? Ac primum si virtute sanctarum Scripturarum, verborumque Dei vigore contraria huic impio dogmati sententia firmanda sit, & corroboranda, tot tantáque quærentibus occurrunt, vt facilius sit probationis principium, quam finem inuenire. Quàm procliue nobis erit ex vngue leonem dignoscere, si hæc sancti Augustini, & Episcoporum Mileuitani concilij ad Innocentiū Papam de cohibendis Pelagianis diligenter, & attente consideremus, *Arbitramur*, inquiunt illi sub finem Epistolæ, *adiuuante misericordia Domini Dei nostri Iesu Christi, qui te & regere consulentem, & orantem exaudire dignatur, authoritati sanctitatis tuæ de sanctarum Scripturarum authoritate depromptæ facilius eos, qui tam peruersa, & perniciosa sentiunt esse cessuros, vt de correctione potius eorum congratulemur, quam contristemur interitu.* Summa Papæ auctoritas ex ipso beato patre, patribus concilij Mileuitani consentiente in Ecclesiæ regimine nō vnius, sed multarū SS. Scripturarum authoritate fulcitur. Ergo breuitati seruientibus sufficiat nobis ostendere Christum Dominum quod ante mortem soli Beato Petro [a] his verbis, *Dabo tibi claues, &c.* promiserat, post à mortuis reditum parto de mortis tyrannide triumpho regimen Ecclesiæ suæ, supremamque potestatem mansuete, clementerque dominandi tradidisse. Cum paulo ante suam admirabilem super omnes cœlos ascensionem dixit illi soli ter, Simon Ioannis diligis me plus his, ad singulam quamque sancti Petri responsionem sui in Dominum suum affectus indicem subiunxit, *Pasce agnos meos, pasce oues*, iuxta textum Græcum, tertióque, *pasce oues meas*: quæ verba non in occulto, sed in aperto præsentibus discipulis, & Apostolis Nathanaële, à multis Bartholomæo credito, Iacobo, Ioanne, Thoma, duobusque alijs discipulis soli Petro directa protulit. Quibus in præsentia horum Apostolorum, discipulorumque suorum, velut in conspectu Episcoporum, & Sacerdotum sanctum Petrum summum suæ rectorem Ecclesiæ pontificemque maximum eo momento, quo suum ad dextram patris reditum maturabat, creare, ac instituere voluit: qui suæ visibilis præsentiæ supplendo vices omnibus Ecclesiæ suæ principibus, & populis, pastoribus, & gregibus monarchico regimine supremóque cum omni charitate, & mansuetudine dominaretur. Hæc est horum Christi Domini verborum communis sanctorum, vetustorumque patrum interpretatio. *Petro vt summa rerum de pascendis ouibus traderetur, & super ipsum velut terram fundaretur Ecclesia nullius confessio virtutis alterius ab eo nisi charitatis exigitur*, ait Origenes. [b] Quem secutus sanctus [c] Chrysostomus propter magnitudinem dilectionis præfecturam Petro commissam, eumque cæteris prælatum Apostolis affirmat, & eius æmulator doctrinæ Theophylactus [d] hoc sensu verba Domini ad Petrum, *Pasce oues meas*, exposuit, *Petro non alij*, inquit, *Aposto-*

S. Aug. ep. 92. ad Innocent. Papam.

Authoritas Papæ suprema de sanctarum Scripturarum authoritate deprompta.

a Matth. 16.

D

b Orig. in S. Matt. 16. in c. 6. ep. ad Rom.

c S. Chrys. l. 2. de sacerd. & hom. de pœn. & hom. 55 in Matth.

d Theoph. in c. 21. S. Ioan.

lo præfecturam omnium per vniuersum mundum tribuit. Quid illis Arnobij verbis apertius esse potest[a] *Christum negatori suo hanc quam solus habuit tribuisse potestatē?* Quam solus habuit Christus S. Petro collatam non in solo statu, sed etiam in ipso monarchico regimine sitam esse constat: quemadmodum illa Sancti Gregorij magni sententia clarissime verissimeque comprobat, [b] verbis ipsis Christi Domini freti, dicentisque: *totius Ecclesiæ curam Petro Dominica voce commissam esse cunctis scientibus Euangelium liquet.* Proinde, inquit, Sanctus Chrysostomus: [c] *Omissis alijs*, scilicet Apostolis & discipulis illic præsentibus, *solum Petrum affatur, quia os erat Apostolorum, & princeps, & vertex ipsius cœtus.* Et sanctus Augustinus [d] *in ipso Petro vnitatem commendauit. Multi erant Apostoli, & vni dicitur, pasce oues meas.* Quod hoc verbo pascere, iuxta communem vsum loquendi, optimorumque scriptorum sacrorum, & prophanorum intelligentiam, omne munus, officium actusque pastoralis includatur. Officio autem munerique pastoris non incumbit solum creditis sibi gregibus alimenta suggerere, administrareque pastus, & cibos: verum & eos ducere, reducere, tueri, castigare, regere, fouere cum incremento salutis, vigorisque defendere. Hoc vero regimen cum pastu non solum subditorum, ac populorum, sed & etiam præfectorum, & pastorum Ecclesiæ vniuersalis sancto Petro Dominum credidisse, tres ipsius responsiones Petro factæ testantur. *Pasce agnos meos, pasce oues meas*, tertio denique, *pasce oues meas*: cum agnorum nomine populi subditi, ouium vero prælati, pastores principesque Ecclesiæ recepta cōmuniter omniū doctorum interpretatione significentur. Quod optime sanctus Ambrosius inter cæteros patres his verbis obseruauit. [e] *Tertio Dominus interrogatur non iam agnos vt primo, quodam lacte pascendos, nec oniculas vt secundo, sed oues pascere iubetur perfectiores, vt perfectior gubernaret.* Similia in hunc locum Euthymius, [f] *vt per agnos imperfectiores, vt subditos, per oues perfectiores, vt pastores rectoresque credantur.* Nec est leuiter sine consideratione emphasis illa energiaque in varietate verborum Domini apud sanctum Ioannem [g] in idiomate Græco prætermittenda. Primò enim Dominus vehementi sancti Petri honoris maximi erga se & charitatis affectu cognito dixit illi βόσκε τὰ ἀρνία μου. *Pasce agnos meos.* Secundò audita iterata discipuli responsione subiunxit: ποίμαινε τὰ προβατά μου. *Pasce*, ad verbum, rege oues meas. Tertiò, denique audita vltima responsione cum tremore, & humilitate respondentis Apostoli Dominus prioribus addidit βόσκε τὰ προβάτιά μου. *Pasce oues meas.* Qua distinctione verborum in primis Dominus nobis indicare voluit à sancto Petro, quem summum monarchicumque pastorem Ecclesiæ suæ præficiebat, omnes sui gregis Euangelici populos, ac imperfectiores alendos pascendosque salutari sanctæ doctrinæ, veritatisque cibo, cathedræ vnitatis, & veritatis inhærente, vt sancti [h] loquuntur patres, regendos vero specialiter, à proprijs proximisque pastoribus (quibus immediata solicitudine pastoralique subduntur, mediata vero vniuersalique ipsi Petro, & successorib. eius.) Deinde Dominus eadē verborū distinctione pastores populorū Apostolos, Episcopos, aliosq, tā maiores quā minores animarū rectores non modo doctrinæ Euangelicæ pastu nutriendos; verum immediatiori solicitudine sublimiorique regimine ab ipsius pastorum supremi pastoris, ac principis, sui vicarij monarchica potestate, atque regimine à sua ipsi diuina largito potentia moderandos, & in officio continendos esse, omnibus fidelibus viuentibus victurisque notum fieri decreuit. Hinc illud sancti Augustini in hunc locum sancti Ioannis 21.[i] *oues ipsas pascendas*, id est docendas, regendasque committit. Est enim efficacius, significantiusque verbum Græcum ποίμαινε, quam Latinum pasce: significat enim ποιμαίνω regendo, ac præsidendo pasco. In qua significatione sæpius hoc Homerus vsurpauit, vt cum Iliados l. 2. Agamemnonem ποιμένα λαῶν, scilicet pastorem populorum, rectoremque nuncupauit. Quam verbi Græci significationem efficacem Scriptura sacra quoque sæpius amplectitur, vt S. Matth. 2. *Ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel.* In Græco est ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου, τὸν Ἰσραήλ. Obseruandumque est Michæam Prophetam, ex quo sanctus Matthæus oraculum illud de rege venturo, & in Bethleem nascituro mutuatus est, non vti verbo רעה *raah*, quod pascere significat, sed verbo משל *maschal*, quod dominari est; sic verbum hoc ποιμαίνειν vtramque pascendi, & regendi significationem complecti alia sanctæ Scripturæ testimonia perspiene testificantur. 2. Reg. cap. 5. [k] *Tu pasces populum meum, & eris princeps super eum.* [l] Et apud Ezechielem. *Suscitabo pastorem seruum meum David.* Et paulò pòst, [m] *& seruus meus David princeps in medio eorum.* Et Psalmo 2. [n] *Reges eos in virga ferrea.* Psal. 23. [o] *Dominus regit me.* [p] Psalmo 74. *Ipse reget nos in secula* Psal. 79. [q] *Qui regis Israel intende.* [r] Actor. 20. *Posuit vos Spiritus S. regere Ecclesiam Dei.* Et longè plura his diligenter quærentibus obuia fient: In quibus verbum ποιμαίνειν quo vsus est ad Petrū Dominus pascendi non modo, sed & simul regendi, dominandique significationem importat. Sed longiori discursu pro vindicanda diuinæ sententiæ ab omni erroris suspicione, interpretatione intelligentiàque sincera in veritate fundata, & radicata, ad id quod quærimus accommodata, lectorem diutius non morabimur. Cum doctissimi, ac religiosissimi nostri seculi Theologi, sacræque venatores antiquitatis clarissimis, ac necessaria demonstratione concludentibus hoc Christi Domini eloquium argumentis illustrauerint, atque ex illo verissimis sanctorū patrum testimonijs, Ecclesiæ decretis, rationumque ponderibus exposito, monarchicum Ecclesiæ regimen euidentissime comprobarint. Itaque quam sponsi sui verbis Ecclesia sancta cōformiter locuta fuerit in concilijs œcumenicis congregata ordinis ratio postulat, vt sicut secundo loco proposuimus, dilucide breuiterque videamus. Mitto quæ antiquiora dixere concilia, vt Nicænum œcumenicorum [s] primū, *scilicet Ecclesiam Romanam semper habuisse primatum*, quæ Constantinopolitanum generale secundum, *omnē primatum, & honorem præcipuum Dei amantissimo antiquæ Romæ Archiepiscopo Damaso conseruari.* [t] Quæ Sardicense, [u] *acta gestaque in concilio, Romano Pontifici Iulio submitti oportere, vt si iudicauerit renouandū esse concilij iudicium renouetur, & tanquam*

Margin notes:

a Arnob. in Psal. 138.

b S. Greg. l. 4. Regist. epi. 2.

c S. Chr. hom. 87. in Ioan.

d S. Aug. l. de past. c. 13.

Pastoris officium non solum est pascere gregem, sed etiā regere.

Omniū populorum, pastorum, atque principum supremum soli S. Petro regimen datum ostenditur.

e S. Amb. l. 10. c. 24. in Luc.

f Euthy. in 21. Ioan. v. 16. 17.

g S. Ioan. 21. v. 16 17.

h S. Cyp. l. de vnitat. Eccl. S. Aug. epist. 166.

i S. Aug. 123. tract. in Ioan.

Nota verbum ποιμαίνω, efficacius quā pasco.

S. Matth. 2.

Pascere, & regere pro eodem sæpe in scripturis vsurpata.

k 2. Reg. c. 5.

l Ezech. 34.

m Ibid.

n Psal. 2.

o Psal. 23.

p Psal. 74.

q Psal. 79.

r Act. 20.

Generalium conciliorum decretis regimen Ecclesiæ esse monarchicum probatur.

s Nicæn. œc. 1. an. 328.

t Concil. 2. gener. Const. anno D. 383. circiter act. 16

u Conc. Sard. an. 350. act. 3.

supremus pastor Ecclesiastici regiminis princeps, det iudices. Quæ Ephesinum [a] primum. *Sanctum Petrum Vicarium Christi, Ecclesiæ, Apostolorumque principem, & eius successores, vt Cælestinum Episcoporum rectores, ac iudices existere.* [b] Quæ Calcedonense œcumenicum quartum. *Sanctum Leonem sancti Petri Apostoli præditum dignitate Dioscorum deposuisse.* Quæ [c] Constantinopolitanum secundum ordine quintum œcumenicum expostulans de hæreticis Anthimio, & alijs, *quod contempserint Romanam Ecclesiam, in qua est successio*, inquit, *Apostolorum, quæ sententiam contra ipsos, scilicet hæreticos, tulit.* Illa, inquam, antiquiora concilia leuiter tango, missaque potius facta, licet in his clare, & aperte confirmatam Ecclesiæ in regimine suo monarchiam viderimus, facile prætereuehor: vt in posteriora pari fide, & authoritate qua priora concilia, synodosque œcumenicas clarioribus abundantes testimoniis, statutisque monarchicum Ecclesiæ regimen corroborantibus, firmantibusque descendamus. [d] Quingentorum triginta sex Episcoporum corona, societateque coactum est septimum concilium generale: (si Sardicense à primo Nicæno distinguamus) in quo quid pius ille fidelisque tot Episcoporum cætus ad confirmandam regiminis Ecclesiæ Monarchici dignitatem contra perduelles pontificiæ maiestatis acceptis Agathonis Papæ literis in honorem huius Ecclesiæ principis liberalius effuderit, audiamus. *Suggestiones*, inquit, *decretas à patre* (notandum œcumenicam synodum Romanum Pontificem suum appellare patrem) *sanctissimo Archiepiscopo Apostolicæ, & principalis sedis antiquæ Romæ tanquam à Spiritu sancto dictatas* (hinc disce Romani Pontificis infallibilitatem) *per os sancti, & beatissimi principis Apostolorum Petri, & digito ter beatissimi Papæ Agathonis scriptas suspicio, & amplector:* An non iussa hæc, atque decreta Romani Pontificis Ecclesiæ principis contra Monothelitas hæreticos, quæ tanquam à Spiritu sancto dictata, sancta, & œcumenica synodus suspicit, & amplectitur, ad Monarchicum Ecclesiæ regimen pertinere sanæ fidei, cerebri non læsi homines ingenuè fatebuntur? Ad ipsiusque Ecclesiæ regiminis Monarchici confessionem Catholicam præclara hæc propéque diuina de Apostolica sede supremáque Romani Pontificis in vniuersalem Ecclesiam authoritate [e] sanctorum Patrum secundæ sanctæ Nicænæ synodi generalis elogia non spectare, quis religionis Christianæ compos audebit dicere? Quibus literas Hadriani Papæ ad Tharasium honore maximo, ac veneratione comprobantes, hæc inter alia. *Cuius sedes*, inquiunt, *per totum orbem terrarum primatum obtinens lucet, omniumque Ecclesiarum Dei caput existit: Vnde & ipse beatus Petrus Apostolus Dei iussu Ecclesiam pascens nihil omnino prætermittit, sed vbique principatum obtinuit, & obtinet.* [f] Nec vero patres quarti concilij Lateranensis numero mirabili congregati dissimulare potuerunt, quin contra Monarchici regiminis osores Ecclesiæ, ista hæc Catholica veritate firmata piè sinceréque profiterentur. *Romana Ecclesia disponente Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium, & magistra.* Si recentiores Ecclesiæ vniuersalis coitiones ac synodos disquiramus, nonne mille patres vtriusque orbis Christiani orientalis, & occidentalis in Lugdunensi secunda generali congregatos [g] *Romanum Episcopum Vicarium Christi, successorem Petri, rectorem vniuersalis Ecclesiæ Christi*, vocantes, & agnoscentes audiemus? Eadem prorsus, & ampliora ex Florentino [h] Concilio, ad confirmandam, & corroborandam Ecclesiasticæ Monarchiæ quoad regimen, directionemque veritatem videbit, & intelliget quicumque deposita omni passione, & odij pontificij turbine, illius acta legere non dedignando refugiet [i] Lateranense concilium vltimum, quod & vere œcumenicum in Spiritu sancto, sicut & priora congregatum conciliariter, *Romanum Pontificem habere authoritatem super omnia Concilia, esseque de necessitate salutis credere omnes Christi fideles Romano Pontifici subesse debere decreuit, atque definiuit.* Denique vt longiori confirmatione supersedeam, nonne patens est, & omnibus obuia sacro-sancti Tridentini Concilij sanctio docens, [k] *supremam potestatem Romano Pontifici sicut sancto Petro super omnem Ecclesiam à Christo Domino fuisse concessam,* [l] *Romanamque Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem esse, atque magistram,* sicut ante illud [m] sacri vetustique canones attestantur. Si mater, & magistra Romana Ecclesia, ergo pastor eius pater, & magister non huius, aut illius Ecclesiæ, sed vniuersalis. Patris vero, ac magistri non esse regere filios, ac discipulos, quis nisi mentis inops posset asserere? Propterea sanctus Augustinus, & cum eo Mileuitani Concilij patres Episcopi, ita pro salutari Ecclesiarum gentis Africanæ regimine ad Innocentium Papam, velut ad patrem, & magistrum omnium fidelium cum veneratione multa scribebant. [n] *Quia te Dominus gratia suæ munere in sede Apostolica collocauit, magnis periculis infirmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam quæsumus adhibere digneris.* Atque hæc quidem ad explodenda, confringendaque contra maiestatem regiminis Ecclesiæ Monarchici perniciosa dogmata si alicui non sufficiant, profecto quid plura expectet, ignoro. Sed quia auidum, docilemque lectorem ad has spiritales, salutaresque veritatis, atque Catholicæ doctrinæ epulas recipere concupiui, sic efficiam, vt reliquiarum sit potius aliquid quam illum hinc patiar non saciatum discedere. Itaque quid præter sacras Scripturas, à sanctis Dei hominibus Ecclesia confirmante expositas, conciliaque œcumenica nobis roboris, atque præsidii contra inimicos Ecclesiasticæ maiestatis Monarchico regimine speciosæ, & illustris sancti, vetustique patres sua sacra doctrina, singularique eruditione subministrent. Oro, obtestorque Christianum pium, docilemque lectorem diligenter attendere, audiat illud in primis Arnobii. [n] *Apostolo prædenti succurritur, qui est Episcoporum Episcopus, & maior gradus redditur plorantis, quam sublatus est denegantis.* Post hoc addit. *Quod vt doceam illud ostendo, quod nullus Apostolorum pastoris nomen accepit: solus enim Dominus Iesus Christus dicebat: Ego sum pastor bonus: & iterum me, inquit, sequuntur oues meæ. Hoc ergo nomen sanctum & ipsius nominis potestatē post resurrectionem suā Petro pœnitenti concessit, & ter negatus negatori suo hanc quam solus habuit tribuit potestatem.* Hæc vero

a Ephes. 1 to. 2. c. 16. an. 434

b Calced Cōcil. acti 3.

c Cōcil. Cōst. 2. an. 336.

d Conc 6 seu 7. si Sardicense a 1. Nicæno separetur.

e Nicænum concil. 2. act. 2. Episcoporum 350. ann. 782. sub Adr. 1

f Lateran. 4. concil. sub Innocent 3. c. 5. patrum 1483. inter quos erant Episcopi circiter 473. an. 1215.

g Concil 2. Lugdunense 1000. patrum, inter quos erant 500 circiter Episcopi sub Gregorio 10. an. 1274.

h Florēt. cōc. ann. 1453. 141. patrum Græcorum ac Latinorum:

i Concil. Lateran. 5 & vlt. ann. 1512.

k Cōcil. Trid. sessione 14 c. 7. qui est de reformat. 74.

l Trid. conc. sess 7. can. 3.

m Can. non decet 11. dist. ad abolendā de hæret. &c.

n Aug. epist. 92.

3. Pars capitis regimen Ecclesiæ monarchicum SS. patrū authoritate probatur.

n Arnob. in Psal. 138.

Ex omnibus Apostolis solus Petrus Pastor dictus est. Christo Domino hanc quam solus habuit pastoris potestatem illi largiente.

S. Chrysostomi quanta sunt, & fortia ad corroborandum quod contra Monarchomachos zelo Apostolicę dignitatis accensi non minus vere, quã pie defendere contendimus.[a] *Os erat Apostolorum,* (nempe S. Petrus) *respondet, vt princeps & vertex ipsius cætus. Propterea & Paulus cum præter alios visurus ascendit, simul vt ei ostenderet, iam sibi fiduciam habendã. Tanquã enim negationis oblinisceretur Dominus fratrum curam ei cõmittit, neque negationis meminit, neque exprobrat, sed tantum dicit. Si amas me, fratrum curam suscipias.* Hæc sanctus ille alludens ad illud Petro dictum à Domino.[b] *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Quid est autem aliud fratrum, id est Apostolorum, qui erant primi rectores, ac pastores Ecclesiæ curam suscipere, quam eos authoritate pastorali regere? Si sanctum consulamus Ambrosium pro sarto tecto monarchico Ecclesiæ regimine conseruando, proque exaltando principis Ecclesiastici imperio contra hos inuidos Ecclesiasticæ maiestatis tenebriones, nonne maius, latiusque spirituale S. Petri imperium, quam Augusti nobis euidenter affirmabit? vt supra vidimus. Audiant iterum gigantes illi contra solium Dei viui in terris, vt iniuriosè Christo huius Apostolici solij conditori sic perniciosè sibi luctantes; quo ambitu, & amplitudine locorum regendi Ecclesiam potestatem summam, monarchicamque sancti Petri, & successorum eius dominationem expandat, cum sic Syricium Romanæ sedis Apostolicæque præsulem alloquitur.[c] *Recognouimus litteris sanctitatis tuæ boni pastoris excubias; qui fideliter commissam tibi ianuam serues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias. Dignus quem oues Domini audiant, & sequantur. Et ideo quia nosti ouiculas Christi, lupos facile deprehendes, & occurres quasi prouidus pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ feralique vlulatu dominicum ouile dispergant.* Tomo verò quinto operum in caput 3. Epistol. prim. ad Timoth.[d] Sanctum Damasum Romanum pontificem domus Dei, *quæ est Ecclesia, rectorem* κατ᾽ ἐξοχὴν appellat. Sanctus Hieronymus summam Anastasij Romani Pontificis in arcendis ab ouili Christiano, cuius summus pastor erat, lupis scilicet hæreticis potestatem ad Demetriadem virginem sic expressit.[e] *Dum esses paruula, & sanctæ & beatæ memoriæ, Anastasius Episcopus Romanam Ecclesiam regeret, de orientis partibus hæreticorũ sæua tempestas simplicitatem fidei, quæ Apostoli voce laudata est, polluere, & labefactare conata est: Sed vir ditissimæ paupertatis & Apostolicæ solicitudinis statim noxium percussit caput, & sibilantia hydræ ora compescuit.* Optatus Mileuitanus omnibus prælatum esse Apostolis sanctum Petrum in accipiendis à Christo Domino clauibus supremi dominij in Ecclesia Dei non obscure his verbis ostendit.[e] *Bono vnitatis*, inquit, *beatus Petrus*, (*cui satis erat, si postquam negauit, solam veniam consequeretur,*) *& præferri omnibus Apostolis meruit, & claues regni cœlorum communicandas cæteris solus accepit.* Et quibusdam interpositis subiungit.[f] *Stant tot innocentes, & peccator accipit claues, vt vnitatis negotium formaretur, prouisum est vt peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores, & quæ necessaria est vnitas, esse non posset.* Atque hoc vniuersale Ecclesiæ regimen, præfecturamque, quam à Christo Domino sanctus Petrus accepit in Romanos Pontifices sedis Apostolicæ legitimos possessores fuisse transfusam successione perenni continuaque testatur his verbis.[g] *Igitur negare non potes scire te in vrbe Roma, Petro primò cathedram Episcopalem esse collocatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas est appellatus. In qua vna cathedra vnitas ab omnibus seruaretur, ne cæteri Apostoli singulas quisque sibi defenderent: vt iam schismaticus, & peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra vnica quæ est prima de dotibus sedit prior Petrus, cui successit Linus, &c. vsque ad illum qui tunc Romæ sedebat pontifex, & princeps vniuersalis Ecclesiæ moderator, & rector.*[h] Quid magnus noster Augustinus Theologorum vertex, & magister pro hac veritate tot sanctorum testimoniorum diuersi ordinis varietate firmata contra hæresum, mendaciorum, schismatum, technarumque fabricatores credat, & sentiat, patet ex his quæ in principio capitis huius ex eius doctrinæ fonte deducta protulimus: In quibus authoritatem sanctitatis pontificiæ in regenda Ecclesia de sanctarum Scripturarum authoritate depromptam esse fide Catholica confitetur: Qui sanctum Innocentium huius nominis primum in sede Pontificia Romæ sedentem huius assertorem veritatis multis in locis[i] suorum operum magnopere probauit. Vt cum ad Patres concilij Carthaginiensis scribens non ab humana sed diuina sententia decretum huius concilij sanctorum Patrum, sancitumque illud sanctissimus ille vniuersalis Ecclesiæ pastor fluxisse docet: nimirum, vt in omnibus maximi momenti negotiis, quæ ad Ecclesiæ regimen salutare spectarent, quales sunt, difficiles, & graues fidei, ac disciplinæ morum controuersiæ, determinatio ad sedem Apostolicam relata sisteretur. Sic enim literis suis venerandæ sanctitatis atque doctrinæ concilij Carthaginiensis Patres pastor œcumenicus affatur.[k] *In requirendis de his rebus quas omni cum solicitudine decet à sacerdotibus, maxime à vero iustoque, & Catholico tractari concilio antiquæ traditionis exempla seruantes, & Ecclesiasticæ memores disciplinæ, vestræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo quam antea cum pronunciaretis, vera ratione firmatis: qui ad nostrum referendum approbastis esse iudicium, scientes quid Apostolicæ sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum, debeatur, à quo ipse Episcopatus, & tota authoritas nominis huius emersit: quem sequentes tam mala iam damnare nouimus, quam probare laudanda. Vel id vero quod Patrũ instituta sacerdotali custodientes officio non censetis esse calcanda. Quod illi non humana, sed diuina decreuere sententia, vt quidquid de disiunctis remotisque prouinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad eius sedis notitiam perueniret: vbi tota huius authoritate iusta quæ fuerit pronunciatio firmaretur. Indeque sumerent cæteræ Ecclesiæ, velut de natali suo fonte aquæ cuncta procederent: & per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manerent. Quid præcipere, quos abluere, quos velut in cœno inemundabili sordidates mundis digna corporibus vnda vitaret.*

Similia pater idem sanctissimus ad confirmandam, & corroborandam de monarchico Ecclesiæ regimine veritatem his verbis ad patres concilij Mileuitani rescripsit.[l] *Diligenter ergo & congrue apostolico consulitis honori, honori, inquam illius, quem*

[a] Chrysost. hom 87. in S. Ioannem.

S. Petrus princeps, vertex, & rector Apostolorum, & omnium suo tempore viuentium Christianorum.

[b] Luc. 22.

Roma per principatum Ecclesiæ maior sublimiorque facta arce religionis Christianæ, quam solio potestatis terrenæ.

[c] S. Amb. to. 5. epist. ad Syricium.

[d] S. Ambros. to. 5. in c. 3. 1. ad Tim.

Pastoris est omnes lupos à grege Dei arcere scilicet hæreticos, & alios eius hostes.

[e] Hier. tomo. 1 epist. 8. ad Demetr. c. 9.

[e] Optat l. 7. contra Parmen.

[f] Idem ibid.

[g] Optat l. 2. contra Parm.

Monarchicum regimen Ecclesiæ à sancto Petro in successores pontifices Romanos transfusum.

Romana cathedra vnica scilicet vniuersalis cæteras omnes tanquã filias continens.

[h] Erat Anastasius Papa.

Authoritas Romani Pontificis in regimine Ecclesiæ monarchico ex sacris literis deriuata.

[i] S. August. epist. 106. ad Bonifacium, & to. 7. l. 2. cõtra Iulian. c. 2. & l. 2 de peccato originali cõtra Pelagianos c 8.

Non humano, sed diuina sententia omnia regendæ Ecclesiæ negotia sum fidei tum morum ad solium Romanũ Pontificis terminãda reuocantur.

[k] Epist S. Innocent. Papæ ad Patres Cõcilij Carthagineñsis apud S. Augu. epist. 42. to. 2.

No. quod hic S. Innocentius non ex sua, sed ex SS. antiquorum Patrum loquatur sententia.

No. Rom. Ecclesia fons viuo à quo saluisaque in omnes orbis Christiani Ecclesias redundans.

[l] Apud S. Aug. to 2. epist. 93. S. Innocẽt. ad Patres Conc. Mileuit.

Solicitudo omnium Ecclesiarum penes Rom. Pontificem Ecclesiæ monarcham.

A *præter illa quæ sunt extrinsecus solicitudo manet omnium Ecclesiarum super anxijs rebus quæ sit tenenda sententia, antiquæ scilicet regulæ formam secuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse seruatam. Verum hæc missa facio: neque enim hoc vestram credo latere prudentiam:* Scilicet solicitudinẽ regimenq; omnium Ecclesiarum penes esse Romanum pontificem,[a] *cumque in anxijs difficilibusque rebus esse consulendum. Quid id etiam actione firmastis, nisi scientes quod per omnes prouincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent? præsertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coëpiscopos nostros, nonnisi ad Petrum, id est sui nominis, & honoris authorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit omnibus Ecclesiis in commune prodesse.* His sanctorum Patrum testimoniis valde fideliter cum instituti nostri ratione, scopoque conspirantibus amicè præclara hæc Leonis magni sententia coniurat.[b] *Inter beatissimos Apostolos, in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis: & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est vt cæteris præemineret. De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio.*

a 2. Cor. 11. In his quæ religionis ac salutis æternæ sunt, quid sit agendum Ro. pontifex vt princeps et pastor monarchicus omnibus fidelibus præscribit.

b S. Leo. epi. ad Anast. episc. Thessalon.

Quid verò sancti Gregorij hæc sibi volunt?[c] *Certe,* inquit, *Petrus Apostolus primum membrum sanctæ, & vniuersalis Ecclesiæ est: Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularia sunt plebium capita?* Nisi vt ipse sanctus Pater ostenderet sicut primi membri principalis corporis, quod est caput, officium, munusque dicitur esse, cætera mẽbra corporis influendo regere, sic à primo membro, scilicet capite visibili sancto Petro vniuersalis Ecclesiæ regulam, & formam iustæ, & sanctæ dominationis, atque regiminis in totum illud mysticũ corpus, ac Ecclesiasticũ diuinæ ordinationis C influxu deriuari? Deus immortalis! quis posset verba hęc S. Bernardi nõ alio planè, quàm diuino spiritu menti tãti patris illapsa, & effusa diligẽter prudenterq; omni passionis, carnalisq; desiderij motu sublato cõsiderare, & simul nõ credere monarchicũ vniuersalis Ecclesiæ regimen in vnius pastoris œcumenici Christi Domini spiritualis in terra vicarij capitis Ecclesiæ visibilis auctoritate, atque maiestate inclinatum recumbere?[d] *Tu es,* inquit, *cui claues traditæ, cui oues commissæ sunt. Sunt quidẽ alij cœli ianitores, & gregum pastores: Sed tu tantò gloriosius, quantò differentius vtrumque præ cæteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli, singulos: Tibi vniuersi crediti sunt, vni vnus, nec modo ouium, sed & pastorum: tu vnus omnium pastor. Vnde id probem quæris? Ex verbo Domini, cui etiam non dico Episcoporum, sed & Apostolorum sic absolute, sic indiscrete, tota commissæ sunt gentes. Si me amas Petre pasce oues meas. Quas? illius, vel illius populos, ciuitatis, aut regionis, aut certe regni. Oues meas,* inquit, *cui non planum, non designasse aliquas, sed designasse omnes, &c.* His, & similibus sanctorum Patrum testimonijs, œcumenicorum conciliorum decretis, & sacrarum scripturarum oraculis instructi & ad confessionis veræ fidei sapienter erecti doctores Parisienses (quorum testimonia Papæ-mastiges, & hostes Romanæ sanctitatis malitiosè adulterare conantur) regimen Ecclesiæ militantis in terra monarchicum non esse pertinaciter defẽdere anathema hæreseos peste pollutũ firmiter credere, nullaq; dubitatione vacillantes asseuerare non dubitarunt. Clara est illa Gersonis Parisiensis cancellarij auctoritas.[e] *Non est licitum,* inquit, *scienter impedire quominus sit*

c S. Greg. l. 4 epist. 38. to. 2.

d S. Bernard. ad Eugeniũ Pap. l. 3. ca. 8.

e Gers. l. de statibus Eccl. consid. 2.

A *vnus talis supremus pontifex in Ecclesia, in quo sit Ecclesiasticæ potestatis plenitudo, & quod non sint plures, in quibus tantum Ecclesiasticum regimen desinere potest, esse monarchicum, & in aliam politiæ speciem, vt in Aristocratiam, aut Democratiam desinere videretur.* Hoc vero regimẽ Ecclesię in vno Romano Põtifice subsistẽs nõ esse monarchicũ, defẽdere sic alibi hęreticũ esse probat:[f] *Plenitudo* inquit *legis Ecclesiasticæ sic propriè sumpta, non potest esse de lege ordinariæ, nisi in vno summo pontifice formaliter, & subiectiuè: alioquin regimen Ecclesiasticum non esset monarchicum, & habere posset multiplex caput, quod aperte est hæreticum.* A commemoratione cæterorum Parisiensis facultatis doctorum (de quibus erroneæ huius doctrinæ dogmata detestantibus inferius plura) lubens abstineo, quod iam præsens B caput supra scribendi mediocritatem excreuisse videatur. Tantum pro conclusione opto, & diuinæ clementiæ vota fundo, vt huius doctrinæ perniciosæ fautores, & assertores suos agnoscant errores, & agnoscendo verè pœnitentes execrentur, ne in æternum cum sua pertinacia, & sine misericordia pereant.

f Gerso li. de orig. iuris & legum conclus. a.

CAPVT. VII.

Monarchia vera, ac propriè dicta importat merum imperium supremum absolutum, & independens, nisi à solo Deo, legibus nihilominus iustitiáque stipatum, & communitum: vt Monarchæ C vtriusque fori non quod sibi libet, sed quod iura dictant, sibi sumere debeant.

1. *Bonorum principum de sua à Deo concessa in proprios greges potestate legitima ingenua protestatio, opere & sermone.*
2. *Quæ sunt regum iura secundum Deum in sacris indicata scripturis.*
3. *Tyrannica vox, & ab omni pio, & Christiano principe execranda, omnia licere quæ placent, à qua omnis in malos principes calamitas redundat Deo iniquitatem eorum, & superbiam vlciscente.*

D NE monarchomachi vtriusque monarchię Ecclesiasticæ, & secularis hostes infestissimi, illius quidem aperti, huius vero occulti, propter metum temporalium pœnarum, (præ quibus æternas phrenesi manifesta cõtemnunt) nominibus illis, meri supremi, absolutique imperij terreantur. Sciant theologorum, regulis ad quas nostrum institutum, opusque collineat: res illustres his nominibus expressas nunquam extra pietatis, mansuetudinis, iustitiæque metas euagari, terminosque, quos Deus fidelibus orbis Christiani principibus, in vtraque temporali spiritualique monarchia præscripsit, nulla cuiuscumque iuris ratione posse prosilire. Quamuis enim monarchiæ splendor, atque maiestas[a] summum principẽ importet, penes quem summa reip. aut humanæ si secularis, aut diuinæ si ecclesia-

Absoluta potestas principum terræ in vtraque monarchia non potest nec debet iustitiæ gradu terminum.

a Boditus li. 2. de rep. c. 2.

si Ecclesiasticus sit, potestas firma securaque consistat: qui nullius addictus imperio cæteros regnicolas, imperiique subditos, tam vniuersos, quam singulos vt dirigere, sic coercere ordinatione diuina potens habeatur: tamen eiusdem ordinationis diuinæ præscripto, sic intra iustitiæ, & æquitatis terminos à diuina lege positos eius principis in terra summi potestas inclusa est, vt non quod sibi liber, sed quod iura dictant, sibi sumere debeat. Iam enim Christo pro nobis in carne passo illud Prophetæ completum est. *Et*[a] *nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*, scilicet secundum eius præscripta legum populis imperando; *Et nunc reges intelligite*, id est vt ait magnus Augustinus: [b] *Etiam nunc me rege constituto, nolite tristes esse reges terræ, quasi bonum vestrum ablatum sit vobis, sed intelligite potius, & erudimini, id enim vobis expedit, vt sub illo sitis à quo intellectus, & eruditio vobis datur. Et hoc vobis expedit, vt non temerè dominemini, sed Domino omnium cum timore seruiatis, & exultetis in beatitudine certissima, & syncerissima, caute, & circumspicientes, ne ab ea per superbiam decidatis.* Hinc illæ sapientes, paternæq; flāmis charitatis accensę S. Gregorij ad Francorum Reges exhortationes, sic affantis Childebertū Regem. [c] *Tunc enim verè regi regum, id est omnipotenti Domino amplius placebit*, scilicet princeps, *si potestatem suam restringens minus sibi licere crediderit, quam potest.* Et ad Theodoticum, & Theodobertum Reges hæc illis pia charitatis eloquia principibus inculcat. [d] *Summum in regibus bonum est iustitiam colere, & sua cuique iura seruare. Ergo summum malum iniustitiæ limites transgredi, & quod iure non licet, tyrannice vendicare.* Et ad reginā Brunechildem. [e] *Si vultis*, inquit, *nihil iniustè perdere, summopere studete de iniustitia nihil habere: cum scriptum sit*[f] *iustitia eleuat gentem, miseros autem facit peccatum: tunc regnum stabiliri creditur, cum culpa quæ cognoscitur citius emendatur.* Verissima illa Salustii prophani senatoris sententia, quam vtinam Christiani principes attendere vellent. [g] *Qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cunctis mortales nouere. Ita maxima fortuna minima licentia est.* Quam fœliciter magno Theodosio cessit, se in summa imperii celsitudine collocatum iustitiæ dispensatorem, ac ministrum subditumque legibus agnouisse factoque ipso publicasse Quo illa præclara ad laudem, prædicationemque tanti principis vtriusque orbis corona fulgentis Panegyristis ipsum imperatorem affantis eloquia referuntur. [h] *Idem es*, inquit, *qui fuisti, & tantum tibi per te licet, quantum per leges antea licebat, nisi summum facultate, & copia commodandi, non securitate peccandi experiris.* Conforme huic laudabile Theodati Regis, apud Cassiodorum responsum: [i] *Cum omnia possimus, sola credimus nobis licere laudanda.* Sunt enim legitima hæc Christianorum principum vtriusque monarchiæ iura, vt fœliciter præsint; agnoscere verbo, & opere se homines instar aliorum quibus dominantur, esse natos, proinde se suaque morti deberi, sola Dei miseratione, & gratia in populos Christiani gregis habenas imperandi sibi creditas: vt collineantes omni mentis affectu sanctæque studio æmulationis in regulam formamque imperii Dei cun-

a Psal. 2.

b D August. in Psal. 2. v. 8.

Felices principes Deo placētes dū quæ iura dictant non quod sibilibet faciunt.

c S. Greg. l. 5. epist. 6.

d S. Greg. l. 7. epist. 120.

e Idem S. l. 9. epist. 57.

f Prouer.

g Sallust.

Maxima fortuna minima licent.

h Panegyris. Pacatius.

i Cassiodor. l. 16. epist. 10.

Iura bonorum principum quibus se suosque feliciter regunt.

cta supercilio mouentis, ad eius gloriam, & honorem cū pietate & iustitia regnent, non sua sed populorū causa à se Deo principes esse creatos, agnoscāt, vt vitæ commoditates proprias, fortunas, vtilitatesque priuatas illorum salute posteriores ducant, illudque poëtæ sibi non ingratè sæpius, vt custodiant, veniat in mentem.

[k] *Tu ciuem, patremque geras, tu consule cunctis,*
Nec tibi, nec tua te moueant, sed publica vota.

Animam pro his vt bonos pastores instar Christi Domini generose se perdere, & effundere teneri, *Vt illam in vitam æternam custodiant*, se à rectè regendo reges, à iustè præcipiendo principes, à pie religioseque dominando imperatores esse dictos atque monarchas. Dare operā, eamq; solertem, diligentem, vereque paternam, debēt, vt Christus rex regū in medio sui vitæ illius imitatione dominetur, per se vero regnet in populis, & sub ipso Domino dominantiū sic sancte fideliterq; cōmissos suo sceptro regiæque virgę populos paterno moderētur affectu, rerūque ad ipsorum salutem spectantium satagant: vt non modo pacis temporalis, perituræque prosperitatis lucrum in terra faciant: verum etiam per bona opera certæ vocationis æternā in fœlicitatem super omnes cælos sibi, & populis iura religiosē, dominando consequantur. Hæc & similia ex æternę diuinæq; fonte legis exundantia bonorum principum iura sunt: qui Christi sequentes vestigia, sic iustitiam pietatemque regnando colunt in terris, vt in æternum regnare valeant in cœlis. Atque horum principum verè Christianorum figuram Deus in veteri lege, in persona regum super Israel constiturorum non leuiter expressisse videtur: cum ita per Moysem populum affatur. [l] *Postquam autem sederit*, scilicet Rex, *in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ*, scilicet vt executioni, in regendo populo mandet, quomodo autem illud, sic continenter loquens exponit. [m] *Vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias eius: quæ in lege præcepta sunt, nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partē dextram vel sinistram.* Sequitur fructus ac merces optimi regiminis, nempè, *vt longo tēpore regnet ipse & filius eius super Israel.* Non erant ergo illa legitima veri regis iura, quorum commemoratione rebellē, ac seditiosum populum terrere Samuel Propheta nitebatur, ne contra Dei voluntatem regem ad instar gentiliū populorum sculptilibus dæmoniorum cultu idololatrico, seruientiū, obstinata mente peterent, sed iura tyrannica ad alligandos dura seruitute populos nata, quæ à Deo minimè sibi concessa, sed arroganter violenterque per omne nefas vsurpata sibi principes nefarii super populos infidelitatis lue contaminatos arrogauerunt. [n] *Hoc erit ius regis*, dicebat Propheta, *qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum: & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum & messores segetum, & fabros armorum, & curruum suorum, filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas*, & cetera.

k Claudia. l. 4. de Honorij Imp. cōsulat. ad eundem.

Figura principis Christiani in persona regum Israel depicta.

l Deuter. c. 17. v. 18. 19. 20. in fine.

m Ibid v 19.

Non erant Regis legitima iura, sed tyrānica vsurpationis, de quibus ad populum Samuel: vt eum à petitione Regis cōtra Dei voluntatem deterreret.

n 1. Reg. c. 18. v. 11. 12. & seqq.

A Quæ non iura regum, sed tetra tyrannorum iussa, non leges, sed potius faces, ac pestes reipublicæ, non mansuetæ dominandi regulæ, & societatis humanæ directiones, sed diræ populorum oppressiones appellantur. Abyssum doctrinæ, magistrum scholasticorum Theologorum, doctorem Angelicum quid de hac re sentiat audiamus.[a] *Dicendum*, inquit, *quod illud ius*, scilicet de 1. Reg. 8. *non debebatur regi ex institutione diuina, sed magis prænunciabatur vsurpatio regum, qui sibi ius iniquum constituunt, in tyrannidem degenerantes, & subditos deprædantes, & hoc patet per hoc quod in fine subdit*, scilicet Propheta, *vosque eritis ei serui, quod propriè pertinet ad tyrannidem, quia tyranni suis subditis principantur vt seruis; vnde hoc dicebat Samuel ad terrendum eos ne regem peterent.* B *Sequitur enim noluit audire populus vocem Samuelis.* Hæc sanctus ille:[b] qui addit, *posset contingere, quod bonus rex absque tyrannide filios tollat, & constituat tribunos & centuriones: multa accipiat à subditis suis propter commune bonum procurandum.* Extra quod commune reip. bonum, casumque necessitatis populos exactionum mole premere, tributorum grauitate deglubere, hirudinum more illorum sanguinem sugere, agros, domos aliaque bona populari, vt ambitioni, cupiditati propriæ, securitati, aut potius crudelitati lupinæ, inani gloriæ, habendique siti inexplebili seruiatur: Non Christianorum principum, sed immanium ethnicæ impietatis atque perfidiæ tyrannorum est; quorum scelera, & oppressiones in populo suo grassantes solet Deus seuerissimè punire. C Nam & Roboam filium Salomonis decem tribuum ablatione, defectioneque mulctauit,[c] quod citra necessitatem tributorum cumulo, & multitudine populum grauare, & opprimere instituisset Et regi Achab totique eius domui maledixit extremumque per Prophetam exitium minitatus est,[d] quod auare ambitioseque concupitam vineam innocentis domini sanguine fœdatam violenter abstulisset. Aliosque plerosque principes scriptura sancta, sacrique annales Ecclesiæ misere iusta Dei ordinatione vita cessisse commemorant: quod sine causa populos iniusta suorum bonorum detentione perculerint. Quæ profecto pœnæ atque supplicia Deo vltore, in illorum principum minimè caput, atque fortunas irruissent: si hanc subditorum substantiæ vsurpationem ex D lege regni, atque iure suscepissent.[e] *Quod enim fit lege permittente legitimum dicitur, & pœnam non meretur*,[f] vt ciuilia iura declarant, atque decernunt, vnde in Hebræo Samuelis est pro nomine Ius, verbum משפט[g] Mispat, vsum propriè significans: inde nomen vsurpatio: quasi diceret Samuel, hoc erit ius Regis, scilicet sic vtetur bonis vestris Rex, sic ea ad nutum vsurpabit, instar infidelium principum, quos sacrilega ethnicaque superstitio, & impietas in populorum diabolica fraude deceptorum oppressionem sæua potestate ferociter armabit. Non erit ita de Christianis principibus, longe alia mens est vnctorum Christi, longè ab istis paganorum tyrannorum crudelitatibus dissentiens animus. Nam vt præclarè sanctus

a S. Tho. 12. quæst. art. 1. ad 5.

b Idem S. Thom. ibid.

c 3. Reg. c. 12.

d 3 Reg. 21.

e L. Legitima de pactis. ff.

f Græcus ad l. Iuliam de adult.

g Ius in Hebræo pro vsurpatione. 1. Reg. c. 8.

Principes infideles esse dominos seruorum, & Christianos liberorum populorum.

A Gregorius aiebat,[h] *reges gentium domini seruorum sunt, imperatores vero Romanorum* (scilicet Christianorum) *domini sunt liberorum.* Propterea videmus persæpe, sicuti legimus quod Francorum Reges, qui heroicarum, virtutum apice in defendenda Dei Ecclesia, Apostolicaque sede contra omnes barbarorum hæreticorum, tyrannorumque furores insultusque ferinos (sicut copiosissimè sumus Deo duce in tertia parte, quartaque dicturi) Christianissimi nomen sibi iure optimo pepererunt, licet in temporalibus sui regni absoluti supremique monarchæ habeantur, nec alium superiorem in regno suo, quoad temporalia, ciuiliaque præter Deum agnoscant: tamen vt sciant omnes se non quod sibi placet, sed quod iura volunt, sibi sumere velle, quandoque se sua cadere causa, curiæ ac B parlamenti sui senatusconsulto voluntariè patiantur. Sicque omnibus subditis ex regia mansuetudine testatam relinquunt professionem suam: qua regni sui legibus subijci, non tam necessitate quàm humanitate, & pietate Christiana gloriantur: æmulantes pietatem, mansuetudinemque magni Theodosij dicere sueti,[i] *humanum esse edictu fieri consensu senatorum.* Vt ostenderet consensum illum, non tam necessitatis esse, quàm humanitatis, & æquitatis, *dignumque vocem esse maiestate regnantis legibus obligatum se principem profiteri.*[k] Nec eò spectans illud admonitionis, & exhortationis ad Regem Christianissimum 21. Maij anni Domini 1615. factę senatus Parisiensis silentio prætereundum est, *videlicet vera regnorum, imperiorumque axiomata, quibus societatis politica firmiter, ac prosperè fun-* C *damenta substituunt, ea esse præcipuè, quæ potestatem summam maximeque absolutam asserunt, eo maiori æquitatis, & modestiæ moderatione contineri debere, quo altior, & sublimior est, vt diuturniori prosperitatis honorisque latitudine crescat, & extendatur. Errat enim, aiebat Seneca,[l] si quis existimet tutu ibi esse regem, vbi nihil à rege tutum est: securitas securitate mutua paciscenda est. In summa potestate mansuetum, & humilem esse, nihilque sibi nisi quod iustum est arrogare, optimi est principis.* Et in medio maximarum populi sui fortunarum, & opum, paruo contentum esse, vt subditorum corda bene merendo possideat, bonis animi, & mentis tranquillitate ditissimus. Qui secus fecerit infœlix, & egenus semper, tametsi alienis ingurgitatus opibus habebitur. Quis non ad hanc D rem mirifice laudabit ista Senecæ, & sic principum corda mentesque sapienter erudientis admirabitur?[m] *Hominem probum, & principem suo contentum esse, nec existimandum paruo esse contentum, cuius omnia illius sunt, non sic quemadmodum Alexandri fuerunt: cui quanquam in littore maris rubri steterat, plus deerat, quam qua venerat. Illius ne ea quidem erant quæ tenebat, aut vicerat: cum in Oceano Onesicritus præfectus classibus, præmissus explorator erraret, & bella in ignoto mari quæreret? Non satis apparebat inopem esse qui extra naturæ terminos arma proferret? Qui se in profundum inexploratum, & immensum auiditate cæca prorsus immitteret? Quid interest quot eripuerit regna, quot dederit, quantum terrarum tributo premat? Tantum illi deest, quantum cupit.* Ergo vt ille isti, sic illi miseri principes, qui dum sibi ex celsitudine

h Greg. l. 8. epist. 31.

Reges Galliæ quamuis summi, & absoluti, tamen quandoque sua cadere causa senatusconsulto patiuntur ad iura respicientes.

i L. humanum c. de legibus

k L. digna vox de legib. & constitut. principum.

Exhortatio senatus Parisiensis ad Ludouicum 13. Christianissimum Francorum Regẽ, die 21. Maij anno 1615.

In quo prosperitas bonis regis, ac principis, & contra in quo egestas & miseria.

l Seneca l. 1. de Clemen. c 19.

Egestas maxima Alexandri M. in maximis opibus vnde.

m Senec. l. de benefi. c. 2.

Principes miseri qui animo sunt supra iura audentes.

A potestatis supremæ blandiuntur, & omnia posse de absoluto imperio gloriātes videri volūt, impotentes contra mentis ægritudines animique iactationes, semper inania sperantes, & cōtra Dei iram præsumentes, irrito cupiditatis ambitiosæ, superbiæque conatu misericōtabescunt.[a] *Nec hoc Alexandri tantum vitium fuit*, (inquit idem grauis qui prius senatorius Philosophus) *quem per Liberi Herculisque vestigia fœlix temeritas egit, sed omnium quos fortuna irritauit implendo. Cyrum, & Cambysem & totum regni Persici stemma percense. Quem inuenies, cui modum imperij satietas fecerit, qui non vitam in aliqua vlterius procedendi cogitatione finierit?* Ergo infœlix Caligula exemplar tyrannorum, & crudelitatis prodigium, quod temere, & insolenter de absoluto principatu gestiens, & immaniter exultans [b] *omnia sibi & in omnes licere* iactaret, infœlix Sallustianus Memmius, [c] *quod impune quidlibet facere, id esse regium impudenter assereraret*. Infœlix, ac miser Antoninus Caracala, quod hæc, illi impia communi sermone fessitarent in ore apud Spartianum,[d] *licet si libet*, contra illud Senecæ in Troade. [e] *Minimum decet libere, cui minimum licet.* Infœlix illa [f] Iulia Augusta luxuriæ flamma æstuans, quæ cum Messalina, lassata *viris nunquam satiata recessit*, quod priuigno suo Antonino, quem ad stuprum inuitabat dixerit: *An nescias te imperatorem esse, & leges dare non accipere?* Scilicet vt Velleius ait, [g] *magnitudinem fortunæ suæ peccandi licentia metiuntur, quidquid liberet, proiecto iudicantes, sic ad omne nefas principis fenestra patens: nullaque vacat quæstio prauitatum*, [h] Ammiano teste, apud eos *qui quod volunt maximas putant esse virtutes.* Ab C hoc iniustitiæ fonte illa Persarum iudicum responsio manauit. Regi Cambysi roganti, *num quædam lex permitteret nuptias cum sorore? Illi negarunt talem se inuenire; sed quandam aliam, qua liceat Persarum regi facere quidquid libeat.*[i] Non minus turpis ac flagitiosa illa Anaxarchi adulatio, qui Alexandro sine cōsolatione lamentanti, atque se ipsum propter à se occisum Clytum excruciāti dixit:[k] *Ignorare illum cur veteres sapientes iustitiam assistricem Iouis fecerunt, nimirum vt hominibus notum facerēt, omne quod à principe gereretur, quantumuis humana perniciosum societati, à Ioue ipso tanquam iustum rectumque probari*; Sic miseri principes sceleratissima dementati aulicorum impiorum adulatione, dum omnia sibi posse persuadent, nihilque quod improbum sit ad operandum refugiunt, incauti, exceptique diuinæ iustitiæ laqueis D irretiti tenentur: & vt loquitur Propheta [l], *in puncto, in ictu oculi descendunt ad inferos.* Quorum sortem deflebat simul, ac execrabatur Philippus Augustus [k] Rex Francorum cum ad Cardinales curiæ scribebat, *principes nōnullos valde mente cæcos sibi videri ad sibi persuadere, vt quod libet liceat, quod liceat possint quod possint audeant quod audeant faciant.* Ita in illis cogitatis furoribus, & furiosis cogitationibus euanescentes, dum propriæ vitæ animæque aleam periclitantur, salutis publicæ fundamenta conuellunt. Vt de talibus non male Saluianus [l] ille magnus prælatorum sui temporis magister cecinisse videatur. *Vnius hominis honor totius orbis excidium est.* Omnia principis esse in imperio, eiusque submitti

a Seneca c. 5. l. 7. de benef.

Vox tyrannica omnia licere quæ placent in ipso desiderio, atque conatu miseros reddit principes.

b Suet. in Calig.

c Salustius in Iugurthino, c. 31.

d Spartian. in Caracala.

e Seneca in Troad.

f Iuliæ Augustæ imperium.

g Velleius.

h Ammianus Marcel. l. 27.

i Herodot. l. 3.

Anaxarchi flagitiosa adulatio.

k Arianus de rebus Alexand. Plut. in Alexand.

l Iob. c. 21. v. 13.

k Philippus Aug. ad Cardinales curiæ.

Princeps sibi omnia licere persuadens se summque populum destruit.

l Saluianus l. 4 de prouid. Dei.

A cupiditati, sapientes etiam ethnici negant. Illudque de Domitiano imperatore assentatoris dictum, [m] *Et quid Cæsar non suum videat?* detestantur. Et Satyricus violentas illas iustasque bonorum populi prædas, deprædatoriasque vsurpationes cum execratione ridet.[n]

Quidquid conspicuum, pulchrumq; ex æquore toto
Res fisci est vbicumque natat.

Quam sapienter atque perite Seneca modum, rationemque, qua reip. bona ad principem imperij summum pertinere dicantur, elegantibus verbis expressit. [o] *Iure ciuili omnia regis sunt*, inquit, *& tamen illa quorum ad regem pertinet vniuersa possessio, in singulos dominos descripta sunt, & vna quaque res habet* B *possessorem suum. Itaque dare regi, & domum, & mancipium, & pecuniam possumus, nec donare illi de suo dicimur. Ad reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas.* Sunt illi termini regnorum ac regum ab ipso Deo præscripti, quos si princeps summa potestate fultus, armisque munitus imperij transilire contendat, [p] iam se longè à diuina lege iustitiæque rectitudine exorbitate fateatur: *timeatque, quod horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Nam vt aiebat ille,

[q] *Regum timendorum in proprios greges*
Reges in ipsos imperium est Iouis,
Clari gigantæo triumpho
Cuncta supercilio mouentis.

C Sed verius nos Christiani non Iouis fictitii numinis, sed veri Dei imperium in omnes reges terræ fideliter constanterque credimus: cuius decreto, quod manet in æternum, nisi suæ dominationis temporalis fasces in omni humilitate obsequioque submittant, cum iustitia, & pietate regendo populos: [r] *Potentes potenter tormenta patientur.* Etsi enim ab omni terrenæ potestatis iurisdictione immunes existant, sciant magis se diuinæ omnipotentiæ legibus astringi, quarum districtionem effugere nulla ratione valebunt. Quod agnoscens Rex maximus Dauid cæde Vriæ cruentatus, & adulterij Bethsabeæ lue fœdatus in æstu magnæ pœnitentiæ, ægrique doloris intrinsecus ingemiscens clamabat ad Dominum. [s] *Tibi soli peccaui, & malum coram te* D *feci.* Id est iudici meo, apud quem solum, vt princeps & monarcha in terra summus conuinci possum, conuictusque graui mactari supplicio: non dixit, contra te solum peccaui grauissimè namque peccauerat contra Vriam, quem neci mortique crudeli proditione demiserat; contraque vxorem eius, quam turpi, fœdoque adulterio polluerat, & contra vniuersum Israel populum, quem magno scandalo confuderat, infamique deprauauerat exemplo. Sed dixit; tibi soli peccaui: regi meo, ac Domino, omnia scienti, quem celare nihil possum, supremo meo, vt omnium terræ principum iudici omnipotenti, scelerū nostrorū vltori Quoniam vt præclarè Cassiodorus, [t] *Si quis de populo errauerit Deo peccat, & Regi, at*

m Plin. in panegy.

n Iouenal. Satyra 4.

o Senec. l. 7. de benef. c.

Qua ratione populorum bona principum esse dicantur.

p Hebr. c. v. 3.

q Horat. l. 3. od. 1.

r Sap. 6 v. 7.

s Psal. 50. *Cur dixit Deo Dauid tibi soli peccaui, & contra te solum peccaui.*

t Cassiodor. in Psal. 50.

Quando Rex delinquit, soli Deo reus est, quia hominem non habet qui facta eius dijudicet. Merito ergo Rex Deo tantum se dicit peccasse qui solus erat, qui eius admissa potuisset excutere. A Quem si peccantem, & imperij sui potestate nequiter abutentem in hac vita Deus abstinens [b] à virga iustitiæ suæ ferrea, qua tanquam vas figuli potentes mundi confringere solet, dissimulando sustineat : sciat nihilominus princeps terræ & mature & fructuose intra se considerct, [c] *non dormitare neque dormiturum qui custodit Israel*, id est populum precioso suo redemptum sanguine; [d] sed vltionis tarditatem suppliciorum grauitate compensaturum, nisi antequam vitæ fatis occumbant, seculi principes siue spiritualium, siue temporalium prouinciam gerentes suæ conscientiæ domui disponant, errataque B vitæ suæ priuata & publica tristitiæ lachrymarumque fluuio demergant. Quæ secundum Deum pœnitentiam in salutem stabilem operantur. Propter quod ita magnum illum Theodosium vtriusque orbis imperatorem ad pœnitentiam post cædem Thessalonicam sanctus Ambrosius hortabatur.[f] *Imperatoribus fortasse principatus peccatum agnoscere non sinit; sed potestas offundit rationi caliginem : verum qua sit natura nostra, & quàm fragilis, & fluxa considerandum est : & in antiquum puluerem ex quo orti sumus, & in quem recasuri acies mentis intendenda, neque ipso splendore purpuræ deceptus corporis illa operti imbecillitatem ignorare debes.* Neque sibi vnquam male persuadeant principes mundi huius propter suæ maiestatis celsitudinem, absolutamque in imperio suo potestatem C suis Deum vitiis corruptionibusque vitæ conniuendo blandiri : quod eos pecccantes, minimeque pœnitentes in hoc non plectat seculo, sibique pro delictorum mensura plagarum modum non immittat; vt quantùm se [g] in delicijs oblectauerint immundis, tantum tormenti patiantur. Nam hac Dei in suis sceleribus dissimulatione, maius diuinæ contra se in egressu vitæ indignationis contorquendum fulmen debent cum stupore maiori perhorrescere, & credere, nullas [g] in hac vita pœnas peccantibus, in futuro seculo maximas, nulla nisi æternitatis mensura terminandas parturire.

b Psal. 2. v. 9
c Psal. 120. v. 3.
d Lactant
e 2. Cor.
f Theodoret. l. 5 c. 17.
g Apoc.
g D. Aug. serm. 77. de ver. Dom.

Quamobrem vt vnde orsus sum finiā, summo, supremo absolutoque principum vtriusque militiæ secularis, & Ecclesiasticæ Christianorum imperio minime cooturbati terreri debe- D mus : eum alta hæc, supremaq; imperij meri celsitudo, nec nō absoluta regnādi potestas intra iustitię pietatisq; limites (extra quos nulli principū impune licet euagari) à summo omnium regum principe Deo Christoque Domino fixos atque positos, eorum extractores virga vltionis suæ castigante, pro salute bonorum Christianorum contra furores immanium regni, & Ecclesiæ hostium firmiter fœliciterque contineantur.

A

CAPVT. VIII.

Cum omnis monarchia supremaque potestas Christiana, iustitia atque pietate terminetur; quanto magis Ecclesiastica harū virtutū circo debet includi.

POTESTAS omnis quo maior & perfectior euadat, eo iustior, & mansuetior esse debet : secus regnandi maiestas secundum Deum bonum non esset, nisi per iustitiam & mansuetudinē in subditos Deo regimina dirigente B diffunderetur, *cum bonū natura sui sit diffusiuum*, vt supra cū S.[h] Dionysio diximus. Et cū ex omnibus mundi principatibus monarchico splendore rutilantibus perfectior nullus Ecclesiastico censeatur. Profecto si secularis maiestas monarchiaque supra iustitiæ, pietatis, mansuetudinisque metas efferri non debeat, Ecclesiastica multo minus, quæ alijs terræ potestatibus optime regendi populos lucem præferre debet.[i] Siquidem vt loquitur Apostolus potestas illa summa Ecclesiastica super fideles Christiani gregis à *Deo in ædificationem non destructionem data est*. Quamobrem sic monarchicam in Ecclesia sua Christus Dominus potestatem, maiestatemque instituit, vt illam iustitia, æquitas, pietas, fides, religio, mansuetudo, cæteræque Christianæ virtutes inexpugnabili sanctitatis fortitudinisq; muro C dissimillimam tyrannicę gentilium regum potestati vallarent. *Scitis quia principes gentium dominantur eorū, & qui maiores sunt potestatē exercent inter eos, non ita erit inter vos :* dicebat Dominus discipulis, & Apostolis suis de duorum fratrum ambitione indignantibus; *sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus*, atque quanta mansuetudine, humilitate, & charitate ecclesiæ suæ præfectos vellet imperare, sic suo demonstrauit exemplo, [l] *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis :* Quæ forma à Christo Domino suæ ministris Ecclesiæ, præsertim vero Apostolorum principi sancto Petro, & eius posteris, in solio Apostolico sessuris; præscripta suo exemplo valde potestati, ac dominio paganorum D principum tyrannica seueritate populis terrę prę-sidentiū contraria est, vt Græca phrasis indicat. Quæ loco horum verborum versione Latina receptorum *dominantur eorum*, habet [illegible] *αὐτῶν dominium exercent contra eos*, & pro his quæ sequuntur, scilicet & qui maiores sunt potestatē exercent in eos; Græcus textus est καὶ οἱ μεγάλοι κατ[illegible] αὐτῶν, *imperiosa quadam acerbitate exercent dominium*: vos autem non sic, scilicet gregi meo ecclesiastico dominabimini superbe, tyrannice, seuera quadam, barbara, immanique regnandi licentia, sed iuste, humiliter, mansuete vobis dominantibus imperante charitate. Quorum Christi domini verborum verus interpres Origenes aiebat [n] *Quoniam duo fratres super cæteros Apostolos sibi gloriam præripere voluerunt. Indignantibus inde occasionem accipiens Iesus regulam iustitiæ fidelibus ponit, quomodo apud Deum quis potest obtinere primatum: Dicens principes gentium*

h S. Dionys.
Potestas Ecclesia ad ædificationem non ad destructionem data.
i 2. Cor. 10 v. 8. c. 13. v. 10
Potestas Ecclesiastica non potest sua iustitia & pietate destitui.
k S. Mat. 20. v. 25. Luc c. 22. v. 25.
l Matth. 16r. supra. v. 31.
Tyrannica gentilium dominatio valde opposita Ecclesiastica dominationi.
m Phras. Gręc.
n Orig. tract. 12. io S. Matt. c. 2...c. 2.

non contenti tantum regere suos subiectos violenter eis dominari nituntur. Inter vos autem qui estis mei non erunt hæc,&c. Ad hanc iustam, mansuetamque regnandi, imperandique fidelibus in Ecclesia Dei formam à Christo Domino iussam, præscriptamque referenda proprie venit illa Probi viris è quatuor præfectis imperij Romani à Constantino magno constitutis prædictio, Mediolanum Sanctum Ambrosium rectorem iustitiæ, prouinciarumque plurium gubernatorem mittentis [a] *Vade*, inquit, *age non vt iudex, sed vt Episcopus*, scilicet clementer, mansuete magna fide, & æquitate prouinciarum populos recturus, vt Episcopus Ecclesiæ suæ greges solet spiritualiter pascendo moderari. Inter aues solus vespertilio insignis ad deformitatem & immūditiam auis dentibus abundat, quibus pulchra quæque rodat, tenebrarum appetitor, osor luminis, vera pastoris immundi ignorantia, malitiaque cæci, atque immitis imago. [b] *Rex apum caret aculeo*, veri pastoris, ac principis Christianorum formam exprimens: qui sine felle seueritatis regnare debet, vt fœcundetur animarum partu, quas parturiat Christo Domino, atque lucretur. [c] Arbores secus maris rubri littora satæ perpetuò fructuum sterilitate deformantur: symbola vera mercenariorum, qui magis sanguinis, quam salutis ouium Christianarum, nihil cœlo, sed orco parientes, desiderio contabescunt. Noo quod aliquando pastor, ac princeps Ecclesiæ Dei cum desperati morbi necessitas vrget seueritate iusta in delinquentes nimium animaduertere non debeat, ac possit. Vt immedicabile vulnos ense rescindatur, ne pars sincera trahatur. Sic exiguum temporis spaoum [d] sancti Petri Ecclesiæ Christi principis, ac œcumenici pastoris indignationem, seueram, iustamque sententiam ab interitu Ananiæ, & Saphiræ subito, citaqoe morte, illorum contra Spiritum sanctum mendaciorum vltricem retardare non potuit. Et sine mora sanctus Paulus [f] magum dæmonibus seruientem sobita cæcitate mulctauit, & [g] foroicarium, nec non [h] naufragantes à fide non habentes conscientiam Hymæneum, & Alexandrum anathemate perculsos satanæ tyrannidi subiugauit: vt hac castigatione recedentes, & foróter exilientes ab impietate sua discerent non blasphemare, pœnitentiamque in interitom carnis, vt spiritus saluus fieret, magno animo suæ operatricem salutis amplecterentur. Atque hæc quidem rara exempla, & non nisi ad terrorem omnium, pœnamque paucorum extremis malis deploratisque morbis adhibita remedia. Christus enim Dominus (vt facto, & exemplo) monstrauit summam quam in hac Ecclesia posuit authoritatem, à qua subalternæ omnes suæ potestaóis vigorem acciperent, non solum iustitiæ legibus ornatam, sed etiam clemētiæ, atque mãsuetudinis armis voluit esse munitã. Propter quas benedixit Deus principibus secularis monarchiæ, quantò magis spiritualis, teste S. Ambrosio hæc de regis Dauidis mansuetudine miranda referente, [k] *Dauid Rex cum omnibus suam æquabat militiã fortis in prælio, mansuetus in imperio, ideò non recidit, quia charus fuit omnibus, & diligi à subiectis, quam timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis seruat excubias, nescit diuturnitatis custodiam.* Propter quam in regnando mansuetudinem iustitiæ, pietatique coniunctam, fiducialiter Dominum Rex ille Propheta rogabat, vt

Prædictio Probi præfecti.

[a] Paulinus in vita S. Ambr.

Pastor Ecclesiæ misericorditer, ac paterna pietate oues debet regere.

[b] Senec. l. 1 de Clemen. c. 19.

[c] Plin.

[d] Act. c. 5. v. 5. 19.

[e] Elimos magus cæcitate percussus à

[f] S. Paul. Act. 13. v. 8.

[g] 1. Cor. c. 5. v. 5.

[h] Timoth. 1. v. 20.

[k] S. Ambr. l. 2. offic. c. 7.

A sibi sollicito magnarumque difficultatum, atque laborum fluctuanti procellis, clementer opitularetur. [l] *Memento*, inquit, *Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Sanctus Bernardos [l] hæc secundi Canticorum pia, doctaque expositione illustrans, *Dilectus mihi, & ego illi qui pascetur inter lilia*; quæ sint illa lilia inter quæ spōnsus æternus animarum fidelium pascitur, & pascit iuxta Hebraicam phrasim sciscitando, mansuetudinem cum duabus alijs virtutibus veritate, & iostitia regnantis maiestate dignissimis esse dixit his verbis: *Nunc verò lilium veritas est, lilium iustitia est, & mansuetudo, & bene lilium mansuetudo habens innocentiæ candorem, & odorem* [m] *spei. quoniam sunt reliquiæ*, inquit, *homini pacifico, bonæ spei vir mãsuetus, nec minus etiam in præsenti lucidū quoddã est vitæ socialis exemplar &c.* Nec solum veritatem B ac mansuetudinem lilia vocat mellifluus ille doctor, [n] sed iustitiam quoque. *Quod autem iustitia lilium sit, recordamini de scriptura*, inquit, *quia iustus germinabit sicut liliū, & florebit in æternum ante Dominum.* [o] propter quæ principes vtriusque fori vere fœliciterque ex Deo regnant. [p] *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam.* Quam iustitiam nunquam summi Ecclesiæ principes de mandato Dei nostri saluatoris à mansuetudine disiungunt, vt in eius locum seueritatis acerbitatem succentutient, nisi vt dixi in morbis perditorum hominum desperatis. *In quibus cauterium præparamus, & ferrum* (dicebat sanctus Cælestinus Papa [p] contra hæresiarcham Nestorium vita nequissima fætidum, & desperatæ planè salutis hominem) *quia vltra non erũt fouenda vulnera quæ merentur abscindi, fecimus certè maiora vitia maiore semper dolore sanari.* [q] Et sanctus C Leo disquisiooe diligenti Manichæos persequens, qui occulto colloquio suæ impietatis venena in insipientium, idiotarumque corda nequiter exhalabant, hæc insinuando proclamabat. *Aliter nobis commissos regere non possumus, nisi eos qui sunt perditores, & perditi zelo fidei Dominicæ prosequamur, & à sanis mentibus ne pestis hæc latius diuagetur seueritate qua possumus abscindamus.* Non aliter quam ipse Romanæ reip. consul factus Cicero de coniuratoribus dicebat. [r] Qui totam ciuitatem ferro, flammaque vastaturi, tot ciuium neces, funera, trucidationesque truculentissime moliebantur: *Quæ sanari poterunt quacumque ratione sanabo, quæ resecanda erunt non patiar D ad perniciem ciuitatis manare.* Sed acerbitati pœnarum mansuetudo semper indulgenoæ paternæ præeat; quoniã vt ad Episcopos prouinciæ Viēnensis contra Archiepiscopum suum asperius irritatos sanctus Hilarius Papa scribebat. [s] *Prauia medendi semper seueritatis est lenitas, nec omnis ferro statim culpa compescitur.* Nec quicquam in summo principe videri potest mansuetudine iucundius, & dominandi lenitate venustius. Quam tutum ad gloriæ fasces iter Tullius appellabat, ita contra perduellem, hostemque reip. Antonium à senatu iudicatum suæ eloquenoæ aculeos exasperans. [t] *Illud magis vereor ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes plus te vnum posse quam omnes, & metui à ciuibus tuis quam diligi malis. Quod si ita putas, totam ignoras viam gloriæ &c.*

Psal. 131. v. 1.

[l] S. Bernard. in cant. 2. ser. 70.

Veritas, iustitia, mansuetudo regia virtutes regia lilia inter quæ Christus Dominus pascetur & pascit.

[m] Psal. 36.

[n] Ibid S. Ber.

[o] Psal. 5.

[p] Psal. 44.

[p] S. Cælest. epi. ad Nest.

Cum dulcedinis remedium grauibus sceleratorum peccatis curandis nihil profi sūt, cogitur pastor Ecclesiæ cauterium iustæ seueritatis adhibere.

[q] S. Leo epi. 2.

[r] Cicer. 1. Cat.

[s] Epist. S. Hilar. Papæ ad Viennenses Prouinciæ Episcopos.

[t] Cicer. 1. Philipp.

Caput IX.

Summa principis Ecclesiæ Christi Domini vicarij majestas magna charitate, & humilitate splendescere debet.

Præter iustitiam & mansuetudinem summa Ecclesiæ potestas, supremaque maiestas charitate, ac humilitate vallari debet.



SED neque iustitia mansuetudoque solę sufficiunt, vt earum circo tanquā muro forti absoluta, vti descripsimus, supremaque monarchæ Ecclesiastici potestas, & authoritas prosperè claudatur: verum inexpugnabile charitatis, & humilitatis antemurale magnopere desideratur. Intra quod B princeps supremus pastorque diuini gregis in sūma maiestate sic ardore, desiderioque flammis charitatis æstuante, ouium gregumque fideliū sibi à Christo (cuius vices gerit in terra) creditorum salutis incendatur; vt nihil optet affectetque vehementiùs, quàm omnes eorum animas Christo lucrari, atque hoc lucro, quæstuque sancto saluare. Et in celsissimo honoris, dignitatisque maximæ solio collocatus, tam demissè de se præ maxima humilitate sentiat, vt se seruum seruorum Dei reputet; suamque cum [a] Propheta regio substantiam ante Deum, nihil esse prorsus arbitretur. Nunquam illud Christi Domini ab aspectu mentis suæ remoueat. [b] *Quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister, & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus.* Insuper formam iurisdictione spirituali Christianis gregibus C cum charitate dominandi à sancto Paulo accipiat; qui in suprema Apostolatus authoritate quam à Domino *Iesu Christo non ab hominibus acceperat,* ita Corinthiis affectu paterno loquebatur. *Non quæro quæ vestra sunt, sed vos.* [c] *Neque debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filijs.* Quo vero charitatis æstu pro salute sibi crediti gregis Apostolus laborandi sudandique flagret, continēter indicat. [d] *Ego autem libentissime,* inquit, *impēdam & superimpendar ipse pro animabus vestris, licet plus vos diligens minus diligar.* Et ipse princeps Apostolorum omniumque Christi ouium pastor Monarchicus sanctus Petrus seniores Apostolos aliosque pastores sub suæ directionis ac spiritualis regni virga militantes, ad hanc charitatis regulam in pascendis fidelium animarum gregibus instructos suo sic exemplo cohortatur. [e] *Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed* D *spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo &c.* Merces vero huius pię ac pastoralis curæ, hæc magnanimis ab eo pastorum patre descripta subsequitur: *vt cum apparuerit princeps pastorum percipietis immarcessibilē gloriæ coronā.* Quāto diuini amoris ardore incensū illū saluandas gentes & pariendas Christo, eius sanguine redemptas in arce principatus Ecclesiastici collocatum cucurrisse credimus? Qui talia sibi subditis animarū pastoribus authoritate magnis virtutum condita splendoribus Apostolica suggerebat? Contra superbos & immites, sua non *quæ Iesu Christi,* contra charitatis præscripta quærentes Ecclesiarum particularium pastores, de quibus [f] Origenes expostulans grauiter & iniquo animo clamabat: *Nos autem sive non intelligentes*

a Psal 38 v. 6.
b S. Matt. 20. 25.
c 2. Cor. 12. v.
d Ibid.
e 1. S. Petr. c. 5. v. 2. 3.
Ibid. v. 4.
f Origenes tract. 12 in Matth. 20. 2.

A *voluntatem diuinam positam in scripturis, siue contemnentes talem commendationē Christi tales sumus, vt etiam malorum principum mundi excedere superbiam videamur. Et non solum quærimus sicut reges acies præcedentes, & terribiles nos, & accessu difficiles, maximè pauperibus exhibemus, & tales sumus ad eos qui nos interpellant, vt propter aliquid deprecentur, sicut nec tyranni, & crudeliores principibus mundialibus ad subiectos, & est videre in quibusdam Ecclesiis præcipuè ciuitatū maximarum principes populi Christiani, nullam affabilitatem habentes, vel habere ad se permittentes.* Quā hoc impiū quāq; atrox omni exutum humanitate, nedum pietate, animarum Christianarum greges, pro quibus creati à sūt Deo pastores superbè sine vllo charitatis sensu, sed cum multo odij, indignationis, seueritatisque mercenariæ fastu despicere? Quā hoc inimicum charitatis odium superbumque salutis animarum contemptum Christus Dominus exhorrescat atque detestetur; quis potest religionis Christianæ conscius ignorare? Cùm non aliam ob causam Dominus ipse spiritualem, felicemque ouium suarum pastum seruo fideli, ac discipulo B. Petro crediderit, quàm quod se effectūque redemptionis humanæ quam *in medio terræ operatus est,* ab illo plus quàm à cæteris diligi, amarique conspexerit? [g] *Simon Ioannis diligis me plus his?* quod cum ter petiisset Dominus, & ad singulas interrogationes S. Petrus affirmando respondisset, ter quoque Dominus addidit, *Pasce agnos & oues meas: sic Petro,* inquit Origenes, [h] *cùm summa rerum de pascendis ouibus traderetur, & super ipsum velut terrā fundaretur Ecclesia, nullius cōfessio virtutis alterius ab eo nisi charitatis exigitur.* C Sic propter magnitudinē dilectionis, dixit postea S. Chrysostomus [i] *præfecturā Petro suæ Ecclesiæ cōmisit Dominus, eumque cæteris Apostolis prætulit:* sic inquam, Ecclesiæ [l] principatum gubernationemque per vniuersum mundum ipsi Petro Dominum credidisse, idem sanctus Pater oris aurei Doctor scriptis suis asseuerādo posteritati mādauit. Non enim summa illa & absoluta monarchię potestas, quam Christus Dominus in sua fundauit Ecclesia, herilis, despotica, aut tyrannica, sed libera, sed mansueta, sed verè regia, ac veluti paterna est, quæ monarchiæ species omniū præstantissima, ipsius etiā iudicio Aristotelis [k] habetur, magnopere prædicantis illam dominādi formam, in qua qui clauum tenet imperii, mansuetam patrisfamilias directionem æmulando, subditos filiorum instar paterna dilectione prosequitur. D Eius Philosophi verba sunt, ὥσπερ γὰρ ἡ οἰκονομικὴ βασιλεία τις οἰκίας ἐστὶν, οὕτως ἡ βασιλεία πόλεως, καὶ ἔθνους ἑνὸς ἢ πλειόνων, οἰκονομία. *Quemadmodum rei familiaris tuendæ procuratio regnum quoddam domus; sic ciuitatis aut gentis vnius, aut plurium tuendarum atque administrandarum ratio, est regnum.* Quò autem profundiùs in cor summi omnium fidelium parentis principisque Christianarum ouium charitatis ardor descendit, eò vigilātia maior & solicitudo omnium Ecclesiarum laboriosior, illius animo voluitur atq; recursat, qua paci, saluti, prosperitatique fidelium præsenti hîc & in cælo venturæ prospiciat. *Omnium domos illius vigilia custodit,* vt de Cæsare Seneca [l] dicebat, *omnium otium illius labor, omnium delicias illius industria, omnium vacationem illius negotiū. Ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit, se sibi eripuit.* Verius dicam & rectiùs. Ex quo se pastor ac prin-

Contra superbos & seueros omni alia ratione spoliatos pastores.
g Ioan. 21.
Ob charitatē S. Petrus à Christo Dom. primatum accepit.
h Origenes in ca. 6. epist. ad Rom.
i Chrys. l. 2. de sacerdotio.
l Idem hom. 5. de pœnit.
Dominatio pastoris commendatur mansueta atque paterna non herilis ac tyrannica.
k Arist. l. 3. politic c. 14.
l in f. cor.
Magna charitas in principe Ecclesiaque, pastore summam de salute populi paris sollicitudinem.
l Seneca de Cæsare.

Nota. Bonus princeps pro salute populorum vigilans dominus est cordium.
a Clemens Alexand. 1. Stro.

ceps Ecclesiæ monarchicus Christianorum saluti dedicauit, se sibi eripuit. Ita omnium bonorum corda & voluntates illius cedunt imperio, qui pro illorum salute magnos solicitius labores exanthlat. *Sunt quidem omnia sub vnius potestate, qui pro vtilitate communi solus omnium curas laboresque suscipit.* [a] Clemens Alexandrinus pastorem, & carnarium seu lanionem, agnum, ouem, seu veruecem scribit oculo valdè dissimili respicere, *hunc quidem vt mactet & belluetur, illum verò vt conseruet & pascat.* Princeps verò Christianus, siue sæcularis, siue Ecclesiasticus erga suæ commissos fidei populos boni pastoris induit affectum: At carnarij ferocitatem animumque crudelem, mercenarius tyrannusque subditorum sanguinem sitientes immanissimè mutuantur. Præclarè S. Bernardus ad summum Ecclesię pastorem principemque super omnia spiritualia terræ supremum scribens, admonet illum in suo papatu non debere ditescere de gregibus Christi, nisi de lucro salutis, eorum greges vero fideles de illius absoluta supremaque potestate summi Pontificis locupletari ac illius sancta diuinæque ardore charitatis accensa directione *thesaurizare thesauros in cælo*, [b] qui non veterascent. *Praees* inquit, *& singulariter: ad quid? Eget* [c] *tibi dico consideratione: nunquid vt de subditis crescas? Nequaquam! sed vt ipsi de te: principem te constituerunt, sed sibi non tibi: Alioquin quo pacto te reputas superiorem his à quibus beneficium mendicas? audis Dominum,* [d] *qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: at istud de his qui foris sunt, quid ad nos: tu id mendiciter diceris. Si non tam beneficus esse, quàm beneficus praesse intendas. Parui deiectique animi est, de subditis non profectum quarere subditorum, sed quæstum proprium, in summo præsertim omnium Pontifice nihil turpius.* Cuius animo hanc piam veramque persuasionem fideliter insculpsit, quamuis se à Domino super omnes Ecclesiæ pastores plenitudine potestatis absolutæ sublimatum esse modestè gloriari posset, se nihilominus huius plenæ potestatis non ita in dominando populis Ecclesiastici territorij debere actus exerere credidit, vt sibi voluntate pro lege vti licitum esse putaret. [e] *Quomodo non indecens tibi, voluntate pro lege vti, & quia nō est ad quem appellaris, potestatem exercere, negligere rationem! Tu ne maior Domino tuo: qui ait, non veni facere voluntatem meam: quamquam non minus deiecti quam elati animi est, veluti rationis expertem, non pro ratione, sed pro libitu agere, nec iudicio agi, sed appetitu,* [f] & post multa in eodem capite: *Vides quàm verus sit sermo ille:* [g] *omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: quid si fortè nec licet? Ignosce mihi, non facilè adducor, licitum consentire, quod tot illicita parturit.* Si tā latè patens & amplum Ecclesiastici principis atque pastoris imperium propter hoc à Deo datum est. Idcirco datū est, vt magis charitate populo Christi redēpto sanguine prosit: si tam excelsa sublimisque potestas, vt in terris nulla sit, quæ possit cum illius dignitate contendere, idcirco largita ex plenitudine misericordiæ diuinę vt magis se humiliet & in oculis suis abiectum se valdè despectumque sentiat tantæ celsitudinis indignum solio. in quo tamen illum misericorditer Dominus sedere et iussit vt populi sui saluti humiliter sine vlla cordis exaltatione seruiret, & illius peccatorum remissioni indulgentiæque, affectu paternæ plenn charitatis opitulando patrocinaretur. vt tam ampla sublimisque potestatis Ecclesiasticæ maiestas in tales à Christo Domino saluandi populos, vsus ordinata, maxima sed sanctissima tamen, seruitus iure optimo debeat appellari. Si enim Macedoniæ rex ille Antigonus [h] irascens filio nimia subditos seueritate prementi dixerit; *An ignoras fili regnum nostrum splendidam esse seruitutem*, & [i] Ammianus Marcellinus, respectu boni principis, *regium principatum nihil aliud esse quam curam salutis alienæ*, post vetustorum sapientum de morali virtute bene meritorum suffragia iudicauerit: quantò iustiùs ac verius vniuersalis Ecclesiæ [k] summus moderator, pastor ac princeps, *se seruum seruorum Dei* ingenuè, humiliterque profitetur? Quo nomine, modestia non modo animique demissio principis Ecclesiæ, quas maxima pro ratione dignitatis maximæ debet esse, declaratur: verumetiam propria pontificij muneris ratio significantius exprimitur. quam docuit Dominus hæc discipulorum animis radicitùs infigendo: [l] *qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus:* sicut S. Paulus Corinthiorum se seruum esse in Christo Iesu nominauit. [m] *Non enim*, inquit *nos ipsos prædicamus sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem seruos vestros* [n] *per Iesum.* Quę postrema verba, sanctus sincera illustrans expositione Chrysostomus, [o] aiebat: *Tantum abest, vt eorum quæ Domini sunt, quidquam sibi Apostolus vsurpet atque arroget, vt etiam propter Deum sese omnibus mortalibus subijciat. Qua* [p] *tanti Apostoli confessione fretus alicubi eum qui cæteris praeest, eorum esse seruum quibus imperat, asserere non dubitauerit*, hæc modesta sui demissio & honorata in summa dignitate humilitas principem Ecclesię vicarium Christi Domini, maximè decet, & dicenti ac iubenti Domino prōpto ac docili obediat obsequio: [q] *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: Illum sincera imitatione sectando, [r] *qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens*: In hac vero demissione animi & humilitate in magna charitate radicata atque firmata, Domini secutus exemplar, non obliuiscitur Christi vicarius authoritatem sui principatus apostolici, sicut fecerat primus à Christo Domino constitutus Ecclesiæ pastor S. Petrus, qui se instar Christi Domini sui se in omnibus vehementer humilians, nihil tamen de sua suprema authoritate remittebat: cùm illius officij ratio & operatio postularet. vt cum de replendo Iudæ proditoris apostolatu, in eiusque execrabili filij perditionis locum sufficiendo in concilio Apostolorum, cum Ecclesia licet tota pulchra sancto repleta Spiritu, adhuc vagiret in cunis, ageretur: *quàm est seruidus*, inquit S. Chrysostomus, [s] *quàm agnoscit à Christo creditum sibi gregem: quàm in hoc choro princeps est: & vbique primus omnium incipit loqui.* Inspiciamus eius principis pastorū & populorum affabilitatem & modestiam, qui in summa potestate constitutus, adeo nihil nisi ex discipulorum consilio, quod per se præstare poterat in electione S. Matthię in apostolatum, attentare præsumpsit: [t] *Iam & illud considera quàm Petrus agit omnia ex communi discipulorum sententia, nihil authoritate sua, nihil cum imperio.* Iunge & illud humilitatis & benignitatis specimen S. Petri appellantis fratres eos, quorum spiritualis pater erat & princeps exemplum Domini sui sequendo: *Viri fratres oportet impleri scripturam hanc quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda*, &c.

b Matth. 1. 6.
Pastor non de subditis, sed de pastore subditi ditescere debēt.
c D. Bernard. lib. 3. de considerat. c. 3. in principio.
d Luc. 22.
e S. Bernard. lib. 4. de considerat. c. 4.
Princeps Ecclesiæ licet à Deo plenitudinem potestatis absolutæ acceperit, non tamen voluntate pro lege vti potest.
f Ibid.
g 1. Cor. 10.
Summa & ampla potestas Monarchia Ecclesiastica Papam magis humilem & charitate maiore plenum esse monet.
h Plutarch in apophteg.
i Ammianus Marcel li. 29.
Papa seruus seruorum Dei.
k S. Greg. primus nomine seruus seruorū Dei vsus est.
l S. Matth. 20.
m 2. Cor. c. 4. v. 5.
n διὰ Ἰησοῦν propter Iesū quomodo legit S. Ambros.
o S. Chrysost. in 2. Cor. c 4. v. 5.
p Idem S. Chrysost.
q S. Matth.
r Philip 2.
In summa humilitate supremam non desinit authoritatem retinere Papa exemplo S. Petri.
s S. Chrysost. tom. 3. homil. 3. in c. 1. act. post.
t S. Chrysost. ibid. c.
S. Petrus appellat fratres quorum erat pastor & princeps, sicut Ro. Pontifex eum vocat fratres Episcopos & sacerdotes.

supremus pastor Ecclesiastici regiminis princeps, det
a Ephes. 1 to. a. c 16. an. 434 *iudices.* Quæ Ephesinum [a] primum. *Sanctum Pe-*
trum Vicarium Christi, Ecclesiæ, Apostolorumque
principem, & eius successores, vt Cælestinum Episco-
porum rectores, ac iudices existere. [b] Quæ Calce-
b Calced. Côcil. acti 3. donense œcumenicum quartum. *Sanctum Leo-*
nem sancti Petri Apostoli præditum dignitate Deo-
c Côcil. Côst. 2. an. 536. *scorum deposuisse.* Quæ [c] Constantinopolita-
num secundum ordine quintum œcumeni-
cum expostulans de hæreticis Anthimio, &
alijs, *quod contempserint Romanam Ecclesiam, in*
qua est successio, inquit, *Apostolorum, quæ sen-*
tentiam contra ipsos, scilicet hæreticos, tulit. Il-
la, inquam, antiquiora concilia leuiter tango,
missaque potius facta, licet in his clare, & aper-
te confirmatam Ecclesiæ in regimine suo mo-
narchiam viderimus, facile prætereuehor: vt in
posteriora pari fide, & authoritate qua priora
concilia, synodosque œcumenicas clarioribus
abundantes testimonijs, statutisque monarchi-
cum Ecclesiæ regimen corroborantibus, fir-
mantibusque descendamus. [d] Quingentorum
d Conc 6 seu 7. si Sardicense a 1. Niceno separetur. triginta sex Episcoporum corona, societaté-
que coactum est septimum concilium gene-
rale: (si Sardicense à primo Nicæno distingua-
mus) in quo quid pius ille fidelisque tot Epi-
scoporum cætus ad confirmandam regi-
minis Ecclesiæ Monarchici dignitatem con-
tra perduelles pontificiæ maiestatis acce-
ptis Agathonis Papæ literis in honorem huius
Ecclesiæ principis liberalius effuderit, audiamus.
Suggestiones, inquit, *decretas à patre* (notandum
œcumenicam synodum Romanum Pontificem
suum appellare patrem) *sanctissimo Archiepiscopo*
Apostolicæ, & principalis sedis antiquæ Romæ tan-
quam à Spiritu sancto dictatas (hinc disce Roma-
ni Pontificis infallibilitatem) *per os sancti, &*
beatissimi principis Apostolorum Petri, & digito
ter beatissimi Papæ Agathonis scriptas suspicio, & am-
plector: An non iussa hæc, atque decreta Roma-
ni Pontificis Ecclesiæ principis contra Monothe-
litas hæreticos, quæ tanquam à Spiritu sancto di-
ctata, sancta, & œcumenica synodus suspicit, &
amplectitur, ad Monarchicum Ecclesiæ regimen
pertinere sanæ fidei, cerebri non læsi homines in-
genuè fatebuntur? Ad ipsiosque Ecclesiæ regimi-
nis Monarchici confessionem Catholicam præcla-
ra hæc propéque diuina de Apostolica sede su-
premáque Romani Pontificis in vniuersalem Ec-
e Nicænum concil. 2. act. 2. Episcoporum 350. ann. 782. sub Adr. 1 clesiam authoritate [e] sanctorum Patrum secun-
dæ sanctæ Nicænæ synodi generalis elogia non
spectare, quis religionis Christianæ compos au-
debit dicere? Quibus literas Hadriani Papæ ad
Tharasium honore maximo, ac veneratione
comprobantes, hæc inter alia. *Cuius sedes*, in-
quiunt, *per totum orbem terrarum primatum obti-*
nens lucet, omniumque Ecclesiarum Dei caput existit;
Vnde & ipse beatus Petrus Apostolus Dei iussu Ec-
clesiam pascens nihil omnino prætermittit, sed vbi-
que principatum obtinuit, & obtinet. [f] Nec vero
f Lateran. 4. concil. sub Innocent 3. c. 5. patrum 1283. inter quos erant Episcopi circiter 473. an. 1215. patres quarti concilij Lateranensis numero mira-
bili congregati dissimulare potuerunt, quin con-
tra Monarchici regiminis osores Ecclesiæ, ista
hæc Catholica veritate firmata piè sinceréque
profiterentur. *Romana Ecclesia disponente Domi-*
no super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet prin-
cipatum, vtpote mater vniuersorum Christi fide-
lium, & magistra. Si recentiores Ecclesiæ vni-

A uersalis coitiones ac synodos disquiramus, non-
ne mille patres vtriusque orbis Christiani orien-
talis, & occidentalis in Lugdunensi secunda ge-
nerali congregatos [g] *Romanum Episcopum Vica-* g Concil 2. Lugdunense 1000. patrum, inter quos erant 500 circiter Episcopi sub Gregorio 10. an. 1274.
rium Christi, successorem Petri, rectorem vniuersa-
lis Ecclesiæ Christi, vocantes, & agnoscentes au-
diemus? Eadem prorsus, & ampliora ex Florenti-
no [h] Concilio, ad confirmandam, & corrobo-
randam Ecclesiasticæ Monarchiæ quoad regi-
men, directionemque veritatem videbit, & in-
telliget quicumque deposita omni passione, & h Florét. côc. ano 1453. 141. patrum Græcorum ac Latinorum.
odij pontificij turbine, illius acta legere non de-
dignando refugiet? [i] Lateranense concilium vl-
timum, quod & vere œcumenicum in Spiritu
sancto, sicut & priora congregatum conciliariter, i Concil. Lateran. 5 & vlt. ano. 1512.
Romanum Pontificem habere authoritatem super om-
nia Concilia, esseque de necessitate salutis credere om-
B *nes Christi fideles Romano Pontifici subesse debere de-*
creuit, atque definiuit. Denique vt longiori con-
firmatione supersedeam, nonne patens est, &
omnibus obuia sacro-sancti Tridentini Concilij k Côcil. Trid. sessione 14. c. 7. qui est de reformat. 74.
sanctio docens, [k] *supremam potestatem Romano Pon-*
tifici sicut sancto Petro super omnem Ecclesiam
à Christo Domino fuisse concessam, [l] *Romanamque* l Trid. conc. sess 7. can. 3.
Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem esse, atque
magistram, sicut ante illud [m] sacri vetustique cano- m Can. con decet 11. dist. ad abolendũ de hæret. &c.
nes attestantur. Si mater, & magistra Roma-
na Ecclesia, ergo pastor eius pater, & ma-
gister non huius, aut illius Ecclesiæ, sed vniuersa-
lis. Patris vero, ac magistri non esse regere filios,
ac discipulos, quis nisi mentis inops posset assere-
re? Propterea sanctus Augustinus, & cum eo
Mileuitani Concilij patres Episcopi, ita pro sa-
lutari Ecclesiarum gentis Africanæ regimine ad
Innocentium Papam, velut ad patrem, & magi-
C strum omnium fidelium cum veneratione mul- n Aug epist. 92.
ta scribebant. [n] *Quia te Dominus gratiæ suæ mune-*
re in sede Apostolica collocauit, magnis periculis in-
firmorum membrorum Christi pastoralem diligentiam
quæsumus adhibere digneris. Atque hæc quidem
ad explodenda, confringendaque contra maie-
statem regiminis Ecclesiæ Monarchici pernicio-
sa dogmata si alicui non sufficiant, profecto quid
plura expectet, ignoro. Sed quia auidum, doci- *3. Pars capitis regimen Ecclesiæ monarchicum SS patrũ authoritate probatur.*
lemque lectorem ad has spiritales, salutaresque
veritatis, atque Catholicæ doctrinæ epulas te-
cipere concupiui, sic efficiam, vt reliquiarum sit
potius aliquid quam illum hinc patiar non sa-
ciatum discedere. Itaque quid præter sacras
Scripturas, à sanctis Dei hominibus Ecclesia
confirmante expositas, conciliaque œcumeni-
ca nobis roboris, atque præsidij contra inimi-
cos Ecclesiasticæ maiestatis Monarchico regi-
D mine speciosæ, & illustris sancti, vetustique pa-
tres sua sacra doctrina, singularique eruditione
subministrent. Oro, obtestorque Christianum
pium, docilemque lectorem diligenter attende-
re, audiat illud in primis Arnobij. [n] *Apostolo præ-* n Arnob. in Psal. 138.
sidentis succurritur, qui est Episcoporum Episcopus,
& maior gradus redditur ploranti, quam sublatus
est deneganti. Post hoc addit. *Quod vt doceam il-* *Ex omnibus Apostolis solus Petrus Pastor dictus est.*
lud ostendo, quod nullus Apostolorum pastoris no-
men accepit: solus enim Dominus Iesus Christus di-
cebat: Ego sum pastor bonus: & iterum me, inquit,
sequuntur oues meæ. Hoc ergo nomen sanctum & *Christo Domino hanc quam solus habuit pastoris potestatem illa largitate.*
ipsius nominis potestatẽ post resurrectionem suã Petro
pænitenti concessit, & ter negatus negatori suo hanc
quam solus habuit tribuit potestatem. Hæc vero

S. Chrysostomi quanta sunt, & fortia ad corroborandum quod contra Monarchomachos zelo Apostolicę dignitatis accensi non minus vere, quā pie defendere contendimus.[a] *Os erat Apostolorum,* (nempe S. Petrus) *respondet, vt princeps & vertex ipsius cœtus. Propterea & Paulus eum præter alios visurus ascendit, simul vt ei ostenderet, iam sibi fiduciam habendā. Tanquā enim negationis oblitus, secretur Dominus fratrum curam ei cōmittit, neque negationis meminit, neque exprobrat, sed tantum dicit. Si amas me, fratrum curam suscipias.* Hæc sanctus ille alludens ad illud Petro dictum à Domino.[b] *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Quid est autem aliud fratrum, id est Apostolorum, qui erant primi rectores, ac pastores Ecclesiæ curam suscipere, quam eos authoritate pastorali regere? Si sanctum consulamus Ambrosium pro sarto tecto monarchico Ecclesiæ regimine conseruando, proque exaltando principis Ecclesiastici imperio contra hos inuidos Ecclesiasticæ maiestatis tenebriones, nonne maius, latiusque spirituale S. Petri imperium, quam Augusti nobis euidenter affirmabit? vt supra vidimus. Audiant iterum gigantes illi contra solium Dei viui in terris, vt iniuriosè Christo huius Apostolici solij conditori sic perniciosè sibi luctantes; quo ambitu, & amplitudine locorum regendi Ecclesiam potestatem summam, monarchicamque sancti Petri, & successorum eius dominationem expandat, cum sic Syricium Romanæ sedis Apostolicæque præsulem alloquitur.[c] *Recognouimus literis sanctitatis tuæ boni pastoris excubias; qui fideliter commissam tibi ianuam serues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias. Dignus quem oues Domini audiant, & sequantur. Et ideo quia nosti oniculas Christi, lupos facile deprehendes, & occurres quasi prouidus pastor, ne isti morsibus perfidiæ suæ feralique vlulatu dominicum ouile dispergant.* Tomo verò quinto operum in caput 3. Epistol. prim. ad Timoth.[d] Sanctum Damasum Romanum pontificem domus Dei, *quæ est Ecclesia, rectorem κατ' ἐξοχὴν* appellat. Sanctus Hieronymus summam Anastasij Romani Pontificis in arcendis ab ouili Christiano, cuius summus pastor erat, lupis scilicet hæreticis potestatem ad Demetriadem virginem sic expressit.[e] *Dum esses paruula, & sanctæ & beatæ memoriæ, Anastasius Episcopus Romanam Ecclesiam regeret, de orientis partibus hæreticorū sæua tempestas simplicitatem fidei, quæ Apostoli voce laudata est, polluere, & labefactare conata est: Sed vir ditissimæ paupertatis & Apostolicæ sollicitudinis statim noxium perculit caput, & sibilantia hydræ ora compescuit.* Optatus Mileuitanus omnibus prælatum esse Apostolis sanctum Petrum in accipiendis à Christo Domino clauibus supremi dominij in Ecclesia Dei non obscure his verbis ostendit.[e] *Bono vnitatis,* inquit, *beatus Petrus,* (*cui satis erat, si postquam negauit, solam veniam consequeretur,*) *& præferri omnibus Apostolis meruit, & claues regni cœlorum communicandas cæteris solus accepit.* Et quibusdam interpositis subiungit.[f] *Stant tot innocentes, & peccator accipit claues, vt vnitatis negotium formaretur, prouisum est vt peccator aperiret innocentibus, ne innocentes clauderent contra peccatores, & quæ necessaria est vnitas, esse non posset.* Atque hoc vniuersale Ecclesiæ regimen, præfecturamque, quam à Christo Domino sanctus Petrus accepit in Romanos Pontifices sedis Apostolicæ legitimos possessores fuisse transfusam successione perenni continuaque testatur his verbis.[g] *Igitur negare non potes scire te in vrbe Roma, Petro primò cathedram Episcopalem esse collocatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas est appellatus. In qua vna cathedra vnitas ab omnibus seruaretur, ne cæteri Apostoli singulas quisque sibi defenderent: vt iam schismaticus, & peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra vnica quæ est prima de dotibus sedit prior Petrus, cui successit Linus, &c. vsque ad illum qui tunc Romæ sedebat pontifex, & princeps vniuersalis Ecclesiæ moderator, & rector.*[h] Quid magnus noster Augustinus Theologorum vertex, & magister pro hac veritate tot sanctorum testimoniorum diuersi ordinis varietate firmata contra hæresum, mendaciorum, schismatum, technarumque fabricatores credat, & sentiat, patet ex his quæ in principio capitis huius ex eius doctrinæ fonte deducta protulimus: In quibus authoritatem sanctitatis pontificiæ in regenda Ecclesia de sanctarum Scripturarum authoritate depromptam esse fide Catholica confitetur: Qui sanctum Innocentium huius nominis primum in sede Pontificia Romæ sedentem huius assertorem veritatis multis in locis[i] suorum operum magnopere probaunt. Vt cum ad Patres concilij Carthaginiensis scribens non ab humana sed diuina sententia decretum huius concilij sanctorum Patrum, sancitumque illud sanctissimus ille vniuersalis Ecclesiæ pastor fluxisse docet: nimirum, vt in omnibus maximi momenti negotiis, quæ ad Ecclesiæ regimen salutare spectarent, quales sunt, difficiles, & graues fidei, ac disciplinæ motum controuersiæ, determinatio ad sedem Apostolicam relata sisteretur. Sic enim literis suis venerandæ sanctitatis atque doctrinæ concilij Carthaginiensis Patres pastor œcumenicus affatur.[k] *In requirendis de his rebus quas omni cum solicitudine decet à sacerdotibus, maxime à vero iustoque, & Catholico tractari concilio antiquæ traditionis exempla seruantes, & Ecclesiasticæ memores disciplinæ, vestræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo quam antea cum pronunciaretis, vera ratione firmatis: qui ad nostrum referendum approbastis esse iudicium, scientes quid Apostolicæ sedi, cum omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum, debeatur, à quo ipse Episcopatus, & tota authoritas nominis huius emersit: quem sequentes tam mala tam damnare nouimus, quam probare laudanda. Vel id vero quod Patrū instituta sacerdotali custodientes officio non censetis esse calcanda. Quod illi non humana, sed diuina decreuere sententia, vt quidquid de disiunctis remotisque prouinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad eius sedis notitiam perueniret: vbi tota huius authoritate iusta quæ fuerit pronunciatio firmaretur. Indeque sumerent cæteræ Ecclesiæ, velut de natali suo fonte aquæ cuncta procederent: & per diuersas totius mundi regiones puri capitis incorruptæ manerent. Quid præcipere, quos abluere, quos velut in cœno inemundabili sordidatos mundis digna corporibus vnda vitaret.*

Similia pater idem sanctissimus ad confirmandam, & corroborandam de monarchico Ecclesiæ regimine veritatem his verbis ad patres concilij Mileuitani rescripsit.[l] *Diligenter ergo & congrue apostolico consulitis honori, honori, inquam illius, quem*

a Chrysost. hom 87. in S. Ioannem.

S. Petrus princeps, vertex, & auctor Apostolorum, & omnium suo tempore viuentium Christianorum.

b Luc. 22.

Roma per principatum Ecclesiæ maior sublimiorque facta arce religionis Christianæ, quam solio potestatis terrenæ.

c S. Amb. to 5. epist. ad Syricium.

d S. Ambros. to. 5. in c. 3. 1. ad Tim.

Pastoris est omnes lupos à grege Dei arcere scilicet hæreticos, & alios eius hostes.

e Hier. tomo. 1 epist. 8. ad Demetr. c. 9.

e Optat. l. 7. contra Parmen.

f Idem ibid.

g Optat. l. 2. contra Parm.

Monarchicum regimen Ecclesiæ à sancto Petro in successores pontifices Romanos transfusum.

Romana cathedra vnitatis felicet vniuersalis cæteras omnes tanquā filias continēs.

h Erat Anastasius Papa.

Authoritas Romani Pōtificis in regimine Ecclesiæ monarchico ex sacris literis depromta.

i S. August. epist. 106. ad Bonifacium, & to. 7. l 2. cōtra Iulian c. 2. & l. 2 de peccato originali cōtra Pelagianos c 8.

Non humana, sed diuina sententia omnia regendo Ecclesia negotia sum fidei summorum ad solium Romanū Pontificis termināda reuocantur.

k Epist S. Innocent. Papæ ad Patres Cōcilij Carthaginiēsis apud S. Augu. epist. 91. to. 2.

No. quod hic S. Innocentius non ex sua, sed ex SS. antiquorum Patrum loquatur sententia.

No. Rom. Ecclesia fons viua à quo salutis aqua in omnes orbis Christiani Ecclesias redundant.

l Apud S. Aug. to. 2. epist. 93. S. Innocēt. ad Patres Conc. Mileuit.

Solicitudo omnium Ecclesiarum penes Rom. Pontificem Ecclesia monarchum.

A *præter illa quæ sunt extrinsecus solicitudo manet omnium Ecclesiarum super anxijs rebus quæ sit tenenda sententia, antiquæ scilicet regulæ formam secuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse seruatam. Verum hæc missa facio: neque enim hoc vestram credo latere prudentiam:* Scilicet solicitudinē regimenq; omnium Ecclesiarum penes esse Romanum pontificem,[a] *eumque in anxijs difficilibusque rebus esse consulendum. Quid id etiam actione firmastis, nisi scientes quod per omnes prouincias de apostolico fonte petentibus responsa semper emanent? præsertim quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coëpiscopos nostros, nonnisi ad Petrum, id est sui nominis, & honoris authorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit omnibus Ecclesiis in commune prodesse.* His sanctorum Patrum testimoniis valde fideliter cum instituti nostri ratione, scopoque conspirantibus amicè præclara hæc Leonis magni sententia coniurat.[b] *Inter beatissimos Apostolos, in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis: & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est vt cæteris præemineret. De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio.* B

a 2. Cor. 11.
In his quæ religionis ac salutis æternæ sunt, quid sit agendum Ro. pontifex vt princeps ac pastor monarchicus Ecclesiæ fidelibus præscribit.

b S. Leo. epi. ad Anast. episc. Thessalon.

Quid verò sancti Gregorij hæc sibi volunt?[c] *Certe,* inquit, *Petrus Apostolus primum membrum sanctæ, & vniuersalis Ecclesiæ est: Paulus, Andreas, Ioannes, quid aliud quam singularia sunt plebium capita?* Nisi vt ipse sanctus Pater ostenderet sicut primi membri principalis corporis, quod est caput, officium, munusque dicitur esse, cætera mēbra corporis influendo regere, sic à primo membro, scilicet capite visibili sancto Petro vniuersalis Ecclesiæ regulam, & formam iustæ, & sanctæ dominationis, atque regiminis in totum illud mysticū corpus, ac Ecclesiasticū diuinæ ordinationis influxu deriuari? Deus immortalis! quis posset verba hęc S. Bernardi nō alio planè, quàm diuino spiritu menti tāti patris illapsa, & effusa diligēter prudenterq; omni passionis, carnalisq; desiderij motu sublato cōsiderare, & simul nō credere monarchicū vniuersalis Ecclesiæ regimen in vnius pastoris œcumenici Christi Domini spiritualis in terra vicarij capitis Ecclesiæ visibilis auctoritate, atque maiestate inclinatum recumbere?[d] *Tu es,* inquit, *cui claues traditæ, cui oues commissæ sunt. Sunt quidē alij cœli ianitores, & gregum pastores: Sed tu tantò gloriosius, quantò differentius vtrumque præ cæteris nomen hæreditasti. Habent illi sibi assignatos greges, singuli, singulos: Tibi vniuersi crediti sunt, vni vnus, nec modo ouium, sed & pastorum: tu vnus omnium pastor. Vnde id probem quæris? Ex verbo Domini, cui etiam non dico Episcoporum, sed & Apostolorum sic absolute, sic indiscrete, totæ commissæ sunt gentes. Si me amas Petre pasce oues meas. Quas? illius, vel illius populos, ciuitatis, aut regionis, aut certe regni. Oues meas,* inquit, *cui non planum, non designasse aliquas, sed designasse omnes, &c.* His, & similibus sanctorum Patrum testimonijs, œcumenicorum conciliorum decretis, & sacrarum scripturarum oraculis instructi & ad confessionis veræ fidei sapienter erecti doctores Parisienses (quorum testimonia Papæ-mastiges, & hostes Romanæ sanctitatis malitiosè adulterare conantur) regimen Ecclesiæ militantis in terra monarchicum non esse pertinaciter defēdere anathema hæreseos peste pollutū firmiter credere, nullaq; dubitatione vacillantes asseuerare non dubitarunt. Clara est illa Gersonis Parisiensis cancellarij auctoritas.[e] *Non est licitum,* inquit, *scienter impedire quominus sit* A *vnus talis supremus pontifex in Ecclesia, in quo sit Ecclesiasticæ potestatis plenitudo, & quod non sint plures, in quibus tantum Ecclesiasticum regimen desinere potest, esse monarchicum, & in aliam politiæ speciem, vt in Aristocratiam, aut Democratiam desinere videretur.* Hoc vero regimē Ecclesię in vno Romano Pōtifice subsistēs nō esse monarchicū, defēdere sic alibi hęreticū esse probat:[f] *Plenitudo* inquit *legis Ecclesiasticæ sic propriè sumpta, non potest esse de lege ordinaria, nisi in vno summo pontifice formaliter, & subiectiuè: alioquin regimen Ecclesiasticum non esset monarchicum, & habere posset multiplex caput, quod aperte est hæreticum.* A commemoratione cæterorum Parisiensis facultatis doctorum (de quibus erroneæ huius doctrinæ dogmata detestantibus inferius plura) lubens abstineo, quod iam præsens B caput supra scribendi mediocritatem excreuisse videatur. Tantum pro conclusione opto, & diuinæ clementiæ vota fundo, vt huius doctrinæ perniciosæ fautores, & assertores suos agnoscant errores, & agnoscendo verè pœnitentes execrentur, ne in æternum cum sua pertinacia, & sine misericordia pereant.

c S. Greg. l. 4 epist. 38. to. 2.

d S. Bernard. ad Eugeniū Pap. l. 3. ca. 8.

e Gers. l. de statibus Eccl. consid. 2.

f Gerso li. de orig. iuris & legum conclus. 2.

CAPVT. VII.

Monarchia vera, ac propriè dicta importat merum imperium supremum absolutum, & independens, nisi à solo Deo, legibus nihilominus iustitiáque stipatum, & communitum: vt Monarchæ C vtriusque fori non quod sibi libet, sed quod iura dictant, sibi sumere debeant.

1. *Bonorum principum de sua à Deo concessa in proprios greges potestate legitima ingenua protestatio, opere & sermone.*
2. *Quæ sunt regum iura secundum Deum in sacris indicata scripturis.*
3. *Tyrannica vox, & ab omni pio, & Christiano principe execranda, omnia licere quæ placent, à qua omnis in malos principes calamitas redundat Deo iniquitatem eorum, & superbiam vlciscente.*

D NE monarchomachi vtriusque monarchię Ecclesiasticæ, & secularis hostes infestissimi, illius quidem aperti, huius vero occulti, propter metum temporalium pœnarum, (præ quibus æternas phrenesi manifesta cōtemnunt) nominibus illis, meri supremi, absolutique imperij terreantur. Sciant theologorum, regulis ad quas nostrum institutum, opusque collineat: res illustres his nominibus expressas nunquam extra pietatis, mansuetudinis, iustitiæque metas euagari, terminosque, quos Deus fidelibus orbis Christiani principibus, in vtraque temporali spiritualique monarchia præscripsit, nulla cuiuscumque iuris ratione posse prosilire. Quamuis enim monarchiæ splendor, atque maiestas[a] summum principē importet, penes quem summa reip. aut humanæ si secularis, aut diuinæ si ecclesia-

Absoluta potestas principum terra in vtraque monarchia non potest nec debet iustitiæ gradu circumlum.

a Bodinus li. 2. de rep. c 2.

si Ecclesiasticus sit, potestas firma securaque consistat: qui nullius addictus imperio cæteros regnicolas, imperiique subditos, tam vniuersos, quam singulos vt dirigere, sic coercere ordinatione diuina potens habeatur: tamen eiusdem ordinationis diuinæ præscripto, sic intra iustitiæ, & æquitatis terminos à diuina lege positos eius principis in terra summi potestas inclusa est, vt non quod sibi libet, sed quod iura dictant, sibi sumere debeat. Iam enim Christo pro nobis in carne passo illud Prophetæ completum est. *Et*[a] *nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*, scilicet secundum eius præscripta legum populis imperando; *Et nunc reges intelligite*, id est vt ait magnus Augustinus:[b] *Etiam nunc me rege constituto, nolite tristes esse reges terræ, quasi bonum vestrum ablatum sit vobis, sed intelligite potius, & erudimini, id enim vobis expedit, vt sub illo sitis à quo intellectus, & eruditio vobis datur. Et hoc vobis expedit, vt non temerè dominemini, sed Domino omnium cum timore seruiatis, & exultetis in beatitudine certissima, & syncerissima, cauti, & circumspicientes, ne ab ea per superbiam decidatis.* Hinc illæ sapientes, paternæq; flãmis charitatis accensę S. Gregorij ad Francorum Reges exhortationes, sic affantis Childebertũ Regem.[c] *Tunc enim verè regi regum, id est omnipotenti Domino amplius placebit*, scilicet princeps, *si potestatem suam restringens minus sibi licere crediderit, quam potest.* Et ad Theodoricum, & Theodobertum Reges hæc illis pia charitatis eloquia principibus inculcat.[d] *Summum in regibus bonum est iustitiam colere, & sua cuique iura seruare. Ergo summum malum iustitiæ limites transgredi, & quod iure non licet, tyrannice vendicare.* Et ad reginã Brunechildem.[e] *Si vultis*, inquit, *nihil iniustè perdere, summopere studete de iniustitia nihil habere: cum scriptum sit*[f] *iustitia eleuat gentem, miseros autem facit peccatum: tunc regnum stabiliri creditur, cum culpaqua cognoscitur citius emendatur.* Verissima illa Salustij prophani senatoris sententia; quam vtinam Christiani principes attendere vellent.[g] *Qui magno imperio præditi in excelso ætatem agunt, eorum facta cuncti mortales nouere. Ita maxima fortuna minima licentia est.* Quam fœliciter magno Theodosio cessit, se in summa imperii celsitudine collocatum iustitiæ dispensatorem, ac ministrum subditumque legibus agnouisse factoque ipso publicasse Quo illa præclara ad laudem, prædicationemque tanti principis vtriusque orbis corona fulgentis Panegyristis ipsum imperatorem affantis eloquia referuntur.[h] *Idem es*, inquit, *qui fuisti, & tantum tibi per te licet, quantum per leges antea licebat, sui summum facultate, & copia commodandi, non securitate peccandi experiris.* Conforme huic laudabile Theodati Regis, apud Cassiodorum responsum:[i] *Cum omnia possimus, sola credimus nobis licere laudanda.* Sunt enim legitima hæc Christianorum principum vtriusque monarchiæ iura, vt fœliciter præsint; agnoscere verbo, & opere se homines instar aliorum quibus dominantur, esse natos, proinde se suaque morti deberi, sola Dei miseratione, & gratia in populos Christiani gregis habenas imperandi sibi creditas: vt collineantes omni mentis affectu sanctæque studio æmulationis in regulam formamque imperii Dei cuncta supercilio mouentis, ad eius gloriam, & honorem cũ pietate & iustitia regnent, non sua sed populorũ causa à se Deo principes esse creatos, agnoscãt, vt vitæ commoditates proprias, fortunas, vtilitatesque priuatas illorum salute posteriores ducant, illudque poëtæ sibi non ingratè sæpius, vt custodiant, veniat in mentem.

a Psal. 2.

b D August. in Psal. 2. v. 8.

Felices principes Deo placētes dũ quia iura dictant non quod sibi libet faciunt.

c S Greg. l. 5. epist. 6.

d S. Greg. l. 7. epist. 120.

e Idem S. l. 9. epist. 57.

f Prouer.

g Sallust.

Maxima fortuna minima licent.

h Paneg yris. Pacatius.

i Cassiodor. l. 26. epist. 10.

Iura bonorum principum quibus se suosque feliciter regunt.

[k] *Tu ciuem, patremque geras, tu consule cunctis,*
Nec tibi, nec tua te moueant, sed publica vota.

Animam pro his vt bonos pastores instar Christi Domini generose se perdere, & effundere teneri, *Vt illam in vitam æternam custodiant*, se à rectè regendo reges, à iustè præcipiendo principes, à pie religioseque dominando imperatores esse dictos atque monarchas. Dare operã, eamq; solertem, diligentem, vereque paternam, debẽt, vt Christus rex regũ in medio sui vitæ illius imitatione dominetur, per se vero regnet in populis, & sub ipso Domino dominantiũ sic sancte fideliterq; cõmissos suo sceptro regiæque virgę populos paterno moderẽtur affectu, rerũque ad ipsorum salutem spectantium satagant: vt non modo pacis temporalis, perituræque prosperitatis lucrum in terra faciant: verum etiam per bona opera certæ vocationis æternã in fœlicitatem super omnes cælos sibi, & populis iura religiosẽ, dominando consequantur. Hæc & similia ex æternę diuinæq; fonte legis exundantia bonorum principum iura sunt: qui Christi sequentes vestigia, sic iustitiam pietatemque regnando colunt in terris, vt in æternum regnare valeant in cœlis. Atque horum principum verè Christianorum figuram Deus in veteri lege, in persona regum super Israel constiturorum non leuiter expressisse videtur: cum ita per Moysem populum affatur.[l] *Postquam autem sederit*, scilicet Rex, *in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus, & habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ*, scilicet vt executioni, in regendo populo mandet, quomodo autem illud, sic continenter loquens exponit.[m] *Vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba, & ceremonias eius: quæ in lege præcepta sunt, nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partẽ dextram vel sinistram.* Sequitur fructus ac merces optimi regiminis, nempè, *vt longo tẽpore regnet ipse & filius eius super Israel.* Non erant ergo illa legitima veri regis iura, quorum commemoratione rebellẽ, ac seditiosum populum terrere Samuel Propheta nitebatur, ne contra Dei voluntatem regem ad instar gentiliũ populorum sculptilibus dæmoniorum cultu idololatrico, seruientiũ, obstinata mente peterent, sed iura tyrannica ad alligandos dura seruitute populos nata, quæ à Deo minimè sibi concessa, sed arroganter violenterque per omne nefas vsurpata sibi principes nefarũ super populos infidelitatis lue contaminatos arrogauerunt.[n] *Hoc erit ius regis*, dicebat Propheta, *qui imperaturus est vobis, filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum: & constituet sibi tribunos, & centuriones, & aratores agrorum suorum & messores segetum, & fabros armorum, & curruum suorum, filias quoque vestras faciet sibi unguentarias, & focarias, & panificas*, & cetera.

k Claudia. l. 4. de Honorij Imp. cõsulat. ad eundem.

Figura principis Christiani in persona regum Israel depicta.

l Deutec. c. 17. v. 18. 19. 20. in fine.

m Ibid v 19.

Non erant Regis legitima iura, sed tyrãnica vsurpationis, de quibus ad populum Samuel: vt eum à petitione Regis cõtra Dei voluntatem deterreret.

n 1. Reg. c. 18. v 11. 12. & seqq.

Quæ non iura regum, sed tetra tyrannorum iussa, non leges, sed potius faces, ac pestes reipublicæ, non mansuetæ dominandi regulæ, & societatis humanæ directiones, sed diræ populorum oppressiones appellantur. Abyssum doctrinæ, magistrum scholasticorum Theologorum, doctorem Angelicum quid de hac re sentiat audiamus.[a] *Dicendum*, inquit, *quod illudins*, scilicet de 1. Reg. 8. *non debebatur regi ex institutione diuina, sed magis prænunciabatur vsurpatio regum, qui sibi ius iniquum constituunt, in tyrannidem degenerantes, & subditos deprædantes, & hoc patet per hoc quod in fine subdit*, scilicet Propheta, *vosque eritis ei serui, quod propriè pertinet ad tyrannidem, quia tyranni suis subditis principantur vt seruis; vnde hoc dicebat Samuel ad terrendum eos ne regem peterent. Sequitur enim noluit audire populus vocem Samuelis.* Hæc sanctus ille:[b] qui addit, *posset contingere, quod bonus rex absque tyrannide filios tollat, & constituat tribunos & centuriones: multa accipiat à subditis suis propter commune bonum procurandum.* Extra quod commune reip. bonum, casumque necessitatis populos exactionum mole premere, tributorum grauitate deglubere, hirudinum more illorum sanguinem sugere, agros, domos aliaque bona populari, vt ambitioni, cupiditati propriæ, seueritati, aut potius crudelitati lupinæ, inani gloriæ, habendique siti inexplebili seruiatur: Non Christianorum principum, sed immanium ethnicæ impietatis atque perfidiæ tyrannorum est; quorum scelera, & oppressiones in populo suo grassantes solet Deus seuerissimè punire. Nam & Roboam filium Salomonis decem tribuum ablatione, defectioneque mulctatum,[c] quod citra necessitatem tributorum cumulo, & multitudine populum grauare, & opprimere instituisset Et regi Achab totique eius domui maledixit extremumque per Prophetam exitium minitatus est,[d] quod auare ambitioseque concupitam vineam innocentis domini sanguine fædatam violenter abstulisset. Aliosque plerosque principes scriptura sancta, sacrique annales Ecclesiæ misere iusta Dei ordinatione vita cessisse commemorant: quod sine causa populos iniusta suorum bonorum detentione perculerint. Quæ profecto pœnæ atque supplicia Deo vltore, in illorum principum minimè caput, atque fortunas irruissent: si hanc subditorum substantiæ vsurpationem ex lege regni, atque iure suscepissent.[e] *Quod enim fit lege permittente legitimum dicitur, & pœnam non meretur*,[f] vt ciuilia iura declarant, atque decernunt, vnde in Hebræo Samuelis est pro nomine Ius, verbum משפט[g] Mispat, vsum propriè significans: inde nomen vsurpatio: quasi diceret Samuel, hoc erit ius Regis, scilicet sic vtetur bonis vestris Rex, sic ea ad nutum vsurpabit, instar infidelium principum, quos sacrilega ethnicaque superstitio, & impietas in populorum diabolica fraude deceptorum oppressionem sæua potestate ferociter armabit. Non erit ita de Christianis principibus, longe alia mens est vnctorum Christi, longè ab istis paganorum tyrannorum crudelitatibus dissentiens animus. Nam vt præclarè sanctus Gregorius aiebat,[h] *reges gentium domini seruorum sunt, imperatores vero Romanorum* (scilicet Christianorum) *domini sunt liberorum.* Propterea videmus persæpe, sicuti legimus quod Francorum Reges, qui heroicarum, virtutum apice in defendenda Dei Ecclesia, Apostolicaque sede contra omnes barbarorum hæreticorum, tyrannorumque furores insultusque ferinos (sicut copiosissimè sumus Deo duce in tertia parte, quartaque dicturi) Christianissimi nomen sibi iure optimo pepererunt, licet in temporalibus sui regni absoluti supremique monarchæ habeantur, nec alium superiorem in regno suo, quoad temporalia, ciuiliaque preter Deum agnoscant: tamen vt sciant omnes se non quod sibi placet, sed quod iura volunt, sibi sumere velle, quandoque se sua cadere causa, curiæ ac parlamenti sui senatusconsulto voluntariè patiantur. Sicque omnibus subditis ex regia mansuetudine testatam relinquunt professionem suam: qua regni sui legibus subijci, non tam necessitate quàm humanitate, & pietate Christiana gloriantur: æmulantes pietatem, mansuetudinemque magni Theodosij dicere sueti,[i] *humanum esse edicta fieri consensu senatorum.* Vt ostenderet consensum illum, non tam necessitatis esse, quàm humanitatis, & æquitatis, *dignamque vocem esse maiestate regnantis legibus obligatum se principem profiteri.*[k] Nec eò spectans illud admonitionis, & exhortationis ad Regem Christianissimum 21. Maii anni Domini 1615. factę senatus Parisiensis silentio prætereundum est, *videlicet vera regnorum, imperiorumque axiomata, quibus societatis politicæ firmiter, ac prosperè fundamenta substituunt, ea esse præcipuè, quæ potestatem summam maximeque absolutam asserunt, eo maiori æquitate, & modestia moderatione contineri debere, quo altior, & sublimior est, vt diuturniori prosperitatis honorisque latitudine crescat, & extendatur. Errat enim, aiebat Seneca,*[l] *si quis existimet tutũ ibi esse regem, vbi nihil à rege tutum est: securitas securitate mutua paciscenda est. In summa potestate mansuetum, & humilem esse, nihilque sibi nisi quod iustum est arrogare, optimi est principis.* Et in medio maximarum populi sui fortunarum, & opum, paruo contentum esse, vt subditorum corda bene merendo possideat, bonis animi, & mentis tranquillitate ditissimus. Qui secus fecerit infœlix, & egenus semper, tametsi alienis ingurgitatus opibus habebitur. Quis non ad hanc rem mirifice laudabit ista Senecæ, & sic principum corda mentesque sapienter erudientis admirabitur?[m] *Hominem probum, & principem suo contentum esse, nec existimandum paruo esse contentum, quia omnia illius sunt, non sic quemadmodum Alexandri fuerunt: cui quanquam in littore maris rubri steterat, plus deerat, quam qua venerat. Illius ne ea quidem erant quæ tenebat, aut vicerat: cum in Oceano Onesicritus præfectus classibus, præmissus explorator erraret, & bella in ignoto mari quæreret? Non satis apparebat inopem esse qui extra naturæ terminos arma proferret? Qui se in profundum inexploratum, & immensum auiditate cæca prorsus immetteret? Quid interest quot eripuerit regna, quot dederit, quãtum terrarum tributo premat? Tantum illi deest, quantum cupit.* Ergo vt iniusti, sic illi miseri principes, qui dum sibi ex celsitudine

a S. Tho. 1a. quæst. art. 1. ad 5.

b Idem S. Thom. ibid.

c 3. Reg. c. 12.

d 3 Reg. 21.

e L. Legitima de pactis. ff.

f Græcus ad l. Iuliam de adult.

g Ius in Hebræo pro vsurpatione. 1. Reg. c. 8.

Principes infideles esse dominos seruorum, & Christianos liberorum populorum.

h Greg. l. 8. epist. 51.

Reges Galliæ quãuis summi, & absoluti, tamen quandoque sua cadere causa senatusconsulto patiuntur ad iura respicientes.

i L. humanũ c. de legibus

k L. digna vox de legib. & constitut. principum.

Exhortatio senatus Parisiẽsis ad Ludouicum 13. Christianissimum Francorum Regẽ, die 21. Maii anno 1615.

In quo prosperitas bona regis, ac principis, & contra in quo egestas & miseria.

l Seneca l. 1. de Clemen. c. 19.

Egestas maxima Alexandri M. in maximis opibus vnde.

m Senec. l. de benefi. c. 2.

Principes miseri quia iniusti supra iura audentes.

A potestatis supremæ blandiuntur, & omnia posse de absoluto imperio gloriãtes videri volũt, impotentes contra mentis ægritudines animique iactationes, semper inania sperantes, & cõtra Dei iura præsumentes, irrito cupiditatis ambitiosæ, superbiæque conatu misericõtabescunt.[a] *Nec hoc Alexandri tantum vitium fuit*, (inquit idem grauis qui prius senatorius Philosophus) *quem per Liberi Herculisque vestigia fœlix temeritas egit, sed omnium quos fortuna irritauit implendo. Cyrum, & Cambysem & totum regni Persici stemma percense. Quem inuenies, cui modum imperij satietas fecerit, qui non vitam in aliqua vlterius procedendi cogitatione finierit?* Ergo infœlix Caligula exemplar tyrannorum, & crudelitatis prodigium, quod temere, & insolenter de absoluto principatu gestiens, & immaniter exultans[b] *omnia sibi & in omnes licere* B iactaret, infœlix Sallustianus Memmius,[c] *quod impune quidlibet facere, id esse regium impudenter asseueraret*. Infœlix, ac miser Antonnius Caracala, quod hæc, illi impia communi sermone fessitareor in ore apud Spartianum,[d] *licet si libet*, contra illud Senecæ in Troade.[e] *Minimum decet libere, cui nimium licet*. Infœlix illa[f] Iulia Augusta luxuriæ flamma æstuans, quæ cum Messalina, lassata *viris nunquam satiata recessit*, quod priuigno suo Antonino, quem ad stuprum inuitabat dixerit: *An nescias te imperatorem esse, & leges dare non accipere?* Scilicet vt Velleius ait,[g] *magnitudinem fortunæ suæ peccandi licentia metiuntur, quidquid liberet, profecto indicantes, sic ad omne nefas principi fenestra patens: nullaque vacat quæstio prauitatum*,[h] Ammiano teste, apud eos *qui quod volunt maximas putant esse virtutes*. Ab C hoc iniustitiæ fonte illa Persarum iudicum responsio manauit. Regi Cambysi roganti, *num quadam lex permitteret nuptias cum sorore? Illi negarunt talem se inuenire; sed quandam aliam, qua liceat Persarum regi facere quidquid libeat*.[i] Non minus turpis ac flagitiosa illa Anaxarchi adulatio, qui Alexandro sine cõsolatione lamentanti, atque se ipsum propter à se occisum Clytum excruciãti dixit:[k] *Ignorare illum cur veteres sapientes iustitiam assistricem Ioui fecerunt, nimirum vt hominibus notum facerẽt, omne quod à principe gereretur, quantumuis humanæ perniciosum societati, à Ioue ipso tanquam iustum rectumque probari*; Sic miseri principes sceleratissima dementati aulicorum impiorum adulatione, dum omnia sibi posse persuadent, nihilque quod improbum sit ad operandum refugiunt, D incauti, exceptique diuinæ iustitiæ laqueis irretiti tenentur: & vt loquitur Propheta[l], *in puncto, in ictu oculi descendunt ad inferos*. Quorum sortem deflebat simul, ac execrabatur Philippus Augustus[m] Rex Francorum cum ad Cardinales curiæ scribebat, *principes nõnullos valde mente cæcos sibi videri id sibi persuadere, vt quod libet liceat, quod liceat possint quod possint audeant quod audeant faciant*. Ita in illis cogitatis furoribus, & furiosis cogitationibus euanescentes, dum propriæ vitæ animæque aleam periclitantur, salutis publicæ fundamenta conuellunt. Vt de talibus non male Saluianus[l] ille magnus prælatorum sui temporis magister cecinisse videatur. *Vnius hominis honor totius orbis excidium est*. Omnia principis esse in imperio, eiusque submitti

a Seneca c. 3. l. 7. de benef.

Vou tyrannicæ omnia licet quæ placent in ipso desiderio, atque conatu miseros reddit principes.

b Suet. in Calig.

c Salustius in Iugurthino, c. 31.

d Spartian. in Caracala

e Seneca in Troad.

f Iuliæ Augustæ imperium.

g Velleius.

h Ammianus Marcel. l. 27.

i Herodot. l. 3.

Anaxarchi flagitiosa adulatio.

k Arianus de rebus Alexand. Plut. in Alexand.

l Iob. c. 21. v. 13.

m Philippus Aug. ad Cardinales curiæ.

Princeps sibi omnia licere persuadens se suumque populum destruit.

l Saluianus l. 4 de prouid. Dei.

A cupiditati, sapientes etiam ethnici negant. Illudque de Domitiano imperatore assentatoris dictum,[n] *Et quid Cæsar non suum videat?* detestantur. Et Satyricus violentas illas iustasque bonorum populi prædas, deprædatoriasque vsurpationes cum execratione ridet.[n]

Quidquid conspicuum, pulchrumq; ex æquore toto
Res fisci est vbicumque natat.

Quam sapienter atque perite Seneca modum, rationemque, qua reip. bona ad principem imperij summum pertinere dicantur, elegantibus verbis expressit.[o] *Iure ciuili omnia regis sunt*, inquit, *& tamen illa quorum ad regem pertinet vniuersa possessio, in singulos dominos descripta sunt, & vna quaque res habet* B *possessorem suum. Itaque dare regi, & domum, & mancipium, & pecuniam possumus, nec donare illi de suo dicimur. Ad reges enim potestas omnium pertinet, ad singulos proprietas*. Sunt illi termini regnorum ac regum ab ipso Deo præscripti, quos si princeps summa potestate fultus, armisque munitus imperij transilire contendat,[p] iam se longè à diuina lege iustitiæque rectitudine exorbitare fateatur: *timeatque, quod horrendum est incidere in manus Dei viuentis*. Nam vt aiebat ille,

[q] *Regum timendorum in proprios greges*
Reges in ipsos imperium est Iouis,
Clari giganteo triumpho
Cuncta supercilio mouentis.

C Sed verius nos Christiani non Iouis fictitii numinis, sed veri Dei imperium in omnes reges terræ fideliter constanterque credimus: cuius decreto, quod manet in æternum, nisi suæ dominationis temporalis fasces in omni humilitate obsequioque submittant, cum iustitia, & pietate regendo populos:[r] *Potentes potenter tormenta patientur*. Etsi enim ab omni terrenæ potestatis iurisdictione immunes existant, sciant magis se diuinæ omnipotentiæ legibus astringi, quarum districtionem effugere nulla ratione valebunt. Quod agnoscens Rex maximus Dauid cæde Vriæ cruentatus, & adulterij Bethsabeæ lue fœdatus in æstu magnæ pœnitentiæ, ægrique doloris intrinsecus ingemiscens clamabat ad Dominum.[s] *Tibi soli peccaui, & malum coram te* D *feci*. Id est iudici meo, apud quem solum, vt princeps & monarcha in terra summus coouinci possum, conuictusque graui mactari supplicio: non dixit, contra te solum peccaui grauissimè: namque peccauerat contra Vriam, quem neci mortique crudeli proditione demiserat; contraque vxorem eius, quam turpi, fœdoque adulterio polluerat, & contra vniuersum Israel populum, quem magno scandalo confuderat, infamique deprauauerat exemplo. Sed dixit; tibi soli peccaui: regi meo, ac Domino, omnia scienti, quem celare nihil possum, supremo meo, vt omnium terręprincipum iudici omnipotenti, scelerũ nostrorũ vltori Quoniam vt præclarè Cassiodorus,[t] *Si quis de populo errauerit Deo peccat, & Regi, at*

n Plin in panegy.

n Iuuenal. Satyra 4.

o Senec. l. 7. de benef. c.

Qua ratione populorum bona principum esse dicantur.

p Hebr. c. v. 31.

q Horat. l. 3. od. 1.

r Sap. 6. v. 7.

s Psal. 50.

Cur dixit Deo Dauid tibi soli peccaui, & contra te solum peccaui.

t Cassiodor. in Psal. 50.

A *Quando Rex delinquit, soli Deo reus est, quia hominem non habet qui facta eius dijudicet. Merito ergo Rex Deo tantum se dicit peccasse qui solus erat, qui eius admissa potuisset excutere.* Quem si peccantem, & imperij sui potestate nequiter abu-

b Psal. 2. v. 9.

tentem in hac vita Deus abstinens [b] à virga iustitiæ suæ ferrea, qua tanquam vas figuli potentes mundi confringere solet, dissimulando sustineat: sciat nihilominus princeps terræ & mature & fructuose intra se consideret, [c] *non*

c Psal. 120. v. 3.

dormitare neque dormiturum qui custodit Israel, id est populum precioso suo redemptum sanguine; [d] sed vltionis tarditatem suppliciorum gra-

d Lactant.

uitate compensaturum, nisi antequam vitæ fatis occumbant, seculi principes siue spiritualium, siue temporalium prouinciam gerentes suæ conscientiæ domui disponant, erratáque B

e 2. Cor.

vitæ suæ priuata & publica tristitiæ lachrymarumque fluuio demergant. Quæ secundum Deum pœnitentiam in salutem stabilem operantur. Propter quod ita magnum illum Theodosium vtriusque orbis imperatorem ad pœnitentiam post cædem Thessalonicam sanctus Ambrosius hortabatur. [f] *Imperatoribus for-*

f Theodoret. l. 5 c. 17.

tasse principatus peccatum agnoscere non sinit; sed potestas offundit rationi caliginem: verum quæ sit natura nostra, & quàm fragilis, & fluxa considerandum est: & in antiquum puluerem ex quo orti sumus, & in quem recasuri acies mentis intendenda, neque ipso splendore purpuræ deceptus corporis illa operti imbecillitatem ignorare debes. Neque sibi vnquam male persuadeant principes mundi huius propter suæ maiestatis celsitudinem, absolutamque in imperio suo pote- C statem suis Deum vitiis corruptionibusque vitæ conniuendo blandiri: quod eos peccantes, minimeque pœnitentes in hoc non plectat seculo, sibique pro delictorum mensura plagarum modum non immittat; vt quantùm

g Apoc.

se [g] in delicijs oblectauerint immundis, tantum tormenti patiantur. Nam hac Dei in suis sceleribus dissimulatione, maius diuinæ contra se in egressu vitæ indignationis contorquendum

g D. Aug. serm. 77. de ver. Dom.

fulmen debent cum stupore maiori perhorrescere, & credere, nullas [g] in hac vita pœnas peccantibus, in futuro seculo maximas, nulla nisi æternitatis mensura terminandas parturire.

Quamobrem vt vnde orsus sum finiã, summo, supremo absolutoque principum vtriusque militiæ secularis, & Ecclesiasticæ Christianorum imperio minime conturbati terreri debe- D mus: cum alta hæc, supremaq; imperij meri celsitudo, nec nõ absoluta regnãdi potestas intra iustitiæ pietatisq; limites (extra quos nulli principũ impune licet euagari) à summo omnium regum principe Deo Christoque Domino fixos atque positos, eorum effractores virga vltionis suæ castigante, pro salute bonorum Christianorum contra furores immanium regni, & Ecclesiæ hostium firmiter fœliciterque contineantur.

A

CAPVT. VIII.

Cum omnis monarchia supremaque potestas Christiana, iustitia atque pietate terminetur; quanto magis Ecclesiastica harũ virtutũ circo debet includi.

POTESTAS omnis quo maior & perfectior euadat, eo iustior, & mansuetior esse debet: secus regnandi maiestas secundum Deum bonum non esset, nisi per iustitiam & mansuetudinẽ in subditos Deo regimina di- h S. Dionys.
B rigente diffunderetur, *cum bonũ natura sui sit diffusiuum,* vt supra cũ S. [h] Dionysio diximus. Et cũ ex omnibus mundi principatibus monarchico splendore rutilantibus perfectior nullus Ecclesiastico censeatur. Profecto si secularis maiestas monarchiaque supra iustitiæ, pietatis, mansuetudinisque metas efferri non debeat, Ecclesiastica multo minus, quæ alijs terræ potestatibus optime regendi populos lucem præferre debet. [i] Siquidem vt loquitur Apostolus potestas illa summa Ecclesiastica super fideles Christiani gregis *à Deo in ædificationem non destructionem data est.* Quamobrem sic monarchicam in Ecclesia sua Christus Dominus potestatem, maiestatemque instituit, vt illam iustitia, æquitas, pietas, fides, religio, mansuetudo, cæteræque Christianæ virtutes inexpugnabili sanctitatis fortitudinisq; muro dissimillimam tyrannicę gentilium regum potestati vallarent. *Scitis quia principes gentium dominantur eorũ, & qui maiores sunt potestatẽ exercent inter eos, non ita erit inter vos:* dicebat Dominus discipulis, & Apostolis suis de duorum fratrum ambitione indignantibus; *sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus,* atque quanta mansuetudine, humilitate, & charitate ecclesiæ suæ præfectos vellet imperare, sic suo demonstrauit exemplo, [l] *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis:* Quæ forma à Christo Domino suæ ministris Ecclesiæ, præsertim vero Apostolorum principi sancto Petro, & eius posteris, in solio Apostolico sessuris; præscripta suo exemplo valde potestati, ac dominio paganorum
D principum tyrannica seueritate populis terrę prę sidentiũ contraria est, vt Græca phrasis indicat. Quæ loco horum verborum versione Latina receptorum *dominantur eorum,* habet κατακυριεύουσιν αὐτῶν *dominium exercent contra eos,* & pro his quæ sequuntur, scilicet & qui maiores sunt potestatẽ exercent in eos; Græcus textus est καὶ οἱ μεγάλοι κατεξουσιάζουσιν αὐτῶν, *imperiosa quadam acerbitate exercent dominium:* vos autem non sic, scilicet gregi meo ecclesiastico dominabimini superbe, tyrannice, seuera quadam, barbara, immanique regnandi licentia, sed iuste, humiliter, mansuete vobis dominantibus imperante charitate. Quorum Christi domini verborum verus interpres Origenes aiebat [n] *Quoniam duo fratres super cæteros Apostolos sibi gloriam præripere voluerunt. Indignantibus inde occasionem accipiens Iesus regulam iustitiæ fidelibus ponit, quomodo apud Deum quis potest obtinere primatum. Dicens principes gentium*

Potestas Ecclesiæ ad ædificationem non ad destructionem data.

i 2. Cor. 10. v. 8. c. 13. v. 10.

Potestas Ecclesiastica non potest sua iustitia & pietate destitui.

k S. Mat. 20. v. 25. Luc. c. 22. v. 25.

l Matth. vbi supra. v. 28.

Tyrannica gentilium dominatio valde opposita Ecclesiasticæ dominationi.

m Phras. Græ.

n Orig. tract. 12 in S. Matt. ... c. 2.

non contenti tantum regere suos subiectos violenter eis dominari nituntur. Inter vos autem qui estis mei non erunt hæc, &c. Ad hanc iustam, mansuetamque regnandi, imperandique fidelibus in Ecclesia Dei formam à Christo Domino iussam, præscriptamque referenda proprie venit illa Probi vnius è quatuor præfectis imperij Romani à Constantino magno constitutis prædicto, Mediolanum Sanctum Ambrosium rectorem iustitiæ, prouinciarumque plurium gubernatorem mittentis [a] *Vade*, inquit, *age non vt iudex, sed vt Episcopus*, scilicet clementer, mansuere magna fide, & æquitate prouinciarum populos recturus, vt Episcopus Ecclesiæ suæ greges solet spiritualiter pascendo moderari. Inter aues solus vespertilio insignis ad deformitatem & immunditiam auis dentibus abundat, quibus pulchra quæque rodat, tenebrarum appetitor, osor luminis, vera pastoris immundi ignorantia, malitiaque cæci, atque immitis imago. [b] *Rex apum caret aculeo*, veri pastoris, ac principis Christianorum formam exprimens: qui sine felle seueritatis regnare debet, vt fœcundetur animarum partu, quas parturiat Christo Domino, atque lucretur. [c] Arbores secus maris rubri littora satæ perpetuò fructuum sterilitate deformantur: symbola vera mercenariorum, qui magis sanguinis, quam salutis ouium Christianarum, nihil cœlo, sed orco parientes, desiderio contabescunt. Non quod aliquando pastor, ac princeps Ecclesiæ Dei cum desperati morbi necessitas vrget seueritate iusta in delinquentes nimium animaduertere non debeat, ac possit. Vt immedicabile vulnus ense rescindatur, ne pars sincera trahatur. Sic exiguum temporis spatium [d] sancti Petri Ecclesiæ Christi principis, ac œcumenici pastoris indignationem, seueram, iustamque sententiam ab interitu Ananiæ, & Saphiræ subito, citaque morte, illorum contra Spiritum sanctum mendaciorum vltricem retardare non potuit. Et sine mora sanctus Paulus [f] magum dæmonibus seruientem subita cæcitate mulctauit, & [g] fornicarium, nec non [h] naufragantes à fide non habentes conscientiam Hymæneum, & Alexandrum anathemate perculsos satanæ tyrannidi subiugauit: vt hac castigatione recedentes, & fortiter exilientes ab impietate sua discerent non blasphemare, pœnitentiamque in interitum carnis, vt spiritus saluus fieret, magno animo suæ operatricem salutis amplecterentur. Atque hæc quidem rara exempla, & non nisi ad terrorem omnium, pœnamque paucorum extremis malis deplorat isque morbis adhibita remedia. Christus enim Dominus (vt facto, & exemplo) monstrauit summam quam in hac Ecclesia posuit authoritatem, à qua subalternæ omnes suæ potestatis vigorem acciperent, non solum iustitiæ legibus ornatam, sed etiam clementiæ, atque mãsuetudinis armis voluit esse munitã. Propter quas benedixit Deus principibus secularis monarchiæ, quantò magis spiritualis, teste S. Ambrosio hæc de regis Dauidis mansuetudine miranda referente, [a] *Dauid Rex enim omnibus suam æquabat militiã fortis in prælio, mansuetus in imperio, ideò non cecidit, quia charus fuit omnibus, & diligi à subiectis, quam timeri maluit. Timor enim temporalis intaminis seruat excubias, nescit diuturnitatis custodiam.* Propter quam in regnando mansuetudinem iustitiæ, pietatique coniunctam, fiducialiter Dominum Rex ille Propheta rogabat, vt

Prædictio Probi præfecti.

a Paulinus in vita S. Ambr.

Pastor Ecclesiæ misericorditer, ac paterna pietate oues debet regere.

b Senec. l. 1 de Clemen. c. 19.

c Plin.

d Act. c. 5. v. 5. 19.

e Elimas magus cæcitate percussus à

f S. Paul. Act. 13 v 8.

g 1. Cor. c 5. v 5.

h Timoth. 1. v. 20.

a S. Ambr. l. 2. offic. c 7.

Tomus I.

A sibi sollicito magnarumque difficultatum, atque laborum fluctuanti procellis, clementer opitularetur. [l] *Memento*, inquit, *Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius.* Sanctus Bernardus [l] hæc secundi Canticorum pia, doctaque expositione illustrans, *Dilectus mihi, & ego illi qui pascitur inter lilia*; quæ sint illa lilia inter quæ sponsus æternus animarum fidelium pascitur, & pascit iuxta Hebraicam phrasim sciscitando, mansuetudinem cum duabus alijs virtutibus veritate, & iustitia regnantis maiestate dignissimis esse dixit his verbis: *Nunc vero lilium veritas est, lilium iustitiæ est, & mansuetudo, & bene lilium mansuetudo habens innocentiæ candorem, & odorem* [m] *spei: quoniam sunt reliquiæ*, inquit, *homini pacifico, bene spei vir mãsuetus, nec minus etiam in præsenti lucidũ quoddã est vitæ socialis exemplar &c.* Nec solum veritatem

B ac mansuetudinem lilia vocat mellifluus ille doctor, [n] sed iustitiam quoque. *Quod autem iustitiæ lilium sit, recordamini de scriptura*, inquit, *quia iustus germinabit sicut liliũ, & florebit in æternum ante Dominum.* [o] propter quæ principes vtriusque fori vere fœliciterque ex Deo regnant. [p] *Specie tua, & pulchritudine tua intende, prospere procede, & regna. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam.* Quam iustitiam nunquam summi Ecclesiæ principes de mandato Dei nostri saluatoris à mansuetudine disiungunt, vt in eius locum seueritatis acerbitatem succenturient, nisi vt dixi in morbis perditorum hominum desperatis. *In quibus cauterium præparamus, & ferrum* (dicebat sanctus Cælestinus Papa [p] contra hæresiarcham Nestorium vita nequissima fætidum, & desperatæ planè salutis hominem) *quia vltra non erũt fouenda vulnera quæ merentur abscindi, scimus certè maiora vitia maiore semper dolore sanari.* [q] Et sanctus

C Leo disquisitione diligenti Manichæos persequens, qui occulto colloquio suæ impietatis venena in insipientium, idiotarumque corda nequiter exhalabant, hæc insinuando proclamabat. *Aliter nobis commissos regere non possumus, nisi eos qui sunt perditores, & perditi zelo fidei Dominicæ prosequamur, & à sanis mentibus ne pestis hæc latius diuagetur seueritate qua possumus abscindamur.* Non aliter quam ipse Romanæ reip. consul factus Cicero de coniuratoribus dicebat, [r] Qui totam ciuitatem ferro, flammaque vastaturi, tot ciuium neces, funera, trucidationesque truculentissime moliebantur: *Quæ sanari poterunt quacumque ratione sanabo, quæ resecanda erunt non patiar*

D *ad perniciem ciuitatis manare.* Sed acerbitati pœnarum mansuetudo semper indulgentiæ paternæ præeat; quoniã vt ad Episcopos prouinciæ Viẽnensis contra Archiepiscopum suum asperius irritatos sanctus Hilarius Papa scribebat. [s] *Prauia medendi semper seueritatis est lenitas, nec omnis ferro statim culpa compescitur.* Nec quicquam in summo principe videri potest mansuetudine iucundius, & dominandi lenitate venustius. Quam tutum ad gloriæ fasces iter Tullius appellabat, ita contra perduellem, hostemque reip. Antonium à senatu iudicatum suæ eloquentiæ aculeos exasperans. [t] *Illud magis vereor ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes plus te vnum posse quam omnes, & metui à ciuibus tuis quam diligi malis. Quod si ita putas, totam ignoras viam gloriæ &c.*

l Psal. 131. v. 1.

l S. Bernard. in cant. 2. ser. 70.

Veritas, iustitia, mansuetudo regiæ virtutes regia lilia inter quæ Christus Dominus pascitur & pascit.

m Psal. 36.

n Ibid. S. Ber.

o Psal 5.

p Psal 44.

p S. Cælest. epi ad Nest.

Cum dulcedinis remedia in grauibus scelératorum peccatis curandis nihil profi ciũt, cogitur pastor Ecclesiæ cauterium iustæ seueritatis adhibere.

q S. Leo epi. 2.

r Cicer. 2. Cat.

s Epist S. Hilar. Papæ ad Viennensis Prouinciæ Episcopos.

t Cicer 1. Philipp.

L iij

ceps Ecclesiæ monarchicus Christianorum saluti dedicauit, se sibi eripuit. Ita omnium bonorum corda & voluntates illius cedunt imperio, qui pro illorum salute magnos solicitius labores exanthlat. *Sunt quidem omnia sub vnius potestate, qui pro vtilitate communi solus omnium curas laboresque suscipit.* [a] Clemens Alexandrinus pastorem, & carnarium seu lanionem, agnum, ouem, seu veruecem scribit oculo valdè dissimili respicere, *hunc quidem vt mactet & belluetur: illum verò vt conseruet & pascat.* Princeps verò Christianus, siue sæcularis, siue Ecclesiasticus erga suæ commissos fidei populos boni pastoris induit affectum: At carnarij ferocitatem animumque crudelem, mercenarius tyrannusque subditorum sanguinem sitientes immanissimè mutuantur. Præclarè S. Bernardus ad summum Ecclesię pastorem principemque super omnia spiritualia terræ supremum scribens, admonet illum in suo papatu non debere ditescere de gregibus Christi, nisi de lucro salutis, eorum greges vero fideles de illius absoluta supremaque potestate summi Pontificis locupletari ac illius sancta diuinæque ardore charitatis accensa directione *thesaurizare thesauros in cœlo*, [b] qui non veterascent. *Praes inquit, & singulariter: ad quid? Eget* [c] *tibi dico consideratione: nunquid vt de subditis crescas? Nequaquam! sed vt ipsi de te: principem te constituerunt, sed sibi non tibi: Alioquì quo pacto te reputas superiorem his à quibus beneficium mendicas? audi Dominum,* [d] *qui potestatem habent super eos, benefici vocantur: at istud de his qui foris sunt, quid ad nos: in id mendiciter diceris. Si non tam beneficus esse, quàm benefici præesse intendas. Parum deiectique animi est, de subditis non profectum quærere subditorum, sed quæstum proprium, in summo præsertim omnium Pontifice nihil turpius.* Cuius animo hanc piam veramque persuasionem fideliter inseuit, quamuis se à Domino super omnes Ecclesiæ pastores plenitudine potestatis absolutæ sublimatum esse modestè gloriari posset, se nihilominus huius plenæ potestatis non ita in dominando populis Ecclesiastici territorij debere actus exercere credidit, vt sibi voluntate pro lege vti licitum esse putaret. [e] *Quomodo non indecens tibi, voluntate pro lege vti, & quia nō est ad quem appellaris, potestatem exercere, negligere rationem! Tune maior Domino tuo: qui ait, non veni facere voluntatem meam: quamquam non minus deiecti quam elati animi est, veluti rationis expertem, non pro ratione, sed pro libitu agere, nec iudicio agi, sed appetitu,* [f] & post multa in eodem capite: *Vides quàm verus sit sermo ille:* [g] *omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: quid si fortè nec licet? Ignosce mihi, non facilè adducor, licitum consentire, quod tot illicita parturit.* Sed cū latè patens & amplum Ecclesiastici principis atque pastoris imperium propter hoc à Deo datum est. Idcirco datū est, vt magis charitate populo Christi redēpto sanguine prosit: si tam excelsa sublimisque potestas, vt in terris nulla sit, quæ possit cum illius dignitate contendere, idcirco largita ex plenitudine misericordiæ diuinę vt magis se humiliet & in oculis suis abiectum se valdè despectumque sentiat tantæ celsitudinis indignum solio, in quo tamen illum misericorditer Dominus sederet iussit vt populi sui saluti humiliter sine vlla cordis exaltatione seruiret, & illius peccatorum remissioni indulgentiæque, affectu paternæ pleno charitatis opitulando patrocinaretur. vt cum ampla sublimisque potestatis Ecclesiasticæ maiestas in tales à Christo Domino saluandi populos, vsus ordinata, maxima sed sanctissima tamen, seruitus iure optimo debeat appellari. Si enim Macedoniæ rex ille Antigonus [h] irascens filio nimia subditos seueritate prementi dixerit; *An ignoras fili regnum nostrum splendidam esse seruitutem*, & [i] Ammianus Marcellinus, respectu boni principis, *regium principatum nihil aliud esse quam curam salutis alienæ*, post vetustorum sapientum de morali virtute bene meritorum suffragia iudicauerit; quantò iustiùs ac verius vniuersalis Ecclesiæ [k] summus moderator, pastor ac princeps, *se seruum seruorum Dei* ingenuè, humiliterque profitetur? Quo nomine, modestia non modo animique demissio principis Ecclesiæ, quas maxima pro ratione dignitatis maximæ debet esse, declaratur: verumetiam propria pontificij muneris ratio significantius exprimitur. quam docuit Dominus hæc discipulorum animis radicitùs infigendo: [l] *qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus*: sicut S. Paulus Corinthiorum se seruum esse in Christo Iesu nominauit. [m] *Non enim*, inquit *nos ipsos prædicamus sed Iesum Christum Dominum nostrum, nos autem seruos vestros* [n] *per Iesum*. Quę postrema verba, sanctus sincera illustrans expositione Chrysostomus, [o] aiebat: *Tantum abest, vt eorum quæ Domini sunt, quidquam sibi Apostolus vsurpet atque arroget, vt etiam propter Deum sese omnibus mortalibus subiiciat. Qua* [p] *tanti Apostoli confessione fretus alicubi eum qui cæteris præest, eorum esse seruum quibus imperat, asserere non dubitauerit*, hæc modestia sui demissio & honorata in summa dignitate humilitas principem Ecclesię vicarium Christi Domini, maximè decet, & dicenti ac iubenti Domino prōpto ac docili obediat obsequio: [q] *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde*: Illum sincera imitatione sectando, [r] *qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens*: In hac vero demissione animi & humilitate in magna charitate radicata atque firmata, Domini secutus exemplar, non obliuiscitur Christi vicarius authoritatem sui principatus apostolici, sicut fecerat primus à Christo Domino constitutus Ecclesiæ pastor S. Petrus, qui se instar Christi Domini sui se in omnibus vehementer humilians, nihil tamen de sua suprema authoritate remittebat: cùm illius officij ratio & operatio postularet. vt cum de replendo Iudæ proditoris apostolatu, in eiusque execrabilis filij perditionis locum sufficiendo in concilio Apostolorum, cum Ecclesia licet tota pulchra sancto repleta Spiritu, adhuc vagiret in cunis, ageretur: *quàm est seruidus*, inquit S. Chrysostomus, [s] *quàm agnoscit à Christo creditum sibi gregem: quàm in hoc choro princeps est: & vbique primus omnium incipit loqui.* Inspiciamus eius principis pastorū & populorum affabilitatem & modestiam, qui in summa potestate constitutus, adeo nihil nisi ex discipulorum consilio, quod per se præstare poterat in electione S. Matthię in apostolatum, attentare præsumpsit: [t] *Iam & illud considera quàm Petrus agit omnia ex communi discipulorum sententia, nihil authoritate sua, nihil cum imperio.* Iunge & illud humilitatis & benignitatis specimen S. Petri appellantis fratres eos, quorum spiritualis pater erat & princeps exemplum Domini sui sequendo: *Viri fratres oportet impleri scripturam hanc quam prædixit Spiritus sanctus per os Dauid de Iuda*, &c.

Nota. Bonus princeps pro salute populorum vigilans dominus est cordium.

[a] Clemens Alexand. 1. Stro.

[b] Matth. 1. 6.

Pastor non de subditis, sed de pastore subditi ditescere debet.

[c] D. Bernard. lib. 3. de considerat. c. 3. in principio.

[d] Luc. 22.

[e] S. Bernard. lib. 4. de considerat. c. 4.

Princeps Ecclesiæ licet à Deo plenitudinem potestatis absolutæ acceperit, non tamen voluntate pro lege vti potest.

[f] Ibid.

[g] 1. Cor. 10.

Summa & ampla potestas Monarchiæ Ecclesiasticæ Papam magis humilem & charitate maiore plenum esse monet.

[h] Plutarch in apophteg.

[i] Ammians Marcel. li. 29.

Papa seruus seruorum Dei.

[k] S. Greg. primus nomine serui seruorū Dei vsus est.

[l] S. Matth. 20.

[m] 2. Cor. c. 4. v. 5.

[n] διὰ Ἰησοῦν propter Iesū quomodo legit S. Ambros.

[o] S. Chrysost. in 2. Cor. c. 4. v. 5.

[p] Idem S. Chrysost.

[q] S. Matth.

[r] Philip 2.

In summa humilitate supremam non desinit authoritatem retinere Papa exemplo S. Petri.

[s] S. Chrysost. tom. 3. homil. 3. in c. 1. act. post.

[t] S. Chysost. ibid. c.

S. Petrus appellat fratres quorum erat pastor & princeps, sicut Ro. Pontifex eam vocat fratres Episcopos & sacerdotes.

Hoc ad hæreticorum obiectionem.
a S.Chrysost homil 3. in c. 1. Actorum.

Quid ad hoc dixit S. Chrysostomus.[a] *Si Dominus*, inquit, *suos discipulos fratres appellauit, multò magis conuenit, vt Petrus suos condiscipulos fratres appellaret.* Item ibi: *viri fratres, eligere vnum oportet è nobis congregatis in omni tempore, quo exiuit & intrauit ad nos Dominus Iesus* &c. Quod potuit per summam potestatem præstare, per summam humanitatem & affabilitatem ex consilio & sententia aliorum de sorte & collegio Christi Domini discipulorum voluit efficere, scilicet S. Matthiam in solium dignitatis apostolicę cooptare. Quid (inquit S. Chrysostomus)[b] *an non licebat ipsi* (scilicet Petro) *eligere?* Cui interrogationi ita respondet: *Licebat, & quidem maximè, verum id non facit, ne eis videretur gratificari.* Quàm igitur longè à veritate Monarchomachi, præsertim verò hæretici, malitiosè distantes in mendaciorum blasphemiarumque sordes & stercora turpiter ingurgitati, infeliciter insaniunt: dum omnem principatum dominationemque iustam in alios ab Ecclesiæ principibus auellere cæca, obstinataque dementia moliuntur: dum dementes, depravata spuriaque hæc Christi Domini verba interpretatione corrumpunt & adulterant,[c] *reges gentium dominantur eorum, non sic erit inter vos* &c. Anabaptistæ ex hac adulterina sanctorum verborum expositione, hoc mendacij imposturæque monstrum in suæ dementiæ visceribus efformauerant[d], *nemini licere in vtraque politia sacra & laica, in alios vllum exercere principatum.* Caluinus, cùm omnem despiciat Monarchiam: præcipuè Ecclesiasticæ maiestatem, animo rabie tumente, furenter adortus blasphemiarum machinis oppugnare contendit, *ostendit*, inquit,[e] *Christus primatum qui certamini inter discipulos causa erat in regno suo nullum esse*; & paulò post, *Ecclesiæ pastoribus nihil plus Christus detulit, quam vt ministri à dominio prorsùs abstineant.*[f] Et 4. Instit. cap. 20. §. 7. vt impietati suę desperata pertinacia corroboratæ fomenta ministret & prębeat, simile Christi testimonium S. Lucæ 22. producit in campum quo veritati reluctetur, vbi dicitur:[g] *facta est contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior: Dominus autem ait: reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic.* In quę verba vt sui toxico erroris inficiat atque contaminet, hunc pestilentium verborum doctrinæque sacrilego pollutæ mendacio, fœtorem putidis faucibus exhalat: *hanc*, inquit, *eorum vanam ambitionem, vt compesceret Deus eorum ministerium non esse regnum simile docuit, in quibus inter cæteros vnus eminet.*

Contra hæreticorum huius sæculi insaniam omnē ab Ecclesia in alios principatum auertere molientium.

B

c S. Matth 20. c v. 2.
Omnem principatum Anabaptistæ tollebant.
d Caluin. in c. 20. S. Matth.
Deprauata verborum Christi expositiones.
e Idem Calui. ibid.
f Idem lib. 4. Inst. c. 20 §. 7.
g S. Lucæ. 22.

C

Caluini impia ac erronea expositio confunditur.

D

Quod expositionis dementis, & fatuæ mendacio monstrum, solo verborum Domini intuitu corruit: quibus super alios principatum suę pastoribus Ecclesiæ non eripuit, sed longè alium valdéque dissimilem ab immani illo atque tyrannico barbarorum infidelium que principum dominio subditos vexante crudeliter, efformauit: quorum immundis eruoribus ac turpitudinibus vitæ tempore Christi, terra scatens horridè fœdabatur. Tantum enim abest vt his duobus testimonijs malitiosè & contra sacramentum veritatis à Caluino productis Dominus noster Iesus è medio regni sui Ecclesiastici omnem principatum maximè Monarchicum funditùs, vt blasphemat Caluinus, eradicare voluerit, quin illum potius iactis dominationis sanctissimæ fundamentis in æternum potenter ita stabilire firmareque de-

Duobus testimonijs à Caluino malitiosè & adulterina fraude productis Christus contra intentionē Hæresiarchę istius principatum sua Ecclesiæ Monarchicum in omnes confirmauit.

A

creuerit, vt aduersus cū portę inferi totaque dæmoniorum rabies, hęreticorum, aliorumque scelератorum Ecclesiæ Dei hostium manu conglomerata, nullo præualere tempore valeant. Neque enim dixit Dominus discipulis inter se de principatu contentiosè pugnantibus, *non præsidebitis vllo modo, non patiar vllis vestrum imperij principatusque clauum super alios assumere*: Sed his verbis suæ imperiom Ecclesiæ ad puriorem sanctioremque formam dominandi restrinxit: *Vos autem non sic, nempe more tyrannorum principumque barbarorum regnabitis*: sed potius more pij patris familias, verique pastoris ac regis optimi sanctam diuinæ dominationis imaginem affectantis imperabitis iustoque principatu mansuetudinis, humilitatis, iustitiæ charitatisque munito præsidiis legibusque potiemini. Qoid cum aliquis supremus princeps vnum ex familiaribus aulicis nobilitatis conspicuæ talibus affatur: nolo te sic huius meæ ciuitatis ciuibus præsidere, vt dux ipse sub vmbra maiestatis meæ dominatus est; nunquid aulico illi omnem dominandi suis subditis prouinciam rex intendit adimere? minime gentium! sed præsidebis meliùs quam ipse dux, seruataque iustitiæ regula ex pręscripto mearum legum subditis meis fidelibus mea seruando mandata dominaberis. Nunquid sequentibus verbis suam Dominus mentem clariùs discipulis apostolisque tacito concitatis murmure manifestat?[h] *qui inter vos maior est, fiat sicut minor & præcessor*, Græcè καὶ ὁ ἡγούμενος ὡς ὁ διακονῶν, scilicet dux & princeps fiat ministrator. His verbis quis potest non euidenti demonstratione colligere, iam Christum Dominum inter suus Apostolos discipulosque ducem principemque, qui cunctis præiret imperio, creauisse?

Christi intentio pulchro illustratur exemplo.

B

h Matth. 20. Luc 22.
Ex locis à Caluino citatis contra Caluinum constat Christum Dominum inter Apostolos principē creauisse.

C

Sed est alia magis solennis expositionis verborum Domini veræ contra Caluini delirium ab ipsius Christi Domini exemplo factoque deriuata confirmatio, cùm subiunxit,[i] discipulos instruens; *Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam ponere redemptionem pro multis.* Et apud sanctum Lucam citato loco.[k] *Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat*: an ideò quia ex humilitate & misericordia vt saluos faceret peccatores, ministrare voluit Dominus, non erat magister & princeps & vt loquitur Euangelicus Propheta.[l] *Rex Regum & Dominus Dominantium?* Quare igitur alibi dixisset,[m] *vocatis me, magister & Domine, & benè dicitis: sum etenim.* Sicut ergo Christus Dominus non ad instar gentium regum infideliumque principum sua iussa, ferociter imperando, dictabat, sed ex summa humilitate ministrando, & ex pari charitate salutem animarum procurando, nihilominus plus de æterna subditorum felicitate, quàm de sua temporali vita solicitus, imperabat verus princeps, magister ac Dominus. Ita tale suo simile regnum & imperium in sua construxit Ecclesia: vt esset in ea visibilis princeps idemque supremus, qui sub se in mansuetudine & iustitia, summa humilitate & charitate condita omnium suarum sublimiter & affabiliter dominia possideret. Sed quid vlterius veram sinceramque verborum Domini intelligentiam ab omni falsitatis mendacijque suspicione, contra iniurias, dolos fraudesque hęreticorum aliorumque illis, sceleris cognatione similium, vindicare persequemur, cùm nihil illis curæ sit contra Deum ipsum & Christum eius insanire

i Matth. 20. v. 28.
k Luc. 22. v. 27.

D

l Apoc. c. 1.
m Ioan. 13. argumentum à simili.

blaſphemando: dummodo ſupremam apoſtolicę ſedis authoritatem & principis in ea cum ſancta maieſtate ſub Chriſto Domino regnantis Monarchiam, ſi poſſint ſuis impoſturis, delirus, furoribuſque demoliantur.

—————[a] *Scelera ipſa nefaſque*
Hac mercede placent.

a Luc. lib. pri.

CAPVT X.

Monarchæ ſupremi in conſcientia legibus ſe ſubmittere debent, nec ſine magna ratione & cauſa de his diſpenſare aut ſe ab earum iugo eximere, ſiue ſint ſæculares, ſiue Eccleſiaſtici: nec obedientiæ legum repugnat ſummum imperium.

1. *Qua ratione princeps dicitur ſubijci legibus ſuis.*
2. *Fortitudo, authoritas ac proſperitas boni principis à vigore & inuiolata cuſtodia legum.*
3. *Exempla bonorum principum qui exemplo ſuo ſubditos ad cuſtodiam legum prouocarunt magis quam imperio.*

Summus princeps cum ſuprema poteſtate debet ac tenetur ex conſcientia ſuis parere legibus, cum materia communis & eiuſdem rationis eſt in ipſo & in ſubditis.

PLERIQVE homines partim minimè mali, ſed non ſatis eruditi, partim in malitia ſimulati, ſed apertè confidentes à vana doctrinę ſpecie decepti, de abſoluta poteſtate ſummoque imperio in orbem ciuilis & Eccleſiaſticę ſocietatis introducta queruntur indignatique grauiter expoſtulant, credentes aut potius ſuæ affingentes imaginationi, huius abſolutę potentię imperijque ſummi licentia, bonarum legum præſidia labefactari, populorumque vexationem cum ſumma Reipublicæ perturbatione cauſari. Sed ſi [b] illi ſacrarum paginarum voces & oracula, Eccleſiæ decreta, ſanctorum patrum teſtimonia, & ſcholæ Theologorum vt Iuriſperitorum deciſiones, audire vellent, facilè profectò à ſua expoſtulatione malè fundata, querelaque deſiſterent. His enim intelligerent clariſſimè ſupremam illam abſolutamque dominationem à Deo aut mediatè interuentu populorum in regna ſęcularia, aut immediatè in Eccleſiam ſuam ſic introductam inueniſtamque: fuiſſe vt illius maieſtate refulgens princeps vtriuſque fori, tanquam ipſius ſummæ poteſtatis fidelis factus à Deo ſequeſter inferiorem ſe legibus agnoſceret: illarum ſe teneri pręſcripto, neque ſalua conſcientia ſibi licere illarum imperando, tranſcendere fines arbitraretur. Graues violati iuris vltrices pœnas à Deo ſenſurus, niſi ante caſum vitæ fatalem, ſanctarum iuſtarumque legum ſe circo, ex quo nimia licentia fuerat egreſſus, pęnitendo humiliter includere feſtinaret. Chriſtus enim Dominus ſupremus omnium principum ſicut & populorum Monarcha & iudex illos populorum rectores ſibi blandientes non populi conſeruationi ſeruientes, multa iubentes & iuſtorum nihil operantes grauiter arguendo criminatur, [c] *alligant*, inquit, *onera & di-*

b S. Tho. 1.2. q. 94. a. 9. ad 3. & ibi doctores ſcholaſtici. Abulenſis in S. Matth. 23. q. 24. Turrecr. & alij in c. iuſtũ eſt diſt. 9. & alij canoniſtæ in c. cũ omnes de conſtit. S. Antoninus 2. p. tit. 17 n 5 Syluest. in verbo lex q. 14. Nauarr. in c. ſi quãdo de reſcriptis exceptio. 1. & in apologia de redditibus Eccleſiaſticis q. 1 n. 32 conſil. 18 de pœnit. & remiſſ. Couarr. in c. alma mater 1. p § 1 n 5 Sot. lib. 1. de iuſtitia & iure q. 6 a. 7. Victor. relect. de poteſtat. ciuili n. 21. & de Papæ & Concilij n. 7. Iuriſc. doctores in l. princeps de legibus, & Cuiacius lib. 15. obſeruat. ca. 30. &c.

A *gito ſuo nolunt ea mouere*, omnes populi præfectos in perſona. Phariſæorum condemnatione iuſta feriens, non ſolum quod falſarum interpretationum larua, his populum oneribus opprimerent, verumetiam ex inæqualitatis iniuria multis eum damnis percellerent boniſque priuarent. Hinc illud in authores fautoreſque iſtius inæqualitatis iniuſtæ, maledictionis à ſapiente fulmen eductum, [d] *pondus & pondus, menſura & menſura, abominabile Domino*, cum illo Micheæ, [e] *nunquid iuſtificabo ſtateram impij:* Quocirca iuſto Eccleſiæ iudicio, Catonis illud, *patere* [f] *legem quam ipſe tuleris*, in ſacris canonibus ſanctificatum eſt, & in ſecularium imperatorum pandectis, ſumma authoritate ſancitum honoratumque illud prætoris edictum, [g] *quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, ipſe eodem iure vtatur.* De quo loquens Vlpianus, B [h] *hoc edictum*, inquit, *ſummam habet æquitatem, & ſine cuiuſquam indignatione iuſta, quis enim aſpernabitur, idem ius ſibi dici quod ipſe alijs dixit, vel dici effecit?* Quam amico veritatis & æquitatis fœdere huic iuriſconſulti reſponſo lex Eccleſiaſtica connectitur, [i] quæ principem legibus obtemperare ſuis tenerique iuſtum eſſe clamat, cùm ad earum obligationem ſubditos ex authoritate imperatoria, aut regia, aut pontificia eaque iuſta coegerit: *Habet ſiquidem hoc ius ſummam æquitatem, quia*, vt ait Iuriſconſultus, [k] *nititur lege diuina & naturali quæ à Deo eſt incorrupto fonte ſcaturiens: eſt enim hæc non ſcripta, ſed nata lex*, vt cum Tullio loquar, [l] *quam non didicimus, legibus accepimus, verum ab* C *ipſa natura hauſimus, arripuimus, expreſſimus, ad quã non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus, vt quod nobis fieri nolumus alteri non faciamus.* Hanc legem ſacro canone in decretis [m] pontificia confirmando maieſtas amplectitur. quam ipſe etiam ethnicus imperator [n] Alexander Seuerus in ore frequentiùs vſurpare ſolebat, cordique defixam ſe opere complere profitebatur. Propterea veriſſimè Ariſtoteles. [o] *Legem in Republica debere omnibus dominari*, teſtatus eſt, & Plinius [p] in panegyrico. *Non eſt princeps ſupra leges, ſed leges ſupra principem:* Et Paulus Iuriſconſultus, *par eſſe dicebat eum qui leges facit, pari maieſtate legibus obtemperare:* contra ſæuum illud & ſceleratè blandientis animi dogma, de quo Tullius, [q] *Id ius eſſe quod ei qui plus poteſt vtile eſt.* Quandoquidem vt ſapienter S. Thomas [r] exponit, *dùm non occurrit ratio ſufficienter excipiendi aliquid à lege, ipſe etiam rex atque princeps ipſi ſe ſuamque authoritatem ſubmittere tenentur ſecundum illam vel* D *inducando vel operando:* Secùs euanida & inanis lex ipſa redderetur tanquam [s] *gladius in vagina reconditus*, eiuſque acies authoritatis hebeſceret, à qua Reſpublica vehementer interturbata, maximo diſcordiarum tumultuumque vulnere lęderetur. Sed cùm principem ſummum legum à ſe conditarum imperio ſubmittimus, intelligere ſemper id ſolum quoad vim directiuam, non autem coactiuam cum doctoribus vtriuſque iuris diuini humanique debemus; hoc ita D. Thomas docet [t] hoc illi quos principio capitis in margine notauimus [u] doctores; ſic legem princeps Cod. de legibus &c. Qua ſolutus ſuis legibus princeps declaratur, omnes de meliori nota Theologi peritique vtriuſque iuris doctores interpretantur; *neque enim vllis ad pœnam vocatur*, (ſcilicet princeps) *legibus tutus imperij poteſtate*, ſanctus. dicebat Ambroſius. [x] Pro qua veritatis aſſertione ratio-

c S. Matth 23.

Principem ſuis teneri legibus iura, diuinum, naturale, Pontificium, ciuileque iubent.

d Prou. 20.
e Mic. c. 6.
f c. cum omnes de conſt.
g Vlpian. in l. 1. ff. quod quiſqui.
h Vlpianus l. 1. hoc edictũ ff. quod quiſque iuris &c.
i c. iuſtũ diſt. 9 ex S. Iſid. li. 3. ſent. c. 51.
k Gloſſ. in l. 1. ff. quod quiſque iuris in alterum &c. l. 3. 1 a. col. 176.
l Cicero pro Milone.
m Can 2. diſt. 2.
n Apud Lampridium in Alexand. Seuero.

Lex omnibus princeps & ſubditis dominari debet

o Ariſt. lib 3. Politic. c. 7. circa finem.
p Plinius in panegy. Paulus iuriſ. lib 4. ſent. tit. 4.
q Cicero li. 3 de Repub.
r In 3. polit. Ariſt. cõmen.
s Cicero pro Catil.

Princeps tenetur ſuis legibus obligatur que non quoad vim coactiuam ſed directiuam.

t 1. 2 q 96 ar. 9 ad 3.
u Doctores in l. princeps.
x S. Ambroſ. in apologia Dauid c 4 & 10.

nes multæ militant, quibus voluntariè breuitatis causa supersedere est animus, vna dempta, quæ talis est. De ratione coactionis intrinseca esse docet bona Philosophia, vt ab extrinseco prouenienς atque deducta suas in inuitum exerat actiones atque vires. Constat autem principem suæ legis tenore vigoreque propriæ vim voluntati afferre non posse. Si aliunde vis illa coactionis petita principem adoriatur, vt faciat quæ nolit, aut à parte subditorum, aut alicuius huic æqualis in potestate principis, aut superioris illo deriuata patebit. Principem ad suarum obseruationem legum posse cogi à subditis asserere valdè ridiculum ac iustitiæ regulis inimicum, quæ omnibus inferioribus violentarum manuum iniectione in superiores sub graui rebellionis labe pænaque capitis interdicunt. Quod verò princeps æqualis authoritatis parisque iurisdictionis hanc coactionis vim atque potentiam voluere atque ciere possit in principem illum, vt custodia legum suarum praxique coarctetur, ciuilia [a] pontificiaque [b] iura negant, quę pari in parem imperium non dari credive clamare non cessant. Si quis autem dixerit principem illum legum conditorem à superiore principe ad illarum legum obligationem effectumque posse compelli, implicatione contradictionis intricatus inuolueretur, nosque, si huic opinioni præberemus assensum, pugnantia loqueremur. Cum de principe summo atque Monarcha sopremo maxima absolutaque potentia diuino munere sublimato superiorem in terris in imperio suo pręter Deum agnoscere nesciente verba faciamus. Patet igitur Monarcham illum supremum siue secularem siue Ecclesiasticum, de quo disputatio instituta est, & quo superiorem dari in sui principatus ambitu maximè repugnat, à vi coactionis non à virga directionis immunem esse. Quod ipsi summi Romanę dominationis & orbis imperatores Christiani, imò etiam à veri Dei cultu extorres adhuc dicto factoque comprobarunt, cum in obseruatione legum suarum rigidæ coactionis impatientes, dulcem directionis virgam recipientes honorificè, venerantesque magnopere coluerunt. Testis magnus ille Iustinianus, [c] qui in §. vlt. instit. titul. quibus modis testamentum infirmetur; cùm dixisset imperatorem, *non accepturum aliquid sibi relictum per testamentum legitimum*, subiunxit: *Secundum hoc diuus Seuerus & Antoninus sæpissimè scripserunt. Licet enim*, inquit, *legibus soluti simus, attamen legibus viuimus.* Quis non videt iuxta doctorum intelligentiam imperatorem ingenuè profiteri se quidem legibus solutum in via coactionis, at in via directionis legibus viuere, scilicet præscripto legum suarum diuinæ legi conformium orbis imperium gubernare. Hanc confessionem longè ante Iustiniani sęcula ethnicus imperator [d] Alexander ediderat, sic Antigono rescribens, *Ex imperfecto testamento nec imperatorem hæreditatem vindicare posse, sæpe constitutum est: licet enim lex imperij solennibus iuris imperatorem soluerit: nihil tamen tam proprium imperij est, quàm legibus viuere.* Similis lex habetur ff. de legatis 3. l. ex imperfecto, [e] cuius illa præclara verba sunt: *Ex imperfecto testamento legata, vel fideicommissa imperatorem vindicare inuerecundum est: Decet enim tantæ maiestati eius seruare leges, quibus ipse solutus esse videtur.* Quas similesque imperatorum leges grauissimi patres eruditissimique Theologi doctores, vt S.

Ratio bona cur principes suis non teneātur legibus quoad vim coactiuam.

Par in parem non habet imperium.

a L. nam & magistratus ff. de arbit. l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad Trebell.

b c. innotuit de electione & electi potestate l. 1. decretali tit. 6.

Imperatores Rom. se vi directionis non coactionis subiiciunt suis legibus.

c Iust. imperator § vlt. instit titul. quibus modis testamentum infirmatur.

d L. Ex imperfecto cod. de testamētis.

e L. ex imperfecto ff de legatis 3. ex Paulo iurisc. l. 5. sent. infortiati l. 1. ff. 32. tit. 2.

Thomas & alij de quibus suprà, cùm vtriusque Iuris Ciuilis atque Canonici peritissimis, sic communi doctrinæ intelligentiæque calculo sunt interpretati: vt in obseruatione legum suarū summos illos & similes Monarchici possessores imperij principes ab omni vi coactionis exēptos, directionis nihilominus virtuti atque legitimæ potētię, quæ virga regni Dei est, ex præscripto veritatis & æquitatis liberè voluntarièque subiugatos esse crederent. Adeo vt directionis ipsius metas transilientes contemnendo iussa, licet [f] *gratia fallacis prætoris fregerit vrnam*, non tamen Dei præ potentiā regum regis & dominantium Domini iudicia effugere, sopremæque in terra prætextu dignitatis euadere non possint: quin ab illis sui officij ac maiestatis oblitis, nimioque superbiæ tumore, potestatis pro salute imperij creditę, terminos egressis, oppressæ iustitiæ, suæque diuinæ voluntatis neglectæ pænas tandem aliquando seuerissimè repetat.

2. Nunc quàm valida sit, quàm firmiter stabilita, quamque fortitudinis inuictæ corroborata præsidio, maiestas, felicitasque summorum principum à iusta bonarum legum directione custodiaque profecta videamus. Ac imprimis illius fortunatissimi quia iustissimi Theodosij magni confessionē valdè ad id quod sciscitamur accommodatam audiamus: qui cum Valentiniano iuniore ad Volusianum prætorio præfectum rescribens sic affabatur. [g] *Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri: adeò de authoritate iuris nostra pendet authoritas*: & reuera (vide honorem & felicitatem leges facto venerātis principis) *maius est imperio submittere legibus principatum: & oraculo præsentis edicti, quod nobis licere non patimur, aliis indicamus.* Obseruandum maximè notandumque diligenter verbum hoc Oraculum, quo in sincera suæ mentis intentione declaranda optimus ille imperator vti voluit. [h] Est enim oraculum diuina voluntas ore hominis declarata; vt nempe quanta veneratione religiosaque obseruatione hanc omnes principes terræ legem, *digna vox* &c. pro sua populorumque salute amplecti deberent ostenderet: quę non tam ab imperatoris ore, quàm ab ipsius imperatorum, omniumque mundi huius regum principumque regnatoris atque Domini prolata esse videretur. Quod agnoscens ipse princeps vniuersalis Ecclesiæ Romanus Pontifex iura dedit Ecclesiæ, [i] eiusque in ea sub se regnantibus Episcopis, prælatis, aliisque pastoribus quorum obsequio seipsum Papa verbis expressis astrinxit: sicut Bonifacius 8. satis omnibus illud clarè & apertè voluit talibus innotescere: [k] *Quod licere nobis non patimur, nostris successoribus indicamus*: fortunate princeps, qui imperium suum, id est iura quæ alijs ex ęquitate præscribit & imperat super humerū suum ferre, facto videlicet & opere, fortiter atque viriliter adimplere non dedignatur. Sic itur ad astra: sic ad ęternę coronę lauros immarcessibiles aduolatur, imitatione regis regum Christi, [l] *Cuius principatus super humerū eius*, idest, vt interpretatur Chaldæus, [m] *qui suscepit legem supra se vt eam seruaret*: quamuis nullo ille nexu obligationis astringeretur: exemplum principibus exhibens, vt suæ mansuetudinis, humilitatis, æquitatis, charitatisque vestigia sequerentur. Atque istud princeps plus facto, quam verbo, plus exemplo quàm imperio consequitur, vt leges suæ, à populis ad

f Iuuenal.

Secunda.

Authoritas & felicitas principis ab obseruatione legum.

g L. digna ei de legibus & constitutionibus principum l. 1. tit. 14.

Not. quid sit oraculum hoc loco.

h Gloss. ibid. n. 5. Isid. l. 15. c. 4. etym.

Papa se legi obligat quam tulit.

i Can. non liceat Papæ 12. q. 2. c. 9.

k cap. fin. de rescriptis. in sexto l. 1. sext. tit. 3.

l Isai. c. 9.

m Paraph. Chaldaica.

Nota.

maiorem Dei gloriam, Ecclesiæ Christi Domini sponsæ tranquillitatem, de hostibus victoriã, imperijque felicitatem sanctius honoratæ custodiantur. Hæc SS. Patrum mens est, inter quos vnius S. Isidori [a] solummodo hîc, ne superfluè videar velle clariora probare, sententiæ recordabor, *iustum est*, inquit, *principem legibus obtemperare suis: tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reuerentiam præbet.* Et postea continenter: *Non conuenit principes in se damnare iura, quæ in subiectis constituunt: iusta est enim vocis ipsorum authoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.* Atque illi socium, vt eius altiori radice in fidelium cordibus potentius insideat authoritas, S. Ambrosium Valentiniani iunioris hæc sancta menti suggerentem, adiungam. [b] *Vbi illud constituimus, imperator,* (scilicet contra laicos nescio quos ausu temerario de rebus Ecclesiæ iudicare præsumentes) *quod iam ipse tuum iudicium declarasti, imo etiam dedisti leges, ne cui esset liberum aliud iudicare* (scilicet quam quod authoritate Ecclesiastica iudicauimus) *quod cum præscripsisti aliis, præscripsisti & tibi: leges enim imperator fert, quas primus ipse custodiat.* Hæc tam salutaris tanti Patris admonitio fortassis huius imperatoris animo altius defixa, hanc ipsi, vt est credibile, mentem dedit, vt cum Theodosio magno liberè profiteretur, [c] *salua maiestatis reuerentia, non dedignari sibi cum priuatis ius esse commune*, sicut eos imitatus posteà dixit Anthemius Cæsar, [d] *nihil amplius licere bonis principibus, nisi quod liceat priuatis.* Quàm ab his memorabilibus iustorũ principum acroamatis alienum est illud perquàm iniquum ab Horatio de Achille dictum, [e]

Iura negat sibi facta, nihil non arrogat armis.

Non sic pij bonique principes, non sic vt Theodosius ille magnus aliique de quibus modo loquebamur. Qui vt quantâ religione & honore leges pias Reipublicæ totique populo proficuas reipsa venerarentur, omnes intelligerent, religiosam legum custodiam reuerentiamque voce, corde, opereque magnificarunt. A quarum casta fidelique obseruatione authoritas, felicitasque facta sublimior imperatoris, per populos in maiorem bonorum fortunarumque cumulum feliciùs exundaret. Quocirca legum, bonorum vigor & honor importunis aulicorũ precibus violentisque petitionibus ne tãtillum læderetur, læsusque pacem prosperitatẽque Reipub. labefactaret, Gratianus & Theodosius senior religiosè sancitum esse voluerunt: [f] vt iudices atque magistratus nullam rescriptorum suorum rationem haberẽt, si contra leges impetrentur, hanc rationẽ causamque subiungentes: *Quod sæpè in nonnullis causis inuerecunda petentium inhiatione princi-*

[a] L. 3. sent. c. 51. in princip.

[b] S. Ambros. l. 2. Epist. 13. ad Valẽtinianum iuniorẽ imperat. t. 4.

Exempla principum qui valdè religiosè leges à se latas seruare voluerunt.

[c] L. fin. de appellat. Cod. Theodosian.

[d] In nouella de bonis vacantibus.

[e] Horat. ep.

[f] l. 1. c. de pet. bonorũ sublat. lib. 10.

pes constringuntur, vt etiam non concedenda tribuant. Sic boni pastores populi, principesque veræ laudis & prosperitatis appetentes & auidi modestè ac benignè sua pro Reipub. bono vtentes authoritate, sæpius illud Agamemnonis apud Senecam, [g] in ore, corde, & opere gestantes vsurpant. *Minimum decet liberè, cui multa licent:* Reperti que sunt plerique principes tanta legum suarum obseruantiæ cupiditate desiderioque concitati, vt vitam potius perdere, quàm leges transgressione violare maluerint. Quod Charondæ Thuriorum in magna Græcia legislatoris facto testatius esse potest, [h] qui cùm legem contra ciuiles factiones ac cædes tulisset. *Nequis cum telo in concionem venisse vellet, qui aliter, capitale id esset: accidit autem vt ipse rure veniens, indicataque subitò concione vti erat ad eam armatus accederet incautus. Tunc acclamantibus æmulis & inimicis, eum soluere legem quam tulerat, ac palam cum telo esse. Ipse errore cognito: Mehercule, ita est,* inquit, *sed idem ego sanciam: statimque districto gladio, mortem sibi consciscendo crudeliter occubuit.* Factum horribile magis quàm admirabile, nec laudandum nec imitandum, meliora à Christo Domino principes nostri didicere, vt sine sui parricidio suas ad illius regis æterni nutum leges inuiolatè custodiant & obseruatione pia reuereantur. Quantò rectiùs & æquiùs ille imperator, qui eùm præfectum sui prætorij de more gladio succingeret, eidemque vitæ necisque potestatem daret, [i] *Cape hunc,* inquit, *& siquidem rectè & ex vtilitate omnium imperauero, pro me: sin aliter contra me vtere:* vocem verò imperatore dignissimam adiciens: *viuam si Resp. viuo: si minus, arma hæc in me verte.* O principem immortaliter cum summa felicitate, si fidem Christi didicisset, viuere meritum! qui pro inuiolata legum custodia necari se iussit. Legem ipse facto ferebat, quã se vna cum populo sincerè seruare velle hoc dicto iurabat, religiosamque illius custodiam sibi vita propria chariorem esse pro Reipub. pace bonoque tẽporali testabatur. Quantò iustius id Christianus princeps pro diuino & incommutabili bono perennique felicitate sibi & suis parienda præstare debebit? qui meliori titulo rationeque fortiori quam imperator ille, Christi nescius apud Senecam, illud & cogitare debet ac dicere. [k] *Ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum qui Dei vice in terris fungerer: Ego vitæ necisque gentibus arbiter: qualem quisque statum sortemque habeat, in mea manu est positum.* O incomparabilis excellẽtia & nulli secunda dignitas, Dei in terris esse vicarium! Sed si Dei vicarius est princeps, quare non in custodiendo vero, firmandis iustitiæ pietatisque legibus, illius facta religiosus imitator æmulabitur?

[g] Seneca in Troade.

Charondas se proprio gladio interemit, quod incautus legem à se editam violasset.

[h] Plutarch. in opuscul.

Dictum Traiani factũque memorabile.

[i] Plutarch. Plinius 2.

[k] Seneca l. 1. de clement.



SECVNDÆ PARTIS

LIBER SECVNDVS,

IN QVO DE SANCTO PETRO ECCLESIÆ post Christum primo Monarcha, de eius perfecta Monarchia, longè alia à Monarchia mundi principum à nulla profecta potestate, aliave authoritate quàm Christi Domini. Cuius nutu ac iussu ipse sanctus princeps Apostolorum sedem huiusmodi Monarchia Ecclesiastica in vrbe Roma erexit.

CAP. I.

De necessitate vicarij Christi in Ecclesia Monarchæ visibilis, cæteris sæcularibus principibus præstantioris, qui primus fuit S. Petrus.

1. *Quam sit talis Christi Domini vicarius in Ecclesia Monarcha visibilis necessarius.*
2. *Sicut Monarchia Ecclesiastica præstat cæteris, sic Monarcha Ecclesia cunctis omnium regnorum Christianorum principibus dignitate eminentior est.*
3. *Quod talis Monarcha Ecclesia primus fuit S. Petrus à Christo Domino constitutus.*



SVPERIORI libro iacientes fundamenta huic secundæ parti operis vniuersi à nobis felicibus Christi Redemptoris nostri auspiciis, instituti atque suscepti, pluribus & satis, ni fallor, cumulatè, principatum Ecclesię à Christo Domino Monarchicum, omnique sæculari Monarchia præstantiorem factum esse demonstrauimus. nunc in inchoato opere pergentes & ad illius incrementa properantes, de primo Ecclesiæ Monarcha creato à Domino saluatore nostro, sancto nempe Petro, ac de loco, in quo sedem ipse iubente Domino inspiranteque maiestatis Ecclesiasticæ defixit, rationalis series postulat, vt hoc libro abundè disseramus. Iniustè queruntur hæretici eorumque fratres impietatis cognatæ schismatici, quod nos veri Catholici pręter cæli ac terræ dominatorem caput essentiale, præcipuum ac independens supremumque Ecclesię Monarcham Christum Dominum Verbum ęterni patris, factum carnem, aliud sub illo caput

Quam Ecclesia sit pastor ac Monarcha visibilis necessarius.

A visibile, eius authoritate ac institutione principem pastoremque Ecclesiæ creatum instructi catholica fide recognoscamus, atque nullatenus dubitando credamus. Insani, qui istud Christianæ vtilitati expedire tenebris malitiæ cæcati nequeunt apprehendere: cum sicut sensibilibus signis ad intelligibilem sine errore veritatem deducti perueniamus, gratiamque pignus hereditatis æternæ, vt loquitur Apostolus, è cælo demissam non nisi per sensibilia sacramenta percipiamus. Ita maximè cōueniens, vtile ac necessarium esse videbatur: vt saluator noster relicta terra proficiscens ad Patrem ascensionem facturus super omnes cælos ad dexteram eius, suam nobis præsentiam corpoream visibilemque substra-

Christus nobis suam visibilem formam substrahens, visibilem pastorem reliquit.

B hendo, alium Ecclesiæ suæ pastorem caputque eiusdem cum illa sortis, qui visibili forma, authoritate, imperio, suis fungeretur vicibus, nobis exhiberet. Etenim licet Christus Dominus suæ immensitate sine termino diuinæ maiestatis in quacumque parte mundi vniuersi totus esse credatur, totus pręsens, sua absentia, nulla cæli, terrę, maris, infernique climata deserens, omnia verbo suo formans, omnia regens, omnia complens, omnia continens, omnia veluti palmo sustinens; nihilominus post suum gloriosum de triumphata morte triumphum, eius naturæ humanæ gloria & honore propter passionem mortis coronatæ minimè congruebat, vt in propria specie visibilique conspecta nobiscum semper in terra conuersaretur. Quamuis illo pręsenti immortali, in

Christo Domino inuisibiliter præsente si volumus quotidie meritorie potimur.

C forma abscondita sub speciebus panis & vini in sacrosancto Eucharistię sacramento, cunctis diebus vitæ nostrę si velimus, meritoriè potiamur. Propterea Christus Dominus ascendens in altum, captiuam ducens captiuitatem, vt data dona hominibus prosperè ac tutò custodirentur, pro se in terra vicarium reliquit, qui diuina communitus potestate vniuerso mundo suę fidei legibus subacto, pastor vniuersalis Ecclesię summusque Monarcha quoad spiritualia præsideret. Deliria sunt

Delirium hæreticorum, pastorem vniuersæ Ecclesiæ præesse non posse

ſont iſta, prȩſtigiæque potiùs & incantatio feralium verborum, quibus fraudulenter homines decepti ab hæreticis miſerè dementantur. Quæ vbique maliciosiſſimi præcurſores Antichriſti ad fallendum, ſimplicibus obtrudũt, ſcilicet [a] neminem vnum eſſe poſſe qui ſummæ rerum vniuerſæ præſit. Atque vt Beza in Confeſſione ſua [b] loquitur, *Deum ſolum eſſe, qui huic oneri ſuſtinendo valere poſſit.* Mirũ hoc! cum in veteri lege ſummus ſacerdos non longè vnquam à ſancta ciuitate, aut à tabernaculo ante conſtructum templum, aut ab ipſo conſtructo recedẽs, rerum ad religionem ſpectantium, omnium Iudæorum qui toto orbe ſparſi, longiſſimè à Iudæa morabantur, ſatagere ſoleret: ad quem res fidei quæ per inferiores iudices definiri non poterant, ex omni natione quæ ſub cœlo eſt diſſoluendæ mittebantur. [c] *ad locum quem elegerat Dominus & ad ſacerdotem leuitici generis, cuius imperio qui non paruiſſet, eum oportebat mortem ſubire.* Pontifici Chriſtianȩ religionis vicario Chriſti denegabitur cum ſumma Dei gratia qua fulcitur & claret, quod ſacerdoti leuitici generis valdè in gratia & dignitate Euangelico inferiori, conceſſum fuiſſe non inficiantur? quid ipſi imperatores Romani nulla Dei gratia freti, ſed multa diaboli fraude decepti, nonne vniuerſo ferè terrarum orbi dominabantur, vniuerſaſque nationes & gentes ſub ſuas leges imperioſè mittebant? laxiorique imperio nunquid nullis ſuis meritis bonis, ſed cum ſuis demeritis per diuinam prouidentiam tempore aduentus Chriſti Cæſar Auguſtus pacificè fruebatur? *Quis non obſtupeſcat ſecum cogitans* (inquit Euſebius) [d] *atque animo verſans, non humanum hoc fuiſſe opus, vel ex eo quod numquam alias ſub vno Romanorum imperio plurimæ gentes orbis eſſe potuerunt, niſi ſecundum Ieſu tempora? nam ſimul ac ille admirabiliter ad homines venit, atque inter homines verſatus eſt, etiam res Romanas ad ſummum perueniſſe contigit, quo primum tempore videlicet Auguſtus plurimarum gentium dominus euaſit. Id vero fuit cùm & Cleopatra capta eſt & Ptolemæorum ſucceſſio in Ægypto diſſoluta eſt: atque ex illo in hunc vſque diem, quod ab initio orbis & ab ipſa (vt ita dicam) hominum origine ſteterat, Ægypti regnũ euerſum eſt, ex illo, Iudæorum quoque natio à Romanis in ſeruitutem redacta, Syrorum item ac Cappadocum & Macedonum, & Bithynorum & Græcorum, ac denique reliquorum omnium, qui Romano Imperio ceſſerunt. Hoc autem non ſine Deo vno, cum doctrina quæ de ſaluatore noſtro ferretur, introiſſe in orbem quis non fateatur? reputans non facilè Ieſu diſcipulis externarum regionum peragrationem futuram fuiſſe, ſi gentes inter ſe diuiſa, diſcordeſque fuiſſent, neque vllum prorſus ob multiplices principatus inter illas commercium. Quibus ſanè ſublatis principatibus intrepidè iam atque impunè negotium compleuerunt: cùm ſupremus Deus & iter illis expeditum ac facile compararet, & ſuperſtitioſorum in ciuitatibus animos terrore maioris imperij cohiberet. Reputa enim tecum parumper ſi nulla res impedimento fuiſſet hic, quod errore colendi multos Deos tenebantur, ne doctrinam Chriſti oppugnarent: quàm multas ante hac ciuiles ſeditiones & in vrbibus & in agris vidiſſes, quot vexationes, quot bella, mediocria illa quidem ſi ſuperſtitioſi illi ſuæ ipſorum poteſtatis fuiſſent, ac penes ſe ius imperij habuiſſent? Nunc autem hoc quoque ſupremi Dei fuit opus, maiore quodam terrore ſuprema altioris potentia pro-*

[a] Apologia Eccleſiæ Anglicanæ c. 5. art. 5.
[b] Beza in Confeſſ.
[c] Leuitic. 17.
[d] Lib. 3. c. 9 de demonſtr. Euangelica.

Deus ſua prouidentia voluit orbem terrarũ ſubdi vnius imperio ſo. Augusti, propter aduentum filij ſui: vt facilior eſſet aditus fides Chriſtianæ ad omnes gentes.

A *prij verbi inimicos habere iam domitos: id enim proficere in dies & apud cunctos homines creſcere volebat.* Deus propter ſui Euangelij religioniſque Chriſtianæ propagandam per omnes mundi partes gloriam & honorem, gentes locis infinitas, immanitate barbaras, partim vitæ morumque dulcedine manſuetas, virium fortitudine robuſtas, armorum magnitudine terribiles, toto orbe diffuſas vnius principis imperio parere coëgit. Et quis niſi communis ſenſus inops ignaruſque legum ac iudiciorum rationis humanæ audebit ſine verecundia dicere, ipſum Deum ſuæ Eccleſiȩ per omnes mundi plagas oraſque diffundendæ paſtorem vnum ac ſummum Pontificem, qui illam ſua diuina fretus gratia clementer regeret, ſapienter erudiret, paternéque cibo ſpirituali paſceret, denegare voluiſſe? Hoc ſolum de aliquo mentis compote ſuſpicari pudet. Quem B non moueant, ſi fortè in hac aliquando fidei rectitudine titubauerit, vt ſtatim omni errore depoſito ſuum in huius obſequium veritatis intellectum captiuet, aurea illa planéque diuina de cæleſtis eloquentiȩ torrente diuinitùs emanantis ſancti magnique illius Papæ Leonis eloquia? [e] *Verbum*, inquit, *caro factum, ita diuinam naturam natura vniuit humana, vt illius ad infima inclinatio, noſtra fieret ad ſumma prouectio. Vt autem huius inenarrabilis gratiæ per totum mundum diffunderetur effectus: Romanum regnum diuina prouidentia præparauit. Cuius ad eos limites incrementa perducta ſunt, quibus cunctarum vndique gentium vicina & contigua eſſet vniuerſitas. Diſpoſito namque diuinitùs operi congruebat, vt multa regna vno confœderarentur imperio, & cito* C *peruios haberet populos prædicatio generalis, quos vnius teneret regimen ciuitatis. Hæc autem ciuitas ignorans ſuæ prouectionis authorem, cùm penè omnibus dominaretur gentibus, omnium gentium ſeruiebat erroribus, & maximam ſibi videbatur aſſumpſiſſe religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem, vnde quantum erat per diabolum tenacius illigata, tantum per Chriſtum eſt mirabilius abſoluta. Nam cùm duodecim Apoſtoli accepta per Spiritum ſanctum omnium locutione linguarum, imbuendum Euangelio mundum, diſtributis ſibi terrarum partibus ſuſcepiſſent: beatiſſimus Petrus princeps Apoſtolici ordinis, ad arcem Romani deſtinatur imperij, vt lux veritatis quæ in omnium gentium reuelabatur ſalutem, efficaciùs ſe ab ipſo capite per totum mundi corpus effunderet* D &c. Hæc & alia egregia flumen illud eloquentiȩ diuinæ S. Leo &c. Ex quibus aliiſque ſimilibus clariſſimè conſtat, quàm vtile, conueniens, ſalutare & honorificum, Eccleſiam Dei ab vno principe ac Monarcha, ſuprema ſupernaturalique poteſtate, non ab hominibus, ſed à ſolo Chriſto Domino immediato eius influxu diuinitatis accepta regi, paſci ac gubernari: cùm ſimile quid ſæculari orbis imperio propter Eccleſiæ propagandum regnum, amplificandumque ſplendorem gloriæ nutu diuino contigerit. Sitque facilius multo gentes multas in vnum coëuntes imperium, ab vno principe ſummo, ſub quo intermediæ, ſubalternatæque poteſtates ſingulis præſiderent prouinciis, regi & ad finem ſuum ſpontaneo motu dirigi. *Nemo ſiquidem facilius conſulitur, quàm vnus princeps, nec quiſquam poteſt ab altero minus diſſidere, quam idem*

Argumentum a minori.

[e] Serm. 1. de natali SS. Petri & Pauli.

Per omnem terram Deus Romani imperij ſub vno principe ſines dilatauit, vt ſua religio facilius & potentius per omnem terrarum orbem diffunderetur.

S. Petrus princeps Apoſtolorum.

Regnum melius ab vno quàm à multis regitur.

à seipso. Ideò rectè ac merito dixit Pomponius [a] Iurisconsult. *Romæ euenisse, vt necesse esset Reipublicæ per vnum consuli. Nam Senatus*, inquit, *non perinde omnes prouincias commodè regere poterat.* Extra ergo aleam omnis dubij firmatum est, Monarchiam in Ecclesia, Christi Domini institutione vigere, eamque talem vt omnibus terræ principantibus Monarchicis, longè dignitate, potestateque data diuinitùs anteferatur, non secùs ac sol lunam dignitate ac magnitudine claritatis antecellit: laicorum principum iudicio, maximè electorum imperij, quale fuit illud Ludouici Comitis Palatini ac Bauariæ ducis. Cuius testimonium hoc litterarum tenore conspicitur. [b]

a Pomponius de origine iuris ff.

a. Monarchia Ecclesiastica omnibus secularibus longè antecellit vt Sol Lunam.

Ludouicus Dei gratia Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ vniuersis præsentem paginam inspecturis, salutem in auctore salutis. Complectens ab olim filij Romana mater Ecclesia quadam quasi germana charitate, Germaniam illam eo terrenæ dignitatis nomine decorauit, quod est super omne nomen temporaliter tantum præsidentium super terram, plantans in ea principes, tanquam arbores prælectas, vt rigans eas gratia singulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ: vt ipsius Ecclesiæ auctoritate suffulti velut germen electum, per ipsorum electionem, illum qui frena Romani imperij teneret germinarent. Hic est illud luminare minus in firmamento militantis Ecclesiæ, per luminare maius Christi vicarium illustratum.

b Litteræ Comitis Palatini electoris Imperij Germanici apud Baron. t. 10 anno Dom. 996.

Nota omnia.

Imperatoria maiestas luminare minus in Ecclesia: Pontificia verò est luminare maius.

Sed de hac prærogatiua celsitudineque Ecclesiasticæ Monarchiæ super omnes sæculares abundantiùs posthac [c] dicendi campus aperietur. Hoc solùm restat, vt partem capitis vltimam tangamus, tactamque breui conficiamus, aduertere hunc Monarcham, quem sui loco visibili conspectu suæ præfecit Ecclesiæ Christus Dominus, sanctum Petrum extitisse primum: qui vsque ad consummationem seculi Romanos Pontifices in pari, qua ipse in Ecclesia Dei, dignitate refulsit, successores haberet. In qua materia cum magno Augustino sicut in cæteris fidei Christianæque Religionis creditis, errare non possumus, qui ait, [d] *Saluator cùm pro se & Petro dare iubet scilicet* didrachma *pro omnibus exoluisse videtur. Quia sicut in Saluatore erant omnes causæ magisterij, sic & post Saluatorem in Petro omnes continerentur. Ipsum enim constituit esse caput eorum vt pastor esset gregis Dominici: Sicut Christus Dominus eum fundamentum sua Ecclesiæ appellauerat: Tu es* [e] *Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam:* Obseruandum hoc, *dico tibi* non Ioanni, non Iacobo, non aliis meis Apostolis, sed tibi, quia tu es Petrus, non solùm vocaberis, sed reipsa & in veritate tu Petrus, scilicet saxum mysticum, sicut sancti Ioannis primo capite dixerat, [f] *Tu es Cephas*, scilicet ingens saxum ac petra seu rupes magno ferendo ædificio apta, idoneaque, *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*, Id est, super te, ô Petre, sicut sancti vetustique Patres contra falsas erroneasque hæreticorũ schismaticorumque fabulationes veriùs quam expositiones interpretantur, SS. [g] Cyprianus, [h] Hilarius, [i] Ambrosius, [k] Hieronymus, [l] Chrysostomus, Cyrillus [m] Alexandrinus, [n] Leo, Gregorius [o] magnus, & ante eos [p] Tertullianus & [q] Origenes: sed his omnibus antiquior Dionysius [r] Epistola ad Timotheum, S. Petrum dixit vocatum fuisse à S. Paulo præceptore suo, *omnium Ecclesiasticarum fundamentum.* Quod est autem in domo aliove ædificio fundamentum, id in corpore, ratione metaphoræ seruata, caput appellari solet: quod verò caput in corpore dicitur, id in Repub. aut alia societate siue Ecclesiastica siue sæculari rector, princeps, Pastor, Monarchave nuncupatur. Patens hoc clarumque ex SS. Scripturis agnoscitur. Amos enim [s] cap. 6. populi rectores ac principes capitis nomine vocitantur: *Væ qui opulenti estis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum ingredientes pompaticè domum Israel.* Ita Saul, quoniam Rex erat, caput populi à S. [t] Scriptura nominatus est. Cùm ergo S. Petrus Ecclesiæ suæ à Christo Domino fundamentum, caput pastorque constitutus loquente scriptura, esse credatur, cur illum rectorem, principem, Monarchamque eiusdem Ecclesiæ, filiorumque eius appellare & confiteri renuendo verebimur?

c Capite nempe sequente & alias multis in locis subsequentium librorum.

d D. Aug. in q. noui test. q. 75.

S. Petrus primus Monarcha sua Ecclesiæ visibilis à Christo Dom. constitutus

e S. Matth. 16.

f S. Ioan. c. 1.

g Epist. ad Quintum.

h In 16. S. Matth.

i Serm. 47. de fide Petri.

k Lib. 1. contra Iouinian. & in 16. S. Matth & in Epist ad Marcellam.

l Homil 55. in S. Matth.

m Lib. 2. in Ioan. c. 12.

n Concione 2. de SS. Petr. & Paulo.

o Epist. ad Mauritium Imperat.

p lib. de præscrips.

q Homil. 1. in Matth & homil 5. in Exodum.

r Epist. ad Timoth.

s Amos c. 6.

t 1. Reg c. 15.

CAP. II.

Primus Ecclesiæ vniuersalis Monarcha & princeps fuit S. Petrus, cui huius suæ Ecclesiæ Christus Dominus immediatè supremum regimen atque Monarchiam post suam resurrectionem & ante ascensionem suam, sicut ante passionem spoponderat, largitus est: quod primo sacræ scripturæ testimoniis, SS. vetustissimorumque patrum doctrina illustratis ostenditur.

CVM ergo ex superioribus clarissimè pateat Christum Dominum sub se iam non ampliùs in terra cum hominibus visibili conspectu conuersante, sed in cælo immortaliter cum Patre & Spiritu sancto triumphante, principem summum Monarchamque in Ecclesia sua in hoc sublunari mundo peregrinante constituere voluisse, ac reuera constituisse. Ordinis ratio legitimi postulat, vt qualis fuerit iste Monarcha primus Ecclesiæ creatus à Deo saluatore nostro, diligenter solidaque disquisitione, in quantum nostri tenuitas ingenij ferat, sciscitemur. Ac primùm ne longiùs abeamus, nulla cuiuis mediocriter in sacris litteris erudito dubitatio potest occurrere; quin Christus Dominus talem principem è suorum collegio Apostolorum seligere voluerit, eumque non alium esse à S. Petro, quem ducem, pastorem, rectorem, principemque omnium illorum sub se constituit. Quos cùm Ecclesiarum principes spiritualesque huius mundi rectores, atque dominos Dominus ipse creauerit: quid esse potuit ac debuit Apostolus ille illorum mundi rectorum spiritualium princeps, quàm supremus vniuersalis Ecclesiæ Monarcha? Cuius authoritati, summoque principatui, omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, rectumque salutis æternæ tramitem consectari desiderant fideles, in vtroque foro externo internoque subderentur? Quod ipsa luce clariùs animaduertemus, si sacrarum scripturarum oracula, SS. antiquorumque doctorum lucubrationibus illustrata, si Conciliorum œcumenicorum decreta, si summorum Pontificum statuta, si ingenuas imperatorum principumque Christianorum confessiones, si sanctorum antiquorumque Patrum eruditis-

Monarchia S. Petri ex verbis Domini satisque probatur.

ſima momenta : ſi ipſam denique rationem A tanquam optimam ducem amplexari voluerimus. Atque vt ſerie recta facilique ad inſtituti penſique noſtri comprobationem ſolidiùs accedamus, nobis in hoc capite intentio Christi Domini atque voluntas enucleatè ex ipſius verbis in ſacro codice repoſitis, inquirenda eſt, qua Petrum omnibus ſuis prælatum Apoſtolis, honore, dignitateque Monarchici principatus ſuper omnem Eccleſiam ſibi in fide & charitate diuino fœderatam connubio, decorare voluit. Quod vt oſtenderet Chriſtus, quamuis ſanctus Petrus primus non fuerit, ratione ſui ad Chriſtum Dominum aduentus, ſed Andreas, tamen cùm ordine Apoſtolorum nomina recitantur, ſancti Petri nomen in capite libri collocari voluit: ſicut ſanctus Matthæus eius mentem imperiumque ſecutus in ſuo Euangelij codice repoſuiſſe videtur. [a] *Duodecim*, inquit, *Apoſtolorum nomina ſunt hæc. Primus Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius.* In quem locum hæc ſanctus Epiphanius. [b] *Deus qui nouit cogitationes cordium, ſcit quoque qui dignus ſit primo loco collocari. Elegit Petrum vt dux eſſet diſcipulorum ſuorum.* [c] Et S. Ambroſius. *Prior*, inquit, *ſecutus eſt Andreas ſaluatorem, quam Petrus. Et tamen primatum non accepit Andreas, ſed Petrus.* Propterea Euangelicæ ſcriptor hiſtoriæ inſtructus à Domino dignitatis non temporis ordinem reſpiciens ſanctum Petrum in capite catalogi Apoſtolici primoque loco recenſuit; tanquam principem omnium à Domino declaratum atque creatum: & vt loquitur [d] S. Dionyſius, *Supremum decus & antiquiſſimum Theologorum columen ſummum & verticalem Apoſtolum.* [e] Et vt cum S. Chryſoſtomo loquar, *os & principem Apoſtolorum verticem totius conſortij paſtorem ac caput Eccleſiæ*, ſeu vt memoriæ prodidit Euſebius, [f] *probatiſſimum immum Apoſtolorum, ac maximum, fideique magnificentia primorum principem.*

S. Petrus primus inter Apoſtolos ordine dignitatis non receptionis. Primus locus Script.

a S. Matth. 10. v. 2.

b S. Epiphan. in Anchorato.

c In 2. ad Cor. c. 12.

d c. 3. de diui. nominibus.

e S. Chryſoſt. hom. 58. in S. Matth. 5.

f l. 2. hiſt. cap. 14.

Quoniam verò quo quis maiorem alios regendi in ordine ad fœlicitatis æternæ metam ſuſcepit prouinciam, eò cumulatiore data diuinitus eget gratia, vt finem quo collineat potentiori virtute pertingat. Idcirco voluit Chriſtus Dominus diſcipulum apoſtolumque Petrum ſapientia de cælo miſſa diuinitus erudiri, vt omnes orbis populos Eccleſiæ ſuę circo concluſos regere dignior haberetur. Hanc Spiritu Dei principali collatam ſibi, non humana acquiſitam induſtria ſapientiam, ſanctus Petrus expreſſit, cùm interroganti Domino, *quem dicunt eſſe filium hominis?* reſpondit, [g] *tu es Chriſtus filius* D *Dei viui.* Propter quam confeſſionem à diuina profectam ſapientia, idoneus à Chriſto Domino iudicatus & factus eſt, qui ſpe non confundente beatus vniuerſalis Eccleſiæ magiſterium imperiumque poſſideret. [h] *Decebat namque tanta dignitatis & ſapientiæ virum, non ab alio cæleſtis myſterij arcana requirere, niſi ab eo potiſſimum, quem non potuit caro & ſanguis inſtruere: ſed cui Dominus ipſe ſua ſecreta dignatus eſt aperire.* Vnde ad hoc Petri reſponſum ſubiunxit Dominus. [i] *Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui in cœlis eſt. Hunc enim ex cæteris mortalibus*, ait idem Maximus, *de toto orbe conditor orbis elegit, cui cathedram magiſterij principaliter poſsidendam tenere,*

Secundum Chriſti D. teſtimonium S. Petrum ſua Eccleſia Monarcham conſtituentis.

S. Petrus ſapientia data diuinitus eruditus, vt magiſter ac princeps totius eſſet Eccleſiæ.

g S. Matth. 16 v. 15.

h Maximus Cõſtantinop. Patriarch. epiſt. ad orientales anno 410.

i S. Matth. ca. 16.

A *perpetuo magiſterij iure conceſsit, vt quiſquis diuinum aliquod aut profundum noſſe deſiderat, ad huius præceptionis oraculum doctrinamque recurrat, nec illi humiliter offerre, quod ſoluendum eſt erubeſcat, etiam ſi ipſe quod quæritur non ignoret.* Nunquid Angelus de cœlo veniens erat neſcius docere Cornelium, quem videlicet vt id quod ſibi agendum eſſet, ediſceret, deſtinauit ad Petrum? Poterat planè ſanctus Angelus docere hominem gentilem, quid ſibi opus eſſet ad ſalutem, ſed eius nolebat vſurpare officium, cui docendi magiſterium fuerat commiſſum. Vnde ſancto Petro diuinitus edocto, & verę ſalutariſque eruditionis ſubſidia poſſidenti miniſteria imperiaque Eccleſiæ ſuæ fœliciter adminiſtranda traditurus Saluator ad beatitudinem perſonalem, qua cum per radios ſapientiæ diuinæ cumulauerat, B hęc præterea addidit: [k] *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam:* Id eſt ſuper fundamentum tuum, ſcilicet tuæ virtutis, & propter id poteſtatis quam tibi daturus ſum Eccleſię meæ columnę confirmabuntur. Sicut de Felice Romano Pontifice ſanctus Athanaſius [l] ad quem ſcribebat, his verbis commemorabat. *Tu es Petrus, ſicut veraciter dixit diuinum eloquium. & ſuper fundamentum tuum Eccleſiæ columnæ ſunt confirmatæ.* Propter quod fundamentum ſcilicet ſancti Petri ſummam à Chriſto Domino impertitam authoritatem, ſuper quod fundata eſt Chriſti Domini Eccleſia, ſanctus Baſilius: [m] *ſanctum Petrum vnum ex ſanctis montibus appellabat*, in quorum vertice mons domus Domini C pręparandus erat, vt prædixit Iſaias, [n] de quo hæc ipſe ſanctus, *vnus ex montibus fuit Petrus, quem petram appellauit Dominus, propter firmitatem maximam fidei, propter infractum robur animi ad non cedendum inflictis tentationum tempeſtatibus, ſuper quam petram promiſit ædificare Eccleſiam ſuam.* Atque vt ſupremam quam Apoſtolo Petro largiebatur poteſtatem, fortitudinem, roburque Eccleſiæ ſuæ ſuper illo ædificatæ Dominus exprimeret, addidit, [o] *& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.* Quibus verbis Dominus præter excellentiam huius poteſtatis & auctoritatis, ſuper quam ædificanda foret Eccleſia, fortitudinem neſciam vinci roburque inexpugnabile ſancto Petro collatum creditumque diuinitus exprimebat. Has inferi portas [p] ſanctus Epiphanius hæreſes hæreſiarchaſque nominauit, *Iuxta enim omnem modum* (inquit) *in ipſo Petro firmata eſt fides, qui* D *accepit claues regni cœlorum.* Huius porro indomitæ, plenæ ſummæque poteſtatis amplitudo his verbis ſequentibus à Chriſto Domino deſcribitur. [q] *Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis.* Notanda ſcripturæ analogia, & metaphora à clauibus exorta, quarum nomine Spiritus ſanctus in ſcripturis ſacris poteſtatem ſummam ſignificare conſueuit, iuxta illud Domini apud Iſaiam, [r] *dabo Eliachim ſummo ſacerdoti*, qui typum Chriſti Domini gerebat, *clauem domus Dauid, ſuper humerum eius. & aperiet & non erit qui claudat, claudet & non erit qui aperiat.* Hanc clauem poteſtatem nempe ſummam in Eccleſia quæ regnum

Ad ſedem S. Petri debet recurrere quiſquis in fide ſaluteque non vult errare.

k Matth. 16.

l Epiſt. ad Felicem Papam. *Poſt Chriſtum Eccleſia S. Petrus fundamentum eſt.*

m Iſaiæ c. 2. v. 2.

n S. Baſilius in 2. Iſaiæ.

Robur Eccleſia Dei ſuper S. Petrum fundata inexpugnabile

o S. Matth 16

p In Anchorato circa principium.

q S. Matth. 16. *Amplitudo ſummæ S. Petri authoritatis.*

r Iſaiæ c. 22. *Nomine clauium ſumma poteſtas ſignificatur.*

cęlorum, in scripturis sæpe nuncupatur Christus Dominus præstantissima excellentissimaqoe quadam ratione, absoluta & independenti virtute possidet. *Qui est sanctus ille & verus qui haber clauem Dauid, qui aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit.* Petro verò suis in terra functuro vicibus, hanc supremam sub se in sua Ecclesia potestatem per clauem phrasi metaphorica designatam, hac clauium regni cælorum polbicitatione spoponderat. *Largitur enim Christus*, inquit Basilius,[a] *suas dignitates, & non euacuatur, sed habens dat.* Cuius supremæ potestatis sancto Petro concessæ super omnes fideles à domino, veritatem posteriora Catbolicorum Christianorum secula fideliter optantia confiteri:[b] in memoriam triumphi incruenti à sancto Leone de Attila flagello Dei Hunnorum rege sancti Petri Apostolorum principis auxilio præsidioque reportati, numisma sancti Petri imaginem super humerum clauem portantis, instar Christi D. iuxta[c] propheticum oraculum impressam ferens Romæ cudere atque conflare voluerunt. Porestatem porro illam suprema virtute, & gratia sublimatam, quam nomine clauium inuolucro figuratæ locutionis inuoluerat, postea sequentibus verbis Christus Dominus euolutam clarius apertiusque reclusit.[d] *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.* Ex quibus supremam sancti Petri Monarchiam principatumque super omnes in Ecclesia Dei sanctus Chrysostomus sic eleganter more suo potentique eruditione collegit.[e] *Petro Apostolo orbis terrarum Ecclesia & multitudines populorum eius fidei committendæ erant, vel potius credita illi claues regni cælorum: Quid enim ait illi Dominus? quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Sed vide cuiusmodi peccato permisit subijci Petrum, illum talem ac tantum virum Apostolorum verticem, fundamentum immobile & petram stabilem, & quæ non posset concuti, Petrus*, inquam, *ille, Ecclesiæ columna & propugnaculum, fluctuauit, permissus est peccare is, cui Ecclesia credenda erat: illa videlicet Ecclesiarum columna, & portus fidei: Petrus orbis terrarum magister, peccare permissus fuit, ob eam maxime causam, quod populorum multitudo illi credenda erat, ne seuerus & innocens à venia proprijs fratribus impertienda esset alienus.* Sed illud notatu dignissimum, quod sancti Petri super omnes prælaturam principatumque magnopere commendat, omnia nempe Christum Dominum, quę presente sancto Petro suis omnibus Apostolis retulit, eadem singulariter S. Petri auribus inculcare voluisse. Id ex illis Domini ad Petrum modo citatis verbis apparet singulariter distincteque S. Petro dicentis, *Quodcumque ligaueris super terram*, &c. Similia post suam resurrectionē omnib. dicturi.[f] *Quorum remiseritis peccata*, &c. Quibusdam ex discipulis, Ioanni, scilicet & Iacobo dixit in horto instante atrocissimæ passionis horrore.[g] *Non potestis vna hora vigilare mecum*, eodem tempore vni nominatim Petro dixit, *Simon dormis*, illum præ cæteris considerata futuræ potestatis, authoritatis, munerisque grauissimi ratione vigilare debere significans, *Omnibus hominum, loco piscium piscationem* spondebat,[h] *venite post me faciam vos piscatores hominum*, at vni Petro seorsim. *Ex*

Apoc. 3.

a S. Basil. concione de pœnitentia quæ est 28.

b Baron. anno Dom. 461 t. 6.

c Isaię 22.

Cur S. Petrus depingitur in imagine super humerum clauem portans.

d Matth 16.

Ex hoc loco colligitur S. Petri principatus.

e S. Chrysost. hom. in Petrū Apostolum & Heliam prophetam.

Cur Deus S. Petrum permisit peccare.

Quæcumque omnibus dixit Apostolis, Christus ea omnia S. Petro singulariter dicere ac imprimere voluit.

f S. Ioan. 1. 21.

g S. Matth. S. Ioan.

h S. Matth. 10. S. Ioan. 5.

A

hoc eris homines capiens. Omnibus postquam resurrexisset à mortuis conuersionis omnium gentium onus prouinciamque demandauit:[i] *Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ* &c. Vni Petro singulari missione omnium salutem animarum credidit,[k] *Pasce*, inquit, *oues meas*, &c. Quorsum hęc? nisi vt omnes nullatenus dubitando credentes intelligerent electum suæ super omnes, Ecclesiæ principem à se sanctum Petrum, qui cum plenitudine potestatis rerum ad omnium salutem spectantium paterna diligentia satageret, illarumque procurationi Christiana charitate totus incumberet?

Quis verò audiens factum vocemque Christi Domini[l] pro se sanctoqoe Petro tributum soluere iubentis, non continuò Dominum, suæ Ecclesię principatu[m] Petrum cæteris prælatum decorare voluisse fateatur? Hoc qui negauerit, se quoque erroris imperitiæque tenebris inuolutum, SS. Patrum iudicio sententiaque condemnari, iusteque insimulari patiatur. Nam & doctorum magister Augustinus, ad hoc factum iussumque Christi Domini aurea illa vereque augusta augustissimo doctore dignissima verba protulit[n] *Saluator cùm pro se & Petro dare iubet, pro omnibus exoluisse videtur. Quia sicut in saluatore erant causæ magisterij: ita & post saluatorem in Petro omnes continentur. Ipsum enim constituit esse caput eorum, vt pastor esset gregis Dominici:* Quod magisterium imperiũque pastorale gregis dominici ex verbo illo iussuque Domini Apostolo Petro super se omnesque fideles fuisse concessum ipsos discipulos Apostolosque reliquos minime latere potuit; qui huius amplissimi honoris confratri suo Petro delati occasione in illa hora protinus Euangelista testante ad Christum Domini conglomerati concurrerunt, dicentes:[o] *Quis putas maior est in regno cælorum? quia viderant*, inquit Diuus Hieronymus,[p] *pro Petro & Domino idem tributum redditum, arbitrati sunt Petrum omnibus esse prælatum.* Et sanctus[q] Chrysostomus, *Verùm turbationem profiteri suam, non apertè quare Petrum ipsis præponeret, sed confusè, quis ergo maior est interrogauerunt.* His addit præterea sanctus ille: *Cùm ad vnum delatus honor est, tunc nimirum doluerunt. Quanquam non ex hac re solùm, sed ex alijs multis inflammati fuerunt: tum quia dixit, dabo tibi claues regni cælorum, tum quia beatus es Simon &c. tum etiam hic da ex illis pro me & pro te.* Quanta sapientia summæ iuncta fortitudini contra omnes furoribus armatos dæmonum hominumque perditorum incursus impetusque desideraretur, in suę Ecclesiæ ad saluandas oues principe pastoreque Monarchico prospiciens, Christus Dominus illum suo præfectum gregi ex omni gente, quæ sub cælo est, congregando sapientiæ fortitudinisque de cælo missæ, viribus tantis armatum insignitumque corroborauit: vt aduersus eum omnes inferorum portæ, furiæ, sc. dęmoniorum exercitus, perditarum gentium iuncti cobortibus, nihil sint præualituræ. Quas quidem indomitas ac prorsus inexpognabiles diuinarum virtutum vires, Christus ipse Dominus à suæ deprecationis ad æternum Patrem, orationisque fonte deduxit. Cuius rei discipulum suum, ne aliquis eum timor, ac dubius angor attingeret, his verbis certiorem reddere voluit. *Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribra-*

B

C

D

i S. Matt. 28. S. Ioan. 20.

k S. Ioan. 21. v. 25.

l Locus 3. scripturæ.

m Matth. 17. in quo factũ & verbum Christi exprimitur, S. Petri principatum constituens.

Saluator quid innuebat cum pro se & sancto Petro tributũ soluere iubet.

n S. Aug c. 104. q. 75. veteris & noui testamenti.

Ex verbis Domini reliqui Apostoli cognouerunt sanctũ Petrum sibi esse prælatum.

o S. Matth. 18

p S. Hierony com in c. 18. S. Matth. v. 1.

q hom 59 in S. Matth. idem S. ibi.

a S. Lucæ 22. v. 31.

[a] et sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quid ambigitur? ait ad hæc Domini verba S. August.[b] *pro Petro rogabat; & pro Iacobo, & pro Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam:* Cui interrogationi dubioq; ita respondet. *Manifestum est in Petro omnes contineri: rogans enim pro Petro, pro omnibus rogasse dignoscitur: semper enim in præposito populus aut corripitur, aut laudatur.* Stat ergo immobilis sanctitas & puritas fidei sancti Petri, cum tanto fundamento præsidioque, quod est oratio Christi Domini, firmata fulciatur, & crescat vsque ad perfectum vitę sempiternę diem. Vt qui ab eo tempore, quo Deo Patri hęc Christi Domini fusa, *sicut fumus aromatum in cælos ascendit oratio*, sancti Petri fidem dubitando nutauisse, defendere non dubitaret: dubius ipse in recta fide, iniurius Christo roganti, Christianę religionis irrisor, prauis immersus erroribus inquinaretur.[c] *Taliter siquidem sancta Ecclesia super petram, id est Christum, & super Petrum vel Cepham filium Ioannis, qui prius Simon dicebatur, ædificata, quia inferi portis disputationibus scilicet hæreticorum qua vanos ad interitum introducunt errores, nullatenus foret superanda*, dicebat Leo nonus. *Sic pollicetur ipsa veritas, per quam sunt vera quæcunque vera sunt: portæ inferi non præualebunt aduersus eam:* Cuius promissionis effectum se precibus impetrasse à patre idem filius protestatur, dicendo ad Petrum: *Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* His dictis exclamando, subiunxit: *erit ergo quisquam tantæ dementiæ, qui orationem illius, cuius velle est posse, audeat in aliquo vacuam putare?* Hæc & similia fecit, dixitque Dominus ante passionem mortis, quibus Monarchiam sui in terris vicarij sancti Petri Ecclesiasticam solida radice firmaret, & fortitudine vinci superarive nescia solidaret. Potentiùs post resurrectionem antequam propria, eaque diuina virtute cęlos ascenderet, hanc Monarchiam corroborando stabiliuit: effectu complendo, quæ antequam pro nobis mortis crudelissimæ doloribus occumberet, sancto Petro spoponderat. Qui enim ante passionem & circa funesta lugubriaque suę mortis tempora sanctum Petrum omnibus præfectum Apostolis, extulerat: multò magis de triumphata morte reuersus ab inferis immortaliter exultans, illum promissi principatus Monarchiæque traditione decorauit. qua de re præclara multa Innocentius tertius egregiè talibus effudit.[d] *Omnibus Apostolis Christus vnum præpositum, videlicet Petrum, cui totius Ecclesiæ principatum, & ante passionem, & circa passionem, & post passionem commisit; ante passionem, cùm dixit,[e] tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Licet enim omnibus Apostolis communiter dixerit:[f] Quorum remiseritis peccata remittuntur eis: principaliter tamen Petro concessit,[g] cùm dixit, Quodcumque ligaueris super terram, &c. Circa passionem autem, cùm pluraliter dixisset de omnibus:[h] Simon, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: singulariter tamen pro Petro subiunxit: Ego rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: statimque subiunxit, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, ad Petrum autem tanquam ad magistrum pertinet cæteros confirmare: cuius fides in nulla tentatione defecit, &c. Post passionem autem, cùm tertiò quæsisset à Petro:[i] Simon Ioannis diligis me plus his? Et ille tertiò respondisset: Domine tu scis quia amo te:[k] Tertioque præcepit pasce oues meas: statimque subiunxit, sequere me. Petrus enim secutus est Christum non solùm genere martyrij, sed etiam in ordine magisterij.* Hæc ipse. Hoc igitur sermone ter iterato pasce oues meas, Christus Dominus promissum ante mortem suam vniuersale suæ Ecclesiæ imperium, post suam à mortuis resurrectionem discipulo suo, diuinæ erga se charitatis æstu penitus succenso potenti sua diuinaque virtute corroboratum, actuali donatione confirmat. Quod alta mentis cogitatione considerans sanctus Bernardus admirando & exclamando dicebat[l]: *Cui enim non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum sic absolute & indiscretè totæ commissæ sunt oues? Si me amas Petre: pasce oues meas. Quas? illius vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certe regni? Oues omnes meas*, inquit, *cui non planum non designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excepti, vbi distinguitur nihil. Et forte præsentes cæteri discipuli erant, tùm committens vni, vnitatem omnibus commendaret, in vno grege & in vno pastore, secundum illud:[m] vna est columba mea, formosa mea, perfecta mea: vbi vnitas ibi perfectio, reliqui numeri perfectionem non habent, sed diuisionem, recedentes ab vnitate; inde est quod alij singuli singulas sortiti sunt plebes, scientes sacramentum. Denique Iacobus qui videbatur columna Ecclesiæ vna contentus est Hierosolyma Petro vniuersitatem cedens.* Eò referenda veniunt ista Eusebij Alexandrini[n] explanantis illud: *Dicite discipulis tuis, & Petro: veni*, inquit, scil. Dominus, *spolia domitæ mortis gloriosè vestitus, ne timeas, nihil tibi de gloria Apostolici chori minui, non te à dignitate remoui, non feci te secundum, infra alterum: non dedi alteri claues, ne timeas, quod promisi impleo, super fidem tuam quæ sic petra ædificabo Ecclesiam meam ὅτι τὸ πετρώδη σου πίστιν οἰκοδομήσω τὴν ἐκκλησίαν μου.*[o] Quem propterea Eocherius Lugdunensis, non pastorem modo vocat, sed pastorum pastorem dicens in hęc verba, *pasce oues meas: Prius agnos, deinde oues commisit ei, quia non solùm pastorem, sed pastorum pastorem eum constituit. Pascit igitur Petrus agnos, pascit & oues, pascit & filios, pascit & matres, regit & subditos & prælatos. Omnium igitur pastor est, quia præter agnos & oues in Ecclesia nihil est.* Quid hac probatione clarius? A qua minimè discedens Alchuinus, sic generale totius Ecclesię regimen primatumque S. Petro collatum, his vocibus expressit:[p] *Trinæ negationi redditur trina confessio, ne minus amori lingua seruiat, quam timori: & sicut fuit indicium timoris negare pastorem, sic officium amoris pascere gregem dominicum*, &c. Quid sit autem oues pascere hac mystica expositione declarat. *Pascere oues, est credentes ne deficiant confortare. Terrena subsidia si necesse est, subditis prouidere: exempla virtutum præbere, aduersariis obsistere, peccantes corrigere.* Denique vt[q] breuiter expediam, pascere cùm ad rationalem gregem transfertur; nihil aliud esse quàm regere, dominari, dirigere, & cum authoritate, potestate, imperioque gubernare, sacræ scripturæ communi loquendi formula, ea que translata restificantur. Vnde reges, principes, & alios populorum rectores rerumque pu-

b S. Aug. 204. q. vet. & noui testa. 75.

c Leo. 9. ad Michaelem Constantinopolitanum & Leonem Acriadanum e. 7. Epist.

S. Petrum ante passionem, & in passione omnibus præpositum discipulis, post suā passionem Dominus principatus traditione cohonestauit.

d Innocent 3. lib. 1. mysteriorum missæ, c. 8.

e Math. 16.

f S. Ioan. 20.

g S. Math. 16.

h S. Luc. 22.

i S. Ioan. 21.

k S. Ioan. 21.

Quintus locus scripturæ, quo Christus Dominus promissum principatum Ecclesiæ S. Petro traditione confirmat.

l S. Bernard. l. 3. ad Eugen. de Consid. c. 8.

m Cant. 6.

n Eusebius Alexand. homil. de resurrectione.

o Eucherius Lugd. serm. de vigilia S. Petri.

p Alchuinus in c. 21. S. Ioan.

Quid oues pascere mystice.

q Vide Pighiū l. 3. c. 6. prope finem Eccles. Hierarchiæ

Pascere per translationem ad rationalem gregem vocatum, regere est cum potestate & imperio.

blicarum dominatores, dictos fuisse pastores populi, seu gregis intelligentis rationeque potentis supra pluribus ostendimus. Quibus vt amplius & abundantius de veritate summæ prælaturæ, spiritualisque S. Petro munere concessæ diuinæ Monarchiæ constet, nonnulla ex sacris oraculis adiungere non pigebit. Textus egregius 2. Regum cap. 5. [a] vbi congregatus omnis Israel ad Dauid in Hebron dixit. *Ecce os tuum, & caro tua sumus, heri quoque & nudius tertius cùm adhuc regnaret Saül, tu eras qui educebas, & introducebas Israel: tibi enim dixit Deus tuus: Tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps aut dux super eum.* Quid hoc clarius? quo pascere oues siue gregem significatione traducta ad rationales creaturas, nihil aliud esse, quàm regere in æquitate & iustitia creditos sibi populos, eisque ad salutem sicut pastorem ouibus mansuetè dominari demonstretur? Iuxta quam significationem Cyrum regem pastorem suum apud Isaiam Deus appellare voluit. [b] *Qui dico Cyro pastor meus es*, simili loquendi modo Ezechelis 34. *De pastore mystico rectore, nempe populi ita loquebatur.* [c] *Et suscitabo super pecora mea pastorem vnum, qui pascat ea, seruum meum Dauid, & ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem: ego autem ero eis in Deum, & seruus meus Dauid in medio eorum.* Sic de Christo Domino hac Dei loquentis introductione propheta vaticinabatur. Qui dixit in Euangelio, [d] *ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* Quanta verò charitate & paterna magnificentia has oues regeret, ac regendo pasceret, sic alibi significauit. [e] *Oues meæ vocem meam audiunt, & sequuntur me, & vitam æternam do eis*, qui terras relinquens cùm gloriosum ad cęlos iter appararet, ibi cum patre æternitate gloriæ diuinæ triumphator de morte & inferno potiturus S. Petro ouilis sui vniuersalem prouinciam curamque, cum plenitudine potestatis Monarchicæ in locum suum substituendo credidit. Quem pastorem intelligentis naturæ ouium & agnorum in altitudinem vndosi spumantisque mundana corruptione maris, vt pro salute humani generis à tempestate mortis absorberetur, venturum propheta Micheas hoc vaticinio prędixerat. [f] *Et tu Bethleem Effrata paruulus es in millibus Iuda, ex te mihi egredietur qui sit dominator in Israel, & egressus eius ab initio æternitatis, &c.* Et paulò pòst. [g] *Stabit & pascet in fortitudine Domini, in sublimitate nominis Domini Dei sui*, (scilicet in virtute diuinitatis sibi cum Patre & Spiritu sancto cõmunis.) Cuius lux & splendor æternus intra humanitatis lucernam, exterius ad creaturas mundi rationales, pro earum conuersione ad Deum mirabiliter irradiando fulgebit. Propter quod sanctus vates de creaturis loquens addidit: [h] *Et conuertentur, quia nunc* (scilicet pro tunc temporis futuri more Propheticæ locutionis) *magnificabitur*, (scilicet pastor ille Messias) *vsque ad terminos terræ.* Quem Prophetæ locum S. Matthæus sub hac verborum formula in sui codicem Euangelij reuocauit. [i] *Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat*, seu reget *populum meum Israel*: Quod Propheta dixit, *qui erit dominator*, Euangelista reddidit *ὃς τὲ ποιμανεῖ*, scilicet iuxta vulgarem interpretationem, *qui reget.* Sicut in pluribus aliis similibusque sanctæ Scripturæ locis vox illa Gręca simili vel eodem potius verbo in Latium peregrinata est. [k] Vt Psalm. 2. *Reges eos in virga ferrea.* [l] Psalm. 23. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit.* [m] Psalm. 47. *Ipse reget eos in secula*; Psalm. 79. [n] *Qui regis Israel, intende.* Alia multa similia prætereo, in quibus in Gręco, eadem semper vox *ποιμαίνω* retinetur, in Latino variatur verbo aut regendi aut pascendi ad Græcæ dictionis significationem indifferenter expresso. Rectorem ergo atque pastorem animarum Christus Dominus super omnem suam Ecclesiam S. Petrum constituit, atque in huius tantę dignitatis & authoritatis possessionem velut apprehensum manu deduxit, cùm illi trina illa, vt vidimus, verborum repetitione dixit, *pasce oues meas*; Qui enim in veteri testamento ante suam incarnationem Dauidi futurum populum his verbis regendum pietate paterna commiserat. [o] *Tu pasces populum meum Israel*, idem Deus incarnatus, filius Dei à mortis vinculis propria virtute liberatus, S. Petro suas oues in sanctitate & iustitia regendas, cum potestate sublimi dicendo, tradidit: [p] *Pasce oues meas*, non vnius populi Israel, sed simpliciter vniuersas & totius orbis terrarum: vt cum S. Bernardo Theophilus expressit. [q] Sed longiores quæ in Christi Domini gestis dictisque radicantur, probationes, dicendi consulturus mediocritati sistere volo, vt ad alias in factis & verbis ipsius S. Petri firmatas secundum SS. Scripturarum testimonia, properemus.

[Marginal notes: a Lib. 2. Reg. c. 5. — *Princeps pastor populi.* — b Isaiæ 45. — c Ezech. 34. — d S. Ioan. c. 10. v. 14. — e Ioan. 10. — f Mich. c. 5. v. 2. — g Ibidem v. 4. — h Ibid. v. 4. — i S. Matth. ca. 2. v. 6. — S. Matth. 2. v. 6. — k Psalm. 2. — l Psalm. 23. — m Psalm. 47. — n Psalm. 79. — *Pascere & regere mystico sensu sunt synonyma pro eadem re vsurpata.* — o 1. Reg. c. 5. — p S. Ioan. 21. — q Theophil.]

CAPVT III.

Monarchiam S. Petri in vniuersali Ecclesia eius facta & dicta SS. & antiquorum Patrum, testimoniis doctrinisque illustrata, omnia è scripturarum sacrarum historiarumque fontibus hausta, comprobant.



Acta dictaque Saluatoris nostri superiori capite, S. Petrum omnibus superiorem Apostolis principatu suę Ecclesiæ Monarchico cohonestantis audiuimus: quorum germanam veramque interpretationem non à particulari mentis ingenijque nostri iudicio, quod sentio quam sit exiguum, sed à sapientibus viuisque salutaris intelligentiæ doctrinæque orthodoxæ sanctorum illustriumque virtute patrum fontibus deductam, in medium lucemque produximus. Ne quis me in re tanti momenti infirmitatem animi mentisque meæ potius, quàm perfectam repletamque Spiritu sancto, tot Ecclesię luminũ sapientiam consulere voluisse suspicetur. Nunc proposito incedentes ordine, quod superiori capite facturos nos esse proposuimus, ad facta dictaque S. Petri veniamus. Quæ simili ratione luculentissimis eorumdem patrum doctorumque sententiis Catholica fide fulgentibus, fideliter exposita conuenietmus: Per quæ huius Apostolorum principis, supremam in Ecclesia Catholica Apostolica & Romana, quæ sola in orbe vera est, potestatem maiestatemque Monarchicam sub Christo Domino

clarissimè, fidelissimeque veritate firmati, comprobemus. Neque obscurè monarchica illa maiestas & spiritualis suprema dignitas, verificata demonstratur, illis S. Scripturæ locis, quibus sanctus ille vertex Apostolici culminis, vel Christum Dominum, omnium Apostolorum nomine interrogauisse, vel eidem respondisse, vel ab eo de necessaria doctrina pro omnibus peculiari ratione, instructus fuisse, vel Domino relicta terra super omnes cœlos ad dexteram Dei Patris euecto, multa in actibus fecisse atque dixisse perhibetur. [a] Cum quidam ex discipulis malè debiliterque mobilitate naturæ indociles, in fide & obedientia Christi D. firmao, ipsum Dominum maiestatis magnalia mirabiliaque *Facientem & virtutes Dei Patris*, [b] vt sanctus loquitur Cyprianus, *factorum suorum testimonio comprobantem* miserrima sui sorte reliquissent: ipse Dominus B Iesus recedentes, non increpando aut comminando grauiter ad Apostolos conuersus dixit: *Nunquid & vos vultis abire, seruans scilicet legem*, inquit[c] S. Cyprianus, *qua homo libertati suæ relictus & in arbitrio proprio suo constitutus, sibimet ipse, vel mortem appetit, vel salutem.* [d] *Petrus tamen super quem ædificata ab eodem Domino fuerat Ecclesia, vnus pro omnibus loquens, & Ecclesiæ voce respondens, ait, Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Filius Dei viui: significans scilicet*, subdit sanctus doctor, [e] *& ostendens eos qui à Christo recesserint, culpa sua perire: Ecclesiam tamen quæ in Christum credat, & quæ semel id quod cognouerit teneat, nunquam ab eo omninò discedere, & eos esse Ecclesiam qui in domo Domini permanent.* Notanda S. Cyrilli Alexandrini sententia, ad probationem C valde, ad quam nitimur, accommodata. [f] *Per vnum, inquit, qui præerat omnes respondent sanctam profectò disciplinam optime conseruantes, & posterioribus prudentiæ, atque modestiæ relinquentes exempla. Decet enim non omnes confuse prosilire, sed credere ijs qui & consilio, & ordine præpositi sunt.* Sic omnibus silentibus S. Petrus pro illis vt caput illorum loquebatur; sic assistebant illi tanquam suo principi subditi: quem illius non minus vota quàm itinera gressusque comitantes, præcepto Domini sequebantur, propter quod si quæ in sacra pagina Apostolicæ societatis mentio fiat, passim solum nomine proprio sanctum Petrum cæteris non nominatim expressis tanquam eorum ducem ac principē vocitari conspicimus. Clara hæc in Euangelijs & Actibus. [g] *Prosecutus est eum Petrus, & qui cum eo erant*, inquit, S. Marcus, & apud S. Lucam [h] *Dixit Petrus, & qui cum eo erant*, & in Actibus. [i] *Stans autem Petrus cum vndecim leuauit vocem suam &c.* Quo narrationis modo Spiritus sanctus notum omnibus fieri voluit S. Petrum principem Apostolici collegij & consequenter orbis Christiani, à Domino fuisse diuinitus electum; cui loquenti omnes annuerent, iubenti parerent, & ad opus Dei properanti comitatum honoris obedientiæque præstarent. Actio autem illa qua se mari S. Petrus confidenter exposuit, vt ad Dominum stantem in littore, cæteris nauigio properantibus, prior accederet, quanto refulgeat mysterio, vt illius Ecclesiastici amplitudo principatus exprimatur, si quis ignoret, sanctos Patres audiat, quorum eruditus intelligentia nulla posthac dubitatione titubās, à recto minimè tramite veritatis exorbi-

Primus locus a *S. Ioan. 6.*

b Epist. 55 ad Cornel. l. 1. epist. 3.

Neminem Deus cogit ad salutem.

c Cypr. ibid.

d S. Cypr. ibid.

S. Petrus pro omnibus loquitur.

e S. Cypr. ibi.

f S. Cyrill. Alex. l. 4 in S. Ioan. c. 28.

Secundus locus cùm fit mentio collegij Apostolici solus Petrus nomine proprio expressus cæteris nominatim non cõmemoratis.

g S. Mar c 10.
h S. Luc. c. 8.
i Act. c. 2. v. 14.

Tertius locus S. Ioan. 21.

Facto S. Petri quo se in mare proiecit, vt ad Christum accederet, eius amplitudo principatus declaratur.

A tare possit. *Quid iste est?* [k] ait S. Bernardus, *nēpè signū singularis Pōtificij in Petro, per quē non vnam Ecclesiā vt cæteri quique suam, sed seculum ipsum gubernandū susceperat, mare enim seculum est, nauis Ecclesia. Hinc est*, inquit, *quod altera vice Matthæi 14.* [l] *instar Domini gradiens super aquas, vnicū se Christi vicarium designauit: qui nō vni populo, sed cunctis præesse deberet. Siquidem* [m] *aquæ multæ populi sunt multi.* Quam quidem ambulandi gradiendique super aquas virtutem nulli veteris testamenti SS. Patriarcharum, ac Prophetarum concessam fuisse [n] sanctus Ambrosius obseruauit. [o] Moysi namque, Eliæ & Eliseo aquas quidem cessisse legimus: sed ab illis calcatas fuisse non legimus: sicut eas gradiendo & ambulando [p] ad instar Domini sui S. Petrum calcauisse [q] Euangelistæ commemorant. In quo B miraculo, singulari præstantia & excellentia supra Moysem aliosque Prophetas excelluisse sanctum Petrum, eisque magna virtute præ[illegible]isse sanctus [r] Chrysostomus erudita demonstratione notauit. Etenim illis antiquis Prophetis mundus per aquas significatus cedendo, non reluctando paruit, sancti verò Petri imperio crudelibus obsistens in armis diu multumque reluctans, tandem ab eo domitus, eiusque spirituali principatui auctoritatique subiugatus acquieuit. Quot persecutorum tempestates, quot tyrannorū sæuæ ac diræ procellæ, quot furores hæreticorum, quot schismaticorum rebelliones, quot denique dæmonum nocendi artes, quot armorum cuiusque generis infernalium ingruētes horrores, naui Ecclesiæ atrociter incumbentes, in eamque arietantes eius patronum S. Pe- C trum vehementissima lucta perculerunt, sed non superarunt? presserunt, sed non oppresserunt? vexarunt, sed non subiugarunt? eius supremam in Ecclesia Christi po[illegible], & authoritatem monarchicam suis contest[illegible] furoribus exagitarunt in terra, sed non extirparunt? eius florem integritatis, ac sanctitatis violare tentarunt, sed nihilominus, ne leuiter quidem, polluere & adulterare rabidè dimicando nequiuerunt? Quin imò omnia ista dęmoniorum castra, exercitus, arma, furias, cæteraque id genus inferni stratagemata susque deque à radice conuulsa, totaque à sedibus imis transuersa, potestas diuino munere sublimata, virtusque S. Petri Ecclesiæ principis indomita, funditus euersa, diruta ac dissipata, spirituali fulmine potentius quàm ferro flammaque deleuit. Quæ virtus omnia Deo contraria D superans, non aliunde quam ab ipsius Christi D. omnipotētia, nata, progressa perfectaq; manauit. Qui seruum suum vicariumque in terris super spiritualia mundi constitutum, tanto virtutis diuinæ robore contra hostes suos inferuique potestates armauerat. In cuius collatæ virtutis indicium, Christus saluator postea quàm Petro vna cum alijs discipulis dixisset, [s] *Faciam vos fieri piscatores hominum*, ad Petrum conuersus soli hæc iussa dedit. *Duc in altum*, [t] *id est in profundum disputationum*, inquit sanctus Ambrosius: atque vt indicaret S. Petrus istud iussum à Domino, vt facto compleretur altioris esse virtutis quàm humanæ, Domini obediens imperio, respondit: [u] *In verbo tuo laxabo rete*, id est immergam me in profundum maris huius seculi, & emergar, non mea, sed tua diuina virtute: captis mortuis piscibus, scilicet hominibus in profundum vitiorum

k S. Bernard. l. 2. de Cōsid. ad Eugenium post mediū.

l S. Matth. 14.

m Apoc. c. 17.

n S. Ambros. serm. 47.

o Exod c. 14.
p 4. Regum c. 2.
q S. Matth. 14. Ioan. 21.
r S. Chrysost hom. 57. in Matth.

Omnes dæmonum ac perditorū hominum vires S. Petri virtus indomita superauit.

Quartus locus ex responsione sancti Petri ad Christum.

s S. Luc 5.
t S. Ambros. l. 5. c. 5. in 2. S. Lucæ.

u S. Luc. 5.

barathrũ lapsis ac demersis; quo & verbi tui, gratiæ virtutisque omnipotentis retibus expiscatos vitæ spirituali restituam, viuosque tibi lucrari parturiendo valeam: domitis horribili aspectu marinis monstris nempe dæmonibus, qui huiusmodi mortuos pisces immanissime deuorauerãt. Vnde idem Petrus visa illa maxima piscium captura mirando, stupendo,[a] *Quasi extra se positus procidit ad genua Iesu dicens: exi à me Domine, quia homo peccator ego sum.* Propter quam tantæ humilitatis & suæ abiectionis confessionem, tantumque charitatis ardorem, meruit audire à Domino. *Noli timere ex hoc, iam homines eris capiens,* significans illum respectu harum virtutum, quas illius animo diuina gratia radicitus inseuerat, fore singularem hominum piscatorem summumque totius suæ Ecclesiæ pastorem, qui illius habenas potenter, fideliterque moderaretur. Nunc si ad ea quæ Domino in cælum relictis terris euecto, S. Petrus pastor tunc Ecclesiæ vniuersalis visibilis, gessit & dixit, animi nostri cogitationes studiaque conuertamus, quanta in his verissima summi illius in omnes fideles imperij, spiritualisque monarchiæ argumenta reperiemus? Cuius quæso, illud officium fuit nisi principis Apostolorum:[b] cum *Exurgens in medio fratrum,* dicturus in medio cætus Apostolici, quæ à Spiritu sancto docente interiùs audierat, de subrogando sufficiendoque in locum sceleratissimi proditoris Apostolo, omnibus silentibus, atque probantibus sententiam tulit. Quod summi pastoris iudicium præponderans sanctus Chrysostomus: *Vide,* inquit, *feruorem, quàm agnoscat sibi creditum à Christo gregem: quàm in hoc choro princeps est, & vbique primus omnium incipit loqui: ad hunc enim inquit Christus, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.*[c] Quis post Dominicam ascensionem primus multitudini populorum ex omni gente quæ sub cœlo est Hierosolymis congregatæ verbum vitæ prædicauit, nisi S. Petrus? quis populis in tenebris ambulantibus lucem Dei incarnati magnam concionando monstrauit, nisi Petrus? *Qui primus regnum cælorum appropinquasse significauit,* & vt loquitur sanctus Ambrosius,[d] *In nationibus fidei fundamenta posuit,* nisi Petrus?[e] quis primus vtroque poplite claudicantem, vacillantemque gressibus languore pedum mirabili curando virtute, Euangelium salutis aperuit, fidemque redemptoris nostri confirmauit, nisi sanctus Petrus?[f] *Si enim Petrus petra est super quam ædificatur Ecclesia, rectè primus pedes sanat,* ait S. Ambrosius, *vt sicut in Ecclesia fidei firmamentum continet, ita & in homine, membrorum fundamenta confirmet. Rectè inquam, primũ in Christiano pedes curat: vt iam non trepidus, nec imbecillis possit supra petram Ecclesiæ, sed robustus & fortis incedere. Apprehensa manu claudi Petrus alleuauit eum: & protinus,* inquit Lucas, *consolidatæ sunt bases eius, & plantæ, & exiliens stetit, & ambulauit. &c.*

a S. Luc. 5.
Quintus locus b Act. 1. de electione Apostoli in locum Iudæ.
S. Chrysost hom 3 in Act.
Sextus locus c Act. 2.
Primus sanctus Petrus prædicauit regnum Dei.
d S. Ambr. ser. 47. de fide Petri.
Septimus locus e Act. 3. claudum sanat.
f S. Ambros. serm 68 qui est 3. in natiuit. Apost.
Octauus locus in conuersione Cornelii.

Si mansuetudo, benignitas & humilitas summi pastoris, ac principis animarum desideretur, quanta patuit[g] in S. Petro Cornelium gentilem ad agnitionem Dei deducente? si iustitiæ rigor, vbi propter criminis atrocitatem ratio flagitat,[h] qualem ipse pastor ouium Christi & princeps Apostolici gregis in illos sacrilegio contra Spiritum sanctum mentientes incestaros, virum & vxorem exercuerit, quis nescit, nisi Apo-

g Act. c. 10.
h Act. c. 5. v. 3 4 &c.

A stolorũ actuũ nescius? *Petrus auctore Deo Ecclesiæ sanctæ principatum tenens,* inquit[i] Gregorius magnus, *à bene agẽte Cornelio, & sese humiliter prosternente immoderatiùs venerari recusauit, seque ei similem recognouit dicens, surge ne feceris, & ego homo sum: sed cum Ananiæ & Saphiræ culpam reperit: mox quãta potentia super cæteros excreuisset, ostendit. Verbo namque eorum vitam perculit quam spiritu perscrutante deprehendit. Et summum se intra Ecclesiam contra peccata recoluit, quod honore sibi vehementer impenso coram bene agentibus fratribus non agnouit. Hic communionem æqualitatis meruit sanctitas actionis, illic zelus vltionis vim aperuit potestatis.* Huius summæ potestatis monarchiæque spiritualis in Ecclesia Dei S. Petro delatæ maximè confirmata veritas, altiusque ad persuasionem consensumque prouecta conspicitur, facto illo

i S. Gregor. e. 1. epist. 24.
Decimus locus Act. 8.

B mirabili: in quo S. Petrus primum omnium archihæreticum post proditorem Iudam, *Primogenitum satanæ*[k] à S. Ignatio nominatum, Simonem Magum, primo anathematis fulmine percussum in Iudæa, postea Romæ dæmonum præstigijs in aera sublimatum, illico in terram prostratum virtute mirabili comminuit, orandoque contriuit. De quo facto & opere, omnem virtutem rationemque humanam superante mira S. Patres,[l] Ignatius,[m] Clemens,[n] Ambrosius, Hieronymus,[o] Augustinus,[p] Egesippus,[q] Maximus alijque doctores ad exaltandam confirmandamque S. Petri summam in Ecclesia Christi præfecturam monarchiamque scriptis suis posteritati mandarunt. Quorum relatione testimoniorũ, ne sim longior abstinens, solum duorum recordabor, sancti videlicet Clementis atque

Simonem Magum primum omnium hæreticorum S. Petrus excõmunicauit, eiecit, & postea Romæ prostratum exalto in terrã destruxit.
k S. Ignat epi. ad Trallianos
m S. Clemẽs. l. 6. const. c. 9.
n S. Ambros. serm. 66.
o S. Hieron. in catolog. de viris illustri ex opinione plurimorum.
p S. Aug. epist 86.
Egesippus. l. 3 c. 2. de excidio Hierosolym.
q Maximi, hom. 5. in Natali Aposto. S. Petri & Pauli.

C Maximi: ille ex persona S. Petri rem ita gestam commemorat.[l] *Romam Simon cùm venisset: Ecclesiam vehementer perturbauit multos euertens, atque in suam sententiam adducens: gentes verò commouebat magicis artibus. Itaque quadam die in theatrum in meridie processit, iussitque suis operis,* scilicet dolis & artibus, *vt me in theatrum arriperent pollicitus se in aera volaturum: cumque omnes hac de re erecti essent: ego seorsus orabam. Itaque sublatus à dæmonibus volabat sublimis dicens in cælum se ascendere, vnde illis bona suppeditaturus esset: populo illi veluti Deo acclamante optima. Attollens ego manus in cælum tota mente supplicabã Deo, vt per Iesum Christum Dominum frangeret scelestum illum, & dæmonum vim labefactaret, in fraudem & perniciem hominum illa vtentium, illum perfra-*

D *ctum non occideret, sed comminueret. Tuncque Simonem intuitus: si Dei, inquam, homo ego sum, Apostolus verò Iesu Christi verus doctorque pietatis non erroris, cuiusmodi tu Simon: Impero improbis virtutibus, apostatis pietatis, quibus vehitur Simon Magus: vt remittat suas vires, & ab alto huc decidat in risum eorum, qui ab eo decepti sunt. Cumque hæc dicerem, desertus à virtutibus Simon, cum magno fragore corruit, vehementerque concussus fregit coxendicem & pedum talos, clamorque plebis ortus est, quo ferebatur vnum Deum esse quem iustè, Petrus nuntiaret tantum veritate fretus, multique ab eo defecerunt.* Hæc S. Clemens. De quo lapsũ stupendoque præcipitio hæc ad triumphum S. Petri ad manifestandam eius in Ecclesia Dei supremam potestatem, orationisque virtutem S. Maximus Taurinensis Episcopus: *Cum idem Simon se Christum diceret, & tanquam filium ad patrem assereret volando se posse conscendere: atque*

S Maximus Taurinẽsis Episcopus homil 15 in natal S. Petri & Pauli.

elatus ſubito magicis artibus volare cæpiſſet. Tunc Petrus fixis genibus precatus eſt Dominum, & precatione facta vicit magicam leuitatem. Prior enim aſcendit ad Dominum oratio, quàm volatus, & ante peruenit iuſta petitio, quàm iniqua præſumptio: ante Petrus in terra poſitus obtinuit, quod petebat, quam Simon perueniret in cæleſtia quò tendebat. Tunc igitur Petrus velut vinctum illum de ſublimi aere depoſuit, & quodam præcipitio in ſaxa illidens, eius crura confregit. Hoc in opprobrium facti illius, vt qui paulo ante volare tentauerat, ſubitò ambulare non poſſet; & qui pennas aſſumpſerat, plantas amitteret. Poſt ita concludens ait, [a] *Hæc igitur iniquitatis eſt elatio, vt in altum ſe ferat, in ſublime ſe erigat, ſed ſancta oratio omnem humiliat ſuperbiam & vniuerſam deiicit vanitatem.* Hæc Maximus.

a Ibidem.

Locus vndecimus. Act. 15. de legalium obſeruatione controuerſia

Præter hæc S. Petrus exortam de legalium obſeruatione litem controuerſiamque primus in Apoſtolica ſynodo aperiens os ſuum diſſolutam ſua auctoritate iudicioque ſedauit. *Tanquam princeps decreti*, inquit ſanctus Hieronymus, [c] *vos enim ſcitis, inquiebat S. Petrus, in illo primo Eccleſiæ concilio Hieroſolymis habito, quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis per os meum*, ſcilicet prolatiooe & effuſione optimorum verborum quæ poſuit in ore meo, magna ſubiecta ſapientia & authoritate, quam mihi paſtori ſui gregis ſummo ſub ſe vigilanti præſidentique miſericorditer impertitus eſt, *Elegit audire gentes verbum Euangelij & credere.* Propterea ipſi primo, paſtor paſtorum Dominus gentiles, ethnicoſque Eccleſiæ ſuæ gremio atque ſinu excipiendos eſſe, vt eius lacte ſacro nutriti vitam ſalutis adipiſcerentur cæleſti miraculo, [d] viſioneque lintei de cælo miſſi demonſtrauit. Denique hæc & alia ſimilia geſta dictaque S. Petri ſupremæ ſigna poteſtatis connectens S. Chryſoſtomus ſuper omnes egregius, eminens, atque ſublimis non minus pietate quàm eloquentia, S. Petri monarchiam contra noſtri temporis hæreticos, ſchiſmaticos, alioſque ſimiles Græcorum iuniorum rebellionis miſeros ſectarores pluribus in locis, vt homilia 21. in Acta his verbis confirmatam [e] ab omni calumniarum conuiciorumque oppreſſione vindicauit. *Vide vbique Petrum circumcurſare & primum inueniri quando eligendus Apoſtolus: hic primus, quando loquendum Iudæis non eſſe ebrios Apoſtolos. Quando curandus claudus, quando hic concionandum præ alijs eſt. Quando agendum contra principes, quando contra Ananiam, quando ab vmbra ſanationes fiebant: hic erat. Et vbi quidem erat periculum hic, & vbi moderatio:* (ſcilicet vbi authoritate opus erat) *vbi autem tranquillitate res erant plenæ, communiter omnes. Sic non exigit maiorem honorem.* Propter quam ſupremæ in Eccleſia poteſtatis eminentiam, ipſe vas electionis S. Paulus ſe Hieroſolymam poſt tres annos ſuæ prædicationis [f] profectum eſſe teſtatur, non alia de cauſa, quam vt S. Petrum videret ei veluti principi ſuo ſummi culmen honoris reuerentiæque paſtoralis oblaturus, & valde bene, *Si quidem dignum ſuit*, [g] inquit S. Ambroſius, *vt cuperet videre Petrum: quia primus erat inter Apoſtolos cui delegauerat Saluator curam Eccleſiarum: non vtique vt aliquid ab eo diſceret, qui iam ab authore didicerat, à quo & ipſe Petrus fuerat inſtructus, ſed propter affectum Apoſtolatus, & vt ſciret Petrus hanc illi datam licentiam, quam & ipſe acceperat.* Quid verò S. Hieronymus in eandem rem ſcripta ad S. Auguſtinum epiſtola? [h] *Tantæ*, inquit, *authoritatis fuit Petrus, vt Paulus in epiſtola ſua ſcripſerit. Deinde poſt annos tres veni Hieroſolymã videre Petrũ, & manſi apud eũ diebus quindecim.* [i] Quorũ SS. Patrum ſentẽtię conformia illa ſunt Theodoreti in hæc S. Pauli verba: *Veni Hieroſolymam, vt Petrum viderem. Et hoc rurſus oſtendit eius animæ virtutẽ. Etenim cum humana doctrina non indigeret, vt qui ab vniuerſorum Deo accepiſſet Apoſtolorum principi quem par eſt honorem tribuit. Ea autem de cauſa ad eum venit, non vt ab eo aliquid diſceret, ſed vt ſolum videret:* ſcilicet vt honorem reuerentiamque ei viſo maximam videns ipſe largiretur.

e S. Chryſoſt. hom. 21. in Acta.

d Act. 10.

e S. Hier. epi. ad S. Auguſt. quæ eſt 11. inter epiſtol. S. Auguſt.

Locus 12. honorem S. Petro oblatum continens.

f Ad Galat. 1. c. 18.

g S. Amb in c. 1. ad Galat.

h S. Hier. epi. 89. ad S. Aug. c. 2.

i Theod. in c. 1. ad Gal.

Theodoretum ſecutus Theophylactus eandem S. Pauli profectionis ad Petrum cauſam rationemque retulit, dicens. [k] *Et hoc inſignis humilitatis animi ſignum, ſi qui tanta tranſegerat, ad Petrum abiit, non vtilitatis gratia, ſed ſolo viſendi ſtudio, honorans eum maiorem ſe. Propterea neque dixit ἰδεῖν, id eſt vt cernerem Petrum, ſed ἱστορῆσαι, id eſt vt viderem & cum obſeruatione intuerer: quod magnas & præclaras vrbes addiſcentes dicunt, perinde ac nos abimus ad ſanctos viros: ſed nos potius vtilitatis cauſa, ille verò ſolius honoris gratia.* His illi Oecumenij, in eadẽ S. Pauli planè verba ſermones aſſimilãtur: [l] *Conſidera animi modeſtiã, poſt tot tantaque certamina abiit, vt videret Petrum tanquam maiorem, vt autem maneret cauſa honoris, quem Petro deferebat actum eſt.* At neque ſolus Apoſtolus gentium Paulus ſupremum bonoris hierarchici faſtigium S. Petro principi ſuo voluntarie detulit, verum & cæteri ſimiliter Apoſtol. Licet agente & conuerſante adhuc inter eos viſibili familiaritate Domino, ipſi liuore neſcio quo infirmati luctantes cum ſancto Petro ancipiti & vana æmulatione diſtracti (quia nondum virtute induti ex alto) de principatus dignitate imperioque dimicuiſſent. In cuius rei fidem quid dixerit S. Chryſoſtomus audiamus. [m] *Conſidera*, inquit, *quo pacto concedunt ei ſolum* ſcilicet, cùm de ſufficiendo in locum Iudæ Apoſtolo res ageretur: *Nec amplius ambigunt diſceptantes inter ſe quis futurus eſſet eorum maior.* Et alibi [n] eiuſdem veritatis demonſtrationi clarius inſiſtens aiebat: *Nondum gratia Spiritus ſancti corroborati facile mouebantur, gratia vero accepta non tales nempe fuerunt, ſed vbique primatum Petro præbent, & in concionibus eum anteponunt, quamuis cæteris rudior videretur.*

k Theophyl. in c. 1. epiſt. ad Galat.

Quid ſit vt viderem Petrum hic.

l Oecumenius in c. 1. ad Galatas, anno 1600.

Omnes Apoſtoli ſicut S. Paulus ſummum D. Petro, vt ſuo principi honorem detulerunt.

m S. Chryſo: ho 3. in Acta

n S. Chryſo: hom. 51. in S.

Atque vt capitulo præſenti terminos metaſque figamus, illud non leuiter euehit S. Petri primatus hierarchici celſitudinem, quo S. Petrus Apoſtolicæ ſocietatis cœtuſque princeps & dominus, in ipſis Eccleſiæ initiis, & incunabulis, circumciſionis Apoſtolus fuerit appellatus: & meritò quidem, quia ipſe fidelis ſeruus ſuper familiam Dei coo ſtitutus vicarius Chriſti Domini generalis per ſynagogas, verbum Euangelii Iudæis cæpit annunciare: nomenque Ieſu Saluatoris noſtri, quod immortali odio & inſatiabili calumniandi blaſphemandique rabie Iudæorum gens incredula prodigioſeq; ingratam proſequebatur, maximo cum animarum fructu, ingentique gloria prædicare, obduratis incircuncifiſque cordibus mille fęcundum virtutibus admirabile pręſentare. Inde cauſa profluxit, quare S. Petrus circuncifionis Apoſtolus à primo naſceotis Ec-

Vltimus locus quo dictus eſt S. Petrus circumciſionis Apoſtolus & cur.

clesię deflexu cognominatus est. Quod suorum A laborum, solicitudinum vigiliarumque fructus in salutem ac regenerationem Iudææ gentis Christo Domino primus semine verbi Euangelici productæ conuerterit: verũ postea Spiritus sancti tuba Apostolorum ipsius principis auribus cordis circũsonante, cognouit à sanctæ Trinitatis sanctuario, Christi Domini fidem ac religionem, qua iretur ad astra, non solum intra gentis Isräeliticæ claustra prædicatione Apostolica publicandam, sed etiam in omnes orbis populos huius tenore prædicationis euulgandam: vnde non Iudæorum solum, sed etiam gentium toto terrarum orbe sparsarum nũcupatus est Apostolus. In cuius rei fidem nouellę fidelium congregationi dicebat, [a] *viri fratres vos scitis quod ab antiquis diebus Deus inter vos elegit, vt per os meum audirent verbum Euangelij, & crederent.* Ex quibus B apparet S. Petrum non solum Iudæorum, sed & gentilium populorum Apostolum, atque pastorem extitisse vnum, vt Dei esset ouile, & vnus pastor visibilis. Sed de scripturis: hæc satis ad Ecclesiæ Concilia veniamus.

a Actor.15.

CAPVT IV.

Authoritate conciliorum & rescriptis confessioneque Imperatorum Christianorum S. Petri monarchia comprobatur.

1. *De Conciliorum,*
2. *De Imperatorum testimoniis agit.*



NEQVE solũ Spiritus sanctus suã de suprema S. Petri potestate monarchiaque in sanctis Scripturis sententiam notificare voluit: verum etiam per os SS. Patrum in generalibus synodis coactorũ publica testificatione prædicare. Sic palam in prima Nicæna, [b] tota ibi congregata Ecclesia Dei locutus est, *Ille qui tenet sedem Romæ caput est & princeps omnium Patriarcharum, quandoquidem ipse est primus sicut Petrus, cui data est potestas in omnes principes Christianos, & omnes populos eorum, vt qui sit vicarius Christi Domini nostri super cunctos populos & vniuersam Ecclesiam Christianam, & quicunque contradixerit, à synodo excommunicatur.* Eadem Spiritus sancti vox in Concilio Ephe- D sino talibus circunsonuit eloquijs. [c] *Nulli dubium imò sæculis omnibus notum est, sanctum beatissimumque Petrum Apostolorum principem, & caput, fideique columnam, Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, à Domino Iesu Christo Saluatore nostro, humanique generis Redemptore cœlestis regni claues accepisse, soluendique atque ligandi potestate, quam acceperat, vsum fuisse, nec non per successores suos huc vsque viuere.* An non similia his idem Spiritus Dei per os SS. Patrum Chalcedonensis synodi licet variatis sermonibus affatus est dicens: [d] *Ter beatissimus & omni laude dignus beatus Petrus Apostolus, qui est petra & crepido Catholicæ Ecclesiæ, & rectæ fidei fundamentum.* Quod suo suggerentes animo Orientales Episcopi, sic per epistolam Symmacho Papæ loquebantur. [e] *Sicut docuit gloriosus Apostolorum princeps Petrus, cu-*

b Concil. Nicænum cano. 39. Arabico, anno 325.

c Concil. Ephes. to 1. c. 16. a. ex Philipp. presbytero, anno 430.

d Concil. Chalced. 3. Act. 3. anno 483.

e Epistolæ ad Symmachum Papam, anno 500.

A *ius cathedram beatitudini tuæ credidit Christus.* Pari Spiritus sancti irradiatione diuina [f] Nicænæ secundæ synodi Patres illuminati, sanctum Petrũ summum omnium Apostolum & monarchicum Ecclesiasticæ ditionis pastorem, & cognouerunt, & cognitum pia voce prædicarunt. Apud quos S. Petrus, sic cæteros orbis Christiani Episcopos & pastores suæ subditos iurisdictioni hac benignitate charitateque Christiana monebat, [g] *Pascite gregem Domini, Episcopatum gerentes non per vim, sed sponte ac voluntate secundum Deum.* Eiusdem synodi act. 2. verba his similia ipsius S. Petri solicitudinem & auctoritatẽ in Ecclesia monarchicã huiusmodi confirmant. *Vnde & ipse beatus Petrus Apostolus Dei iussu Ecclesiam pascens nihil omnino prætermisit, sed vbique principatum obtinuit & obtinet &c.* At non solum in cõcilijs œ- B cumenicis generalibusque Ecclesiæ conuentibus omnium patrum aures talibus Spiritus sanctus vocibus vndique repleuit: sed etiam in Christianorum palatiis imperatorum voces illæ spiritus Dei viui personuerunt, quibus illi principes afflati sinceram Catholicæ fidei de hierarchico S. Petri principatu confessionem magna deuotione mirantibus & religiose exultantibus populis ediderunt. Quàm piè Cõstantinus ille magnus [h] S. Petri summam in Ecclesia potestatem primatumque honore & admiratione suspiciẽs illũ supremum in terra vicarium Christi D. cõfessus est? Quid verò Theodosius senior, nõ minus magni nomine dignus quàm ille prior, apud Sozomenũ declarabat se velle, *vt vniuersi subditi eam religionẽ amplecterentur, quam,* inquit, *Apostolorum princeps Romanis ab initio tradiderat?* Nota sunt om- C nibus qui antiquitatis tantillum monumenta lustrarunt, illa Gallæ Placidiæ ad Theodosium Iuniorem Imperatorem eloquia: [i] *Dum in ipso ingressu ciuitatis antiquæ hanc curam habuissemus, vt cultum beato Petro Apostolo redderemus in ipso adorando altari martyris reuerendissimus Leo Episcopus, paululum se post orationem retinens propter Catholicam fidem apud nos defleuit, ipsum summum Apostolorum,* scilicet S. Petrum, *quem nuper adieramus testem obiciens: Episcoporum multitudine circumseptus, quos ex innumerabilibus ciuitatibus Italiæ pro principatu proprij loci, seu dignitate collegit, & verbis permiscens lachrymas ad communionem sui fletus nostros quoque gemitus prouocauit.* Hęc pariter Augusta ad aliam Augustam Pulcheriam scilicet sanctissimam virginem maximam natarum Arcadij imperatoris, & sororem Theodo- D sii Iunioris rescribens de immanibus & execrandis hæreticorum sceleribus in Ephesina deprędatoria synodo patratis expostulando. Ita S. Petri supremum super omnem Ecclesiã principatũ agnoscens deuotè profitetur. [k] Hæc inter alia subiiciens: *Igitur tua clementia secundum Catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit: & nunc similiter conspirare dignetur: vt quidquid in illo tumultuoso miserrimoque concilio, scilicet Ephesino deprædatorio, constitutum est, omni virtute remoueatur: vt omnibus integris permanentibus ad Apostolicæ sedis Pontificem, in qua primus Apostolorum beatus Petrus, qui etiam claues regni cœlorum suscipiens sacerdotij principatum tenuit, Episcopatus causa mittatur &c.* Pari confessione ac deuotione eiusdem Augustæ Placidiæ filius Valentinianus tertius Imperator, [l] ad collegam consortemque imperij Theodosium Iuniorem rescribens,

f Synodus Nicæna 2. can 4. anno 780.

g 1. Petr. 5. Imperatorum confessio de S. Petri monarchia. Act. 2. Nicæ. 2.

h Constant. in donatione, anno 320.

Theodosius magnus Sozomenus l. 7. c. 4. 20. 440.

i Placid. August quę erat mater Valen. Tertii epist ad Theodosium, quę extat ante Cõcilium Chalcedonense.

k Eiusdem Gallæ Augustæ ad Pulcheriam Augustam epist, quę extat ante Concil. Chalced.

l Valent imp. ad Theodos. Iu. epist. quę ante Concil. Chalcedon. extat.

A huius veritatem primatus aſſeuerando venerandoque magnificauit, neque etiam impium imperatorem Anaſtaſium ſcelera, hac monarchiæ Eccleſiaſticæ S. Petro creditæ confeſſione prohibere, ac ne iſta ad Hormiſdam Rom. Pontificem de S. Petri Monarchici principatus veritate reſcriberet, deterrere potuerunt. [a] *Deus ac Saluator noſter ſanctos Apoſtolos diuino ſermone docuit, ac maxime beatum Petrum in quo fortitudinem ſuæ Eccleſiæ conſtituit:* at illo longe melior & iuſtior [b] Conſtantinus 4. Imperator in edicto quod pro ſexta vniuerſali ſynodo toto orbe promulgari curauit, apertè ingenueque ſanctum Petrum fidei Chriſtianæ petram Eccleſiaſticæ ſocietatis Apoſtolorumque principem in hoc mundo dum viueret, extitiſſe profeſſus eſt. Quod alius poſtea Conſtant. Imper. cum matre Irene Auguſta B in epiſtola ad Epiſcopos [c] in Nicæna ſecunda congregatos magna deuotione confitendo proclamauit: in qua hæc inter alia: *Petrus Apoſtolicæ ſedis primus dux, ſeruilem & temerariam inſaniam verberans, Iudaici auditus inſtrumentum gladio amputauit.* Sed Leonem optimum imperatorem cognomento Philoſophum propter egregias heroicaſque principis vere Chriſtiani virtutes in imperatoria maieſtate de ſpirituali Eccleſiaſticoque S. Petri regno philoſophãtem diuinitus audiamus. [d] *Poſt reſurrectionem,* inquit, *ter Petrum Dominus percunctatus an ab eo diligeretur principem paſtoremque conſtituit, deditque ei paſcendi poteſtatem petens ab eo paſcendi curam tanquam vicem redamandi. Idcirco aiebat, amas me? paſce agnos meos. Petrus verò cum intelligeret principatum eum magnum eſſe, & magnis indigentem viribus, videretque Ioannem ſequentem, illum dico quem Ieſus vehementer amabat. Hic,* inquit, *quid? Quod perinde* C *erat quaſi diceret: mene præfices vis caput diſcipulis, hunc verò à te dilectum, qui voluit ſedere ad dexteram, hunc inquam quid facere iubes? Ne igitur occaſionem erroris aliqui conciperent, quod omnibus diſcipulis communiter dixiſſet: quæcumque ſolueritis in terra &c. reſpondit Dominus quaſi increpans Petrum: ſic eum volo manere donec veniam quid ad te? Tu me ſequere: id eſt ſequere me hoc baculo paſtorali: & ſicut ego cum eram vobiſcum, ſeruabam vos, vt pater, vt caput, vt magiſter, vigilans pro vobis: ſic tu eſto meo loco, & ſequere me, principatu ac poteſtate tua, fratres tuos confirmans. Te enim volo eſſe meo loco, vnde manet in hodiernum vſque diem Petrus ſequens Chriſtum in ſucceſſore ſuo.* Egregia D ſane confeſſio, vereque Chriſtiana tanto dignißima principe, ac imperatore, Chriſtiana pietate philoſophante. Sed relicta hac imperatorũ Chriſtianorum religioſa confeſſione, quę infra cumulatiùs apparebit, ad principes ipſos ſuper omnem Eccleſiam Monarchicos præſides, Romanos dico Pontifices, Chriſti Domini vicarios diſcurrendo veniamus: Certius quam ſeculares dominos de hac veritate iudicantes, quod infallibilitatis in doctrina fidei morumque dono potiantur.

a Epiſt. Anaſt. Imp ad Hormiſdam Papã. anno 516.
b Conſtãt 4. in edicto pro ſynod. 6. anno 680.
c Epiſt. Cõſt. & Irenes Imp ad Epiſcopos Nicęnæ ſyn cõgreg. an. 780.
d Leo Imp. in ſer. de S. Petro, an. 880.

CAPVT V.

Romanorum Pontificum decretis, teſtimoniiſque id quod ſuperiùs oſtenditur, atque comprobatur.



RIDICVLE ne malitiosè quid vel grauiùs dicam, à nonnullis obiicitur, gregis Catholici fidem ore tenus profitentibus: ſed heu cum hæreticis ſubdolè partẽ facientibus, non eſſe credendum Romanis Pontificibus S. Petri Monarchiam, primarumque Eccleſiaſticum ſummis honoribus, præconiiſque ſancte pieque vt par eſt efferentibus; Quod dicãt, hiſce illos encomiis honoribuſque, ſummam D. Petri maieſtatem dignitatemque exaltare: vt ſuam in illis conclusam honoribus. auctoritatem ſuper omnes ſublimius attollant. Quaſi verò tot ſancti Dei Romani Pontifices, à Spiritu ſancto ſingulari priuilegio, in his quæ doctrinam ſalutis reſpiciunt informati in hac veritatis profeſſione, non tam rationis puritatem, quã ſenſus terreni contagionem, nec tam ſpiritum Dei quam paſſionem carnis conſulere maluiſſent. Quorum alii pro fide Chriſti vitam cum ſanguinis profuſione re ipſa: alij in præparatione animi Chriſti Domini glorię conſecrando largiti poſt varios caſus, poſt tot diſcrimina rerum, poſt mille labores ſudoreſque à quotidiana omnium Eccleſiarum ſolicitudine ſuſceptos & exantlatos, hodie apotheoſi Chriſtiana coronati, cæloque locati immortali venerationis honoriſque ſplendore diuini coruſcant. Niſi quis eorũ minimè maieſtati ſedis Apoſtolicæ gloriæque Põtificiæ velificantium, S. Clementem, S. Petri diſcipulum ac ore ipſius cathedræ Apoſtolicæ ſucceſſorem denuntiatum. S. Petri in regenda Eccleſia adhuc viuentis adiutorem, Martyrem pro Chriſti nomine glorioſum poſtea factum, & viuum mortuũq; miraculis illuſtratũ inſignitũq;. Idcirco in exaltanda & honoribus mactãda ſui præceptoris dignitate ſuprema, atque monarchico nõ eſſe audiendũ, pertinaciter aſſeueret: quod tertius à S. Petro creatus fuerit Romanus Epiſcopus. Quod ſi ratio vana hæc ſchiſmaticorũ præiudicium tanti patris teſtimonio, quia Romanus Põtifex extitit, afferre non poſſit: ne minima quidem dubitationis nubecula de maieſtate ſummaque poteſtate S. Petri in Eccleſia Chriſtiani mentem leuiter attingere valeat. Quare non hunc ſanctum de ſui præceptoris ſummo in omnes Chriſti fideles principatu, talia verè referentem conſentiendo fideliter audiemus? [e] *Simon Petrus vera fidei merito & integra prædicationis obtentu, fundamentum eſſe Eccleſiæ definitus eſt. Qua de cauſa etiam Domini ore cognominatus eſt Petrus, qui fuit primitia electionis Domini Apoſtolorum primus, cui & primo Deus Pater filium reuelauit, cui & competenter beatitudinem contulit qui & vocatus eſt & electus eſt, & conuiua Domini, & comes effectus, tanquam bonus & probatiſſimus diſcipulus, qui obſcuriorem mundi plagã occidentis (velut omniũ potentior) illuminare præceptus eſt: quique & inte-*

Monarchomachorum obiectio refellitur dicentium Romanis Pontificibus S. Petri Monarchicam dignitatem exaltantibus non eſſe credendum.

e Clemens. epiſt. 1. ad S. Iacobum, anno 60.

grè potuit implere præceptum. Quibus verbis an nor illa sancti martyris Marcelli primi maximè suffragantur: *Ipse est*, inquit, *caput totius Ecclesiæ, cui ait Dominus, tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Cuius sententiæ[a] vicinus eius temporibus subscribens Melchiades, ita Campaniæ Episcopos affabatur: *Licet cunctorum Apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, vt alijs præemineret.* Conformia sunt illis quæ postea in Apostolico throno sedens[b] Pius primus prima ad orientales Episcopos epistola, hac verborum serie prodidit. *Connexio totius corporis vnam sanitatem, vnam pulchritudinem facit, & hæc quidem connexio totius operis vnanimitatem requirit, sed præcipuè exigit concordiam sacerdotum. Quibus etsi dignitas communis non est, tamen ordo generalis est, quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quadam discretio potestatis: & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præemineret. De qua forma orta est Episcoporum quadam distinctio, & magna ordinatione prouisum, ne omnia sibi omnes vendicarent.* [c] Sanctus Damasus, quem propter sanctitatem eminentiamque mentis in sede Apostolica infallibili sententia iudicantis tanti fecit sanctus Hieronymus, vt ad illius iubentis nutum credendis, vel non credendis captiuatum intellectum subiugaret; epistola 2. his verbis fidem de Monarchia sancti Petri comprobauit: *Princeps Apostolorum Petrus solus & præ omnibus creditus est, atque percipere meruit à Rege Regum Christo Deo claues regni cælorum, ad aperiendum fidelibus & beneuolis hominibus, eumdem Dominum nostrum, & claudendum infidelibus & maleuolis.* Quid verò ista, [d] sancti Syricij Papæ, nisi primatus Petri super omnes Ecclesias eminentiam atque celsitatem sibi volunt? *Cum in vnum plurimi fratres conuenissemus*, inquit, *ad sancti Apostoli Petri reliquias, per quē & Apostolatus & Episcopatus in Christo cepit exordium, placuit nobis &c.* Eadem plane verba ad similis confessionis efformationem postea [e] Innocentius primus vsurpauit. Clarius his in eandem veritatis assertionem [f] Sixtus 3. loquitur sub hoc tenore verborum. *Sed si hæc dicere voluerimus, illico ille Apostolorum princeps Petrus: supra cuius firmitatem fidei spiritualis fabrica ædificata constructio est, & Ecclesiastica domus collocata fundamina, quique cælestis regni ianitor dignus inuentus est: & cuius super terram gesta iudicia confirmantur in cælis: è contrario respondebit &c.* Sancti vero Leonis magni non sine causa cognominati quanta testimonia, quàm luculenta, quam solida fidei radice fundata, ad eam veritatis metam collimantia reperiuntur, quis aut scribendo aut loquendo breuiter enarrabit? [g] *Inter quæ vnus de toto mundo*, inquit, *Petrus eligitur, qui & vniuersarum gentium vocationi & omnibus Apostolis cunctisque Ecclesiæ patribus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi sacerdotes sint, multique pastores, omnes tamen propriè regat Petrus, quos principaliter regit & Christus.* [h] Et paulo post. *Et ego*, inquit, *dico tibi, hoc est sicut meus pater tibi manifestauit diuinitatem meam: ita & ego tibi notam facio excellentiam tuam: quia tu es Petrus, id est, cum ego sim inuiolabilis*

A *petra, ego lapis angularis, qui facio vtraque vnum, ego fundamentum præter quod nemo potest aliud ponere: tamen tu quoque petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria, sint tibi mecum participatione communia.* Et epistola[i] 81. ad Dioscorum Alexandrinum Patriarcham. *Beatissimus Petrus Apostolicum à Domino accepit principatum, & Romana Ecclesia in eius manet institutis.* Alia tanti Patris testimonia, non tam mitto quàm differo. Quid alij summi Ecclesiæ principes Romani Pontifices dixerint, attendamus, ac inter cæteros temporis ordine prodeat in medium Fœlix, ista ad Petrum Antiochenum Episcopum, rescribens. [k] *Nunc igitur sum exorsus aduersum te proferre sententiam. Magis autem summus princeps Apostolorum Petrus, qui inter sanctorum* B *Apostolorum præconia veridicus est.* Hunc secutus Gelasius primus, hæc ad Episcopos Dardaniæ scribebat. [l] *Nullus veraciter Christianus ignorat: vniuscuiusque synodi constitutum, quod vniuersalis Ecclesiæ probauit assensus, nullam magis exequi sedem quam primam, quæ & vnamquamque synodum sua authoritate confirmat, & continuata moderatione custodit, pro suo scilicet principatu, quem Petrus Apostolus Domini voce perceptum Ecclesia nihilominus subsequente & tenuit semper & retinet.*

Ioannes tertius par literas ad Germaniæ Galliæque Episcopos [m] de hac suprema D. Petri in Ecclesia potestate talibus alloquebatur: *Sic Petrus princeps Apostolorum adiutores sibi ad-* C *sciuit Linum & Cletum, non tamen potestatem Pontificij, aut ligandi, aut soluendi, eis normam tradidit, sed successori suo Clementi, qui sedem Apostolicam post eum & potestatem Pontificalem tradente sibi beato Petro tenere promeruit. Linus vero & Cletus ministrabant exteriora, princeps autem Apostolorum Petrus verbo & oratione insistebat.*

[n] Sanctus Gregorius ad Mauritium Imp. scribens, S. Petri Monarchiam talibus efferebat: *Cunctis Euangelium scientibus liquet, quod voce Dominica sancto & omnium Apostolorum principi Petro Apostolo totius Ecclesiæ cura commissa est. Ipsi quippe dicitur, Petre amas me? pasce oues meas &c. Ecce claues regni cælestis accipit, potestas ei ligandi & soluendi tribuitur cura, ei totius Ecclesiæ & principatus committitur.* [o] *Quis enim nesciat*, inquit, *alibi sanctam Ecclesiam in Apostolorum principis soliditate firmatam,* D *quia firmitatem mentis traxit à nomine, vt Petrus à petra vocaretur? Cui veritatis voce dicitur, tibi dabo claues regni cælorum.* Agatho immunitatem Ecclesiæ ab omni errore inde deduxit, quod in principe Apostolorum, & consequenter fidelium omnium, fundata Christi Domini voce solidaretur. *Quod* [p] *beatus Petrus Apostolorum princeps commonet* inquit, [q] *Pascite qui in vobis est gregem Christi, & Hanc doctrinam beatus Petrus tradidit, quia tuus vera confessio à patre de cælis est reuelata, pro qua à Domino omnium beatus esse pronunciatus est Petrus, qui & spirituales oues Ecclesiæ ab ipso redemptore omnium terna commendatione pascēdas suscepit. Cuius adiutente præsidio hæc Apostolica tuis Ecclesia, nūquam à via veritatis in qualibet erroris parte de-*

flexa

[a] Marcelli epist. 1.
[a] Melchiades epist. ad Episcopos Campaniæ, an. 310.
[b] Pius 1. epist. ad Orientales Episcopos. 1.
[c] Damasus epist. 2.
[d] S. Syricius epist. 4. inserta Concil. Toletāī, appellaturque epist. tractatoria, ad Episcopos Africæ.
[e] Innocētius 1 epist. ad Victricium, an. 404.
[f] Sixtus 3. de malis Doctoribus & operibus fidei.
[g] S. Leo ser. 3. de anniuersario die assumptionis ad Pontificatum.
[h] Ibidem.
[i] Idem epist. ad Dioscor. Alexan.
[k] Fœlix 3 ep. 1. ad Petrum Episc. Antiochenum.
[l] S. Gelasius epist. 11 ad Episc. Dardaniæ.
[m] Ioan. 3 epi. 10. ad Episc. Germaniæ, & Galliæ.
[n] S. Gregor. l. 4. epist. 32 ad Mauritium Imper.
[o] Idem l. 6. epist. 37. c. 201. 10. 2. ad Eologium Episc. Alexādrinum.
[p] Agatho. epist. ad Cōst. Imper. Heracliū, & Tiberium.
[q] 1. Petr. c. 5.
Ecclesia Dei ab errore immunis, quia in S. Petro voce Domini fundata.

flexa est: Cuius auctoritatem, vtpote Apostolorum principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesia secuta est. Similia profert Zacharias,[a] & Petrum Apostolorum principem appellans, & supremam ei ligandi, soluendique peccata in cælo, sicut in terra datam esse potestatem ingenuè profitendo sustinens. Sicut proposita hac suprema sancti Petri in vniuerso mundo concessa diuino Christi Domini fauore potestate, Francorum Reges Carolum & Carolomannum, ad Ecclesiæ Catholicæ defensionem, propagationemque in terras infidelium erroribus variis contra fidem moresque scatentes talibus eloquentiæ diuinæ stimulis concitatos Stephanus tertius exhortabatur.[b] *Quapropter beatus Petrus Apostolorum princeps, cui regni cælorum claues à Domino traditæ sunt, ac in cælo & in terra ligandi soluendique concessa est potestas, firmiter excellentiam vestram per nostram infelicitatem obtestatur &c.*[c] Et Adrianus primus sancti Gregorij magni doctrinæ vestigijs insistens, nonne & eadem plane, quæ sanctus ille pater sapienter effudit, in medium, voce, corde, operéque sub illa verborum formula produxit? *Euangelium scientibus liquet, quod voce dominica, sancto & Apostolorum omnium Principi Petro claues regni cælorum; & totius Ecclesiæ cura commissa est. Ipsi quoque dicitur:* [d] *Petre amas me? pasce oues, ipsi dicitur:* [e] *Ecce Satanas expetiuit, vt cribraret vos sicut triticum, sed ego rogaui pro te, &c. Ipsi dicitur: Tu es Petrus &c. Et ei cura totius Ecclesiæ & principatus ei committitur.*

a Zachar. ep. ad Vuittam.

b Stephan. 3. epist. ad Carolum & Carolomānū

c Adr. 1. epi. 3.

d Ioan. 21.

e S. Luc. 22.

Quanto autē veritatis præsidio fultus, Nicolaus primus infallibilem fidei morumque, doctrinam Ecclesiæ sanctæ gremio foueri probat eo quod illa sancti Petri fide potestate auctoritatéque, vt firmissimo fundamento fulciretur, ex illius assertionibus & eloquiis attendamus.[f] *Postquam* (inquit) *beato Petro principi Apostolorum, Dominus ac redemptor noster Iesus Christus ligandi atque soluendi in cælo & in terra potestatem tribuit, & ianuas regni cælestis referandas concessit, supra soliditatem fidei suam sanctam dignatus est stabilire Ecclesiam, secundum illius veridicam vocem: Tu es Petrus &c. Ad quam promissionem sanctæ Apostolicæ institutionis cæmento cœperunt huius fundamenta ex pretiosis succrescere lapidibus, & annuente diuina clemētia, per studium structorum, & Apostolicæ authoritatis solicitudinem, vsque ad culmen insolubiliter perducta perpetualiter mansura sine sinistra auræ impulsu consistere. Cuius primatum beatus Petrus princeps regni cælorum, & ianitor regni cælestis meritò promeruit.* Amplitudinem verò imperij tam in cælos quàm in terras sua iura mittentis, à Christo Domino sancto Petro traditam, idem sanctus Pontifex ad Mediolanenses rescribens, talibus expressit.[g] *Ecclesiam Romanam solus ipse fundauit, & super Petram fidei mox nascentis erexit, qui beato Petro æternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura commisit. Non ergo qualibet terrena sententia, sed illud verbum, quo constructum est cælum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit Ecclesiam: illius certe priuilegio fungitur, cuius authoritate fulcitur.*[h] At Ioannes octauus, de hac summi imperij Ecclesiastici amplaque potestate, quid memoriæ prodidit, quid immortalitati consecrauit, verba illius sunt hæc.[i] *Conuertimini igitur ad beatum Petrum Apostolorum principem, qui primus cognouit & confessus est filium Dei: qui oues Dominicas regendas accepit, & vt has ad æternæ pascua vitæ introduceret possit, & hic ligandi soluendique potestatem, & illic referandi eius claues cælestis regni promeruit.*

f Nicol. 1. ep. 6. anno 860.

Amplitudo imperij S. Petri quanta.

g Idem epi. ad Mediolan.

h 19. Ioan. 8.

i Epi. 75. Ioā. octaui.

Gregorius VII. ita summam sancti Petri dominationem principatumque in omnes extendi fideles exponit, vt nulli ab eo possint eximi, nisi mancipia diaboli, filij iræ, inferni damnationisque æternæ tyrannidi subiugati. Sic enim ait.[k] *Quis ignorat vocem Domini nostri Iesu Christi dicentis in Euangelio: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cælorum, &c.* Tunc his dictis subdit:[l] *Nunquid hic reges excepit? aut non sunt de ouibus, quas filius Dei Petro commisit? Quis rogo in hac vniuersali concessione ligandi atque soluendi à potestate Petri se exclusum esse existimet? nisi forte infœlix ille, qui iugum Domini portare nolens, diaboli se subijcit oneri, & in numero ouium Christi esse recusat? Cui tamen hoc ad miseram libertatem minime proficit, quod potestatem Christi diuinitus sibi concessam à superba ceruice excutit, quoniam quantò eam quisque ferre abnegat, tantò durius ad damnationem suam in iudicio portat. Hanc itaque diuinæ voluntatis institutionem, hoc firmamentum dispensationis Ecclesiæ, hoc priuilegium beato Petro Apostolorū principi, cælesti decreto principaliter traditum atque confirmatum, sancti Patres cum magna veneratione suscipientes atque seruantes, sanctam Romanam Ecclesiam tam in generalibus concilijs, quàm etiam in cæteris scriptis & gestis suis vniuersalem matrem appellarunt.* Denique vt cæterorum Rom. Pontificum testimonia subtiecam, notum est illud Innocentij tertij, cuius suprà meminimus,[m] *Christum D. videlicet omnibus Apostolis, vnum præposuisse scilicet Petrum, cui totius Ecclesiæ principatum, & ante passionem, & circa passionem, & post passionem commisit, &c.* Ac de Rom. Pontificum testimoniis ista sufficiant: ad Græcos Patres transeamus.

Qui subdi S. Petri potestati recusat, mancipium diaboli est.

k Greg. 7. 8. epist. 21.

l Ibidem.

m Innocent. li. 1. myster. Missæ cap. 8.

CAPVT VI.

Id quod prius, Græcorum patrum testimoniis comprobatur.

SANCTOS antiquosque Patres Græcos adeamus, quidque illi de proposita materia contra infelicis posteritatis, ab auita fide degenerantis schismata, & contra impia hæreticorum sedis Apostolicæ, totiusque religionis Christianæ perduellium diabolicæ fraudis lue tactorum dogmata, crediderint atque docuerint, ex eorum ore doctrinæ sinceræ fonte depromamus. Omnium primus tanquam aliorum ductor in campum lucemque prodibit[a] sanctus Dionysius, sanctum Petrum sicut à præceptore Apostolo didicerat. *Supremum decus & antiquissimum Theologorum columen appellans:* cuius lateri comes adiungetur martyr Hippolytus, hanc de Ecclesiastica S. Petri monarchia cōfessionem affirmantes afferens:[b] *Princeps Petrus fidei petra, quem beatum iudicauit Christus Deus noster, ille doctor Ecclesiæ, ille primus discipulorū, qui regni claues habuit, docuit me dicēs, &c.* &[c] S. Petrus Alexādriæ Patriarcha, *peccatoribus, vt vera pœnitentia mouerētur vincula catenasque,*

a S. Dion. l. de diuin. nomin. c. 3. an. 100.

b Hip. Mart. orat. de consum. mundi.

c S. Petr. Alex. serm. de pœni.

quibus pro Christo princeps Apostolorum S. Petrus, (sic illum vocat) in carcere mansit irretitus, sibi semper ob oculos subijcere, ponereque in conspectu suo persuadebat. Quid Eusebius Cæsariensis, quid clarius pro veritare primatus sancti Petri hac confessione dici potuit?[a] *E vestigio* (inquit) *sub ipso Claudij imperio, benigna & propria Dei totius vniuersitatis rectoris erga humanum genus prouidentia, fortem ac prępotentem, & reliquorum Apostolorum omnium propter virtutis amplitudinem facile principem Petrum Romam versus, ad eiusmodi pestiferam vitæ humanæ corruptelam, delendam quasi manuduxit.* In eamdem monarchici principatus persuasionem deductus sanctus Basilius [b] in procemio de iudicio Dei dicebat: *Beatus Petrus qui & cæteris antelatus fuit discipulis, cuique magnificentius quã reliquis omnibus datum testimonium est, magis quàm reliqui omnes beatus appellatus est, cui claues regni cælestis commissæ.* Et alibi.[c] *Ad hæc,* inquit, *scitum fuerit, si illud principis Apostolorum recordaremur, meminerimusque, quia post tot præclare sibi acta, & beatitudinis à Christo delatam gloriam vnius dumtaxat errati gratia audiuit: Nisi lauero te, non habebis partem mecum.* [d] Et Cassianus, *Dic nobis princeps Apostolorum, pater fidelium, dic quemadmodum Ecclesia Deum credere debeant. Æquum est enim, vt doceas nos doctus à Domino, & aperias ianuam cuius claues accepisti, &c.* S. Cyrillus Alexandrinus,[e] *Beatus Petrus,* inquit, *discipulorum omnium princeps narranti quæ passurus erat saluatori resistebat clamans: Propitius tibi esto Domine ne fiat hoc.* Et li. 12. cap. 64.[f] *Cum saluator à discipulis quæreres: vos autem quem me esse dicitis? Petrus, vt princeps caputque cæterorum, primus exclamauit: Tu es Christus filius Dei viui:* & li. 14. Thesaur. c. 2. [g] *Petrus,* inquit, *Apostolorum apex.*

[h] Basilius Diaconus & Archimandrita Epistola ad Theodosium iuniorem & Valentinianum tertium Augustos scribens, sanctum Petrum Apostolorum principem, his verbis appellando profitetur, *Hausimus hanc fidei notitiam: primo quidem, ab Apostolorum principe Petro, secundum cognitionem quam diuinitus acceperat.*[i] Sophronius Hierosolymitanus Patriarcha: *Petro mundi procuratio committitur, & traduntur cælestium thesaurorum claues super cætum Apostolorum constitutus est,* scilicet princeps. Sanctus Damascenus,[k] *Assumpsit Dominus Petrum, vt Antistitem, qui totius Ecclesiæ gubernacula susciperet.* Et [l] in historia Barlaam, *Princeps discipulorum Petrus, fidei Petra salutifera passionis tempore certo quodam consilio aliquantisper à Deo desertus, eo peccati prolapsus est, vt Dominum abiuraret, non tamen salutis spem abiecit: sed acerbissimas ex oppresso pectore lachrymas profudit, principem locum rursus tenuit: quemadmodum totius orbis magister institutus fuerat, ita etiam pœnitentiæ exemplar effectus.*[m] Sanctus Ignatius Constantinopolitanus Patriarcha ad Adrianum 2. P. scri-

a Eusebius Cæsar. lib. 2. c. 13. hist.

b S. Basilius in procemio de iudic. Dei.

c In procemio præceptionũ laudis disputatatum.

d Cassianus l. 3. c. 12. de Incarnat. Domini.

e S. Cyrillus Alex l. 10. c. 41 in Ioan.

f S. Cyrillus Alex l. 12 c. 64. in S. Ioan.

g S. Cyrill. li. 14. Thes. c. 2.

h Basilius Diaconus ad imperat. Theod. & Valent. 3.

i Sophron Hierosol. l. de laborib. certaminibus, & peregrinationib. SS. Petri & Pauli.

k S. Damasc. orat. de trãsfiguratione Domini.

l S. Damasc in histor Barlaam cap. 11.

m S. Ignat Cõstãt episc. ad Adrianum a. anno 860.

A bens, & Monarchiam Ecclesiasticam sancto Petro datam à Domino, & ad successores Rom. Pontifices extensam propagatamque confitetur his verbis. *Omnium magister dicit Petro magno & summo Apostolorum: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: Tales beatas voces non secundum quandam vtique sortem, Apostolorum principi Petro solum circumscripsit & definiuit, sed ad successores quoque deriuari voluit.* Hæc ipse contra sceleratum illum Photium pseudoepiscopum sedis Constantinopolitanæ contra ipsum sanctum Ignatium, tyrannide armata impij Michaelis imperatoris inuasorem. Theophylactus suam in illis verbis sententiã, de huius Ecclesiasticę monarchię veritare conclusit.[n] *Totius orbis ouium præfecturam* B *Petro committit, non autem alij, sed huic tradit: primum quidem quia omnes præcellebat, & totius cœtus os erat, &c.* & Simeon Metaphrastes,[o] in Encomio Ioannis. *Petrus,* inquit, *non audebat Dominum interrogare, quamuis inter Apostolos primatum teneret.*[p] Finem capiti faciamus præclaro Hugonis Etheriani testimonio: qui Emanuelis Constantino. Imperatoris tempore, suæ nationis populos, nempe Græcos, à fœdo tetroque schismatis horrore fœtoreque ad matris Ecclesiæ gremium reducere nitens, ita Monarchicum sancti Petri principatum cõspicuè solideque manifestabat: *Ex ipsa rei euidentia liquido apparet, quod Petrum eiusque successorem scilicet Rom. Pontificem Christus principem & caput non modò Latinorum, Græcorum, Occidentis, Septentrionis vniuersi, verùm etiam Armeniorum, Arabum, Iudæorum,* C *Madianitarum, Amalechitarum, & totius Orientis & Meridiani climatis in perpetuum constituit: Ob quam rem occidui solis limites vniuersi Petri successorem vsque nunc sibi Dominum recognoscunt, & sub illo præsule diriguntur, quod omnem ab vtero, gremioque matris errantem facere opportunum est. Petrus enim magnus Christi Apostolus in omnibus fere ciuitatibus, Syriæ, Cappadociæ, Phrygiæ, Macedoniæ, Elladis, Epyri, Siciliæ, Italiæ, Galliæ, Hispaniæ extremitatum Episcopos ordinauit. Etenim Iacobus eius fauore Hierosolymorum thronum tenuit. Deinde Euodium Antiochiæ ordinauit, Tharsi Vrbanum, Epaphroditum Lyriæ, Sigellum Ephesi, Smyrnæ Appellem, Philippis Olypam, Thessalonicæ Iasonem, Sylam Corinthi, Parthis Herodianum, Tauruminij Magnum, Alexandriæ Marcum: Amplius autem in Nicea, Thraciæ partibus similem apparauit ordinem, & eandem facturum iri successoribus suis* D *commendauit.* Hæc ipse [q] Etherianus. Quibus dominationis Ecclesiasticæ nec non Monarchicæ sancti petri, eiusque successorum Rom. pontificum, sparsam per vniuersum terrarum orbem amplitudinem clarissima, sicut solidissima demõstratione, cunctis rationis dictamina sequentibus aperuit. Hactenus de Græcis patribus, quid Latini dicant audiamus.

n Theophyl. in c. 21. S. Ioã.

o Simeon Metap.

p S. Hugo Etherion clarissime S. Petri monarchiam expressit, &c.

q Vide hunc auth. in Bibl. Patrum.

CAPVT VII.

Commemorantur ex Patribus Latinis præcipui eandem de Monarchia sancti Petri veritatem suorum testimoniorum calculo sicut Græci confirmantes, & impia hæreticorum schismaticorumque dogmata confundentes.



X innumeris Patrum Latinorum testimoniis, nonnulla & quidem breuiter, solummodo colligamus, reliquis silentio missis: ne in immensam dicendi molem capitis discursus excrescat. [a] Contra Monarchomachos Tertullianus aperiet luctandi campum, aduersus sui temporis hæreticos, de Apostolica sede pessime meritos, per exclamationem sic stomachatus. *Latuit aliquid Petrum ædificandæ Ecclesiæ petram dictum, claues regni cælorum consecutum, & soluendi & ligandi in cælis, & in terris potestatem?* Par ingenio, sed vita melior, & fide sanctior illo, [b] sanctus Cyprianus effrænatam hæreticorum schismaticorumque audaciam, hoc optimorum verborum, magna subiecta scientia, sonitu compescuit: *Primatus Petro datur, vt vna Christi Ecclesia, & cathedra vna monstretur. Et pastores sunt omnes, sed grex vnus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus vnanimi consensione pascatur.* His consentanea [c] sanctus Hilarius hoc epiphonemate loquitur: *O in nuncupatione noui nominis felix Ecclesiæ fundamentum, dignaque ædificatione illius petra, quæ infernas leges & tartari portas, & omnia mortis claustra dissolueret. O beatus cæli ianitor, cuius arbitrio claues æterni aditus traduntur, cuius terrestre iudicium præiudicata authoritas sit in cælo: vt quæ in terris aut ligata sunt, aut soluta statuti eiusdem conditionem obtineant & in cælo.* Sanctus Ambros. [d] hæc ad illud quod intendimus verba refert: *Hanc solam*, inquit, *Ecclesiæ nauim ascendit Dominus, in qua Petrus magister est constitutus, dicente Domino, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: quæ nauis in altum seculi istius ita natat, vt pereunte mundo omnes quos susceperit seruet illæsos.* [e] Et alibi: *Petrus fidelior factus postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit quam amisit. Tanquam bonus enim pastor tuendum gregem accepit: vt qui sibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret.* [f] Sanctus Hieronymus, sanctum Petrum, licet aliquando peccatorem, caput Ecclesiæ constitutum fuisse à Christo Domino ita significat. *Nullus de discipulis neque Petrus qui caput est Ecclesiæ, quia & ipse negauit: nullus de hominibus, quia totus mundus ad inferiorem partem declinauerat, præter vnum hominem qui est Christus.* [g] Et lib. primo Dialog. aduersus Pelagianos: *Vt Plato*, inquit, *princeps Philosophorum, sic Petrus Apostolorum fuit, super quem Ecclesia Domini stabili mole fundata*

a Tertull. in præscri. c. 22.
b S. Cypr. de Eccles. vnit.
c S. Hila. can. 16. in S. Matt. 5.
d S. Ambr. ser. 11. de mirabilibus.
e Serm. 47.
f S. Hieron. in psal. 13.
g S. Hieron. lib. 1. Dial. aduersus pelagianos.

A *est, quæ nec impetu fluminis, nec vlla tempestate concutitur.* Contra Donatistas autem quid Optatus Mileuitanus? quàm firmum ex eius verbis contra monarchomachos argumentum? [h] *In vrbe Roma*, inquit, *Petro primò cathedra Episcopalis est collata: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: vnde & Cephas appellatus est, in qua vna cathedra vnitas ab omnibus seruaretur, ne cæteri Apostoli, singulas sibi quisque defenderent: vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret.* [i] Ergo cathedra vnica est, quæ est prima de dotibus. At magnus Augustinus quàm solida radice veritatis fundatum sancti Petri principatum esse potenter asseruerit, audiamus: *Dicunt exactores*, inquit, *Didrachma ad Petrum Apostolum, Magister* B *vester non soluit Didrachma? &c. quo dicto magistrum, vt pro omnibus discipulis solueret conuenerunt. Saluator autem cum pro se & Petro dare iubet, pro omnibus exoluisse videtur: quia sicut in saluatore erant omnes causa magisterij, ita & post saluatorem in Petro omnes continentur. Ipsum enim constituit caput eorum, vt pastor esset gregis Dominici. Nam inter cætera dicit discipulis, vigilate & orate ne intretis in tentationem: & Petro dicit, ecce Satanas expostulauit, vt vos ventilet, sicut triticum, ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu tandem conuersus confirma fratres tuos. Quid ambigitur? pro Petro rogabat, & pro Iacobo, & pro Ioanne non rogabat, vt cæteros taceam? Manifestum est in Petro omnes contineri, rogans enim pro Petro pro omnibus rogasse dignoscitur. Semper enim in præposito populus aut corripitur aut laudatur.* [m] Et lib. 2. contra Donatistas. *Puto*, inquit, C *quod sine vlla sui contumelia Cyprianus Episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronam: cæterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam: Quis nescit enim illum Apostolatus principatum cuilibet Episcopatui præferendum? Sed etsi distat cathedrarum gratia, vna est tamen martyrum gloria, &c.* Addit post hæc, *in Apostolo Petro primatus Apostolorum excellenti gratia præeminet.* [n] Et in sermone de festo Petri & Pauli: *Solus*, inquit, *inter Apostolos meruit audire, amen dico tibi quia tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Dignus certe qui ædificandis in domo Dei populis lapis esset ad fundamentum, columna ad sustentaculum, clauis ad regnum.* [o] His conforme carmen illud sancti Paulini Nolæ Episcopi. *Bisseno princeps super agmine discipulorum Petrus.* Quàm specioso discursu, S. Petri monarchiam S. Maximus Tau- D rinensis Episcopus efferat, verba ista loquuntur. [p] *Hic est Petrus, cui Christus Dominus communionem sui nominis libenter indulsit. Vt enim, sicut Paulus Apostolus edocuit, petra erat Christus: ita per Christum Petrus factus est petra dicente ei Domino: tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Nam sicut in deserto iussu dominico sitienti populo aqua fluxit è petra: ita vniuerso mundo perfidiæ ariditate lassato, de ore Petri fons salutiferæ confessionis emersit. Hic est Petrus, cui Christus ascensurus ad patrem pascendas oviculas suas, agnosque commendat, vt quos ille pietate miseratione que redemerat, hic fidei suæ virtute seruaret. Et rectè sanè et arbiter occultorum Dei filius pascendas oues suas tuendasque commisit, cui nouerat in nutriendo grege dominico, nec studium deesse nec fidem.* Non minus clarè & conspicuè [q] Sanctus Petrus Chry-

h Optatus Mil. l. 2. contra Don.
i S. Aug. quæst. vet. & noui testamenti quæst. 75.
k S. Matt. 17.
l S. Matt. 26.
m Idē S. Aug. contra Donatistas c. 1.
n Idem serm. 5. de festo S. Petri & Pauli.
o S. Paulinus Nolan. nat. 4. felicis.
p S. Maximus Taur. Episc. hom. in natal. Apost. Petri & Pauli.
q S. Petrus Chrys. ser. 78

sologus de hac sancti petri Monarchica sublimitate multis in locis, duobus præcipuè, locutus est, primo sermon. 78. cum ait: *Petrus misit se immare, vt esset primus in reditu, qui acceperat in ordine principatum*, & serm. [a] 554. *Petrus Apostolici chori vetustum teneat principatum, aperiat intrantibus regnum cælorum, reos potestate vinciat, pœnitentes clementer absoluat.* [b] Arnobius Romanus: *Ecce*, inquit, *Apostolo* (scilicet petro) *succurritur, qui est Episcopus Episcoporum, & maior gradus redditur ploranti, quàm sublatus deneganti. Quod vt doceam illud ostendo: quod nullus Apostolorũ nomen pastoris accepit: Solus enim Christus Dominus dicebat: Ego sum pastor bonus: me* (inquit) *sequuntur oues meæ. Hoc ergo nomen sanctum & ipsius nominis potestatem post suam resurrectionem Petro pœnitenti concessit: & ter negatus negatori suo, hanc quam solus habuit, tribuit potestatem, vt non solùm recuperasse, quod amiserat probaretur, verùm etiam & multo amplius pœnitendo quam negando perdiderat, acquisisse*: Eucherius verò Lugdunensis sanctum petrum non solum populorum Christianorum, sed & pastorum rectorumque populi principem ac pastorem summum itá profitetur. [c] *Dicit Dominus Petro: Pasce oues meas; prius agnos, deinde oues commisit ei, quia non solùm pastorem, sed pastorem pastorũ eum constituit. Pascit igitur Petrus agnos, pascit & oues, pascit filios, pascit & matres, regit & subditos & prælatos. Omnium igitur pastor est, quia præter agnos & oues, in Ecclesia nihil est.* [d] Hinc illud Poëtæ Christiani.

a Idem serm. 554.

b Arnob. in Psal. 138. anno 440. *Solus Petrus ex omnibus Apostolis meruit nomen cum Christo Domino pastoris.*

c Eucherius Lug. serm in vig. Pet. anno 450. *Sanctus Petrus princeps & pastor pastorum Ecclesiæ.*

d Arator. li. 1. hist. Apost.

----- Cui tradidit agnus,
Quos passus saluauit oues totumque per orbem
Hos auget pastore gregem, quo munere summus,
Surgit, & insinuans diuina negotia coram,
Sic venerandus ait, &c.

Et post hæc:

Ferrea quid mirum si cedunt ostia Petro,
Quem Deus ætherea custodem deputat aula?
Ecclesiaque sua faciens retinere cacumen,
Infernum superare iubet?

Sanctus Isidorus Hispalensis de vita & morte Sanctorum hæc habet. [e] *Simon Petrus filius Ioannis frater Andreæ, Apostolorum princeps & confessor primus filij Dei, & discipulus, pastor humani gregis, petra Ecclesiæ, clauicularius regni, amator Domini atque negator, confitendo laudatus, negando lapsus, lachrymando purificatus, confessione probatus, passione coronatus; Cuius nomini ex opere datur titulus, ex merito potestas imponitur.* [f] Et libro secundo de officijs Ecclesiæ. c. 5. *In nouo testamento*, inquit, *post Christum sacerdotalis ordo ab Apostolo Petro cœpit, ipsi enim primus Pontificatus datus est in Ecclesia Christi, &c.*

e S. Isidor. lib. de vita & morte SS.

f Idem l. 2. c. 5. de officiis Eccles.

Nullus rebellis Monarchiæ S. Petri, à peccato liber & regnũ cælorum intrabit.

[g] Venerabilis Beda, *Ideo*, inquit, *beatus Petrus qui Christum vera fide confessus, vero est amore secutus specialiter claues regni cælorum, & principatum iudiciariæ potestatis accepit, vt omnes per orbem credentes intelligant, quia quicunque ab vnitate fidei vel societate illius quolibet modo seipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam Regni cælestis possint ingredi.* [h] petrus Damianus: *Et vt magis stupeas* (inquit) *non molestè tulit Andreas, quod in fide primus, factus est ordinis dignitate secundus, nec zelo ductus est quod Petrus qui eius ducatu posterior credidit, cuiusque ad fidem ipse præuius fuit, prioratus tamen inter Apostolos iura*

g Beda hom. in die SS. Petri & Pauli.

h Petrus Damianus serm. 3. de beato Andrea anno 1060.

A *suscepit.* Sanctus Anselmus in hæc verba Christi, [i] *quorum remiseritis peccata, &c.* Hæc ait: *Eam potestatem ideo quasi vni Petro concessit, specialiter vt ad vnitatem nos inuitaret: Ideo enim eum principem Apostolorum instituit, vt Ecclesia vnum quasi principalem Vicarium Christi haberet, ad quem diuersa Ecclesiæ membra recurrerent, si forte inter se dissentirent, quoniam si diuersa capita essent in Ecclesia, vnitatis vinculum rumperetur per diuersa schismata.* Iuo Carnotensis, [m] *Petrus*, inquit, *postquam Christum cum periurio negauit, culpam lachrymis diluens, non solùm Apostolus, sed etiam Apostolorum princeps mansit*: [n] Hugo à S. Victore Monarchiam sancti Petri comparatione huius facta cum sancto Paulo clarius illustrat, & fortius corroborat. *Sanctus Petrus*, inquit, *cæteris eminet excellentia potestatis, Paulus excellentia prædicationis. Petrus Sol, Paulus Luna. Petrus Sol per collatam sibi diuinitus potentiam, Paulus Luna per collatam sibi cælitus sapientiam. Luminare maius fecit Deus dum dicit Petro: caro & sanguis, fidei sacramentum tibi non reuelauit, sed Pater meus qui est in cælis: & illum tunc lucere in cœlo præcepit, dum illi claues regni cælorum tradidit. Luminare minus fecit dum Saulum strauit, & Paulum erexit, &c. Petrum Soli comparo, cum Petro soli dictum esse constet: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. petroque soli inter cæteros, & præ cæteris à domino cura pastoralis principaliter & specialiter iniuncta est, vbi dicit, pasce agnos meos, &c.*

i S. Anselm. in c. 16. S. Mat.

m Iuo Carnot. epist. 54.

n Hug. Vict. serm 64. de Apostolis petro & Paulo.

B

S. Petrus Soli & S. Paulus Lunæ assimilantur.

Omnia sancti Bernardi testimonia ad id quo intendimus accommodata recensere, longius esset quàm modus capitis scribendi pateretur, Vnum aut alterum attingamus, vt imprimis illud,

C [o] *Testis & Petrus, cui post trinam negationem, totius Ecclesiæ cura pastoralis commissa est.* Et serm. [p] 1. in die Petri & Pauli: *Quid Petro potentius, cui & terra obediuit, cùm mortuos reddidit, & mare sub pedibus eius se calcabile præbuit, qui Simonem Magum spiritu oris sui in aere attigit, qui claues regni cælorum tam singulariter accepit, vt præcedat sententia Petri sententiam cæli?* [q] Et Eugenio Papæ scribendo dicebat: *Locus in quo stas terra sancta est, locus Petri, locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius: locus illius est quem constituit Christus Dominum domus suæ & principem omnis possessionis, merito tali pastori, tali nutritio commissa est Ecclesia: cùm adhuc tenera, adhuc in cunabulis esset: cuius docto magisterio, & exemplo educata omnia terrena calcaret.* Cætera transeo etiam his commemoratis clariora, quia aut iam recitata superius, aut in sequentibus discursibus postea

o S. Bernard. ser. 3. de septẽ misericordiarũ fragmentis

p Idem ser. 1. in die SS. Petri & Pauli.

q Epist. 237. ad Eugeniũ.

D commemorabuntur. Grauis illa Magni Alberti sententia in hanc veritatem, quam mordicus certitudine fidei defendimus inclinatione consensus eruditionisq; maximę propendet. Cùm sic in c. 10. sancti Matthæi commentatur. [r] *Petrus primus dignitate non vocatione propter quod dicitur vertex Apostolorum, &c.* Et postea: *Attende quod licet Petrus vertex dicatur primus, non tamen Andreas secundus dicitur, nec Philippus tertius, & sic deinceps: sed omnes secundi sunt à Petro, ad iurisdictionem: quia non vnus sub alio, sed omnes sub petro.* [s] Et in caput 16. eiusdem Euangelistæ, in hæc verba (*dico autem tibi*) *Singulariter: non quod singulariter acceperit claues petrus, sed quia in vnitate ordinis Ecclesiæ vnus est qui accipit plenitudinem potestatis, qui est successor petri, & petrus in potestate.* Non progre-

r Alb. Magn. in c. 10. S. Matt.

s Ibidem.

t Idem in c. 16. S. Matth.

A grediar vlterius, & in vnica sanctæ Thomæ doctoris Angelici, reliquis silentio missis, sententia conquiescam: qui aduersus Græcos hæc disputando loquitur, [a] *Habetur ex Græcorum doctorum authoritatibus, quod Romanus pontifex in Ecclesia plenitudinem potestatis habeat. Dicit enim Cyrillus patriarcha Alexandrinus in libro Thesaurorum: Sicut Christus accepit à Patre sceptrum Ecclesiæ gentium ex Israel egrediens, super omnem principatum & potestatem, super omne quodcunque est, vt ei cuncta curuentur: sic & Petro & eius successoribus plenissimam potestatem plenissimè commisit, vt etiam nulli alij quàm Petro Christus quod suum est plenum ipsi soli dedit, &c. hoc etiam traditur auctoritate scripturæ.* [b] *Nam Dominus Matthæi 16. vniuersaliter Petro dixit: quodcumque solueris super terram, &c. ostenditur etiam quod Petrus Christi vicarius sit: & Romanus Pontifex Petri successor in eadem potestate ei à Christo collata.*

a S. Thom. li. 2. contra errores Græcorum cap. 32.

b Matt. c. 16.

B Atque tot tamque multa, tantæ fidei & auctoritatis S. Scripturæ, Conciliorum œcumenicorum, Rom. Pontificum & Imperatorum, SS. patrum doctorumque Ecclesiæ vtriusque orientalis & occidentalis orbis, testimonia firma & inexpugnabilia, veritatis ac fidei Christianæ propugnacula ipsos tenebrarum filios noctiuagos, hæreticos schismaticis aliisque monarchomachis sociatos minime mouere valuerunt. Quos in superbiæ maniam actos malitia excæcauit. Quos non pudor à turpitudine, non Ecclesiæ Christi D. sponsæ auctoritas à rebellione, non veritas à mendacio, non religionis sanctitas ab impietate, non fides Catholica ab errore, non ratio à furore, non denique spiritus S. gratia à voluntaria perditione reprobationeque reuocate potuerunt.

Contra infamias hæreticorum.

C Quin potius in peiora ruentes suas impietates, hæreses ac schismaticas insanias, superbia audaciaq; phrenetica corroboratas, obstinatius immaniusque confirmarunt. Ne sitita! nonne [c] Marsilius ille hæresiarcha patauinus sceleratæ vitæ, Apologia ad Ludouicum Bauarium non minus arroganter, quàm pertinaciter asseruit *D. Petrum immediatè à Deo nullam habuisse super reliquos Apostolos aut Christi discipulos iurisdictionem, aut potestatem, qua eos, vel in sacerdotali officio ordinaret, vel ab alijs segregaret, vel aliquo mitteret ad suum officium exercendum?* Sunt ipsissima verba sceleratissimi hominis. [d] par illi scelere & infidelitate Ioannes Vuiclessus. Nonne eo venit amentiæ, *vt hæreticos illos blasphemando appellauerit, qui S. Petri Monarchicum in omnem Christi D. Ecclesiam principatum Catholica instructi fide confitebantur? Erubescant,* inquit, *hæretici dicentes, quod*

Hæretici qui S. petri Monarchiam oppugnarunt.

c Marsil. Patauin apolo ad Ludouic. Bauar.

d Ioan. Vuicl. l. de Antich c. 6.

D *Petrus cæteris Apostolis excellentiorem potestatem habet, quia est Episcopus Romanorum.* Addit insuper blasphemiæ mendacia, hoc impiorum tenore verborum: *Tres principales Apostoli non contulerunt sensum, vel notitiam Euangelij sancto Paulo, sed Iacobus qui erat Episcopus Hierosolymis, vbi Christus fuit Episcopus, à Deo in hoc Euangelio Simoni anteferatur.* Huius impietatis assertor atque sectator Ioannes Huss hunc blasphemiæ errorisque fœtorem ore rabido exhalauit. [e] *Petrus non est nec fuit caput Ecclesiæ Catholicæ.* Si sit in recentiora descendendum tempora, nouorum hæreticorum errores, quo viciniores nobis, eò magis execrabiles animaduertemus. Nónne hæc impia nefandissimi hæresiarchæ Lutheri verba sunt? [f] *Omnes Apostoli æquales fuerunt Petro, & nullum eorum ipse elegit, fecit, confirmauit, misit, aut aliquid illis mandauit.*

e Ioan. Huss artic. 7. à Martino 5. cōdemnato.

f Lutherus in assertionibus artic. 25.

A Quanta in vna periodo mendacia, quanti errores, quales imposturæ, vt ex his quæ iam dicta sunt constat, & ex his quæ sequentur apparebit. Caluinus verò præceptore Luthero sceleratior, quid in institutionibus? Nonne illius contestatio hæc impiaque assertio? [g] *Petrum fuisse vnum ex duodecim parem reliquis, socium non dominum, neque aliud posse colligi ex scripturis.* Quàm audacter impudens! quàm sine pudore, illi semper extraneo, mendax! quam dissimulat: sed quam potius Christi Domini institutionem adulterat! Quanta impostura! S. petri monarchiam Ecclesiasticam spiritualemque ex sacris non posse colligi scripturis. Cuius generis impostutæ sunt vndecim [h] illa Centuriatorum argumenta plena erroribus, mendacijs scatentia, fraude non vulpina sed diabolica contaminata: quibus Ecclesiasticam

g Caluinus l. 4 inst. c. 6 §. 7

h Centuriat. cent. 2. l. 2.

B S. petri monarchiam ad inania redigere, in planumque effundere moliuntur. O cæcitatem pertinacia superbissima genitam, diabolica fraude propagatam istorum hæreticorum, & schismaticorum, qui cum illis eumdem veritatis Christianæ murum sua rebellione arietant, deplorabilem atque miserabilem, in tanta claritate, tamque multa testimoniorum sanctorum veluti diuinæ sapientiæ fideique Christianæ radiorum luce, solem veritatis videre non posse!

CAPVT VIII.

C Quod sanctus Petrus etiam respectu Apostolorum fuerit vniuersalis Ecclesiæ Monarcha & pastor supremus.

1. *A Christo Domino potestas Ecclesiastica in Petro collocata, & ab illo in omnes tanquam à capite in omnia membra diffusa.*

2. *Quas ob causas sanctum Petrum Christus Dominus suæ Ecclesiæ voluit creare caput supremum, principem ac Monarcham.*

3. *De varijs potestatibus à Christo, omnibus Apostolis vna cum sancto Petro datis, quarum alias per se immediatè dedit, alias mediatè, & per sanctum Petrum propter*

D *illius super cæteros Apostolos eminentiam supremæ potestatis, quæ vulgari nomine primatus Monarchicus appellari solet.*



X his omnibus quæ superioribus capitibus de sancti petri Ecclesiastica dominatione principatuque fuse copioseque disputata sunt manifestum satis innotuit, D. petrum Domini vicarium, non modò populorum, item etiam pastorum, rectorum, principumque Ecclesiæ (sicut Christus Dominus ordinauerat,) pastorem summum Monarchamque quoad vixit extitisse. Nec solum pastorum com-

S. petrus respectu Apostolorum Ecclesiæ est monarcha.

munium & Epiſcoporum, verum & ipſorum Apoſtolorum, licet ipſi ſuam à Christo D. immediatè poteſtatem ſuper omnes fideles diuerſorum orbis climatum incolas auctoritatemque via extraordinaria deduxiſſent. Quod quidem in hoc capite amplius probare nobis incumbit. *Nam Chriſtus Dominus*, [a] vt ſanctus Leo diuinitus more ſuo loquitur, *Euangelici muneris ſacramentum, ita ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in ſancto Petro Apoſtolorum omnium ſummo paſtore principaliter collocaret, vt ab ipſo tanquam à capite viſibili dona ſua velut in corpus omne diffunderet.* Quæ præclara verba propter eminentiam virtutis & energiæ [b] ſacris canonibus mater Eccleſia columna & firmamentum veritatis conſecrare voluit. Propter quod inquit alibi [c] ſanctus & grauiſſimus orator: *dicitur*, ſcilicet à Domino, *beato Petro Apoſtolo, tibi dabo claues regni cælorum, & quæcumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis. Tranſiuit quidem in Apoſtolos alios ius iſtius poteſtatis, ſed non fruſtra vni commendatur, quod omnibus intimetur. Petro enim ſingulariter hoc creditur, quia cunctis Eccleſiæ rectoribus Petri forma proponitur.* Scilicet tamquam paſtoris ac principis omnium, ad cuius exemplar totius orbis Chriſtiani prælati præfectique componi debeant. [d] Quod alia ſacra iura veritate nitentia comprobant. Cui veritati conſentiens doctor angelicus, dicebat hoc. [e] *Quamuis omnibus Apoſtolis data ſit communiter poteſtas ligandi, & ſoluendi, tamen vt in hac poteſtate aliquis ordo ſignificaretur, primo ſoli Petro data eſt, vt oſtendatur quod ab eo in alios debet iſta poteſtas deſcendere.* Idem S. Doctor [f] illud ipſum confirmat dicendo: *Quod Dominus ſoli Petro promiſit, tibi dabo claues regni cælorum, vt oſtenderetur quod poteſtas clauium erat per eum ad alios deriuanda ad conſeruandam Eccleſiæ vnitatem.* Quæ vna eſt ex cauſis, propter quas Chriſto Domino ſancti Petri principatum ſuper Apoſtolos alioſque fideles inſtituere placuerit, vt hac poſita vnitate dominationis, ſicut fidei, firmiterque ſtabilita, ab Eccleſia ſua omnem diuiſionis atque ſchiſmatis anſam occaſionemque præſcinderet: *inter duodecim*, inquit [g] Hieronymus, *vnus eligitur, vt capite conſtituto ſchiſmatis tollatur occaſio.* Deus immortalis! quanto diſcordiarum, confuſionum, diuiſionumque incendio Chriſtiana Reſpublica toto terrarum orbe diffuſa hoc viſibili deſtituta capite principéque conflagraret? quanto ſeditioſorum tumultu nutaret? quantis rebellionum fluctibus tempeſtatibuſque concuſſa mergeretur? inſuper hunc ſancti Petri cæteris fide clarioris ac charitate feruentioris monarchicum ſuper omnes Apoſtolos fideleſque dominatum, efferre & attollere voluit Dominus, vt ſuæ regimen Eccleſiæ ab vno principe gubernatio optima regendi forma monarchica ſcilicet illuſtratum ſuper omnia mundi regna fulgentius illuſtriuſque redderetur. Tertio hunc ſanctum Petrum ab omnibus fidelibus ab ipſis præcipue Apoſtolis principem monarchamque agnoſci voluit, ſicque ſuæ pareretur voluntati: vt omnia in ſuo regno ſpirituali in terris, ſicut in cælis, bene ordinata directaque eiuſdem rationis & formæ admirabili proportionis præclaræ capitis viſibilis ad reliqua membra eiuſdem corporis myſtici Domini, quod eſt Eccleſia, pulchritudine decorata cernerentur. Ideoque viſibili ſuæ ſponſæ paſtorem ac principem ca-

[a] S. Leo epiſt. 87.
[b] Can Dominus, diſt. 19.
[c] S. Leo ſer. 3. de nat. Apoſt. Petri & Pauli.
[d] Can. loquitur. 24. q. 1. in can. fundamentum de elect. in 6.
[e] S. Thom in 4 ſent. di. 24. q 3. art. 2. quæſt. 3. ad 1. arg.
[f] D. Thom. l. 4 contra gẽtes c. 76.
2. *Cauſa ob quas S. Petrũ omnium principem Apoſtolorum fieri voluit Chriſtus Dominus.*
1. *Ad vnitatẽ ſeruandam.*
[g] S. Hieron.
2. *Cauſa, vt eſſet regimen Eccleſiæ omniũ præſtantiſſimum.*
3. *Cauſa, vt pulcherrimus ordo ac proportio in Eccleſia appareret.*

A putque viſibile deſtinauit, vt omnem inordinationem confuſionemque ab ea diſcuſſam ſemper arceret, & æterno diſſidio procul âmandaret. Itaque primus Eccleſiaſticæ monarchiæ dominator ac rector ſanctus Petrus Syro nomine Cephas appellatus eſt, quod non ſolùm ſignificatione vulgari petram, ſaxum, aut rupem ſignificat, ſed etiã dilucidatione rei per vocem, principium & caput oſtendit. Sicut ſaluator noſter vniuerſorum Dominus, ſe ipſum lapidem atque caput effectum eſſe profitetur. [h] Cum iuxta veterem propheti㠠Dauidis in Euangelio dixit: *lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.* Propterea [i] Papa Anacletus Græcæ vocis figura minime deceptus, Cephas rem ipſam interpretãs caput eſſe declarauit. κεφαλὴ enim Græce, caput
B Latinè vertitur, qui rem ipſam potius exponens quam Syriacum verbum, Latino vocabulo reſtituens principium à quo ordo proficiſcitur, erudiſſima expoſitione interpretatus eſt. [k] Ideo S. Hieronymus orientalium linguarum peritiſſimus, latentes in intimis litteræ penetralibus ſacræ Scripturæ ſenſus eruens, S. Petrum Eccleſiæ fundamentum, Cephas corporis Chriſti principem & caput eloquentiſſima loquendi formula nominauit. Cuius expoſitionem Poëta Chriſtianus non indecore, ſed venuſtè hoc ſuaui carmine amplexatus eſt [l].

Nomen erat Petro Simon ab origine, ſed cum
Vellet eum Deus eſſe baſim templo ædificando
Fecit ei ſolidæ nomen de nomine petræ,
Poſteritas quia rector erat clauiumque tenebat:
Appellare Cepham voluit: quæ nomina Graii
A ſermone trahunt, ſicut ſonus indicat, ortum.

C Ita Chriſtus Dominus S. Petrum non ſolùm fundamentum, ſed etiam viſibile caput Eccleſiæ ordinauit eſſe, vt Monarchia Eccleſiaſtica, perpulchra aptaque diſpoſitione ordinata fulgentior appareret. Prioribus cauſis quartam adiungam, quæ in conformitate atque ſimilitudine Eccleſiæ militantis cum triumphante ſita eſſe videtur. Vt enim in illo ſanctuario cæleſti, vnus præter Deũ, Angelus omnibus ſublimitate dignitatis, auctoritatis atque poteſtatis, vt pluribus ſupra demonſtrauimus, præpoſitus prælatuſque ſupremo dominatur imperio: ſic in Eccleſia militante talem ordinem conſpicere dominandique formã perfectiſſimam ſpeculari deceat. De qua egregia præſidendi ratione hæc eleganter S. Leo, [m] *vnus*, inquit, *de toto mũdo eligitur Petrus, qui & vniuerſarũ gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis cunctiſque*
D *Eccleſiæ patribus præponatur, vt quamuis in populo Dei multi ſacerdotes ſint, multique paſtores, omnes tamen regat Petrus, quos principaliter regit & Chriſtus.* Sanctum propterea militantis Eccleſiæ imperium principatumq; vnum fideles omnes eſſe confitentur: non ſolùm quia vnum Deum agnoſcit, agnitumque ſupremo cultu veneratur: cum & ipſi hodie reprobi Iudæi, Turcæque Deum vnum non plures admittant: nec ſolùm quia redemptorem mundi filium Dei vnicum pro nobis in cruce paſſum, recognoſcens adorat: cùm omnia hæreticorum conuenticula ſe etiam noſſe ac venerari Chriſtum redemptorem mundi, quanta poſſunt, falſo licet, vociferatione cõtendant. Verùm hanc imperij Eccleſiaſtici vnitatem aſſeueratione Catholica proclamamus, quod huic ſit vnicum caput & princeps viſibili forma conſpicuus, eiuſdẽ cum myſtico Chriſti corpore naturæ conditioniſ-

S. Petrus Cephas dictus eſt ſcilicet caput Græco vocabulo quod etiã ſaxum ac petrã ſignificat Syro vocabulo.
[h] S. Matth. 21. Pſal. 117.
Chriſtus D. & petra & caput dictus.
[i] S. Anacl. Papa can. ſacroſancta. di. 22. inter beatos Apoſtolos c. 101.
[k] S. Hieron. l. de obitu SS.
[l] Bapiſta Mantuan. lib. de ſacris diebus de Mart. SS. Petri & Pauli.
4. *Cauſa, vt ſimilior eſſet Eccleſia militans triumphanti.*
[m] S. Leo ſer. 3 de paſſione Domini.
Ab vnitate capitis vnitas Eccleſiæ dependet.

que iure fruens. Quod quidem fidei Chriſtianæ dogma & axioma S. Paulus expreſſum eleganter illuſtrauit, cùm Epheſios ad fidem conuerſos ad retinendam corporis myſtici vnitatem magno incenſus diuini amoris æſtu cohortando dicebat: *Vnum corpus, & vnus Spiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium:* Notandũ & obſeruandum diligenter, quod partitione facta explicatè diſtinxit vnum Dominum ab vno Deo, ſicut interpunctione vnam fidem ab vno baptiſmate ſeparauit: vt nos ad originem fontemque Eccleſiaſticæ vnitatis veluti manu deduceret, quæ maximè in eo conſpecta ſplendet: quod corpus Chriſti Domini myſticum quod eſt Eccleſia variorum diuerſorumque membrorum oculis ſubiectorum corporeis compage Spiritus ſancti gratia, diffuſa per omnes huius corporis partes aggregatum atque coagmentatum ab vno capite ſenſibus obuio ſuæ ſocietatis & vnitatis vigorem virtutemque mutuetur & acquirat. Atque Eccleſiam vno capite inuiſibili & ſponſo Chriſto D. eſſe contentam, minimèque viſibili, ab inuiſibili virtutem omnẽ depromente capite ipſam opus habere, mordicus aſſerere, hæreticum eſt. Quamuis enim ſicut ſalutari eruditione diſciplinaque à SS. patribus præſertim à magno illo Antiſtite [b] Ambroſio didicimus, *Chriſtum Dominum ſingulorum ſacramentorum non ſolùm authorem, ſed intimum etiam præbitorem habeamus (Nam ipſe eſt qui baptizat, qui abſoluit, qui ſuorum virtute verborum S. Sacramentum ſui corporis admirabile conficit) nihilominus homines ſacramentorum miniſtros externos inſtituit*: Sic Eccleſiæ ſuæ, quam licet ſpiritus ſui benedictionibus intus alat, totamque intimo ſuarum virtutum fluxu motuque viuificatam, vt ipſius caput principale inuiſibili gratia moderando ſuſtentet: hominem tamen ſuæ ſequeſtrum auctoritatis ac poteſtatis diuinæ vicarium miniſtrumque ſuprema eaque monarchica dignitate fulgentem illi præficere voluit. A quo alij operatores Euangelij animarumque rectores iuridicam poteſtatem acciperent: qua in partem ſolicitudinis vocati, omnium fidei populorum ſaluti proſpicientes, cęleſtis glorię bene viuentibus, Eccleſiæque matris ſanctæ iuſſa affectu docili capeſſentibus, aditum portaſque reſerarent. Qua in re, vt hanc reliquorum Eccleſiæ paſtorum præcipue vero Apoſtolorum iuriſdictionem poteſtatemque canonicam bene ordinatam penitus monarchico ſui vicarij ſancti Petri principatui ſubditam eſſe omnes intelligerent: ex omnibus officijs atque poteſtatibus ad quorum iura vſuſque ſuos Apoſtolos honorifice prouexit, Chriſtus Dominus præcipuis illos donare per ſui vicarij S. Petri miniſterium, mediante ſupremæ eius authoritatis collatione cohoneſtare voluit. Notentur iudicij maturitate prudenterque ponderentur illa ſancta planèque diuina munera atque dona, quibus ſuos Dominus Apoſtolos in terra ſublimauit: duo præcipua quæ ad iuridicã magnificentiã imperiũq; exterius recta flectuntur atq; diriguntur, nõ niſi per S. Petri paſtoralẽ monarchicamque dignitatem illis fuiſſe conceſſa reperiemus. Octonario circo hæc omnia dona poteſtateſque concludamus: Sex primas omnibus vna cũ S. Petro immediata traditione, à Chriſto Domino fuiſſe largitas, at non duas vltimas inueniemus [c] Primum donum atque virtus fuit poteſtas pa-

a Eph. 4.

B

Chriſtus quamuis ſuam interiori ac inuiſibili virtute regat Eccleſiam, nihilominus exteriori iuriſdictione voluit illam moderari per viſibilem vicarium S. ſcilicet Petrum & eius ſucceſſores Rom. Pontifices.

b S. Amb. in c. 5. S. Lucæ.

C

D

Chriſtus Dominus octo poteſtates ſuis dedit Apoſtolis, quarum ſex immediatè duas mediata per D. Petrum.

c S. Anton. in 3. p ſummæ tit. 23. c 5. Iacobatius l. 10. art. 7. Petrus de palude tractat de poteſtat. Eccleſiaſt.

A

trandi miracula, quam Dominus omnibus vna cum S. Petro Apoſtolis impertitus eſt: [d] qua ſpiritus ab obſeſſis corporibus immundos extruderent, omnem languorem omnemque infirmitatem curarent; multa alia naturæ terminos egredientia, facta pro ſalute mũdi diuinitus operarẽtur. Quã miraculorum virtutem, quamuis immediate à Chriſto ſine Petro Apoſtoli receperint, tamen ſub ipſo atque minorem quàm ipſum eos credendum eſt accepiſſe. In ipſo mirabilium virtutum vſu omnes S. Petro primas ſemper cum reuerentia deferendo. An eſt qui dubitet, primum miraculum à ſancti Spiritus aduentu ab actione S. Petri, virtute diuina fuiſſe patratum? Cum infirmo vtroque claudicanti poplite dixit in Actibus. [e] *Argentum & aurum non habeo, quod autem habeo hoc tibi do, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula.* Quanta porro virtus operandi miracula, in S. Petro fuit hæc, per eius ſolũmodo vmbram corporis ægros & infirmos à deſperatis morbis languoribuſque curari? vt [f] Apoſtolorum geſta dictaque proclamant.

Secundum donum Apoſtolis datum illis commune cum ſancto Petro fuit, poteſtas conuertendi populos toto orbe diſperſos virtute prædicationis Euangelicæ, eoſque Chriſto Domino ſemine diuini verbi parturiendi. [g] *Euntes in mundum vniuerſum docete omnes gentes*, S. Marci vltimo [h] *Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ, &c.* [i] *Illi autem profecti prædicauerunt, vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.* In quo prædicandi munere & officio Apoſtolis occupatis iam virtute indutis ex alto Chriſto redemptore in carne glorioſa omnes prætervecto cælorum orbes ſanctus Petrus tunc conſtitutus, & agnitus vniuerſalis eccleſiæ paſtor, & princeps, præfectus monarchica poteſtate dominabatur, eos inſtruens ac erudiens in aſſerenda credendaque fidei veritate, ſi qua de religione morumque diſciplina ſuborta controuerſia, difficultaſque illorum animos ancipiti contẽtione dubioque diſtractos, agitauiſſent: quod clariſſimo in Actibus conſtat exemplo, [k] vbi mota quæſtione & excitata contentione contra Paulum & Barnabam de circuncidendis gentibus ad fidem Chriſti venientibus, & ad Moſaicę legis ſeruãda decreta cogẽdis, S. Petrus, vt paſtor & princeps omniũ, totã litem ſic concionando in magna frequentia, concioneque diſſoluit: *Viri fratres vos ſcitis quod ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum, audire gentes verbum Euangelij & credere, &c.* Vbi [l] Gloſſa Rabani ſuper hæc, *Per os meum*, ait, *non alterius ex Apoſtolis, id eſt qui primus prædicauit gentibus, primum ab eis iugum legis excutiam*: Ex quo clariſſime conſtat S. Petro datum à Domino, vt primus in officio cõcionandi ad conuertẽdas gentes occuparetur, omnes in hoc tam ſalutari munere primas Apoſtolos ei detuliſſe, concionantique arrectis auribus honorifice aſſurgẽtes aſtãteſque paruiſſe. Teſtis eſt ſacer Actorũ textus [m] primæ recordatus cõcionis, quã ex omnibus Apoſtolis in ipſo die S. Pẽtecoſtes S. Petrus habuit *ad annunciandũ* [n] *ambulantibus in regione vmbræ mortis, regnũ Dei, vt cõtritis corde mederetur, captiuis indulgentiã & clauſis apertionem prædicando.* Quod certè ſciens ſponſa Chriſti Domini bene à Spiritu ſancto erudita, & ſapienter informata hanc inter ſua decreta canoneſque ſacros veritatem referre di-

d S. Matt. 10. S. Luc. 9.

Prima poteſtas donum miraculorum.

e Act. 3.

f Act. 5.

2. Donum ac munus poteſtas prædicandi regnũ Dei omni creaturæ.

g S. Matt vlt.
h S. Marc. vlt.
i Ibidem.

S. Petrus etiam in officio prædicandi Apoſtolis præerat.

k Act. 15.

l Gloſſ. Rab.

m Act. 2.

n Act. 2. v. 14. 15. 16. &c. Iſaiæ 9.

o Iſaiæ. c. 61. v. 1.

p Can. in nouo diſt. 21.

A gnita est, qua filiorum suorum fidentet animis imprimeret sanctum Petrum ex omnibus Apostolis primum extitisse, qui à Domino ligandi soluendique potestatem accepisset, primumque qui populorum infidelitatis & improbitatis tenebris immersorum mentes prædicationis fungendo munere, fidei atque sanctitatis irradiatione illuminauisset. Et cum vniuersam Ecclesiæ suæ curam regimenque soli Petro, vt ordinario pastori suoque generali vicario demandauerit, dicendo pasce oues meas, nullus reliquorum pastorum nascentis Ecclesiæ Apostolorumque vocatus in partem solicitudinis Ecclesiarum, ad oues Domini cibo doctrinæ salutaris pascendas, imperioque legitimo regendas voluit, aut debuit se nisi sancti Petri auctoritate fultus accingere. Qui supremæ in omnes terræ nationes à Domino immediatè potestatis acceptæ illis vsus copiam faceret, & exercitium, materiam potestatis subministrando atque designando, largiretur.

a S. Matt. 16.

3 Donum metere temporalia seminando spiritualia.

Tertium donum, quod omnes vna cum sancto Petro, immediate à Christo D. Apostoli perceperunt, fuit facultas temporalia merendi ab illis, quibus spiritualia seminabant. Quod dixerat Dominus: [b] *Dignus est operarius mercede sua*, propter quod confidenter dicebat Apostolus, [c] *si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est, si carnalia vestra metamus?* Quasi diceret, minimè magnum est, &c. hæc postea subiungens. [d] *Dominus ordinauit ijs qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere.* Quæ facultas temporalia metendi, prædicandi, baptizandique functioni seruiens, Apostolis à sancto Petro, vt Ecclesiæ principe Christique vicario, collata esse creditur, ne forte quis eorum *falcem suam in alienam messem mitteret.* Ideo sancti Petri incubuit authoritati Spiritu sancto interius inspirante, vnicuique Apostolorum suas terræ partes, veluti diœceses assignare: quas spirituali cultu potenter exaratas verbi diuini semine fœcundarent. Sicut [e] Iosue deuictis ac triumphatis regibus terræ Canaam, Israelitis subse victoribus terram *In funiculo distributionis diuisisse* legimus. Quam Dominus non ipse Iosue in hæreditatem populo sibi tunc bene seruienti dederat.

b S. Matt. 10.
c 1. Cor. 9.
d Ibidem.

S. Petrus, vt princeps Ecclesiæ partes terra ad prædicandum Apostolis assignauit, per eum loquente Spiritu sancto.

e Iosue c. 19. v. 4. &c.

Quartum donum facultas baptizãdi data Apostolis ante passionem

Quartum donum fuit potestas baptizandi similiter omnibus cum sancto Petro Apostolis immediato Christi D. largita munere, etiam ante eius crucis patibulum, vt patet ex cap. [f] 1. & 3. sancti Ioannis: quod sancti Augustini confirmatur authoritate [g] in canonem relata dicentis: *Quando ab Hierosolymis exijt Iesus cum discipulis suis in Iudæam terram, & illic morabatur cum eis, baptizabat non per se ipsum, sed per discipulos suos: quos intelligimus iam fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis* (sicut nonnulli arbitrantur) *siue*, quod magis credibile est, *baptismo Christi.* Ibidem addit sanctus Augustinus. [h] *Respondit Dominus Petro qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Vbi*, inquit sanctus Pater, *intelligitur quod iam Petrus baptizatus fuerat, sed à quo porro baptizatus? nisi priuilegio singulari ab ipso Christo Domino? cæteri Apostoli ac discipuli, ab ipso sancto Petro & ab alijs Apostolis.* Hoc docet Clemens [i] Alexandrinus apud Sophronium in prato dicens: *Christus dicitur solum Petrum baptizauisse. Petrus Andream, Iacobum, & Ioannem: illi autem reliquos, &c.* Et ante eum Euodius Episcopus Antiochenus hæc apud [k] Nicephorum commemorans: *Christus manibus suis*, inquit, *Petrum tantummodo baptizauit, Petrus porro Andream, & filios Zebedæi, ij denique reliquos Apostolos, septuaginta autem illos Petrus & Ioannes dictus Theologus baptizarunt.* Hæc ille. vt post Christum Dominum, à quo omnis baptismi virtus & gratia manat, ministerium baptizandi ab ipso Apostolorum principe ortum & originem suam traxisse videatur, licet baptizandi potestatem ab immediata Christi donatione deriuatam omnes illi deprompsissent.

f Ioan. 1. & 3.
g D. Aug. epi. 108. ad Seleucianum can. quando ab Hierosolym. dist. 4 de consecrat.
h Idem ibi.

Solus ex Apostolis Petrus à Christo Domino baptizatus est.

i Clemens Alex. apud Sophronium in prato c. 75.
k Euodius apud Niceph. l. 2. c. 3.

Quintum donum potestas conficiendi corpus Christi.

Quintum donum immediate omnibus à Domino concessum est sacerdotalis dignitas, facultasque conficiendi corpus ac sanguinem Christi Domini verum in sacramento altaris, quam omnibus vna cum Petro in die sanctæ Cœnæ in sacra

B mensa secum sociatis Dominus per hæc verba largitus est. [l] *Hoc facite in meam commemorationem.* Quibus æquipollent illa verba, quæ in sacerdotis ordinatione ab Episcopo proferuntur. Nam quod dicitur, *Hoc facite*, scilicet, potestatem accipite hoc faciendi, eadem plane significatione, & intelligentia illis cohæret verbis atque respondet: *Accipite potestatem celebrandi seu conficiendi corpus meum*, hæc siquidem Christi Domini verba, *hoc facite, &c.* cùm nihil aliud significatione quam ista complectantur, scilicet, *corpus & sanguinem meum verè ac realiter sacramentali virtute conficite.* Quod facere nisi verus sacerdos nullo modo potest: vt sacra Ecclesiæ iura canonesque testantur. [m] Propterea Christus in illo sacro realique sui corporis sanguinisque conuiuio post typicum atque paschale, suos

l S. Luc. 22.

m Ca. 1. §. vna de summa Trinitate, & in c. erat dist. 95.

C Apostolos nouæ legis sacerdotes ordinauit. Illud verbum, *facite*, magis est verbum potestatem conferentis, quam præcipientis: quasi illis diceret Dominus. *Hoc facite*, id est potestatem faciendi accipite, illamque potestatem à prolatione sacrorum Christi verborum illico susceperunt: licet huius potestatis exercitium in tempora suæ perfectæ confirmatæque sanctificationis post aduentum Spiritus sancti, per quem induti sunt virtute ex alto, distulerint.

Apostoli non nisi post aduentum Spiritus S. celebrarunt missam.

Sextum donũ potestas soluendi aut ligandi in foro cõscientiæ.

Sextum donum fuit potestas ligandi aut soluendi in foro conscientiæ, data omnibus Apostolis à Christo Domino in Cœna Domini, vt fert [n] communior & probabilior doctorum sententia, qua potestate omnes fuisse donatos Apostolos asseritur [o] in cap. in nouo dist. 21. & cap. [p] 1. §. vna de summa Trinitat. in qua omnes fuisse sancto Petro pares & æquales, lex pontificia docet [q] can. loquitur 24. q. 1. can. in nouo dist. 21.

n Vide Iacobatium, lib. 10. art. 7.
o Can. in nouo dist. 21.
p c. 1 vna de summa Trinit.
q Can. loquitur 24 q 1 &c.

Septimum donum pontificalis authoritas solo Petro data à Deo immediate, cæteris mediate.

D Supersunt duo dona, quæ data quidem à Christo omnibus Apostolis, at non largitione immediata, sed per sanctũ Petrum mediante eius summa œcumenici pastoris authoritate: quorum primum fuit potestas pontificalis, quam solus à Domino sanctus Petrus immediata emanatione suscepit. Quod eum solum saluator noster Episcopum immediate creauerit, cæteros interposita sancti Petri potestate, vel ab eo solo, vel cum alijs ad Episcopatus apicem mediate prouexerit: vt perspicue textus [r] in can. porro 66. distin. demonstrat. vbi dicitur, *Iacobum Alphæi Hierosolymorum, à sancto Petro, Iacobo maiore & Ioanne*, Episcopum fuisse creatum. Hinc necessario consequitur Apostolos omnes vna cum sancto Petro Episcopos non fuisse à Christo Domino simul ordinatos. Cùm Episcopus semel

r Can. porro dist. 66.

Hoc quoad diœceses & quoad personas.

a Cap. 1. dist. 58.

ordinatus denuo consecrari [a] non possit. Hoc enim fieri Ecclesiastica iura reclamant. Nec nos obiectio quorumdam in sancti Augustini testimonio fundata mouere debet, [b] *qui lib. de quæstionibus veteris nouique testamenti omes Apostolos à Christo Domino factos fuisse Episcopos asserit.* Nam solutio in promptu est, omnes quidem Christus Dominus fecit Episcopos, sed posita hac distinctione ac differentia, nimirum Petrum per se ipsum, cæteros per Petrum Vicarium suum Episcopos ritè consecrauit. Solus quippe D. Petrus pastor fuit summus creatus à Domino illi dicente, & tribus vicibus iterante, *Pasce oues meas:* eique soli potestatis plenitudinem largiente cæteris solum in partem solicitudinis ab ipso Domino vocatis: vt [c] canonicæ leges Ecclesiæque decreta confirmando posteritati mandarunt. Adeo vt vbicumque aliter factum esse reperitur nullatenus dubitandum asserere, ibi Episcopum pro simplici sacerdote collocari: vt in illo Actorum loco, *posuit vos Episcopos*, scilicet sacerdotes, prout Beda venerabilis [d] interpretatur. Cuius interpretatio sacro [e] Canone verificata corroboratur. Sic locus ille Actorũ primo venit intelligendos, *Episcopatum eius accipiat alter: scilicet, sacerdotium seu presbyteratum*, vt exponit sanctus Antoninus, vel vt vult Petrus de Palude, Episcopatum, id est, Apostolatum eius accipiat alter.

b Obiectio ex D. Aug. authoritate l. quæst. veteris & noui test. solutio.

c Can. decreto 2. q. 6. can. multum 3. q. 6. can. qui scit 2. q. 6.

No. Quomodo cognoscitur in scripturis Episcopum pro simplici poni sacerdote.

d Beda in Gloss. act. 20. posuit vos Episcopos.

e Can. legim. dist. 93. S. Ant. 3. part. tit. 23. c 5. §. 2.

Petrus de Palud. Tract. de potest. Eccl.

Donum octauum & vltimum potestas iurisdictionis contentiosa soli Petro à Christo immediatè data.

Alterum è duobus quod est octauum & vltimũ donũ dicitur potestas iurisdictionis in foro cõtentioso seu regiminis, quã saluator noster soli per se & immediate Petro largitus est cæteris, non nisi mediate interiecta S. Petri auctoritate, quod in verbo & præscripto Dei fundatur dicentis ad Petrum. *Pasce oues meas*: quę sunt dantis iurisdictionẽ & administrationem, vt sacri [f] canones ostendunt. Nec enim pastor, aut princeps vniuersi dici appellariue potest, qui iurisdictionem in omnes quibus dominatur non habeat, cui omnes docili obsequio subditi esse debent, secundum Deum si salui esse velint. Propter quod dici solet secundum Canones [g] Ecclesiæ pastoris sententiam, iustam, siue iniustam subditis timori esse debere. Atque hæc omnia dona, prærogatiuæ, potestates, priuilegia, facultates, dignitatesque summæ, quibus super omnes Apostolos Dominus S. Petro gratificare dignatus est, communi primatus nomine significatæ cõtinentur. Quo nomine apud Latinos primi summique loci authoritas exprimitur. Græce προεδρεῖον dicta scilicet prælatio: quæ licet aliis superiorum Ecclesiarum prælatis, vt Patriarchis, Archiepisc. quãdoque tribuatur, quos plerumque primatus appellatione decorari vsus Ecclesiæ constitutioque patiuntur, tamen propriè loquendo per excellentiam sine additione vocis καθ' ἐξοχὴν antonomasiamque nomen primatus, vt principem omnium sonat, qui vnus est in tota Ecclesia, soli Petro, Vicario Christi eiusque Rom. successoribus Pontificibus congrue competere institutoque Domini conuenire potest, in quo melioris notæ ac sanioris intelligentiæ Græci doctores patresque cum Latinis amica eaque sincera opinionis veræ doctrinæque coniuratione sociantur. Propter quod [i] Eusebius sanctum Petrum hoc Ecclesiæ primatu decoratum à Domino vocauit. τὸν ἁπάντων ἀποστόλων πρόηγορον, scilicet omnium

f Cap. significasti de elect. & cap. solitę de maio. obe.

g Can. sentẽt. & can timẽda 11 q. 3.

Omnia dona, priuilegia, dignitates data S. Petro à Domino nomine primatus continentur.

h Ex S. Cypr.

i Euseb. lib. 2. Ecclesiast. hist. c. 14.

A Apostolorum prædicatorem seu instructorem. Nicephorus verò, scribit sanctum Petrum τὰ πρωτεῖα κατὰ πάντων τῶν ἀποστόλων ἔχειν δοθῆναι, scilicet primas inter Apostolos consecutum, vt Ioannes Langius interpretatur. Seu quod idem est Petrum in omnes Apostolos primatum à Deo habentem. Etenim τὰ πρωτεῖα, licet numero plurali efferatur, Latinè quidem rectè primatum dicere possumus, sicut nos primas aut, secundas, aut tertias aliquem consecutum esse Latino sermone dicere solemus; partes scilicet subintelligendo. Sed ad alia eiusdem instituti transeamus.

a Niceph. l. 2. c. 14.

B

CAPVT IX.

Sanctus Petrus æqualis Apostolis cæteris ratione Apostolatus, superior ratione Episcopatus, & pastoralis dignitatis, cuius contra omnes Dei hostes fuit indomita fortitudo.

1. *Apostolorum potestas iuridica à Deo data, S. Petro subdita.*
2. *Confutatio hæreticorum, impiè & imperitè testimonijs sanctorũ Patrum Cypriani & Hieronymi, vt primatum sancti Petri infringant, abutentium.* C
3. *De magna virtute collata sancto Petro oratione Christi Domini, vt onera ingentia tanta monarchia suis humeris imposita feliciter subiret, omnesque perfringeret difficultates.*



OMMVNIS hic est Theologorum consensus & opinio, ratione variaque S. Scripturæ, conciliorum, Pontificiorum decretorum, patrumque antiquorum & recentium doctorum, auctoritate nixa atque firmata, sanctum Petrum ordine dignitatis, non temporis æqualem fuisse reliquis Apostolis ratione Apostolatus, sed superiorem ratione Episcopatus, & pastoralis auctoritatis, cum sub hac ratione princeps sit omnium fidelium tam iubentium quam obedientium, & œcumenicus pastor totius gregis & ouilis dominici tam ouium quam agnorum. Quam doctrinam sinceræ veritatis [a] Card. à Turrecremata, [b] Caietanus, Ioannes [c] Eckius, [d] Albertus Pighius aliique nostræ ætatis homines doctissimi suis libris scriptisque comprobarunt. Et quamuis potestas summa data Apostolis in vniuersum mundum propagandi Euangelium, & iurisdictionem exercendi immediatè à Christo Domino processerit, ea tamen ratione, vt subdita supremo sancti Petri principatui semper esset. Quod insinuare volens sanctus Anacletus epistola secunda ad Episcopos Italiæ hæc in sacrum redacta canonem dicebat: [e] *In*

D

a Card. à Turrecrem. l. 2. de Eccles. c. 38. 39. 40. & 54.

b Caiet. in opuscul. de primatu Ro. Eccles.

c Eckius l. de primatu Petr.

d Albertus Pighius l. 3 & 4. de Ecc. hier.

e S. Anacletus Epist. 2. can. in nouo dist. 21. col. 94

[a] S. Math. 16.

nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, Domino dicente. [a] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorum. Hic ergo ligandi atque soluendi potestatem primus accepit à Domino, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit.* Quo loco vox, primus, non solum temporis ordinem, sed etiam dignitatis & superioritatis importat, vt ex eodem contextu aliisque eiusdem Pontificis aliorumque patebit. Huius sacerdotalis ordinis potestatisque originem à sancto Petro post Christum Dominum deductum hoc eleganti sanctus Leo describit eloquio. [b] *Ita Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas quæ antea legis & prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret: sicut scriptum est.* [c] *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum; sed huius muneris sacramentum ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit: vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret: vt ab ipso quasi quodam capite dona sua velut in corpus omne diffunderet.* Quibus verbis apparet conformitas quædam æqualitatis paritatisque in munere officioque communi omnium horum primorum Christi discipulorum: quod omnes essent Apostoli missi in omnem terram ad prædicandum omni creaturæ Euangelium: At distinctio magna iurisdictionis & authoritatis, quod omnes licet immediata Christi concessione creati sint Apostoli, à sancto Petro in iuridica functione penderent eius subditi potestati: sic iubente & ordinante Domino, pasce oues meas, his verbis illum suæ monarchicæ dominationis per participationem consortem faciente, iuxta illud sacræ legis. [d] *Hunc enim, Petrum in consortium indiuiduæ vnitatis* (scilicet Ecclesiæ) *assumptum, id quod ipse erat, voluit nominari dicendo. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam:* Id est vt [e] Glossa explicat: *Ab eo quod ipse Dominus erat, scilicet* [f] *Petra voluit eum vocari Dominus Petrum: vt exortem se mysterij intelligeret esse Diuini,* ait sanctus Leo, [g] *qui ausus fuisset à Petri soliditate,* scilicet fidei potestatis supremæ obedientiæque huic debita potestati, recedere. Neque contra hæc veritatis firmamenta quemquam mouere debent verba illa sancti Anacleti [h] relatione in [i] sacros canones immortalitati consecrata. *Cæteri vero Apostoli, cum eodem, scilicet Petro, pari consortio honorem & potestatem acceperunt: Hunc enim honorem potestatemque* [k] *Glossa communiter recepta ordinis & consecrationis, non autem iurisdictionis Episcopalis seu pastoralis interpretatur.* Dumque hoc asserit, optimo hititur fundamento, canonis nempe [l] loquitur 24. q. 1. distinctionem postea inter potestatem ordinis & iurisdictionis pastoralis, Glossa constituens, vt hac cæteris Apostolis, superiorem sanctum Petrum comprobaret, hæc addit. [m] *Petrus tamen maior fuit alijs in administratione scilicet pastoralis iurisdictionis & potestatis,* [n] can. puto. 2. q. 7. Est enim magni Augustini sententia huic inserta legi sacræ [o] l. 2. contra Donatistas ita scribentis. *Puto quod sine vlla sui contumelia*

Apostoli æquales Petro Apostolatus ordine & consecrat. minores Episcopatu & pastorali iurisdictione.

[b] S. Leo epi. 87. ad Viennenses quæ habetur can ita Dominus dist. 19.
[c] Psal. 18.
[d] Can. ita Dominus. dist. 9.
[e] Gloss. in verbo erat ibid.
[f] 1. Cor. 10. can. reuera dist. 2. de consecratione.
[g] S. Leo epi. 87. ad Episc. Viennenses.
[h] S. Anacl. ep. 2. ad Italiæ Episcopos.
[i] Can. in nouo dist. 21.
[k] Gloss. arg. quod omnis.
[l] Can. loquitur. 24. q. 1.
[m] Gloss. Petrus tamen.
[n] Can puto 2. q. 7.
[o] S. Aug. l. 2. contra Donatist. c. 1.

A *Cyprianus Episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronam. Cæterùm magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illum Apostolatus principatum, scilicet sancti Petri, cuilibet Episcopatui præferendum? sed etsi distat Cathedrarum gratia, vna tamen est martyrum gloria.* Quam gratiam seu eminentiam superioritatis respectu cathedræ iurisdictionisque pastoralis in sancto Petro super omnes Apostolos sanctus Anacletus dist. 21. can. in nouo supra citato, clarissime demonstrauit his verbis supra commemoratis, cæteri verò Apostoli cum eodem pari consortio, honorem & potestatem acceperunt: ita subiungens: *Ipsumque,* scilicet Petrum, *principem eorum esse voluerunt:* Quæ verba syncerae & cum grano salis B prudentiæ intelligenda veniunt, vt sit eorum sensus. Apostolos omnes sibi principem caputque datum à Domino S. Petrum benigne voluntariè ac docili obsequio, non inuite, non reluctante voluntate, cum omni honore reuerentiaque suscepisse. Non quod in eorum voluntate sita fuerit suprema S. Petri potestas monarchiaque Ecclesiastica, vt eorum relinqueretur arbitrio ac libertati sancti Petri principatum supra se vel admittere, vel recusare atque deprecari. Christus enim Dominus per se immediata virtute nulla ratione collegij Apostolici expectato consensu sanctum Petrum vicarium suum generalem super omnem Ecclesiam suam principem fecit, eumque in apicem supremæ dignitatis plenæque potestatis euexit, non ipsi Apostoli electione inter se facta sibi supremo dominatu præ- C esse voluerunt, sed humiliter atque deuotè Domini sui parentes imperio, sibi ab eo datum electumque sanctum Petrum monarcham, dominumque spiritualem, vt omnibus fidelibus alumnis Ecclesiæ voluntaria liberaque agnitione, gestientibus præ gaudio animis accipientes honoris maximi cultu venerati sunt. Secus electio Petri in monarchicum Ecclesiæ principem pastoremque supremũ iuris diuini non esse. Quod asserere hæreticum est, extremo anathematis fulmine percellendum. Itaque placet mihi sancti Antonini ad illa verba can. in nouo, scilicet, *Apostoli summum principem Petrum supra se esse voluerunt,* Responsio atque solutio dicentis, *Quod Apostoli hoc voluerunt voluntate consequenti & acceptante Dei ordinationem, non autem voluntate antecedente, seu causante ipsam auctoritatem: nam hoc habuit à Christo, vt ibi dicitur, scilicet c. in nouo dist. 21.* Hæc ille. Quæ omnia dicta esse vo- D lo contra intolerabilem quorumdam male feriatorum hominum impudentiam, qui infinito odio in celsitudinem, sublimitatemque maiestatis Ecclesiasticæ sedisque Apostolicæ principatum debacchantes honori gloriæque S. Petro eiusque successoribus Roman. Pontificibus à Christo Domino eminenter elargitæ (quantum potest effrenata ira, liuoreque insano percita passio!) rebellionis armis obsistunt, & pertinaciter inimicando reluctantur. Qui hæreticorum more (cum quibus cognata circa hoc impietate conspirant) sanctos Ecclesiæ canones iuraque sacra in corpus Pontificium optima dispositione ordineque redacta laboriosè lectitant, voluunt reuoluntque sæpius infeliciter Catholici, nomine tenus, vt

Sana canonis in nouo intelligentia quo dicitur Apostolos S. Petrũ supra se principem creare voluisse.

Contra schismaticos primatum S. Petri ac Rom. Pontificum ob diuini iuris, sed positiui esse defendentes mendaciter.

S. Ant. part. 3. summæ titul. 21 §. 1. in fine.

cuniculis fidem Catholicam atrocius opprimant. Non vt his aliquid catholicæ veritatis animæque ad veram fidem propitium idoneumque ſaluti diſcant : ſed vt malitioſa violentaque torſione veluti carnificia tortura aliquam ſententiam à vero legitimoque ſenſu diſtortam, adulterina interpretatione pollotam venari expiſcarique poſſint : qua, ſemper aliquid de ſupremo eoque monarchico Eccleſiæ principatu ſancti Petri fidei, Romanorumque poſt eius à terra diſceſſum pontificum diuino iure ereditum, interpolando multa ridiculè diripiant, pertinaciterque contradicendo, demoliantur. Illi vt quò maleſuada paſſio cæcaque animi iactatio furit, eò tandem cupiditate effectu ſatiata perueniant : Ita circa auctoritatem ſancti Anacleti malè intellectam cauillatoria, fraudulentaque expoſitione fœdatam, imperitè infœliciterque diſcurrunt, & argumentantur.

Argumentum ſchiſmaticorũ contra primatum ſancti Petri iure diuino ſtabilitum.

Apoſtoli ſanctum Petrum principem ſuum eſſe voloerunt : ergo Dominus immediata abſolutaque ordinatione hunc ſuo diſcipulo ſancto Petro honorem ſupremum plenitudinemque poteſtatis mimine detulit, ſic talis auctoritas ſummaque Eccleſiæ poteſtas non à diuino iure in Petri perſonam eiuſque ſucceſſores Rom. Pontifices, ſed potius Eccleſiaſtico poſitiuoque redundat : atque hanc poteſtatem ſublimem monarchicam, in aliam Democraticam Ariſtoctaticamue, mutare, variaréque licebit. Aſſertio ſcelerata, impudenter ignara, confidens arroganter & audax, ex peſſimis educta principiis! contra Deum ipſum, ſanctos Patres nequiter intellectos, & adulterino commento deprauatos armare contra expreſſa Chriſti Domini verba, luce ipſa clariora, eius vicariorum decreta ſententiaſque, obliqua fraude à vero ſenſu ſua que natiua detortas intelligentia iaculari, & germanam ipſius authoris ſancti Pontificis intelligentiam eiuſdem verbis expoſitione fallaci corruptis malitioſè ludificari quale nefas!

Accipe nunc Danaum inſidias & crimine ab vno Diſce omnes.

Soluitur argumentum ſchiſmaticorum.

Etenim quis melior ipſius ſancti Anacleti verborum ſententiæ interpres, quam ipſemet Anacletus eſſe poteſt? Audiamus ergo S. Patrem ſuæ prioris ſententiæ pernicioſiſſimo ſchiſmaticorum dolo deturpatę ſenſum diuinitus catholica fidede promentem, qui ad omnes orthodoxos reſcribēs Epiſcopos, ait : [a] *Sacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia, non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſaluatore noſtro primatum obtinuit ; & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſi beato Petro Apoſtolo dixit : Tu es Petrus & ſuper hanc petram, &c.* Si Eccleſiæ Romanæ auctoritas à Deo immediate profluxit, à quo ſancti Petri ſuprema poteſtas niſi ab ipſo Deo promanabit? Cum illum in Romano ſolio quod iubente Deo fundauit, primum ſediſſe Pontificem maximum vniuerſæ rectorem Eccleſiæ fide Catholica credamus? vt æterni ędificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in petræ ſoliditate conſiſteret : ſicut ſanctus Leo [b] loquitur. Hac Eccleſiam ſuam firmitate corrobans Chriſtus Dominus ita immortaliter ædificauit, *vt illam nec humana temeritas poſſet appetere,*

Sententia ſancti Anacleti qua abutũtur ſchiſmatici, vera expoſitio ab ipſomet ſancto

a S. Anacl. ep. 3. c. 3. ad omnes Epiſc. can. ſacroſancta 2. diſt. 22.

b S. Leo. epi. 87 ad Epiſc. Viennenſes can. iſta Dominus iſta diſt. 9.

A *nec portæ contra illam inferi prævalere,* [c] *Verùm hanc petræ iſtius ſacratiſſimæ firmitatem Domino, vt diximus, ædificante conſtructam, nimis impia vult præſumptione violare, quiſquis eius poteſtatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus ſuis, & id quod accepit à veteribus non ſequendo.* Quorum exempla teſtimoniaque veluti veritatis Chriſtianæ ſequeſtrorum [d] imitatione & obſeruatione venerari nos ſacra imperando iura monent, & ſuadendo imperant, vt in veritatis ſacraria deducamur. Patet igitur clariſſimè ex ſcripturis, canonibus, ſanctiſque Patribus, qua parte S. Petro pares Apoſtoli nempe ratione Apoſtolatus & ordinis, quave inferiores ratione videlicet epiſcopatus & monarchici paſtoraliſque principatus extiterint. Quod eruditione compendioſa admodum docta & ſolida [e] Caietanus mihi B videtur euoluiſſe, & explicaſſe, cum ait, *Apoſtolos reliquos quatenus Apoſtolos, fuiſſe quidem S. Petro pares, tamen qua ratione erant oues Chriſti, ipſius vicario S. Petro vniuerſali ouilis dominici paſtori ſubditos fuiſſe.* Eandem plane veritatis orthodoxæ perſuaſionem doctrinamque fideliter ac firmiter in ſanctorum veterum patrum animis inſediſſe, contra impia falſitatis hæreticæ dogmata aſſerendum nobis eſt [f]. Etenim S. Cyprianus, vt ſilentio cæteros inuoluam, cùm dixiſſet libro de vnitate Eccleſiæ, non ita longe à principio : pari conſortio prœditos fuiſſe reliquos Apoſtolos & honoris & poteſtatis, ſtatim hæc adiunxit. *Sed exordium ab vnitate proficiſcitur, Petro primatus datur, vt vna cum Chriſti Eccleſia & vna cathedra monſtretur.* Quis non videt, niſi omnino mente cæcus & in doctrina SS. C Patrum hoſpes ac peregrinus, S. Patrem in conſortio Apoſtolatus, ſupremum in Eccleſia ſancti Petri primatum veraciter agnouiſſe? Quis lecturæ integri loci ſancti Cypriani maturo iudicio, animum ſagaciter intendens, effrenatam hæreticorum audaciam impudentiamque ſuperbiſſimam ex eo ſancti Cypriani loco, ſancti Petri principatum euertere nitentium, atque ita Apoſtolos ſancto Petro dignitate pares aſſeuerantium non magnopere miretur? vt ſic ſanctum Petrum ſuper omnes ratione principatus ſublimatum fuiſſe ac euectum à Saluatore noſtro penitus inficiari minime vereantur?

c S. Leo. ibid.

d Patrum antiquorũ exempla doctrinaque ſequenda cap de quibus diſt. 20. can relatum diſt 37. can. transferunt 24. q. 3.

e Caieta. de primat. Petr.

2. Pars. *Confutatio hæreticorum obiectionum contra S. Petri primatum, SS. Patrum teſtimonijs abutentium.*

f S. Cyp lib. de vnit Eccl.

S. Cypriani locus exponitur contra hæreticos.

Sex notanda in diſcurſu S. Cypriani contra hæreticos ac ſchiſmaticos pro S. Petri primatu.

Sex enim in toto illo quem facit ſanctus Cyprianus diſcurſu ſunt diligenter attendenda, quæ ſanctus ille pater ſingulariter obſeruat. Primum
Chriſtianam religiooem clariſſimè nullo inter- 1.
D iecto difficultatis obice poſſe comprobari, compendio veritatis aſſerit, ſi caput teneatur, conſiderationeque digniſſimum in eam veritatis confirmationem : *Quod, Dominus* (inquit) *loquitur
ad Petrum : Tu es Petrus.* Secundum quod in 2.
verbis ſancti Cypriani, dignum conſideratione iudicatur, illud eſt cùm ait : *ſuper vnum Petrum
Eccleſiam eſſe fundatam.* Tertium quod ait, *quam- 3.
uis & alij Apoſtoli paſtores conſtituti ſint, tamen vt vnitatem manifeſtaret, vnam cathedram Chriſtum conſtituiſſe, & vnitatis eiuſdem originem ab
vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuiſſe.* Quar- 4.
tum quo dicit, *ſuper cathedram Petri Eccleſiam eſſe
conſtitutam.* Quintum illud. *Primatus Petro datur,* 5.
vt vna cathedra monſtretur, Sextum atque po- 6.
ſtremum eſt, quo S. Cyprianus cauſam rationemque notat, *Cur hæretici perfidiam ſub prætextu fidei*

& Antichristum sub vocabulo Christi asserant, vt dum decepti à diabolo in Angelum lucis transfigurato verisimilia mentiuntur, veritatem subtilitate frustrentur, eamque esse proclament. Quia ad veritatis illam & vnitatis originem (quæ in vno principe ac sacerdote vice Christi visibili, cui omnis parere debet Ecclesia, sita conquiescit, de quo supra.) *Non reditur, nec caput,* inquit, *quæritur, sc. sub Christo visibile.* Quibus in verbis quis non discrimen Apostolatus ab Episcopali principatu, quis non potestatis ordinis & consecrationis ab auctoritate iurisdictionis, pastoralis, Monarchicæque distinctionem perspicue planéque videt, & abiectis imperitiæ dubiique tenebris intuetur? At quid tot distinctiones sententiarum, tot significantia verba, quibus Ecclesiæ visibilis vnitatem, in vno capite ac pastore visibili tanta cum emphasi energiaque [a] Sanctus Cyprianus contra facientes partem hæreticos schismaticosque hostes Ecclesiasticæ pacis & vnitatis expressit? si ab Ecclesia Monarchiæ maiestatem arcere, ab eaque summum vnius principis pastorisque visibilis Christi D. vicarii principatum relegare voluisset? Nec minus impiè ac perfidè pacis concordiæ ac vnionis Ecclesiasticæ perturbatores sancti Hieronymi testimonijs abuti ea adulterando conantur. Quem constat acerrimum fuisse vnitatis Ecclesiasticæ defensorem, atque primatus sancti Petri Romanique pastoris strenuissimum vindicem: luctando semper generositate Christiana contra hæreticorum schismaticorumque furores: quod scelerato liuore execrabilique odio Apostolicæ sedis maiestati, sanctique Petri ac eius successorum iuridicis honoribus, sanctisque potestatis hierarchicæ splendoribus inimicarentur. Cōtra quos quid Sanctus ipse dicat audiamus cōtra Iouinianū, [b] *supra Petrum,* inquit, *fundatur Ecclesia, & licet idipsum in alio loco, super Apostolos fiat, & cuncti claues regni cælorum accipiant, & ex æquo* (quod est pro æqualitate Apostolorum cum sancto Petro ratione Apostolatus obseruandum) *super eos Ecclesiæ fortitudo solidetur: Tamen propterea inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio.* Potestne à quoquam negari, his verbis sanctum Hieronymum in æqualitate parique potestate Apostolorum cum sancto Petro consideratione Apostolatus, nihilominus eminentiam Monarchicæ dignitatis & plenitudinem potestatis Ecclesiasticæ in ipso S. Petro Christi Domini vicario œcumenico super omnes Apostolos agnouisse? Quod elegantissimis sermonibus magna breuitate conclusis, S. Leo ad viuum mirabiliter expressit. [c] *Inter beatissimos,* inquit, *Apostolos, in pari honoris* (scilicet Apostolatus) *consortio, fuit quadam discretio potestatis,* scilicet pastoralis, *& cum omnium par esset electio,* scilicet ad Apostolatum, *vni tamen datum est, vt cæteris emineret* (ratione Episcopatus ac pastoralis auctoritatis.) At tanta tamque latè patens, sublimis & alta super Apostolos omnesque de gremio Ecclesiæ fideles huius monarchicæ maiestas auctoritatis, maxima virtute & inuincibili fortitudine debuit sociari, quæ peccare non posset, quæ labi nesciret, imperitiæ nescia, impatiens erroris, quæ nunquam à recto Christianæ tramite veritatis exorbitaret. Quæ virtus nescia falli, atque fortitudo indomita, formidabilis erroribus, hæresibus, schismaticis artibus, fraudibusque terribilis fundata & radicata in oratio-

a S. Cypr. de vnitate Ecc.

b S. Hier. l. 1. contra Iouinianum circa medium.

In æqualitate honoris Apostolatus prærogatiua potestatis pastoralis in Petro.

c S. Leo 1. ep. ad Anast. Tarsensem Episcopum.

3. Pars. *Maxima virtus ac fortitudo labi nescia huic summa potestati S. Petri coniuncta per orationem Christi Domini.*

A ne Domini immobilis, amicta sole veritatis, in æternum immota conquiescit. Cuius orationis sanctum Petrum Dominus certiorem fecit cum ei diceret. [d] *Simon, Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: Ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Quanta vis quamque potens & latè patens huius diuinæ orationis virtus, quæ sanctum Petrum Ecclesiæ factum caput & principem infallibilitatis clypeo protexit: & quoad vixit, contra errorum hæreseωque impetus, furoresque spiritualium nequitiarum magnifice triumphando, lorica fidei galeaque indotum filotis armauit. Vt ad eius animum, sedemque Apostolicam nulla fraus infidelitatis, nullus contra fidei doctrinam error, nulla falsa prauaque B contra bonos mores assertio, nulla fallitas iuris, nullumque prauæ persuasionis corruptæque sententiæ virus potuit vnquam ne quidem leuiter accedere. Neque soli sancto Petro tot infallibilitatis fideique certitudinis charismata, diuina hæc & omnipotens Christi Domini supplicatio ad Deum Patrem oratioque peperit: sed etiam omnibus vsque ad seculi consummationē, in eius Apostolorum principis solio Ecclesiastico sessuris Romanis Pontificibus, de cathedra, sancti Petri decreta sua, quæ Dei sunt, promentibus impertita copiosè porrexit largaque manu profudit. Vt nostro tempore valde [e] pij & non mediocriter eruditi Doctores, contra perniciosam erroneamque doctrinam peruersè & impiè asserentium: hanc Christi Domini pollicitationem, fidem scilicet Petri non defecturam, secundum litteralem sensum ad solum tempus Dominicæ passionis C extendi, multis Scripturarum diuinarum, sanctorum Patrū, rationumque ponderibus doctissimè verissimeque comprobarunt. [f] Egregia hæc ad rem, quam quærimus, sancti Leonis sententia quæ mentibus fidelium radicitus, ac firmiter inferatur, dignissima. *Specialis* (inquit) *cura Petri à Domino suscipitur, & pro fide Petri proximè supplicatur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit: In Petro ergo omnium fortitudo munitur, & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis cæteris comparetur.* Propter qood infallibilitatis præsidium Christi Domini oratione sancto Petro datum & per eum successoribus eius in solio Apostolico Romanoque sedentibus, exultandum vehementer cum gratiarum actionibus Christo Deo profundendis, addit postea his verbis: [g] *Cum itaque dilectissimi tantum* D *nobis videamus præsidium diuinitus institutum, rationabiliter & iustè in ducis nostri meritis, & dignitate lætamur, gratias agentes sempiterno regi redemptori nostro Domino Iesu Christo, qui tantam potentiā dedit ei quē totius Ecclesiæ principem fecit: vt si quid etiam nostris temporibus rectè per nos agitur, rectèque disponitur, illius operibus, illius gubernaculis deputandum. Cui dictum est, & tu conuersus confirma fratres tuos. Cui post resurrectionem suam Dominus ad trinam æterni amoris professionem, mystica insinuatione ter dixit,* [h] *Pasce oues meas.* At quantò longius quam ad tempus dominicæ passionis hæc Christi oratio & fratrum, id est præfectorum Ecclesiæ à sancto Petro confirmatio protendatur, his infert sequentibus verbis. [i] *Quod nunc quoque procul dubio facit confirmatque fratres suos sanctus Petrus:* (eiusdem patris filios, nempe Christi Domini sacro

d S. Luc. 22. v. 31.

Hac Christi Domini oratio non solum S. Petro per omnē vitam à deo Pontificatus, sed etiam omnibus eius successoribus Romanis Pontificibus infallibilitatem in doctrina fidei & morum peperit.

e Vallens 79. 80. elenchi & 10 disputatione contra Vigorium parte 1. q. 1 & seq. & c Incognitus 51 52. & alij singularis doctrinæ Theologi.

f S. L. 1. ser. 3. de assumpt. sua.

g S. Leo. ibid.

h S. Ioan. 21.

Orat. Christi Domini pro S. Petro suum quotidie in Ecclesia operatur effectum

tro eius ſanguinis ſemine procreatos, *Et mandatum Domini pius paſtor exequitur, confirmans nos cohortationibus ſuis, & pro nobis orare non ceſſans, vt nulla ſtetatione ſuperemur.* Hanc vero firmitatem fidei veræque doctrinæ, in nullo ſubditam errori, & lapſus ignaram mali non ſolum in S. Petri Eccleſiæ principis, ſed etiã in ſucceſſorum eius pari ſupremæ gradu dignitatis in Romana & Apoſtolica ſede refulgentium perſonam ab oratione ſaluatoris noſtri redundaſſe. Poſtea [a] Agatho ſedis Antiſtes Apoſtolicæ talibus aſſeruit. *Eccleſia Romana nunquam errauit à tramite Apoſtolicæ traditionis, quia dictum eſt Petro, ego rogaui pro te Petre.* Poſt hæc, *ſic*, inquit, *Dominus fidẽ Petri non defecturam promiſit, & confirmare eum fratres ſuos admonuit, quod Apoſtolicos meæ exiguitatis prædeceſſores feciſſe ſemper cunctis eſt agnitum.* Similia [b] Nicolaus primus ad Michaëlem Imp. reſcribit, quibus ad eiuſdem rei cõfirmationem iſta Leonis 9. de oratione Domini, pro ſancto Petro ad æternum patrem, deuotè miſericorditerque profuſa loquentis appoſitè meritoque ſubnectentur. [c] *Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hactenus fides Petro non defecit, nec defectura creditur in throno illius.* Atque vt omnes intelligerent non ſolùm pro ſancto Petro, ſed pro omnibus qui in pari qua S. Petrus poteſtatis plenitudine, in throno Apoſtolico Romanoque ſeſſuri erant, Chriſtum Dominum rogauiſſe, S. Bernardus ita ad Innocentium 2. de erroribus Abailardi locutus eſt: [d] *Dignum arbitror ibi reſarciri fidei damna, vbi non poſſit fides ſentire defectum. Cui enim alteri ſedi aliquando dictum, ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua?* Ad hanc veritatem, ſenſum verborum Domini, ſanctiſſimi martyres Romani Pontifices ſuo Lucius & Fœlix teſtimonio reuocarunt, quorum ille Epiſcopos Hiſpaniæ & Galliæ ſic affatur. [e] *Eccleſia Romana Apoſtolica eſt, & mater omnium Eccleſiarum, quæ à tramite Apoſtolicæ traditionis nunquam erraſſe probatur, nec hæreticis deprauata nouitatibus ſuccubuit, ſecundum ipſius Domini pollicitationem, ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua.* Fœlix verò huius nominis primus, gloria quoque martyrij honoréque coronatus, benignum in eam veritatis agnitionem hac informatione deduxit. [f] *Eccleſia Romana, vt in exordio normam fidei Chriſtianæ percepit, ab auctoribus ſuis Apoſtolorum principibus illibata manet, iuxta illud, ego rogaui pro te.* Quæ fidei illibatæ veræque Chriſtianæ religionis firmitas & robur indomitum altiſſimis virtutis diuinæ radicibus oratione Chriſti Domini in ſancto Petro eiuſque infallibili fide & charitate fundata, & ſolidata vſque ad conſummationem ſeculi ſalutari duratione permanebunt. Sancta & myſtica petra, ſuper quam velut in immobile nulli obnoxiũ ruinæ fundamentũ ſaluator noſter ſuam voluit feliciter ædificare Eccleſiam, tã potenti virtute, vt portæ inferi, ſcilicet hæreſes, ſchiſmata, tyrannorum perſecutiones aliaque dæmoniorum machinamenta generis humani territamenta, aduerſus illam nullo temporis interuallo præualere poſſent. [g] Apud veteres Romanos Petra dicta, Manalis, extra portam capenam magno in honore iacebat, *religione patrũ*, [h] vt cũ poeta loquar, *multos ſeruata per annos*, quã illi cũ terræ fruges magna ſiccitate langueſcerent, intra vrbis mœnia, teſte Feſto, ſuperſtitioſe cum magna, ſed re ipſa vana, & inani veneratione deducebant, ſtatimque (ſi Romanorum Ethnicorum ſuperſtitioni credatur,) imbres pluuiæq; impetu magno cadentes, terras ſiccitate remota madefactas frugũ multiplicatarũ maturitate fœcundabant: propterea petra manalis appellabatur, quod eius beneficio aquæ imbreſque de cælo in ſitientes terras pro fructu earum multiplicando maturandoque manarent. At ſi omni traditionis amota fictione, myſticos ſpiritu viuificante ſenſus latentes & inuolutos traditionis vmbra euoluere liceat: quis hoc ſine prouidentię diuinæ numine Romanis accidiſſe ſuſpicari iure poterit? Cum omnem doctrinæ cæleſtis ſterilitatem ipſos fuiſſe paſſos intellexerit; quouſque firma & immobilis illa rupes ac petra à Saluatore humani generis in ædificationem Eccleſiæ collocata, & ad eos thronum collocatura Monarchiæ Eccleſiaſticę peruenerit, eoſque laxatis vndequaque diuinæ ſapientiæ Chriſtianæque religionis irriguis Spiritus ſancti chariſmatum meliorum copia vberiori locupletauerit, vt propterea ſi ſuperſtitionis Romanæ temporibus populo huic fuerit petra Manalis, nunc per S. Petri, qui eſt poſt Chriſtũ D. vera petra myſtice ſpiritualiter que Manalis beneficium, ac meritum ad ipſos profuſiora fæcundioraque diuinarum gratiarum fluenta decurrant. Quæ petra myſtica illa eſt quã, *Cabaliſtica* meditatio *Aben appellat à duabus deductam vocibus.* [i] *Ab*, אב, *Hebraice. patrem, & Ben* בן *filium ſignificantibus*, vt eam petram eſſe credamus, in qua Patris æterni atque Filii diuinitas appareat. Quam petram Petrum intellexit Dominus dicens illi. [k] *Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam &c. Petrus enim*, inquit ſanctus Ambroſius, [l] *tanquam bonus paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi ante infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum: & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat: cæteros fidei ſtabilitate firmaret. Denique pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur; ſicut ait Dominus: tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tanquam ſaxum immobile totius operis Chriſtiani compagem molemq; contineat.* Poſt, data inter petram Chriſtũ, & Petrum ſimiliter iſta dictũ diſtinctione, hoc modo concludit. [m] *Petra ergo pro deuotione Petrus dicitur, & petra pro virtute Dominus nuncupatur. Sicut ait Apoſtolus.* [n] *Petra autem erat Chriſtus. Recte conſortium meretur nominis, qui conſortiũ meretur & operis.* Hæc ſanctus Ambroſius ſoliditatem fidei ab omni mutatione liberam S. Petri, eiuſque doctrinæ Catholicæ firmitatem viuis depingens coloribus, qua tanquam tutiſſimo fundamento Dei nititur Eccleſia, atque manet immota: *Donec vitæ præſentis inclinentur* [o] *vmbræ & futuræ gloriæ dies aſpiret.* Eò recta mens eloquentiſſimi Papæ Leonis collimando flectebatur, vt inconcuſſum fidei robur ab omni errore vacuum S. Petri Eccleſiæque totius per eum, more ſuo diuinitus exprimeretur his verbis poſt multa concludentis. [p] *Manet ergo diſpoſitio veritatis & beatus Petrus, in accepta fortitudine petra perſeuerans, ſuſcepta Eccleſię gubernacula non reliquit. Sic enim præ cæteris eſt ordinatus, vt dum petra dicitur, dum fundamentum pronunciatur: dum regni cælorum ianitor cõſtituitur: dum ligandorum ſoluendorumque arbiter, manſura in cælis iudiciorum ſuorum definitione, præficitur, qualis ipſi cum Chriſto eſſet ſocietas, per ipſa appellationum eius myſteria noſceremus.* Qui nũc

a Agatho Papa epiſt. in 6. ſynodi act. 8. approbata.

b Nicolaus 1. epiſt. ad Michaelem Imper.

c Leo 9. epi. ad Petrum Antioche.

d S. Bernard. epiſt. 190. ad Innoc. 2.

e S. Lucius 1. epiſt. ad Epiſcopos Hiſpanię & Galliæ.

f Fœlix primus & Martyr. epi. ad Benignum.

S. Petrus immobile Eccleſiæ fundamẽtum per orationem Chriſti factus.

Petra manalis quæ, ex Feſto.

h 2. Æneid.

i אב Pater.

j בן Filius.

Nota myſterium de petra ex Cabaliſtis.

k S. Math. 16.

l S. Ambr. ſe. 47.

Sanctus Petrus quia eſt fundamẽtum Eccleſiæ, petra ſeu ſaxum dicitur.

Diſcrimen inter Chriſtum & Petrum, vtrumque dictum lapidem ac petram.

m S. Ambroſ. ibid.

n 1. Cor. c. 10.

o Cant. 2.

Societas nominum communis Chriſto & S. Petro fortitudinem S. petri & vniuerſæ Eccleſiæ in tredendo inuincibilem & infallibilem demonſtrat.

p S. Leo ſer. 2 de aſſumptione ſua ad Pontificatũ.

plenius & potentius [a] *ea, quæ sibi commissa sunt peragit, & omnes partes officiorum atq; curarum in ipso, & cum ipso per quem est glorificatus exequitur.* Deinde diuina beneficia quæ vso quotidiano Christus Saluator mundi larga suæ benignitatis atq; misericordiæ manu in sedem Apostolicam Romanãque omniũ Ecclesiarum matrem rependit à meritis precibusque S. Petri proficisci concludendo declarat.[a] *Si quid itaque à nobis rectè agatur, rectèque discernitur: si quid à misericordia Dei quotidianis supplicationibus obtinetur: illius est operum atque meritorum, cuius in sede sua viuit potestas, & excellit auctoritas. Hoc enim obtinuit dilectissimi, illa confessio quæ à Deo Patre Apostolico inspirata cordi, omnia humanarum opinionum incerta transcendit: & firmitatem petræ quæ nullis impulsionibus quateretur, accepit.* Hæc pater patrum eloquentia magnæ coniũcta sapientiæ clarissimus verè merito, virtute, dignitate maximus: in cuius aureis planeque diuinis eloquiis concludendo caput, conquiescere valde placet.

S. Leo ibid.

CAPVT X.

Monarchia S. Petri ab Ascensione Domini primordia sumpsit, cuius thronus Romæ, pręcipiente ac inspirante Deo, fixus est.

1. *S. Petri Monarchia incepit ab Ascensione Christi Domini.*
2. *S. Petrus venit Romam, sedem Ecclesiastica Monarchia fixurus & erecturus in ea, afflatus Spiritu S. monente atque iubente Christo Domino.*
3. *S. Petrus Romæ vixit, docuit, summa Monarchiæ spiritualis iura exercuit, & tandem palma insignitus martyrii mortuus est, cum magna spiritualium bonorum fæcunditate huic ciuitati profusorum.*



CHRISTO Saluatore nostro rege regum dominoque dominantium in cælum sublato, spiritualia Ecclesiasticæ Monarchiæ iura iam D. Petro à Domino Iesu Christo collata & credita, cum exercitio vsuqoe in manus huius Apostolorum principis, benedictionibus cælestibus affluentia fæcundaque peruenerunt. Qui sicut velle Dominum suum ac iubere à Spiritu S. interiùs sibi loquente didicerat, Romam post aliquos annos venit: vt ibi Monarchiæ Ecclesiasticæ thronum soliumque Apostolicum omnipotenti virtute collocaret. Cuius mysterii non ignara Sybilla, hæc ante multa sæcula vaticinando clamabat.[b] *Elegit sibi* (de Christo loquens) *ex piscatoribus & dilectis numerum duodenarium, vnumque diabolum,* scilicet Iudam, *non in gladio bellove Æneadem vrbem,* Romam scilicet, *regesque subiiciet: sed in hamo piscantis,* scilicet Petri. Cuius Sybillini oraculi meminit Frãciscus Petrarcha hæc prioribus adiungẽs: *Quæ Erythrææ procul dubio Sibyllæ sunt, vt quæ ex illius libro ad contextum elicui.* Eadem[c] Bernardinus & S. Antoninus:[d] ille parte 6. serm. 1. de festiuitate Mariæ, hic in summa historica, referunt hanc mundi dominam ciuitatem ingressum sanctum Petrum, & in ea post longa charitatis ac fidei exercitia prædicando & gubernando regnum Dei in terris, quod est Ecclesia, martyrio vitam glorioso finiuisse ex voluntate Domini, primus in Ecclesiastico Apostolicoque throno illius successor S. Linus de passione S. Petri, hac verborum breuitate commemorat.[e] *Vt Petrus portam Romæ ciuitatis voluit egredi, vidit sibi Christum occurrere, & adorans eum ait: Domine quo vadis? respondit Christus, Romam venio iterum crucifigi, &c.* Ex quo sancti patris testimonio intolerabilis Hẽrici Bunthingi hæretici Lotherani impostura & impudentia refutata confunditur: qui vt veritatem de aduentu S. Petri Romam, & eius in ea mansione destrueret, ausus est huius sancti patris testimonium mendacio impudentissimo polluere: hæc in itinerario de itineribus beati Petri dicens.[f] *Credibile est Petrum nunquam Romæ fuisse: sed aut Babylone in Ægypto vbi primam scripsit epistolã, aut Hierosolymis interfectum esse ab Agrippa rege, quod Linus vult.* En lue hæretica fœdati hominis impostura S. Ambrosius illud beati Lini testimonium euolutum dilatando fusius, hęc ait:[g] *Idem Petrus postea victo Simone cum præcepta Dei populo seminaret, & doceret castimoniam, excitauit animos Gentilium: quibus eum quærentibus Christianæ animæ deprecatæ sunt, vt paulisper cederet, & quamuis esset cupidus passionis, tamen cõtemplatione populi precantis inflexus est: rogabatur enim vt ad instituendum & confirmandum populum se reseruaret, quid multa? Nec è muro egredi cœpit: Et videns sibi in porta Christum occurrere, vrbemque ingredi: ait, Domine quò venis? Respondit Christus: Venio Romã iterũ crucifigi. Intellexit Petrus ad suam crucem diuinum pertinere responsum: Christus enim non poterat iterum crucifigi, qui carnem passione susceptæ mortis exuerat. Intellexit ergo Petrus, quod iterum Christus crucifigendus erat in seruulo. Itaque sponte remeauit: interrogantibus Christianis responsum reddidit: statimque correptus per crucem suam honorificauit Dominum Iesum.* Quibus quidem consentiunt hæc Metaphrastus[h] ex antiquis die 29. Iunii: *Visus est ei Dominus in visione dicẽs. Surge Petre, vade ad occidentem: opus enim habet vt tuis illustretur facibus, & ego ero tecum.* In huius autẽ veritatis consensom, scilicet S. Petrum Romam venisse, in ea docuisse, regnasse, vt Ecclesiæ principem morti cruentæ pro Christo D. suo occubuisse, omnes patres tã Græci quam Latini tanto numero amica fœderati conspiratione coiuerunt: vt eos singulariter omnes commemorare longius esset, quam moderata capitis mediocritas pati posset. Atque eorum singula iam recitare testimonia hominis esset abutentis otio, & literis; cũ ætatis nostri doctissimi Theologi[i] cõtra horrenda hæreticorum cõmenta, deliria, imposturas, ac mendacia tanto studio diligentiaque prudenti in suis libris horum omnium sanctorũ antiqoorũque Græcorum ac Latinorum, atque etiam aliorum non ita vetustorũ Patrũ doctorũque testimonia sententiasque de hac veritate cõformes enumerare præclaro temporum ordine laborarint. Vnum pro multis antiquorum Patrum collectorem Iacobom[l] Coccium tomo 1. thesauri Catholici adeat quisquis antiquitate recreari concupiscit: in quo ducenta prope sanctorum antiquorumque Patrum atque aliorum recentiorum iuniorumque doctorum clarissima sinceræqoe fidei testimonia leget. Quæ horribiles hæreticorum imposturas & mendacia contra hanc de qua agimus quam Catholica

b Vaticiniũ Sibyllæ Erythrææ de aduẽtu S. petri Romam & erectione sedis Apostolicæ.
c Petrarcha l. 1. de ntro relig.
d S. Bernard. 6. parte serm. 1 de festiuit. Mariæ.
S Anto. part. 1 hist. Tit. 3. c. 9. §. 14.

e S. Linus de passione S. Petri.

f Impostura Henrici Bũthingi Lutherani in itinerario, anno 1580.

g S. Ambros. l. 5. epist. 32.

Christus D. apparet S. Petro vrbe Roma egredi volenti vt suã differret passionem.

h Metaphrastes.

i Sanderus, Staplet Baronius, Bellarm. Cnecius, De Valentia, Crepetius in summa verbo Petrus & alii.

l Cocc to. 1. l. 7. art. 5.

certitudine credimus veritatẽ potentissima explosa destructaq; labefactãr. Quibus diligẽter exploratis & atrẽte perlectis, quis superbissimã & sceleratissimam execrabilis Apostatæ Lutheri [a] impudentiã & audaciam mendacijs blasphemiisque scatentem sanctas antiquasque Ecclesiasticas historias, tetro fabularũ vocabulo deturpãtis, fidelissima SS. patrum documẽta pro anilibus deliramentis habentis, ipsamq; sanctorum monumentorũ veritatem ad fœtidissima turpissimaque mendaciorũ prostibula relegantis, stupendo non perhorrescet? *Omnes*, inquit, *historiæ testantur Petrum primum Romæ fuisse Episcopum. Sed mera sunt fabulæ.* O execrabilẽ hæresiarchæ impudentissimi impudentiam, sic omnẽ venerabilis antiquitatis maiestatẽ immundissimis arrogantiæ diabolicæ pedibus obterere! Quid verò infelix ille Caluinus hæreticorum Galliæ Patriarcha, isto adhuc Luthero scelere superior, ait? Quam multa cõtra hanc Catholicę veritatis persuasionem mendacia cõpegit? [b] *Propter scriptorum consensum*, inquit, *nõ impugno, quin illic*, scilicet Romæ, *mortuus sit, sed Episcopũ fuisse præsertim longo tempore persuaderi nequeo.* Deteriora mendaciiq; fœtidiora alibi [c] ore blasphemiis incestato Petri vociferatur, *Multi ex veteribus*, inquit, *Romam ænigmaticè Babylonẽ dici putarunt. Hoc commentũ Papistæ libenter arripiunt, vt videatur Petrus Romanæ Ecclesiæ præfuisse. Atqui vetus illud commentũ nihil habet coloris: nec video cur Eusebio & aliis placuerit, nisi quod errore iã occupati erant, Petrum Romæ fuisse.* [d] Quid autẽ in Hieremiæ cap. 22. effutit arrogantius? *Roma nunquam vidit Petrum, vt arbitror.* Sic pugnantia loquendo scriptorum consensum despicit, propter quẽ superius dixerat, non impugnare se quin Romę S. Petrus mortuus sit. Si mortuus Romæ S. Petrus, ergo contra Caluinũ illum Roma vidit. Impii impostores Ioannes [e] Baleus, & Matthęus [f] Dresserus in suæ historiæ millenario dicunt per magnã imposturam affirmando S. Hieronymum & Lyranũ asserere Petrũ Hierosolymis esse crucifixum. Sed talis impostura impudensq; mendacium ipso S. Hieronymi Lyranique doctrinæ testificationisque aspectu turpissimè cõcidit. Hęc enim de primatu S. Petri Romæ eiusque morte S. Hieronymus habet. [g] *Simon Petrus prouinciæ Galilææ Vico Bethsaida frater Andreæ Apostoli & princeps Apostolorum, post Episcopatũ Antiochensis Ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorũ, qui de circuncisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia & Bithynia, secundo Claudij anno ad expugnandũ Simonem Magum Romam pergit, ibique viginti quinque annis cathedrã sacerdotalem tenuit vsque ad vltimum Neronis annũ, id est decimum quartũ, à quo & cruci affixus martyrio est coronatus, capite ad terram verso, & in sublime pedibus eleuatis: asserens se indignum, qui sic crucifigeretur, vt Dominus suus.* Hæc S. Hieronymus contra istorũ hæreticorum mẽdacia, cui cõformis veritatis assensu Lyranus hæc contra eosdem impostores hæreticos ait. [h] *Hanc epistolã scripsit Romæ, sicut & præcedentẽ, nam sicut dicitur hic, propinquus erat passioni suæ quã sustinuit Romæ.* Quo tẽpore S. Petrus Romam appulit, in ea Christiani Ecclesiasticiq; imperii sedẽ thronumque locaturus: *Imperator Claudius anno sui octauo imperii*, vt scribit Tacitus, [i] *Lustrum fieri mandauit, quo censi sunt ciuium* (mirabile dicto) *sexaginta octo cẽtena & quadraginta quatuor millia.* Quod sine diuino numine factũ minimè credendum, vt in tantæ vastitatis pelagus Galilæus piscator rete prædicationis, ac Ecclesiasticæ iurisdictionis immitteret. Hanc vero vrbẽ Romã adhuc infidelem, quod tum dæmonibus seruiret, atque crudelitate in sanctos Christi D. seruos efferata sacro regeneratos lauacro eorum madefacta sanguine fędaretur, S. Petrus Babylonẽ appellauit: [l] *Salutat vos Ecclesia quæ est in Babylone collecta, & Marcus filius meus.* Per Babylonẽ in S. Petri epist. Romam intelligi testis est [m] Papias apud Eusebium, [n] & S. Hieronymus in catalogo ac de scriptoribus Ecclesiasticis in Marco his verbis: *Meminit huius Marci & Petrus in epistola prima sua nomine Babylonis figuraliter Romam significans.* [o] Et Oecumenius in hæc S. Petri verba, *ob easdẽ causas*, ait, *infidelitatis & crudelitatis in Christianos Roma, à S. Ioanne in [q] Apocalypsi Babylon nuncupata est.* Sicut antiqui Patres, vt ipse antiquissimus Tertullianus, [r] obseruarunt. *Sic & Babylõ* (inquit) *apud Ioannẽ nostrum Romanæ vrbis figuram portat. Proinde & regno superba & sanctorum debellatricis.* Quod tũc Roma non minus sanctorũ (scilicet Christianorũ) sanguine fœdabatur, quã olim Babylon Iudæorũ verũ Deum confitentium & adorãtium cæde cruentabatur. In eandem sententiam dixit S. Augustinus, [f] *Ne multis morer, condita est Roma velut altera Babylon, & velut prioris filia Babylonis.* Docetque ibi pluribus magnus doctor Romã tunc fuisse conditã, cùm cecidit regnum Assyriorum. De quo cumulate satis [t] Orosius lib. 7. c. 2. in quam ciuitatem caput mundi & propter impietatẽ paganicã & crudelitatem in Christianos Imperatorũ Babylonis appellatione vocarũ, veniens S. Petrus in ea Ecclesiam Christi fundauit, eiusq; thronũ collocauit, valde ab vrbis corruptione contagioneque discretæ. Nam hæc Ecclesia sancta & immaculata, at Romana vrbs impia, & multis tunc sordidata sceleribus, ignara Christi, contra sacrilegas imposturas, fraudes & blasphemias hæreticorum Ecclesiam Romanam Babylonẽ appellantiũ. Cum non videant impii per malitiã excæcati sanctũ Apostolum Ecclesiã Christianã ab vrbe Romana valde distinguere dicentem: *Salutat [u] vos Ecclesia quæ est in Babylone.* Si Roma Babylõ est, profectò Ecclesia quæ in ea est Babylõ dici non potest. Vnde improbatur Roma Babylonica & ethnica, & Ecclesia Romana [x] à S. Hieronymo magnopere laudatur. De Roma vrbe corrupta hæc in præfatione de Spiritu S. *Cũ in Babylone versarer*, scilicet in Romana vrbe, *& purpuratæ meretricis essem colonus, & iure Quiritum viuerẽ &c.* Et cũ de Ecclesia Romana quæ est in Babylone, vt S. Petrus loquitur, verba facit: quã miris effert eam extollitq; præconiis in præfatione lib. 2. in epist. ad Galatas, *Romanæ*, [y] inquit, *plebis laudatur fides, testimonio videlicet Apostolico, vbi alibi tanto studio & frequẽtia ad Ecclesias & Martyrum sepulchra concurritur? vbi sic ad similitudinẽ cælestis tonitrui amen reboat, & vacua idolorum tẽpla quatiuntur? Non quod aliam Romani habeant fidem, nisi hanc quã omnes Christi Ecclesiæ, sed quod deuotio in eis maior sit & simplicitas ad credendum, &c.* Idem sanctus ad [z] Marcellam rescribẽs vt Bethleem migret, post explicatum illud de ciuitate Romana S. Ioannis in Apocalypsi vaticinium: *Cecidit, cecidit Babylon magna*: de Ecclesia Dei ibi posita hæc subdit: *Est ibi*, inquit, *sancta Ecclesia: sunt trophæa sanctorum Apostolorum & Martyrum, est Christi vera confessio, est ab Apostolo prædicata*

[a] Lutheri impudentissima impostura sacras historias da veritata S. Petri aduentus Romã & fabulas appellantis. lib. de colloquiis ad mensam habitis, cap. de Antichristo.

Assertiones impiæ Caluini contra veritatem aduentus S. Petri in vrbem Romam & aliorum hæreticorum

[b] Caluin. l. 4. Inst. c. 6. §. 15.

[c] Idẽ ad ca. 5. prior. epist. S. Petri.

[d] Idem Cal. in c. 22. Ierem.

[e] Ioan. Baleus Centuriator, Cent. 1. scriptorum Britanniæ.

[f] Matthæus Dresserus in suæ historiæ millenario quinto, anno 1560.

[g] S. Hier. l. de viris illustribus. c. 1.

[h] Lyranus ad cap. 1. epi. 2. S. Petri.

Maxima Dei prouidentia attribuendum quod S. Petrus Romam venit tempore Claudii Imper.

[i] Tacit. li. 11.

Cur S. Petrus Romam Babylonem appellauit.

[l] 1. Petr c. 5.

[m] Papias apud Euseb. l. 2. c. 14.

[n] S. Hier in catalogo.

[o] Oecum. in c. 5. Petri 5.

[q] Apoc. 17.

[r] Tertul. l. aduersus Iudæos, & l. 3. aduersus Marcionem.

[f] S. Aug l. 18. c. 22. de ciuit. Dei.

[t] Orosius l. 7. c. 2.

Blasphemia hæreticorum exploditur Ecclesiam Romanã Babylonem appellantium.

[u] 1. Petr. 5.

Roma corrupta & ethnica improbatur.

[x] S. Hier. in præf. de Spiritu Sancto.

Laudatur ab eodem Ecclesia Romana

[y] In præf. l. 2. in epist ad Gal. 10. 6.

[z] Idẽ S. Hier. ad Marcellã.

fides, & gentilitate calcata in sublime se quotidie erigens, vocabulum Christianum.

S. Petrus 25. annos sedem Apostolicam Romæ obtinuit.

a Centuriatores Caluinus, Velenus.

Tempus autem quo S. Petrus regnauit ac rexit habenas Ecclesiæ, Romæ sedens Episcopus Episcoporum, fuit viginti quinque annorum: quod quantum possunt [a] hæretici nostri non minus audacter, quam impudenter inficiantur. Obiicientes partim errore, partim malitia cæcati, fieri nõ potuisse S. Petrum tot annos sedem Romanam possedisse, & sub finem Neronis Imperij, scilicet anno 13. martyrio in eadem ciuitate fuisse coronatum, qui fuit annus à Christo passo trigesimus quintus: quia vt illi allucinando male argumentantur, adhuc Hierosolymis S. Petrus anno Domini decimo octauo agebat æuum, negotiis fidei occupatus & saluti animarum prospiciens, rerum nascentis Ecclesiæ satagebat: quo anno primum œcumenicum Apostolicumque concilium in ea ciuitate celebratum est: [b] cui S. Petrus interfuit, addã contra impios illos, & præfuit vt princeps chori Apostolici. Hoc manifestè patebit veritati conforme testimonio [c] S. Pauli affirmantis post tres annos à conuersione sua Hierusalem venisse, vt videret Petrum: deinde post annos [d] quatuordecim in eamdem rediisse vrbem, vt concilio congregando vnà cum alijs Apostolis interesset. His annis tribus & quatuordecim si vnus adiungatur, qui à morte Saluatoris ad conuersionem S. Pauli defluxit, octodecim annorũ numerus rite complebitur. Ex hoc discurso serieq; gestorum per plures annos à passione Domini sic illi pestiferæ doctrinæ atque sortis homines ad veritatis lucem caligantes, suis delirijs blandientes inferunt. Si viginti quinque annorum decursus Petrum Papam Romę tenuisset, cum Romã nisi post octodecimum annum à morte Christi D. venire non potuerit, Papistæ mentiuntur impudenter asserendo Petrum sub Neronis postremo imperij anno in crucem actum morti succubuisse; sed potius sub anno quinto Vespasiani, qui fuit annus quadragesimus tertius à passione Domini. Quem numerum cõplent viginti quinque anni, quibus præfuit Romanæ Ecclesiæ Petrus Episcopus illis, iuncti octodecim annis, post quos Petrus, vt illi somniando delirant, ad Romani Imperij arcem, soliũ Ecclesiæ Christianæ Pontificale Monarchicumque in ea fixurus accessit. Siquidẽ inter Neronem & Vespasianũ tres Imperatores Galba, Otho & Vitellius duobus fere annis in throno dominationis Romanæ regnarunt. Nunc quam illi fidei Christianæ perduelles cæci in cognitione vitæ gestorumq; S. Petri malitiose palpitent, quamq; in actibus Apostolicis, sacris venerandæ antiquitatis historiis, annalibusque Ecclesiasticis hospites miserè peregrinẽtur, ex serie compendiosa vitæ epilogoque peregrinationum S. Petri doceamus. Ac primum ex Actibus Apostolorum vera imbuimur intelligentia, S. Petrũ in Iudææ mansionibus diuersis ad prædicandũ Christi D. Euangelium, ad saluandas hominũ mentes, discussis errorũ infidelitatisque tenebris, annorum fere quinque spatia contriuisse. Intra quod tẽpus S. Paulus post triũ annorum à sua conuersione decursum Hierosolymã ascendit, vt S. Petrum Apostolorũ principem honorifice reuerenterq; conueniret. Hoc confecto consummatoq; quinquennii tempore S. Petrus relicta Iudæa in Syriam profectus, Antiochiæ Episcopalẽ Apostolicamque sedem erexit: in qua

Obiectio hæreticorum cõtrahãc assertionem cõfunditur.

b Actio 15.

c Ad Gal c. 1.

d Ad Gal. c. 2.

Refutatio obiectionis hæreticorum in errore imperitiaque historia fundata.

Epilogus vitæ ac peregrinationum S. Petri.

A septem ferè annis Episcopus ipse moratus, omnia ad propagationẽ Euangelii mirificã, animarũ verbi diuini semine Christo procreandarum regenerationẽ, diuina prudentia disposuit: non manendo semper Antiochiæ, nec in partibus Syriæ illi vicinis: sed egrediendo huius ciuitatis regionisque limites, per varias regiones prouinciasque cognati situs ac vicinia socias, æstu populorum gentiliũ sicut Iudæorũ salutis ardens peragrãdo volitabat: modo Pontum, modo Asiã, modo Galatiam, modo Cappadociam, Bythiniamque, earũ populos Christo lucraturus, felicibus Spiritus sancti benedictionibus exuberans appulsu salutari conueniẽdo. In quarum regionum nationumque conuertendo populos ad Christũ, eisque ad beatas cælestium domorum mansiones viã aditũque ignea verbi diuini columna monstrando, cũ B septem annorum spatia fere peracta consumpsisset: illorũ septem vltimo suæ Antiochenæ prelaturæ qui erat à passione D. vndecimus, in ciuitatẽ Hierosolymitanã, vt ouili in ea Dominico ardẽtius inuigilaret, remeauit. Ibi ferali sceleratissimi Herodis edicto captus, in vincula cõiectus, tetroque mancipatus carceri, ipsis paschalibus azymorum diebus, molta pro fide Christi dura pertulit. Sed Christi Domini glorioso æternoque in cælis exultantis triumpho, de sui in terris vicarii salute valde soliciti, miseratione virtuteq; mirabili, ab Angelo eius iussa faciẽte, liberatus, aufugit, euasit, erupit. Atq; protinus eodẽ anno, qui secundus Claudij Imperii cõputabatur, Romam omni sublata mora celeriter aduolat. In qua thronum sedemque Ecclesiasticę Monarchię diuino C instructus cõsilio auxilioq; corroboratus erexit. Cuius clauũ primus ipse põtifex, patronus atq; rector vniuersalis Ecclesię toto viginti quinque annorũ curriculo moderatus est, & ad conuersionẽ omniũ gentium paterna charitate direxit. Neq; tamen hac fixa sede locatoq; Romæ Imperii Ecclesiastici throno S. Petrus, Romanus Episcopus semper in ea ciuitate mundi domina moratus est: sed cum per septẽ circulũ annorũ in ea vrbe conuersos ad Christianã fidem nouos quotidie parturiens Christo filios, natosq; nutriens diuinæ prædicationis & Euangelicæ cibo refecisset, atq; pauisset: Claudii Imperatoris edicto, vna cũ omnibus Iudæis eiectus ab vrbe, in Iudæã ad ciuitatem Hierosolymitanã festino itinere remeauit. Huius à Claudio Imp. Iudæorum expulsionis S. Lucas meminit, sicut Suetonius in Claudio, & Iosephus apud Paulũ Orosium, notantes illud tempus eiectionis, nempè anno 9. Imperii Claudii, qui fuit D decimus octauus à passione Domini. Quamobrẽ audientes, Christiani Antiochiæ demorantes, S. Petrũ Hierusalẽ aduenisse, miserunt ad eũ Paulũ & Barnabã, tunc Hierosolymitana synodus prima omniũ œcumenica, ex omnibus congregata Apostolis, cui S. Petrus vt omniũ princeps & Vicarius Christi præfuit, celebrata est. Postea interueniẽte Claudii Imperatoris obitu, iterum S. Petrus Romã reuersus est, pastorali munere Pontificaliq; functurus officio, piscãdo nõ amplius pisces, sed homines in vastissimo illo Romani Imperii Oceano. A quo laborioso solicitoque munere numquam quieuit: quousque in illo furioso superstitionis Romanæ pelago, illius vitam gloriosa Martyrii procella demerserit. Vt cũ Domino suo Saluatore nostro apud Prophetã Regium vere dicere potuerit: *Veni in altitudinẽ*

Act. 12.

Anno 2. Claudii Imp. S. Petrus Romam venit, vt scribunt Eusebius in chronico S. Hieron. de scriptor. Eccles in Petro. Tertull. de præscript. Hippolytus apud Prudẽtium in Peristepha, S. Cypr. de vnitate Ecclesiæ. Arnob. aduersus gẽtes, & in Psal. 106. Optatus cõtra Parmen. l. 2. S. Ambros. in natali Apost. serm. S. August. ser. 17. in natal. Apost.

Act. 18.

Suetonius in Claudio

Orosius l. 7. hist.

Act 15.

Psal. 68. v. 3.

maris, & tempestas demersit me. Atque hæc contra voluntarios errores, imposturas, & fraudes hæreticorum malitiose euãgelicã sacrãque historiã in odium Christianæ veritatis adulterantes dicta sunto. Ergo vt cũ magno Leone iterũ loquar.[a] *Cum duodecim Apostoli accepta per Spiritum sanctũ omnium locutione linguarum imbuendum Euangelio mundum distributis sibi terrarum partibus suscepissent, Beatissimus Petrus princeps Apostolici ordinis ad arcem destinatur Imperii, vt lux veritatis, quæ in omniũ gentium reuelabatur salutem efficacius se ab ipso capite per totum mundi corpus diffunderet.* Qui Christi sui incensus amore omniumque sibi creditarum, nec Claudij potestatem terribilẽ, nec Neronis pertimuit crudelitatẽ.[b] *Nec mundi dominã times, Romã,* ait idẽ Sanctus, *qui in domo Caiphæ expaueras sacerdotis ancillam. Nunquid autem iudicio Pilati aut sæuitia Iudæorũ minor erat, vel in Claudio potestas, vel in Nerone crudelitas? Vincebat ergo materiã formidinis vis amoris. Nec existimabas terrori cedendum, dum horũ saluti consuleres, quos susceperas alendos.* Hæc ipse. Quam verò salutaris & prosper huius Apostolorum, omniumque fidelium principis in Romanas arces gentibus in regione vmbræ mortis ambulantibus affulserit: quãtæ diuinarum benedictionũ gratiarumque cælestium fruges, cum floribus, fructusq; in Romanos mundi dominos, ex illo S. Petri aduentu redundarint, Arnobius præclarè describit in illud Psalmi.[c] *Posuit terram fructiferam in salsuginẽ, dicens, sed per Petrũ in salsugine literarũ, positã Romam fecit eam fructũ afferre,* & postea: *posuit desertũm in aquis, quæ peccata lauant, posuit in stagna aquarũ, abundant aqua baptismatis, martyrum pœnitentia, eleemosynarũ abundãtia in deserto ipso, quod ante Petri aduentũ siccum fuit, & aridum hoc nunc excultũ est, cum constitueretur in eo ciuitas Ecclesiæ, in qua quotidie seminãtur agri, & plantantur vineæ, vt fiant fructus natiuitatis, quos benedixit Deus & fecit, vt multiplicarẽtur.* Hæc Arnobius de Rom. Ecclesię fundatione spiritualiũ bonorũ vndequaq; in illã profusorum fœcũditate per S. Petri aduentũ appulsumq; facta diuinitus. Sed iã finis sit capitis, ad alia trãseamus.

[a] S. Leo serm. 1. in natali Apost.

S. Petrus Dei incensus amore & omnium sibi cõmissarũ impiorũ imp. non terretur crudelitate.

[b] Idem ibi.

Felix S. Petri Romam gentilibus aduentus.

[c] Arnobius in illud posuit terram fructiferam in salsuginem. Psal. 106. v. 34.

CAPVT XI.

Roma Monarchię thronus Ecclesiastica diuinitus ordinata: extra quam thronus ille consistere nequit.

1. *Quod alibi Apostolica sedes & thronus Ecclesiasticæ Monarchiæ ordinante ac volente Deo, quã Romæ figi ac locari non possit, licet Papa ad tempus alibi moraretur, secum sẽper ducẽs Romanã Ecclesiã quocũq; ierit.*
2. *Ecclesia ibi à S. Petro erecta, mater ac princeps omnium Ecclesiarum appellatur.*
3. *Romana Ecclesiæ elogia præclara.*

ECCLESIÆ Christianę, Imperiale Monarchicumq; soliũ, in illa domina gentiũ Romana ciuitate ęrectũ iri Spiritus S. sub hoc trãslatorũ Isaiæ Prophetæ verborũ inuolucro nõ obscurè videtur expressisse:[d] *incuruabit habitãtes in excelso, ciuitatem sublimẽ humiliabit, humiliabit eam vsq; ad terrã, detrahet eam vsque ad puluerẽ, conculcabit eã pes, pes pauperis, gressus egenorum:* Pes pauperis scilicet piscatoris Petri, inquiũt patres.

[d] Isaiæ c. 26.

A Quare Spiritus sanctus in singulari nõ in plurali numero pes non pedes, loquitur? vt fixam immotamque Ecclesiasticæ Monarchiæ sedem Romæ à S. Petro locatam clarissimè significaret. Quãdoquidem cum super terram motione duorum pedum ambulamus, argumento est nos incedere, vt loco priore relicto ad alium, quem magno affectamus desiderio perueniamus. Sic pedibus suum alternantibus motum de loco in locum terminorum varietate migramus. At qui vno graditur pede, sistitur protinus immobilis, nec vltra progredi valet, nisi alterius pedis ministerio potiatur. Ergo vt Spiritus sanctus per Prophetam futuris ætatibus ostenderet principem Apostolorum Romam venturum, ibique thronum Ecclesiasticæ ditionis tam stabili immotãque duratione locaturum, vt aliò migrare ipse
B primus Romanus Pontifex, thronumque Ecclesiasticum in alias ciuitates orbis Christiani transportare non posset: his voluit vti vocibus, *Conculcabit eam pes pauperis,* non pedes. Hoc Spiritus sancti oraculo aliisque similibus freta eruditaque SS. Ecclesia mater, hanc vocem de Ecclesiasticę sedis in Romana ciuitate mundi principe fundatione diuinitus edidit.[e] *Non qualibet terrena sententia, sed illud verbum per quod constructum est cęlum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa Romanam fundauit Ecclesiam.* Eumque pro hæretico execratur, qui tantæ sedis in hac locatæ ciuitate maiestati tantisper detrahere aut priuilegia ab ipso Deo largita diminuere non vereretur: continenter subiungens:[f] *Illius certè* (scilicet Dei) *priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubiũ quia quisquis cuilibet Ecclesię*
C *ius suum detrahit, iniustitiam facit. Qui autem Romanæ Ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite auferre conatur,*[g] *hic procul dubio in hæresim labitur, & cum ille vocetur iniustus, hic est procul dubio dicendus hæreticus.* Rationem huius decreti reddit postea talem: *Fidem quippe violat qui aduersus illã agit, quæ mater est fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis Ecclesiis prætulisse cognoscitur.* Quã se dignam tantis Dei beneficiis domisque post hac Romana exhibuit Ecclesia, quæ sacro suorum Pontificum impietatis ethnicæ profanæque superstitionis ardorem æstumque sanguine restinxit[l] anno siquidem 113. Domini, Traiani vero imperij 13. sanguinem vna cum vita Anacleto Papa pro Christo vt semen esset Ecclesiæ profundente, Pantheon Ro-
D mæ templum celeberrimum ictum fulmine conflagrasse in chronico scripsit[h] Eusebius, quod erat Iouis vltoris delubrum, Plinio teste,[i] iustè Deo vindice fulmine cælitus eiaculato percussum tactumque flagrans inflammatur, cum sancta Christi religio missa de cælo tyrannorũ Romanorumque Imperatorũ percussione vexationeque percellitur. Nõ enim Anacleti & antecessorum eius sanguine satiata & exsaturata est torquentium tyrannorum rabies, sed aliis ad tormẽta laniatus cruciatusque quæsitis maiori roborata auctaque furore in quoslibet Christiani nominis professores sæuiendo bacchabatur. Hunc à Deo datum Romanæ Ecclesiæ in omnes orbis Christiani principatum ritè martyrum Pontificum sanguine conseruatum sanctus confitetur Ambrosius & agnoscit,[k] Profitẽdo se *in omnibus sequi magistram sanctam Romanam Ecclesiam,* cuius auctoritas & sanctitas, vt omnium matris

Not. mysterium, pes non pedes.

Sedem Ecclesiæ perpetuo Romæ duraturam Spiritus sanctus significauit.

[e] Cap omnes dist. 22.

Sedes Apostolica Roma in verbo Dei fundata ex Nicolao, a. epist. ad Mediolanenses.

[f] Ibid.

Qui priuilegium Ecclesiæ Romanæ auferre conatur, hæreticus est.

[g] No. ex gloss quod solus ibi conatus punitur, vt patet ex 1. q. c quod studet si quis dist. 5. de pœnitentia.

Quam dignã se præbuit Romana sedes principatu Ecclesiastico, effusione suorum Pontificũ sanguinis.

[h] Eusebius in chronico.

[i] Plin. lib. 35. c 15.

Pantheon Romæ ictũ de cælo fulmine, flagrat S. Anacleto martyrium subeũte.

[k] S. Ambros lib 3. de sacram c. 1. c. omnes §. vnde & ipse Ambros dist. 22.

Roma sedes vniuersalis Ecclesiæ & omnium Ecclesiarum domina.

a Theodoret. epist. 113 ad Leonem.

fidelium omnes sanctas toto diffusas orbe Ecclesias firmat, regit feliciterq; moderatur. Quod his præclaris Theodoretus ad S. Leonem sermonibus illustrat.[a] *Si Paulus præco veritatis tuba sanctissimi spiritus ad magnum Petrum cucurrit: vt iis qui Antiochiæ contendebant ab ipso afferret solutionem: multo magis nos qui abiecti sumus & pusilli ad Apostolicam vestram sedem currimus, vobis namque per omnia primos esse conuenit. Multis enim quibus vos superiores estis, ornatur vestra sedes. Alias siquidē vrbes ornat, vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorum qui inhabitant. Nonnullas autem priuata dona quædam illustrant spiritualia. Vestræ vero redundantem bonorum copiam dedit is qui est bonorum largitor. Ea est enim omniū maxima, & præclarissima, & quæ præest orbi terrarum, & eorū qui inhabitant abundat multitudine.* [b] Et epistola 116. ad Renatum S. R. E. Cardinalem Presbyterum,

b Theodoret. epist. 116 ad Renatum legatum Apostolicum.

B qui legatione S. Leonis in Ephesina synodo functus fuerat: quem inter alia sic orans, alloquitur: *Hac igitur de causa tuam oro sanctitatem, vt persuadeas sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo, vt Apostolica vtatur auctoritate, & præcipiat ad vestrum conuolare concilium: habet enim sanctissima illa sedes,* scilicet Romana, *omnium per orbem Ecclesiarum ducatum & principatum: Multis quidem de causis, præcipuè verò quod hæretica labe immunis permansit: & nullus qui contraria sentit veritati, in ea vnquam sedit: sed Apostolicam integram gratiam & immaculatam seruauit.* Propter quæ huic Romanæ Ecclesiæ, diuina largitate & omnipotenti virtute indulta beneficia S. Hieronymus in has voces præconiis illius Ecclesiæ fœcundas [c] per apostrophen ad hanc sanctam Ciuitatem conuersus erupit:

Nullus vnquā Papa fuit hæreticus Theodoreti iudicio.

c S. Hieronymus li. 2. contra Iouinianum.

Pulchra S. Hieronymi præconia de Roma facta caput ac Domina orbis Christiani nō mundi corrupti.

Roma quid Græcè & Hebraicè significat

C *Sed ad te loquar, quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti, vrbs potens, vrbs orbis domina, vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum, Roma aut fortitudinis nomē est apud Græcos, aut sublimitatis apud Hebræos. Serua quod diceris, virtus te excelsam faciat, non voluptas humilem. Maledictionem quam tibi saluator in Apocalypsi comminatus est, potes effugere per pœnitentiam. Habes exemplum Niniuitarum: caue Iouiniani nomen quod de idolo deriuatum est. Squalet capitolium, templa Iouis ac ceremoniæ conciderunt: cur vocabula eius & vitia apud te vigeant? Adhuc sub regibus, & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiam, quam sub consulibus Epicuri luxuriam susceperunt.* Hæc S. Hieronymus ad Romam, per prædicationem S. Petri Christianæ fidei cultricem. In qua vrbe sic S. Petrum ex instiD tutione Christi thronum Apostolicū atqœ Monarchiæ Ecclesiasticæ fixisse, firmasseque ex his quæ supra dicta sunt, & quæ copiosius postea narrabuntur, compertum est: vt in alia orbis parte Christiani locari non possit: & quamuis ad tēpus Papa alibi moraretur Romanus semper Pōtifex & Episcopus, sanctique Petri successor, nec non sedes Apostolica, Ecclesiasticusque principatus semper Romanus diceretur. Vt grauissimi nostræ ætatis doctissimi Catholicæ fidei professores ac vindices acerrimi [d] Doctores sacrarum Scripturarum oraculis Ecclesiæ S. decretis, sanctorum Patrum testimoniis, rationibusque ex verbi Dei consequentia necessaria deductis firmissime comprobant. Quamuis Romana Ecclesia non Romanæ ciuitatis mœnibus angustata cōtineatur: sed vbi Romanus Pontifex cum clero suo fuerit, ibi Romanam Ecclesiam esse non

d Turrecremat l. 2. de Ecclesia cap. 4. Driedo l. 4. de variis dogmatibus ca. 4 part. 3. Melchior Canus lib. 6. de locis theologicis cap. 4 & 6.

Ecclesia Romana nō mœnibus Romæ continetur, sed vbi Papa cum suo clero est ibi cēsetur esse.

A dubitanter asserendum est: vt fideliter sincereque Petrus Damianus Alexandro Papæ relicta Roma, propter tyrannidem crudelitatemque Romanorum potentiorum sceleratissimo Pseudopapę Cadaloo faoentium, elapso fuga tuendę causa salutis his verbis significauit. [e] *Nunc etiam cùm Simon ille veternosus scilicet Trapezita, malleū & incudem reparat: cùm Romanam vrbem veluti officinam sibi per monetarios pestifera negotiationis vsurpat: quo vos Petrus vobiscum fugiens attrahit: illic esse Romanam Ecclesiam omnibus indubitanter ostendit.*

e Damianus epist. ad Alexandrum Papam & Hildebrandum Archidiaconum.

Quam SS. Patres à Deo conditam omnium aliarum matrem dominam principemque confitendo absolutè proclamarunt. Vt S. Anacletus: [f] *hæc sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis,* inquit, *sed ab ipso Deo Saluatore nostro*

Ecclesia Romana omnium mater, princeps ac domina Ecclesiarum.

f S. Anacletus epist. 3.

B *primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse beato Apostolo dixit: Tu es Petrus, &c.* Cui conformia [g] Sixtus locutus est, Iulij verò huius nominis primi nunquid memorabilia sunt hæc: *Sanctam Romanam Ecclesiam ipse Dominus allocutus est inquiens; Tu es Petrus & super hanc petram,* &c. [h] At sanctus Irenæus nonne huius veritatis magnum se cultorem ostendit? *Cùm ad Romanam Ecclesiam propter potentiorem principalitatem oportere omnes Ecclesias conuenire assecuranter affirmat?* Et [i] Tertullianus: *Nonne eamdem sedem Romæ à S. Petro locatam primum dixit, & eius pontifices beato Petro successisse in eadem sede quam præcipuam vocat, ad cuius tribunal solummodo in dubiis fidei recurrendum esse confirmat.* Sicut post illum S. Cyprianus [k], *hanc cathedram S. Petri Ec-*

g Sixtus 2. epist. 2.

h S. Irenæus lib. 3. c. 3.

i Tertullianus de præscrip. hæreti.

k S. Cyprianus ad Cornelium l. 1. epist. 3.

C *clesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis orta sit,* appellauit: *ad quam perfidia nullo vnquam tempore potuit habere accessum.* Horum insistens doctrinæ Catholicæ veritatisque vestigiis, [l] S. Athanasius *Romanam Ecclesiam sedem Apostolicam, potestatumque culmen non dubitauit asserere.* Quod etiam Ecclesiæ hostes Arriani quandoqœ veritate cōpellente ingenuè confessi sunt, *matrem omnium sedem illam* appellantes. Vnde per omnem terram missi prædicantes euangelica tuba circumsonuerunt, vt surgerent omnes qui dormiebant, sopore infidelitatis, & illuminaret eos Christus, [m] sicut in historia Sozomenus verissimè scripsit. Cui propterea *tamquam matri ac dominæ* omniū Ecclesiarum solicitudinem ex institutione diuina incumbere [n] S. Leo asseruit, quemadmodum eadem assertione Romanam Ecclesiam Deo au-

l S. Athanasius epist. ad solitariam vitam agentes.

m Sozomenus lib. 4 ca. 16. historiæ tripartitæ.

n Leo epi. 84.

o Gregor. l. 2. regist. epist. 30.

D *ctore cunctis Ecclesiis prælatam esse* [o] S. Gregorius affirmat. Vnde in [p] 2. Cōcilio Lateranēsi œcumenico 10. anno 1131. tēpore Innocētij secundi contra Antipapas per os SS. Patrū hęc vox S. Spiritus aûdita est. *Romanā Ecclesiā ipso Deo disponente omnium Ecclesiarū matrē, magistrā principemque existere.* Cuius Ecclesiæ maiestatē monarchicamq; dignitatē pij vereq; Christiani Theodosius iunior [q] & Valentinianus huius nominis tertius Imperatores altissimis in animo defixam fidei radicibus honore summo suspicientes atq; religiosè venerantes, ad Aëtiū militiæ magistrū, Galliæ præfectū contra Hilarij Episcopi Arelatensis audaciā qui ordinationes incōsulto Pōtifice Romano facere præsūpserat, imperatoria potestate rescripserūt: *Ne quis vnquā præter huius Romanæ sedis auctoritatē, in his quæ sunt Ecclesiæ, aliquo præsumptionis inflatus tumore quidquam attētare mereretur,* secus qui

p Concil. 2. Lateran. sub Innocētio 2.

Prælarum rescriptum cōtra temeratores & contemptores Romani Pontificis ac Ecclesiæ dignitatis Impp Theodosij iunioris & Valentiniani tertij.

q Nouell. Valēt. Theodosij post Iunior Cod. Theodos. tit. 24. de episc. ordinatione

faceret, Eccleſiæ Romanique Pontificis aſpernando iuſſa imperatoriç vindictæ correctionique ſeculari ſubiogaretur, præclaram hanc ſui reſcripti rationem ſubiungentes, *Tunc enim demum*: dicebant, *Eccleſiarum pax vbique ſeruabitur, ſi rectorem ſuum* (ſcilicet Romanum Pontificem) *agnoſcat vniuerſitas*. Adeoque Romana Eccleſia domina Chriſtiani orbis, ditioniſque princeps Eccleſiaſticę credita eſt ab omnibus fidei Chriſtianæ participibus, vt Romanum nomen idem quod catholicum, ſoliqoe illi Chriſtiani Catholici dicerentur antiquitus, qui Romanæ Eccleſiæ communicarent, Romanique Pontificis imperio legibuſque regerentur. Cuius rei molta apud ſanctos priſcoſque patres monumenta proſtant, ac ex eorum doctrinali penu teſtimonia abundanter eruuntur. Vt S. Ambroſij hæc de Satyro fratre

Propter principatum Romana Eccleſia in omnes Eccleſias Romanum nomen idem quod catholicum antiquitus dicebatur.

B ſcribentis [a]: *Aduocauit ad ſe Epiſcopum, nec vllam veram putauit, niſi vera fides gratiam, percunctatuſque ex eo eſt, vtrum cum Epiſcopis Catholicis, hoc eſt cum Romana Eccleſia conueniret.* Hoc ſignum cognoſcendi Catholici, & illum ab hæretico diſcriminandi ſæpius dedit docuitque [b] S. Auguſtinus, illum ſcilicet eſſe verè Catholicum qui Eccleſiæ cõmunione Romanæ ſociaretur: illum contra hæreticum ſchiſmaticumque, qui ab eiuſdem Eccleſiæ conſortio obſequioq; rebellione cõtrariç factionis doctrinęque alienos exorbitaret. [c] Id ipſum Theodoſij Iunioris hæc, ad Acacium Beræenſem Epiſcopum admonitio clarè comprobat: [d] *Voſque*, inquit, *probatos Romanæ religionis ſacerdotes eſſe manifeſto argumento declarate.* Etiam ipſimet hæretici quandoque eos veritate cogente Catholicos Romanorum nomine appellare co- C guntur. Huius rei non obſcurum Arianus homo Iocundus nomine teſtimonium, illis ad Hunnericum Arianorum Regem, apud Victorem Vticenſem verbis [e] l. 1. de perſecutione Vuandalica perhibuit. *Poteris*, inquit, *eum diuerſis afflictionibus interficere: Nam ſi gladio peremeris, incipient Romani* (ſcilicet Catholici) *martyrem prædicare.* Simile teſtimonium S. Gregorius Turonenſis [f] de alio hæretico Ariano refert: *quid putatis*, dicebat ille hæreticus, *quod nunc iſti Romani dicant?* & cap. 25. [g] de Ariano principe: *Cogitauit intra ſe dicens: quia ingenium eſt Romanorum (Romanos enim vocitant noſtræ religionis) vt ita accidit & non ſit virtus Dei.* [h] & c. 30. inferius ex Ariani perſona alterius hæc ad ſuos dictus. *Si conſenſeritis dictis meis, exercebimus hodie cachinnum de hoc Romanorum Presbytero*, ſcilicet Catholico ſacerdote &c. Cuius Eccleſię Romanæ dominationi monarchicę iure meritiſ- D ſimo [i] S. Leo illa tribuenda eſſe docet, quæ adulationis atque mendacij fraude [k] Virgilianus ille Iupiter ethnico Romanorum imperio pollicebatur,

His ego nec rerum metas, nec tempora pono,
Imperium ſine fine dedi.

Cuius amplitudinem per omnes mundi terrarumque orbis regiones & oras, ita Proſper Aquitanicus breuiter dilocideque decantauit. [l]

Sedes Roma Petri, quæ paſtoralis honore
Facta caput mundi, quidquid non poſſidet armis
Religione tenet.

Felix Eccleſia, [m] exclamabat Tertullianus, *cui totam doctrinam cum ſanguine Apoſtoli profuderunt, cum qua totius orbis Eccleſiæ conteſſerarunt, vbi Petrus dominicæ paſſioni adæquatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apoſtolus Ioannes poſteaquam in*

a Orat. funeb. de Satyro fratre.
b Epiſt. 165. contra ſchiſmaticos Donatiſtas.
c Cõtra Epiſtolam Manichæi.
d Epiſt Theodoſij iunioris ad Acacium quæ habetur in actis S. Ephesinæ synodi t. 5. c. 10. Edit. Patauinæ.
e Victor Viticenſis l. p. de Vuandalica perſecutione.
f Tur. Greg. de gloria martyrum ca. 59.
g Idem ibid. c. 25.
h Ibidem c. 30.
i Serm 1. de S. S. Petro & Paulo.
k Æneid. 1.
l Proſper Aquit. l. de ingratis.
3. *Præclara Romæ præconia.*
m Tertull. de præſcript.

A *igneum oleum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur*, [n] *quam S. Ignatius Deo dignam Eccleſiam decentiſſimam, beatificandam, caſtiſſimamque nominauit.* Quam S. Irenæus [o] Logdunenſis Archiepiſcopus tam miris extulit honoribus, laudibuſque mactauit. Illa eſt Roma vertex Eccleſiarum, locus terribilis, [p] ſedes admirabilis, locus principis Apoſtolorum, quam D. Auguſtinus [q] *fidei petram* appellauit. Hæc verba domini *ſuper hanc petram* &c. in Romana ſede locum habere his verbis docens; *Ipſa eſt petra* ſcilic. Romana ſedes; *quam ſuperbæ non vincunt inferorum portæ.* Aſſertionem eiuſdem veritatis effert [r] S. Hieronymus epiſtola ad Damaſum, apertius & manifeſtius, dum ſic illum reuerenter affatur. *Beatitudini tuæ, id eſt cathedræ Petri, communione conſocior, ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio.* Simi- B liter [s] Arnobius ita Eccleſiam Romanam, quam S. Petri cathedram nominat, pro hac petra agnoſcit, de qua S. Matthei 16. ſaluator noſter loquitur, vt alluſione ad veram illam petram in deſerto facta (vnde per metaphoram tranſlationemque tam Chriſtus Dominus, quam Petrus eius vicarius nomen acceperunt,) Aſſeruerit, *vniuerſa flumina in deſerto huius ſeculi benedici vſque hodie à Petro, & ipſum eſſe exitum aquarum in ſitim, ita vt qui exierit foras, ab Eccleſia Petri ſiti pereat.* Quam qui contemnit ac reſiſtendo deſerit, extra Dei Eccleſiam transfuga miſer habetur, dicente S. Cypriano. [t] *Qui Eccleſiæ renititur* (ſcilicet Romanæ) *et reſiſtit, qui cathedram Petri*, Romanam ſedem ſcilicet, *ſupra quam fundata eſt Eccleſia deſerit, in Eccleſia ſe eſſe confidit?* Et ad Cornelium Roma- C num Pontificem ſcribens, [u] idem ſanctus, eius ſedem Petri, *Cathedram & Eccleſiam principalem*, vnde vnitas ſacerdotalis exorta eſt, appellauit. Optatus Mileuitanus [x] mira dicit pro vindicando Roman. Eccleſię ſuper omnes Eccleſias vnico Monarchicoque principatu, cum ſic hæreticum Donatiſtam alloquitur: *Igitur negare non potes ſcire te in vrbe Roma, à Petro primo cathedram epiſcopalem eſſe locatam, in qua ſederit omnium Apoſtolorum caput Petrus, vnde & Cephas eſt appellatus, in qua vna cathedra vnitas ab omnibus ſeruaretur. Ne ſinguli Apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderet, vt iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra vnica quæ eſt prima de dotibus, ſedit prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, &c.* Poſtea vero enumeratiooe per legitimum ſucceſſionis ordinem, omnium Romanorum Pontificum facta, ſchiſmaticos ea ratione extra Eccleſiam eſſe con- D uincit. Quod nullus ipſorum Epiſcopus eidem Romanæ cathedræ communicare diceretur, in eoſque hæc tandem, vt confundat eos, concludendo contorquet. [y] *Vnde eſt ergo quod claues regni cælorũ vobis vſurpare contenditis, qui contra cathedram Petri veſtris præſumptionibus & audaciis ſacrilegio militatis?* Illa eſt Romana Eccleſia, caput ac domina gentium ad Chriſtum conuerſarum, [z] cui per Iſaiam dicebat Dominus: *Ponam te in magnificentiam ſeculorum*: & per Ieremiam: *Solium gloriæ altitudinis à principio locus ſanctificationis noſtræ, ciuitas ſancta* [*] *ſupra montem conſtituta quæ non poteſt abſcondi.* [*] Cuius ipſe Dominus Ieſus *accendit lucernam*, thronum videlicet Apoſtolicum in ea poſitum in æternum ſtabilitum, accendit inquam lumine infallibilis gratiæ, ſanctitatis & veritatis, *Cuius illa eſt columna & firmamen-*

n Epiſt. 15.
o L. 3. c. 3. aduerſus hæreſ.
p S. Bernard. Epiſt. 131.
q In Pſalm. contra partem Donati
r Epiſt. ad Damaſum.
s In Pſalm. 106.
Romana Cathedra qui reſiſtit, extra Dei Eccleſiam eſt.
t L. de vnitate Eccleſiæ.
u S. Cypr. lib. p. Epiſt. 3.
x Optatus l. a. c ons ad ar- mեu.
Qui Eccleſia Romana non communicat, hæreticus aut ſchiſmaticus eſt.
Alia pulchra laudes & honorum tituli Rom. Eccleſia
y Optatus l. a
z Eſa. 60.
* Ierem c. 17.
* S. Matth. c. 5.

1. Timoth. 3. v. 15. *d L. 3. c. 3.* rum,ᵃ non vt sub modio inuisibilitatis hereticæ latteret, sed super candelabrum visibilis apparentiæ atque conspectus omniũ oculis obuia poneretur, *Vt luceret omnibus qui in ea domo Dei essent*, quam S. Irenæusᵇ *maximam & gloriosissimam omnium Ecclesiarum dominam*,ᶜ S. Cyprianus *Cathedram principalem.* S. Basilius ᵈ *caput vniuersalis Ecclesiæ.* ᵉ S. Hieronymus, *tutissimum portum communionis Catholicæ.* ᶠ Optatus: *Cathedram singularem & vnicam.* ᵍ Sanctus Augustinus, *principatum Apostolicæ Cathedræ.* Theodoretus: ʰ *dominam gubernacula cunctis orbis Ecclesiarum tenentem.* ⁱ Theodorus Studita *Petram fidei*, maxima cum reuerentia, se totos ei deuotissimè consecrantes appellarunt. *Quam sua demum maiestatis se Deus glorificaturum*, per Prophetam ᵏ Isaiam ante secula multa spoponderat vt in ea saluator noster eius æterni Patris filius vnigenitus, *Magni consilij Angelus*, ˡ *Deus fortis, pater futuri seculi, princeps pacis, Emmanuel, Rex denique regum & dominus dominantium*, per vicarios suos S. Petrum eiusque successores Romanos Pontifices, in æternum, domito mundi principe triumphatoque regnaret.

c L. 1. Epist. 3. *d Epist. 77.* *e Epist. 16.* *f L. 2. contra Parm.* *g Epist. 162.* *h Epist. ad Renatum.* *i Stud. dogmat. de imaginibus.* *k Isa 60. v. 7.* *l Isa. 9. v. 6.*

CAPVT XII.

De fide Romana immaculata, stabilitate eius in omnes gentes populosque mundi deriuata, extra quam omnis infidelitas & impietas longe remota est.

1. *De sanctitate fidei Romanæ.*
2. *De eius tanquam matris omnium fidelium in omnes gentes deriuatione.*
3. *A qua alienus, profanus & infidelis est.*

Stat immobilis in æterna puritas fides Romana.



PATET igitur ex ante dictis Romanæ Ecclesię fidem diuinæ virtutis stabilitate firmatam nullius sęculi fluxu posse ab immaculata sanctitate, veritatisque tantisper deficere puritate. ᵐ *De cuius principali æternoque præsidio, & Apostolici operis munimen accepimus*, inquit Leo magnus, *quod vtique ab opere suo non vacat. Et firmitas fundamenti, cui totius Ecclesiæ superstruitur. Altitudo, nulla incumbentibus sibi templi mole lacessit. Soliditas enim illius fidei, quæ in Apostolorum principe est laudata, perpetua est, & sicut permanet quod in Petro Christus credidit: ita permanet quod in Petro Christus instituit.* Hac fidei immaculatæ firmitate corroborata Rom. sedes illa est mystica Sion, turris fortitudinis Christianę, quæ vt ait Arnobius, ⁿ *Non cedit fortibus mundi, qua timorem regibus imperat, quæ venturam iram contemptoribus pollicetur & fidelibus vasculis comminatur.* In ea tanquam in summo celsitudinis Ecclesiasticæ throno supremus Monarcha rectorque S. Petrus à Domino constitutus est, cuius imperium in Romanos Pontifices eius successores in eodem throno *propagatum tandiu stabit, quamdiu stabit seculum*, inquit ᵒ Tertullianus, qui post Christum vice Christi & auctoritate Christi has iure voces propheticas vsurpare potest. ᵖ *Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius.*

m S. Leo Serm. 2. in anniuersario die ad sui Pontif. assumptionẽ.

*n Arnobius in Psalm. *n.* Sedes Romana Sion mystica, vrbs fortitudinis Christianæ.*

o Tertullian. Apolog. *p Psalm. 2.*

Hoc duce si qua manent sceleris vestigia nostri, Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ab eo tempore quo Princeps ille Apostolorum habenas Ecclesiastici rexit imperij nulla vnquam in ea sede Romana sanctitatis alteratio fideique immaculatæ interruptio pollutione erroris apparuit. *Ad Romanam*ᵠ *Ecclesiam cuius fidem ab Apostolo Paulo laudata est, nunquam potuit perfidia accedere.* Et S. Hieronymus contra Ruffinum: *Ecclesia Romana semper immaculata permansit & Deo prouidente & beato Petro ferente opem in futuro permansura est.* Cui conforme præclarum illud S. Marci Papę ad Athanasium testimonium: *Sancta* ʳ *Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & domino prouidente & beato Petro opem ferente in futuro manebit sine vlla hæreticorum insultatione firma & immobilis. Hæc Apostolorum vina traditio: hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam à tramite apostolicæ traditionis numquam errasse probatur, sed illibata fine tenus manet, secundum ipsius Domini pollicitationem. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.* Illam vero de immaculata Romanæ Ecclesiæ fide confessionem Agathonis Papę omnes patres Concilij generalis sexti vehementer approbarunt: ipsi omnes sub hoc verborum tenore concepte vnanimi consensu subscripserunt. ᶠ *Beati Apostoli adiutente præsidio, hæc apostolica eius Ecclesia nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est, huius auctoritatem, vtpote omnium apostolorum principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesia, & vniuersales synodi fideliter amplectentes, in cunctis secutæ sunt, omnesque venerabiles Patres apostolicam eius doctrinam sunt amplexi, per quam & probatissima Christi luminaria claruerunt, quam & sancti Doctores orthodoxi venerati sunt & secuti sunt: Hæretici autem falsis criminationibus & derogationum odiis insecuti,* & quæ sequuntur. ᵗ Quę sancta sedes & Ecclesia fundata est, *Non ab Apostolis sed à Deo*, ᵘ *ad quam omnes oppressi velut ad matrem appellant. Vnamater copiosa fœcunditatis adulterari non potest, Sponsa Christi incorrupta est pudica vnam* ˣ *domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.* ˣ *Qua propter suam castitatem ac puritatem, vnica columba appellatur, quæ Sponsa pulchra sine macula & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, & paradisus cum fructu pomorum.* ʸ Post hos alios que vetustos Patres Leo 9. scribēs ad impium Patriarcham Constant. nomine Michaelem Ecclesiæ cæterarum matris sanctitatem ab omni errore liberam his verbis asseruit. *Romana Ecclesia fides per Christum super petram ædificata, nec hactenus defecit, nec deficiet in secula, Christo eius Domino rogante pro ea cum testatur sub ipsa passione sua. Ego rogaui pro te Petre*ᶻ *vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quo dicto demonstrauit fidem fratrum, vario defectu periclitandam, sed inconcussa & indeficiẽte fide Petri velut firma anchora subsidio figendam, & in fundamento vniuersalis Ecclesiæ confirmandam, quæ nemo negat, nisi qui hæc ipsa veritatis firmamenta euidenter impugnat.* Quam immaculatæ fidei stabilitatem alterationis nesciam hac similitudine illustrat, *quia sicut Cardine totum regitur ostium: ita Petro & successoribus eius totius Ecclesiæ dispenitur emolumentum: & sicut cardo immobilis permanens ducit & reducit ostium, sic Petrus & eius successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium. Cum nemo debeat eorum dimouere*

q S. Cyprian. l. 1. Epist. 3. ad Cornelium.

r S. Marci Ep. ad S. Athanas. & omnes Ægypti Episcopos extat inter opera S. Athanasij tom. 2.

f Concilium 6 generat. act. 8. 13. & 17.

A Deo fundata Rom. sedes non ab Apostolis.

t Cap. sacrosancta dist. 22. *u Can. ad Romanam 22 q. 6. can. Inquitur.* *x Can. omnibus.*

y Leo 9 Ep. ad impium Michaelem Patriarcham Constantinu. c. 32.

z S. Luc. 22.

Romana Ecclesia nūquam defecit à fide, sicut alia Ecclesia, vt Constantinopolitana.

ſtatum, quia ſumma ſedes à nemine iudicatur. Sola Romana ſedes ex omnibus Eccleſiis orbis Chriſtiani priuilegio decorata reſplenduit, vt errare ipſa in fide nunquam poſſet: cunctis aliis ab illa fidei ſanctitate nitoreque veritatis ſæpius exorbitantibus: vt ipſa Conſtantinopolitana, aliquando impudentia ſchiſmaticorum Patriarcharum de vniuerſalis titulo ſuperbiſſimo tam impudenter malitioſéque gloriante. Quod eleganter ac eruditè Rupertus Abbas his verbis ſignificauit.[a] *Tantis autem hæreſibus fermentata Græcia, vt mirum videri non debeat hoc quod de fermento immolat. Tanta è contra ſinceritatis ſemper fuit ſancta Romana Eccleſia, vt etiam deeſſet ſcripturarum notitia vel argumentandi facultas, ſola illa de azymo contra Græcos ſufficere debet eius auctoritas. Nam Conſtantinopolitana, non ſolùm hæreticos, ſed etiam Hæreſiarchas protulit multos, Romana verò Eccleſia ſemper in Apoſtolicæ fidei petra firmiter ſtetit, & iam Græcia quàm totius orbis hæreticos ſemper confutauit, & de excelſo fidei tribunali data ſententia iudicauit.* In huius rectitudinis & puritatis fidei Romanæ ſedi immobiliter adhærentis aſſertionem & teſtimonium Romæ in ſacro-ſanctis miſſæ myſteriis poſt Euangelium, Credo, decantari non fuit in more poſitum. Cuius rei rationem cauſamque ſciſcitanti imperatori Henrico huius nominis primo. *Me*, inquit, Berno Augienſis, *Aſſiſtente audiui Romanæ presbyteros Eccleſiæ reſponſum tale reddidiſſe.* [b] *Videlicet quod Romana Eccleſia non fuiſſet aliquando vlla hæreſeos fæce infecta, ſed ſecundum S. Petri doctrinam in ſoliditate Catholicæ fidei permaneret inconcuſſa: & ideo magis his neceſſarium eſſe illud ſymbolum ſæpius cantando frequentare, qui aliquando vlla hæreſi potuerunt maculari. At Imperator Domino Benedicto* (ſcilicet Papæ 8.) *perſuaſit vt ad publicam illud miſſam decantarent!* Hæc Berno huius temporis ſcriptor & auctor. Tam autem incorrupta ſemper extitit Eccleſiæ Romanæ fides, vt etiam propter eam ipſa Romana ciuitas non amplius Babylon, vt tempore paganorum imperatorum, ſed Ciuitas Dei, Theopolis (vt Antiochia quondam) ciuitas ſancta, ciuitas ab omni erroris impietatiſque contagione libera diceretur. Vt illa Arnulphi Comitis ſui ſcriptoris ſeculi ſub finem imperatoris Ottonis 3. verba teſtantur. [c] *In tanto creuit in diuino cultu,* (ſcilicet Romana ciuitas) *vt pro ruinis murorum & veterum ſacrorum, ſurgant quotidie innumera ædificia Eccleſiarum, ſiue monaſteriorum, è quorum incredibili numero, vt audiui à quodam, ſene qui ſe dixit nutritum in ea ciuitate, viginti poſſidentur à Sanctimonialibus, quadraginta à monachis, ſexaginta à Canonicis exceptis his quæ extra Ciuitatem, & in aliis Eccleſiis ſiue, capellis quæ in eadem Ciuitate abundant.* His dictis adiungit: *Hanc ſiquidem vrbem quaſi intuentes vndique, collectæ plurimæ gentes,* [d] *aſſumunt verba ſacræ ſcripturæ & dicunt, omnipotens Roma,* [e] *glorioſa dicta ſunt de te, quæ ciuitas Dei es facta.* Hæc Arnulphus huius temporis ſcriptor valde corrupti. Hanc verò ſtabilem & inconcuſſam fidei Romanæ puritatis firmitatem ab oratione Chriſti Domini pro S. Petro patri ſuo profuſę fuiſſe profectam ita Leo nonus [e] ad Petrum Antiochenum Epiſcopum Epiſtola confirmat: cum multa de dignitate S. Petri & Eccleſiæ Rom. prærogatiua dixiſſet, *Nimirum,* inquit, *ſolus eſt ille, pro quo ne deficeret fides eius, Dominus ac ſaluator aſſeruit ſe rogaſſe dicens, Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut*

a Rupertus l. 2. c. 22. de diuinis officiis.

Eccleſia Romana, quia nulla vnquam hæreſeos labe infecta fuit, poſt Euangelium in miſſa Credo non cantabat.

b Lib de rebus ad miſſam ſpectantibus.

Propter puritatem fidei non ſolum Eccleſia, ſed etiã ciuitas Rom. ſancta dicebatur.

c Arnulphus Comes lib de ſtatu vrbis Romæ, ſui ſcriptor temporis.

d Pſalm. 86.

Puritas fidei Romanæ immota ab oratione Chriſti Domini profecta.

e Leo 9. Ep. ad Petrum Antiochen. Epiſc. Anno 1049.

A *triticum: Ego autem &c.* His dictis ait. *Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius vſque in ſæculum ſæculi, ſed confirmabit corda fratrum variis concutienda fidei periclitationibus, ſicut vſque nunc confirmare non ceſſauit.*

Hæc fides qua Romana coruſcat Eccleſia ab Apoſtolica ſede digreſſa omnium populorum mentes animoſque ſuę puritatis irradiatione progreſſa lõgius illuminauit. Quod his verbis[f] S. Ambroſ. expreſſit, *Roma per Apoſtolici ſacerdotij principatũ amplior facta eſt arce religionis, quam ſolio poteſtatis.* Cuius tanti fecit auctoritatem, vt dicat ſe in omnibus velle ſequi Romanam Eccleſiam, hæc poſtea adiũgens, *Author,* inquit,[g] *nobis eſt huius aſſertionis Petrus Apoſtolus, qui ſacerdos fuit Rom. Eccleſiæ magnus.* Ab ea velut à matre ac Domina omnes Chriſtianę ditionis Eccleſias inſtitutas

B fuiſſe imperatori Michaeli Nicolaus Papa declarauit:[h] ſicut in canonicum corpus Gratianus retulit. *Omnes,* inquit, *Patriarchas, primatus, Metropoles, aut Epiſcopatuum cathedras vel Eccleſiarum cuiuſcumque ordinis dignitatem inſtituit Romana Eccleſia; illam verò ſolus ipſe fundauit, & ſuper petram fidei mox naſcentis erexit, qui B. Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cæleſtis imperij iura commiſit.* Itaque cum omnis doctrina & auctoritas eò redire debeat, vnde defluxit, omnes præſertim in poteſtate conſtitutos, vt imperatores ac principes in his quæ fidei ſunt, à Romana Eccleſia debere erudiri, Epiſcoporum orthodoxorum ad Michaelem Balbum Imper. Epiſtola declarat, in qua hæc inter alia:[i] *Quod ſi quid eſt huiuſmodi de quo ambigat aut diffidat diuina magnificentia veram*

C *à patriarcha,* ſcilicet Conſtantinopolitano, *diſſolui poſſe, iubeat magna ipſius & à Deo confirmata manus ad communem vtilitatem, à vetere Roma ſuſcipi declarationem, prout olim & ab initio paterna traditione tranſmiſſus mos fuit.* Non ſolum autem imperatores ac principes ſeculares à Romana ſede, quę ſuæ ſaluti conducunt, in fide ac doctrina veritatis informari debent: ſed etiam magni Eccleſiæ doctores alios ſuæ ſingularis eruditionis tinctura ſapienter illuſtrantes: vt ipſe Hieronymus vſque ad miraculum eruditus, de quo [k] S. Auguſtinus, *deeſt ſciri quod Hieronymus ignorauit.* Ipſe nihilominus quod rectè intelligeret magnam vim eſſe Cathedræ Romanæ, cui Spiritus ſancti gratia immobiliter adhęret, ſupplicibus votis precibuſque à S. Damaſo ſummo Pontifice in doctrina triũ hypoſtaſeon veritatis inſtrui infor-

D marique popoſcerat,[l] *Vt non in incertum tanquam aerem verberans,* in veræ fidei profeſſione curreret; illum Pontificem talibus affando, *Quamobrem obteſtor beatitudinem tuam, per crucifixum, mundi ſalutem, per homouſion Trinitatem, vt mihi Epiſtolis tuis ſiue tacendarum, ſiue dicendarum hypoſtaſeon, detur authoritas: ſimul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare, ſignifices: Noli deſpicere animam meam pro qua Chriſtus mortuus eſt.* [m] Similia in Epiſtola ſequenti precatur.

Huic ſedi ſanctiſſimæ qui fidei profeſſione non iungitur, extra ouile Chriſti prophanus ac infidelis ſuæ ſalutis aleam, Sathanæ tyrannidi mancipatus miſerè periclitatur; ſicut Optatus [n] cõtra Parmenianum pluribus oſtendit, inde certiſſima conuincens Donatiſtas demonſtratione, ad veram Chriſti Domini Eccleſiam eos nullo modo pertinere, quod cum Siricio tunc in cathedra S. Petri

2 Pars. *De deriuatione fidei Rom. in omnes gentes.*

f S. Ambroſ. l. 2 de vocat. gentium, c. 6.

g S. Ambroſ. Ibid.

h Nicolaus PP. ad Michaelẽ Imp. Gratian. diſt. 22. Can Mediolanenſis.

Eccleſias omnes Romana Eccleſia inſtituit, ipſa vero à ſolo Chriſto fundata.

i Epiſt. Epiſc. ad Imp. Michaelem inter Epiſtolas S. Theodori Studitæ l. 2. Epiſt 86.

Imperator in rebus dubiis de fide à Rom. ſede docendus. Etiam maximi Eccleſiæ doctores à Rom. ſede inſtruẽdi.

k S Auguſt.

l S. Hieron. t. 2. Epiſt. 17. ad S. Damaſum.

m Epiſt. 58.

3 Pars. *Alienus à Rom. fide profanus & infidelis eſt: & contra verus Catholicus ſodis unctus Romano.*

n Optat. Mileuit. contra Parmeo l. 2. circa princ.

sedente non communicarent, sed illius sanctissimę fidei rebellionis superbissimæ pessimæque doctrinæ armis obsistentes inimicarentur: verè eleganterque illud à S. Hieronymo, [a] sic S. Damasum alloquente loco supra citato comprobatum est. *Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri, communione consocior. Super illam petram ædificatam Ecclesiam scio: quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio:* [b] & paulo post, *Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.* Notam verò veri Catholici esse cum Rom. sede fidei communione sociari; hac verborũ serie postea declarat, *Ita me incessabilis inimicus post tergum secutus est, vt maiora in solitudine bella nunc patiar: Hinc enim præsidiis fultu mundi Ariana rabies fremit: Hinc in tres partes* (Meletianas à Meletio, Vitalianas à Vitali, & Paulianas à Paulino) *scissa Ecclesia ad se rapere me festinat: Monachorũ circa manentium antiqua in me surgit auctoritas. Ego interim clamito, si quis Cathedræ Petri iungitur, meus est.*

a tom. 2. Ep. 57. ad Damasum.

b Idem Epist. 58. ad eundẽ.

Quid dicat S. Augustinus ad illustrandam hanc veri Catholici, & contra pessimi hęretici atque schismatici notam, de Cæciliano verè Catholico Carthaginensi Episcopo à Donatistis hæreticis immanissime vexato loquens, audiamus. *Qui posset,* [c] inquit, *non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus, per communicatorias litteras esse coniunctum.* & Epistola [d] contra partem Donati. *Venite fratres, si valtis, vt inseramini in vite: dolor est cum vos videamus præcisos, ita iacere. Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, in illo ordine patrum, quis cui successerit, videte: ipsa est Petra, scilicet Romana sedes, quam non vincunt superbæ inferorum portæ.*

c S. Aug. Ep. 162.

d Idem Aug. in Psalmo vel Epist. contra partem Donati.

Consideremus Ecclesias illas insana persuasione à Romana sede discretas, quàm ideò in barathrum infidelitatis errorisque perniciosissimi miserè præcipitatę corruerint. Testis est Alexandrina Ecclesia; Antiochena & super alias superbior & ambitiosâ rebellione turgidior Constantinopolitana sedes. Testes tot Ecclesiæ tota Asia, Africaque diffusæ; tot Conciliis quondam celeberrimis florentissimæ, tanto hominum sapientia doctrinaque mirabili, vitæ morumque sanctitate clarissimorum numero illustrissimæ. Quas quia inimico dissidio à Romana sede distractæ partem facere voluerunt, illicò tanquam ramos à radice præcisos perpetua infidelitatis errorisque siccitate turpiter exaruisse videmus.

Omnes Ecclesiæ à fide Rom. sedis discretæ perierunt.

Ideò magnus ille senior Theodosius imperator vt contra omnes Ecclesię hostes fęlicius pręlia Domini prærliaretur: ne qua erroris in fide macula imperium suum contaminaret, neve inde calamitas vlla illud attingeret, omnes suę imperatoriæ Maiestati subditos populos nunquam à sana Romanę fidei doctrina recedere, hoc sancto cauit edicto. *Cunctos* [e] *populos quos clementiæ nostra regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio vsque nunc ab ipso insinuata declarat: Quamque Pontificem Damasum sequi claret, &c.* Et paulò post. *Hanc legem sequentes Christianorum, Catholicorum nomen iubemus amplecti: Reliquos verò dementes vesanosque iudicantes hæretici dogmatis infamiam sustinere, & eorum conciliabula Ecclesiarum nomen accipere, diuina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus, vltione plectendos.*

Edictum Theodosij magni ne vllo à Romana fidei professione recederent.

e l. 2. De fide Catholica Cod. Theod.

Impp. Gratiano, Valent. Theodos. ad populum Constantinopolit.

Pœna hæreticis lege diuina & humana irroganda.

Tanta verò sanctitatis fulgore veritatisque fidei luce Rom. Ecclesiam refulsisse semper ab ortu suo Stephanus sextus Leoni imperat. huius item nominis sexto Epistola ad eius litteras responsiua significauit, vt tanquam viuum veræ religionis atque pietatis omnibus Ecclesiis, quô sanctius Christi Domini iussa peragerent, ac diuinæ vestigia vitæ sequerentur, speculum ac exemplar esset exhibenda, hæc in fine Epistolæ suæ imperatori verè philosopho subiiciens: *Romana* [f] *Ecclesia instar speculi & exemplaris reliquis Ecclesiis constituitur, & quodcumque definierit, in sempiternum manet incorruptum. Et hac de causa sententias magna cum inquisitione ferre decet.* Hæc ipse Pontifex.

Ecclesia Rom. propter sanctitatem & fidei puritatem omnibus Ecclesiis, vt viuum perfectionis exemplar proponenda.

f Stephanus 6. Epist. ad Leonem imp. 6.

Atque vt quanti æstimanda honoreque maximo prædicanda penitusque cordibus fidelium populorum vt saluarentur inserenda esset hæc Romanæ fidei puritas atque sanctitas omnibus hominibus innutesceret, tam altis voluit attollere præconiis huius fidei primum doctorem atque professorem S. Petrum Romanę cathedræ iubente Christo Domino & cooperante Spiritu sancto fundatorem S. Bonifacius [g] Episcopus & Germaniæ Apostolus illuc à Gregorio secundo missus, vt huius fundatoris per Christum Romanæ fidei ac sedis Apostolorum principis Epistolas auro descriptas ad omnes gentes, vt illis Romanæ fidei sanctitatem aperirent, pro maxima earum reuerentia mandare atque dimittere concupierit. Sic enim ad Eadeburgam Abbatissam Cantiorum regi in Anglia consanguineam eam ob id deprecando scribit. *Quia sæpe sine solamine librorum, sine vestimentorum adiuuamine pietas tua tristitiam meam consolata est, sic & adhuc precor, vt augeas quod cœpisti, id est, vt mihi cum auro conscribas Epistolas Domini mei S. Petri Apostoli ad honorem & reuerentiam sanctarum scripturarum ante oculos carnalium in prædicando.*

g S. Bonifacius Germaniæ Episcop. natione Anglus optat ad omnes gentes Epist. S. Petri auro descriptas mitti.

h Epist. S. Bonifacij Germ. Apostoli Eadeburgæ Abbatissæ apud Surium die 5. Iunij.

Denique huius fidei Romanę sanctitas & puritas omnis experta alterationis semper sui similis, omnis victrix erroris, tantis diuinarum virtutum propugnaculis innixa est, vt Diabolus ipse Rex omnis superbię, impiorum princeps omnibus furiarum suarum tædis ac telis armatus ad illius maiestatis aspectum splendoremque ne minimo quidem temporis interuallo subsistere potuerit. *Hæc fides,* inquit sanctus ille magnus [i] Leo, *Diabolum vincit, & captiuorum eius vincula dissoluit: Hæc erutos mundo, inserit cælo, & portæ inferi aduersus eam præualere non possunt. Tanta enim diuinitus soliditate munita est, vt eam neque hæretica vnquam corrumpere prauitas, nec pagana potuerit superare perfidia.* Atque de immaculatæ Romanæ fidei sanctitate, puritate, firmitate atque fortitudine breuiter dicta pro instituti nostri ratione sufficiant.

Quantum vis Romanæ fidei puritatis qua Diabolum vincit.

i S. Leo Ser. 2. in anniuers. die suæ assumptionis.

CAPVT XIII.

Monarchica ſancti Petri & ſucceſſorum eius poteſtas & auctoritas ſic eſt à Deo immediatè inſtituta, non ab Eccleſia, non ab Apoſtolis, non à Conciliis œcumenicis, non à conſenſu populi: vt ab illis omnibus immutari, variari aut tantillum alterari eius maieſtatis acies nullo modo poſſit.

Hoc ſeptem argumentorum formis comprobatur, quarum tres in hoc capite proponuntur.

1. *A ſanctis Scripturis.*
2. *A Conciliis.*
3. *A Patribus.*



SAcræ ſcripturæ oracula tam clara & fortia, tãque ad elucidationem demonſtrationemque veritatis efficacia eſſe creduntur, quibus S. Petri ſuprema Monarchicaque poteſtas & eius ſucceſſorum in Romana ſede à ſolo Deo Chriſto Domino, non ab Eccleſia immediatè profecta deriuataque probatur, vt ea aut neſcire hominis eſſet valde imperiti & in ſanctis literis admodom peregrini, aut diſſimulare fraudulenti ac malitioſi: aut improbare atque negare improbiſſimi ac ſceleratiſſimi, à via veritatis enormiter exorbitantis, eſſe iudicaretur.

Teſtimonia S. Scriptura quibus oſtenditur principatum Monarchicum Eccleſia à Chriſto immediatè S. Petro collatum non ab Eccleſia.

C Ac primum cum Dominus dixit ad Petrum prolata confeſſione de diuinitate eius, diuinitus à Patre cęleſti reuelata: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum, &* [a] *quæcumque ligaueris ſuper terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cælis.* Patres omnes quos in hunc locum ſupra citauimus his verbis Chriſtum Dominum S. Petro ſuæ Eccleſię principatum, Monarchicamque iuriſdictionem ſpopondiſſe vno conſenſu profeſſioneque proclamant.

a Matth. 16.
1. Teſtimoniũ.
2. Teſtimoniũ.

At dicere Chriſtum Dominum ſpopondiſſe illam, & poſtea effectu ſuam non expleuiſſe ſponſiooem, quantum ſacrilegij iſta redoleret aſſertio? Et cum principi Eccleſię futuro viſibili directione Chriſti inuiſibilis vices in terris exercenti tanta diuinarum naturæ limites excedentium gratiarum fæcunditas deſideraretur, ne

D à via veritatis vnquam fideique tramite deflecteret, illum harum gratiarum armatura Dominus oratione ſua munire voluit. De quo diſcipulum ſuum his verbis certiorem reddidit, [b] *Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut triticum: Ego autem oraui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos.* Iam vero ipſe Dominus reuerſus ab inferis captiuam ducens captiuitatem de morte triumphata victor honorificus volens promiſſis ante paſſionem ſuam [c] Petro factis ſtare, & exequi facto promiſſa priuſquam in cælos ad dexteram ſui Patris aſcenderet, S. Petrum, *ſui vicarium amoris erga gregem*, vt S. Ambroſius [d] loquitur, relinquere cupiens, dixit illi, *Simon Ioannis diligis me plus his?*

b S. Luc. 22.
3 Teſtimoniũ.
c S. Ioan. 21.
d l. 10. in c. 24. Lucæ.

A Ad trinam ſui diſcipuli reſponſionem ter pręſentibus aliis dixit, *Paſce agnos meos, Paſce oues meas, Paſce agnos meos.* Ac in ſignum prærogatiuæ ſuper omnes Apoſtolos, principatuſque futuri ſuper omnem Eccleſiam ſuam nominatim expreſſoque mandato iuſſit, *pro ſe & pro illo*, exigentibus, *tributum* [e] *ſolui*: vt ſignificaret illum fore, qui ſui abſentis in propria perſona maieſtatem exhiberet, loco ſuo omnibus Monarchica poteſtate fidelibus imperando. Quibus locis expreſſum Domini verbum innotuit, quo ſuam dignatus eſt exprimere voluntatem de tradendo ſuę Eccleſiæ S. Petro, eiuſque in eadem ſede regnaturis ſucceſſoribus ſummo principatu. Quam quidem Domini voluntatem ex his aliiſque locis certiſſima ſancti patres demonſtratione probauere: quorum teſtimoniis commemorandis orationis filum extenderem, niſi ea ſuperioribus libris ad

4 Teſtimoniũ.
e S. Matth 17.

B expoſitionem eorumdem S. Scripturæ verborum copioſiſſime recitauiſſem. Alia argumenta confirmandę huius ſupremæ Monarchicæqoe poteſtatis immediata Chriſti Domini largitate S. Petro Romaniſque factæ Pontificibus firmiſſimæ, à ſacris ſcripturis tam Euangeliorum, quam actorum Apoſtolicorum deſumpta in medium producere leue eſt ac facile: in quibus geſta factaque S. Petri rectè fideliterque conſiderata, maturéque perponderata Monarchicum illum Eccleſiæ principatum à Chriſto illi immediatè traditum non ab Apoſtolis, noo à tota Eccleſia potenter aſtruũt. Quorum ſimiliter ego ſponte lubenſque narratione ſuperſedeo, quod illorum quoque omnium ſuperius ampliſſimè meminerim. Ergo ſacris ſcripturis omiſſis, quid Oecumenica Eccleſiæ ſanctæ Concilia, à quibus ſincer aearum ma-

C nat expoſitio, de hac veritate decreuerint, audiamus.

Concilium Nicænum [f] canone 6. Romanam Eccleſiam ſemper à Deo principatum habuiſſe teſtatur. Quod [g] decretum in Concilio [h] Chalcedonenſi à Nicæna ſynodo editum prolatumque fuiſſe ſancti Patres commemorando confirmarunt, licet huius decreti verba in illo concilio expreſſa minimè reperiantur. Atque vt ſupremam hanc in Eccleſia Dei auctoritatem à Chriſto Domino ſolo, non minus Romanis Pontificibus immediatè quam ipſi S. Petro datam eſſe ſignificaret, hanc S. Petro datam à Chriſto Domino in Romanos Pontifices poſteros S. Petri in ſede Apoſtolica ita loquendo transfundit. *Quamquam* [i] *accuſati Pontificis cauſam comprouincialibus Epiſcopis ſcrutari liceat, non tamen inconſulto Romano*

Primatum Eccleſiæ à Chriſto immediatè S. Petro collatum conciliorum auctoritate probatur.
f Concil. Nicæn. 1. anno 327.
g Can. 6. Concil. Nicęn. primi.
h Concil. Chalced act. 16
i Actio. 19. Nicæni Concil. 1 ex concilio Chalced.
k Epiſt.

D *Pontifice definire: Cum B. Petro Apoſtolo, non ab alio quam ab ipſo Domino dictum ſit: Quæcumque ligaueris ſuper terram.* Huius capitis Nicæni Concilij Iulius [k] primus Epiſtola ad Epiſcopos Antiochiæ congregatos mentiooem facit, qui ad eius veritatis, qua in auctoritatis rationiſque pondere defixa oitimur, potentiorem aſſertionem eiuſdem Coucilij caput 18. recenſet: in quo Concilium [l] decreuit, definiendoque aſtruxit non debere pręter ſententiam Romani Pontificis vllo modo aut Concilia celebrari, aut Epiſcopos damnari. Cui maiora Eccleſiarum negotia, *Ab ipſo Domino* (& non ab Eccleſia) *Speciali priuilegio tradita ſunt*: Sic enim caput illud Concilij loquitur: *Omnes Epiſcopi in grauioribus cauſis libere Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam quaſi ad matrem confugiant: Cuius diſpoſitioni omnes maiores Eccleſiaſticas*

l Concil. Nicæn. 1. c. 18.

causas antiqua Apostolorum auctoritas (scilicet in verbo Dei, vt exponit S. Iulius, fundata) *reseruauit.* Notandum verò vt veritas hęc nulla notet dissimulatione, nulloque labascat effugio, S. Iulium huius nominis primum sincera & immaculata fide Pontificem illis hæc statuta Concilij Nicæni Episcopis rescripsisse, quorum multi Concilio huic interfuerant. Atqui valde absurdum esset credere hunc Pontificem illis canones obiicere voluisse spurios pro legitimis Concilij huius, quos Episcopi illi facilè non à Concilio decretos editosque, sed potiùs ab illo pontifice confictos fuisse testatione sua conuincere potuissent. Sed pręter Iulium Papam eorum canonum veritatis assertores sunt S. Athanasius [a] cum Episcopis Ægypti, Thebaidis & Lybiæ Epistola ad Fælicem, in qua hos supra memoratos canones, cum aliis plerisque huius Concilij decretis ab hæreticis incensos, Catholicisque sublatos fuisse testantur. De quo sacrilegio Fęlix [b] Papa Epistola ad Episcopos Ægyptios vehementer expostulat.

a Athanasius cum aliis Ægypti Episcopis Epist. ad Felicem.

b Epist. ad Ægypti Episcopos.

Secundum.

c Anno 350. can. 3.

Concilium Sardicense, [c] cuius canones cum Nicæni commisceri solent, canone 3. hęc ordinauit. *Sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, vt scribatur ab his qui causam examinarunt, Iulio Romano Episcopo, & si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices.* Concilium suam Romani Pontificis auctoritatem iudicio submittit. Ergo ei suam non contulit, sed Christus.

Tertium.

d Anno 681. Act. 5. Erant in eo 536. Episcopi.

Concilium generale 6. Constantinopolitanum [d] contra Monothelitas *S. Petrum Apostolorum principem à Deo factum fuisse pronuntiat.* Ergo suum ab Ecclesia principatum accepisse minimè credendum est. In hoc Concilio vox quingentorum triginta sex Episcoporum audita est dicentium, *Suggestiones decretas à patre nostro Agathone sanctissimo Archiepiscopo Apostolicæ & principalis sedis antiquæ Romæ, tanquam à Spiritu sancto dictatas per os sancti & beatissimi principis Apostolorum Petri, & digito ter beatissimi patris Agathonis scriptas suspicio & amplector.*

4.

e Anno 781. Episcop. 310.

f Epist. ad Tharasium.

Concilium generale septimum, quod est Nicænum [e] secundum, huic veritati subscripsit, Adriani [f] Papę ad Tharasium Constant. Episcopum Epistolam maximis tanquam à Spiritu sancto dictatam laudibus efferendo, in qua hæc scripta leguntur. *Cuius sedes per totum orbem terrarum primatum obtinens lucet, omniumque Ecclesiarum Dei caput existit: vnde & ipse D. Petrus Dei iussu Ecclesiam pascens, nihil omnino prætermittit, sed vbique principatum obtinuit, & obtinet.* Si Dei iussu pascit & gubernat Ecclesiam, ergo suam ab Ecclesia minimè auctoritatem mutuatus illius nutu, imperii Ecclesiastici non moderatur habenas.

5.

g Concil. 4. Lateran generale 10. Anno 1215. Patrũ 1285 in quibus plusquam 473. erant Episc.

Quartum Lateranense, [g] quod est generale decimum sub Innocentio 3. talem de principatu Ecclesię Monarchico S. Petro eiusque successoribus immediata Christi Domini ordinatione credito sententiam cap. 5. protulit, *Romana Ecclesia disponente Domino super alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium & magistra.*

6.

h 2. Anno 1274. sub Gregorio 10.

i Can. vbi periculum de electione in sexto.

Concilium Lugdunense [h] secundum, quod inter generalia decimoquarto loco reponitur, mille circiter Græcis ac Latinis patribus coactum, inter quos Episcopi numero quingenti recenseri poterant, [i] *Romanum Pontificem S. Petri successorem, Christi Domini vicarium, & ex eius præscripto vniuersalis Ecclesiæ rectorem appellat.* Cuius decreti

A Canon Ecclesiasticus recordatur.

7.

k Anno 1414. 300. Episcop. & eo amplius sess. 8. & 15. art. 37.

Concilium Constantiense [k] strenuè grauiterque dimicat contra Monarchomachos Ecclesiæ læsæ maiestatis reos, cum eos, vt impium hæreticum Vuicleffum sessione 8. & 15. anathemate percellit, quod inter articulos suos illam euomuerit blasphemiam, nempe, *Papam non esse immediatum & proximum vicarium Christi.* Atque vtinam omnes illi Ecclesiasticæ Romanęque maiestatis rei ac perduelles, qui verbo tenus tantis hoc Concilium laudibus mactant, illud in omnibus bene intellectum, eiusque decreta conciliariter facta in omnibus religiosè fideliterque sequerentur: iamdudum schismatica eorum doctrina huius Concilij decretis explosa corruisset.

8.

l Session. 14. c. 7.

At sacro-sanctum Concilium Tridentinum [l] tam clarè & potenter antiquorum Conciliorum B decisiones sacrosque canones in assertionem huius veritatis euocando de hac suprema S. Petri Romanorumque Pontificum in vniuersam Ecclesiam diuinitus à solo Christo data potestate, sancti Spiritus oracula prodidit: vt nostri Monarchomachi perduellionis rei, de eius auctoritate infallibili & œcumenica sanctitate, gratis dubitare maluerint, quam ea Ecclesiæ Romanæ, sedique Apostolicæ, quæ Deus per os sanctorum in eo Concilio patrum se illi largitum esse significauit, Catholica fidelitate recognoscere.

Error ridiculus & impius qui non Christo sed Ecclesia tribuit concessionem summæ potestatis B. Petro sanctorum PP. testimoniis confunditur.

At præter sanctas diuinarum scripturarũ Conciliorumque generaliũ machinas, quibus error nõ mediocriter impius spiritualem Monarchiam ac potestatem S. Petro ab Ecclesia, non à Christo immediatè largitam esse, mendacio, & imperitia C crassa affectataque mordicus affirmans destructus est, etiam nubes testimoniorum, è doctrinæ sanctorum Patrum fontibus haustorum lucidas euocemus: vt errorem audacem ac perniciosum maximè, confundamus: inter quos primus Apostolorum vicinior tempori, vt antesignanus, sanctus Dionysius [m] in campum prodibit: qui S. Petrum Apostolorum *summum apicem, ac principem verticalem*, sic adeò super omnes fideles constitutum appellauit. Huic assentiens, *summum Ecclesiæ principatum S. Petro datum à Christo* S. Cyprianus [n] de vnitate Ecclesiæ asserere nõ dubitauit. Horum antiquorum doctrinam posteri religiosè sunt amplexati. Ex Græcis S. Basilius [o] cum S. Petrum Christi Domini iussu cunctis Apostolis discipulisque fuisse pręlatum asserit. S. Nazianzenus [p] dum D vnum ex omnibus Domini discipulis *electum, S. Petrum videlicet, cuius curæ à Domino fundamenta ipsa fidei*, hoc est reliquos Apostolos, commissa fuisse confitetur. Cyrilli ambo: [q] Hierosolymitanus S. Petrum, *ex Christi institutione discipulorum primum & regni cælorum clauigerum nominando.* Alexandrinus, [r] *Principem caputque cæterorum*, Eusebius [s] *primum Christianorum pontificem*, S. Chrysostomus, [t] *pastorem & caput, vniuersoque terrarum orbi à Christo præfectum præpositumque* fuisse veraciter asserendo. Similem edidit confessionem ante eum [u] Origenes, S. Epiphanius hæresi 51. *discipulorum ducem.* Post illum verò Theophylactus, [x] Euthymius [y] & Oecumenius similia, professi Christum Dominum Monarchiæ S. Petri spiritualis auctorem per seipsum, conditoremque crediderunt. Ex Latinis patribus S. Ambrosius [z] *hunc Ecclesiæ principatum fuisse à Domino consecutum S. Petrum super omnes*

m c. 3. cælest. Hierarch.

n l. de vnitate Ecclesię.

o Pręfat. de iudicio Dei circa finem tom. 3.

p Orat. de moderatione.

q Catech. 2. 17. 21.

r l. 2. in Ioan. c. 64.

s l. 2. histor. c. 14.

t Homil. 55. in Matth.

u In c. 1. Ioan.

x In c. 17. Lucæ.

y In c. 21. S. Ioan.

z l. 10. in Luc. c. 24.

a L. 1. contra Iouinianum.

nes fideles, profiteri non dubitauit ſanctus Hieronymus, [a] *Caput omnium Apoſtolorum creatum à Domino teſtatus eſt*. A quo porro hæc niſi à Domino ſaluatore noſtro dignitas? Diuos Auguſtinus, [b] in diſcipulis *primatu à Domino fuiſſe donatum*, poſteritatem operum ſuorum monumentis edocuit, ſicut ante eum ſanctus Hilarius [c] & Arnobios in Pſalm. 138. & cum eo Optatus [d] Mileuitanus: & poſt eum Proſper, [e] Beda, [f] maximè ſanctus Bernardus, [g] alijque clariſſimi doctrina pietateque patres ſuorum ſcriptorum teſtimonio fideliſſime demonſtrarunt. Hanc veritatis confeſſionem Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus Hunnerico Arrianno tyranno crudeliſſimo Catholicorum in Aphrica perſecutori magna conſtantia, confidentiaque Chriſtiana ita reſpondendo prodidit: *Si noſtram* [h] *fidem quæ vna & vera eſt, poteſtas Regis cognoſcere deſiderat, mittat ad amicos ſuos; ſcribam & ego fratribus meis, vt veniant coepiſcopi mei, qui vobis nobiſcum communem fidem noſtram valeant demonſtrare; & præcipuè Eccleſia Romana, quæ eſt caput omnium Eccleſiarum*. Hic autem notandum nomine Romanæ Eccleſiæ Pontificis Romani auctoritatem intelligi, vt clarius infra patebit. Pomponius Lætus in compendio Rom. hiſtoriç in Gallo Cæſare ad calcem, cum multa pro defenſione principatus Romani Pontificis dati diuinitus contra ſuperbiſſimum Conſtantinopolitanorum Patriarcharum faſtum & audacem iniquamque eorum contra ſedem Apoſtolicam præſumptionem optimè dixiſſet, hæc pro bona concluſione ſubiunxit. *Epiſcopus* [i] *ergo Romanus & diuino iuſſu & humana rationis vinculo generis humani parens & princeps eſt. Nam illud perpetuò manſurum quis dubitat, Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam?* Vtiam nemo bonus Catholicus reperiatur, qui non magnopere probet præclaram illam doctore orthodoxo digniſſimam Gerſonis noſtri ſententiam, quem tanti ſe facere ſedis Apoſtolicæ Pōtificiæque maieſtatis hoſtes & oſores ficta profeſſione ſimulant; qua ſic hæreticos, impios & ſacrilegos eos eſſe pronuntiat, qui ſupremam Romani Pontificis auctoritatem in Eccleſia immediatè à Chriſto Deo profectam pertinaciter infiiantur [k] *Status Papalis*, inquit, *eſt inſtitutus à Chriſto ſupernaturaliter & immediatè, tanquam primatum habens Monarchicum & regalem in Eccleſiaſtica Hierarchia: ſecundum quem ſtatum vnicum & ſupremum Eccleſia dicitur vna ſub Chriſto. Quem ſtatum quiſquis impugnare aut diminuere, vel alicui Eccleſiaſticæ particulari æquare præſumit, ſi hoc pertinaciter faciat, hæreticus eſt, impius & ſacrilegus*: Qui poſtea hanc ſoç aſſertionis atque iudicij rationem reddit. *Cadit enim*, inquit, *in hæreſim toties expreſſè damnatam à principio totius Eccleſiæ vſque hodie, tam per Chriſti inſtitutionem de principatu Petri ſuper omnes alios Apoſtolos, quam per traditionem totius Eccleſiæ in ſacris eloquiis ſuis & generalibus Concilijs*. His maturè fideliterque conſideratis dicat nobis lector beneuolus, æquus rerum æſtimator, conſcientiæque bonæ ſincerus amator, in quo erroris delictique genere reponendos illos eſſe iudicet, qui auctoritatem ſummumque principatum ſancti Petri & ſucceſſorum eius Pontificum Romanorum non à Chriſto Domino immediatè, ſed ab Eccleſia, & per Eccleſiam traditam conceſſamque fuiſſe mordi-

b In Pſalm. 108.
c Can 16. in S. Matth.
d l. 2. contra Parmenianū.
e l. 1. ſentent. & l. 2. de vocat. gentium.
f In c. 1. S. Ioan. 3.
g l. 2. de conſiderat.
h Victor Viticenſis l. 2. de perſecut. Vuandal.
i Pompon. Lętus in compend. Rom. hiſtor.
k Gerſon in tractatu de ſtatibus Eccleſ.
Nota hāc Gerſonis auctoritatem contra perduelles Pōtificum maieſtatis quos ſanè hæreticos, impios & ſacrilegos illius doctoris iudicio.

A cus aſſerere, inſuper doctrinam hanc veritati Catholicæ prorſus inimicam, ſacræ Pariſienſis Academiç facultati mendacio intolerabili imponere; atque nobis affingere ſuperbis, minimè ſine vllo calumniæ horrore, impoſturæque metu dubitarunt. Sed ad alias probationes & argumenta alterius generis ad illos errores tam ſaluti animarum pernicioſos pacique Eccleſiaſticæ perfringendos fortiſſima tranſeamus.

CAP. XIV.

Eam quam prius, canonibus, ſummorum Pontificum decretis, imperatorum
B reſcriptis, atque rationibus præſens caput veritatem confirmat, errorremque ſicuti prius huic contrarium refellit.



HRISTVM Dominum cum ſancto Petro [l] dixit, *duc in altum*, principatum illius quem ei dabat, ſuper omnes Apoſtolos diſcipuloſque ſignificare voluiſſe ſacra Eccleſiaſticorum canonum auctoritas multis in locis affirmat. Sic enim ſancta ſedes canone [m], Non turbatur, è doctrinæ ſancti Ambroſij fontibus hauſto loquitur: *Et ſi alijs*
C *imperatur vt laxent retia, ſoli tamen Petro dicitur duc in altum*. Quo maioritas ſuperiorque gradus in ſancto Petro dignitatis reſpectu aliorum Apoſtolorum datus à Chriſto Domino, & ex conſequenti ſucceſſoribus ſancti Petri Romanis Pontificibus ſuper omnes Eccleſiæ prælatos ſatis apertè conſpicitur. Quod non obſcurè canone ſequenti Eccleſia fidelium mater his verbis expreſſit: [n] *Eſt aliud piſcandi genus, quo genere ſolum Petrum piſcari Dominus iubet, dicens, Mitte hamum, & eum piſcem qui primus aſcenderit tolle*. Vbi per hamum Gloſſa [o] *iuriſdictionem* intelligit qua Petrus præfuit: *Quia*, inquit, *hamo, id eſt ferro reſecantur putridæ carnes*. [p] Can. plurimos, *Et ideo ſolus Petrus piſcatur hoc genere, ipſe enim habet poteſtatem ligandi atque ſoluendi præ alijs*. Quod Can. in illis [q] diſtinct. 80. in fine con-
D firmatur his verbis: *Quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par inſtitutio fuit, ſed vnus omnibus præfuit*. Quæ verba ex prima ſancti Clementis ad ſanctum Iacobum Epiſtola deprompta ſunt. Propterea de ſancti Petri maioritate ſuperque omnes poteſtate dubitare inſtar eſſe ſacrilegij Eccleſia ſancta [r] *Can. ſi quis*, 17. qu. 4. iudicauit; atque hoc facere eadem dixit, *eſſe ponere os in cælum*. Capite, *in tantum*, diſtinct. 21. Præclarus, & ad id quod quærimus comprobandum textus potens in *Can. Quamuis*, [ſ] diſt. 21. quo Rom. Eccleſiam & Apoſtolicam Pontificiamque ſedem cæteris Eccleſiis dignitate & imperio ſola Chriſti ordinatione ac iuſſu præire, præſtareque clariſſimè in hæc verba demonſtratur. *Quamuis vniuerſa per orbem Catholica Eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſint, ſancta tamen Romana Catholica & Apoſtolica*

Duc in altum.
l Luc. 5.
His verbis principatum S. Petri ſuper omnes Apoſtolos totamque Eccleſiam ſignificatum conſtitutumque confirmauit Dominus.
m Can. Non turbatur 24. q. 1.
n Can. eſt aliud 24. q. 1.
Hamus iuriſdictio.
o Gloſſa in hunc Can.
p Diſt. 82.
q Can in illis diſt. 80.
De ſupremo in Eccleſia S. Petri & Rom. Pontificum poteſtate diſputare ſacrilegium.
r Diſt 21.
ſ Can. ſi quis §. ſi autem in ſ 17. q. 4.
Similiter de iudicio ſummi Pontificis alicui diſputare non licet.
Can. quamuis Diſt 21.

Nomine ſedis Apoſtolicæ ſolus Papa auctoritas intelligitur.

A *Eccleſia, nullis ſynodicis conſtitutis, cæteris Eccleſiis prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini & ſaluatoris noſtri primatum obtinuit.* Vbi notandum quod ſupra delibauimus ſub nomine Romanæ Eccleſiæ ſolum Papam intelligi, vt idem ſit Romana ſedes ac Papalis dignitas & auctoritas, vt videre eſt, cap. *præceptis* [a] diſtinct. 12. & confirmatur [b] Can. *loquitur* 24. q. 1. cum mixtim loquitur aliquando de ſancto Petro, aliquando de Eccleſia ſimul; quem vniuerſalis Eccleſiæ caput ponit, conſtitutum à Chriſto Domino. Id ipſum cum expreſſa primatus S. Petri à Chriſto Domino non ab Eccleſia, vllíſque œcumenicis ſynodis aſſertione clariſſimè comprobat [c] canon *ſacroſancta*, diſtinct. 22. ſub hac verborum formula, *ſacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Chriſto ſaluatore noſtro primatum obtinuit & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum populi Chriſtiani gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe Dominus B. Petro Apoſtolo dixit: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* De hac autem ſuprema S. Petro immediatè à Domino credita poteſtate nemo poſſet vlterius dubitare, [d] ſi Canoni ita *Dominus*, diſt. 19. fidem adhibere obſequiumque Catholica docilitate præſtare non recuſaret. Ita enim Eccleſiaſticus Canon à Spiritu ſancto dictatus Eccleſiaſtica tuba, ad omnes orbis Chriſtiani fines in hæc verba perſonat: *Ita Dominus noſter Ieſus Chriſtus humani* [e] *generis ſaluator inſtituit, vt veritas quæ antea legis & prophetarum præconio continebatur, per Apoſtolicam tubam in ſalutem vniuerſitatis exiret, ſicut ſcriptum* [f] *eſt, in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris ſacramentum ita* * *Dominus ad omnium Apoſtolorum officium pertinere voluit, vt in beatiſſimo Petro Apoſtolorum omnium ſummo principaliter collocaret, vt ab ipſo quaſi quodam capite dona ſua, velut in corpus omne diffunderet, vt exortem ſe myſterij intelligeret diuini, qui auſus fuiſſet à Petri ſoliditate recedere. Hunc enim in conſortium indiuiduæ* (ſcilicet Eccleſiæ) *vnitatis aſſumptum, id quod ipſe erat, voluit nominari dicendo, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Quid hoc eſt dicere, quam impium eſſe ab alio quam à Chriſto Domino ſupremam S. Petri Romanorumque Pontificum in Eccleſia poteſtatem immediato fluxu deriuare? Sed iam Romanos Pontifices in hac aſſerenda veritate, cauſam non tam ſuam quam Chriſti Domini, quam Eccleſiæ vniuerſalis defendentes, audiamus.

a C. Præceptis diſtinct. 12.
b Can. loquitur. 24 q. 1.
c Can. ſacroſancta, diſt. 22.
d Can. ita Dominus 7. diſt. 19.
e Ex S. Leone Papa 1. Epiſt. 87. ad Epiſcopos Viennenſes.
f Pſalm. 18.
*Sanctum ſcilicet prædicandi munus, vt Gloſſa exponit.
Hæc ex S. Leone.

B

C

Anacletus Epiſtola 1. *De oppreſſione Epiſcoporum difficiliores quæſtiones & maiores cauſæ,* inquit, *ad ſedem Apoſtolicam referantur, quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſſione ſaluatoris vt maiores & difficiliores quæſtiones ſemper ad ſedem deferantur Apoſtolicam, ſuper quam Chriſtus vniuerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo ad ſanctum Petrum principem Apoſtolorum, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram* &c. Et Epiſtola 3. [h] *Hæc ſacroſancta Romana & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino ſaluatore noſtro primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt: ſicut ipſe,* ſcilicet Dominus, *B. Petro Apoſtolo dixit, Tu es Petrus,* &c. Quid hac ſupremæ poteſtatis à Deo immediatè profectæ origine clarius? Quid contra errorem aduerſariorum potentius? Huic do-

Teſtimonia à Rom. Pontificibus.
g S. Anaclet. Epiſt. 1.
h Idem Epiſt. 3.

D

A ctrinæ conformis eſt illa, quam Alexander [i] huius nominis primus Epiſtola ad omnes Orthodoxos his deliteſcentem verborum inuolucris ſtrenuè profeſſus eſt: *Huius,* inquit, *ſancta & Apoſtolica ſedis apici ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnium, negotia Eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt quaſi capiti.* [k] Pius 1. Epiſtola ad omnes Eccleſias. *Hanc ſedem Apoſtolicam omnium Eccleſiarum caput Dominus eſſe præcepit, dicens principi Apoſtolorum Petro, Tu es Petrus,* &c. Victor in Epiſtola ad [l] Theophilum probans ſupremam in vniuerſum Chriſtianorum orbem Monarchiæ ſpiritualis auctoritatem à Chriſto Domino immediata traditione ſancto Petro Romaniſque Pontificibus datam ex illo [m] ſancti Matthæi loco, *Quæcumque ligaueris* &c. docet iure optimo fuiſſe definitum, *vt grauiores Epiſcoporum*

B *cauſæ ab ipſo Apoſtolorum tempore ad Romanum Pontificem dirimendæ componendæque dirigerentur.* Eodem Chriſti Domini verbo, *Quæcumque ligaueris*, fretus [n] Zephyrinus Epiſtola ad Siciliæ Epiſcopos immediatam illam Eccleſiaſticæ Monarchiæ poteſtatem ſaluatoris noſtri munere ſancto Petro, & per eum Romanis Pontificibus largitam inſinuans. *Maiores Eccleſiæ cauſas ſoli Apoſtolicæ Romanæque Cathedræ ſubijci debere definiendas,* prout Apoſtoli Chriſti Domini voluntate informati decreuerunt, ſanctè religioſeque ſanciuit: Sicut poſt illum fecit S. Marcellus [o] hac Chriſti Domini fultus ad ſanctum Petrum locutione, *Tu es Petrus* &c. teſtificans, *Ex Apoſtolorum quidem traditione, ſed ex Chriſti Domini inſtitutione Romanæ Eccleſiæ tanquam omnium Eccleſiarum capiti, grauiora maioriſque momenti Eccleſiæ negotia ſubmittenda,* vt ſupremo imperio pro ſalute fidelium ſi-

C ne vlla aut tergiuerſatione, aut prouocatione, effugioque terminarentur. Notanda ſanè grauiſſima hæc Euſebij Papæ ad Campaniæ Tuſciæque Epiſcopos valde ad illius veritatis, quam tuemur, aſſertionem accommoda ſententia, quam quidem, poſtquam Eccleſiam Romanam ſancti Petri priuilegijs à Domino decoratam fuiſſe demonſtrauiſſet, talibus expreſſit eloquijs. [p] *Prima ſalus eſt rectæ fidei regulas cuſtodire, & à conſtitutis patrum nullatenus deuiare: Nec poteſt Domini noſtri prætermitti ſententia dicentis, Tu es Petrus* &c. *Et hæc quæ dicta ſunt rerum probantur effectibus. Quia in ſede Apoſtolica extra maculam ſemper eſt Catholica ſeruata religio.* Quanta verò longiſſimi temporis præſcriptione, ab ipſo nempe tempore Apoſtolorum cuſtodita inuiolatè hæc ſupremæ poteſtatis immediata à ſaluatore noſtro facta

D ſancto Petro ac ſucceſſoribus eius in Apoſtolica ſede traditio, donatioque vigeat, qui ſe neſcire ſimulat, audiat hæc præclara ad Hiſpaniarum Epiſcopos Papæ Melchiadis [q] eloquia. *Priuilegium Epiſcopos iudicandi Dominus beato clauigero Petro ſua vice ſolummodo commiſit, quod eius prærogatiuum ſuæ concedit ſedi futuris hæreditandum temporibus. Quod vtique priuilegium à temporibus Apoſtolorum ſtatutum eſt ſeruare, & illæſum manet vſque in hodiernum diem, ne quando membra diſcrepent à ſuo capite, & ſchiſmata oriantur.* Nec minoris energiæ virtutiſque ad inſtituti noſtri ſolidam confirmationem, teſtimonium illud Iulij [r] primi prioribus, quo ſic Epiſcopos Antiochiæ congregatos inſtruit, *ſanctam Romanam Eccleſiam & Apoſtolicam ipſe Dominus decenter allocutus eſt,*

i Alexand. 1. Epiſt. ad Orthodox.
k Ad omnes Eccleſias.
l Ad Theophilum.
m Matt. 16.
n Ad Siciliæ Epiſcopos.
o Epiſt. ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ.
p Euſeb. PP. ad Epiſcop. Campan. & Tuſciæ.
q Epiſt. ad Epiſcop. Hiſpan.
r Epiſt. ad Epiſcop. Antiochię congregatos.

inquiens, *Tu es Petrus &c. Habet enim potestatem singulari priuilegio sibi concessam, & Domini ore sacrata, atque desuper exaltata est. Et sicut beatus Petrus primus fuit Apostolorum omnium, ita & hæc Ecclesia suo nomine consecrata Domino instituente prima & caput est cæterarum, vt ad eam quasi ad matrem & apicem omnium maiores Ecclesiæ causæ referantur.* S. Damasus,[a] *summas causas*, inquit, *definiri absque sedis Romanæ auctoritate non licet, synodumque sine eius auctoritate fieri non est Catholicum: Nec vlla Concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta Apostolica auctoritate, ipsi enim firmamentum à Deo fixum & immobile omnium Episcoporum Apostolica sedes & vertex Ecclesiarum, supra quam Christus vniuersalem construxit Ecclesiam: at enim, Tu es Petrus &c.* Quam autem clarum illud Gelasij[b] t. ad nostri fulcimentum propositi testimonium? *Sancta Romana Catholica & Apostolica Ecclesia nullis Synodicis constitutis, cæteris Ecclesiis prælata est, sed Euangelica voce Domini, & saluatoris nostri primatum obtinuit, tu es, inquiens, Petrus, & super hanc petram &c.* Sed num hæc iam ista satis? Quid ergo opus, in referendis aliorum Sanctorum Pontificum testimonijs diutius immorari? quæ & copiosiora sunt, quam vt vnius capitis etiam longioris amplitudo capere posset: & clariora, quã vt hominis cuiuscumque, nisi ratione iudicioque destituti sensus & animus inficiari valeret. Ergo pro conclusione argumenti huius ab auctoritate Romanorum Pontificum potenter assumpti cum Nicolao[c] 1. Epistola ad Michaelem imperat. magnificè in octauo generali Concilio à sanctis Patribus laudata probataque dicamus. *Priuilegia Rom. Ecclesiæ à Christo donata, à synodis verò œcumenicis non donata, sed celebrata atque honorata fuisse.* Quæ in æternum duratura frementibus licet furentibusque cũ patre principeque suo Diabolo apertis occultisque sedis Apostolicæ hostibus, in vtroque foro perduellionis reis pacẽ prosperitatemque tẽporalem in hoc sæculo cultoribus suis, & in altero fælicitatem sempiternam gloriamque comparabũt. Neque verò quemquã Orthodoxorum mouere debet illa quorũdam maleuolorum gloriam, saluatoris nostri beneficio misericordiæ et impartitam sedi Pontificiæ Apostolicæque inuidentium inanis obiectio: qua illi nihilominus viris bonis, sed non satis eruditis scrupulum inijcere negotiumque facessere malitiosè conantur, male intellecto canone[d] *in nouo*, dist. 21. abutentes aut germanam illius orthodoxamque intelligentiam vulpinando dissimulantes: in quo scribitur, quod *Apostoli S. Petrum principem suum esse voluerunt*: Ergo inferunt illi, sanctus Petrus suam auctoritatem non à Christo immediatè sed ab Apostolis, Ecclesiaque mutuatus accepit. Huic vanæ dolosæque obiectioni ab inuidia, Canonisque ignorantia natæ atque productæ, supra cum S. Antonino[e] plenè satisfecimus; iterumque cum eodem Sancto bis non ingratè repetita solutione respondemus. Nimirum Apostolos S. Petri *principatum imperiumque summum supra se voluisse voluntate consequente & acceptante Dei ordinationem, non autem voluntate antecedente, seu causante ipsum principatus auctoritatem*: Cum illam sanctus Petrus immediata promotione super omnes à Christo Domino, vt ibi clarè dicitur, habuerit. Sicut eum dicitur in eodem cap. *In nouo, septuaginta duos ab Apostolis discipulos fuisse electos*, cum tamen fide credamus secundum scripturas illos à Christo fuisse

[a] Ad Stephanum Mauritaniæ Archiepiscopum.

[b] In Rom. Concilio Episcoporũ. 70.

[c] Ad Michaelem imp.

Obiectio fraudulenta inimicorum sedis Apostolicæ exploditur.

[d] Can. in nouo. dist. 21.

[e] 3. p. summæ tit. 22. c. 4. § 1. in f. Couarr. tom. 1. part. 3. relect. cap. peccatum de regulis iuris. l. 6. § 9.

Quomodo discipuli 72. dicuntur electi ab Apostolis.

A

creatos[f] S. Lucæ 10. *designauit Dominus alios 72. &c.* O impium facinus homine Catholico indignum, multoque magis eo qui se Theologum profitetur, errori tanto contra inexpugnabilem Pontificiæ & Apostolicæ dignitatis maiestatisque murum arietanti, præbuisse consensum! Quem sæculares principes, & quidem imperatores tanto odio detestati opposita professione condemnarunt. Petrus Damianus cum non posset adesse synodo Osbotiensi in Germania cum legatione pro Alexandro 2. Papa in Gallia fungeretur, disputationem synodalem, quam habuit pro defensione Romanæ Ecclesiæ contra aduocatum Regis Germaniæ Henrici tertij, ad Patres in ea synodo congregatos misit: in qua hæc de Constantini magni confessione, quam de suprema in Ecclesia potestate, à Christo Domino per seipsum S.

B

Petro Romanæque Ecclesiæ donata, singulari professus est pietate, commemorat: *Quoniam*, aiebat optimus imperator, *hic*, scilicet Romæ, *principatus sacerdotum & Christianæ religionis caput ab imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt ibi imperator terrenus habeat potestatem.* Postea de pietate in Apostolicam sedem imperatorum Theodosij senioris, & Honorij eius filij eorumque de hac potestate à Deo S. Petro credita, confessione idem Damianus ista subiunxit. *Longè verò post Theodosius imperator B. Pauli basilicam cœpit, quo defuncto filius eius Honorius tandem basilicam, ad calcem vsque perduxit hi quoque Rom. Ecclesiæ priuilegium firmarunt. Quomodo ergo prærogatiuam sibi in Romani Pontificis electione relinquerent, qui Rom. Ecclesiam nequaquam sibi studuerunt subdere,*

C

sed præferre, non præcipere, sed parere, non præcellere, sed subesse, scilicet ipsi Ecclesiæ Romanæ supremam in omnes fideles pro salute sua potestatem spiritualem à Deo consecutæ, obedire quam imperare maluerunt.

Nunc si in rationes intendere atque respicere voluerimus, quantis earum ponderibus veritatem principatus à Deo immediatè S. Petro Romanisque Pontificibus traditi,[g] cui ab inimicis pernicioso luctatur errore, sistere atque defendere poterimus? Enimuerò cum suæ regnum Ecclesiæ æternum Dominus esse decreuisset, pacem in eo durationis amicam constituere, diuisionemque ab eo humanæ perturbatricẽ societatis arcere debuit. Pacis porrò tuendæ conseruandæque vinculum arctissimum, vincique nescium vnius est à Deo sublimiter constituta potestas, cui parere omnes ex officio teneantur. Hac enim non stabilita à Deo in Ecclesia sublimi potestate, excita-

D

ta inter dignitate pares contentio defectu superioris auctoritatis non deficiens, statum Ecclesiæ turbatione sua diuisura consumere posset: iuxta Christi Domini verbum.[h] *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* Cuius oraculi[i] Canon meminit Ecclesiasticus, verumque illud glossæ in cap. *loquitur 24. q. 1. vbi pluralitas, ibi diuisio.* Sed alia est altior ratio, atque potentior, quæ negat potestatem S. Petri supernaturalem, quæ in finem diuinum, naturæ limites præteruectum, fælicitatem videlicet æternam rectà flectitur, atque dirigitur, ab humana Republica, viribusque naturæ orbe circumclusis posse deriuari: sed firmiter veritatis fulta præsidio tenet hanc diuinam supernaturalemque potestatem S. Petro concessam non posse aliunde quam à diuina & supernaturali virtutis infinitæ, quæ non alia quam

[f] S. Luc. 10.

Imp. Constantinus magnus, Theodosius senior & filius Honorius supremam S. Petri Romanique Pontif. auctoritatem à Christo immediatè electam agnouerunt.

Damianus disputans synod. inter aduocatũ Henrici regis Germaniæ, & defensorem Rom. Ecclesiæ descripta & missa ad Concilium Osbonium.

Illud ipsum quod superius, rationibus cõprobatur.

1. Ratio.

[g] S. Matth. 12.

[h] S. Luc. 11.

[i] Can. si ea 25. q. 1.

2. Ratio.

Roma sedes vniuersalis Ecclesiæ & omnium Ecclesiarum domina.

a Theodoret. epist. 113 ad Leonem.

A fidelium omnes sanctas toto diffusas orbe Ecclesias firmat, regit feliciterq; moderatur. Quod his præclaris Theodoretus ad S. Leonem sermonibus illustrat.[a] *Si Paulus præco veritatis tuba sanctissimi Spiritus ad magnum Petrum cucurrit: vt iis qui Antiochiæ contendebant ab ipso afferret solutionem: multo magis nos qui abiecti sumus & pusilli ad Apostolicam vestram sedem currimus, vobis namque per omnia primos esse conuenit. Multis enim quibus vos superiores estis, ornatur vestra sedes. Alias siquidē vrbes ornat, vel magnitudo, vel pulchritudo, vel multitudo eorum qui inhabitant. Nonnullas autem priuata dona quædam illustrant spiritualia. Vestra vero redundantem bonorum copiam dedit is qui est bonorum largitor. Ea est enim omniū maxima, & præclarissima, & quæ præest orbi terrarum, & eorū qui inhabitant abundat multitudine.*[b] Et epistola 116.

b Theodoret. epist. 116 ad Renatum legatum Apostolicum.

B ad Renatum S. R. E. Cardinalem Presbyterum, qui legatione S. Leonis in Ephesina synodo functus fuerat: quem inter alia sic orans, alloquitur: *Has igitur de causa tuam oro sanctitatem, vt persuadeas sanctissimo & beatissimo Archiepiscopo, vt Apostolica vtatur auctoritate, & præcipiat ad vestrum conuolare concilium: habet enim sanctissima illa sedes,* scilicet Romana, *omnium per orbem Ecclesiarum ducatum & principatum: Multis quidem de causis, præcipuè verò quod hæretica labe immunis permansit: & nullus qui contraria sentit veritati, in ea vnquam sedit: sed Apostolicam integram gratiam & immaculatam seruauit.* Propter quæ huic Romanæ Ecclesiæ, diuina largitate & omnipotenti virtute indulta beneficia S. Hieronymus in has voces præconiis illius Ecclesiæ fœcundas[c] per apostrophen ad hanc sanctam Ciuitatem conuersus erupit:

Nullus vnquā Papa fuit hæreticus Theodoreti iudicio.

c S. Hieronymus li. 2. contra Iouinianum.

Pulchra S. Hieronymi præconia de Roma facta caput ac Domina orbis Christiani nō mundi corrupti.

Roma quid Græcè & Hebraicè significat

C *Sed ad te loquar, quæ scriptam in fronte blasphemiam Christi confessione delesti, vrbs potens, vrbs orbis domina, vrbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum, Roma aut fortitudinis nomē est apud Græcos, aut sublimitatis apud Hebræos. Serua quod diceris, virtus te excelsam faciat, non voluptas humilem. Maledictionem quam tibi saluator in Apocalypsi comminatus est, potes effugere per pœnitentiam. Habes exemplum Niniuitarum: caue Iouiniani nomen quod de idolo deriuatum est. Squalet capitolium, templa Iouis ac ceremoniæ conciderunt: cur vocabula eius & vitia apud te vigeant? Adhuc sub regibus, & sub Numa Pompilio facilius maiores tui Pythagoræ continentiam, quam sub consulibus Epicuri luxuriam susceperunt.* Hæc S. Hieronymus ad Romam, per prædicationem S. Petri Christianæ fidei cultricem. In qua vrbe sic S. Petrum ex institutione Christi thronum Apostolicū atque Mo-

D narchiæ Ecclesiasticæ fixisse, firmasseque ex his quæ supra dicta sunt, & quæ copiosius postea narrabuntur, compertum est: vt in alia orbis parte Christiani locari non possit: & quamuis ad tēpus Papa alibi moraretur Romanus semper Pōtifex & Episcopus, sanctique Petri successor, nec non sedes Apostolica, Ecclesiasticusque principatus semper Romanus diceretur. Vt grauissimi nostræ ætatis doctissimi Catholicæ fidei professores ac vindices acerrimi[d] Doctores sacrarum Scripturarum oraculis Ecclesiæ S. decretis, sanctorum Patrum testimoniis, rationibusque ex verbi Dei consequentia necessaria deductis firmissime comprobant. Quamuis Romana Ecclesia non Romanæ ciuitatis mœnibus angustata cōtineatur: sed vbi Romanus Pontifex cum clero suo fuerit, ibi Romanam Ecclesiam esse non

d Torrecremat l. 2. de Ecclesia cap. 4.

Driedo l. 4. de variis dogmatibus co. 4 par. 3.

Melchior Canus lib. 6. de locis theologicis cap. 4 5.6.

Ecclesia Romana nō mœnibus Romæ continetur, sed vbi Papa cum suo clero est ibi esse censetur.

A dubitanter asserendum est: vt fideliter sincereque Petrus Damianus Alexandro Papæ relicta Roma, propter tyrannidem crudelitatemque Romanorum potentiorum sceleratissimo Pseudopapę Cadaloo fauentium, elapso fuga tuendę causa salutis his verbis significauit.[e] *Nunc etiam cùm Simon ille veternosus, scilicet Trapezita, malleū & incudem reparat: cùm Romanam vrbem veluti officinam sibi per monetarios pestiferæ negotiationis vsurpat: quo vos Petrus vobiscum fugiens attrahit: illic esse Romanam Ecclesiam omnibus indubitanter ostendit.*

e Damianus epist. ad Alexandrum Papam & Hildebrandum Archidiaconum.

Quam SS. Patres à Deo conditam omnium aliarum matrem dominam principemque confitendo absolutè proclamarunt. Vt S. Anacletus:[f] *hæc sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis,* inquit, *sed ab ipso Deo Saluatore nostro*

Ecclesia Romana omnium mater, princeps ac domina Ecclesiarum

f S. Anacletus epist. 3.

B *primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse beato Apostolo dixit: Tu es Petrus, &c.* Cui conformia[g] Sixtus locutus est, Iulij verò huius nominis primi nunquid memorabilia sunt hæc: *Sanctam Romanam Ecclesiam ipse Dominus allocutus est inquiens; Tu es Petrus & super hanc petram, &c.*[h] At sanctus Irenæus nonne huius veritatis magnum se cultorem ostendit? *Cùm ad Romanam Ecclesiam propter potentiorem principalitatem oportere omnes Ecclesias conuenire asseueranter affirmat?* Et[i] Tertullianus: *Nomine eamdem sedem Romæ à S. Petro locatam primum dixit, & eius pontifices beato Petro successisse in eadem sede quam præcipuam vocat, ad cuius tribunal solummodo in dubiis fidei recurrendum esse confirmat.* Sicut post illum S. Cyprianus[k], *hanc cathedram S. Petri Ec-*

g Sixtus 2. epist. 2.

h S. Irenæus lib 3. c. 3.

i Tertullianus de præscrip. hæreti.

k S. Cyprianus ad Cornelium l. 2. epist. 3.

C *clesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis orta sit,* appellauit: *ad quam perfidia nullo vnquam tempore potuit habere accessum.* Horum insistens doctrinæ Catholicæ veritatisque vestigiis,[l] S. Athanasius *Romanam Ecclesiam sedem Apostolicam, potestatumque culmen non dubitauit asserere.* Quod etiam Ecclesiæ hostes Ariani quandoque veritate cōpellente ingenuè confessi sunt, *matrem omnium sedem illam* appellantes. Vnde per omnem terram missi prædicantes euangelica tuba circumsonuerunt, vt surgerent omnes qui dormiebant, sopore infidelitatis, & illuminaret eos Christus,[m] sicut in historia Sozomenus verissimè scripsit. Cui propterea *tamquam matri ac dominæ* omniū Ecclesiarum solicitudinem ex institutione diuina incumbere[n] S. Leo asseruit, quemadmodum eadem assertione Romanam Ecclesiam Deo au-

l S. Athanasius epist. ad solitariam vitam agentes.

m Sozomenus lib. 4 ca. 16. historiæ tripartitæ.

n Leo epi 84.

o Gregor. l. 2. regist. epist. 30.

D ctore *cunctis Ecclesiis prælatam esse*[o] S. Gregorius affirmat. Vnde in[p] 2. Cōcilio Lateranēsi œcumenico 10. anno 1131. tēpore Innocētij secundi contra Antipapas per os SS. Patrū hęc vox S. Spiritus aùdita est. *Romanā Ecclesiā ipso Deo disponente omnium Ecclesiarū matrē, magistrā principemque existere.* Cuius Ecclesiæ maiestatē monarchicamq; dignitatē pij vereq; Christiani Theodosius iunior[q] & Valentinianus huius nominis tertius Imperatores altissimis in animo defixam fidei radicibus honore summo suspicientes atq; religiosè venerantes, ad Aëtiū militiæ magistrū, Galliæ præfectū contra Hilarij Episcopi Arelatensis audaciā qui ordinationes incōsulto Pōtifice Romano facere præsūpserat, imperatoria potestate rescripserūt: *Ne quis vnquā præter huius Romanæ sedis auctoritatē, in his quæ sunt Ecclesiæ, aliquo præsumptionis inflatus tumore quidquam attētare nitereiur,* secus qui

p Concil. 2. Lateran. sub Innocētio 2.

Prælatorum rescriptum cōtra temeratores & contemptores Romani Pontificis ac Ecclesiæ dignitatis Impp. Theodosij iunioris & Valentiniani tertij.

q Nouell. Valēt. Theodosij post lumina Cod. Theodos. tit. 24. de episc. ordinationum.

faceret, Ecclesiæ Romanique Pontificis aspernando iussa imperatoriç vltioni atque correctionique seculari subiungeretur, præclaram hanc sui rescripti rationem subiungentes, *Tunc enim demum:* dicebant, *Ecclesiarum pax vbique seruabitur, si rectorem suum* (scilicet Romanum Pontificem) *agnoscat vniuersitas.* Adeoque Romana Ecclesia domina Christiani orbis, ditionisque princeps Ecclesiasticę credita est ab omnibus fidei Christianæ participibus, vt Romanum nomen idem quod catholicum, sohque illi Christiani Catholici dicerentur antiquitus, qui Romanæ Ecclesiæ communicarent, Romanique Pontificis imperio legibusque regerentur. Cuius rei multa apud sanctos priscosque patres monumenta prostant, ac ex eorum doctrinali penu testimonia abundanter eruuntur. Vt S. Ambrosij hæc de Satyro fratre scribentis[a]: *Aduocauit ad se Episcopum, nec vllam veram putans, nisi veræ fidei gratiam, percunctatusque ex eo est, vtrum cum Episcopis Catholicis, hoc est cum Romana Ecclesia conueniret.* Hoc signum cognoscendi Catholici, & illum ab hæretici discriminandi sæpius dedit docuitque [b] S. Augustinus, illum scilicet esse verè Catholicum qui Ecclesiæ cōmunione Romanæ sociaretur: illum contra hæreticum schismaticumque, qui ab eiusdem Ecclesiæ consortio obsequioq; rebellione cōtra eiq̄ factionis doctrinæque alienus exorbitaret.[c] Id ipsum Theodosij Iunioris hæc, ad Acacium Beræensem Episcopum admonitio clarè comprobat:[d] *Vtsque*, inquit, *probatos Romana religionis sacerdotes esse manifesto argumento declarate.* Etiam ipsimet hæretici quandoque eos veritate cogente Catholicos Romanorum nomine appellare coguntur. Huius rei non obscurum Arianus homo iocundus nomine testimonium, illis ad Hunnericum Arianorum Regem, apud Victorem Vticensem verbis [e] Li. de persecutione Vuandalica perhibuit. *Poteris, inquit, eum diuersis afflictionibus interficere: Nam si gladio peremeris, incipient Romani* (scilicet Catholici) *martyrem prædicare.* Simile testimonium S. Gregorius Turonensis [f] de alio hæretico Ariano refert: *quid putatis*, dicebat ille hæreticus, *quod nunc isti Romani dicant?* & cap. 25.[g] de Ariano principe: *Cogitauit intra se dicens: quia ingenium est Romanorum* (*Romanos enim vocitant nostræ religionis*) *vt ita accidit & non sit virtus Dei.* [h] & c. 30. inferius ex Ariani persona alterius hæc ad suos dicens. *Si consenseritis dictis meis, exercebimus hodie cachinnum de hoc Romanorum Presbytero,* scilicet Catholico sacerdote &c. Cuius Ecclesię Romanæ dominationi monarchicę iure meritissimo [i] S. Leo illa tribuenda esse docet, quæ adulationis atque mendacij fraude [k] Virgilianus ille Iupiter ethnico Romanorum imperio pollicebatur,

His ego nec rerum metas, nec tempora pono,
Imperium sine fine dedi.

Cuius amplitudinem per omnes mundi terrarumque orbis regiones & oras, ita Prosper Aquitanicus breuiter dilucideque decantauit.[l]

Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honore
Facta caput mundi, quidquid non possidet armis
Religione tenet.

Felix Ecclesia,[m] exclamabat Tertullianus, *cui totam doctrinam cum sanguine Apostoli profuderunt, cum qua totius orbis Ecclesia contesserarunt, vbi Petrus dominicæ passioni adæquatur: vbi Paulus Ioannis exitu coronatur, vbi Apostolus Ioannes posteaquam in igneum oleum demersus nihil passus est, in insulam relegatur,* [n] *quam S. Ignatius Deo dignam Ecclesiam decentissimam, beatificandam, castissimamque nominauit.* Quam S. Irenæus [o] Lugdunensis Archiepiscopus tam miris extulit honoribus, laudibusque mactauit. Illa est Roma vertex Ecclesiarum, locus terribilis,[p] sedes admirabilis, locus principis Apostolorum, quam D. Augustinus [q] *sedem petram* appellauit. Hæc verba domini *super hanc petram* &c. in Romana sede locum habere his verbis docens; *Ipsa est petra* scilic. Romana sedes, *quam superbæ non vincunt inferorum portæ.* Assertionem eiusdem veritatis effert [r] S. Hieronymus epistola ad Damasum, apertius & manifestius, dum sic illum reuerenter affatur. *Beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri, communione consocior, super illam petram ædificatam Ecclesiam scio.* Similiter [f] Arnobius ita Ecclesiam Romanam, quam S. Petri cathedram nominat, pro hac petra agnoscit, de qua S. Matthei 16. saluator noster loquitur, vt allusione ad veram illam petram in deserto facta (vnde per metaphoram translationemque tam Christus Dominus, quam Petrus eius vicarius nomen acceperunt,) Asserverit, *omnes sa flumina in deserto huius seculi benedicit vsque hodie à Petro, & ipsum esse exitum aquarum in finem, ita vt qui exierit foras, ab Ecclesia Petri sitis pereat.* Quam qui contemnit ac resistendo deserit, extra Dei Ecclesiam transfuga miser habetur, dicente S. Cypriano.[t] *Qui Ecclesiæ renititur* (scilicet Romanæ) *et resistit, qui cathedram Petri,* Romanam sedem scilicet, *supra quam fundata est Ecclesia deserit, in Ecclesia se esse confidit?* Et ad Cornelium Romanum Pontificem scribens,[u] idem sanctus, eius sedem Petri, *Cathedram & Ecclesiam principalem,* vnde vnitas sacerdotalis exorta est, appellauit. Optatus Mileuitanus [x] mira dicit pro vindicando Roman. Ecclesię super omnes Ecclesias vnico Monarchicoque principatu, cum sic hæreticum Donatistam alloquitur: *Igitur negare non potes scire te in vrbe Roma, à Petro primo cathedram episcopalem esse locatam, in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus, vnde & Cephas est appellatus, in qua vna cathedra vnitas ab omnibus seruaretur. Ne singuli Apostoli singulas sibi quisque defenderet, vt iam schismaticus & peccator esset, qui contra singularem cathedram alteram collocaret. Ergo cathedra vnica quæ est prima de dotibus, sedit prior Petrus, cui successit Linus,* &c. Postea vero enumeratione per legitimum successionis ordinem, omnium Romanorum Pontificum facta, schismaticos ea ratione extra Ecclesiam esse conuincit. Quod nullus ipsorum Episcopus eidem Romanæ cathedræ communicare diceretur, in eosque hæc tandem, vt confundat eos, concludendo contorquet.[y] *Vnde est ergo quod claues regni cælorū vobis vsurpare contenditis, qui contra cathedram Petri vestris præsumptionibus & audacius sacrilegio militatis?* Illa est Romana Ecclesia, caput ac domina gentium ad Christum conuersarum,[z] cui per Isaiam dicebat Dominus: *Ponam te in magnificentiam seculorum:* & per Ieremiam: *Solium gloriæ altitudinis à principio locus sanctificationis nostra, ciuitas sancta* [*] *supra montem constituta quæ non potest abscondi.* [*] Cuius ipse Dominus Iesus accendit lucernam, thronum videlicet Apostolicum in ea positum in æternum stabilitum, accendit inquam lumine infallibilis gratiæ, sanctitatis & veritatis, *Cuius illa est columna & firmamen-*

Marginal notes:

Propter principatum Romanæ Ecclesiæ in omnes Ecclesias Romanum nomen idem quod catholicum antiquitus dicebatur.

a Orat. funeb. de Satyro fratre.

b Epist. 165. contra schismaticos Donatistas.

c Cōtra Epistolam Manichæi.

d Epist. Theodosij iunioris ad Acacium quæ habetur in actis S. Ephesinæ synodi t. 3. c. 10. Edit. Patauinæ.

e Victor Vticensis l. 1. de Vuandalica persecutione.

f Tur. Greg. de gloria martyrum ca. 59.

g Idem ibid. c. 25.

h Ibidem c. 30.

i Serm. 1. de S. S. Petro & Paulo.

k Æneid. 1.

l Prosper Aquit. l. de ingratis.

3. Præclara Romæ præconia.

m Tertull. de præscript.

n Epist. 15.

o L. 3. c. 3. aduersus hæres.

p S. Bernard. Epist. 131.

q in Psalm. contra partem Donati

r Epist. ad Damasum.

f In Psalm. 106.

Romano Cathedra qui resistit, extra Dei Ecclesiam est.

t L. de vnitate Ecclesiæ.

u S. Cypr. lib. 1. Epist. 3.

x Optatus l. 2. cont. aduersus Parmen.

Qui Ecclesia Romana non communicat, hæreticus aut schismaticus est.

Alia pulchra laudes & honorum tituli Rom. Ecclesiæ

y Optatus l. 2.

z Esa. 60.

* Ierem. c. 17.

* S. Matth. c. 5.

a 1. Timoth. 3. v. 15. b L. 3. c. 3. c L. 1. Epist. 3. d Epist. 77. e Epist. 26. f L. 2. contra Parm. g Epist. 162. h Epist. ad Renatum. i Stud. dogmat. de imaginibus. k Isa 60. v. 7. l Isa. 9. v. 6.

tum,[a] non vt sub modio inuisibilitatis hæreticæ lateret, sed super candelabrum visibilis apparentiæ atque conspectus omnium oculis obuia poneretur, *Vt luceret omnibus qui in ea domo Dei essent*, quam S. Irenæus[b] *maximam & gloriosissimam omnium Ecclesiarum dominam*,[c] S. Cyprianus *Cathedram principalem*. S. Basilius [d] *caput vniuersalis Ecclesiæ*. [e] S. Hieronymus, *tutissimum portum communionis Catholicæ*. [f] Optatus: *Cathedram singularem & vnicam*. [g] Sanctus Augustinus, *principatum Apostolicæ Cathedræ*. Theodoretus: [h] *dominam gubernacula cunctis orbis Ecclesiarum tenentem*. [i] Theodorus Studita *Petram fidei*, maxima cum reuerentia, se totos ei deuotissimè consecrantes appellarunt. *Quam suæ domum maiestatis se Deus glorificaturum*, per Prophetam [k] Isaiam ante secula multa spoponderat vt in ea saluator noster eius æterni Patris filius vnigenitus, *Magni consilij Angelus*, [l] *Deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis, Emmanuel, Rex denique regum & dominus dominantium*, per vicarios suos S. Petrum eiusque successores Romanos Pontifices, in æternum, domito mundi principe triumphatoque regnaret.

CAPVT XII.

De fide Romana immaculata, stabilitate eius in omnes gentes populosque mundi deriuata, extra quam omnis infidelitas & impietas longe remota est.

1. *De sanctitate fidei Romanæ.*
2. *De eius tanquam matris omnium fidelium in omnes gentes deriuatione.*
3. *A qua alienus, profanus & infidelis est.*

Stat immobilis in æternū puritas fidei Romanæ.



PATET igitur ex ante dictis Romanæ Ecclesiæ fidem diuinæ virtutis stabilitate firmatam nullius seculi fluxu posse ab immaculata sanctitate, veritatisque tantisper deficere puritate. [m] *De cuius principali aeternoque præsidio, & Apostolici operis munimen accepimus*, inquit Leo magnus, *quod vtique ab opere suo non vacat. Et firmitas fundamenti, cui totius Ecclesiæ superstruitur. Altitudo, nulla incumbentis sibi templi mole lacessit. Soliditas enim illius fidei, quæ in Apostolorum principe est laudata, perpetua est, & sicut permanet quod in Christo Petrus credidit: ita permanet quod in Petro Christus instituit.* Hac fidei immaculatæ firmitate corroborata Rom. sedes illa est mystica Sion, turris fortitudinis Christianæ, quæ vt ait Arnobius, [n] *Non cedit fortibus mundi, quæ timorem regibus imperat, quæ venturam iram contemptoribus pollicetur & fidelibus vasculis comminatur.* In ea tanquam in summo celsitudinis Ecclesiasticæ throno supremus Monarcha rectorque S. Petrus à Domino constitutus est, cuius imperium in Romanos Pontifices eius successores in eodem throno *propagatum tandiu stabit, quamdiu stabit seculum*, inquit [o] Tertullianus, qui post Christum vice Christi & auctoritate Christi has iure voces propheticas vsurpare potest. [p] *Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius.*

m S. Leo Serm. 2. in anniuersario die ad sui Pontif. assumptioné

n Arnobius in Psalm. 2.

Sedes Romana Sion mystica, vrbs fortitudinis Christianæ.

o Tertullian. Apolog. p Psalm. 2.

Hoc duce si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua soluent formidine terras.

Ab eo tempore quo Princeps ille Apostolorum habenas Ecclesiastici rexit imperij nulla vnquam in ea sede Romana sanctitatis alteratio fideique immaculatæ interruptio pollutione erroris apparuit. *Ad Romanam* [q] *Ecclesiam cuius fidem ab Apostolo Paulo laudata est, nunquam potuit perfidia accedere.* Et S. Hieronymus contra Ruffinum: *Ecclesia Romana semper immaculata permansit & Deo prouidente & beato Petro ferente opem in futuro permansura est.* Cui conforme præclarum illud S. Marci Papæ ad Athanasium testimonium: *Sancta* [r] *Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & domino prouidente & beato Petro opem ferente in futuro manebit sine vlla hæreticorum insultatione firma & immobilis. Hæc Apostolorum vna traditio: hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam à tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, sed illibata fine tenus manet, secundum ipsius Domini pollicitationem. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.* Illam vero de immaculata Romanæ Ecclesiæ fide confessionem Agathonis Papæ omnes patres Concilij generalis sexti vehementer approbarunt: ipsi omnes sub hoc verborum tenore conceptæ vnanimi consensu subscripserunt. [s] *Beati Apostoli adiutente præsidio, hæc apostolica eius Ecclesia nunquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est, huius auctoritatem, vtpote omnium apostolorum principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesia, & vniuersales synodi fideliter amplectentes, in cunctis secutæ sunt, omnesque venerabiles Patres apostolicam eius doctrinam sunt amplexi, per quam & probatissima Christi luminaria claruerunt, quam & sancti Doctores orthodoxi venerati sunt & secuti sunt: Hæretici autem falsis criminationibus & derogationum odiis insecuti*, & quæ sequuntur. [t] Quæ sancta sedes & Ecclesia fundata est, *Non ab Apostolis sed à Deo*, [u] *ad quam omnes oppressi velut ad matrem appellant. Vna mater copiosæ fœcunditatis adulterari non potest, Sponsa Christi incorrupta est pudica vnam* [x] *domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.* [x] *Quæ propter suam castitatem ac puritatem, vnica columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine macula & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, & paradisus cum fructu pomorum.* [y] Post hos aliosque vetustos Patres Leo 9. scribēs ad impium Patriarcham Constant. nomine Michaelem Ecclesiæ cæterarum matris sanctitatem ab omni errore liberam his verbis asseruit. *Romana Ecclesiæ fides per Christum super petram ædificata, nec hactenus defecit, nec deficiet in secula, Christo eius Domino rogante pro ea cum testatur sub ipsa passione sua. Ego rogaui pro te Petre* [z] *vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quo dicto demonstrauit fidem fratrum, vario defectu periclitandam, sed inconcussa & indeficiēte fide Petri velut firma anchora subsidio figendam, & in fundamento vniuersalis Ecclesiæ confirmandam, quæ nemo negat, nisi qui hæc ipsa veritatis firmamenta euidenter impugnat.* Quam immaculatæ fidei stabilitatem alterationis nesciam hac similitudine illustrat, *quia sicut Cardine totum regitur ostium: ita Petro & successoribus eius totius Ecclesiæ disponitur emolumentum: & sicut cardo immobilis permanens ducit & reducit ostium, sic Petrus & eius successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium. Cum nemo debeat eorum dimouere*

q S. Cyprian. l. 1. Epist. 3. ad Cornelium.

r S. Marci Ep. ad S. Athanas. & omnes Ægypti Episcopos extat inter opera S. Athanasij tom. 2.

s Concilium 6 general. act. 8. 13. & 17.

A Deo fundata Rom. sedes non ab Apostolis.

t Cap. sacrosancta dist. 22.

u Can. ad Romanam 2. 2. q. 6. can. loquitur.

x Can. omnibus.

y Leo 9. Ep. ad impium Michaelem Patriarcham Constantin. c. 32.

z S. Luc. 22.

Romana Ecclesia nūquam defecit à fide, sicut alia Ecclesia, vt Constantinopolitana.

ſtatum, quia ſumma ſedes à nemine iudicatur. Sola Romana ſedes ex omnibus Eccleſiis orbis Chriſtiani priuilegio decorata reſplenduit, vt errare ipſa in fide nunquam poſſet: cunctis aliis ab illa fidei ſanctitate nitoreque veritatis ſæpius exorbitantibus: vt ipſa Conſtantinopolitana, aliquando impudentia ſchiſmaticorum Patriarcharum de vniuerſalis titulo ſuperbiſſimo tam impudenter malitioſéque gloriante. Quod eleganter ac eruditè Rupertus Abbas his verbis ſignificauit.[a] *Tantis autem hæreſibus fermentata Græcia, vt mirum videri non debeat hoc quod de fermento immolat. Tanta è contra ſinceritatis ſemper fuit ſancta Romana Eccleſia, vt cum deeſt ſcripturarum notitia vel argumentandi facultas, ſola illa de azymo contra Græcos ſufficere debet eius auctoritas. Nam Conſtantinopolitana, non ſolùm hæreticos, ſed etiam Hæreſiarchas protulit multos, Romana verò Eccleſia ſemper in Apoſtolica fidei petra firmiter ſtetit, & tam Græciæ quàm totius orbis hæreticos ſemper confutauit, & de excelſo fidei tribunali data ſententia iudicauit.* In huius rectitudinis & puritatis fidei Romanæ ſedi immobiliter adhærentis aſſertionem & teſtimonium Romæ in ſacro-ſanctis miſſæ myſteriis poſt Euangelium, Credo, decantari non fuit in more poſitum. Cuius rei rationem cauſamque ſciſcitanti imperatori Henrico huius nominis primo. *Me*, inquit, Berno Augienſis, *Aſsiſtente audiui Romanæ presbyteros Eccleſiæ reſponſum tale reddidiſſe.* [b] *Videlicet quod Romana Eccleſia non fuiſſet aliquando vlla hæreſeos fece infecta, ſed ſecundum S. Petri doctrinam in ſoliditate Catholicæ fidei permaneret inconcuſſa: & ideo magis his neceſſarium eſſe illud ſymbolum ſæpius cantando frequentare, qui aliquando vlla hæreſi potuerunt maculari. At Imperator Domino Benedicto* (ſcilicet Papæ 8.) *perſuaſit vt ad publicam illud miſſam decantarent!* Hæc Berno huius temporis ſcriptor & auctor. Tam autem incorrupta ſemper extitit Eccleſiæ Romanæ fides, vt etiam propter eam ipſa Romana ciuitas non amplius Babylon, vt tempore paganorum imperatorum, ſed Ciuitas Dei, Theopolis (vt Antiochia quondam) ciuitas ſancta, ciuitas ab omni erroris impietatiſque contagione libera diceretur. Vt illa Arnulphi Comitis ſui ſcriptoris ſeculi ſub finem imperatoris Ottonis 3. verba teſtantur. [c] *In tanto creuit in diuino cultu,* (ſcilicet Romana ciuitas) *vt pro ruinis murorum & veterum fanorum, ſurgant quotidie innumera ædificia Eccleſiarum, ſiue monaſteriorum, è quorum incredibili numero, vt audiui à quodam, ſene qui ſe dixit nutritum in ea ciuitate, viginti poſsidentur à Sanctimonialibus, quadraginta à monachis, ſexaginta à Canonicis exceptis his quæ extra Ciuitatem, & in aliis Eccleſiis ſiue, capellis quæ in eadem Ciuitate abundant.* His dictis adiungit: *Hanc ſiquidem vrbem quaſi intuentes vndique, collectæ plurimæ gentes,* [d] *aſſumunt verba ſacra ſcripturæ & dicunt, omnipotens Roma,* [d] *glorioſa dicta ſunt de te, quæ ciuitas Dei es facta.* Hæc Arnulphus huius temporis ſcriptor valde corrupti. Hanc verò ſtabilem & inconcuſſam fidei Romanæ puritatis firmitatem ab oratione Chriſti Domini pro S. Petro patri ſuo profuſę fuiſſe profectam ita Leo nonus [e] ad Petrum Antiochenum Epiſcopum Epiſtola confirmat: cum multa de dignitate S. Petri & Eccleſiæ Rom. prærogatiua dixiſſet, *Nimirum,* inquit, *ſolus eſt ille, pro quo ne deficeret fides eius, Dominus ac ſaluator aſſeruit ſe rogaſſe dicens, Simon, ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret ſicut*

a Rupertus l. 2. c. 22. de diuinis officiis.

Eccleſia Romana, quia nulla vnquam hæreſeos labe infecta fuit, poſt Euāgelium in miſſa Credo non cantabat.

b Lib de rebus ad miſſam ſpectantibus.

Propter puritatem fidei non ſolum Eccleſia, ſed etiā ciuitas Rom. ſancta dicebatur.

c Arnulphus Comes lib de ſtatu vrbis Romæ, ſui ſcriptor temporis.

d Pſalm. 86.

Puritas fidei Romanæ immota ab oratione Chriſti Domini profecta.

e Leo 9. Ep. ad Petrum Antiochen. Epiſc. Anno 1049.

A *triticum: Ego autem &c.* His dictis ait. *Quæ venerabilis & efficax oratio obtinuit, quod hactenus fides Petri non defecit, nec defectura creditur in throno illius vſque in ſeculum ſeculi, ſed confirmabit corda fratrum variis concutienda fidei periclitationibus, ſicut vſque nunc confirmare non ceſſauit.*

Hæc fides qua Romana coruſcat Eccleſia ab Apoſtolica ſede digreſſa omnium populorum mentes animoſque ſuę puritatis irradiatione progreſſa lōgius illuminauit. Quod his verbis [f] S. Ambroſ. expreſſit, *Roma per Apoſtolici ſacerdotij principatū amplior facta eſt arce religionis, quam ſolio poteſtatis.* Cuius tanti fecit auctoritatem, vt dicat ſe in omnibus velle ſequi Romanam Eccleſiam, hæc poſtea adiūgens, *Author,* inquit, [g] *nobis eſt huius aſſertionis Petrus Apoſtolus, qui ſacerdos fuit Rom. Eccleſiæ magnus.* Ab ea velut à matre ac Domina omnes Chriſtianę ditionis Eccleſias inſtitutas

B fuiſſe imperatori Michaeli Nicolaus Papa declarauit: [h] ſicut in canonicum corpus Gratianus retulit. *Omnes,* inquit, *Patriarchas, primatus, Metropoles, aut Epiſcopatuum cathedras vel Eccleſiarum cuiuſcumque ordinis dignitatem inſtituit Romana Eccleſia; illam verò ſolus ipſe fundauit, & ſuper petram fidei mox naſcentis erexit, qui B. Petro æternæ vitæ clauigero terreni ſimul & cæleſtis imperij iura commiſit.* Itaque cum omnis doctrina & auctoritas eò redire debeat, vnde defluxit, omnes præſertim in poteſtate conſtitutos, vt imperatores ac principes in his quæ fidei ſunt, à Romana Eccleſia debere erudiri, Epiſcoporum orthodoxorum ad Michaelem Balbum Imper. Epiſtola declarat, in qua hæc inter alia: [i] *Quod ſi quid eſt huiuſmodi de quo ambigat aut diffidat diuina magnificentia ve-*

C *ram à patriarcha,* ſcilicet Conſtantinopolitano, *diſſolui poſſe, ſubeat magna ipſius & à Deo confirmata manus ad communem vtilitatem, à vetere Roma ſuſcipi declarationem, prout olim & ab initio paterna traditione tranſmiſſus mos fuit.* Non ſolum autem imperatores ac principes ſeculares à Romana ſede, quę ſuæ ſaluti conducunt, in fide ac doctrina veritatis informari debent: ſed etiam magni Eccleſiæ doctores alios ſuæ ſingularis eruditionis tinctura ſapienter illuſtrantes: vt ipſe Hieronymus vſque ad miraculum eruditus, de quo [k] S. Auguſtinus, *deeſt ſciri quod Hieronymus ignorauit.* Ipſe nihilominus quod rectè intelligeret magnam vim eſſe Cathedræ Romanæ, cui Spiritus ſancti gratia immobiliter adhęret, ſupplicibus votis precibuſque à S. Damaſo ſummo Pontifice in doctrina triū hypoſtaſeωn veritatis inſtrui informarique popoſcerat, [l] *Vt non in incertum tanquam*

D *aerem verberans,* in veræ fidei profeſſione curreret; illum Pontificem talibus affando, *Quamobrem obteſtor beatitudinem tuam, per crucifixum, mundi ſalutem, per homouſion Trinitatem, vt mihi Epiſtolis tuis ſiue tacendarum, ſiue dicendarum hypoſtaſeon, detur authoritas: ſimul etiam cui apud Antiochiam debeam communicare, ſignifices: Noli deſpicere animam meam pro qua Chriſtus mortuus eſt.* [m] Similia in Epiſtola ſequenti precatur.

Huic ſedi ſanctiſſimæ qui fidei profeſſione non iungitur, extra ouile Chriſti prophanus ac infidelis ſuæ ſalutis aleam, Sathanæ tyrannidi mancipatus miſerè periclitatur; ſicut Optatus [n] cōtra Parmenianum pluribus oſtendit, inde certiſſima conuincens Donatiſtas demonſtratione, ad veram Chriſti Domini Eccleſiam eos nullo modo pertinere, quod cum Siricio tunc in cathedra S. Petri

2 Pars. De deriuatione fidei Rom. in omnes gentes.

f S. Ambroſ. l. 2 de vocat. gentium, c. 6.

g S. Ambroſ. Ibid.

h Nicolaus PP. ad Michaelē Imp. Gratian. diſt. 22 Con Mediolanenſis.

Eccleſias omnes Romana. Eccleſia inſtituit, ipſa vero à ſolo Chriſto fundata.

i Epiſt. Epiſc. ad Imp. Michaelem inter Epiſtolas S. Theodori Studitæ l. 2. Epiſt 86.

Imperator in rebus dubiis de fide à Rom. ſede docendus.

Etiam maximi Eccleſiæ doctores à Rom. ſede inſtruēdi.

k S August.

l S. Hieron t. 2. Epiſt. 57. ad S. Damaſum.

m Epiſt 58.

3. Pars. Alienus à Rom. fide profanus & infidelis eſt: & contra verus Catholicus fidei vnctus Romanæ.

n Optat. Mileuit. contra Parmen l. 2. circa princ.

sedente non communicarent, sed illius sanctissimę fidei rebellionis superbissimæ pessimæque doctrinæ armis obsistentes uunicarentur: verè eleganterque illud à S. Hieronymo, [a] sic S. Damasum alloquente loco supra citato comprobatum est. *Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri, communione consocior. Super illam petram ædificatam Ecclesiam scio: quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio:* [b] & paulo post, *Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est, qui Christi non est, Antichristi est.* Notam verò veri Catholici esse cum Rom. sede fidei communione sociari; hac verborũ serie postea declarat, *Ita me inexsaturabilis inimicus post tergum secutus est, vt maiora in solitudine bella nunc patiar: Hinc enim præsidiis fulta mundi Ariana rabies fremit: Hinc in tres partes* (Meletianas à Meletio, Vitalianas à Vitali, & Paulianas à Paulino) *scissa Ecclesia ad se rapere me festinat: Monachorũ circa manentium antiqua in me surgit auctoritas. Ego interim clamito, si quis Cathedræ Petri iungitur, meus est.* Quid dicat S. Augustinus ad illustrandam hanc veri Catholici, & contra pessimi hæretici atque schismatici notam, de Cæciliano verè Catholico Carthaginensi Episcopo à Donatistis hæreticis immanissime vexato loquens, audiamus. *Qui posset,* [c] inquit, *non curare conspirantem multitudinem inimicorum, cum se videret Romanæ Ecclesiæ, in qua semper Apostolicæ cathedræ viguit principatus, per communicatorias litteras esse coniunctum.* & Epistola [d] contra partem Donati. *Venite fratres, si vultis, vt inseramini in vite: dolor est cum vos videamus præcisos, ita iacere. Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede, in illo ordine patrum, quis cui successerit, videte: ipsa est Petra, scilicet Romana sedes, quam non vincunt superbæ inferorum portæ.* Consideremus Ecclesias illas insana persuasione à Romana sede discretas, quàm ideò in barathrum infidelitatis errorisque perniciosissimi miserè præcipitatę corruerint. Testis est Alexandrina Ecclesia; Antiochena & super alias superbior & ambitiosa rebellione turgidior Constantinopolitana sedes. Testes tot Ecclesiæ tota Asia, Africaque diffusæ; tot Conciliis quondam celeberrimis florentissimæ, tanto hominum sapientia doctrinaque mirabili, vitæ morumque sanctitate clarissimorum numero illustrissimæ. Quas quia inimico dissidio à Romana sede distractæ partem facere voluerunt, illicò tanquam ramos à radice præcisos perpetua infidelitatis errorisque siccitate turpiter exaruisse videmus. Ideò magnus ille senior Theodosius imperator vt contra omnes Ecclesię hostes fęlicius pręlia Domini præliaretur: ne qua erroris in fide macula imperium suum contaminaret, neve inde calamitas vlla illud attingeret, omnes suę imperatoriæ Maiestati subditos populos nunquam à sana Romanę fidei doctrina recedere, hoc sancto cauit edicto. *Cunctos* [e] *populos quos clementiæ nostræ regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam diuinum Petrum Apostolum tradidisse Romanis religio vsque nunc ab ipso insinuata declarat: Quamque Pontificem Damasum sequi claret, &c.* Et paulò post. *Hanc legem sequentes Christianorum, Catholicorum nomen iubemus amplecti: Reliquos verò dementes vesanosque iudicantes hæretici dogmatis infamiam sustinere, & eorum conciliabula Ecclesiarum nomen accipere, diuina primum vindicta, post etiam motus nostri, quem ex cælesti arbitrio sumpserimus, vltione plectendos.* Tanta verò sanctitatis fulgore veritatisque fidei luce Rom. Ecclesiam refulsisse semper ab ortu suo Stephanus sextus Leoni imperat. huius item nominis sexto Epistola ad eius litteras responsiua significauit, vt tanquam viuum veræ religionis atque pietatis omnibus Ecclesiis, quò sanctius Christi Domini iussa peragerent, ac diuinæ vestigia vitæ sequerentur, speculum ac exemplar esset exhibenda, hæc in fine Epistolæ suæ imperatori verè philosopho subiiciens: *Romana* [f] *Ecclesia instar speculi & exemplaris reliquis Ecclesiis constituitur, & quodcumque definierit, in sempiternum manet incorruptum. Et hac de causa sententias magna cum inquisitione fieri decet.* Hæc ipse Pontifex. Atque vt quanti æstimanda honoreque maximo prædicanda penitusque cordibus fidelium populorum vt saluarentur inserenda esset hæc Romanæ fidei puritas atque sanctitas omnibus hominibus innotesceret, tam altis voluit attollere præconiis huius fidei primum doctorem atque professorem S. Petrum Romanę cathedræ iubente Christo Domino & cooperante Spiritu sancto fundatorem S. Bonifacius [g] Episcopus & Germaniæ Apostolus illuc à Gregorio secundo missus, vt huius fundatoris per Christum Romanæ fidei ac sedis Apostolorum principis Epistolas auro descriptas ad omnes gentes, vt illis Romanæ fidei sanctitatem aperirent, pro maxima earum reuerentia mandare atque dimittere concupierit. Sic enim ad Eadeburgam Abbatissam Cantiorum regi in Anglia consanguineam eam ob id deprecando scribit. *Quia sæpe sine solamine librorum, sine vestimentorum adiuuamine pietas tua tristitiam meam consolata est, sic & adhuc precor, vt augeas quod cœpisti, id est, vt mihi cum auro conscribas Epistolas Domini mei S. Petri Apostoli ad honorem & reuerentiam sanctarum scripturarum ante oculos carnalium in prædicando.* Denique huius fidei Romanę sanctitas & puritas omnis expers alterationis semper sui similis, omnis victrix erroris, tantis diuinarum virtutum propugnaculis innixa est, vt Diabolus ipse Rex omnis superbię, impiorum princeps omnibus furiarum suarum tædis ac telis armatus ad illius maiestatis aspectum splendoremque ne minimo quidem temporis interuallo subsistere potuerit. *Hæc fides,* inquit sanctus ille magnus [h] Leo, *Diabolum vincit, & captiuorum eius vincula dissoluit: Hæc erutos mundo, inserit cælo, & portæ inferi aduersus eam præualere non possunt. Tanta enim diuinitus soliditate munita est, vt eam neque hæretica vnquam corrumpere prauitas, nec pagana potuerit superare perfidia.* Atque de immaculatæ Romanæ fidei sanctitate, puritate, firmitate atque fortitudine breuiter dicta pro instituti nostri ratione sufficiant.

a tom. 2. Ep. 57 ad Damasum.

b Idem Epist. 58. ad eundẽ.

c Aug. Ep. 162.

d Idem Aug. in Psalmo vel Epist. contra partem Donati.

Omnes Ecclesiæ à fide Rom. sedis discretæ perierunt.

Edictum Theodosij magni ne vllo à Romana fidei professione recederent.

e l. 2. De fide Catholica Cod. Theod.

Impp. Gratianus, Valent. Theodos. ad populum Constantinopolit.

Pœna hæreticis lege diuina & humana irroganda.

Ecclesia Rom. propter sanctitatem & fidei puritatem omnibus Ecclesiis, vt viuum perfectionis exemplar proponenda.

f Stephanus 6 Epist. ad Leonem imp. 6.

g S. Bonifacius Germaniæ Episcop. natione Anglus optat ad omnes gentes Epist. S. Petri auro descriptas mitti.

h Epist. S. Bonifacij Germ. Apostoli Eadeburgæ abbatissæ apud Surium. die 5. Iunij.

Quanta vis Romanæ fidei puritatis quæ Diabolum vincit.

i S. Leo Ser. 2. in anniuers. die suæ assumptionis.

CAPVT XIII.

Monarchica sancti Petri & successorum eius potestas & auctoritas sic est à Deo immediatè instituta, non ab Ecclesia, non ab Apostolis, non à Conciliis œcumenicis, non à consensu populi: vt ab illis omnibus immutari, variari aut tantillum alterari eius maiestatis acies nullo modo possit.

Hoc septem argumentorum formis comprobatur, quarum tres in hoc capite proponuntur.

1. *A sanctis Scripturis.*
2. *A Conciliis.*
3. *A Patribus.*



SAcræ scripturæ oracula tam clara & fortia, tamque ad elucidationem demonstrationemque veritatis efficacia esse creduntur, quibus S. Petri suprema Monarchicaque potestas & eius successorum in Romana sede à solo Deo Christo Domino, non ab Ecclesia immediatè profecta deriuataque probatur, vt ea aut nescire hominis esset valde imperiti & in sanctis literis admodum peregrini, aut dissimulare fraudulenti ac malitiosi: aut improbare atque negare improbissimi ac sceleratissimi, à via veritatis enormiter exorbitantis, esse iudicaretur. Ac primum cum Dominus dixit ad Petrum prolata confessione de diuinitate eius, diuinitus à Patre cælesti reuelata: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum, &* [a] *quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis: & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis.* Patres omnes quos in hunc locum supra citauimus his verbis Christum Dominum S. Petro suæ Ecclesiæ principatum, Monarchicamque iurisdictionem spopondisse vno consensu professioneque proclamant. At dicere Christum Dominum spopondisse illam, & postea effectu suam non expleuisse sponsionem, quantum sacrilegij ista redoleret assertio? Et cum principi Ecclesiæ futuro visibili directione Christi inuisibilis vices in terris exercenti tanta diuinarum naturæ limites excedentium gratiarum fæcunditas desideraretur, ne à via veritatis vnquam fideique tramite deflecteret, illum harum gratiarum armatura Dominus oratione sua munire voluit. De quo discipulum suum his verbis certiorem reddidit, [b] *Simon ecce Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum: Ego autem oraui pro te vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Iam vero ipse Dominus reuersus ab inferis captiuam ducens captiuitatem de morte triumphata victor honorificus volens promissis ante passionem suam [c] Petro factis stare, & exequi facto promissa priusquam in cælos ad dexteram sui Patris ascenderet, S. Petrum, *sui vicarium amoris erga gregem*, vt S. Ambrosius [d] loquitur, relinquere cupiens, dixit illi, *Simon Ioannis diligis me plus his?*

Testimonia S. Scripturæ quibus ostenditur principatum Monarchicum Ecclesiæ à Christo immediatè S. Petro collatum non ab Ecclesia.
a Matth. 16.
1. *Testimonium.*
2. *Testimonium.*
b S. Luc. 22.
3 *Testimonium.*
c S. Ioan. 21.
d l. 10. in c. 24. Lucæ.

A Ad trinam sui discipuli responsionem ter præsentibus aliis dixit, *Pasce agnos meos, Pasce oues meas, Pasce agnos meos.* Ac in signum prærogatiuæ super omnes Apostolos, principatusque futuri super omnem Ecclesiam suam nominatim expressoque mandato iussit, *pro se & pro illo*, exigentibus, *tributum* [e] *solui*: vt significaret illum fore, qui sui absentis in propria persona maiestatem exhiberet, loco suo omnibus Monarchica potestate fidelibus imperando. Quibus locis expressum Domini verbum innotuit, quo suam dignatus est exprimere voluntatem de tradendo suæ Ecclesiæ S. Petro, eiusque in eadem sede regnaturis successoribus summo principatu. Quam quidem Domini voluntatem ex his aliisque locis certissima sancti patres demonstratione probauere: quorum testimoniis commemorandis orationis filum extenderem, nisi ea B superioribus libris ad expositionem eorumdem S. Scripturæ verborum copiosissime recitauissem. Alia argumenta confirmandæ huius supremæ Monarchicæque potestatis immediata Christi Domini largitate S. Petro Romanisque factæ Pontificibus firmissimæ, à sacris scripturis tam Euangeliorum, quam actorum Apostolicorum desumpta in medium producere leue est ac facile: in quibus gesta factaque S. Petri rectè fideliterque considerata, maturéque perponderata Monarchicum illum Ecclesiæ principatum à Christo illi immediatè traditum non ab Apostolis, non à tota Ecclesia potenter astruunt. Quorum similiter ego sponte lubensque narratione supersedeo, quod illorum quoque omnium superius amplissimè meminerim. Ergo sacris scripturis omissis, quid Oecumenica Ecclesiæ sanctæ Concilia, à quibus sincera earum manat C expositio, de hac veritate decreuerint, audiamus.

Concilium Nicænum [f] canone 6. Romanam Ecclesiam semper à Deo principatum habuisse testatur. Quod [g] decretum in Concilio [h] Chalcedonensi à Nicæna synodo editum prolatumque fuisse sancti Patres commemorando confirmarunt, licet huius decreti verba in illo concilio expressa minimè reperiantur. Atque vt supremam hanc in Ecclesia Dei auctoritatem à Christo Domino solo, non minus Romanis Pontificibus immediatè quam ipsi S. Petro datam esse significaret, hanc S. Petro datam à Christo Domino in Romanos Pontifices posteros S. Petri in sede Apostolica ita loquendo transfundit. *Quamquam* [i] *accusati Pontificis causam comprouincialibus Episcopis scrutari liceat, non tamen inconsulto Romano D Pontifice definire: Cum B. Petro Apostolo, non ab alio quam ab ipso Domino dictum sit: Quæcumque ligaueris super terram.* Huius capitis Nicæni Concilij Iulius [k] primus Epistola ad Episcopos Antiochiæ congregatos mentionem facit, qui ad eius veritatis, qua in auctoritatis rationisque pondere defixa nitimur, potentiorem assertionem eiusdem Concilij caput 18. recenset: in quo Concilium [l] decreuit, definiendoque astruxit non debere præter sententiam Romani Pontificis vllo modo aut Concilia celebrari, aut Episcopos damnari. Cui maiora Ecclesiarum negotia, *Ab ipso Domino* (& non ab Ecclesia) *speciali priuilegio tradita sunt*: Sic enim caput illud Concilij loquitur: *Omnes Episcopi in grauioribus causis libere Apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant: Cuius dispositioni omnes maiores Ecclesiasticæ*

4 *Testimonium.*
e S. Matth 17.
Primatum Ecclesiæ à Christo immediatè S. Petro collatum conciliorum auctoritate probatur.
f Concil. Nicæn. 1. anno 327.
g Can. 6. Concil. Nicæn. primi.
h Concil. Chalced. act. 16
i Actio. 19. Nicæni Concil. 1 ex concilio Chalced.
k Epist.
l Concil. Nicæn. 1. c. 18.

caussas antiqua Apostolorum auctoritas (scilicet in verbo Dei, vt exponit S. Iulius, fundata) *reseruauit.* Notandum verò vt veritas hęc nulla inter dissimulatione, nulloque labascat effugio, S. Iulium huius nominis primum sincera & immaculata fide Pontificem illis hæc statuta Concilij Nicæni Episcopis rescripsisse, quorum multi Concilio huic interfuerant. Atqui valde absurdum esset credere hunc Pontificem illis canones obiicere voluisse spurios pro legitimis Concilij huius, quos Episcopi illi facilè non à Concilio decretos editosque, sed potiùs ab illo pontifice confictos fuisse testatione sua conuincere potuissent. Sed præter Iulium Papam eorum canonum veritatis assertores sunt S. Athanasius [a] cum Episcopis Ægypti, Thebaidis & Lybiæ Epistola ad Fælicem, in qua hos supra memoratos canones, cum aliis plerisque huius Concilij decretis ab hæreticis incensos, Catholicisque sublatos fuisse testantur. De quo sacrilegio Fęlix [b] Papa Epistola ad Episcopos Ægyptios vehementer expostulat

[a] Athanasius cum aliis Ægypti Episcopis Epist. ad Felicem.

[b] Epist. ad Ægypti Episcopos.

Secundum.

[c] Anno 350. can. 3.

Concilium Sardicense, [c] cuius canones cum Nicæni commisceri solent, canone 3. hęc ordinauit. *Sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, vt scribatur ab his qui caussam examinarunt, Iulio Romano Episcopo, & si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices.* Concilium suam Romani Pontificis auctoritatem iudicio submittit. Ergo ei suam non contulit, sed Christus.

Tertium.

[d] Anno 681. Act. 8. Erant in eo 336. Episcopi.

Concilium generale 6. Constantinopolitanum [d] contra Monothelitas *S. Petrum Apostolorum principem à Deo factum fuisse pronuntiat.* Ergo suum ab Ecclesia principatum accepisse minimè credendum est. In hoc Concilio vox quingentorum triginta sex Episcoporum audita est dicentium, *Suggestiones decretas à patre nostro Agathone sanctissimo Archiepiscopo Apostolicæ & principalis sedis antiquæ Romæ, tanquam à Spiritu sancto dictatas per os sancti & beatissimi principis Apostolorum Petri, & digito ter beatissimi patris Agathonis scriptas suspicio & amplector.*

4.

[e] Anno 781. Episcop. 310.

[f] Epist. ad Tharasium.

Concilium generale septimum, quod est Nicæ-num [e] secundum, huic veritati subscripsit, Adriani [f] Papę ad Tharasium Constant. Episcopum Epistolam maximis tanquam à Spiritu sancto dictatam laudibus efferendo, in qua hæc scripta leguntur. *Cuius sedes per totum orbem terrarum primatum obtinens lucet, omniumque Ecclesiarum Dei caput existit: vnde & ipse D. Petrus Dei iussu Ecclesiam pascens, nihil omnino prætermittit, sed vbique principatum obtinuit, & obtinet.* Si Dei iussu pascit & gubernat Ecclesiam, ergo suam ab Ecclesia minimè auctoritatem mutuatus illius nutu, imperii Ecclesiastici non moderatur habenas.

5.

[g] Concil. 4. Lateran generale 10. Anno 1215. Patrū 1283. in quibus plusquam 473. erant Episc.

Quartum Lateranense, [g] quod est generale decimum sub Innocentio 3. talem de principatu Ecclesię Monarchico S. Petro eiusque successoribus immediatè Christi Domini ordinatione creditò sententiam cap. 5. protulit, *Romana Ecclesia disponente Domino super alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium & magistra.*

6.

[h] 2. Anno 1274. sub Gregorio 10.

[i] Cau. vbi periculum de electione in sexto.

Concilium Lugdunense [h] secundum, quod inter generalia decimoquarto loco reponitur, mille circiter Græcis ac Latinis patribus coactum, inter quos Episcopi numero quingenti recenseri poterant, *Romanum Pontificem S. Petri successorem, Christi Domini vicarium, & ex eius præscripto vniuersalis Ecclesiæ rectorem appellat.* Cuius decreti

A Canon Ecclesiasticus recordatur.

7.

[k] Anno 1414. 300. Episcop. & eo amplius sess. 8. & 15. art. 37.

Concilium Constantiense [k] strenuè grauiterque dimicat contra Monarchomachos Ecclesiæ læsæ maiestatis reos, cum eos, vt impium hæreticum Vuicleffum sessione 8. & 15. anathemate percellit, quod inter articulos suos illam euomuerit blasphemiam, nempe, *Papam non esse immediatum & proximum vicarium Christi.* Atque vtinam omnes illi Ecclesiasticæ Romanęque maiestatis rei ac perduelles, qui verbo tenus tantis hoc Concilium laudibus mactant, illud in omnibus bene intellectum, eiusque decreta conciliariter facta in omnibus religiosè fideliterque sequerentur: iamdudum schismatica eorum doctrina huius Concilij decretis explosa corruisset.

8.

[l] Session. 14. c. 7.

At sacro-sanctum Concilium Tridentinum [l] tam clarè & potenter antiquorum Conciliorum B decisiones sacrosque canones in assertionem huius veritatis euocando de hac suprema S. Petri Romanorumque Pontificum in vniuersam Ecclesiam diuinitus à solo Christo data potestate, sancti Spiritus oracula prodidit: vt nostri Monarchomachi perduellionis rei, de eius auctoritate infallibili & œcumenica sanctitate, gratis dubitare maluerint, quam ea Ecclesiæ Romanæ, sedique Apostolicæ, quæ Deus per os sanctorum in eo Concilio patrum se illi largitum esse significauit, Catholica fidelitate recognoscere.

Error ridiculus & impius qui non Christo sed Ecclesiæ tribuit concessionem summæ potestatis B. Petro sanctorum PP. testimoniis confunditur.

At præter sanctas diuinarum scripturarū Conciliorumque generaliū machinas, quibus error nō mediocriter impius spiritualem Monarchiam ac potestatem S. Petro ab Ecclesia, non à Christo im-C mediatè largitam esse, mendacio, & imperitia crassa affectataque mordicus affirmans destructus est, etiam nubes testimoniorum, è doctrinæ sanctorum Patrum fontibus haustorum lucidas euocemus: vt errorem audacem ac perniciosum maximè, confundamus: inter quos primus Apostolorum vicinior tempori, vt antesignanus, sanctus Dionysius [m] in campum prodibit: qui S. Petrum Apostolorum *summum apicem, ac principem verticalem,* sic adeò super omnes fideles constitutum appellaunt. Huic assentiens, *summum Ecclesiæ principatum S. Petro datum à Christo* S. Cyprianus [n] de vnitate Ecclesiæ asserere nō dubitauit. Horum antiquorum doctrinam posteri religiosè sunt amplexati. Ex Græcis S. Basilius [o] cum S. Petrum Christi Domini iussu cunctis Apostolis discipulisque fuisse prælatum asserit. S. Nazianzenus [p] dum D vnum ex omnibus Domini discipulis *electum, S. Petrum videlicet, cuius curæ à Domino fundamenta ipsa fidei,* hoc est reliquos Apostolos, commissa fuisse confitetur. Cyrilli ambo: [q] Hierosolymitanus S. Petrum, *ex Christi institutione discipulorum primum & regni cælorum clauigerum nominando.* Alexandrinus, [r] *Principem caputque cæterorum,* Eusebius [s] *primum Christianorum pontificem,* S. Chrysostomus, [t] *pastorem & caput, vniuersoque terrarum orbi à Christo præfectum præpositumque* fuisse veraciter asserendo. Similem edidit confessionem ante eum [u] Origenes, S. Epiphanius hæresi 51. *discipulorum ducem.* Post illum verò Theophylactus, [x] Euthymius [y] & Oecumenius similia, professi Christum Dominum Monarchiæ S. Petri spiritualis auctorem per seipsum, conditoremque crediderunt. Ex Latinis patribus S. Ambrosius [z] hunc *Ecclesiæ principatum fuisse à Domino consecutum S. Petrum super om-*

[m] c. 3. cælest. Hierarch.

[n] l. de vnitate Ecclesię.

[o] Præfat. de iudicio Dei circa finem tom. 3.

[p] Orat. de moderatione.

[q] Catech. 2. 17. 21.

[r] l. 2. in Ioan. c. 64.

[s] l. 2. histor. c. 14.

[t] Homil. 55. in Matth.

[u] In c. 2. Ioan.

[x] In c. 17. Lucæ.

[y] In c. 21. S. Ioan.

[z] l. 10. in Luc c. 24.

nes

a L. 1. contra Iouinianum.

nes fideles, profiteri non dubitauit sanctus Hieronymus, [a] *Caput omnium Apostolorum creatum à Domino testatus est*. A quo porro hæc nisi à Domino saluatore nostro dignitas? Diuus Augustinus, [b] in discipulis *primatu à Domino fuisse donatum*, posteritatem operum suorum monumentis edocuit, sicut ante eum sanctus Hilarius [c] & Arnobius in Psalm. 138. & cum eo Optatus [d] Mileuitanus: & post eum Prosper, [e] Beda, [f] maximè sanctus Bernardus, [g] alijque clarissimi doctrina pietateque patres suorum scriptorum testimonio fidelissime demonstrarunt. Hanc veritatis confessionem Eugenius Carthaginensis Episcopus Hunnerico Arrianno tyranno crudelissimo Catholicorum in Aphrica persecutori magna constantia, confidentiaque Christiana ita respondendo prodidit: *Si nostram* [h] *fidem quæ vna & vera est, potestas Regia cognoscere desiderat, mittat ad amicos suos; scribam & ego fratribus meis, vt veniant coepiscopi mei, qui vobis nobiscum communem fidem nostram valeant demonstrare; & præcipuè Ecclesia Romana, quæ est caput omnium Ecclesiarum*. Hic autem notandum nomine Romanæ Ecclesiæ Pontificis Romani auctoritatem intelligi, vt clarius infra patebit. Pomponius Lætus in compendio Rom. historię in Gallo Cæsare ad calcem, cum multa pro defensione principatus Romani Pontificis dati diuinitus contra superbissimum Constantinopolitanorum Patriarcharum fastum & audacem unquamque eorom contra sedem Apostolicam præsumptionem optimè dixisset, hæc pro bona conclusione subiunxit. *Episcopus* [i] *ergo Romanus & diuino iussu & humanæ rationis vinculo generis humani parens & princeps est. Nam illud perpetuò mansurum quis dubitat, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam?* Vtiam nemo bonus Catholicus reperiatur, qui non magnopere probet præclaram illam doctore orthodoxo dignissimam Gersonis nostri sententiam, quem tanti se facere sedis Apostolicæ Pōtificiæque maiestatis hostes & osores ficta professione simulant; qua sic hęreticos, impios & sacrilegos eos esse pronuntiat, qui supremam Romani Pontificis auctoritatem in Ecclesia immediatè à Christo Deo profectam pertinaciter inficiantur. [k] *Status Papalis*, inquit, *est institutus à Christo supernaturaliter & immediatè, tanquam primatum habens Monarchicum & regalem in Ecclesiastica Hierarchia: secundum quem statum vnicum & supremum Ecclesia dicitur vna sub Christo. Quem statum quisquis impugnare ac diminuere, vel alicui Ecclesiasticæ particulari æquare præsumit, si hoc pertinaciter faciat, hæreticus est, impius & sacrilegus*: Qui postea hanc suę assertionis atqoe iudicij rationem reddit. *Cadit enim*, inquit, *in hæresim toties expressè damnatam à principio totius Ecclesiæ vsque hodie, tam per Christi institutionem de principatu Petri super omnes alios Apostolos, quam per traditionem totius Ecclesiæ in sacris eloquijs suis & generalibus Concilijs*. His maturè fideliterque consideratis dicat nobis lector beneuolus, æquus rerum æstimator, conscientiæque bonæ sincerus amator, in quo erroris delictique genere reponendos illos esse iudicet, qui auctoritatem summumque principatum sancti Petri & successorum eius Pontificum Romanorum non à Christo Domino immediatè, sed ab Ecclesia, & per Ecclesiam traditam concessamque fuisse mordi-

b In Psalm. 108.
c Can 16. in S. Matth.
d l. 2. contra Parmenianū.
e l. 1. sentent. & l. 2. de vocat. gentium.
f In c. 1. S. Ioan. 3.
g l. 2. de considerat.
h Victor Vticensis l. 2. de persecut. Vandal.
i Pompon. Lętus in compend. Rom. histor.
k Gerson in tractatu de statibus Eccl.
Nota hāc Gersonis auctoritatem contra perduelles Pōtificum maiestatis qui sunt hæretici, impij & sacrilegi illius doctoris iudicio.

A cus asserere, insuper doctrinam hanc veritati Catholicæ prorsus inimicam, sacræ Parisiensis Academię facultati mendacio intolerabili imponere; atque ausi affingere superbi, minimè sine vllo calumniæ horrore, imposturæque metu dubitarunt. Sed ad alias probationes & argumenta alterius generis ad illos errores tam saluti animarum perniciosos pacique Ecclesiasticæ perfringendos fortissima transeamus.

CAP. XIV.

B Eam quam prius, canonibus, summorum Pontificum decretis, imperatorum rescriptis, atque rationibus pręsens caput veritatem confirmat, erroremque sicuti prius huic contrarium refellit.



HRISTVM Dominum cum sancto Petro [l] dixit, *duc in altum*, principatum illius quem ei dabat, super omnes Apostolos discipulosque significare voluisse sacra Ecclesiasticorum canonum auctoritas multis in locis affirmat. Sic enim sancta sedes canone [m], Non turbatur, è doctrinæ sancti Ambrosij fontibus hausto loquitur: *Et si alijs* C *imperatur vt laxent retia, soli tamen Petro dicitur duc in altum*. Quo maioritas superiorque gradus in sancto Petro dignitatis respectu aliorum Apostolorum datus à Christo Domino, & ex consequenti successoribus sancti Petri Romanis Pontificibus super omnes Ecclesiæ prælatos satis apertè conspicitur. Quod non obscurè canone sequenti Ecclesia fidelium mater his verbis expressit: [n] *Est aliud piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet, dicens, Mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit tolle*. Vbi per hamum Glossa [o] *iurisdictionem* intelligit qua Petrus præfuit: *Quia*, inquit, *hamo, id est ferro resecantur putridæ carnes*. [p] Can. plurimos, *Et ideo solus Petrus piscatur hoc genere, ipse enim habet potestatem ligandi atque soluendi prælatis*. Quod Can. in illis [q] distinct. 80. in fine con- D firmatur his verbis: *Quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit, sed vnus omnibus præfuit*. Quæ verba ex prima sancti Clementis ad sanctum Iacobum Epistola deprompta sunt. Propterea de sancti Petri maioritate soperque omnes potestate dubitare instar esse sacrilegij Ecclesia sancta [r] *Can. si quis*, 17. qu. 4. iudicauit; atque hoc facere eadem dixit, *esse ponere os in cælum*. Capite, *in tantum*, distinct. 21. Pręclarus, & ad id quod quærimus comprobandum textus porens in *Can. Quamuis*, [s] dist. 21. quo Rom. Ecclesiam & Apostolicam Pontificiamqoe sedem cæteris Ecclesijs dignitate & imperio sola Christi ordinatione ac iussu præire, præstareque clarissimè in hæc verba demonstratur. *Quamuis vniuersæ per orbem Catholicæ Ecclesiæ vnus thalamus Christi sint, sancta tamen Romana Catholica & Apostolica*

Duc in altum.
l Luc 5.
His verbis principatum S. Petri super omnes Apostolos totamque Ecclesiam significatum constitutumque confirmauit Dominus.
m Can Non turbatur 24. q. 1.
n Can. est aliud 24. q. 1.
Hamus iurisdictio.
o Glossa in hunc Can.
p Dist. 82.
q Can in illis dist 80.
De suprema in Ecclesia S. Petri & Rom. Pontificum potestate disputare sacrilegium.
r Dist. 21.
s Can. si quis §. si autem in f. 17 q. 4.
Similiter de iudicio summi Pontificis alicui disputare non licet.
Can quamuis Dist 21.

P

inquiens, *Tu es Petrus &c. Habet enim potestatem singulari priuilegio sibi concessam, & Domini ore sacrata, atque desuper exaltata est. Et sicut beatus Petrus primus fuit Apostolorum omnium, ita & hæc Ecclesia suo nomine consecrata Domino instituente prima & caput est cæterarum, vt ad eam quasi ad matrem & apicem omnium maiores Ecclesiæ causæ referantur.* S. Damasus,[a] *summas causas*, inquit, *definiri absque sede Romane auctoritate non licet, synodumque sine eius auctoritate fieri non est Catholicum: Nec vlla Concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta Apostolica auctoritate, est enim firmamentum à Deo fixum & immobile omnium Episcoporum Apostolica sedes & vertex Ecclesiarum, super qua quam Christus vniuersalem construxit Ecclesiam: ait enim, Tu es Petrus &c.* Quam autem clarum illud Gelasij[b] t. ad nostri fulcimentum propositi testimonium? *Sancta Romana Catholica & Apostolica Ecclesia nullis Synodicis constitutis, cæteris Ecclesijs prælata est, sed Euangelica voce Domini, & saluatoris nostri primatum obtinuit, tu es, inquiens, Petrus, & super hanc petram &c.* Sed num hæc iam ista satis? Quid ergo opus, in referendis aliorum Sanctorum Pontificum testimonijs diutius immorari? quæ & copiosiora sunt, quam vt vnius capitis etiam longioris amplitudo capere posset: & clariora, quã vt hominis cuiuscumque, nisi ratione iudicioque destituti sensus & animus inficiari valeret. Ergo pro conclusione argumenti huius ab auctoritate Romanorum Pontificum potenter assumpti cum Nicolao[c] 1. Epistola ad Michaelem imperat. magnificè in octauo generali Concilio à sanctis Patribus laudata probataque dicamus. *Priuilegia Rom. Ecclesiæ à Christo donata, à synodis verò œcumenicis non donata, sed celebrata atque honorata fuisse.* Quæ in æternum duratura fremeotibus licet furentibusque cũ patre principeque suo Diabolo apertis occultisque sedis Apostolicæ hostibus, in vtroque foro perduellionis reis pacẽ prosperitatemque tẽporalem in hoc sæculo cultoribus suis, & in altero fælicitatem sempiternam gloriamque comparabũt. Neque verò quemquã Orthodoxorum mouere debet illa quorundam maleuolorum gloriam, saluatoris nostri beneficio misericordiæ impartitam sedi Pontificiæ Apostolicęque muniendam inanis obiectio: qua illi nihilominus viris bonis, sed non satis eruditis scrupulum inijcere negotiumque facessere malitiosè conantur, male intellecto canone[d] *in nouo*, dist. 21. abutentes ut germanam illius orthodoxamque intelligentiam vulpinando dissimulantes: in quo scribitur, quod *Apostoli S. Petrum principem suum esse voluerunt:* Ergo inferunt illi, sanctus Petrus suam auctoritatem non à Christo immediatè sed ab Apostolis, Ecclesiaque mutuatus accepit. Huic vanæ dolosæque obiectioni ab inuidia, Canonisque ignorantia natę atque productæ, supra cum S. Antonino[e] plenè satisfecimus; iterumque cum eodem Sancto bis non ingratè repetita solutione respondemus. Nimirum Apostolos S. Petri *principatum impegrinmque summum supra se voluisse voluntate consequente & acceptante Dei ordinationem, non autem voluntate antecedente, seu causante ipsum principatus auctoritatem:* Cum illam sanctus Petrus ex immediata promotione super omnes à Christo Domino, vt ibi clarè dicitur, habuerit. Sicut cum dicitur in eodem cap. *In nouo, septuaginta duos ab Apostolis discipulos fuisse electos,* cum tamen fide credamus secundum scripturas illos à Christo fuisse creatos[f] S. Lucæ 10. *designauit Dominus alios 72.* &c. O impium facinus homine Catholico indignum, multoque magis eo qui se Theologum profitetur, errori tanto contra inexpugnabilem Pontificiæ & Apostolicæ dignitatis maiestatisque murum arietanti, præbuisse consensum! Quem sęculares principes, & quidem imperatores tanto odio detestati opposita professione condemnarunt. Petrus Damianus cum non posset adesse synodo Osbotiensi in Germania cum legatione pro Alexandro 2. Papa in Gallia fungeretur, disputationem synodalem, quam habuit pro defensione Romanæ Ecclesiæ contra aduocatum Regis Germaniæ Henrici tertij, ad Patres in ea synodo congregatos misit: in qua hęc de Constantini magni confessione, quam de suprema in Ecclesia potestate, à Christo Domino per seipsum S. Petro Romanæque Ecclesiæ donata, singulari professus est pietate, commemorat: *Quoniam*, aiebat optimus imperator, *hic*, scilicet Romæ, *ubi principatus sacerdotum & Christianæ religionis caput ab imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt ibi imperator terrenus habeat potestatem.* Postea de pietate in Apostolicam sedem imperatorum Theodosij senioris, & Honorij eius filii eorumque de hac potestate à Deo S. Petro credita, confessione idem Damianus ista subiunxit. *Longè verò post Theodosius imperator B. Pauli basilicam capit, quo defuncto filius eius Honorius tandem basilicam, ad calcem vsque perduxit hi quoque Rom. Ecclesiæ priuilegium firmauerunt. Quomodo ergo prærogatiuam sibi in Romani Pontificis electione relinquerent, qui Rom. Ecclesiam nequaquam sibi studuerunt subdere, sed præferre, non præcipere, sed parere, non præcellere, sed subesse, scilicet ipsi Ecclesiæ Romanæ supremam in omnes fideles pro salute sua potestatem spiritualem à Deo conferuta, obedire quam imperare maluerunt.*

Nunc si in rationes intendere atque respicere voluerimus, quantis earum ponderibus veritatem principatus à Deo immediatè S. Petro Romanisque Pontificibus traditi,[g] cui ab inimicis perniciosò luctatur errore, sistere atque defendere poterimus? Enimuerò cum suæ regnum Ecclesiæ æternum Dominus esse decreuisset, pacem in eo durationis amicam constituere, diuisionemque ab eo humanæ perturbatricẽ societatis arcere debuit. Pacis porrò tuendæ conseruandæque vinculum arctissimum, vincique nescium vnius est à Deo sublimiter constituta potestas, cui parere omnes ex officio teneantur. Hac enim non stabilita à Deo in Ecclesia sublimi potestate, excitata inter dignitate pares contentio defectu superioris auctoritatis non deficiens, statum Ecclesiæ turbatione sua diuisum consumere posset: iuxta Christi Domini verbum.[h] *Omne regnum in se diuisum desolabitur.* Cuius oraculi[i] Canon meminit Ecclesiasticus, verumque illud glossæ in cap. *loquitur* 24. q. 1. *vbi pluralitas, ibi dissensio.* Sed alia est altior ratio, atque potentior, quæ negat potestatem S. Petri supernaturalem, quæ in finem diuinum, naturæ limites prætereuectum, fælicitatem videlicet æternam rectã flectitur, atque dirigitur, ab humana Republica, viribusque naturæ orbe circumclusis posse deriuari: sed firmiter veritatis fulta præsidio tenet hanc diuinam supernaturalemque potestatem S. Petro concessam non posse aliunde quam à diuina & supernaturali virtute infundi, quæ non alia quam

[a] Ad Stephanum Mauritaniæ Archiepiscopum.

[b] In Rom. Concilio Episcoporũ 70.

[c] Ad Michaelem imp.

Obiectio fraudulenta inimicorum sedis Apostolicæ explodiτur.

[d] Can. in nouo. dist. 21.

[e] 3. p. summæ tit. 22. c. 4. §. 1. in f. Couarr. tom. 1. part. 3. relect. cap. peccatum de regulis iuris. l. 6. § 9.

Quomodo discipuli 72. dicuntur electi ab Apostolis.

[f] S. Luc. 10.

Imp. Constantinus magnus, Theodosius senior & filius Honorius supremam S. Petri Romanique Pontificis auctoritatem à Christo immediatè electam agnouerunt.

Damianus disputat synod inter aduocati Henrici regis Germaniæ, & defensorem Rom. Ecclesiæ ab se ipso missa ad Concilium Osboriam.

Illud ipsum quod imperium, rationibus ostenditur probatur.

1. Ratio.

[g] S Matth. 12.

[h] S Luc 11.

[i] Can si ea 25. q. 2.

2. Ratio.

Dei est auctoritate tanquam à causa proficisci atque manare. Alias contra Philosophiæ principia causa principaliter efficiens effectu suo minor atque deterior haberetur. Et quia non fuit alia potestas in S. Petro, quam quæ residet in Rom. Pontificibus eius successoribus, inde necessaria consequentia, fide nullatenus dubitando credere debemus, supremam illam Monarchicamque dominationem, qua super omnes Christiani territorij atque ditionis Ecclesias ab interitu S. Petri ad hunc vsque diem quo viuimus, Pontifices Romani potiti sunt, non ab alio virtutis, quam infinitæ, diuinæ supernaturalisque, quæ in Christo Iesu Domino nostro residet, fonte immediata traditione fluxisse. Ad tertiam rationem veniamus, quam maximi momenti ponderisque ad labefactandum schismaticorum aliorumque hostium Apostolicæ sedis errorem esse iudico. Si enim auctoritas summa S. Petri, Romanorumque Pontificum, ab Ecclesia repræsentatiua, scilicet à Concilio Oecumenico profecta collataque penderet, quis non videt absurdum quod inde scaturiret, nimirum Pontificiam hanc auctoritatem, Monarchicumque principatum ab Ecclesia, Concilioque tolli à Christiana societate delerique posse? *Cum* [a] *eius sit tollere, cuius est condere.* Quod si ita esset, totum Ecclesiastici muneris à Christo constructum ædificium dirui, labefactari, in planumque effundi radicitus oporteret. Quod & execrandum & maximè impium, solummodo suspicari. Neque enim aliquid moliri aut statuere potest Ecclesia per quod eius destrueretur vnitas, quam institutam à se de eius essentia Deus esse voluit: *Can. loquitur.* [b] Iuxta illud Domini oraculum, [c] *Erit vnum ouile & vnus pastor.* Proinde ex hac ratione valida tanquam principio non persuadente modo sed conuincente conclusio consurgit euidens atque necessaria, Pontificis Romani, sicut S. Petri principatum in omnes fideles, quoad spiritualia Monarchicum, non ab Ecclesia sed à solo Deo Domino nostro Iesu Christo donatum immediata largitione profluxisse, prout verbum Domini, quod *manet in æternum*, scripturis sacris expressum statuit & ordinauit, *Pasce* [d] *oues meas*: & *Quodcumque ligaueris super terram* &c. Propterea Innocentius 3. hoc veritatis Christianæ fundamentum roburque fidelium omnium mentibus imprimere cupiens, hęc ad prælatos per regnum Franciæ constitutos Gallicæque custodes Ecclesiæ rescribebat. [e] *Cum non humanæ constitution, sed diuinæ potius innitamur; quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, nullus qui sit sanæ mentis ignorat, quin ad officium nostrum spectet, de quocumque mortali peccato corripere quemlibet Christianum, & si correctionem contempserit, per districtionem Ecclesiasticam coercere.* Quod si respondeant Pontificiæ maiestatis inimici, ideo dici Papam, eiusque dignitatem esse ab Ecclesia, quia eligitur à clero, scilicet à cõsistorio Cardinalium, erit effugiũ valde ridiculum: quia cùm eligitur pontifex à Cardinalibus, non instituitur Pontificia dignitas, nec Monarchica Ecclesiæ potestas, sed eum eligentes Cardinales agnoscunt verum esse Christi Domini vicarium, caput & principem Ecclesię vniuersalis visibilem, cui suprema Ecclesiæ auctoritas atque Monarchica dignitas immediatè à Christo Domino instituta creditur, & cũ plenitudine potestatis exercenda traditur. Ergo cum hoc S. Anacleti [f] decreto concludamus. *Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Christo Domino* A *saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super omnes Ecclesias, & super totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse Petro Apostolo dixit, Tu es Petrus* &c. Atque in hoc decreto longiorem capitis discursum, vt veniamus ad alia, sistamus.

3 Ratio potens valde & efficax.

a l. 1. Cod. de legibus cum similibus.

b Can. loquitur 24. q. 1.

c Ioan. 10.

d S. Ioan. 21. Matth. 16.

e Cap Nouit. §. cum enim de iudiciis l. 2. decretal. Vide ea solitæ de maioritate & obedientia l. 1. decret. c. 6.

Obiectio aduersariorum ridicula refutatur.

f Epist. 1. c. 3. can sacrosancta dist. 21.

CAPVT XV.

S. Petrus quomodo dictus significare & repræsentare Ecclesiam cum claues accepit, quas principaliter ac propriè accepit pro se & suis successoribus.

1. *Refellitur hæreticorum, eorumque sectatorum schismaticorum error dicentium claues à Domino datas Ecclesiæ proprie, principaliter, & immediatè, at verò Petro significatiuè ac figuratiuè.* B
2. *Exponuntur S. Augustini testimonia quibus illi sedis Apostolicæ hostes abutuntur.*
3. *S. Petrum principaliter ac propriè claues à Christo Domino accepisse pro se & successoribus probatur.*
4. *Quanam significatione ex multis S. Petrus in acceptione clauium Ecclesiam Dei repræsentasse dicatur.*

TANTA est hominum superborum sanctæ matri fidelium sedique Apostolicę rebellium prauitas & audacia, in sequendo contra expressa Dei verba suas adinuentiones, vt ea quæ clarissimè in C Euangelio suo Dominus locutus est, non modo suis sophismatis & argutijs obscura reddere, sed etiam prauis polluta mẽdaciis, expositionibusque corruptis adulterare perniciosè cõtendant. Adeò illis iniqua, inuisaque principis Apostolorum & eius Pontificij solij facta à Christo Domino diuinitus exaltatio: vt modo suis assertionibus veritatis inimicis aliquid dogmatis astruant, quo illam destruant, nil sibi ad vota, desideriaque complenda defuturũ arbitrentur. Christus Dominus tam clarè, solidè perspicuéque in illis verbis, [g] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meam, & dabo tibi claues regni cælorum*, &c. suæ Ecclesiæ sub se, S. Petrum fundamentum, caput visibile, principemque Monarchicum fecit: vt nil clarius, apertius, nihilque significantius dici, excogitariue posse videatur. Nihilominus non defuerunt mali- D tiosi homines meretricis [h] Apocalypseos poculo inebriati, qui euertẽtes germanum malitiosè sensum verborum Christi, aduersum planéque contrarium imaginatione deprauata comminisci nituntur: homines sine fronte & sine conscientia, naufragantes à fide, quos à praua sua, erroneaque persuasione tot sanctissimorum doctissimorumque Patrum doctrina, fides, summaque auctoritas auertere ac deterrere minimè potuerunt. Siue quod eos præ ignorantia non intelligant, siue præ superbia, quod est vero similius, aspernentur. Quia dixit Dominus, *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*: sancti vetustique Patres sanctum Petrum Ecclesiæ vniuersalis fundamentum visibile: quia verò addidit Dominus, *Et tibi dabo claues regni cælorum*, eiusdem Ecclesiæ Christi Domini supremum pastorem, principemque Monarchicum fide Catholica crediderunt, credentesque sua doctrina eandem fidei verita-

Prauitas hæreticorũ, schismaticorum, & hæreticorumque in corrumpendo S. Scripturas, vt sedis Apostolica honori officiant.

g Matth. 16.

h Apoc. 18.

tem Christianorum populorum sapienter fideliterque mentibus instillarunt S. Cyprianus [a] multis in locis suorum operum purissime illum S. Matth. 16. Domini sermooem ad Petrum interpretatus, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus*: & ante eum Tertullianus [b] cum nondum in hæreticorum castris infeliciter dimicabat; sed contra illos pro Catholica fide generositate Christiana pugnabat, Origenes [c] idem præstitit: post illos SS. [d] Hilarius, [e] Ambrosius, [f] Hieronymus, pluribus in locis operum suorum, [g] Chrysostomus, Cyrillus [h] Alexandrinus, [i] Epiphanius, Leo 1. Nihilominus contra tam claram perspicuamque Christi Domini loquendi formam, contra tot Sanctorum, Doctorumque antiquitatis veneranda Patrum testimonia, nostro hoc funesto turbidoque sæculo inuenti sunt peruersæ opinionis homines superbi & elati intolerabili præsumptione: qui tam

B

clara sanctaque Domini verba, quibus sanctam Ecclesiæ suæ Monarchiam constituere, constitutamque vsque ad consummationem sæculi, omnipotenti virtute firmare voluit, à vero germanoque sensu ad spurium deprauatumque, vt admirabilem illius spiritualis Monarchiæ structuram labefactare niterentur, fallaci interpretatione & iniqua detorquere non erubuerunt: falsa deliria & ridicula assetentes, vt quod verum esset decreto Domini sacrum rectumque demolirentur. Qualis inter cæteros Erasmus dubię fidei, quæ nulla est nisi praua, nullius per arrogantiam addictus in causa religionis iurare in verba magistri: cum in patua super Epistolam S. Cypriani ad Flor. Pupianum annotatione scripsit: *Non semel Cyprianus facit Ecclesiæ fundamentum Petrum, nisi forte notione Petri senserit populum hoc profitentem, quod Petrus fuerat*: Quale, Deus immortalis, delirium! Ac

C

si quid esse videretur absurdius, quam dicere S. Petrũ (vt statuit Dominus) Ecclesiæ esse fundamentum, nihil esse aliud quam ipsum populum, siue Christianos omnes (vt loquitur Annotatione in 16. S. Mathæi.) Si omnes Christiani sunt fundamentum Ecclesiæ, erunt per consequens caput. (Nam vt superius probatum est) quod est in ædificio fundamentum, in societate hominum caput est. Si sunt autem omnes Christiani caput Ecclesiæ, quænam erunt huius mystici corporis mẽbra? Item si fundamentum ac caput sunt omnes populi sub vexillo crucis militãtes, quis Christiano cuique potestatem ligandi soluendique peccata, iuridicamque regendi ei Ecclesias auctoritatem iure denegare poterit? Quæ quam absurda, ridicula & impia sunt, omnes verè Catholici iustissime ista detestando confitentur. At immaculatam Ro-

D

manæ sedis Apostolicæque gloriam inuidiosè malitioseque criminãtes Dei hostes, hæretici & schismatici, rectoris ac principis illius œcumenici principatum monarchiamque spiritualem, quibus possunt falsitatis, mendacij, sacrorum testimoniorum deprauationis, rebellionumque machinis oppugnare non cessant. Et quia nimium clara ad suorum cõfusionem conatuum, errorumque destructionẽ illa Christi verba, *Tibi dabo claues* &c. (quibus Petri Romanorumque Pontificum summum in Ecclesia sua imperium fulcit & ædificat) esse conspicunt: ad illorum corruptionem deprauationemque execrandis expositionibus assurgunt, arroganter impieque obstinatione nefanda sustinentes verba hæc Domini non Petro, sed Ecclesię, cuius figuram personamque repręsentabat,

[a] l. 1. Epist. 2. ad Flor Pupianum 3. ad Iubaian. 4. ad Quintum l de habitu Virginum l. de vnitate Ecclesiæ, ac l. de bono patientiæ.
[b] l. de præscript.
[c] In c. 6. ad Rom. homil. 5. in Exod.
[d] In Matth. 16.
[e] Serm. 47.
[f] l. 1. contra Iouinian. contra Pelag. super Matth. Epist. ad Marcellam in c. 2. & 6. Isaiæ.
[g] Homil. 55. in Matth.
[h] l. 2. in c. 12. Ioan.
[i] In Ancorato S. Leo 1.
[k] Epist. 67.

Ridicula & erronea Erasmi opinio in Epist. S. Cypriani ad Flor. Pupianum adnotatiuncula, qui manult populum Christianum esse fundamẽtum Ecclesiæ quam S. Petrũ. Vide Pamelium in 1. Ep. S. Cypr. nu. 35. 124. c. 1.

Improbitas & error hæreticorum & schismaticorum claues Ecclesiæ primò, propriè & immediatè datas esse S. Petro negantium, sed Ecclesiæ & per Ecclesiam tanquam ministro & vicario eius S. Petro & eius successoribus fuisse communicatas asserentium.

A

dicta esse: quibus non Petro, non eius successoribus, sed Ecclesiæ toti supremam auctoritatem principatũque largiebatur. Vt horum verborum sensus penes illos veritatis adulteros alius non sit quam, *Tibi dabo claues*, *parabolicè & figuratiuè*, non verè ac propriè, sed Ecclesiæ, *cuius figurã*, *personam*, *typumque exhibes ac repræsentas*, *nec vllam propria auctoritate*, *in populo meo iurisdictionem exercebis*, *nisi nomine Ecclesiæ meæ*, *cuius minister & vicarius*, *non autem caput*, *princeps ac supremus rector existis*. In hos errorum scopulos allisi voluntaria insania miseri ætatis nostrę sectarij, Lutherus, [l] Caluinus, [m] Centuriatores & [n] posteri eorum simili veneno erroris intoxicati se in apertæ impietatis abyssum furenter ingurgitarunt. Ex his Domini verbis nihil peculiaris auctoritatis, potestatisque spiritualis Petro filio Ionæ promissum esse perti-

B

naciter asseuerantes, sed omnem potestatem iurisdictionemque per claues significatam, propriè & immediatè Ecclesiæ datam largitamque fuisse à Domino, deinde per Ecclesiam pastoribus omnibus communicatam, ipsique Petro omnem suam ab Ecclesia immediatè potestatem accipienti, ad illius nutum iussumque administrandam, falsò, vt impiè sustinentes deplorabili se salutis proprię naufragio perdiderunt. Sic sua mendacia contra dominicorum verborum veritatem blasphemo corde voceque scelerati homines euomunt: vt in [o] Conciliabulo illo Smalchaldico congregati sectarij, è quorum vocibus spiritus nequam & erroris hæc mendacia deprompsit, *Tribus igitur*, scilicet Christus, *principaliter claues Ecclesiæ & immediatè non Petro*, *sicut & ob eam causam Ecclesia habet ius vocationis*. Sed nil noui, minusque mirum si hæretica lue polluti solertes tyrannidis diabo-

C

licę ministri aduersus Apostolorum principem, supremum vniuersalis Ecclesię rectorem, eiusque caput visibile iniuriis, odiis mendaciisque ferino more luctentur, cum ipsi spiritu maligno tumidi & inflati, in ipsum principale caput & inuisibile, à quo omnis in caput visibile deriuata potestas virtusque manat inexpugnabilis, patrem, redemptorem, gloriosumque sanctæ ipsius Ecclesiæ sponsum, & omne bonum filium Dei Iesum Christum Dominum nostrum audaci irruere sacrilegio, nec non blasphemiis, rebellionibus scelerumque suorum armati furiis aduolare quotidie non perhorrescant. At luctuosissimum profecto & maximarum lacrymarum profluuio, gemituumque interruptione dignissimum, in media Christianissimi regni luce vidisse viros professione externa, orthodoxæ fidei semper vexilla secutos, in illam nihilominus cæcitatem mentis volũtariè corruisse:

D

vt funesta illa, miserum hæreticorum schismaticorũque dogmata secuti, interturbata valdè Ecclesiæ, reique publicæ Christianæ pace, sedis Apostolicæ sanctitatem in opprimenda Monarchæ spiritualis auctoritate, grauiter assertionũ deprauatarum mucrone vulnerauerint. Qui vt errores suos in populorum animos potentius infunderent, ausi sunt, proh dolor! nullo pudore confusi, nulla gementis, afflictæque propter rebelles eorum contumacias, Ecclesiæ matris sanctissimæ pietate retardati, nullo denique hæreticorum ob errores istos bonis Catholicis arroganter insultantium insolent gaudio deterriti, sanctissimorum Doctorum ad corroborandam suæ iniquæ prauæque opinionis audaciam testimoniis miserabiliter abuti; illorum puritatem suæ falsitati

[l] l. de potestate Papæ.
[m] l. 4. in insti c. 6. § 4. & seq.
[n] Centur. 1. & 2. passim.
[o] Synodus Smalchaldica de primatu Papæ.

A malitiosè prostituere, quorum testimonia quia superius exposita satis amplo sermone discussimus, impræsentiarum subticebo: quibus aduersarij magna cęcati imperitia, ęqualitatem dignitatis inter Apostolos omnes, non excepto S. Petro, probare, sed frustra nituntur. Tantum testimonium S. Augustin. in medium producemus, & enucleabimus, quęque sit S. Patris in eo mens, per alia ipsius testimonia verissimè declarabimus. Quod cũ hæreticis schismatici nostri praua interpretatione nequiter adulterant, vt non S. Petro, sed Ecclesię immediatè, summæ claues auctoritatis à Christo Domino in gratiam erroris sui & falsitatis inferant. Illud S. Patris testimonium in cap. 12. S. Ioannis verbis expressum talibus habetur. *Quodcumque* [a] *ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo. Si hoc* [b] *Petro tantum dictum est, non* B *hoc facit Ecclesia: si autem in Ecclesia fit, vt quæ in terra ligantur, in cælo ligentur, & quæ soluuntur in terra, soluantur in cælo, quia cum excommunicat Ecclesia, in cælo ligatur excommunicatus, cum reconciliat Ecclesia, in cælo soluitur reconciliatus, si autem in Ecclesia fit, Petrus quando claues accepit, Ecclesiam sanctam significauit.* His subiungit S. Augustinus: *Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Iuda persona significati sunt in Ecclesia mali.* In hoc testimonio positæ aduersariorum vires, huic argumentorum innixa fortitudo, hoc Achilles eorum. Huius testimonij vim roburque firmabo duobus aliis eiusdem S. Augustini testimoniis: ne isti antequam omnino vincantur, imperitia probationumque defectu inglorij titubent. Eorum primum est [c] tractat 124. in S. Ioannem: *Quod ad Petrum pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus,* C *abundantiore gratia vnus idemque primus Apostolus, sed quando ei dictum est, tibi dabo claues &c. vniuersam significabat Ecclesiam.* Alterum ac è tribus vltimum S. Augustini testimonium to. 8. in Psalm. 108. scriptum legitur his verbis expressum: *Quædam, inquit, dicuntur, quæ ad Apostolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamen illustrem habent intellectum, nisi cum referuntur ad Ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gestasse personam, propter primatum, quem in discipulis habuit, sicuti est, Tibi dabo claues.* Hæc ipse. Vt autem sanctissimi ac omnium doctissimi Patris & aliorum, qui in hac materia suæ stylum doctrinæ non minus fideliter quam sapienter exercuerunt, intentionem mentemque optimè cognoscamus, cognitamque perspicua sinceraque intelligentia cunctis veritatis amatoribus explanemus: constituenda est in capite discursus pro resolutionis futuræ fundamento com- D munis illa tritaque in scholis Theologorum repræsentationis distinctio. vt qua ratione S. Petrus eiusque posteri in cathedra Apostolica sedentes Ecclesiam repræsentarint, eiusque personam gesserint, facilè intelligere valeamus. Distinctio hęc repræsentandi, atque alicuius personam gerendi duos modos constituit. Primus est historicus, alter parabolicus. Historicus dicitur, cum quis alicuius personam sic gerit, eãque repræsentat, vt aliquid reuera actuque operãdo, quid alius agere debeat, indicando significet, illudque quodãmodo repræsentet. Exemplum esse potest in patre fidelium Abraham, quem S. Paulus [c] verè, reque ipsa duos habentem filios Deum duos populos habiturum significasse scribit. similiter [d] Martha solicita *circa frequens ministerium*, & Maria actu vereque *sedens secus pedes Domini audiens verbum il-*

Testimonium S. Aug. ab improba aduersariorum expositione vindicatur.

a S. August. tractat. 50. in S. Ioan c. 12.

b can. 6. Quodcumque 24. q. 1.

c 1. *Testimoniũ S. August. quo hostes Apostolicæ sedis abutuntur tract. in S. Ioan 124.*

3 *Testimoniũ D. August. in Psalm. 108.*

2. *modis aliquid repræsentari potest, historice, & parabolice*

Modus historicus repræsentandi.

c Ad Gal. 4.

d S. Luc. 10.

A *lius*, duas vitas actiuam & contemplatiuam testante D. Augustino [e] repręsentabant: Modus verò repræsentandi aliquid parabolicus is est, quo per vnum aliquid significatur, quando nihil verè gestum proponitur, sed solum aliquid verisimile fingitur ad aliquid significandum, sicut est in Euangelio [f] parabola prodigi, & parabola [g] seminantis bonum semen, Christum Dominum verba vitæ æternę in Iudæorum animos sua diuina prędicatione spargentem & infundẽtem significantis. Ad hunc repræsentationis modum solent reuocari actiones gestaque legatorum à Regibus principibusque suis missorũ, ad recipiendas aliquas vrbes in obsequium fidelitatemque dominorum suorũ, à quibus missi sunt. In cuius rei gratiã signumque legati ipsi à ciuibus vrbium claues solent accipe- B re, non pro se, sed pro principibus suis, quorum personam in hac negotiatione gerũt, ac repręsentant, nihil sibi propriè inde comparantes. D. Augustinus & omnes verè orthodoxi cum illo ad primum modum significandi atque repræsentandi, historicum nempe, respexit, cum in locis supra citatis, & ab aduersariis malè intellectis, & deprauatè positis, S. Petrum Ecclesiæ personam gessisse, cum à Domino audiuit, *Dabo tibi claues* &c. asserint. Contraria sibi eo sanctisque omnibus auersi mente hæretici, schismatici, & qui eorum in hac parte decepti, siue inscitia, siue superbia cæcati, vexilla sequuntur, in exponendis aut potius adulterandis his Domini verbis, *Dabo tibi claues* &c. ad parabolicum sensum, vt sacro Monarchicoque S. Petri Romanorumque Pontificum principatui, honorique iniuriosè detrahant, inflam- C matis maleuolentiæ studiis aduolant. Quod S. Augustinus S. Petrum in accipiendis à Domino clauibus Ecclesiæ gessisse personam historicè, non parabolicè crediderit, patet ex fine illius loci: quem Lutherus, Caluinus alijque eiusdem fraudis erroneæ malè intellectum Catholicę doctrinæ per obiectionem superius opposuerũt. In quo S. Augustinus collatione inter S. Petrum & proditorem Iudam facta hæc ait, *Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Iuda persona significati sunt in Ecclesia mali.* Ex quibus verbis ita pro mente S. Patris ratiocinari licet. D. Augustinus S. Petrum regni cælorum claues accipientem à Domino figuram Ecclesiæ gessisse, eiusque personam repręsentasse credidit, quemadmodum figuram Iudas exhibuit, personamque repræsentauit impiorum Iudæorum: quando Dominum Iesum proditione execrabili venditum Iudęis oppressit. Atqui verissimum est parricidam Iudam histori- D cè reuera redemptorem nostrum in propria persona prodidisse: Ergo verissimum quoque S. Petrum Ecclesiæ personam historicè gerendo, reipsa ac propriè in sua persona claues accepisse. Hanc fuisse S. Augustini [h] mentem ipsius alibi verbis manifestissimè claret: vt cum ait. *Quædam dicuntur quæ ad Apostolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamen habent illustrem intellectum, nisi cum referuntur ad Ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gessisse personam, propter primatum quem in discipulis habuit, sicuti est, Tibi dabo claues regni cælorum, & si qua eiusmodi* &c. Quibus verbis intelligere voluit S. Petrum propter primatum & officium pastorale, personam totius Ecclesiæ sustinuisse, quamuis ipse solus acceperit, cum non eas propter se; sed propter Ecclesiam acceperit, non tanquam ipsius vicarius, aut legatus, sed tanquam

e S. August. Serm. 27. de verb. Domini.

Parabolicus modus quis.

f S. Lucæ 16.

g S. Luc c. 8.

Hæretici & schismatici cum suis sectatoribus parabolicum modum repræsentandi sequuntur contra veritatem: At omnes Catholici cum S. Augustino historicum pro veritate amplectuntur.

h In Psal. 108. supra notatũ.

Cur dicitur S. Petrus totius Ecclesiæ personam sustinuisse.

ſupremus rector, princeps ſummuſque moderator vniuerſalis Eccleſiæ. Non aliter quàm Rex & ſupremus in imperio, regnove Monarcha, in perſona & figura populi regni & imperij à Deo gladiū quē portat, accepit, ſummā ſcilicet in omnes imperij incolas auctoritatem, legumque ferendarū poteſtatē: totumq; illud quod ſupremę Maieſtatis virtutes, vires & facultates ambit & continet, ipſe Monarcha, & Rex ſummus potiſſimum, principaliter atque veriſſimè in propria perſona tenet, poſſidet, & ſine vllo ad alium ſuperiorem niſi Deum reſpectu, complectitur. Cæteri verò in imperio regnoque magiſtratus, prouinciarum rectores, Iudices, Prætores aliique exercendis quibuſcumque muneribus publicis populorum directioni, regiminique idoneis occupati, nonniſi à principe ſummo poteſtatem, auctoritatemque, vel gladio feriendi, vel leges condendi, vel aliquid aliud politici iuris exercendi, mutuantur. Ita S. Petrus à Chriſto D. tanquam vicarius eius ac princeps totius Eccleſiaſtici cætus & orbis ſolus poteſtatis iuridicæ claues accepit, vt in perſona totius Eccleſiæ, id eſt omnium paſtorum ac prælatorum Eccleſiaſticorum: vt quidquid iuriſdictionis Eccleſiaſticæ à quocumque paſtore exerceretur, id totum S. Petro ſupremo Eccleſiæ principi, ac viſibili capiti acceptum referretur, ab eiuſque auctoritate in totum corpus Chriſti Domini, quod eſt Eccleſia, viſibile diffunderetur. Apoſtolos ſemper excipio, qui extraordinaria quadam ratione à Chriſto Domino (vt ſupra diximus) claues illas immediatè, ſubditas tamen S. Petro, ad omnes gentes populoſque terrarum orbis pro ſalute ſua moderandos atque regendos acceperunt. Hanc eſſe germanam S. Auguſtini [a] ſententiam verba hæc illius in Pſal. 108. ſatis dilucidè manifeſtant allata ſuperius, ſcilicet, *Cuius Eccleſiæ, ille Petrus noſcitur in figura geſsiſſe perſonam, propter primatum quem in diſcipulis habuit.* Conformia his S. Auguſtinus [b] ſer. 13. de verbis Domini cōmemorat, quę eius ſemper animi ſenſa clarius enuntiant, hæc nomen Petri interpretando dicens, *Petrus à petra cognominatus beatus, Eccleſiæ figurā portans, Apoſtolatus principatum tenens.* Similia in tractatu [c] 12. in S. Ioannē recenſet. *Propter Apoſtolatus ſui primatum Petrus Eccleſiæ gerebat figurata generalitate perſonam. Quod enim ad ipſum propriè pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Chriſtianus; abundantiori gratia vnus idēque primus Apoſtolus.* Ad confirmationē eiuſdē intelligētiæ ſententiæque S. Patris plura reperies apud [d] eundem to. 3. de agone Chriſtiano c. 30. tract. 7. in S. Ioannem, & to. 10. homil 45. Eſtque ſemper illud imprimendum memoriæ mentique ſolidè figendum, ita S. Petrum propter ſuam illi diuina munificentia largitam ſummæ poteſtatis eminentiam, claues à Domino poteſtatis Eccleſiaſticæ ſuſcepiſſe, vt non ſibi tantum, ſed etiam aliis Eccleſiæ præſulibus paſtoribuſquę animarū mutuatas accepiſſe iudicetur. Sic enim à D. Auguſtino, aliſque patribus S. Petrus propter ſuū primatum, Eccleſiæ figurā geſſiſſe creditur. Ipſe enim vt ſupremus Eccleſiaſticæ dominationis, rector & princeps Monarchicus, claues auctoritatis dignitatiſque ſpiritualis accipiens à Domino, omnes Epiſcopos, Paſtores, Prælatoſque cuiuſque claſſis ſignificaſſe dicitur: qui has ſibi communicatas ab illo, non cum plenitudine,

Similitudo à principe in ſeculari regno, ſummo ducta.

Omnes prælati à Chriſto claues acceperunt mediatè per S. Petrum & ſucceſſores eius, & dependenter ab eo, exceptis Apoſtolis, qui immediatè receperunt à Chriſto, ſed tamen dependenter à S. Petro, ipſi ſubiecti.

a D. Aug. in Pſal. 108.

b Idem ſer. 13. de verb. Domini.

c Idem tract. 124. in Ioan. to. 9.

d S. Aug. to. 3. de agone Chriſtiano c. 30. Idem tract. 7. in Ioan. hom. 45. to. 10. l. 50. homil.

A ſed cum menſura poteſtatis ſub illo claues exercere debebant. Sic enim S. Petrus eas accepit à Chriſto Domino, vt aliis Epiſcopis, paſtoribus, presbyteriſque exercendas de plenitudine, quam mutuatus ſumpſit à Domino, poteſtatis exhiberet, atque communicaret, exceptis ſolis, & vt ante diximus, Apoſtolis. Hoc modo S. Petrum perſonam geſſiſſe Eccleſiæ, atque formam figuramque omnium Eccleſiæ miniſtrorum fuiſſe profitemur, prout à S. Auguſtino [e] hæc dicente didicimus: *Si hoc Petro tantum dictum eſt, non facit hoc Eccleſia: ſi autē hoc in Eccleſia fit, Petrus quando claues accepit, Eccleſiam ſanctam ſignificauit.* Impoſtor ſceleratuſque hęreſiarcha Caluinus, [f] teſtimonium hoc S. Patris decurtatione, & deprædatione huius dictionis, *tantū*, adulterare conatus eſt: vt miſerabiliter cęcis hominib. quos ſuę perB fidiæ veneno necauit, perſuadere poſſet Petro Dominum nihil dixiſſe, aut dediſſe, niſi quatenus Eccleſiā ſignificaret. Sed mēdacio, corruptioneq; textus in infamiā dedecuſque corruptoris, mendaciſq; ſacrilegi diaboli buccinæ redundāte, clamat ſanctiſſimus doctorū magiſter, ſe illā dictionem *Tantum* non omiſiſſe, ſed ab execrando hęreſiarcha graui ſacrilegio ſublatam furtim fuiſſe, grauiter expoſtulat. Non enim dixit, *Si hoc Petro dictum eſt*, verum illud dictione *Tantum* auctius factum: *Si hoc Petro tantum dictum eſt.* Vt ſit ille ex illius mente verborum ſenſus. Si ita dictum eſt ſoli Petro: *Tibi dabo claues* &c. vt ipſe ſolus debeat ſoluere atque ligare: conſequens eſt totam reliquamque Eccleſiam, omnes ſcilicet alios paſtores, rectores, cæteroſque Eccleſiæ miniſtros hac ligandi ſoluendique poteſtate carere: ſi auC tem alij paſtores, miniſtrique Eccleſiaſtici hoc præſtant ſub auctoritate illius Apoſtolorum, aliorumque rectorum Eccleſiæ principis, nulli dubium eſſe poteſt, quin ille claues ſpiritualis auctoritatis accipiens à Domino, perſonam Eccleſiæ geſſerit, omneſque ipſius rectores Eccleſiæ repræſentauerit. Ergo non parabolicè ſed hiſtoricè, vt generali concluſione ſuperiora copioſè dicta complectar, S. Petrus claues accipiendo perſonam geſſit Eccleſiæ, ergo illa figurata clauiū acceptio, realem dignitatis ſupremæ S. Petro in propria perſona poteſtatem nō ademit, nec Monarchicum ipſius principatum in illa clauium auctoritate non excluſit, ſed potenter incluſit: non illius ſupremæ aciem debilitando poteſtatis extenuauit, ſed maximè corroborando confirmauit. Niſi dicere velimus cōtra veritatē Euangelij puD gnando Chriſtum D. verè & ad literam in propria perſona non fuiſſe ſacro tinctum fonte baptiſmatis, quia, vt S. docet Auguſtinus, [g] *Sua figuram geſsit Eccleſia cum baptizatus eſt*: & niſi S. Ioannem ſuper pectus Domini recubuiſſe nobis inficiari liberet, quoniam vitæ contemplatiuæ, Eccleſiæque triumphantis figuram ipſe repræſentaſſe perſonamque geſſiſſe, [h] cum ſancto Auguſtino defendimus. Item mendacij ſacras inſimulare ſcripturas quod Chriſtum Dominum dixiſſe Petro ſcripſerint, [i] *Sequere me, & alius cinget te & ducet quo tu non vis.* Quod in illis verbis quæ audiuit à Domino S. Petrū Eccleſiæ militantis actiuæq; vitæ perſonā geſſiſſe idē [k] S. Auguſtinus euoluto, quod latebat ſub illa verborum formula Chriſti Domini myſterio, demonſtrauerit: aut Abraham Patriarcham [l] duos contra veritatē ſcripturarum, non habuiſſe filios, vnum de ancil-

e S. Aug. tra. 50. in Ioan.

f Calu. l. 4. inſtit. c. 6. § 4. in f.

Auguſtini teſtimonium.

Optimus verborum S. Auguſtini ſenſus.

Hæc notanda diligenter.

g Auguſt. l. 15. de Trinit. c. 26.

h Idem tract. vlt. in Ioan.

i S. Ioā. c. vlt.

k Aug. ibid.

l Geneſ. 21. & Galat. 4.

la, alterum de libera nobis defendere liceret; quod in illis filijs Deum duobus potiturum populis, gentili & Iudæo, significatione figuraque mystica repræsentauerit. Nisi deniq; vt reliqua mysteriorũ inuolucra subticeam, fictũ simulatũque fabularum instar explodamus, quidquid historia Euangelica [a] de Martha & Maria sororibus memoriæ prodidit; quod illa *circa frequens mysterium esset solicita: hæc verò sedens secus pedes Domini audiret verbum eius.* Quoniam ambæ illæ sorores vtramque vitam, vnam quæ in actione per Martham solicitam, alteram quæ in contemplatione, per verbum Domini audientem Mariam versatur, actibus illis diuersitate concordibus significando repræsentabant.

[a] S. Luc. 10

Pars tertia. S. Petrum à Christo Domino claues Ecclesiasticæ potestatis pro se & successoribus eius accepisse immediatè principaliter ac propriè probatur.

Absit ergo omnis cõsensus ab hac veritate titubatio & dubitandi anxietas: quæ admonet nos vt firmiter S. Petrum claues à Domino principaliter, immediatè & verè in propria persona suscepisse confiteamur ingenuè, & præ nobis Catholica fide permoti feramus. Quam confessionem non temere, sed prudenter præter scripturarum oracula sacrarum, Ecclesiastica fulti doctrina, intrepidè, sincereque profiteri debemus. Can. [b] legatur 24. q. 2. Exit hoc Ecclesiæ decretum per os Gelasiũ de Christo loquentis: *Qui certe faciendi solus*, scilicet Christus, *habuit potestatem*, scilicet suscitandi mortuos: *B. Petro principaliter mandat Apostolo*, [c] *Quæ ligaueris super terram, ligata erunt in cœlis: & quæ solueris super terram, erũt soluta & in cœlis.* In cuius rei confirmationẽ, [d] *cum omnibus discipulis parem ligãdi atque soluendi potestatẽ demandaret, Petro pro omnibus & præ omnibus claues regni cœlorum*, se daturũ esse promisit: dicens, *Tibi dabo claues regni cœlorum.* Cui canoni conformis est textus capitis [e] *Decretis*, dist. 21. in fine, in quo hæc scribuntur. *Petrus verò quasi in summum sacerdotem elegit*, scilicet Christus Dominus, *dum ei præ omnibus & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit, & à se petra, Petri sibi nomen imposuit: atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt cæteros confirmaret ibi si iniunxit dicens: Ego rogaui pro te Petre*, &c. His canonibus sacrisque decretis Ecclesiæ conglomeratus ille canon. [f] Illis distinct. 80. iuncta glossa [g] mirum in modũ nostram assertionem doctrinãque hęc dicẽdo corroborat; *Quoniam nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio; sed vnus præfuit.* Quo loco Glossa S. Petrum omnibus præfuisse, *Quoad administrationem, sed quo ad consecrationem parem institutionem fuisse* declarat. Quæ administratio potestasque Ecclesiastica per claues significata, si S. Petro tanquam ministro Ecclesiæ illam sic repræsentanti, non tanquam principi eiusque rectori summo à Redemptore nostro data censeretur: quanta Deus immortalis! absurda sequerẽtur? Nam sic illa potestas clauium Ecclesiæ cõiunctim tradita diceretur: si coniunctim atque collectiuè, sic S. Petro & alijs Apostolis vt singulis seorsumque sumptis, nulla clauium facta est traditio, nulla communicatio potestatis. Ratio in prõptu est: [h] *Quia ministro nihil quæritur.* l. Qui absenti ff. de acquirenda possessione: in quæ ciuilia iura canonicæ leges consentiunt, vt in Clement. [k] *Religiosus*, de procuratoribus vnde quod cõmunitati collegioque donatur, singulis non quæri ciuilis constitutio determinat. [l] l. *Sed si hæc §. qui manumittitur ff. de in ius vocando.* Certè tantis Dominus circunstantiis se discipulo Petro

[b] Can. legatur. 24. q. 2. ex Gelasio.
[c] S. Matth. 16.
[d] Can. audiuimus 24. q. 1.
[e] Cap. de decretis dist. 21. in f.
[f] Can. illis, dist 80. iuncta glossa. in f.
[g] *Par, inquit glossa, fuit quoad consecrationem, sed non quoad administrationem.*

Quanta absurda si S. Petro data essent claues tanquã Ecclesia ministro.

Ministro nil quæritur.

[h] L. Qui absenti ff. de acquirenda. possessione.
[i] L. Multũ c. si quis alteri vel sibi.
[k] Clement. Religiosus de procurat.
[l] Sed si hæc § quod manumittitur, ff de in ius vocando.

A in propria persona principaliter & immediatè claues iurisdictionis supremæ traditurum designauit. Quæ, si cui non sufficiant, quid amplius ad expressionem certæ cuiusque personæ clariorem postulet, ignoro. In primis enim Dominus personæ singularis substantiam per hoc pronomen *Tibi* designauit: Secundò addidit nomen in natiuitate collatum, *Beatus es Simon:* Tertiò patris nomẽ adiunxit dicens *Bariona*, id est filius Ionæ. Quartò nomen à se nuper impositũ præterire noluit: *Ego dico tibi quia tu es Petrus.* Ad quid Dominus tam accuratè diligenterque tot circunstantiis sancti Petri personam exprimere curauit, si nihil ipsi Petro propriè ac verè, sed figuratiuè promittere, effectuque completum quod promisit postmodum tradere largirique voluerit? Verum contra hæc rebellione prauæ B opinionis obsistunt aduersarii, hæretici, schismatici, & qui cum illis sub pelle Catholica [m] amaritudinem Ecclesiæ amarissimam in eius pace causantur. Vtque claues Ecclesiæ non S. Petro eiusque successoribus à Domino formaliter, principaliter & immediatè datas fuisse, si possint, euincãt, obiectione hac posita sic argumẽtantur: Si claues Petro formaliter & essentialiter non Ecclesiæ concessit, credidit que Dominus, sequitur Petro vita cedente claues illas periisse: Si morte Petri perierint, ergo iã omnis ab Ecclesia ligandi soluendique potestas explosa ac relegata penitus expirauit. Egregia ratiocinandi machina! Quæ vno verbo confracta ruit: quo, supra toties iterato dicimus S. Petrum pro se & successoribus in Apostolico Romanoque solio sedentibus claues spiritualis Monarchiæ potestatisque C immediatè à Domino, verè, principaliter atq; formaliter accepisse; ita vt defuncto S. Petro succedens in illius cathedra Põtifex Rom. his potestatis summæ clauibus verè, sublimiter formaliterque potiatur. At replicando rursus illi sic insurgunt. Pontifex ille S. Petri successor cum eligitur & in pastorem vniuersalis Ecclesiæ principemque inauguratur, vel secum claues illas adfert, vel non: prius dici non potest, quia Pontifex pastorque œcumenicus iam esset antequã crearetur: quod ab omni ratione alienum esse constat. Si posterius asseratur, vnde claues habet? A quo mutuatas possidet, si non ab ipsa Ecclesia? Nisi instar delirantium atque somniantium imaginari vellemus ficto commento, has claues ei recens creato Pontifici à quodam de cœlis elapso An- D gelo ministrandas asportari. In promptu solutio. S. Petro per mortem temporalem recedente ab hac vita, aut quocumque alio de successoribus eius animam efflante, dominationis imperiique Ecclesiastici claues non deficere neque perire; nec tamen in Ecclesia ratione formali subsistere, eique tanquam principali agenti credi, nisi in quantum inferiores à Papa ministri earum communicationem exercendarum copiamque susceperint. Sed in Christi Domini manibus residere nouo Pontifici recens electo, non noua concessione, sed antiqua institutione Christi Domini tradendas: quas, cum eas S. Petro fruendas exercendasque concessit, simili virtute & auctoritate successoribus eius credidisse Catholica constanter asseueratione profitemur: non abnuentes interea imò ingenuè confitentes S. Petrum in illarum susceptione clauium Ecclesiam Dei significasse, atque repræsentauisse, sed quanam signi-

Clarissimis circunstantiis indicauit Dominus se reuera dare velle S. Petro formaliter, ac principaliter claues potestatis Ecclesiasticæ.

[m] Isa. 23.

Obiectio aduersariorum, Lutheri & aliorum, vt supra.

Respons.

Replica aduersariorum contra hanc solutionem.

Responsio.

4. *Multa repræsentationis species, quarũ vltima S. Petrus Dei Ecclesiam in acceptione clauium dicitur repræsentauisse.*

A ficatione atque repræsentatione id fecerit, attentè considerandum, ad clariorem intelligentiam eorum, quæ supra de duobus repræsentationis modis, historico & parabolico diximus, S. Augustini circa hos repræsentandi modos sententias exponentes. Siquidem Theologorum schola plures significationis repræsentationisque species valde inter se discretas admittere & constituere solet. Vna dicitur naturalis repræsentatio, qua quis alterum repræsentat, ac significat in identitate naturæ: sic Filius æternus Patrem repræsentare dicitur, [a] *Cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius.* Quæ repræsentatio atque significatio naturalis respectu Ecclesiæ in S. Petrum cadere non potest. Non enim S. Petrus & Ecclesia vna eademque in indiuiduo natura esse possunt, cum Ecclesia quoddam sit aggregatum ex multis collectum indiuiduis: S. verò Petrus B vna sit natura indiuidua singularis definita. Secunda repræsentatio fit per similitudinem & conuenientiam alicuius proprietatis: sicut Abraham Genes. 20. in multis Christum Dominum. Sara verò coniux eius Ecclesiam repræsentasse creduntur. Sic bestiæ agri gentes repræsentabant iuxta S. Augustini expositionem in hunc locum: [b] *Potabunt omnes bestiæ agri*, scilicet Gentiles, qui figura bestiarum significabantur, sicut Arca Noe Ecclesiam repræsentauit, vt in extrauaganti, *Vnam sanctam*, dilucidè declaratur. Nec hoc etiam modo S. Petrus Ecclesiam significasse ac repræsentasse dictus est. Tertia ministerialis, cum quis significare ac repræsentare illum dicitur, in cuius auctoritate atque virtute aliquo munere C fungitur, & quædam exercet opera. Sicut omnes Prælati, pastores, cæterique Ecclesiæ ministri in obeundis eius negotiis Christum Dominum significare, ac repræsentare censentur, cuius auctoritati ac virtuti innixi, in Ecclesia quæ Dei sunt operantur, iuxta illud Apostoli 2. Cor. 5. *Pro Christo legatione fungimur*: Ca. [c] sceleratior. §. fin. dist. 3. de pœnitentia. Et hoc modo S. Petrus eiusque successores dicuntur Christi Domini personam gerere, atque illum repræsentare, quia eius ministri. Vnde Christi ac S. Petri, atque Papæ vnum idemque forum, ac consistorum esse in Can. [d] *Quanto*, de translat. Prælat. lex Ecclesiastica determinat: sicut Episcopi ac vicarii eius, idem tribunal esse docetur cap. [e] 1. *De officio vicarii* in 6. Sed neque hoc modo S. Petrus neque eius successores Rom. Pontifices Ecclesiam repræsentare, ac significare dici possunt: quia tam ille quam isti, non ab Ecclesia, sed à D Christo Domino immediatè virtutem, roburque potestatis acceperunt in Can. [e] *Nouit*. de iudiciis [f] cap. *Sacrosancta* dist. 22. Quarta repræsentationis species, non multum à priori discrepans, procuratoria nuncupatur, cum quis illius dicitur gerere personam, ac repræsentare, pro quo tanquam procurator negotiatur, eiusque rerum satagit. Nec isto modo Ecclesię personam Petrus repræsentat, tanquam illius negotiorum gestor. Sic enim nulla propria auctoritate potestateque potiretur, cum ipsum præ omnibus, ac pro omnibus [g] sacri canones summam à Deo potestatem per claues designatam recepisse clamitent. Datur & quinta repræsentationis species, quæ in similitudine figuraque consistit, cũ aliquid significare ac repræsentare aliud perhibetur, cuius non habet veritatem, sed similitudinem: sicut dicimus agnum paschalem & manna figuratiuè, Corpus Domini in Eucharistia realiter existens, [h] Apostolo teste, repræsentauisse. A qua repræsentandi specie modus etiam quo S. Petrus personam gessit Ecclesiæ, eamque repræsentauit, longè distans excluditur: quãdoquidem cum figura à veritate sicut vmbra à corpore distinguatur, sequeretur S. Petrum non verè ac historicè, sed figuratiuè, ac parabolicè à Domino claues accepisse, quod pluribus supra falsissimũ esse demonstrauimus. Ergo his omnibus repræsentandi formis explosis, vna vera germanaque constituẽda est, qua dicamus D. Petrum significasse repræsentasseq; in hac clauium receptione Ecclesiam, per quandam demonstrationem, siue designationem vniuersalis Ecclesiæ. Etenim significare nil aliud est quam declarare & manifestare, iuxta legem, *Ius pluribus*. ff. de iustitia & iure. Quid autem hac significatione & repręsentatione S. Petrus manifestauerit si quæratur, dicam cũ Theologis de meliori nota; deriuationem promanationemque potestatis ab ipso in omnem Ecclesiam tanquam ipsius principe atque rectore summo fuisse, atque ipsius summi rectoris principisque sub Christo Domino, eique in eadem sede succedentium firmitatem, diuinumque fidei robur. Quo innixa atque firmata in æternum hæc sponsa Christi Domini, fidelium mater Ecclesia, clarissima discussis omnium errorum tenebris, luce circumfusa veritatis, infallibili veræ fidei, doctrinæ Catholicæ diuinæque dono frueretur: vt cum sacrarum scripturarum oraculis C Ecclesiastica iura confirmant. Ad huius rei quã astruimus solidam comprobationem, potens illud est & locuples S. Ambrosii testimonium, decreto Pontificio, immortalitati Christianæ doctrinæ, fideique consecratũ, quod sacro ore cordeque diuinitus afflatus reuelatione diuina saturatus, in hæc verba verissima profudit [k]: *Fidelior factus est Petrus postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. Tanquam enim bonus pastor tuendum gregem accepit, vt qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis Ecclesiarum petra dicitur, sicut ait Dominus, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Petra n. dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tanquã saxum immobile totius corporis Christianitatis compagem molemque contineat.* Hæc ille. O verba tanto doctore dignissima! O monumẽ-D tum sanctissimæ doctrinæ ære perennius, quod in æternum, tumulũ libitinãque vitabit! Hanc verò summæ potestatis Christianæque veritatis manifestationem fieri Ecclesiæ operæ pretium fuit, incubuitque necessitati; quoniam hac clauium iurisdictione, in ligandi, soluendi, administrandi res Ecclesiæ sita potestate, solus Petrus, vt eam exerceret, non poterat perpetuò potiri: cum sicut cæteri homines interitui fatoque necis temporalis esset obnoxius. Propterea successores in cathedra Apostolica Romanos Pontifices significauit, quibus in ipso locutus est Dominus, *Quodcumque ligaueris*, &c. vt clarè manifestat textus cap. [l] *solitæ* de maiorit. & obed. Præterea quia non erat possibile, nec humanis viribus obuium vniuersalis Ecclesiæ regimen administrationemque vnius, soliusque S. Petri curæ, studio, soli-

1. *Naturalis.*
a Hebr. 1.
2. *Repræsentationis species per similitudinem proprietatis.*
b S. Aug. in psal. 103.
Extrauag. *Vnam sanctã.*
3. *Repræsentatio Ministerialis.*
c 2. Cor. 5. Can. Sceleratior § fin. dist. 3. de pœnitentia.
d Ca. quanto, de translat. Prælat.
e Per Ostiẽs. c. 1 de offic. vicarii.
e Can Nouit. de iudiciis.
f Cap. sacrosancta dist. 22.
4 *Species repræsentationis procuratoria.*
g Can. Audiuimus 24 q. 1. Can. decretis dist. 21.
5. *Species.*
h 1. Cor. 10.
6. & vltima qua legitima est demonstratiua potestatis à S. Petro in vniuersalem Ecclesiã deriuanda.
Quid sit significare L. Ius pluribus ff. de iustitia & iure.
i Card. de Turre. cremata l. 1 de potestate Eccles. c. 75.
Cap. fidelior, dist 50. c. 1 de hom. in 6.
Post negationẽ pœnitentiã expiatam S. Petrus in fide graduque dignitatis profecit, magister ac princeps Ecclesiæ extitit.
k S. Ambr. ser. de fide Petri.
No. S. Petrus accipiens claues à Domino, quomodo dicitur Romanos Pontifices successores suos & omnes alios Prælatos pastoresq; per orbem Christianum fuisse significasse.
Dominus in persona S. Petri dixit omnibus successoribus, Quodcumque ligaueris.
l Cap. solitæ de maioritate & obed. §. Nobis autẽ. l. 1. decretal. tit. 33.

citudinique sine auxilio aliorum creditam traditamque submitti: ideò has suscipiens à Domino claues dicitur. Prælatos, Episcopos, pastores, cæterosque Sacerdores Ecclesiæ significasse, eosque repræsentasse, qui erant ritè secundum claues Ecclesiæ, sibi & cæteris Apostolis à Domino concessas ordinandi, vt textus [a] cap. 1. §. vna de summa Trinitate manifestè docet: quos distinctis diœcesibus toti Christiano orbi ad saluãdas gentes, annuntiandumq; regnũ Christi pręficere debebat, ne se mutuò in regenda administrandaque Ecclesia sub auctoritate huius Ecclesiastici principis, capitisque visibilis in diuersis mũdi partibus impedirēt, sicut caput [b] *In illis*, dist. 80. distinctis verbis, iisq; perspicuis expressit: cui consentanea loquutur canon [c] *Ita Dominus*, dist. 19. ex S. Leonis 1. doctrinæ fonte deriuatus. Quoniam, vt ante ex Can. [d] *Audiuimus* 24. q. 1. & aliis notauimus, præ omnibus & pro omnibus claues accepit. In cuius Apostolorum omniumque fidelium principis, quoad spiritualia locum auctoritatemque venientes, omnibus ac singulis Ecclesiis toto terrarum orbe sparsis atque diffusis Romani Pontifices prælatos, pastoresque tradi paterna vigilantia Christianaque soliciti charitate curauerunt. Vnde Tertullianus, cum adhuc Catholicus esset, appositè, & ad Ecclesiasticæ puritatem

a Cap. 1 § vna de summa Trinitate

S. Petrũ sub se omnes Ecclesiæ rectores constituit, præter Apostolos.

b Cap. in illis dist 80 ex S. Clement. epist. ad S. Iacobum.

c Can ita Dominus, dist. 19.

d Can audiuimus. 24. q. 1.

A veritatis eleganter dixit. [e] *Si & adhuc clausum est cælũ, memento claues eius hic Dominũ Petro & per eum Ecclesiæ reliquisse*: id est prælatis Ecclesiæ, inquit [f] S. Chrysostomus: quibus populos ad salutē animarum suarum, virtute clauium, Ecclesiasticæque iurisdictionis ministerio regere cõpetit: [g] cum sit Ecclesia in prælato, sicut prælatus in Ecclesia. Hoc S. Thomæ doctrina clarius illustratur, dicentis, *Quod quamuis omnibus Apostolis data sit communiter potestas* [h] *ligandi atque soluendi: tamen vt in hac potestate ordo aliquis significaretur, primò soli Petro data est, vt ostendatur quod ab*
B *eo in alios debet ista potestas descendere.* In eiusdem doctrinæ veritatisque confirmationem idem doctor Angelicus contra [i] Gentes ista rescripsit. *Christum* nempè Dominum, *soli Petro promittendo dixisse, tibi dabo claues regni cælorum, vt ostenderetur, quod potestas clauium erat per eum ad alios deriuanda, ad conseruandam Ecclesiæ vnitatem.* Sed iam finis sit: neque enim de hac ratione atq; modo, quo S. Petrum Ecclesiam significasse ac repræsentasse Catholica docet religio, discursum vlterius extendere fuit animus: nisi aduersario-
C rum intolerabilis error, deliria & imposturæ, odio, rebellione & cõtradicēdi audacia corroboratæ nobis ansam occasionemque longius contra eos disputationem producendi peperissent.

e Tertull. l. Scorpi. contra Gnosticos. c. 10.

f S. Chrysost. in hæc Christi verba, Dic Ecclesiæ. Matth. 18.

g Cyprian. can. scire 7. q. 1.

h S. Thom in 4 sentent di. 24. q. 3 ar. 2. quæst. 3 ad 1 arg.

i Idem l. 4. contra gentes c. 76.



SECVNDÆ PARTIS

LIBER TERTIVS.

IN QVO AGITVR DE SVPREMO PRINcipatu atque Monarchia Rom. Pontificis sancti Petri successoris à Christo Domino Deo immediatè concessa, parem potestatem, eandemque auctoritatem, qua S. Petrus in vita sua potitus est in vniuersam Christi Ecclesiam diuinitus habentis & exercentis.

CAPVT PRIMVM.

Rom. Pontificem in Apostolico throno sedentem suprema in vniuersam Ecclesiam potestate potiri, quam habuit S. Petrus, iure diuino, scripturis sacris, SS. Patrū doctrina expositis probatur.

1. *Hæreticum est non credere Rom. Pontificem gaudere pari auctoritate, qua S. Petrus, propter cuius reuerentiam, nemo tamen Pontificum Romanorum nomine S. Petri insignitus est.*
2. *Testimonia S. Scripturæ, ex quibus consequentia necessaria demonstratur, Romanum Pontificem S. Petro in pari dignitate successisse.*
3. *Generalis regula per quam omnibus obiectionibus sectariorum respondetur, contendentium non debuisse in vniuersalis Ecclesiæ cura aliquem Pontificem S. Petro succedere.*

Breuis duobus libris superioribus dictorū repetitio.



LENISSIME stabilita & confirmata oraculis diuinis & humanis testimoniis, in verbi tamen diuini radice fundatis Monarchiæ Ecclesiasticæ veritate in primo huius secundæ partis instituti nostri libro: superiori illâ à Christo Domino super omnes suæ fideles Ecclesiæ S. Petro fuisse creditam copiosissimè demonstrauimus. Nunc quia maiestas illa Monarchica vsque ad consummationem sæculi Christi Domini decre-

A to regnatura est, debuit S. Petro à mortali vita deficiente, in alterius pastoris principisq; manus translata stabiliri: qui factus Christi vicarius visibilis eadem qua S. Petrus dum viueret, summa in vniuersum Christianorum orbem auctoritate potiretur: quam quidē nō ab hominibus, nec per homines, sed ab ipso Christo Domino immediata ordinatione traditionéque consequeretur. Eum porrò non alium esse Ecclesiæ principem S. Petri successorem, visibilémque Christi vicarium, quam Romanum Pontificem hoc tertio libro demonstrandum est. Atque hunc in Cathedra S. Petri cum suprema maiestate sedentem, paríque dignitatis potestatisque gradu quo S. Petrus euectus est, potientem, verum totius Ecclesiæ Monarcham, Principémque cum plenitudine potestatis iure diuino factum esse, B necessariæ è Scripturis sanctis haustæ consequentiæ in hoc capite perspicuè declarabunt. Vt qui hanc veritatis demonstrationem improbare, ireque contra illam voluerint inficias, hæreticæ prauitatis contagione sordidari catholica certitudine credantur. Hoc minimè dissimulare potuit doctor angelicus, qui parem facit errorem negantium supremum in vniuersa Ecclesia Dei Romani Pontificis principatum, errori Græcorum dicētium Spiritum sanctum à filio non procedere: hoc posterius asserere hæreticum est: Ergo & prius: *Ipse enim*, inquit, *Christus Filius Dei suā Ec-* C *clesiā cōsecrat, & sibi cōsignat spiritu quasi suo charactere & sigillo, vt ex suprapositis auctoritatibus manifestè habetur. Et similiter Christi vicarius suo primatu & prouidentia vniuersam Ecclesiā tanquam fidelis minister Christo subiectā conseruat.* Obseruāda verò diligentissimè sequentia hæc doctoris tanti planè aurea, imò diuina potius verba, contra malitiosè diuinum Romani Pontificis in vniuersam Christi Domini Ecclesiam principatum impugnantes: *Ostendendum est ergo*, inquit, *ex auctori-*

Negantes Rom. Pontificis Monarchicum in vniuersa Ecclesia primatum à Christo Domino institutum hæretici censentur.

a S. Thom. opusc contra errores Græcor. c. 64 in princip.
b Idem ibi. c. 66 ex S. Cyrillo Alexandrino,

tatibus Græcorum Doctorum prædictorum Christi vicariũ in totam Ecclesiam Christi potestatis plenitudinẽ obtinere. Quod probat duobus sequentibus capitibus, scilicet cap. 65. & 66. quorum capiti 65. hunc ad clariorem veritatis suæque mentis illustrationem titulum affixit. *Quod idem Pontifex in totam Ecclesiam Christi vniuersalem prælationem habet.* In cuius confirmationẽ veritatis hoc Cyrilli in thesauro producit testimonium. *Sicut Christus accipit à Patre super omne quodcumque est, vtei cuncta curuentur, plenissimam potestatẽ, sic & Petro & eius successoribus hanc plenissimè dedit.* Hancque Rom. Pontificis auctoritatem huic æqualem quam tenuit S. Petrus contra hæreticos schismaticosque comprobans in principio cap. 67. hæc addidit.[a] *Ostenditur etiam quod Petrus sit Christi vicarius, & Romanus Pontifex Petri successor eadem potestate et à Christo collata.* Vnde qui hanc summam in Ecclesia Dei S. Petro potestatem denegat, ruinam institutionis Christi Domini molitur: ac proinde hæreticus est. Quod confirmatur ex can.[b] *Factus est Cornelius.* 7. q. 1. vbi extra Ecclesiam alienumque à fide illum esse decernitur, qui vnum esse summom Pontificem in Ecclesia supremam, eandemque cum ea, quam S. Petrus habuit auctoritatem possidentem pertinaciter inficiatur, quod contra expressa Dei verba quibus suam in sacris scripturis mentem expressit, impiè contumaciterque luctetur. Cum enim Dominum Iesum ista dicentem audimus.[c] *Alias oues habeo quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere. & erit vnum ouile, & vnus pastor.* Statim intelligimus Dominum in Ecclesia sua ex Iudæis gentibusque compacta supremũ vnum pastorem principemque statuisse, qui pro conditione mortali alter alteri succedendo vsque ad consummationem sæculi, illam sub illius auctoritate, auspiciisqoe diuinis piè sapienterque moderaretur ac regeret, vt censet[d] D. Cyprianus. Atque huius Monarchici principatus Christus Dominos in S. Petro fundamenta iecit, cui defuncto per varias succedentium temporum vices Romani Pontifices succedentes illam qua viuens ille potitus est, maiestatis summæ potestatẽ Deo donante sublimiter exercuerunt, iuxta illã iuris regulam, *Successor pari potestate fruntur, qua ille cui successit potitus est.* Cumque dixit Dominus S. Petro,[e] *Pasce oues meas,* quis enim implicitè in persona Petri omnes eius intellexisse successores non credat? Cum mortuo S. Petro noo minus Ecclesiæ regimen futurum erat Monarchicum secundum institutionem diuinam? Oportuit ergo alium esse à S. Petro, qui eadem, qua ille auctoritate in Ecclesia frueretur. Alioqui forma regiminis Ecclesiæ Monarchica ab obitu S. Petri deperiisset. Neque cum dixit Christus,[f] *Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi,* solum de præsentia corporis sui veri in sacramento altaris intelligere voluit, aot de præsentia occulta spiritualium internarumque gratiarum, quibus ad æternam vitam fideles in Ecclesia sua pascit & reficit: sed etiam de manifesta visibilique directione, regimineque vniuersalis Ecclesiæ, quod loco defuncti S. Petri Romanis Pontificibus illius successoribus confidebat. Vnde cum Deus in diuersis particularibus per orbem terræ diffusis Ecclesiis pastores in partem solicitudinis rectoresque constituerit, nõ est vero-simile vnum supremum super vniuersam Ecclesiam pastorem ac principem ipsi Domino Deo saluatori nostro prętermittere placuisse, qui cum plenitudine potestatis habenas imperii Ecclesiastici gubernaret. Ait quippe Apostolus Ecclesiæ præfectis,[g] *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Si particulares Deus pastores suæ prouidit Ecclesię, quanto magis vniuersali Ecclesiæ vniuersalem pastorem principemque prouidisse credendum est? Alio in loco idem dixit Apostolus.[h] *Christus dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas: alios verò euangelistas: alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi: in æternum vsque ad consummationem sæculi.* Ex institutione Christi futuri sunt ad regimen Ecclesiæ per omnes sparsi mundi partes ad conuersionem gentium in salutem animarum fidelium in gremio matris Ecclesię magna cum obedientia requiescentium, vocationemque suam ad æterna tabernacula per bona opera satagentium, Apostoli scilicet Episcopi post discessum à corporis tabernaculo primorum doodecim illis succedentes in multis non in omnibus, vt Papa S. Petro. Itemque Prophetæ futura nuntiantes: Euangelistæ verba Euangelii Christi in omnem terram ad conuersionem gentium salutaribus expositionibus propagantes: pastores tam minores quam maiores populum fidelem spiritualis doctrinæ vitęque sanctæ cibo nutrientes: atque doctores docentes legem Dei sacrarumque scripturarum profunda penetrantes, vt ab omni impiæ, prauæque doctrinæ peste populorum Christianorum animos salutaris antidoto sapientię vera diuinarum literarum illuminatos intelligentia liberent atque vendicent. Et inter tot officiorum varietate distinctos Ecclesiæ ministros Christum Dominum in sua institutione promissorum S. Petto factorum oblitum horum ministrorum principem, pastorum pastorem in Apostolico solio S. Petri successorem, vnioersalis Ecclesiæ rectorem Monarchicum, qui orbi Christiano spirituali virga directionis, virga regni Dei dominaretur, præterire voluisse quis est qui posset cum ratione credere? Si Apostolorum nomine post discessum primorum, Episcopi minores & maiores, vt Primates, Patriarchæ, Archiepiscopi comprehendantur, quantò iustius principis Apostolorum successor in Apostolica sede illo Apostolorum nomine contineri credetur? Et si pastorum nomine omnes in vinea Domini viuifica laborantes cultura pascendis singularum Ecclesiarum gregibus occupati designantur, quanto magis pastorum pastor, vniuerso Domini cum plenitudine potestatis ouili præpositus, hac pastorum appellatione significatur? Quem si in regimine Ecclesiæ suæ Dominus omittere voluisset, profectò suam voluisse acephalam sine capite visibili formare Ecclesiam omnium fidelium cordibus ansam occasionemque credendi præbuisset. At contra hoc quãtã ipsius Christi Domini in scripturis sacris suis præcipuè Euangelio, Apostolicisque monimentis oracula reclamant: in quibus non solum Ecclesiæ membrorum, sed etiam capitis alterius ab illo Christo Domino, sed sub illo, & ab illo spirituales diuinarum virtutum gratiarumque influxus,

[a] Idem in princip. cap. 67 Opusc. 1. contra errores Græcorũ.

[b] Can. factus est Cornelius. 7. q. 1. *Scripturis SS. probatur summa Rom. Pontificum S. Petri successorũ potestas in Ecclesia.*

[c] S. Ioan. 10. v. 16.

[d] S. Cyprian. l. 1. epist. 9. vel 76.

Axioma iuris.

[e] S. Ioan. 21.

[f] S. Matth. vlt.

[g] Act. 20.

[h] Ephes. 4.

fluxus, pro huius mystici corporis directione capientis illustris sæpè mentio celebratur, quod caput visibile super omnia suæ Ecclesiæ membra constituisse Dominum, vt omnibus veræ fidei consortibus sanctus Paulus annuntiaret, hæc ad Corinthios ita rescripsit: [a] *Nunc autem posuit Deus membra vnumquodque eorum in corpore sicut voluit. Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra; vnum autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij.* En iudicio Apostoli in diuina Ecclesiæ structura caput à Domino visibile ad ornamentum regimenque corporis sui mystici collocatum. Sed ne hæc materia ac disputatio me moretur diutius, tam eruditè tamque copiosè [b] à doctissimis, maximique nominis inter orthodoxos doctores nostri sæculi Theologis pertractata, non vlterius S. scripturæ testimonia persequar ab illis minimè oblita, & perquam eruditè exposita, quæque qui volet lector facilè minorique iactura laboris adire poterit. Solum vt aduersariorum hæreticorum & schismaticorum cauillis & obiectionibus fraudulentis obstinato animo S. Petri in cathedra Apostolica principatuque Monarchico successorem, supremamque eius auctoritatem furenter oppugnantium respondeamus: generalem hanc, quam schola Theologica docet fulta scripturarum SS. sanctorumque Patrum auctoritate regulam proponemus, qua intelligemus omnia quæcumque dixit sancto Petro Dominus ad duplicis generis terminos debere reuocari. Quædam ad ordinarium pastoris œcumenici officium, alia ad priuatam sancti Petri personam referuntur. Prioris generis sunt.[c] *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* S [d] Luc. 22. *Confirma fratres tuos.* S. Ioannis, 21. [e] *Pasce oues meas*, &c. Posterioris generis sunt hæc [f] *Vade post me Sathana*, [g] & *Alius cinget te & ducet quò tu non vis.* Etiam & illa: [h] *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*, scilicet postquam per pœnitentiam à peccato resipueris, egressusque foras & ad Dominum reuersus amarè fleueris: nec enim oportet necessariumque censetur, vt omnes sancti Petri successores summa illius fruituri potestate, supremique functuri pastoris officio in peccatum illud sancti Petri, vel aliud graui conscientiæ vulnere præcipites ruant, antequam fratres auctoritate Apostolica confirment. His positis dicendum verba Christi Domini ad Petrum prioris generis non illi soli dicta, sed & successoribus eius Rom. Pontificibus. De illis verò ad alterum genus reuocatis alius prorsus esse iudicium quæ soli Petro dicta esse creduntur. Qua de re grauissimi eruditissimique nostræ ætatis Theologi præclarè copioséque disseruere. Propter quæ egregiè [k] hæc S. Leo, *Soliditas*, inquit, *Illius fidei quæ in Apostolorum principe est laudata, perpetua est, & sicut permanet quod in Christo Petrus credidit. Ita permanet quod in Petro Christus instituit, manet ergo dispositio veritatis: & B. Petrus in accepta fortitudine petræ perseuerans suscepta Ecclesiæ gubernacula non relinquit.* Et paulo post. *Si quid itaq; à nobis rectè agitur, rectèque discernitur: si quid à misericordia Dei quotidianis supplicationibus obtinetur, illius est meritorum & operum cuius in sede sua viuit potestas, & excellit authoritas.* Quàm authoritatem potestatemque S. Petri in Ecclesia supremam Romano Pontifici pro vitæ tempore in cathedra Apostolica sedenti sublimiter à Domino communicatam ex sacris scripturis persuasione deducta credentes Concilii Mileuitani patres Innocentium Papam per literas obnixè rogabant, & obtestabantur, vt Pelagianos, licet iam à synodis Cartaginensibus sæpius condamnati fuissent, à sancto Hieronymo non semel conuicti, ac doctrinali certamine prostrati, nihilominus iterum sua sententia, iudicioque condemnatos religiosè cooteteret: rationem qua ad eam obsecrationẽ impulsi fuerãt, hanc adiungentes, [i] *Arbitramur enim*, aiebant illi Patres, *auctoritati sanctitatis tuæ de sanctarum scripturarum auctoritate depromptæ facilius, eos qui tam peruersa & perniciosa sentiunt, esse cessuros.* Quo breuium verborum illorum circo, tria sancti Patres contra hæreticos, aliosque Apostolicæ sedis hostes asserunt. Primum singularem Rom. Pontificis auctoritatem ad constringendos exterminandosque hæreticorum, aliorumque peruersæ opinionis contra Catholicam fidem errores. Secundum hanc Romani præsulis potestatem conciliorum decretis doctorumque eruditissimorum scriptis doctrinisque maiorem. Tertium hanc supremam Rom. Pontificis auctoritatem ex sacris literis iuris esse diuini comprobari. Sic sanctus [k] Augustinus hæc verba Domini, *Pasce oues meas*, vt non soli sancto Petro, sed & eius successoribus dicta esse monstraret, hæc contra epistolam fundamenti scripsit *In Ecclesia me tenet ab ipsa sede Apostoli Petri* scilicet Romana, non Alexandrina, non Hierosolymitana, non quæcumque alia reliquorum Apostolorum, *Cui pascendas oues suas Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum, sacerdotum successio.* Et sanctus [l] Chrysostomus nonne disertis expressisque verbis Christum Dominum tum Petro tum Petri successoribus oues credidisse ac commisisse pascendas SS. scripturarum auctoritate subnixus asserit? S. vero Gregorius postquam auctoritatis S. Petri summæ in Romanos Pontifices deriuationẽ ex tribus illis Euãgelii locis, scilicet, *Tu es Petrus & super hanc petram*, &c. 2. *Ego rogaui pro te Petre* &c. 3. *Pasce oues meas*: solidissime probauisset, ita conclusit, *Ergo cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum principis sedes in auctoritate conualuit.* Quid de hac veritate sacri Canones, conciliaque statuerint breuiter audiamus.

a 1. Cor. 12. v. 18. & seq.

b Turrecremata, Victoria, Pighius, Bellarmin. tom. 1. l. 2. de Rom. pontif. c. 12. 13. 14. Stapleton Coccius to. 1. Bozius to. 1. de signis Ecclesiæ l. 18 c. 6. signo 80. Canus & Sanderus de Valentia & alij.

Regula generalis responsiua omnibus aduersariorum obiectionibus impugnantium successorum S. Petri auctoritatem summã. Verba Domini ad S. Petrum ad 2. gen. reuocanda

a 1. Genus S. Math. 16.
b S. Luc. 22.
c S. Ioan. 21.
d 2. Genus S. Math. 16.
e S. Ioan. 21.
f S. Luc. 22.

Verba Christi ad Petrum prioris generis ad S. Petrum & successores eius.

Posterioris ad solũ S. Petrum referũtur

g Turrecremata l. 2. c. 35. de Ecclesia, Caietan. tract. de Rom. pontif. instit. c. 12. Melch. Canus l. 6. de locis Theolog. 2. vlt.

h S. Leo ser. 2. de assumptione sua.

i Concil. Mileuit. apud S. August. epi. 95

Auctoritas papæ de SS. scripturis deprompta.

3. Asserunt S. patres contra hostes sedis Apostolicæ in fauorem eius.

1.
2.
3.

S. August. contra epist. fundamenti. c. 4.

l S. Chriso. l. 2. de sacerdotio.

m S. Hier. l. 7. epist. 37.
n S. Math. 16.
o S. Luc 22.
p S. Ioan. 21.

Dei est auctoritate tanquam à causa proficisci atque manare. Alias contra Philosophiæ principia causa principaliter efficiens effectu suo minor atque deterior haberetur. Et quia non fuit alia potestas in S. Petro, quam quæ residet in Rom. Pontificibus eius successoribus, inde necessaria consequentia, fide nullatenus dubitando credere debemus, supremam illam Monarchicamque dominationem, qua super omnes Christiani territorij atque ditionis Ecclesias ab interitu S. Petri ad hunc vsque diem quo viuimus, Pontifices Romani potiti sunt, non ab alio virtutis, quam infinitæ, diuinæ supernaturalisque, quæ in Christo Iesu Domino nostro residet, fonte immediata traditione fluxisse. Ad tertiam rationem veniamus, quam maximi momenti ponderisque ad labefactandum schismaticorum aliorumque hostium Apostolicæ sedis errorem esse iudico. Si enim auctoritas summa S. Petri, Romanorumque Pontificum, ab Ecclesia repræsentatiua, scilicet à Concilio Oecumenico profecta collataque penderet; quis non videt absurdum quod inde scaturiret, nimirum Pontificiam hanc auctoritatem, Monarchicumque principatum ab Ecclesia, Concilioque tolli à Christiana societate delerique posse? *Cum*[a] *eius sit tollere, cuius est condere.* Quod si ita esset, totum Ecclesiastici muneris à Christo constructum ædificium dirui, labefactari, in planumque effundi radicitus oporteret. Quod & execrandum & maximè impium, solummodo suspicari. Neque enim aliquid moliri aut statuere potest Ecclesia per quod eius destrueretur vnitas, quam institutam à se de eius essentia Deus esse voluit: *Can. loquitur.*[b] Iuxta illud Domini oraculum,[c] *Erit vnum ouile & vnus pastor.* Proinde ex hac ratione valida tanquam principio non persuadente modo sed conuincente conclusio consurgit euidens atque necessaria, Pontificis Romani, sicut S. Petri principatum in omnes fideles, quoad spiritualia Monarchicum, non ab Ecclesia sed à solo Deo Domino nostro Iesu Christo donatum immediata largitione profluxisse, prout verbum Domini, quod *manet in æternum*, scripturis sacris expressum statuit & ordinauit, *Pasce*[d] *oues meas* : & *Quodcumque ligaueris super terram* &c. Propterea Innocentius 3. hoc veritatis Christianæ fundamentum roburque fidelium omnium mentibus imprimere cupiens, hęc ad pręlatos per regnum Franciæ constitutos Gallicæque custodes Ecclesiæ rescribebat.[e] *Cum non humana constitution, sed diuinæ potius innitamur; quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo, nullus qui sit sanæ mentis ignorat, quin ad officium nostrum spectet, de quocumque mortali peccato corripere quemlibet Christianum, & si correctionem contempserit, per districtionem Ecclesiasticam coercere.* Quod si respondeant Pontificiæ maiestatis inimici, ideo dici Papam, eiusque dignitatem esse ab Ecclesia, quia eligitur à clero, scilicet à cōsistorio Cardinalium, erit effugiū valde ridiculum: quia cùm eligitur pontifex à Cardinalibus, non instituitur Pontificia dignitas, nec Monarchica Ecclesiæ potestas, sed eum eligentes Cardinales agnoscunt verum esse Christi Domini vicarium, caput & principem Ecclesię vniuersalis visibilem, cui suprema Ecclesiæ auctoritas atque Monarchica dignitas immediatè à Christo Domino instituta creditur, & cū plenitudine potestatis exercenda traditur. Ergo cum hoc S. Anacleti[f] decreto concludamus. *Sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab ipso Christo Domino* A *saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super omnes Ecclesias, & super totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut ipse Petro Apostolo dixit, Tu es Petrus* &c. Atque in hoc decreto longiorem capitis discursum, vt veniamus ad alia, sistamus.

3 Ratio potens valde & efficax.

[a] l. 1. Cod. de legibus cum similibus.

[b] Can. loquitur 24. q. 1.

[c] Ioan. 10.

[d] S. Ioan. 21. Matth. 16.

[e] Cap. Nouit. §. cum enim de iudiciis l. 2. decretal. Vide ea solitæ de maioritate & obedientia l. 1. decret. c. 6. *Obiectio aduersariorum ridicula refutatur.*

[f] Epist. 1. c. 3. can. sacrosancta dist. 21.

CAPVT XV.

S. Petrus quomodo dictus significare & repræsentare Ecclesiam cum claues accepit, quas principaliter ac propriè accepit pro se & suis successoribus.

1. *Refellitur hæreticorum, eorumque sectatorum schismaticorum error dicentium claues à Domino datas Ecclesiæ propriè, principaliter, & immediatè, at verò Petro significatiuè ac figuratiuè.* B
2. *Exponuntur S. Augustini testimonia quibus illi sedis Apostolicæ hostes abutuntur.*
3. *S. Petrum principaliter ac propriè claues à Christo Domino accepisse pro se & successoribus probatur.*
4. *Quanam significatione ex multis S. Petrus in acceptione clauium Ecclesiam Dei repræsentasse dicatur.*

TANTA est hominum superborum sanctæ matri fidelium sedique Apostolicę rebellium prauitas & audacia, in sequendo contra expressa Dei verba suas adinuentiones, vt ea quæ clarissimè in
C Euangelio suo Dominus locutus est, non modo suis sophismatis & argutijs obscura reddere, sed etiam prauis polluta mēdaciis, expositionibusque corruptis adulterare perniciosè cōtendant. Adeò illis iniqua, inuisaque principis Apostolorum & eius Pontificij solij facta à Christo Domino diuinitus exaltatio: vt modo suis assertionibus veritatis inimicis aliquid dogmatis astruant, quo illam destruant, nil sibi ad vota, desideriaque complenda defuturū arbitrentur. Christus Dominus tam clarè, solidè perspicuéque in illis verbis,[g] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiā meam, & dabo tibi claues regni cælorum*, &c. suæ Ecclesiæ sub se, S. Petrum fundamentum, caput visibile, principemque Monarchicum fecit: vt nil clarius, apertius, nihilque significantius dici, excogitariue
D posse videatur. Nihilominus non defuerunt malitiosi homines meretricis[h] Apocalypseos poculo inebriati, qui euertētes germanum malitiosè sensum verborum Christi, aduersum planéque contrarium imaginatione deprauata comminisci nituntur: homines sine fronte & sine conscientia, naufragantes à fide, quos à praua sua, erroneaque persuasione tot sanctissimorum doctissimorumque Patrum doctrina, fides, summaque auctoritas auertere ac deterrere minimè potuerunt. Siue quod eos præ ignorantia non intelligant, siue præ soperbia, quod est vero similius, aspernentur. Quia dixit Dominus, *super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* : sancti vetustique Patres sanctum Petrum Ecclesiæ vniuersalis fundamentum visibile: quia verò addidit Dominus, *Et tibi dabo claues regni cælorum*, eiusdem Ecclesiæ Christi Domini supremum pastorem, principemque Monarchicum fide Catholica crediderunt, credentesque sua doctrina eandem fidei verita-

Prauitas hæreticorū, schismaticorum, & pertinorumque in torquendo S. Scripturas, vt sedis Apostolicæ honori officiant.

[g] Matth. 16.

[h] Apoc. 17.

a l. 1. Epist. 2. ad Flor Pupianum 3. ad Iubaian. 4. ad Quintum l. de habitu Virginum l. de vnitate Ecclesiæ, ac l. de bono patientiæ.
b l. de præscript.
c In c. 6. ad Rom. homil. 5 in Exod.
d In Matth. 16.
e Serm. 47.
f l. 1. contra Iouinian. contra Pelag. super Matth. Epist. ad Marcellam in c. 2. & 6. Isaiæ.
g Homil. 55. in Matth.
h l. 2. in c. 12. Ioan.
i In Ancarato S. Leo 1.
k Epist. 67.

Ridicula & erronea Erasmi opinio in Epist. S. Cypriani ad Flor. Pupianum adnotatiuncula, qui mauult populum Christianum esse fundamentum Ecclesiæ quam S. Petrũ. Vide Pamelium in 1. Ep. S. Cypr. nu. 35. 124. c. 2.

A tem Christianorum populorum sapienter fideliterque mentibus instillarunt S. Cyprianus [a] multis in locis suorum operum purissime illum S. Matth. 16. Domini sermonem ad Petrum interpretatus, *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus*: & ante eum Tertullianus [b] cum nondum in hæreticorum castris infeliciter dimicabat; sed contra illos pro Catholica fide generositate Christiana pugnabat, Origenes [c] idem præstitit: post illos SS. [d] Hilarius, [e] Ambrosius, [f] Hieronymus, pluribus in locis operum suorum, [g] Chrysostomus, Cyrillus [h] Alexandrinus, [i] Epiphanius, Leo 1. Nihilominus contra tam claram perspicuamque Christi Domini loquendi formam, contra tot Sanctorum, Doctorumque antiquitatis veneranda Patrum testimonia, nostro hoc funesto turbidoque sæculo inuenti sunt peruersæ opinionis homines superbi & elati intolerabili præsumptione: qui tam B clara sanctaque Domini verba, quibus sanctam Ecclesiæ suæ Monarchiam constituere, constitutamque vsque ad consummationem sæculi, omnipotenti virtute firmare voluit, à vero germanoque sensu ad spurium deprauatumque, vt admirabilem illius spiritualis Monarchiæ structuram labefactare niterentur, fallaci interpretatione & iniqua detorquere non erubuerunt: falsa deliria & ridicula asserentes, vt quod verum esset decreto Domini sacrum rectumque demolirentur. Qualis inter cæteros Erasmus dubię fidei, quæ nulla est nisi praua, nullius per arrogantiam addictus in causa religionis iurare in verba magistri: cum in parua super Epistolam S. Cypriani ad Flor. Pupianum annotatione scripsit: *Non semel Cyprianus facit Ecclesiæ fundamentum Petrum, nisi forte nomine Petri senserit populum hoc profitentem, quod Petrus fuerat*: Quale, Deus immortalis, delirium! Ac C si quid esse videretur absurdius, quam dicere S. Petrũ (vt statuit Dominus) Ecclesiæ esse fundamentum, nihil esse aliud quam ipsum populum, siue Christianos omnes (vt loquitur Annotatione in 16. S. Mathæi.) Si omnes Christiani sunt fundamentum Ecclesiæ, erunt per consequens caput. (Nam vt superius probatum est) quod est in ædificio fundamentum, in societate hominum capot est. Si sunt autem omnes Christiani caput Ecclesiæ, quænam erunt huius mystici corporis mẽbra? Item si fundamentum ac caput sunt omnes populi sub vexillo crucis militãtes, quis Christiano cuique potestatem ligandi soluendique peccata, iuridicamque regendi ei Ecclesias auctoritatem iure denegare poterit? Quæ quam absurda, ridicula & impia sunt, omnes verè Catholici iustissime ista detestando confitentur. At immaculatam Ro- D manæ sedis Apostolicæque gloriam inuidiosè maliosèque criminãtes Dei hostes, hæretici & schismatici, rectoris ac principis illius œcumenici principatum monarchiamque spiritualem, quibus possunt falsitatis, mendacij, sacrorum testimoniorum deprauationis, rebellionumque machinis oppugnare non cessant. Et quia nimium clara ad suorum cõfusionem conatuum, errorumque destructionẽ illa Christi verba, *Tibi dabo claues* &c. (quibus Petri Romanorumque Pontificum summum in Ecclesia sua imperium fulcit & ædificat) esse conspiciunt: ad illorum corruptionem deprauationemque execrandis expositionibus assurgunt, arroganter impieque obstinatione nefanda sustinentes verba hæc Domini non Petro, sed Ecclesię, cuius figuram personamque repręsentabat,

Improbitas & error hæreticorum & schismaticorum claues Ecclesiæ primò, proprie & immediate datas esse S. Petro negantium, sed Ecclesiæ & per Ecclesiam tanquam ministro & vicario eius S. Petro eiusque successoribus fuisse communicatas asserentium.

A dicta esse: quibus non Petro, non eius successoribus, sed Ecclesiæ toti supremam auctoritatem principatũque largiebatur. Vt horum verborum sensus penes illos veritatis adulteros alius non sit quam, *Tibi dabo claues, parabolicè & figuratiuè*, non verè ac propriè, sed Ecclesiæ, *cuius figurã, personam, typumque exhibes ac repræsentas, nec vllam propria auctoritate, in populo meo iurisdictionem exercebis, nisi nomine Ecclesiæ meæ, cuius minister & vicarius, non autem caput, princeps ac supremus rector exstis*. In hos errorum scopulos allisi voluntaria insania miseri ætatis nostrę sectarij, Lutherus, [l] Caluinus, [m] Centuriatores & [n] posteri eorum simili veneno erroris intoxicati se in apertæ impietatis abyssum furenter ingurgitarunt. Ex his Domini verbis nihil peculiaris auctoritatis, potestatisque spiritualis Petro filio Ionæ promissum esse pertinaciter asseuerantes, sed omnem potestatem iu- B risdictionemque per claues significatam, propriè & immediatè Ecclesiæ datam largitamque fuisse à Domino, deinde per Ecclesiam pastoribus omnibus communicatam, ipsique Petro omnem suam ab Ecclesia immediatè potestatem accipienti, ad illius nutum iussumque administrandam, falsò, vt impiè sustinentes deplorabili se salutis proprię naufragio perdiderunt. Sic sua mendacia contra dominicorum verborum veritatem blasphemo corde voceque scelerati homines euomunt: vt in [o] Conciliabulo illo Smalchaldico congregati sectarij, è quorum vocibus spiritus nequam & erroris hæc mendacia deprompsit, *Tribuit igitur*, scilicet Christus, *principaliter claues Ecclesiæ & immediatè non Petro, sicut & ob eam causam Ecclesia habet ius vocationis*. Sed nil noui, minusque mirum si hæretica lue polluti solertes tyrannidis diabo- C licę ministri aduersus Apostolorum principem, supremum vniuersalis Ecclesię rectorem, eiusque caput visibile iniuriis, odiis mendaciisque ferino more luctentur, cum ipsi spiritu maligno tumidi & inflati, in ipsum principale caput & inuisibile, à quo omnis in caput visibile deriuata potestas virtusque manat inexpugnabilis, patrem, redemptorem, gloriosumque sanctæ ipsius Ecclesiæ sponsum, & omne bonum filium Dei Iesum Christum Dominum nostrum audaci irruere sacrilegio, nec non blasphemiis, rebellionibus scelerumque suorum armati furiis aduolare quotidie non perhorrescant. At luctuosissimum profecto & maximarum lacrymarum profluuio, gemituumque interruptione dignissimum, in media Christianissimi regni luce vidisse viros professione externa, orthodoxæ fidei semper vexilla secutos, in illam ni- D hilominus cæcitatem mentis volũtariè corruisse: vt funesta illa, miserum / hæreticorum schismaticorũque dogmata secuti, interturbata valdè Ecclesiæ, reique publicæ Christianæ pace, sedis Apostolicæ sanctitatem in opprimenda Monarchæ spiritualis auctoritate, grauiter assertionũ deprauatarum mucrone vulnerauerint. Qui vt errores suos in populorum animos potentius infunderent, ausi sunt, proh dolor! nullo pudore confusi, nulla gementis, afflictæque propter rebelles eorum contumacias, Ecclesiæ matris sanctissimæ pietate retardati, nullo denique hæreticorum ob errores istos bonis Catholicis arroganter insultantium insolent gaudio deterriti, sanctissimorum Doctorum ad corroborandam suæ iniquæ prauæque opinionis audaciam testimoniis miserabiliter abuti; illorum puritatem suæ falsitati

l l. de potestate Papæ.
m l. 4. in insti. c. 6 § 4. & seq.
n Centur. 1. & 2. passim.

o Synodus Smalchaldica de primatu Papæ.

malitiosè prostituere, quorum testimonia quia superius exposita satis amplo sermone discussimus, impræsentiarum subticebo: quibus aduersarij magna cęcati imperitia, ęqualitatem dignitatis inter Apostolos omnes, non excepto S. Petro, probare, sed frustra nituntur. Tantum testimonium S. Augustin. in medium producemus, & enucleabimus, quęque sit S. Patris in eo mens, per alia ipsius testimonia verissimè declarabimus. Quod cũ hæreticis schismatici nostri praua interpretatione nequiter adulterant, vt non S. Petro, sed Ecclesię immediatè, summæ claues auctoritatis à Christo Domino in gratiam erroris sui & falsitatis inferant. Illud S. Patris testimonium in cap. 12. S. Ioannis verbis expressum talibus habetur. *Quodcumque* [a] *ligaueris super terram, erit ligatum & in calo. Si hoc* [b] *Petro tantum dictum est, non hoc facit Ecclesia: si autem in Ecclesia fit, vti quæ in terra ligantur, in calo ligentur, & quæ soluuntur in terra, soluantur in calo, quia cum excommunicat Ecclesia, in calo ligatur excommunicatus, cum reconciliat Ecclesia, in calo soluitur reconciliatus, si autem in Ecclesia fit, Petrus quando claues accepit, Ecclesiam sanctam significauit.* His subiungit S. Augustinus: *Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Iuda persona significati sunt in Ecclesia mali.* In hoc testimonio positæ aduersariorum vires, huic argumentorum innixa fortitudo, hoc Achilles eorum. Huius testimonij vim robutque firmabo duobus aliis eiusdem S. Augustini testimoniis: ne isti antequam omnino vincantur, imperitia probationumque defectu inglorij titubent. Eorum primum est [c] tractat 124. in S. Ioannem: *Quod ad Petrum pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus, abundantiore gratia vnus idemque primus Apostolus, sed quando ei dictum est, tibi dabo claues &c. vniuersam significabat Ecclesiam.* Alterum ac è tribus vltimum S. Augustini testimonium to. 8. in Psalm. 108. scriptum legitur his verbis expressum: *Quædam,* inquit, *dicuntur, quæ ad Apostolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamen illustrem habent intellectum, nisi cum referuntur ad Ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gestasse personam, propter primatum, quem in discipulis habuit, sicuti est, Tibi dabo claues.* Hæc ipse. Vt autem sanctissimi ac omnium doctissimi Patris & aliorum, qui in hac materia suæ stylum doctrinæ non minus fideliter quam sapienter exercuerunt, intentionem mentemque optimè cognoscamus, cognitamque perspicua sinceraque intelligentia cunctis veritatis amatoribus explanemus: constituenda est in capite discursus pro resolutionis futuræ fundamento communis illa tritaque in scholis Theologorum repræsentationis distinctio. vt qua ratione S. Petrus eiusque posteri in cathedra Apostolica sedentes Ecclesiam repræsentarint, eiusque personam gesserint, facilè intelligere valeamus. Distinctio hęc repræsentandi, atque alicuius personam gerendi duos modos constituit. Primus est historicus, alter parabolicus. Historicus dicitur, cum quis alicuius personam sic gerit, eãque repræsentat, vt aliquid reuera actuque operãdo, quid alius agere debeat, indicando significet, illudque quodãmodo repræsentet. Exemplum esse potest in patre fidelium Abraham, quem S. Paulus [c] verè, reque ipsa duos habentem filios Deum duos populos habiturum significasse scribit. similiter [d] Martha solicita *circa frequens ministerium*, & Maria actu vereque *sedens secus pedes Domini audiens verbum illius*, duas vitas actiuam & contemplatiuam testante D. Augustino [e] repręsentabant: Modus verò repræsentandi aliquid parabolicus is est, quo per vnum aliquid significatur, quando nihil verè gestum proponitur, sed solum aliquid verisimile fingitur ad aliquid significandum, sicut est in Euangelio [f] parabola prodigi, & parabola [g] seminantis bonum semen, Christum Dominum verba vitæ æternę in Iudæorum animos sua diuina prędicatione spargentem & infundẽtem significantis. Ad hunc repræsentationis modum solent reuocari actiones gestaque legatorum à Regibus principibusque suis missorũ, ad recipiendas aliquas vrbes in obsequium fidelitatemque dominorum suorũ, à quibus missi sunt. In cuius rei gratiã signumque legati ipsi à ciuibus vrbium claues solent accipere, non pro se, sed pro principibus suis, quorum personam in hac negotiatione gerũt, ac repręsentant, nihil sibi propriè inde comparantes. D. Augustinus & omnes verè orthodoxi cum illo ad primum modum significandi atque repræsentandi, historicum nempe, respexit, cum in locis supra citatis, & ab aduersariis malè intellectis, & deprauatè positis, S. Petrum Ecclesiæ personam gessisse, cum à Domino audiuit, *Dabo tibi claues* &c. asserint. Contraria ab eo sanctisque omnibus auersi mente hæretici, schismatici, & qui eorum in hac parte decepti, siue inscitia, siue superbia cæcati, vexilla sequuntur, in exponendis aut potius adulterandis his Domini verbis, *Dabo tibi claues* &c. ad parabolicum sensum, vt sacro Monarchicoque S. Petri Romanorumque Pontificum principatui, honorique iniuriosè detrahant, inflammatis maleuolentiæ studiis aduolant. Quod S. Augustinus S. Petrum in accipiendis à Domino clauibus Ecclesiæ gessisse personam historicè, non parabolicè crediderit, patet ex fine illius loci: quem Lutherus, Caluinus alijque eiusdem fraudis erroneæ malè intellectum Catholicę doctrinæ per obiectionem superius opposuerũt. In quo S. Augustinus collatione inter S. Petrum & proditorem Iudam facta hæc ait, *Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Iuda persona significati sunt in Ecclesia mali.* Ex quibus verbis ita pro mente S. Patris ratiocinari licet. D. Augustinus S. Petrum regni cælorum claues accipientem à Domino figuram Ecclesiæ gessisse, eiusque personam repręsentasse credidit, quemadmodum figuram Iudas exhibuit, personamque repræsentauit impiorum Iudæorum: quando Dominum Iesum proditione execrabili venditum Iudęis oppressit. Atqui verissimum est parricidam Iudam historicè reuera redemptorem nostrum in propria persona prodidisse: Ergo verissimum quoque S. Petrum Ecclesiæ personam historicè gerendo, reipsa ac propriè in sua persona claues accepisse. Hanc fuisse S. Augustini [h] mentem ipsius alibi verbis manifestissimè claret: vt cum ait. *Quædam dicuntur quæ ad Apostolum Petrum propriè pertinere videantur, nec tamen habent illustrem intellectum, nisi cum referuntur ad Ecclesiam, cuius ille agnoscitur in figura gessisse personam, propter primatum quem in discipulis habuit, sicuti est, Tibi dabo claues regni calorum, & si qua eiusmodi* &c. Quibus verbis intelligere voluit S. Petrum propter primatum & officium pastorale, personam totius Ecclesiæ sustinuisse, quamuis ipse solus acceperit, cum non eas propter se; sed propter Ecclesiam acceperit, non tanquam ipsius vicarius, aut legatus, sed tanquam

Testimonium S. Aug. ab improba aduersariorum expositione vindicatur.

a S. August. tractat 50. in S. Ioan c. 12.

b can. 6. Quodcumque 24. q. 1.

c 2. *Testimonium S. August. quo hostes Apostolica sedis abutuntur tract. in S. Ioan 124.*

3. *Testimonium D. August. in Psalm 108.*

2. *modis aliquid repræsentari potest, historice, & parabolice*

Modus historicus repræsentandi.

c Ad Gal. 4.

d S. Luc. 10.

e S. August. Serm. 27. de verb. Domini.

Parabolicus modus quis.

f S. Lucæ 16.

g S. Luc c. 8.

Hæretici & schismatici cum suis sectatoribus parabolicum modum repræsentandi sequuntur contra veritatem: At omnes Catholici cum S. Augustino historicum pro veritate amplectuntur.

h In Psal. 108. supra notatũ.

Cur dicitur S. Petrus totius Ecclesia personam sustinuisse.

A supremus rector, princeps summusque moderator vniuersalis Ecclesiæ. Non aliter quàm Rex & supremus in imperio, regnove Monarcha, in persona & figura populi regni & imperij à Deo gladiũ quẽ portat, accepit, summã scilicet in omnes imperij incolas auctoritatem, legumque ferendarũ potestatẽ: totumq; illud quod supremę Maiestatis virtutes, vires & facultates ambit & continet, ipse Monarcha, & Rex summus potissimum, principaliter atque verissimè in propria persona tenet, possidet, & sine vllo ad alium superiorem nisi Deum respectu, complectitur.

Similitudo à principe in seculari regno, summo ducta.

Cæteri verò in imperio regnoque magistratus, prouinciarum rectores, Iudices, Prætores alique exercendis quibuscumque muneribus publicis populorum directioni, regiminique idoneis occupati, nonnisi à principe summo potestatem, auctoritatemque, vel gladio feriendi, vel leges condendi, vel aliquid aliud politici iuris exercendi, mutuantur. B Ita S. Petrus à Christo D. tanquam vicarius eius ac princeps totius Ecclesiastici cætus & orbis solus potestatis iuridicæ claues accepit, vt in persona totius Ecclesiæ, id est omnium pastorum ac prælatorum Ecclesiasticorum: vt quidquid iurisdictionis Ecclesiasticæ à quocumque pastore exerceretur, id totum S. Petro supremo Ecclesiæ principi, ac visibili capiti acceptum referretur, ab eiusque auctoritate in totum corpus Christi Domini, quod est Ecclesia, visibile diffunderetur. Apostolos semper excipio, qui extraordinaria quadam ratione à Christo Domino (vt supra diximus) claues illas immediatè, subditas tamen S. Petro, ad omnes gentes populosque terrarum orbis pro salute sua moderandos atque regendos acceperunt.

Omnes prælati à Christo claues acceperunt mediatè per S. Petrum & successores eius, & dependenter ab eo, exceptis Apostolis, qui immediatè receperunt à Christo, sed tamen dependenter à S. Petro, ipsi subiecti.

C Hanc esse germanam S. Augustini [a] sententiam verba hæc illius in Psal. 108. satis dilucidè manifestant allata superius, scilicet, *Cuius Ecclesiæ, ille Petrus noscitur in figura gessisse personam, propter primatum quem in discipulis habuit.* Conformia his S. Augustinus [b] ser. 13. de verbis Domini cõmemorat, quę eius semper animi sensa clarius enuntiant, hæc nomen Petri interpretando dicens, *Petrus à petra cognominatus beatus, Ecclesiæ figurã portans, Apostolatus principatum tenens.* Similia in tractatu [c] 12. in S. Ioannẽ recenset. *Propter Apostolatus sui primatum Petrus Ecclesiæ gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum propriè pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Christianus; abundantiori gratia vnus idemque primus Apostolus.* D Ad confirmationẽ eiusdẽ intelligẽtiæ sententiæque S. Patris plura reperies apud [d] eundem to. 3. de agone Christiano c. 30. tract. 7. in S. Ioannem, & to. 10. homil 45. Estque semper illud imprimendum memoriæ mentique solidè figendum, ita S. Petrum propter suam illi diuina munificentia largitam summæ potestatis eminentiam, claues à Domino potestatis Ecclesiasticæ suscepisse, vt non sibi tantum, sed etiam alijs Ecclesiæ præsulibus pastoribusque animarũ mutuatas accepisse iudicetur. Sic enim à D. Augustino, alijsque patribus S. Petrus propter suũ primatum, Ecclesiæ figurã gessisse creditur. Ipse enim vt supremus Ecclesiasticæ dominationis, rector & princeps Monarchicus, claues auctoritatis dignitatisque spiritualis accipiens à Domino, omnes Episcopos, Pastores, Prælatosque cuiusque classis significasse dicitur; qui has sibi communicatas ab illo, non cum plenitudine,

a D. Aug in Psal. 108.

b Idem ser. 13. de verb. Domini.

c Idem tract. 124. in Ioan. to. 9.

d S. Aug. to. 3. de agone Christiano c. 30. Idem tract. 7. in Ioan. hom. 45. to. 10. l. 50. homil.

A sed cum mensura potestatis sub illo claues exercere debebant. Sic enim S. Petrus eas accepit à Christo Domino, vt alijs Episcopis, pastoribus, presbyterisque exercendas de plenitudine, quam mutuatus sumpsit à Domino, potestatis exhiberet, atque communicaret, exceptis solis, & vt ante diximus, Apostolis. Hoc modo S. Petrum personam gessisse Ecclesiæ, atque formam figuramque omnium Ecclesiæ ministrorum fuisse profitemur, prout à S. Augustino [e] hæc dicente didicimus: *Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc Ecclesia: si autẽ hoc in Ecclesia fit, Petrus quando claues accepit, Ecclesiam sanctam significauit.* Impostor sceleratusque hęresiarcha Caluinus, [f] testimonium hoc S. Patris decurtatione, & deprædatione huius dictionis, *tantũ*, adulterare conatus B est: vt miserabiliter cęcis hominib. quos suę perfidiæ veneno necauit, persuadere posset Petro Dominum nihil dixisse, aut dedisse, nisi quatenus Ecclesiã significaret. Sed mẽdacio, corruptioneq; textus in infamiã dedecusque corruptoris, mendacisq; sacrilegi diaboli buccinæ redundãte, clamat sanctissimus doctorũ magister, se illã dictionem *Tantum* non omisisse, sed ab execrando hęresiarcha graui sacrilegio sublatam furtim fuisse, grauiter expostulat. Non enim dixit, *Si hoc Petro dictum est*, verum illud dictione *Tantum* auctius factum: *Si hoc Petro tantum dictum est.* Vt sit ille ex illius mente verborum sensus. Si ita dictum est soli Petro: *Tibi dabo claues* &c. vt ipse solus debeat soluere atque ligare: consequens est totam reliquamque Ecclesiam, omnes scilicet alios pastores, rectores, cæterosque Ecclesiæ ministros hac ligandi soluendique potestate carere: si au- C tem alij pastores, ministrique Ecclesiastici hoc præstant sub auctoritate illius Apostolorum, aliorumque rectorum Ecclesiæ principis, nulli dubium esse potest, quin ille claues spiritualis auctoritatis accipiens à Domino, personam Ecclesiæ gesserit, omnesque ipsius rectores Ecclesiæ repræsentauerit. Ergo non parabolicè sed historicè, vt generali conclusione superiora copiosè dicta complectar, S. Petrus claues accipiendo personam gessit Ecclesiæ, ergo illa figurata clauiũ acceptio, realem dignitatis supremæ S. Petro in propria persona potestatem nõ ademit, nec Monarchicum ipsius principatum in illa clauium auctoritate non exclusit, sed potenter inclusit: non illius supremæ aciem debilitando potestatis extenuauit, sed maximè corroborando confirmauit. Nisi dicere velimus cõtra veritatẽ Euangelij pu- D gnando Christum D. verè & ad literam in propria persona non fuisse sacro tinctum fonte baptismatis, quia, vt S. docet Augustinus, [g] *Suæ figuram gessit Ecclesia cum baptizatus est*: & nisi S. Ioannem super pectus Domini recubuisse nobis inficiari liberet, quoniam vitæ contemplatiuæ, Ecclesiæque triumphantis figuram ipse repræsentasse personamque gessisse, [h] cum sancto Augustino defendimus. Item mendacij sacras insimulare scripturas quod Christum Dominum dixisse Petro scripserint, [i] *Sequere me, & alius cinget te & ducet quo tu non vis.* Quod in illis verbis quæ audiuit à Domino S. Petrũ Ecclesiæ militantis actiuæq; vitæ personã gessisse idẽ [k] S. Augustinus euoluto, quod latebat sub illa verborum formula Christi Domini mysterio, demonstrauerit: aut Abraham Patriarcham [l] duos contra veritatẽ scripturarum, non habuisse filios, vnum de ancil-

e S. Aug. tra. 50. in Ioan.

f Calu l. 4. instit. c. 6 § 4. in f.

Augustini testimonium.

Optimus verborum S. Augustini sensus.

Hæc notanda diligenter.

g August l. 15. de Trinit c. 26.

h Idem tract. vlt. in Ioan.

i S. Ioã. c. vlt.

k S. Aug ibid.

l Genes 21. & Galat 4.

a S. Luc. 10

la, alterum de libera nobis defendere liceret; quod in illis filijs Deum duobus potiturum populis, gentili & Iudæo, significatione figuraque mystica repræsentauerit. Nisi deniq; vt reliqua mysteriorũ inuolucta subticeam, fictũ simularũque fabularum instar explodamus, quidquid historia Euangelica[a] de Martha & Maria sororibus memoriæ prodidit; quod illa *circa frequens mysterium esset solicita: hac verò sedens secus pedes Domini audiret verbum eius.* Quoniam ambæ illæ sorores vtramque vitam, vnam quæ in actione per Martham solicitam, alteram quæ in contemplatione, per verbum Domini audientem Mariam versatur, actibus illis diuersitate concordibus significando repræsentabant.

Pars tertia. S. Petrum à Christo Domino claues Ecclesiastica potestatis pro se & successoribus eius accepisse immediatè principaliter ac proprio probatur.

b Can. legatur. 24. q. 2. ex Gelasio.

c S. Matth. 16.

d Can. audiuimus 24. q. 1.

e Cap. decretis dist. 21. in f.

f Can. illis, dist 80. iuncta glossa. in f.

g *Par, inquit glossa, fuit quoad consecrationem, sed non quoad administrationem.*

Absit ergo omnis cõsensus ab hac veritate titubano & dubitandi anxietas: quæ admonet nos vt firmiter S. Petrum claues à Domino principali- B ter, immediatè & verè in propria persona suscepisse confiteamur ingenuè, & præ nobis Catholica fide permoti feramus. Quam confessionem non temere, sed prudenter præter scripturarum oracula sacrarum, Ecclesiastica fulti doctrina, intrepidè, sincereque profiteri debemus. Can.[b] legatur 24. q. 2. Exit hoc Ecclesiæ decretum per os Gelasii de Christo loquentis: *Qui certe faciendi solus*, scilicet Christus, *habuit potestatem*, scilicet suscitandi mortuos: *B. Petro principaliter mandat Apostolo*,[c] *Quæ ligaueris super terram, ligata erunt in cœlis: & quæ solueris super terram, erũt soluta & in cœlis.* In cuius rei confirmationẽ,[d] *cum omnibus discipulis parem ligãdi atque soluendi potestatẽ demandaret, Petro pro omnibus & præ omnibus claues regni cœlorum*, se daturũ esse promisit: dicens, *Tibi dabo claues regni cœlorum.* Cui canoni confor- C mis est textus capitis[e] *Decretis*, dist. 21. in fine, in quo hæc scribuntur. *Petrus verò quasi in summum sacerdotem elegit*, scilicet Christus Dominus, *dum ei præ omnibus & pro omnibus claues regni cœlorum tribuit, & à se petra, Petri sibi nomen imposuit: atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt cæteros confirmaret ibi se iniunxit dicens: Ego rogaui pro te Petre*, &c. His canonibus sacrisque decretis Ecclesiæ conglomeratus ille canon.[f] Illis distinct. 80. iuncta glossa[g] mirum in modũ nostram assertionem doctrinãque hęc dicẽdo corroborat; *Quoniam nec inter ipsos Apostolos par fuit institutio; sed vnus præfuit.* Quo loco Glossa S. Petrum omnibus præfuisse, *Quoad administrationem, sed quo ad consecrationem parem institutionem fuisse* declarat. Quæ administratio D potestasque Ecclesiastica per claues significata, si S. Petro tanquam ministro Ecclesiæ illam sic repræsentanti, non tanquam principi eiusque rectori summo à Redemptore nostro data censeretur: quanta Deus immortalis! absurda sequerẽtur? Nam sic illa potestas clauium Ecclesiæ cõiunctim tradita diceretur: si coniunctim atque collectiuè, sic S. Petro & aliis Apostolis vt singulis seorsumque sumptis, nulla clauium facta est traditio, nulla communicatio potestatis. Ratio in prõptu est:[h] *Quia ministro nihil quæritur.* L. Qui absenti ff. de acquirenda possessione: in quæ ciuilia iura canonicæ leges consentiunt, vt in Clement.[k] *Religiosus*, de procuratoribus vnde quod cõmunitati collegioque donatur, singulis non quæri ciuilis constitutio determinat.[l] L. *Sed si hæc §. qui manumittitur ff. de in ius vocando.* Certè tantis Dominus circumstantiis se discipulo Petro

Quanta absurda si S. Petro data essent claues tanquã Ecclesiæ ministro.

Ministro nil quæritur.

h L. Qui absenti ff. de acquirenda. possessione.

i L. Multũ c. si quis alteri vel sibi.

k Clement. Religiosus de procurat.

l Sed si hæc § quod manumittitur, ff. de in ius vocando.

A in propria persona principaliter & immediatè claues iurisdictionis supremæ traditurum designauit. Quæ, si cui non sufficiant, quid amplius ad expressionem certæ cuiusque personæ clariorem postulet, ignoto. In primis enim Dominus personæ singularis substantiam per hoc pronomen *Tibi* designauit: Secundò addidit nomen in natiuitate collatum, *Beatus es Simon*: Tertiò patris nomẽ adiunxit dicens *Bariona*, id est filius Ionæ. Quartò nomen à se nuper impositũ præterire noluit: *Ego dico tibi quia tu es Petrus.* Ad quid Dominus tam accuratè diligenterque tot circunstantiis sancti Petri personam exprimere curauit, si nihil ipsi Petro propriè ac verè, sed figuratiuè promittere, effectuque completum quod promisit postmodum tradere largirique voluerit? Verum contra hæc rebellione prauæ opinionis obsistunt aduersarii, hæretici, schismatici, & qui cum illis sub pelle Catholica[m] amaritudinem Ecclesiæ amarissimam in eius pace causantur. Vtque claues Ecclesiæ non S. Petro eiusque successoribus à Domino formaliter, principaliter & immediatè datas fuisse, si possint, euincãt, obiectione hac posita sic argumẽtantur: Si claues Petro formaliter & essentialiter non Ecclesiæ concessit, credíditque Dominus, sequitur Petro vita cedente claues illas periisse: Si morte Petri perierint, ergo iã omnis ab Ecclesia ligandi soluendique potestas explosa ac relegata penitus expirauit. Egregia ratiocinandi machina! Quæ vno verbo confracta ruit: quo, supra toties iterato dicimus S. Petrum pro se & successoribus in Apostolico Romanoque solio sedentibus claues spiritualis Monarchiæ potestatisque C immediatè à Domino, verè, principaliter atq; formaliter accepisse; ita vt defuncto S. Petro succedens in illius cathedra Põtifex Rom. his potestatis summæ clauibus verè, sublimiter formaliterque potiatur. At replicando rursus illi sic insurgunt. Pontifex ille S. Petri successor cum eligitur & in pastorem vniuersalis Ecclesiæ principemque inauguratur, vel secum claues illas adfert, vel non: prius dici non potest, quia Pontifex pastorque œcumenicus iam esset antequã crearetur: quod ab omni ratione alienum esse constat. Si posterius asseratur, vnde claues habet? A quo mutuatas possidet, si non ab ipsa Ecclesia? Nisi instar delirantium atque somniantium imaginari vellemus ficto commento, has claues ei recens creato Pontifici à quodam de cœlis elapso An- D gelo ministrandas asportari. In promptu solutio. S. Petro per mortem temporalem recedente ab hac vita, aut quocumque alio de successoribus eius animam efflante, dominationis imperiique Ecclesiastici claues non deficere neque perire; nec tamen in Ecclesia ratione formali subsistere, eique tanquam principali agenti credi, nisi in quantum inferiores à Papa ministri earum communicationem exercendarum copiamque susceperint. Sed in Christi Domini manibus residere nouo Pontifici recens electo, non noua concessione, sed antiqua institutione Christi Domini tradendas: quas, cum eas S. Petro fruendas exercendasque concessit, simili virtute & auctoritate successoribus eius credidisse Catholica constanter asseueratione profitemur: non abnuentes interea imò ingenuè confitentes S. Petrum in illarum susceptione clauium Ecclesiam Dei significasse, atque repræsentauisse, sed quanam signi-

Clarissimis circunstantiis indicauit Dominus se vouera daro velle S. Petro formaliter, ac principaliter claues potestatis Ecclesiastica.

m Isa. 23.

Obiectio aduersariorum, Lutheri & aliorum, vt supra.

Respons.

Replica aduersariorum contra hanc solutionem.

Responsio.

4.
Multa repræsentationis species, quarũ vltima S. Petrus Dei Ecclesiam in acceptione clauium dicitur repræsentauisse.

ficatione atque repræſentatione id fecerit, attentè conſiderandum, ad clariorem intelligentiam eorum, quæ ſupra de duobus repræſentationis modis, hiſtorico & parabolico diximus, S. Auguſtini circa hos repræſentandi modos ſententias exponentes. Siquidem Theologorum ſchola plures ſignificationis repræſentationiſque ſpecies valde inter ſe diſcretas admittere & conſtituere ſolet. Vna dicitur naturalis repræſentatio, qua quis alterum repræſentat, ac ſignificat in identitate naturæ: ſic Filius æternus Patrem repræſentare dicitur, [a] *Cum ſit ſplendor gloriæ & figura ſubſtantiæ eius.* Quæ repræſentatio atque ſignificatio naturalis reſpectu Eccleſiæ in S. Petrum cadere non poteſt. Non enim S. Petrus & Eccleſia vna eademque in indiuiduo natura eſſe poſſunt, cum Eccleſia quoddam ſit aggregatum ex multis collectum indiuiduis: S. verò Petrus vna ſit natura indiuidua ſingularis definita. Secunda repræſentatio fit per ſimilitudinem & conuenientiam alicuius proprietatis: ſicut Abraham Geneſ. 20. in multis Chriſtum Dominum. Sara verò coniux eius Eccleſiam repræſentaſſe creduntur. Sic beſtiæ agri gentes repræſentabant iuxta S. Auguſtini expoſitionem in hunc locum:[b] *Potabunt omnes beſtiæ agri*, ſcilicet Gentiles, qui figura beſtiarum ſignificabantur, ſicut Arca Noe Eccleſiam repræſentauit, vt in extrauaganti, *Vnam ſanctam*, dilucidè declaratur. Nec hoc etiam modo S. Petrus Eccleſiam ſignificaſſe ac repræſentaſſe dictus eſt. Tertia miniſterialis, cum quis ſignificare ac repræſentare illum dicitur, in cuius auctoritate atque virtute aliquo munere fungitur, & quædam exercet opera. Sicut omnes Prælati, paſtores, cæterique Eccleſiæ miniſtri in obeundis eius negotiis Chriſtum Dominum ſignificare, ac repræſentare cenſentur, cuius auctoritati ac virtuti innixi, in Eccleſia quæ Dei ſunt operantur, iuxta illud Apoſtoli 2. Cor. 5. *Pro Chriſto legatione fungimur*: Ca. [c] ſceleratior. §. fin. diſt. 3. de pœnitentia. Et hoc modo S. Petrus eiuſque ſucceſſores dicuntur Chriſti Domini perſonam gerere, atque illum repræſentare, quia eius miniſtri. Vnde Chriſti ac S. Petri, atque Papæ vnum idemque forum, ac conſiſtorum eſſe in Can. [d] *Quanto*, de tranſlat. Prælat. lex Eccleſiaſtica determinat: ſicut Epiſcopi ac vicarii eius, idem tribunal eſſe docetur cap. [e] 1. *De officiis vicarij* in 6. Sed neque hoc modo S. Petrus neque eius ſucceſſores Rom. Pontifices Eccleſiam repræſentare, ac ſignificare dici poſſunt: quia tam ille quam iſti, non ab Eccleſia, ſed à Chriſto Domino immediatè virtutem, roburque poteſtatis acceperunt in Can. [e] *Nouit*. de iudiciis [f] cap. *Sacroſancta* diſt. 22. Quarta repræſentationis ſpecies, non multum à priori diſcrepans, procuratoria nuncupatur, cum quis illius dicitur gerere perſonam, ac repræſentare, pro quo tanquam procurator negotiatur, eiuſque rerum ſatagit. Nec iſto modo Eccleſię perſonam Petrus repræſentat, tanquam illius negotiorum geſtor. Sic enim nulla propria auctoritate poteſtateque potiretur, cum ipſum præ omnibus, ac pro omnibus [g] ſacri canones ſummam à Deo poteſtatem per claues deſignatam recepiſſe clamitent. Datur & quinta repræſentationis ſpecies, quæ in ſimilitudine figuraque conſiſtit, cũ aliquid ſignificare ac repræſentare aliud perhibetur, cuius non habet veritatem, ſed ſimilitudinem: ſicut dicimus agnum paſchalem & manna figuratiuè, Corpus Domini in Euchariſtia realiter exiſtens, [h] Apoſtolo teſte, repræſentaſſe. A qua repræſentandi ſpecie modus etiam quo S. Petrus perſonam geſſit Eccleſiæ, eamque repræſentauit, longè diſtans excluditur: quãdoquidem cum figura à veritate ſicut vmbra à corpore diſtinguatur, ſequeretur S. Petrum non verè ac hiſtoricè, ſed figuratiuè, ac parabolicè à Domino claues accepiſſe, quod pluribus ſupra falſiſſimũ eſſe demonſtrauimus. Ergo his omnibus repræſentandi formis exploſis, vna vera germanaque conſtituẽda eſt, qua dicamus D. Petrum ſignificaſſe repræſentaſſeq; in hac clauium receptione Eccleſiam, per quandam demonſtrationem, ſiue deſignationem vniuerſalis Eccleſiæ. Etenim ſignificare nil aliud eſt quam declarare & manifeſtare, iuxta legem, *Ius pluribus*. ff. de iuſtitia & iure. Quid autem hac ſignificatione & repręſentatione S. Petrus manifeſtauerit ſi quæratur, dicam cũ Theologis de meliori nota; deriuationem promanationemque poteſtatis ab ipſo in omnem Eccleſiam tanquam ipſius principe atque rectore ſummo fuiſſe, atque ipſius ſummi rectoris principiſque ſub Chriſto Domino, eique in eadẽ ſede ſuccedentium firmitatem, diuinumque fidei robur. Quo innixa atque firmata in æternum hæc ſponſa Chriſti Domini, fidelium mater Eccleſia, clariſſima diſcuſſis omnium errorum tenebris, luce circumfuſa veritatis, infallibili veræ fidei, doctrinæ Catholicæ diuinæque dono frueretur: vt cum ſacrarum ſcripturarum oraculis Eccleſiaſtica iura confirmant. Ad huius rei quã aſtruimus ſolidam comprobationem, potens illud eſt & locuples S. Ambroſii teſtimonium, decreto Pontificio, immortalitati Chriſtianæ doctrinæ, fideique conſecratũ, quod ſacro ore cordeque diuinitus afflatus reuelatione diuina ſaturatus, in hæc verba veriſſima profudit [k]: *Fidelior factus eſt Petrus poſtquam fidem ſe perdidiſſe defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amiſit. Tanquam enim bonus paſtor tuendum gregem accepit, vt qui ſibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum, & qui ipſe interrogationis tentatione nutauerat, cæteros fidei ſtabilitate fundaret. Denique pro ſoliditate deuotionis Eccleſiarum petra dicitur, ſicut ait Dominus, Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Petra n. dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta poſuerit, & tanquã ſaxum immobile totius corporis Chriſtianitatis compagem molemque contineat.* Hæc ille. O verba tanto doctore digniſſima! O monumẽtum ſanctiſſimæ doctrinæ ære perennius, quod in æternum, tumulũ libitinãque vitabit! Hanc verò ſummæ poteſtatis Chriſtianæque veritatis manifeſtatioem fieri Eccleſiæ operæ pretium fuit, incubuitque neceſſitati; quoniam hac clauium iuriſdictione, in ligandi, ſoluendi, adminiſtrandi res Eccleſiæ ſita poteſtate, ſolus Petrus, vt eam exerceret, non poterat perpetuò potiri: cum ſicut cæteri homines interitui fatoque necis temporalis eſſet obnoxius. Propterea ſucceſſores in cathedra Apoſtolica Romanos Pontifices ſignificauit, quibus in ipſo locutus eſt Dominus, *Quodcumque ligaueris*, &c. vt clarè manifeſtat textus cap. [l] ſolitæ de maiorit. & obed. Præterea quia non erat poſſibile, nec humanis viribus obuium vniuerſalis Eccleſiæ regimen adminiſtrationemque vnius, ſoliuſque S. Petri curæ, ſtudio, ſoli-

1. *Naturalis.*
a Hebr. 1.
2. *Repræſentationis ſpecies per ſimilitudinem proprietatis.*
b S. Aug. in pſal. 103.
Extrauag. *Vnam ſanctã*
3. *Repræſentatio Miniſterialis.*
c 2. Cor. 5. Can Sceleratior § fin. diſt. 3. de pœnitentia.
d Ca. quanto, de tranſlat. Prælat.
e Per Oſtienſ. c. 1 de offic. vicarii.
e Can Nouit. de iudiciis.
f Cap. ſacroſancta diſt. 22.
4 *Species repræſentationis procuratoria.*
g Can. Audiuimus 24 q. 1. Can. decretis diſt. 21.
5. *Species.*
h 1. Cor. 10.
6. *& vltima qua legitima eſt demonſtratiua poteſtatis à S. Petro in vniuerſalem Eccleſiã deriuanda.*
Quid ſit ſignificare L. Ius pluribus ff. de iuſtitia & iure.
i Card. de Turre. cremata l. 1 de poteſtate Eccleſ. c. 75.
Cap. fidelior, diſt 50. c 1 de hom. in 6.
Poſt negationẽ pœnitentia expiatam S. Petrus in fide graduque dignitatis proficiens, magiſter ac princeps Eccleſiæ extitit.
k S. Ambr ſer. de fide petri.
No. S. Petrus accipiens claues à Domino, quomodo dicitur Romanos Pontifices ſucceſſores ſuos & omnes alios Prælatos paſtoreſq; per orbem Chriſtianum fuſos ſignificaſſe.
Dominus in perſona S. Petri dixit omnibus ſucceſſoribus, Quodcumque ligaueris.
l Cap. ſolitæ de maioritate & obed §. Nobis autẽ. l. 1. decretal. tit. 33.

A citudinique sine auxilio aliorum creditam traditamque submitti: ideò has suscipiens à Domino claues dicitur. Prælatos, Episcopos, pastores, cæterosque Sacerdotes Ecclesiæ significasse, eosque repræsentasse, qui erant ritè secundum claues Ecclesiæ, sibi & cæteris Apostolis à Domino concessas ordinandi, vt textus[a] cap. 1. §. vna de summa Trinitate manifestè docet: quos distinctis diœcesibus toti Christiano orbi ad saluandas gentes, annuntiandumq; regnũ Christi præficere debebat, ne se mutuò in regenda administrandaque Ecclesia sub auctoritate huius Ecclesiastici principis, capitisque visibilis in diuersis mũdi partibus impedirẽt, sicut caput[b] *In illis*, dist. 80. distinctis verbis, ijsq; perspicuis expressit: cui consentanea loquitur canon[c] *Ita Dominus*, dist. 19. ex S. Leonis 1. doctrinæ fonte deriuatus. Quoniam, vt ante ex Can.[d] *Audiuimus* 24. q. 1. & aliis notauimus, præ omnibus & pro omnibus claues accepit. In cuius Apostolorum omniumque fidelium principis, quoad spiritualia locum auctoritatemque venientes, omnibus ac singulis Ecclesiis toto terrarum orbe sparsis atque diffusis Romani Pontifices prælatos, pastoresque tradi paterna vigilantia Christianaque soliciti charitate curauerunt. Vnde Tertullianus, cum adhuc Catholicus esset, appositè, & ad Ecclesiasticæ puritatem

a Cap. 1 § vna de summa Trinitate

S. Petrũ sub se omnes Ecclesiæ rectores constituit, præter Apostolos.

b Cap. in illis dist. 80 ex S. Clement. epist. ad S. Iacobum.

c Can ita Dominus, dist. 19.

d Can audiuimus. 24. q. 1.

B

C

A veritatis eleganter dixit.[e] *Si & adhuc clausum est cælũ, memento claues eius hîc Dominũ Petro & per eum Ecclesiæ reliquisse*: id est prælatis Ecclesiæ, inquit[f] S. Chrysostomus: quibus populos ad salutẽ animarum suarum, virtute clauium, Ecclesiasticæque iurisdictionis ministerio regere cõpetit:[g] cum sit Ecclesia in prælato, sicut prælatus in Ecclesia. Hoc S. Thomæ doctrina clarius illustratur, dicentis, *Quod quamuis omnibus Apostolis data sit communiter potestas*[h] *ligandi atque soluendi: tamen vt in hac potestate ordo aliquis significaretur, primò soli Petro data est, vt ostendatur quod ab eo in alios debet ista potestas descendere.* In eiusdem doctrinæ veritatisque confirmationem idem doctor Angelicus contra[i] Gentes ista rescripsit. *Christum* nempè Dominum, *soli Petro promittendo dixisse, tibi dabo claues regni cælorum, vt ostenderetur, quod potestas clauium erat per eum ad alios deriuanda, ad conseruandam Ecclesiæ vnitatem.* Sed iam finis sit: neque enim de hac ratione atq; modo, quo S. Petrum Ecclesiam significasse ac repræsentasse Catholica docet religio, discursum vlterius extendere fuit animus: nisi aduersariorum intolerabilis error, deliria & imposturæ, odio, rebellione & cõtradicẽdi audacia corroboratæ nobis ansam occasionemque longius contra eos disputationem producendi peperissent.

e Tertull. l. Scorpi. contra Gnosticos. c. 10.

f S. Chrysost. ia hæc Christi verba, Dic Ecclesiæ. Matth. 18.

g Cyprian. can scire 7. q. 1.

h S. Thom in 4 sentent di. 24. q 3. ar. 2. quæst. 3 ad 1. arg.

i Idem l 4. contra gentes c. 76.



SECVNDÆ PARTIS
LIBER TERTIVS.

IN QVO AGITVR DE SVPREMO PRINcipatu atque Monarchia Rom. Pontificis sancti Petri successoris à Christo Domino Deo immediatè concessa, parem potestatem, eandemque auctoritatem, qua S. Petrus in vita sua potitus est in vniuersam Christi Ecclesiam diuinitus habentis & exercentis.

CAPVT PRIMVM.

Rom. Pontificem in Apostolico throno sedentem suprema in vniuersam Ecclesiam potestate potiri, quam habuit S. Petrus, iure diuino, scripturis sacris, SS. Patrũ doctrina expositis probatur.

1. *Hæreticum est non credere Rom. Pontificem gaudere pari auctoritate, qua S. Petrus, propter cuius reuerentiam, nemo tamen Pontificum Romanorum nomine S. Petri insignitus est.*
2. *Testimonia S. Scripturæ, ex quibus consequentia necessaria demonstratur, Romanum Pontificem S. Petro in pari dignitate successisse.*
3. *Generalis regula per quam omnibus obiectionibus sectariorum respondetur, contendentium non debuisse in vniuersalis Ecclesiæ cura aliquem Pontificem S. Petro succedere.*

Breuis duobus libris superioribus dictorũ repetitio.



Lenissime stabilita & confirmata oraculis diuinis & humanis testimoniis, in verbi tamen diuini radice fundatis Monarchiæ Ecclesiasticæ veritate in primo huius secundæ partis instituti nostri libro: superiori illã à Christo Domino super omnes suæ fideles Ecclesiæ S. Petro fuisse creditam copiosissimè demonstrauimus. Nunc quia maiestas illa Monarchica vsque ad consummationem sæculi Christi Domini decre-

A to regnatura est, debuit S. Petro à mortali vita deficiente, in alterius pastoris principisq; manus translata stabiliri: qui factus Christi vicarius visibilis eadem qua S. Petrus dum viueret, summa in vniuersum Christianorum orbem auctoritate potiretur: quam quidẽ nõ ab hominibus, nec per homines, sed ab ipso Christo Domino immediata ordinatione traditioneque consequeretur. Eum porrò non alium esse Ecclesiæ principem S. Petri successorem, visibilémque Christi vicarium, quam Romanum Pontificem hoc tertio libro demonstrandum est. Atque hunc in Cathedra S. Petri cum suprema maiestate sedentem, paríque dignitatis potestatísque gradu quo S. Petrus euectus est, potientem, verum totius Ecclesiæ Monarcham, Principémque cum plenitudine potestatis iure diuino factum esse,

Negantes Rom. Pontificis Monarchicum in vniuersa Ecclesia primatum à Christo Domino institutum hæretici censentur.

B necessariæ è Scripturis sanctis haustæ consequentiæ in hoc capite perspicuè declarabunt. Vt qui hanc veritatis demonstrationem improbare, ireque contra illam voluerint inficias, hæreticæ prauitatis contagione sordidari catholica certitudine credantur. Hoc minimè dissimulare potuit doctor angelicus, qui parem facit errorem negantium supremum in vniuersa Ecclesia Dei Romani Pontificis principatum, errori Græcorum dicẽtium Spiritum sanctum à filio non procedere: hoc posterius asserere hæreticum est: Ergo & prius: *Ipse enim*, inquit, *Christus Filius Dei suã Ec-*

C *clesiã cõsecrat, & sibi cõsignat spiritu quasi suo charactere & sigillo, vt ex suprapositis auctoritatibus manifestè habetur. Et similiter Christi vicarius suo primatu & prouidentia vniuersam Ecclesiã tanquam fidelis minister Christo subiectã conseruat.* Obseruãda verò diligentissimè sequentia hæc doctoris tanti planè aurea, imò diuina potius verba, contra malitiosè diuinum Romani Pontificis in vniuersam Christi Domini Ecclesiam principatum impugnantes: *Ostendendum est ergo*, inquit, *ex auctori-*

a S. Thom. opusc contra errores Græcor. c. 64 in princip.
b Idem ibi. c. 66 ex S Cyrillo Alexandrino.

fluxus, pro huius mystici corporis directione capientis illustris sæpè mentio celebratur, quod caput visibile super omnia suæ Ecclesiæ membra constituisse Dominum, vt omnibus veræ fidei consortibus sanctus Paulus annuntiaret, hæc ad Corinthios ita rescripsit: [a] *Nunc autem posuit Deus membra vnumquodque eorum in corpore sicut voluit. Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra; vnum autem corpus. Non potest autem dicere oculus manui, opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, non estis mihi necessarij.*

a 1 Cor. 12. v. 18 & seq.

En iudicio Apostoli in diuina Ecclesiæ structura caput à Domino visibile ad ornamentum regimenque corporis sui mystici collocatum. Sed ne hæc materia ac disputatio me moretur diutius, tam eruditè tamque copiosè [b] à doctissimis, maximique nominis inter orthodoxos doctores nostri sæculi Theologis pertractata, non vlterius S. scripturæ testimonia persequar ab illis minimè oblita, & perquam eruditè exposita, quæque qui volet lector facilè minorique iactura laboris adire poterit.

b Turrecremata, Victoria, Pighius, Bellarmin. tom. 1. l. 2. de Rom. pōtif. c. 12. 13. 14. Stapleton Cuccius to. 1. Bozius to. 1. de signis Ecclesiæ l. 12. c. 6. signo 80. Canus & Sanderus de Valentia & alij.

Solum vt aduersariorum hæreticorum & schismaticorum cauillis & obiectionibus fraudulentis obstinato animo S. Petri in cathedra Apostolica principatuque Monarchico successorem, supremamque eius auctoritatem furenter oppugnantium respondeamus: generalem hanc, quam schola Theologica docet fulta scripturarum SS. sanctorumque Patrum auctoritate regulam proponemus, qua intelligemus omnia quæcumque dixit sancto Petro Dominus ad duplicis generis terminos debere reuocari. Quædam ad ordinarium pastoris œcumenici officium, alia ad priuatam sancti Petri personam referuntur. Prioris generis sunt. [c] *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* S [d] Luc. 22. *Confirma fratres tuos.* S. Ioannis, 21. [e] *Pasce oues meas,* &c. Posterioris generis sunt hæc [f] *Vade post me Sathana,* [g] & *Alius cinget te & ducet quo tu non vis.* Etiam & illa: [h] *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos,* scilicet postquam per pænitentiam à peccato resipueris, egressusque foras & ad Dominum reuersus amarè fleueris: nec enim oportet necessariumque censetur, vt omnes sancti Petri successores summa illius fruituri potestate, supremique functuri pastoris officio in peccatum illud sancti Petri, vel aliud graui conscientiæ vulnere præcipites ruant, antequam fratres auctoritate Apostolica confirment. His positis dicendum verba Christi Domini ad Petrum prioris generis non illi soli dicta, sed & successoribus eius Rom. Pontificibus. De illis verò ad alterum genus reuocatis aliud prorsus esse iudicium quæ soli Petro dicta esse creduntur. Qua de re grauissimi eruditissimique nostræ ætatis Theologi præclarè copioséque disseruere. Propter quæ egregiè [h] hæc S. Leo, *Soliditas,* inquit, *Illius fidei quæ in Apostolorum principe est laudata, perpetua est, & sicut permanet quod in Christo Petrus credidit. Ita permanet quod in Petro Christus instituit, manet ergo dispositio veritatis: & B. Petrus in accepta fortitudine petræ perseuerans suscepta Ecclesiæ gubernacula non reliquit.* Et paulo post. *Si quid itaq; à nobis rectè agitur, rectèque discernitur: si quid à misericordia Dei quotidianis supplicationibus obtinetur, illius est meritorum & operum cuius in sede sua viuit potestas, & excellit authoritas.*

Regula generalis responsiua omnibus aduersariorum obiectionibus impugnantium successorum S. Petri auctoritatem summā.

Verba Domini ad S. Petrum ad 2. gen. reuocanda

c 1. Genus S. Math. 16.
d S. Luc. 22.
e S. Ioan. 21.
d 2. Genus S. Math. 16.
e S. Ioan. 21.
f S. Luc. 22.

Verba Christi ad Petrum prioris generis ad S. Petrum & successores eius.

Posterioris ad solū S. Petrum referūtur

g Turrecremata l. 2. c. 35. de Ecclesia, Caietan. tract. de Rom. pontif. instit. c. 12. Melch. Canus l. 6. de locis Theolog. c. vlt.

h S. Leo ser. 2. de assumptione sua.

Quām authoritatem potestatemque S. Petri in Ecclesia supremam Romano Pontifici pro vitæ tempore in cathedra Apostolica sedenti sublimiter à Domino communicatam ex sacris scripturis persuasione deducta credentes Concilii Mileuitani patres Innocentium Papam per literas obnixè rogabant, & obtestabantur, vt Pelagianos, licet iam à synodis Cartaginensibus sæpius condamnati fuissent, à sancto Hieronymo non semel conuicti, ac doctrinali certamine prostrati, nihilominus iterum sua sententia, iudicioque condemnatos religiosè contereret: rationem qua ad eam obsecrationē impulsi fuerāt, hanc adiungentes, [i] *Arbitramur enim,* aiebant illi Patres, *auctoritati sanctitatis tuæ de sanctarum scripturarum auctoritate depromptæ facilius, eos qui tam peruersa & perniciosa sentiunt, esse cessuros.* Quo breuium verborum illorum circo, tria sancti Patres contra hæreticos, aliosque Apostolicæ sedis hostes asserunt. Primum singularem Rom. Pontificis auctoritatem ad constringendos exterminandosque hæreticorum, aliorumque peruersæ opinionis contra Catholicam fidem errores. Secundum hanc Romani præsulis potestatem conciliorum decretis doctorumque eruditissimorum scriptis doctrinisque maiorem. Tertium hanc supremam Rom. Pontificis auctoritatem ex sacris literis iuris esse diuini comprobari. Sic sanctus [k] Augustinus hæc verba Domini, *Pasce oues meas,* vt non soli sancto Petro, sed & eius successoribus dicta esse monstraret, hæc contra epistolam fundamenti scripsit *In Ecclesia me tenet ab ipsa sede Apostoli Petri* scilicet Romana, non Alexandrina, non Hierosolymitana, non quæcumque alia reliquorum Apostolorum, *Cui pascendas oues suas Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum, sacerdotum successio.* Et sanctus [l] Chrysostomus nonne disertis expressisque verbis Christum Dominum tum Petro tum Petri successoribus oues credidisse ac commisisse pascendas SS. scripturarum auctoritate suhnixus asseruit? S. vero Gregorius postquam auctoritatis S. Petri summæ in Romanos Pontifices deriuationē ex rribus illis Euāgelii locis, scilicet, *Tu es Petrus & super hanc petram,* &c. 2. *Ego rogaui pro te Petre* &c. 3. *Pasce oues meas:* solidissime probauisset, ita conclusit, *Ergo cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum principis sedes in auctoritate conualuit.* Quid de hac veritate sacri Canones, conciliaque statuerint breuiter audiamus.

i Concil. Mileuit. apud S. August. epi. 92

Auctoritas papę de SS. scripturis deprompta.

3. Asserunt S. Patres contra hostes sedis Apostolicæ in fauorem eius.

1.
2.
3.

k S. August. contra epist. fundamenti. c. 4.

l S. Chriso. l. 2 de sacerdotio.

m S. Hier. l. 7. epist. 37.
n S. Math. 16.
o S. Luc 22.
p S. Ioan. 21.

CAPVT II.

Id ipsum quod prius Conciliis & Canonibus probatur.

1. *Propter summam in Ecclesia dignitatem quæ fuit in Petro, Romanus Pontifex per excellentiam Sanctissimus dicitur, & Papa per admirationem, licèt propter reuerentiam S. Petri nullus Pontificum Petrus appellari voluerit.*
2. *Concilia primo loco.*
3. *Secundo loco Canones ponuntur.*

E veritate supremæ in Ecclesia potestatis & auctoritatis à S. Petro per Dominum in omnes Romanæ Cathedræ possessores, rectorésque Pontifices transfusæ à primo nascentis Ecclesiæ ortu, tam altis defixa radicibus in omnium fidelium animis sincera insedit opinio, vt propter summam patri huic omnium Catholicorum communi debitam reuerentiam à sublimi illa potestate profectam, hunc spiritualem omnium Catholicorum patrem epitheto antonomastico & excellentiæ vocabulo *Sanctissimum* non modo simplices & plebei Catholici, sed magni & Ecclesiarum præsules Conciliorum patres, ipsi etiam magni sublimesque in orbe Christiani Imperatores appellare religiosissimè consueuerunt. Sic hoc nomine *Sanctissimi* [a] Ioannes Constantinopolitanus Episcopus Hormisdã Papam in libello fidei contra Nestorium & Eutychem ad eum directo veneratus est. Sic Orietales Episcopi Agapetum Pontificem Romanum [b] epistola ad eum missa actioni pri. generalis 5. Concilij insertæ per omnia, *Patrem Patrum sanctissimum, beatissimumque nominarunt.* A quo honore & reuerentia per vocem *Sanctissimi* in Romanum præsulem trãsfundendo Imperatores optimi sui in communem animarum parentem semper officij memores minimè quiescere voluerunt: [c] vt Constantinus Magnus, [d] Iustinus Senior & alij. Præter quem honoris titulum maxima oblata muneta addidit bonus Imperator Constantinus, quibus sedem Apostolicã ipsumq; S. Petri successorem S. Syluestrum & posteros in eadem cathedra sessuros honorificentius sanctiusque reuereri atque decorare voluit: [e] *Tantum*, inquit Leo 9. loco proximè citato, *Apostolica dignitatis in B. Petro & in eius successoribus vicarijs Christi, terrena Monarchiæ princeps Constantinus intima consideratione reueritus cunctos vsque in finem seculi successuros ridem Apostolo in Romana sede Pontifices per B. Syluestrum non solum imperiali potestate & dignitate, verum etiam infulis & ministris adornauit imperialibus, valde indignum fore arbitratus terreno imperio subdi, quos diuina maiestas præfecit cælesti. Cui equidem comparatum istud terrenũ nihil est nisi vanitas vanitatum; qua homines obliti Domini creatoris sui intumescentes mox detumescunt. Et tamen imperialis celsitudo hoc totum quod potuit effecit, quando tota deuotione quicquid à Domino acceperat, eidem in ministris suis reddidit.* Sanctitatis autem nomen includi meritò [f] in dignate summa à Domino post S. Petrum Romanis concessa præsulibus Ennodius diaconus in libro Apologetico pro causa Symmachi Papæ [g] & defensione synodorum sub eo celebratarum, his prout refert Gratianus verbis ostendit, *Facessat à nobis qui in vobis est pruritus iste linguarum, quos verè Propheta arguit scribentes iniustitiam scripsistis* [h] *Non nos B. Petrum* (sicut dicitis) *à Domino cum sedis priuilegys, vel successores eius peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros: quod illi concessum est* [i] *pro actuum luce, ad illos pertinet, quos par conuersationis splendor illuminat. Quis enim sanctum esse dubitet quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt quæ à loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur illustrat. Prænoscit enim quid Ecclesiarum fundamento sit habile, super quod ipsa moles innititur.*

Singulari epitheto Rom. Pontifex Sanctissimus dicitur & cur.

a Ioan. Constantinopol. lib. fidei ad Hormisdam.

b Epistola Orientalium Episc. in generali concilio.

c Leo 9. epi. ad Michaelẽ Constantinopol. Episcopum & Leonem Acridanum. Episc. c. 12.

d Iustinus Senior epist. 2 ad Hormisdam.

e Leo 9. ibi. supra.

Quanti fecit Constantinus Magnus Imperator sedem Apostolicam, Romanumque pontificem, cui se omnimoque sua voluit subdere.

f Ennod. diacon. Apolog.

g Cap. Non nos dist. 40.

h Ezech. 2. Verba sunt Symmachi Papæ in cap. *Non nos*, &c.

i Id est per bonos actus, vt glossa explicat.

Hac sanctitate considerata altissimè in supremæ potestatis plenitudine radicata, datum est Romano Pontifici nomen admirationis *Papa*, quod licet aliis magnis Ecclesiæ primatibus tributum quandoque fuisse reperiatur, per Antonomasiam nihilominus soli Rom. Pontifici fuisse certum est, prout doctores ostendunt Syluester, [k] Nauarrus & alij, quorum fontes lector studiosus adire poterit. Licet propter singularem reuerentiam S. Petro Christi Domini vicario ab vniuersa semper Ecclesia exhibitam nullus Pontificum augusto S. Petri nomine insigniri voluerit, imò etiam si qui ante euectionem ad summum Pontificatum Petri nomen in baptismo assumpsisset, illud factus Pontifex nullo modo retinuerit, sed illud in sua consecratione in aliud præ magna modestia, humilitateque mutauerit, vt Sergius 4. qui ante cum esset Episcopus Albanensis Petrus appellabatur, vt patet ex eius sepulchrali inscriptione, in qua hæc inter alia.

[l] *Albanum regimen lustro venerabilis vno*
Rexit, post summum ducitur ad solium.
In quo mutato permansit nomine præsul,
Sergius ex Petro sic vocitatus erat.

In hac verò suprema Monarchicaque Ecclesiæ dignitate Romanos Pontifices S. Petro pro ratione temporũ successisse communis est Spiritus sancti doctrina, cuius vocibus SS. Patrum aures in Concilijs generalibus vndique passimque pro hac veritate circumsonuerunt: quæ commemorare longius esset, ideò strictim quędam delibabimus. Adde quod grauissimi nostræ ætatis doctores in hac materia copiosè eruditè, atque diligenter laborauerint. Audiit à Spiritu sancto Concilium 1. Nicænum [m] dicente, intusque docente; *Ecclesia Romana semper habuit primatum:* quem porrò primatum nisi quo potitus est S. Petrus? quas voces idem Dei spiritus in corda oraque sanctorum patrum qui [n] Calchedonensi Concilio intererant, vt eadem ore proferent ad salutem Ecclesiæ transtulit. Quo diuinitus afflati patres, ac prælati primo Concilio Cõstantinopolitano præsentes, ad Da-

k Syluester verbo Papa n. 1. Nauarr. to. 1 in cap. *Non licet*. 12. q. 2. p. 194.

Cur Petri nomen nullus Rom. Pontif. assumere voluit.

l Epitaph. Sergij Papæ.

Quædam citantur Conciliorũ œcumenicorum testimonia.

m Concil. 1. N. can. c. 6.

n Concil. Calchedon. act. 16.

a Concil. 2. generale Cõstantinopol. 1. act. 16 Epistola Concilij Constantinopolit. ad Damasum.

* Ephesini Concilij 10. 2. cap. 16.

a Concil. Calchedon. act. 2. Idem act. 3 Epistola Concilij Calchedon. ad S. Leonem.

A masum Papam * epistola missa Rom. Pontificẽ vniuersalis Ecclesiæ caput esse, se verò membra confessi sunt, cui propterea omnem principatum & honorem præcipuum conseruari oportere secundũ diuina & Ecclesiastica iura proclamarũt. Eadem S. Spiritus vox * in Ephesino Concilio audita est per os sanctorum præsulum Cælestinum Papam ordinarium S. Petri Apostolorum principis successorem appellantis. Sic Calchedonensis [a] Concilii, cuius supra meminimus, sexcenti triginta sex Episcopi à Spiritu sancto interius instructi audita S. Leonis ad Concilium epistolæ lectura, in has ab eo acceptas voces veritatis exclamauerunt: *S. Petrus per Leonem locutus est.* Postea actione sequenti iudicium condemnationis in Dioscorum proferentes addiderunt: *Leo Petri Apostoli præditus dignitate Dioscorum deposuit.* Eumque S. Leonem epistola ad eum mis- B sa vocis S. Petri interpretem fuisse confitentur. Ex eiusdem Concil. decretis [b] S. Thom. Opusc. 1. contra errores Græcor. c. 67. ita Rom. Pontificem S. Petri successorem in pari dignitate probat in principio. Ostenduntur etiam (inquit) quod Petrus sit Christi vicarius, & Rom. Pontifex Petri successor, in eadem potestate ei à Christo collata. Dicit enim canon Concilii Calchedonẽs. *Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberam habeat sententiam appellandi ad beatissimũ Episcopum antiquæ Romæ, quia habemus Petrum petram refugij, vt ipsi soli, libera potestate loco Dei sit ius decernendi Episcopi criminati infamiam, secundũ claues à Domino sibi datas.* Et in cõcilio quinto generali sub Vigilio orthodoxi prælati de audacia & C impietate Anthimij Patriarchæ Cõstantinop. hæretica prauitate polluti, & fautorũ ipsius aliorũ hæreticorum Catholicæ zelo inflammati religionis expostulando clamabant: [c] *Contempserunt Rom. Ecclesiam, in qua est successio Apostolorum principis. Quæ sententia contra ipsos tulit.* Conformis est illis præclara illa SS. Patrum Concilij 6. acceptis Agathonis Papæ contra Monothelitas literis confessio: [d] *Suggestiones* (inquiũt) *decretas à Patre nostro Agathone sanctissimo, Archiepiscopo Apostolicæ & principalis sedis antiquæ Romæ tanquã à Spiritu sancto dictatas per os sancti & beatissimi principis Apostolorum Petri, & digito ter beatissimi Papæ Agathonis scriptas suscipio & amplector.* Similis huic synodo Nicænæ secundæ confessio act. 2. vbi epistolam probans Hadriani Papæ ad D Tharasium Patriarcham Constantinop. hæc ait: [e] *Cuius sedes,* scilicet Hadriani Romani Pontificis, *per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet, omniumque Ecclesiarum Dei caput existit, vbi & ipse B. Petrus Apostolus Dei iussu Ecclesiam pascens nil omnino prætermittit, sed vbique principatum obtinuit & obtinet.* Audiant perduelles Apostolicæ sedis, si credendo statutis Concilii œcumenici [f] Lateranensis 4. possint huic cum ratione persuasioni assentiri, quæ supremam S. Petro datã potestatẽ à Deo Romano Pontifici perniciosè denegat, atque latrocinio sacrilego subtrahit, cum huius Concilii tale in lucem decretum prodierit, *Romana Ecclesia disponente Domino super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater omnium fidelium Christi & magistra.* Vel quis in decreta * Concilii 2. Lugdunensis, vt fides Catholica dictat, iurare atque consentire posset, simul & Romanum Pontificem S. Petro in pari

b S. Thom. Opusc. contra errores Græcor. c. 67.

c Concil. generales.

d Concil. 6. act. 8.

e Concil. Nicæn. 2. act. 2.

f Conc. l. Lateran. 4. sub Innocent. 3. c. 5.

* Concil. 2. Lugdun. generale. c. 14.

A dignitate successisse inficiari? cum ab illo Concilio Romanus Pontifex, *Vicarius Christi Domini, S. Petri successor, vniuersalisque Ecclesiæ rector appelletur?* Iam verò qui Achilleum suum robur & arietem contra sanctam sublimemque sedis Apostolicæ potestatem in Concilio Constantiensi, sed male intellecto constituunt, legant huius Concilii sessionem [g] 8. & 13. inuenient huius Concilii decreto sceleratum Vuicleffum hæreseos fuisse condemnatum, quod dixerit Papam non esse immediatum & proximum vicarium Christi: quæ impia assertio 37. ordine reponitur inter eius articulos. Idem Concilium anathemate ferit illos qui dicunt, [h] *Non esse de necessitate salutis credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias.* Quæ decreta Martinus 5. suo postea iudicio comprobauit. Quintum vero La- B teranense [i] Concilium contra omnes gloriæ ac splendoris Apostolicæ sedis inuidos palam ac publicè definiuit *Pontificem Romanum habere auctoritatem super omnia Concilia, & esse de necessitate salutis omnes Christi Domini fideles Romano subijci Pontifici, vt S. Petro in urbe Ecclesia Romæ dum viueret, sedenti, ac vicibus, Christi Domini fungenti.* Mitto Tridentinum sacrosanctum Concilium, nimium, sed iniuriã, Pontificiæ maiestatis sanctitatisque osoribus suspectum & inuisum, quod valde multa in stabilienda hac, quam meritò defendimus, veritate; iactis prius solidæ fidei fundamentis euidentis necessariæque demonstrationis firmamenta columnasque construxerit. Neque moror quoque prouincialia, aliaque particu- C laria Concilia, nimis multa, luce hac clariora pro assertione nostra, ne in immensam molem aggressum opus excrescat. Sacros Ecclesię canones pro hoc instituto perscrutemur: quidque dicant ad errores huic repugnãtes veritati confundendos examinemus. Can. [k] *Factus est Cornelius* 7. q. 1. ex doctrina [l] S. Cypriani educto scribitur S. Corneliũ de Dei Christiq; Domini iudicio creatum fuisse Rom. Pontificem, *Atque locum S. Petri, gradumque cathedræ eius accepisse.* Quod qui negare præsumpserit, atque sic electum locatũque in cathedra S. Petri irritare voluerit, hæretica peste fœdatum esse hæc canonis verba testãtur, *Profanus est, alienus est, foris est &c.* Cui cõformis glossa in [m] Clement. *Ad nostrum, de hæreticis.* Romani autem Episcopi sic electi S. Petri D dignitati supremæ succedentis auctoritatem potestatemque tantam esse in Ecclesia, vt Ecclesia in cap. [n] *Significasti, de electionibus, Romani Pontificis leges à solo Deo pendere*; non à Conciliis, sed potius Conciliorum statuta ab ipso pendere declarauerit. Cuius rei rationem, causamque insinuans, ait, *Quia potestas illius sedis eadem est cum potestate Petri, quæ sicut non est humana, sed diuinæ institutionis, sic est Pontificis Rom. potestas,* testãtibus illis cap. Nouit de iudiciis verbis: [o] *Cum nõ humanæ constitutioni, sed diuinæ innitatur. Quia potestas nostra non ex homine, sed ex Deo est.* Simile habetur in cap. [p] *Quanto*, eodem titulo, & in multis locis tituli de translatione Episcoporum. Ad cuius confirmationem veritatis publicatum fidelibusque significatum est in cap. [q] *Ad honorem*, de auctoritate & vsu pallii, Romanum Pontificem *Potestatis in Ecclesia solum habere plenitudinem.* [r] Cui suffragatur alius Canon ex sancti Gregorii doctrina petitus Decreto 2. q. 6.

g Concil. Cõstant. sess. 8. & 13.

h Idem Concil. art. 42.

i Concil. 5. Lateran. anno, 1512. quod est inter generalia penultimum sess. 12.

Canonibus Ecclesiæ idem probatur quod supra Conciliis probatum est.

k Can. factus est 7. q. 1.

l S. Cyprian. l. 4. epist. 2. ad Antonianũ.

m Glossa in Clement. ad nostram de hæreticis.

n Significasti de electionibus.

Potestas Rom. Pontificis est à solo Deo eadem cum ea quam habuit S. Petrus.

o Cap. Nouit. de iudiciis.

p Cap. Quãto de iudiciis.

q Tit. de translatione Episcop.

r Cap. ad honorem de auctori. & vsu pallii.

s Con decreto 2 q. 6.

Petrum in Rom. cathedra primum sedisse, eique præsedisse. Atque illi Romanum Pontificẽ in plenitudine potestatis successisse confirmans. Propter quæ Agatho Papa[a] in cap. *Sic omnes*. dist 19. hæc in veritate annuntiare non dubitauit: *Sic omnes sanctiones Apostolicæ accipiendæ sunt tanquam ipsius diuini Petri voce firmatæ sint.*[b] Addit glossa in verbo Petri, *Papa sanctitatem accepit à cathedra S. Petri,* vt supra notauimus ex Can. *Non nos*, dist. 59. ex Symmacho Papa & in virtute principatus, quo S. Petrus functus est, quóq; Rom. Pontifex in directionem vniuersalis Ecclesiæ potitur, facultas illi S. Petri successori data est omnia exequendi, siue quæ spectant ad condemnationem, siue quę ad liberationẽ solutionemque criminũ, siue quæ ad quamcumque iurisdictionem tam in foro exteriori quam interiori referuntur sine vl- B lo præuio concilio, aut Aristocratico cœtu, vt patet[c] ex Can. *Cuncta* 9. q. 3. in quo hæc scribuntur, *Cuncta per mundum nouit Ecclesia quod sacrosancta Rom. Ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio, siquidẽ ad illã de qualibet mundi parte appellandũ est: ab illa autẽ nullus est appellare permissus.* Post hęc sic Rom. Pontificis absolutam exprimit potestatem:[d] *Sed nec illa præterimus, quod Apostolica sedes sine vlla synodo præcedente & absoluendi quos synodus iniquè damnauerat, & damnandi nulla existente synodo, quos oportuit, habuit facultatem. Et hoc nimirum pro suo principatu; quem beatus Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper & tenebit.* Propter quem principatum in Romani Pontificis manu à Deo positum, *Constitutio sedis Apostolicæ omnes astringit*, inquit cap.[e] vltimum de cõstitut. *Et Ro- C mano Pontifici semper licuit nouas leges condere*, ex Can.[f] *Sunt quidam* 25. q. 1. contra grauissimum errorem schismaticorum illorum, qui potestatem condendi leges Ecclesiasticas Rom. Pontifici scelerarè subtrahunt: sed solum exequendi canones Ecclesiæ tanquam eius ministro subdito, non capiti ac principi illius, contra quem errorem inferius plura dicentur. Citantur & extant alii canones, qui manifestè auctoritatem Rom. Pontificis non aliam esse ab ea quam S. Petrus exercuit in vita subluniter ostendunt, vt[g] Can. *Nolite errare*, dist. 11. in quo *Romana Ecclesia S. Petri sedes appellatur.* Et Can.[h] *Cum beatissimus* 24. q. 1. pronuntiat *Rom. Ecclesiam in S. Petri, qui Apostolicum à domino accepit principatum, institutis permanere*, vt ostenderet defuncti principis Apostolorum auctoritatem in Ecclesia supremam non obiisse, sed in suo vigore & flore semper in successoris eius ma- D nibus Pontificis Rom. splẽdescere atque vigere. In quam veritatis considerationem S. Bernardus[i] intendens animum, ad Eugenium Papã scribens hæc aurea propeque diuina verba sancto ore profudit: *Locus in quo stas terra sancta est, locus Petri est: locus principis Apostolorum, vbi steterunt pedes eius: locus illius est quem constituit Deus dominum domus suæ & principem omnis possessionis eius.* Quo cedente vita per gloriosum martyrium Deus in eodem loco, Roma scilicet, alium dominum domus suę, scilicet Ecclesiæ, cõstituit, Rom. nempe Pontificem S. Petri successorem, sedis Apostolicæ in vrbe Roma fundatoris quæ idcirco dicitur *Principatum & caput obtinere nationum*, scilicet, inquit canon *Beati Petrus & Paulus* 2. q. 7. *vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis: & vbi gentilium principes habita- A bant, illic Ecclesiarum principes morarentur.* Sed rationes quæ huic veritati, quam colimus, suffragantur audiamus.

a Can. sic omnes, dist. 19.

b Glossa in Can. sic omnes.

c Can. cuncta 9. q. 3. ex Gelasio, epist. ad Episcopos per Dardaniam constitutos.

d Ibid. vers. sed nec illa Can. cuncta 9. q. 3.

e Cap. vlt. de const. *Constitutio sedis Apost. omnes astringit. Semper licuit Rom. Pontifici nouas leges condere.*

f Can. sunt quidam 25. q. 1.

g Can nolite errare, di. 11.

h Can. cum beatissimus Petrus. 24. q. 1.

i S. Bernard. epist. 1 ad Eugenium.

Can Beati Petrus & Paulus. 2 q. 7. ex S Ambros ser. 66. de natal. Apost. Petri & Pauli.

CAPVT III.

Quæ præcipuæ rationes conuincant supremam Ecclesiæ potestatem S. Petro concessam à Domino, ab eodem Domino nostro Iesu in successores S. Petri Romanos Pontifices in pari gradu dignitatis fuisse transfusam.



POSTOLORVM principi ex hac vita mortali in æternam cælestemque bonorum operum in gratia Christi Domini radicatorum meritis euocato, alium qui habenas Ecclesiæ in pari dignitate & auctoritate regeret succcdere debuisse iure diuino, multæ rationes, eæque admodum efficaces ostendunt. Cum enim Christus Dominus Ecclesiã suam vsque ad consummationem sæculi in pleno sanctitatis, rectitudinis, infallibilitatis, salutarisque sapientiæ vigore duraturam condiderit: reginimis ratio postulabat, vt defũcto primo pastore S. Petro vicario suo, aliũ in pari dignitate & auctoritate subrogandum curaret: alias suæ Ecclesiæ perfectioni non satis bene prospexisset. Cum ergo munus pastorale in Ecclesia sua Dominus instituens primo pastori S. Petro contulerit, illud cæteris eius successoribus contulisse ordinariè creditur. Qua de re pręclarè & eruditè[k] Ca- C ietanus. Quod si pastorum pro varietate temporis in Ecclesia Romana sedentium auctoritas & potestas minor esset, quam S. Petri fuerat: sequeretur iam Ecclesiã Dei debilitari ac infirmari in præcipuo membro, nempè in capite: ac per cõsequens nõ esse eandẽ quę fuerat tempore S. Petri, Monarchiæq; illius splendorem, maiestatemque contra Domini decretum, institutumq; grauiter alterari. Huius muneris pastoralis ordinariam dispositionem verba Christi Domini[l], *Pasce oues meas*, ad S. Petrum, quibus illi nominatim totam pascendi oues & agnos curam potestatemq; credidit, ostẽdunt: nõ sic aliis Apostolis & discipulis, quibus non nominatim, sed in genere, nec totã pascendi rationem, sed quasdam regiminis partes, nec simul & semel, sed variis temporibus, ac locis pascendos sui gregis populos tradidit, vt potesta- D tẽ *Ligandi atque soluendi*[m] S. Ioan. 20. alio tempore, *Baptizandi prædicandiq; facultatem.*[n] S. Matth. vltimo: Sic & alio potestatem conficiendi corpus suũ[o] S. Luc 22 aliisque fungendis exercendisque muneribus per partes sine speciali determinatione quoad personas, eos Dominus diuersis tẽporibus ac locis occupauit. Quę quidẽ munera officiaque diuersa quoad res ipsas in Ecclesia quidẽ manent, sed nec locis, nec personis determinata. At successio ordinaria omnis vel locorum est, vel certè personarum. Quamobrem cum S. Petro nominatim in propria persona Christus Dominus promissam, confirmatã variis & illustribus dictis factisque suis designatam ac significatam, reque ipsa collatam totam illam vniuersamque sui regni spiritualis in terris potestatem cum plenitudine crediderit, cui dubium esse potest non solum potestatis, sed & personæ successionem conti-

1 Ratio à conditione ordinaria successionis.

k Caietan. de primatu Rom. Ecclesię, c. 12.

l S. Ioan. 21.

m S. Ioan. 20.

n S. Matth. vlt.

o S. Luc. 22.

nuata temporum feriæ fuiſſe neceſſariam? Exemplo à veteri lege petito facilè veritas hæc illuſtrari poteſt. Quo in poſteris Leuiticæ tribus ſucceſſionem ſacerdotalis honoris perpetuo viguiſſe legimus: quod nominatim Deus cum tribu Leui pactũ inierat, fœduſque pepigerat. Propter quod Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuariẽſis, vt obiectũ Epiſcopi Eboracenſis confunderet, negantis priuilegium à S. Gregorio Eccleſiæ Cantuarienſis datum ſedenti primo Epiſcopo, Angliæ Apoſtolo S. Auguſtino, ad ſucceſſores eius ſedis primi Epiſcopi S. Auguſtini extendẽdũ eſſe, eo quod de ſucceſſoribus eius nulla mentio facta reperiretur: hoc inquam obiectum, inanemq; tergiuerſationem & effugiũ ſic exemplo à ſimili petito eluſit exploſitque confutando. *Porro quod dicis*, inquit ad hunc Epiſcopum Eboracenſem, *potuiſſe B. Gregorium, ſi voluiſſet ſucceſſoribus Auguſtini confirmare dicto quod conceſſerat Auguſtino; verum omnino eſt, nec poteſt ambigi: ſed quod quaſi præiudicium hoc Cantuarienſi ſedi affers? A ſimili cauſam proponam. Nam quando Dominus Saluator noſter Ieſus Chriſtus dixit B. Petro: Tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam, & tibi dabo claues regni cælorum, potuiſſet adiycere ſi voluiſſet, eandem poteſtatem ſucceſſoribus concedo, verum dicti prætermiſſio nihil reuerentiæ imminuit ſucceſſoribus Petri: ibis ne his verbis obuiam? Referes ne aduerſa? Enimuerò omnium conſcientijs eſt inditum, vt nihil minus quam beato Petro, ſucceſſoribus eius & minantibus attremant, & ſerenam dignitatem indulgentibus gaudenter applaudant. Eſtque tunc demum rerum Eccleſiaſticarum rata diſpenſatio, ſi ſucceſſorum B. Petri fuerit comprobata iudicio. Quid illud agit; niſi vis diuinæ liberalitatis per Dominum Ieſum in vicarios ſuos à B. Petro diffuſa?* & ſeq.

Malach. 2.

Lanfranc. in Concil. Anglicano contra Eboracẽſem Epiſc.

Hoc porrò pro ſecunda ratione firmum eſt à minore ad maius argumentum. Quis enim poſſet cum leuiſſima quidem rationis ſcintilla credere in antiqua lege Synagogæ principem & maximũ Pontificem Deum præficere voluiſſe ordinarium, in pari cum Aarone primo Pontifice ſummo poteſtate, ad cuius tribunal omnes de fide, lege, religioneque quæſtiones & controuerſiæ ſoluendæ dirimendæque traducerentur: Et ſimilem principem rectoremque ſummum pari cum B. Petro dignitate potientem in ſuæ lege gratiæ, cuius antiqua tantum erat vmbra, Eccleſiæ Euãgelicæ ſibi chariſſimæ ſponſæ, quæ tota pulchra eſt ſine macula, denegare voluiſſe: vt ſic Synagogâ ipſâ abiectior atq; deterior haberetur? Hęc ratio nimium aduerſarios pungit & vrget. Contra quam rationem Caluinus duplici inſurgit cauillatione, vt eam malitioſe ſi poſſit, eludat. Prima, vnum principem vni genti præfici, vt Iudaicæ, commodum eſſe, vniuerſo autem orbi minimè. *Perinde enim*, inquit, *hoc eſt ac ſi quis contendat totum mundum à præfecto vno debere regi: quia ager vnus vni domino paret*. Altera, *Quia*, inquit, *ille ſummus Pontifex in veteri lege ſolius Chriſti figura erat: Non enim in doctrina modo, ſed in propitiatione Dei, quæ per mortem Chriſti facta eſt, conſiſtit hoc Sacerdotium*. Primam cauillationem confundere leue eſt: ſi dicamus totius mundi adminiſtrationem vnius imperio directionique idcircò credi non poſſe, quia non vna eademque ciuilis politia mundi eſſe poteſt: Nec ſi poſſibilis eſſet, non tamen bene conueniẽs propter varios homi-

2 *Ratio à minori ad maius, in veteri lege fuit maximi Pontificis ordinaria ſucceſſio, ergo multò magis in noua lege.*

Duplex Caluini cauillatio contra hanc rationẽ. Caluin. l. 4. inſtit. c. 6.

1. *Cauillatio exploditur.*

num mores ingeniaque diuerſa, quæ variam regiminis legumque formam neceſſariò requirunt & poſtulant, prout fert locorũ, affectionum humanarumque cõſuetudinum diuerſitas: quod etiam illa vniuerſi orbis adminiſtratio ab vno neceſſaria minimè dicatur, patet ex eo quod nec regiminis nec legum vniformitas omnibus populis neceſſaria eſſe credatur. De regimine conſtat, quia quælibet natio ac regio ſocietaſque populorum eiuſdem patriæ iuſtè poteſt riteque aut Monarchico, aut Ariſtocratico, aut Democratico, aut alio, ſi quod præter hæc ſit legitimum, regimine gubernari: nec vniformitas legum neceſſaria dicẽda eſt, cum pax humanaque ſocietas variarum diuerſarũque legũ præſcripto inſtitui, conſeruari, augerique honeſtè, commodè, vtiliterque poſſit. At in Eccleſia Chriſti Domini longè diuerſa ratio, in qua fidei vnitas, ſacramentorum communio, doctrinæque conformitas, non ſolum poſſibilis & conueniens, ſed etiam neceſſaria maximè creditur, vt videre eſt apud S. Auguſtinum libro de vera religione. Ad explodendam alteram cauillationem minus negotium eſt, quæ & contra ipſum Caluinum noſtræ defenſioni ſuffragari poteſt. Nam ipſe ſummus nouæ legis Pontifex non minus, imò multò magis, quam veteris magnus ſacerdos in vtroque à Chriſto Domino, non ſolũ docendi, ſed & propitiandi Deum virtutem poteſtatemque deſumpſit: commemorationem mortis ipſius in tremendis myſterijs replicãdo; actionemque ipſius Domini in cæna peractam ſacra imitatione faciendo: quæ commemoratio illa ſola eſt: *Quæ propitium facit Deum*, teſte Origene. Et quoniam hanc propitiationem in ſacris myſterijs impius hæreſiarcha cum ſectatoribus ſuæ impiæ doctrinę peſte contaminatis execrabili, mendacio, ac pertinacia pernegat & inficiatur: cõtra eundẽ ſceleratiſſimum ſathanæ miniſtrũ alia ratione cauillationẽ ab abſurdo deducta obruemus. Quo ſi verũ aſtruat Caluinus, nõ modo ab Eccleſia Dei Rom. Pontifex relegatus arcebitur, ſed etiam reliqui Eccleſiæ paſtores maiores & minores ab eadẽ ſponſa Chriſti D. excluſi relegabuntur. Quod illi ſecundum huius hęreſiarchę, eiuſq; ſimilium peſtilentes errores, hac propitiandi Deũ poteſtate non accepta, dataq; à Chriſto Domino deſtituantur: & ex conſequenti etiã docendi virtute facultateque careant. Quoniã ex contagioſa ipſius doctrina, ſic ambæ facultates propitiandi & docendi amica coniuratione nectuntur, vt dempta vna, altera in aliquo ſubſiſtere nullo modo poſſit. Sic omnis Eccleſiaſticus ordo inanes abibit in auras: hocq; pacto Eccleſia Dei auulſis ab ea paſtoribus, ex doctrina Caluini qui Eccleſiam ſine paſtoribus vigere poſſe negat [a] l. 4. inſtit. ſpiritũ efflãdo peribit. Hinc atrociſſima in Chriſtũ blaſphemia, tanquã immaniſſima furia frænis inferni ſoluta per orbem Chriſtianũ bacchando prodibit, illũ indigniſſimè mentitum vociferans, cũ ſuam Eccleſiam ſine ruga ac macula vſque ad conſummationẽ mundi duraturã certiſſimo vaticinio aſſeuerauit: cumq; S. Petro hæc de ſua Eccleſia ſpoponderit, [b] *Et portæ inferi non præualebũt aduerſus eã*. O cæca hæreſiarchæ ſceleratiſſimi infœliciter inſania nõ videntis quã ex vno dato abſurdo multa ſequantur! Si tertiã rationẽ bene ac diligenter attendamus, eam non minoris roboris prioribus inueniemus, quæ petitur à dominatione huius poteſtatis ſupremæ ſupernaturali facta

D. Aug. l. de vera religio. c. 5. & c. 25.

Altera Caluini exploditur cauillatio.

Orig. homil. 13. in Leuit.

a Caluinus l. 4. inſtit. c. 3. §. 4.

Quanta abſurda ex cauillatione Caluini.

b S. Matth. 16.

3. *Ratio à donatione poteſtatis ſupernaturalis facta per Chriſtum.*

A per Christum quæ alteri compettre nequit, nisi cui Christus ipse Dominus contulerat, aut pro personarum morti obnoxiarũ varietate diuersis confert, largiturque temporibus. Atqui hanc potestatis summæ in Ecclesia soa vt perpetuò duraturæ donationem Christus Dominos non fecit nisi S. Petro: proinde illum esse Dominom qui eius successoribus Rom. Pontificibus conferat, fateamut necesse est. Sicur enim potestas illa in Ecclesia summa & sublimiter excelsa à Christi Domini douo supernaturali dependẽs à principio profluxit, vt nasceretur incipiens esse, ita vt nata perperuò conseruetur, ex simili Christi Domini dono & influxu diuino pendere fateri veritate conuincente prouocamur.

Obiectio.

Neqoe ratio alicuius est valoris, dicentium illam supremam potestatem donari quidem à Christo Domino, sed non immediato influxu, sed interposito hominum consensu & electione: quoniam quamuis aliquem hominum concursum qui in locum defuncti Põtificis successorem eligant, necessarium quidem esse fateamur:

Responsio.

B tamen notandum maximè potestatem illam in Ecclesia supremam per homines tanquam per causam per se, vt ita dicã, minimè conferri, cum nemo det quod non habet; neque vnquam Christus Dominus hane potestatem aut Ecclesiæ, aut alijs hominibus vt illam possent in alium transferre contulisse credatur. Propterea illam à Christo Domino S. Petri successoribus immediatè collatam fuisse ingenuè fateri, præque nobis, vrgente ratione, ferre debemus. Hinc [a] Hadrianus Papa epistola ad Imperatorem Constantinum, quæ in 7. synodi actione 2. refertur in additione quæ incipit: *Si verò*, præclarè sapienterque proclamauit: *Per continuam in S. Petri sede successionem, verbum Christi Domini adimpleri: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam,* &c.

a Hadrian. Papa ad Imp. Constant. act. 2. synod. 7.

C Hæc egregia postea subiungens: *Ab ipso Redemptore mundi B. Petro Apostolo principatus ac potestas data est, & per eundem Apostolum Catholica & Apostolica Ecclesia Romana vsque hactenus tenet principatum, & potestatis auctoritatem.* Hac veritate per Spiritum Sanctum Constantiensis synodus fœliciter animata impios contra illam, atque detestabiles hæresiarchæ Vuicleffi damnauit errores, vt illum sess. 8. [b] *Papa non est immediatus & proximus vicarius Christi:* [c] & sess. 15. illum ordine septimum: *Petrus non fuit nec caput Ecclesiæ S. Catholicæ.* Item illum 13. *Papa non est manifestus & verus successor Petri.* Et illum 27. *Non est scintilla apparentiæ, quod oporteat esse vnum caput in spiritualibus regens Ecclesiam quod semper cum ipsa Ecclesia militante conuersetur & conseruetur.*

Errores Vuicleffi contra primatum Rom. Pontificis, in Concil. Constantiensi damnati.

b Sess. 8.
c Sess. 15.

D Si vlterius in alias rationes intendamus, non erit contemnenda ratio illa quæ ab officio pastoris petita magnas nobis vires sufficiet ad assequendum illud quod nostra collimat assertio. Certum enim est à Christo Domino S. Petrum vniuersi sui ouilis Christiani generalem supremumque pastorem fuisse cõstitutum. Pastoris verò munus ouium directionem importat ordinariam, sine qua ouile subsistere non potest. Est enim pastor in Ecclesia Dei, quæ citus spirituale est ouile, perpetui ouilis officii nomen, quo destitui Ecclesia, si salua esse velit, nullo tempore potest. Propter quod Christus Dominus seipsum pastorem vocauit, [d] *Ego sum pastor bonus*; officium boni pastoris diligenti examine describens, illumque à mercenario latroneque

4. Ratio ab officio pastorali.

d S. Ioan. 10.

A segregans, qui sua veridica voce decernendo pronuntiauit, futurum vsque ad consummationem mundi vnum ouile & pastorem vnum: vnã videlicet Ecclesiam, & vnum caput visibile, qui in æternum Ecclesiæ huius militantis, quousque Ecclesiæ triumphantis consortio copularetur, clauum affixus in Apostolica puppi moderaretur. Ibid.

At constat quæ ordinaria sunt per successionis ordinem seriemque perpetuari, quandiu huiusmodi potestatis obiectum manet. Igitur cum S. Petrum Christus Dominus summum ouiũ suarum pastorem instituerit, quarum duratio generatioque non sit interruptionem sensura vsque ad finem sæculi, quis est qui ancipiti contentione distractus dubitare possit, custodiæ regiminique ouium illarum perpetuo quandiu durabit hic mundus victurarum præficiendum semper

B esse pastorem in locum defuncti principis Apostolorum? Quæ ratio S. [e] Chrysostomo persuasit vt credendo diceret: *Christum ouium suarum curam tum Petro, tum Petri successoribus commisisse.* Atque ille pastor dicitur caput gregis fidelis rationis gratiæque diuinæ compotis visibile eiusdẽ cum grege naturæ & conditionis humanæ adeò in Ecclesia necessarium, quoad viuet (viuet autem in æternum dum genus hominum in terris extabit, dum fideles in hoc mundo viatores in soo corpore peregrinabuntur) vt sine hoc deformis, acephala, sine rectore vaga, sine directione turbida, nõ pacifica, regiminis dissidio conflictata, vnionis sanctæ desiderio contabescens non viuere sed languere potius funesto propinquæ funeri videatur.

e S. Chryso. l. 2. de sacerdotio.

Caput visibile præter Christum Dominũ semper & omnino sit in Ecclesia necessarium, vt sine hoc salua & incolumis Ecclesia non possit vllo modo subsistere.

5. Ratio à custodienda vnitate inuiolata Ecclesiæ petita.

C Propterea inquit [f] S. Hieronymus: *Inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto schismatis tollatur occasio.* Temporibus Apostolorum sanctissimus grauissimosque doctor constitutionem visibilis in Ecclesia capitis omnino credidit esse necessariam, vt vnitatis sanctæ vigor & splendor à Deo constitutus inuiolabili religione custodiretur: Quantò magis illud caput in vniuersa Ecclesia per vniuersum orbem sparsa voluentibus sæculis vsque ad mundi huius finem ac terminum necessariũ esse credere debemus? vt pax illa sancta, Christianaque vnitas per omnes fidelium congregationes societatesque, quæ Dei Ecclesiæ appellantur, diffusa fœliciter vbique seruetur? cum illo capite ad inuiolabilem huius sanctæ vnionis ab omni liberæ

f S. Hier. l. 1. contra Iouinian.

D schismate conseruationem Apostoli ipsi opus habuerint? [g] qui *primitias Spiritus & gratia habentes*, ab ea excidere facilè non poterant, periculoque schismatis obnoxii minimè crederentur? Nihilominus tamen vt forma & exemplum essent Ecclesiæ futuræ, singulari Dei prouidentia in ipsis Apostolis hoc factũ est. [h] *Vna est singularis cathedra* (inquit Optatus) *in qua prior sedit Petrus, vt in illa vnitas ab omnibus seruaretur.* Et S. Cyprianus, [i] *Hoc fuerunt cæteri Apostoli quod & Petrus*, scilicet ratione Apostolatus, non pastoralis dignitatis: *Sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt vna Ecclesia monstretur.* Sic S. Leo continuationem in Ecclesia necessariam visibilis capitis, insinuans quod cætera mystici huius corporis membra dignitate & auctoritate supereminerer, sese in hæc præclara verba sublimis eloquentiæ diuinitus effundebat. [k] *Sacerdotium cum sit dignitas communis, non est tamen ordo generalis: Quoniam & inter beatissimos Apostolos in similitudinem honoris fuit quædam discretio potestatis, & cum omnium par esset electio, vni*

g Rom. 8.

h Optatus l. 2. contra Parmenianum.

i S. Cyprian. l. de vnitate Ecclesiæ.

k S. Leo epi. 82. ad Anastat. Episc. Thessaloni.

A *tamen datum est vt cæteris præemineret: De quaforma & Episcoporum quoque est orta distinctio, & diuina dispositione promisum est ne omnes sibi omnia vendicarent, sed essent in singulis prouinciis, quorum inter fratres haberetur prima sententia: & rursus quidem in maioribus vrbibus constituti sollicitudinẽ susciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil vsquam à suo capite dissideret.* De quo capite visibili prçter S. Petrum, hæc alibi: [a] *Petro singulariter potestas datur, Quia cum eluEcclesiæ rectoribus Petri forma proponitur, manet ergo Petri priuilegium vbicumque ex ipsius fertur æquitate iudicium.* Et rursus in eodem loco: [b] *Ita diuinæ gratia ordinatur auxilium, vt firmitas quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur*, & à Petro per Christum in eius successores fides potestasque deriuatur, vt hæc eiosdẽ S. Patris verba testantur. [c] *De cuius*, scilicet Petri, *principali æternoque præsidio, & Apostolici operis munimen accepimus, quod vtique ab opere suo non vacat: & firmitas fundamenti, cui totius Ecclesiæ superstruitur altitudo, nulla incumbẽtis sibi templi mole lassescit. Soliditas enim fides quæ in Apostolorũ principe laudata perpetua est.* [d] *Et sicut permanet quod in Christo Petrus credidit, ita permanet quod in Petro Christus instituit*, scilicet suprema Ecclesiæ potestas in Romano Pontifice Petri successore, vt illa illius verba inferius locata declarant, [e] *Si quid itaque*, inquit, *à nobis*, scilicet in cathedra S. Petri sedentibus, *rectè agitur, recteque discernitur: si quid à misericordia Dei quotidianis supplicationibus obtinetur, illius est operum atque meritorum, cuius in sede sua viuit potestas, & excellit auctoritas* &c. Hanc S. Petri auctoritatem in suis successoribus Rom. C Pontificibus vigere credens Petrus Chrysologus [f] ita ad Eutychem scribebat, *In omnibus hortamur te frater honorabilis, vt his quæ à beatißimo Papa Romanæ ciuitatis præscripta sunt, obedienter attendas: Quoniam B. Petrus qui in propria sede*, scilicet Romana, *& viuit & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio pacis & fidei extra consensum Rom. ciuitatis Episcopi causas audire non possumus.*

a Idem Ser. 3. in anniuersar. die suæ assumptionis.
b Ibid.
c Ibid. fol. 4.
d Idem serm. 2. in anniuersario.
S. Petri auctoritas in suis successoribus Rom. pontificibus viget.
e Ibid.
f Epist. Petri Chrysologi ad Eutychẽ.

Denique pro ratione vltima nemini fidelium dubium esse potest, quin virtus fratres, id est Catholicos vereq; Christianos confirmandi in Ecclesia sit perpetua: quæ virtus alteri credi non potest ex plenitudine potestatis, quam sedenti in Cathedra S. Petri Romano Pontifici, pro quo Dominus cũ pro S. Petro rogauit, Patri suo supplicasse creditur. Itaque hæc verba Domini, [g] *Rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua* &c. non solum ad S. Petrum, sed etiam ad omnes eius successores in D Rom. solio iura dicentes Ecclesiastica pertinere [h] SS. Marcus, [i] Lucius & Fælix [k] Romani Pontifices disertis eruditisque documẽtis asseuerarunt. Quam firmitatem stabilitatemque rectitudinis in fide sibi S. Cyprianus veritate Catholica persuadens palam professus est. [l] *Ad Romanam fidem perfidiam accessum habere non posse*, sicut post eum S. Hieronym. dicens contra Ruffinum, [m] *Scito*, inquit, *Romanam fidem Apostolico ore laudatam huiusmodi præstigias non admittere.* Eadem Catholica veritate permoti Episcopi Tarraconenses Hilario Papç scribebant [n] *Ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam: inde responsa quærentes, vnde nihil præsumptione, sed Pontificali totum deliberatione præcipitur.* Propter quæ S. Ignatius Epistolam ad Romanos hac inscriptione decorare voluit: [o] *Ignatius* A *Ecclesiæ sanctificatæ ἥτε προκάθηται ἐν τόπῳ χωρίου ῥωμαίων. Quæ præsidet in loco regionis Romanorum.* Sed vt inceptam instituti nostri probationem solidius veritate Catholica corroborati persequamur: quam verè verba Christi Domini diuersa ad S. Petrum directa, vt eius in vniuersam Ecclesiam summa potestas significata confirmaretur, ex intentiooe eiusdem Christi Domini Romanis Pontificibus accommodentur ex sanctorum vetustorumque Patrum doctrina attentè consideremus.

Ratio 6. & vltima virtus confirmandi fratres in Ecclesia perpetua est.
g S. Luc. 22.
h Marcus Papa Epist. ad S. Athanasiũ.
i Lucius Ep. contra consulta Episcoporum Gallorum & Hispanorum.
k Fælix Epist. ad Benignũ.
l S. Cyprian. l. 1. Epist. 3.
m S. Hieron. Apolog. 3. contra Ruffinum
n Episcopi Tarraco. Ep. ad Hilarium Papam.
o S. Ignatius in inscriptione Epist. ad Romanos.

CAPVT IV.

B Quod hæc verba Domini: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis*, &c. Non solùm sancto Petro, sed etiam eius successoribus ex doctrina SS. vetustorumque Patrum verè dicta esse credantur.

NON sensum animi nostri particularem sectantes, sed mentem sanctorum antiquorumque patrum amplexantes, Christum Dominum in illis verbis loquendo S. Petro, etiam sua ad venturos pootifices Romanos verba direxisse, imprimis ex [p] sancto Anacleto, qui Ecclesiæ Dei anno Domini 84. C retinacula tenuit intelligemus clarissimè verba Domini. *Tu es Petrus*, sic Rom. Pontificibus accommodante: *Quod si difficiliores ortæ sint quæstiones aut Episcoporum vel maiorum iudicia, aut maiores causæ fuerint ad sedem Apostolicam* (si appellatum fuerit) *referantur. Quoniam Apostoli hoc statuerunt iussione saluatoris, vt maiores & difficiliores quæstiones semper ad sedem Apostolicam deferantur, super quam Christus vniuersam construxit Ecclesiam, dicente ipso ad beatum Apostolorum principẽ Petrum. Tu es*, inquit, *Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* [q] Et Epist. 3. cap. 3. virtutem energiamque horum Christi Domini verborum *Tu es Petrus*, &c. Romanæ Ecclesiæ præsulibus accommodans, sic illius Ecclesiæ primatum super omnes Ecclesias, à Christo Domino immediatè collatum infert. *Hæc sacrosancta Romana & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed* D *ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias ac totum populi gregem assecuta est. Sicut ipse beato Petro Apostolo dixit: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam &c. Prima ergo sedes est cælesti beneficio Romana Ecclesia: quam beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio consecrarunt.* Sic Roma quæ prius erat cacodæmonis artificio omnium errorum mater & altrix, excussis tenebris & vanis superstitionum ritibus abiectis filiorum Dei exorto sole iustitię facta est gloriosa propagatrix.

p Epist. 1. anno 84.
Ad sedem Apostolicam maiora iudicia sunt deferenda.
q S. Anacl. Epist. 3. c. 3.
Romana sedes à Deo non ab hominibus immediatè instituta.

Alexander primus horum Christi Domini verborum virtute fretus apicem summæ potestatis à Christo Domino in Ecclesia Romana constitotum esse crèdebat, hæc Epistola prima dicens. [r] *Relatum est ad huius sancta & Apostolica*

r Alex. 1 Ep.

sedis apicem, cui summarum dispositiones causarum & omnium negotia Ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicente principi Apostolorum Petro. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Iisdem Christi Domini verbis ad Petrum Pius 1. caput omnium Ecclesiarum, Romanam sedem ab eodem Domino constitutam esse memoriæ & posteris sæculis asserendo prodidit hoc tenore verborum.[a] *Christus hanc sanctam sedem Apostolicam omnium Ecclesiarum caput esse præcepit, ipso dicente principi Apostolorum. Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.*

a Pius 1. Ep. 2.

Iulius primus Orientales Episcopos reprehendens, quod Synodum Antiochiæ se inscio & inconsulto conuocassent, quam eleganter & præclare verba hæc Domini ad sanctum Petrum Romanæ Ecclesiæ eiusque pastori accommodauerit, tales ipsius ad illos Episcopos sermones ostendunt.[b] *Decuerat vos aduersus sanctam Romanam Ecclesiam & Apostolicam limatè & non ironicè loqui, quoniam & ipse Dominus noster Iesus Christus eam decenter allocutus ait, Tu es,* inquit, *Petrus, & super hanc petram &c. Habet enim potestatem singulari priuilegio sibi concessam, aperire & claudere ianuas regni cælestis quibus voluerit* &c. his dictis ista in eorum reprehensionē subiunxit. *Cur nobis inconsultis Episcopos in eam synodum cōuocastis, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostri interfuit legatio? Canonibus quippe in Nicana Synodo iubentibus non debere præter sententiam Romani Pontificis, vllo modo concilia celebrari, nec Episcopos damnari: aut cur in prædictorum loco fratrum alios adulteres posuistis, antequam penes nos aut apocrisarios nostros eorum causa canonice esset examinata, finemque perciperet rerum* &c. Post hæc addit[c] *Quibus ita gestis scripsi vobis & omnibus qui in Antiochiam contra Apostolicam canonicamque regulam nobis inconsultis fueratis congregati, arguens vos primum de moribus litterarum, deinde cur Athanasium suosque consectatores ad vestrum concilium conuocassetis, canonibus scilicet præcipientibus nihil extra Romanum decerni Pontificem, cui hæc & maiora Ecclesiarum negotia tam ab ipso Domino, quam ab omnibus vniuersorum conciliorum fratribus, speciali priuilegio contradita sunt* &c. Propter quod sanctus Gregorius in eos mundi principes, qui tyrannicè Romanæ Ecclesiæ iura prædari non perhorrescebant inuehens, iustoque domus Dei zelo percitus dicebat: *Rex iu tantum sua temeritatem extendit vesania, vt caput omnium*[d] *Ecclesiarum Romanam Ecclesiam sibi vendicet, & in domina gentium terrenæ suæ potestatis vsurpet. Quod omnino ille fieri prohibuit, qui hæc beato Petro specialiter commisit dicens: Tibi dabo claues regni cælorum,* &c.

b Iulius 1 Ep. 2. ad Theodosū, Theogonium, Eusebium, & cæteros orientales Episcopos, anno 337.

c Ibi Iulius 1.

Grauiora Ecclesiæ negotia causæque maiores ad Rom. Pontificem decidenda, conuocari non solū generalia concilia decreuerunt, sed etiam ipse Dominus ordinauit.

d S. Greg. in Psalm pœnit. 5. in hunc versum, tota die exprobrabāt mihi.

Sergius Cyprius Epistola ad Theodorum Papam ex verbis Domini sublimitatem Monarchici principatus Romani Pontificis professum deriuatamque professus sic scribebat ad illum.[e] *Sanctissimo & beatissimo à Deo honorabili Domino meo, patri patrum Archiepiscopo & vniuersali Papæ Domino Theodoro Sergius humilis in Domino salutem. Firmamentum à Deo fixum, firmum & immobile atque tituli formam lucidissimam fidei vestram Apostolicam sedem constituit. O sacer vertex, Christus Deus noster, Tu es enim sicut diuinum veraciter pronunciat verbum Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ confirmatæ sunt: Tibi & claues regni cælorum commisit, atque ligare & soluere potestatiue, quæ in terra & quæ in cælis sunt promulgauit. Tu prophanarum hæreseon depositor existis, vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei. Igitur ne despicias Patrum tuorum, scilicet antiquorum Pontificum Rom. pater fidem æstuantem, & ab aliquibus hæreticis ventis violentatam, nec non periclitantem, resolue nebulam insipientium, lumine tuæ sapientiæ diuinæ, ô sanctissime* &c.

e Sergius Cyprius Ep. ad Theodorum Papam.

Hoc patre longè antiquior sanctus Cyprianus[f] ex illis Domini verbis, contra Nouatianos disputans, illos ad Cathedram sancti Petri, scilicet Romanam sedem verbis charitatis feruore aculeatis, atque commiseratione super eorum perditione lugubribus compellabat, vt in vnitatem Ecclesiæ fideique, ex qua rebellione sua fuerant egressi, magna perculsi contritione, reuerterentur.[g] *Qui Ecclesiæ,* inquit, *renititur & resistit: qui cathedram Petri super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse confidit?* Et l. 1. Epistola 3. sancti Cornelij Romani Pontificis sedem sancti Petri cathedram & Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est appellat, & Optatus Mileuitanus apertè de Romanorum Pontificum cathedra loquens, hæc contra Parmenianum cæterosque eiusdem prauitatis hæreticæ peste contaminatos Donatistas tanquam ardentes sagittas pietatis inflammatas ardore Christianæ iaculatur.[h] *Negare,* inquit, *non potes scire te in vrbe Roma Petro primo cathedram esse collatam, in qua sederet omnium Apostolorum caput Petrus.* Et paulò post: *Contra inferi portas claues salutares accepisse legimus Petrum principem nostrum: vnde est ergo quod claues regni vobis vsurpare contenditis, qui contra cathedram Petri, vestris præsumptionibus & audaciis, sacrilegio militatis?*

Christus Dominus nō minus dedit claues regni cælorum Rom. Pontificibus quam S. Petro. Romanus Pontifex omnium destructor hæreseon.

f l. de vnitate Ecclesiæ.

Ex verbis Domini, sedem Romanam Cathedram S. Petri vocat supra quam fundata est Ecclesia Dei.

g S. Cypr. l. 1. Epist 3.

h Optatus contra Parmenianum l. 2.

Ioannes Constantinopolitanus Patriarcha ad Papam Hormisdam scribens propter hæc verba. *Tu es Petrus & super hanc petram* &c. Catholicam sedem in Romana sede inuiolabili obseruatione custodiri ita profitetur:[i] *Quia prima salus est rectæ fidei regulam custodire, & à Patrum traditione nullatenus deuiare: quia non potest Domini nostri prætermitti sententia, dicentis: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede Apostolica inuiolabilis semper Catholica custoditur religio. Propter quod ipsa,* scilicet Rom. sedes, *omnibus maior & prælata est Ecclesiis, quæ non solum canonum & sanctorum patrum decretis, sed Domini saluatoris nostri voce singularem obtinuit principatum; Tu es,* inquit, *Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* &c. Et quam illud clare, his verbis S. Damasus exponit:[k] *Scitis fratres charissimi firmamentum à Deo fixum & immobile, atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est omnium Episcoporum, Apostolicam sedem esse constitutam & verticem Ecclesiarum. Tu es enim (sicut diuinum pronuntiat verbum veraciter) Petrus & super firmamentum tuum Ecclesiæ columnæ (qui Episcopi intelliguntur) confirmatæ sunt, & tibi claues regni cælorum commisi, atque ligare & soluere potestatem, quæ in cælis sunt, & quæ in terris promulgam. Tu prosanatorum hominum & membrorum meorum maxime discipulorū meorum existis, vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei, cuius vice hodie gratia Dei, legatione pro Christo fungimur, & omnes huius sanctæ sedis præsules eius vicem gesserunt, gerunt & gerent.* Quam legationem supremamque potestatem in Ecclesia ipsos pontifices Romanos, à solo Christo D. sicut sanctum Pe-

i Epist. ad Hormisdam.

A Christo Ecclesia Rom. datus principatus.

k Aiehat S. Iulius 1. Ep. 1. ad Episcopos orientales.

l S. Damasus Epist. 2 ad Stephanum & ad concilia Africæ.

Romanos Pontifices sicut S. Petrum suos in Ecclesia sua vicarios statuit Christus. A Christo solo suprema S. Petro potestas Romanis collata pontificibus.

trum accepisse. Gelasius Papa in decreto de apocriphis scripturę locis, hac confirmat sententia: [a] *sancta Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia, nullis synodicis constitutis, cæteris Ecclesiis prælata est, sed Euangelica voce Domini & saluatoris nostri primatum obtinuit: Tu es Petrus, inquientis, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis.* Sanctus Hieronymus intendens in hæc Domini verba, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, applicans hæc de Romana sede Sancto Damaso dicebat. [b] *Ego nullum primum nisi Christum sequens beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri communione consocior: super illam petram ædificatam Ecclesiam scio, quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est: si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio:* Et paulò post; *quicumque tecum non colligit, spargit, hoc est qui Christi non est, antichristi est.* Sanctus Augustinus propter verba Domini, & promissiones eius factas sancto Petro scribit Epistola 162. [c] In Ecclesia Romana semper Apostolicæ cathedræ viguisse principatum: & Prosper Aquitanus æmulator doctrinæ huius patris orthodoxorum doctorum Coryphæi præclaro veridicoque carmine cecinit, quod supra recitatum hic non pigebit iterare. [d]

——Pestem subeuntem prima recidit
Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris
Facta caput mundo, quidquid non possidet armis
Religione tenet.

a Gelasius in decreto de apocriphis scripturæ locis.

b S. Hieron. Epist. 57. ad Damasum Papam anno 380.

c S. August. Epist. 162.

d Prosper. l. de ingratis c. 2.

Huc pręclara illa laudis & honoris nceomia, quibus mirifice in Eugenio Romani dignitatem Pontificis sanctus Bernardus exaltat, referenda sunt. [e] *Age indagemus adhuc diligentius qui sis, quam geras videlicet pro tempore personam in Ecclesia Dei: quis es? sacerdos magnus, summus Pontifex, tu princeps Episcoporum, tu hæres Apostolorum, tu primatu Abel, gubernatu Noe, Patriarchatu Abraham, ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyses, iudicatu Samuel, potestate Petrus, vnctione Christus. Tu es cui claues traditæ, cui oues creditæ sunt. Sunt quidem & alij cæli ianitores & gregum pastores, sed tu tanto gloriosius, quanto & differentius vtrumque præ cæteris nomen hæreditasti.* Cui vt successori S. Petri in cathedra Apostolica iura dicēti, non minus quam S. Petro dixit Dominus. *Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis* &c. Vt S. Victor ad Theophilum Alexandrinum Ægyptiorumque Episcopos: hæc Domini verba ad sanctum Petrum, Romanis Pontificibus accommodans, rescribebat, [f] *Placuit vt accusatus vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis pontificem, qui aut per se aut per vicarios suos eius retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex causam suam agit, nullus alius eius in loco ponatur, aut ordinetur Episcopus. Quoniam quamquam à comprouincialibus Episcopis accusati causam Pontificis scrutari liceat, non tamen definire inconsulto Romano Pontifice permissum est. Cum beato Petro Apostolo, non ab alio quam ab ipso dictum sit*

e l. 3. c. 8. de consider. ad Eugen. Romani Pontificis egregia præconium S. Bernardo.

f Victor 1. Epist. ad Theophil. Alexand. & Episcopos Ægypti.

A *Domino: quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis.* Post hæc concludens, [g] sic Episcoporum Ægypti ausum minime attentandum reprehendit: *Nihil aliud est fratres talis præsumptio, nisi Apostolorum successorumque ipsorum terminos transgredi eorumque decreta violare.* [h] Similia habet Zepherinus Papa Epistola ad Episcopos Siciliæ. *Finis*, inquit, *causæ eius, scilicet Episcopi accusati, ad sedem Apostolicam deferatur, vt ibidem terminetur: nec antea finiatur, sicut ab Apostolis & successoribus eorum olim statutum est, quam eius auctoritate fulciatur.* Et paulò post, [i] *Quia licet in alios transferantur Episcopos*, scilicet iudicia Episcoporum, *Beato tamen Apostolo Petro dictum est. Quæcumque ligaueris super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in*
B *cælis: & reliqua priuilegia quæ soli huic sanctæ sedi concessa sunt, & in constitutis Apostolorum eorumque successorum, aliisque quamplurimis cum eis concinentibus habentur inserta.* A qua sede per rebellionem schismataque seiuncti oec salui esse possunt, nec vllo modo cęlestis regni capaces, vt hęc Rabani Mauri in sancti Matth. 17. verba obseruatione digna demonstrant. [k] *Hæc ligandi atque soluendi potestas quamuis soli Petro data videatur à Domino*, scilicet principaliter & sublimiter, *tamen & cæteris Apostolis datur, nec non etiam nunc Episcopis & presbyteris Ecclesiæ. Sed ideo Petrus specialiter claues regni cælorum, & principatum iudiciariæ potestatis accepit, vt omnes per orbem credentes intelligant, quod quicumque ab vnitate fidei vel societatis illius quolibet modo se*
C *ipsos segregant, tales nec vinculis peccatorum absolui: nec ianuam posse ingredi regni cælestis.* Finem capitis huius cæteris aliorum SS. Patrum Pontificumque testimoniis silentio præteritis, ne longior, [l] quam par est, habeatur oratio, auctoritas Gregorij 7. hæc adferet. *Quis ignorat*, inquit, *vocem Domini nostri Iesu Christi dicentis in Euangelio, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cælorum. Et quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis, & quidquid ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. Nunquid sunt hic reges excepti? aut non sunt de omibus quas filius Dei beato Petro commisit? Quis ergo in hac vniuersali confessione li-*
D *gandi atque soluendi à potestate Petri se exclusum esse existimat?* Scilicet à potestate Romano Pontifici credita, quam habuit sanctus Petrus dum viueret, *nisi forte infelix ille qui iugum Domini portare nolens, diaboli se subiicit oneri, & in numero ouium Christi esse recusat? Cui tamen hoc ad miseram libertatem minime proficit, quod potestatem Petri diuinitus sibi concessam à superba ceruice excutit: quoniam quanto eam quisque per elationem ferre abnegat, tanto durius ad damnationem suam in iudicio portat.* Ad alia Christi Domini verba pergamus.

g Idem S. Victor.

h Ad Episcopos Siciliæ.

i Idem ibi.

k In c. 17. S. Matth. *A sede Rom. diuisi peribit in æternum regni cælestis hæreditate, priuati.*

l l. 8. Epist. 21. ad Episcop. Metensem.

CAPVT V.

Quod hæc verba: *Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*, non solùm in persona S. Petri, sed etiam omnium Romanorum Pontificum eius successorum dicta à Domino iuxta sensum literalem Scripturæ fuisse credantur.

Dominus his verbis & ad S. Petrū & ad o-es successores respiciebat.

SALVATOREM nostrum his Petrum tunc adhuc in lubrico infirmitatis humanæ positum errorique obnoxium, nondum virtute indutum ex alto, verbis astando non solum ad futuram ipsius Petri negationem suæ tempore passionis allusisse, sed etiam longius ad eas tentationes, quas ipse postea non modò, sed eius quoque successores in sede præsidentes Apostolica erant subituri, respexisse sincera veritate in sanctorum Catholicorumque patrum fundata testimoniis didicimus. Ne cum huiusmodi tentationes furiose à Satana erumpentes, eos officio pastorali occupatos, deque Cathedra S. Petri purè fideliterque docentes adorirentur, minime his victi succumberent: sed potenti orationis dominicæ virtute corroborati, de illis prostratis dissipatisque gloriosius exultando triumpharent: eodem plane modo dixit Petro, Ego rogaui pro te &c. quo postea ipsi cæterisque Apostolis suam Ecclesiam repræsentantibus ascensurus in cælum loquebatur:[a] *Ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Quis enim inficiari iure posset, Christi Dominum, considerata eius immensa misericordia prouidentique charitate, de salute Ecclesiæ suæ tamdiu rogaturum pro fide S. Petri peruagata ad posteros, perque omnia Ecclesię membra diffusa, ne deficiat, quamdiu eam diabolus tentatione crudeli peruertere conabitur? At superbia huius infernalis diuinæ maiestatis hostis ascendens semper, huotque immanissimus in salutis humani generis exitium, eum ab hac sua immani teterque tentatione quiescere non patitur, neque patietur vnquam, donec militans stabit Ecclesia. Ergo neque Christum à sua pro S. Petro eiusque successoribus oratione cessaturum fidei certitudine defendimus. Atque eadem certitudine ea quæ dixit Petro, omnibus in eius sede iura dicturis dixisse asseueranter affirmando credimus. Vt non minus Ecclesiæ fides & præfectorum eius in Apostolica sede regnantium, quam ipsius S. Petri in æternum inconcussa maneret.

a S. Matth. 28. v. 20.

Diabolus non cessabit tentare S. Petri successores. sic nec Christus Dominum orare pro illis cessabit.

Doctrina siquidem Catholica persuademur, duo inter alia præcipuè priuilegia à Domino fuisse S. Petro concessa, illique Dominicæ orationis robore confirmata: primum vt in rectitudine fidei immotus semper perseuerando subsisteret, atque in ea, furore quantumuis suæ tentationis immanissimo in illum diabolus arietaret, sine vlla vacillantis animi titubatione firmaretur. De quo hæc dicendo D. Augustinus loquebatur.[b] *Quando rogauit* (inquit) *vt non deficeret fides eius, rogauit vt haberet in fide liberrimam, fortissimam, inuictissimam, perseuerantissimam voluntatem.* Alterum priuilegium est, vt ipse S. Petrus tanquam caput Ecclesię visibile, eiusque pastor supremus in Cathe-

Duo præcipua D. Petro data priuilegia. Primum: Petro peculiare.

b D. Aug. l. de correct. & gratia c. 8.

A dra Apostolica sedens nunquam aliquid à fide Catholica deuium docere posset, siue vt in eius sede succedens aliquis œcumenicus rector & princeps nullo reperiri tempore valeret, qui aliquod dogma erroneum fidei veritati cõtrarium ex eadem sede cathedraque auderet asserere, velletque defendere. Quod postremum priuilegium (vt de primo nihil dicam) S. Petrum pro se suisque posteris ac successoribus à Domino accepisse, quod moriendo ad illos inuiolabili propagatum duratione diffunderet, clara veritate defendimus. *Commune erat omnibus Apostolis periculum*, inquit S. Leo,[c] *de tentatione formidinis, & diuinæ protectionis auxilio pariter indigebant: quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen specialis à Domino Petri cura suscipitur, tanquam aliorum status certior sit futurus, si mens principis victa non fuerit. In Petro* B *ergo omnium fortitudo munitur: & diuinæ gratiæ ita ordinatur auxilium, vt firmitas quæ per Christum Petro tribuitur, per Petrum Apostolis conferatur. Nam & post resurrectionem suam Dominus beato Petro Apostolo post regni claues ad trinam æterni amoris professionem mystica insinuatione ter dixit: Pasce oues meas, quod & nunc proculdubio facit: & mandatum Domini pius pastor exequitur, confirmans nos exhortationibus suis, & pro nobis orare non cessans, vt nulla tentatione superemur. Si autem hãc pietatis suæ curam omni populo Dei sicut credẽdum est, vbique protendit: quantò magis alumnis suis opem suam dignatur impendere, apud quos in sacro dormitionis thoro eadem qua præsedit carne requiescit.* Qua pietatis opera sine fine precando S. Petrus pro successoribus suis infallibilitatis gratiam in illis plenitudinem pote- C statis exercentibus, & omnes in Ecclesiæ circo fideliter contra Dei hostes militantes, tam prælatos, quam populos in verę fidei doctrinęque Christianæ puritate docendo dirigendoque confirmantibus efficaciter corroborat. Sic vt hęc verba Domini, *Tu aliquando cõuersus confirma fratres tuos*: Non solum ad ipsum S. Petrum, sed etiam ad eius successores Rom. Pontifices referri posse debereque videantur. Quis enim cum ratione ac veritate posset asserere S. Petrum passionis tempore omnes fratres (scilicet Apostolos) confirmasse? aut confirmandi alios fratres (scilicet omnes fideles) necessitatem perpetuo in Ecclesia futuram contradicendo impugnare audeat? vt hanc abnuat veritatem, quam boni omnes Catholici mordicus defendendo profitentur, à Christo Domino iniunctam fuisse prouinciam sicut S. Petro in vita sua omnibus eius successoribus in Apostolico solio regnantibus cunctos fideles præfectos & subdi- D tos, qui fratres religione dicuntur, in fide Christianaque sanctitate confirmandi? At confirmandi alios illi exercere prouinciam vtique nõ possent, si in eo in quo alios confirmare se profitẽtur errare posse dicerentur. Nec me valde hæc hæreticorum obiectio mouet dicentium, si quę S. Petro dicta sunt, *rogaui pro te* &c. dicta quoque venturis eius in Romana Apostolicaque sede successoribus esse censeantur: Ergo & illud etiam illis conueniet, *& tu aliquando cõuersus confirma fratres tuos* &c. Si hòc ita est, sequitur necessario Rom. Pontifices teneri aliquando ad negationem Christi Domini instar Petri, & postea ad conuersionem, vt Christi Domini verba compleantur. Egregia vero & tantis errantibus spiritu vertiginis ægrotantibus obiectio! Sed facili responsione explodenda: qua dicimus minime absurdum videri illud

Alterum priuilegium S. Petro cū omnibus Rom. Pontificibus commune.

c S. Leo serm. 2 de natali Apostolorū circa finem.

Quantum prosit assidua Petri oratio apud Deum in cælis successoribus suis.

Confirmare fratres Domi-nus non solū Petro, sed omnibus eius conuenit successoribus.

Confirmare alios in veritate importat magnam in fide constantiam.

Obiectio hæreticorum.

Responsio.

verhum, *conuersus*, referre non ad pœnitētiam S. Petri, sed ad aliorum tentationes; vt sit sensus. Tu confirmatus in fide cum videris quosdam ancipiti contentione distractos, vacillantes atque titubātes animo de fidei veritate vtcumque dubitare; protinus conuersus ad illos ne à sanctitate firmamentoque fidei labantur, illos confirma. Nam horum verborum talem sensum astruere, *Tu à peccato ad pœnitentiam conuersus confirma fratres tuos*, non videtur valde rationi consentaneum nec intentione Christi Domini conforme. Quia Dominus nondū Petro peccatū negationis prædixerat. Absurdum autem constat esse prius conuersionem ad Dominum quàm auersionem, & resurrectionem quam casum enuntiare. Atque hæc Christi Domini forma loquendi ab[a] Hebraismo non valde discrepat, quo repetitio significatur: vt apud Latinos his dictionibus, rursus aut iterū, sicut illud Psal. 84. v. 7. [b] *Deus tu conuersus viuificabis nos*: scilicet tu Domine qui nos occidisti peccatis nostris in gratia tua mortuos iterum viuificabis. Sic hoc loco, *Tu conuersus confirma fratres tuos*, id est[b] sicut ego te confirmaui, tu iterum fratres tuos confirma, & cæteri eius successores confirmati in fide gratia Dei, sic ad instar S. Petri confirmati in gratia confirmandi omnes fideles auctoritatem & virtutem à Deo acceperunt virtute eorum verborum, *Tu aliquando conuersus* &c. Cui interpretationi valde bene Beda subscripsit, [c] licet [d] S. Ambrosij, [e] Theophylacti [f] & Euthymij in hunc locum expositiones non sint negligendæ: qui conuersum à peccato quo Christum negauit interpretantur. Iuxta quam interpretationem respondere commodè ad obiectionem possumus: illud conuerti à peccato non necessario S. Petri successoribus cōuenire: cum tamen necessario illis cōueniat, *confirma fratres tuos*. Quandoquidē peccare, labi, & à Deo longissimè per criminum patrationem recedere, & postea ad Dominum per pœnitentiam reuerti, hominibus quidem conueniunt: sed in quantum priuatæ sūt personæ, & ideo post lapsum resurgere donum personale credimus. Confirmare vero fratres, & ad veræ fidei agnitionē erudire homini proprium est, quatenus caput, princeps, rectorque aliorum est, propterea successores attingit. At ne hæc sine testibus fide dignissimis dicta esse videantur, sanctissimos patres & eos præsertim qui priuilegio diuinæ gratiæ in thronum maiestatis Apostolicæ promoti, S. Petri successores fieri meruerunt, hæc Christi Domini verba S. Petro directa ad eius successores accommodantes audiamus.

Nota.

a Conuersus pro iterum. Psal. 84. v. 7.

b Vide Maldonatum in c. 21. S. Lucæ v. 32.

c In c. 22. S. Lucæ.

d In Psalm. 43.

e Theophylacti. c. 22. S. Luc.

f Euthymij.

Authoritate SS. Patrum quod superius clarissimè monstratur.

Lucij Papæ huius nominis primi qui glorioso martyrio vitā coronauit, ad Episcopos Galliæ atque Hispanię nota sūt illa verè grauiterque dicta:[g] *Ecclesia*, inquit, *Romana Apostolica est, & mater omniū Ecclesiarum, quæ à tramite Apostolicæ traditionis nūquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit: secundum ipsius Domini pollicitationem dicentis, Ego rogaui pro te* &c. In eius assertionis confirmationem Felix 1. Epistola ad Benignum de Romana loquens Ecclesia dicebat, [h] *Vt in exordio normam fidei Christianæ percepit, ab auctoribus suis Apostolorum Christi principibus illibata manet, iuxta illud, Ego rogaui pro te*, &c. Testimonium [i] S. Leonis nuper commemoratum amplissimum & ad nostri instituti confirmationem clarissimum non repeto.[k] Illud breuiter Agathonis Epistola ad Imperatorem Constantinum huius nominis quartum lecta in synodo sexta, act. 4. & postea actione 8. ab omnibus approbata, commemorabo: *Hæc est*, inquit, *vera fidei regula, quam & in prosperis & in aduersis tenuit viuaciter Apostolica Christi Ecclesia, quæ per Dei gratiam nunquam à tramite Apostolicæ traditionis errasse, nec hæreticis nouitatibus vnquam deprauata succubuit, quia dictum est Petro: Simon, Simon ecce Satanas* &c. *Ego autem rogaui pro te* &c. *hic Dominus fidem Petri nunquam defecturam promisit: & confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper cunctis est agnitum.* [l] Si Nicolai primi circa hoc mentem scilcitari voluerimus, illum imperatori Michaeli sic loquētem audiemus. *Priuilegia istius sedis perpetua sunt, diuinitus radicata, atque plantata impingi possunt, transferri non possunt: trahi possunt, euelli non possunt: quæ ante imperium vestrum fuerunt, permanent, Deo gratias, hactenus illibata, manebuntque post vos & quousque Christi nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt.* Post hæc verò rationem reddens, cur tam liberè de his imperatori loqueretur, addit:[m] *Nam & inter cætera is per quem præcipuè ista sunt nobis priuilegia collata: Tu aliquando conuersus, audiuit à Christo, confirma fratres tuos.* Quàm verò verba Domini in persona S. Petri dicta ad successores eius [n] Innocentius 3. referenda esse firmiter crediderit, illa quæ ad Episcopum Arelatensem scripsit inter sacros canones relata testantur. *Maiores*, inquit, *Ecclesiæ causas præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri sedem referendas intelligit, qui nouit pro eo Dominum exorasse, ne deficiat fides eius.* Mitto reliquorum Romanorum Pontificū testimonia. Præter quos alij SS. Patres eumdem de verbis Domini sensum fidemque tenuerunt: vt [o] S. Cyprianus qui propter hæc Domini verba, *ad Romanam sedem perfidiam accessum habere non posse credidit.*[p] Et S. Hieronymus, *Romanam fidem Apostolico ore laudatam hæreticorum schismaticorumque præstigias non admittere*, Ruffino contestatus est. Atque his Christi Domini verbis persuasi ad Hilarium Papam Episcopi Tarraconenses scribebant.[q] *Ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam: inde responsa quærentes, vnde nihil præsumptione, sed Pontificali totum deliberatione præcipitur.* Pręclara hæc apostrophe, qua [r] S. Theodorus Studita Archimandrita Paschasium Papam, ad subueniendum Orientali Ecclesiæ grauiter hæreticorum perditorumque schismaticorum furoribus diuexatæ obtestatur, magnopere nostræ suffragatur intentioni. *Audi*, inquit, *Apostolicum caput, pastor omnium Christi à Deo electe, claniger regni cælorum, petra fidei, super quam ædificata est Ecclesia Catholica* &c. *hinc ades ab occidēte, exurge, & ne repellas in finem. Tibi namque dixit Christus Deus noster, Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Non aliam fuisse [s] sancti Bernardi mentem quàm credere verba Domini non soli Petro, sed omnibus quoque Rom. Pontificibus fuisse dicta, clarum est ex his quæ ad Innocentium 2. scribit eum sic affando. *Oportet*, inquit, *ad vestrum referri Apostolatum pericula quæque & scandala emergentia in regno Dei, ea præsertim quæ de fide contingunt. Dignum namque arbitror ibi potissimum resarciri damna, vbi non potest fides sentire defectum. Hæc quippe huius prærogatiua sedis. Cui enim alteri aliquando dictum est, Ego pro te rogaui Petre, vt nō deficiat fides tua?* Inde subsumit pro vigore bonę conclusionis: *Ergo quod sequitur à S. Petri successore exigitur. Et tu aliquando conuersus*

g S. Lucius Epist. 1. ad Galliæ & Hispaniæ Episcopos.

h Felix 1. Ep. ad Benignū.

i S. Leo supra.

k Ad Const. 4 Concil. 8. act. 4.

l Epist. 1. ad Michael.

m Nicolai 1. Epist. eadem.

n Ad Episc. Arelatens. Epist quæ refertur in c. maiores extra de baptismo & eius effectu.

o L. 1. Epist. 3.

p Apolog 3. contra Ruffinum Papam.

q Epist Episc. Tarrac. ad Hila. Papam.

r Epist. ad Paschasium Papam.

Nota.

s Ep. 190. ad Innocent. 2. Papam.

Fides Catholica in Romana sede deficere non potest.

confirma fratres tuos. Post quæ hoc continenter adiungit per exhortationem: *Id quidem modò necessarium. Tempus est vt vestrum agnoscatis, Pater amantissime, principatum, probetis zelum, ministerium honoretis. In eo plane Petri impletis vicem, cuius tenetis & sedem. Si vestra admonitione corda in fide fluctuantia confirmetis, si vestra auctoritate conteritis fidei corruptores.* Idem S. Pater alibi confundens Romanam Ecclesiam cum Romano Pontifice & illam ab hoc ratione dignitatis supremæque potestatis non discernens, eandem quam prius veritatem his verbis illustrat.[a] *Hinc igitur mater & magistra Ecclesiarum Ecclesia Romana, cui dictum est, ego rogaui pro te vt non deficiat fides tua, in honorem Ioannis Baptistæ, post saluatoris nomen consecrata est & signata: dignum namque erat, vt sententiam sponsi sponsæ sequeretur auctoritas, & singularem amicum eius illuc proueheret, vbi principatum ipsa conscendit: electio proculdubio hac singularis est, in illa ipsa vrbe, Ioannem vendicare primatum Ecclesiæ, quamdiu cæli luminaria morte clarissima consecrarunt. Crucifigitur Petrus, gladiatur Paulus, & dignitas remanet præcursori. Purpuratur Roma multitudine martyrum, totaque sublimitas Beato refunditur Patriarchæ.* Hæc propterea Christi Domini verba sibi vt sancto Petro dicta attribuens Innocentius 2. auctoritate sibi à Christo data his verbis significata, *Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos*, Hæresiarcham Petrum Bruis cum sequacibus fulmine spirituali perculit, & à consortio fideliũ tanquam putridum membrum resecuit, vt sic scandala à sanctitate Ecclesiæ omnia remouendo, cũctos alumnos Ecclesiæ verè catholicos, in rectitudine fidei vitæquẽ sinceritate confirmaret. Sic enim ad Henricum Senonensem Episcopum cæterosque Episcopos eius Prouinciæ scribebat.[b] *Nos igitur qui in cathedra S. Petri cui à Domino dictum est, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: licet indignè residere conspicimur, communicato fratrum nostrorum Episcoporum, Cardinalium concilio, destinata nobis à vestra discretione capitula & vniuersa ipsius Petri*, scilicet hęresiarchę, *dogmata sanctorũ canonum auctoritate. Cum suo auctore damnauimus, eique tanquam hæretico perpetuum silentium imposuimus. Vniuersos quoque huius erroris sectatores à fidelium consortio sequestrandos excommunicationis vinculo innodandos esse censemus.* His & quãpluribus aliis breuitatis causa silentio inuolutis, tot sanctorum Pontificum patrumque testimoniis quam plenè cumulatéque perniciosissimus error confunditur, eorum qui contra diuina spiritus sancti oracula, contra clarissima tot sanctorum Patrum testimonia, partim in Conciliis approbata, contra ipsam denique purissimam sacræ Parisiorum facultatis doctrinam, vt infra luce clarius ostendetur non minus maliciosè quam imperitè, hunc putridum atrocissimi mendacij fætorem exhalarunt: verba nempe illa Christi Domini, *rogaui pro te* &c. non modò Ro. Pontificibus non competere, sed nec ipsi S. Petro, nisi tantum pro tempore dominicæ passionis secundum litteram; ita vt asserere post passionem mortemque suam Dominum rogasse re ipsa pro S. Petro, proque sedentibus in Apostolica sede totaque Ecclesia per S. Petrum etiam eorum iudicio repręsentata, ne eorum deficiat fides, putum necnon impudens mendacium impostura que omnium irrisione laudanda (si perniciosissimo eorum errori credatur) esse iudicentur. O cæcitas infeliciter insana!

[a] Bernardus serm. de priuilegio S. Ioannis Baptistę.

[b] Epist. Innocentij 2. ad Henricum Senonensem & alios Episc.

CAP. VI.

Quod hæc verba Domini ad S. Petrum, *Pasce oues meas*, &c. non minus Roman. pontificibus quàm S. Petro SS. Patrum testimoniis dicta fuisse credantur.



QVICVMQVE de grege deiisorum, has Domini voces *Pasce oues meas* &c. soli Petro, non etiam successoribus eius Romanis Pontificibus dictas fuisse pertinaciter astruunt, errore pessimo inuoluti, in SS. Patrum catholicam doctrinam infelicirer arietant. Quorum consentiens est animus & fides, Dominum hæc loquendo S. Petro & successoribus eius eam cum illo regendi, pascendi, moderandique omnes de ouili suo fideles potestatem auctoritatemque contulisse. Hoc sanctus Augustinus credidit, cum dixerit:[d] *In Ecclesia me tenet ab ipsa sede Apostoli Petri, cui pascendas oues suas Dominus commendauit, vsque ad præsentem Episcopatum, sacerdotum successio.* Qui propter hoc pascendi oues priuilegium datum à Domino omnes qui salui esse cupiunt obedire Romano Pontifici recta decernenti iubentique parere debere contra Pelagianum Iulianum asserit, hæc ad eum scribendo:[e] *Puto eam orbis partem sufficere debere, in qua primum Apostolorum suorum voluit Dominus gloriosissimo martyrio coronari. Cui Ecclesiæ præsidentem si beatum Innocentium audire voluisses, iam tunc periculosam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit vir ille sanctus Africanis respondere Conciliis, nisi quod antiquitus Apostolica sedes & Romana cum cæteris tenet perseueranter Ecclesia?* Et ex Patribus Græcis [f] sanctus Chrysostomus eam firmiter fideliterque credidit, Dominum Petro dicentem, *Pasce oues meas*, etiam venturis Pontificibus Romanis vsque ad consummationem sæculi eadem dixisse: vt lib. 2. de sacerdotio Christum Dominum oues pascendas tum Petro tum eius successoribus commisisse, asserere non dubitauerit. Propter eadem Domini verba,[g] S. Ambrosius, *Ecclesiam domum Dei & eius rectorem (cuius proprium munus est familiam alere)* sanctum Damasum appellare voluit: ideoque in omnibus Ecclesiæ Romanæ eiusque pastori homiliter velle parere ad Theophilum Epistola profitetur. *Vt nos quoque*, inquit, *Cùm id gestum esse cognouimus*,[h] *quod Ecclesia Romana haud dubiè comprobauerit, læti huiusmodi fructum examinis adipiscamur.* Qui ad Syricium Papam scribens, ita de munere summo oues Christiani ouilis cum plenitudine potestatis pascendi fideles ipsi à Christo Domino datas sicut sancto Petro confitetur.[i] *Recognouimus, ait, litteris sanctitatis tuæ boni pastoris excubias, qui fideliter cõmissam tibi ianuam serues, & pia solicitudine Christi ouile custodias: dignus quem oues Domini audiant, & sequantur. Et ideo quia nosti ouiculas Christi, lupos facile deprehendes, & occurres quasi prouidus pastor ne isti morsibus perfidiæ suæ feralique vlulatu dominicũ ouile dispergant.* Quod munus pascendi omnes Christi fideles spirituales cum oues tum agnos per totum orbem in ouili Domini quod est Ecclesia, sparsos atque diffusos, quanta diligentia studio atque solicitudine Ro. Pontifex sicut à Domino creditum

Negare officium pascendi oues Christi ab eo Rom. Pontifici sicut S. Petro traditum est omnium SS. patrum doctrinã impugnare.

[d] Contra Ep. fundam. c. 4.

[e] Aug. l. 1. c. 4. contra Iulianũ Pelag.

[f] l. 2. de Sacerdotio.

[g] In c. 3. 1. ad Timoth.

[h] S. Ambros. Epist. 78. ad Theophilũ.

[i] Idem S. Ambros. ad Syricium Papam Epist. 81.

Boni pastoris officium oues pascere & lupos dispergere. Quanta solicitudine Rom. Pontifex pascendis Christi D. gregibus debet incumbere.

creditum explete debeat, his prope diuinis planeque aureis sermonibus S. Leo 1. epistola ad Siciliæ Episcopos expressit. [a] *Dominicis praeceptis & Apostolicis monitis incitamur, vt pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu: ac si quid vsquam reprehensioni inuenitatur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab ignorantiæ imperitia, aut præsumptionis vsurpatione reuocemus: monente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, vt Christi oues qui Christum diligit, pascat, ipsius sedis cui per abundantiam diuinæ gratiæ præsumus, reuerentia cohortamur: vt periculum desidiæ quantum possumus, declinemus: Ne professio summi Apostoli, qua se amatorē Domini esse testatus est, vana inueniatur in nobis: quia negligenter pascens toties commendatum dominicum gregem, conuincitur summum non amare pastorem.* [b] Theodoretus ad ea Domini verba respiciens de Romana sede, hæc ad Renatum presbyterum scribebat. *Tenet sancta ista sedes gubernacula regendarum cunctis orbis Ecclesiarum, tum propter alia, tum quia semper hæretici fœtoris expers mansit: Nec vllus vnquam qui contrarium sentiret, in ea sedit, quin potius Apostolicam gratiam puram custodiuit.* Propter quam gratiam pascendi nutriendique oues fideles mystico diuinæ fidei doctrinæque Christianæ pabulo, cum plenitudine potestatis Episcopi Dardaniæ Gelasium Papam patrem patrum hac subscriptione vocauerunt. [c] *Domino sancto Apostolico & beatissimo patri patrum Gelasio Papæ vrbis Romæ:* Post sic epistolam ordientes, *saluberrima Apostolatus vestri præcepta Tryphone deferente qua oportet deuotione suscepimus, & maximas Deo omnipotenti & beatitudini vestræ referimus gratias, quod nos pastorali admonitione & Euangelica doctrina visitare dignatus es. Domine sancte Apostolice & beatissime Pater patrum*, & paulo post. *Quoniam vt dictum est, patrum in omnibus custodientes præcepta, & inuiolabilia sanctorum canonum instituta sectantes Apostolicæ & singulari illi sedi vestræ, communi fide & deuotione parere contendimus.* Quàm iustè inuiolatum sincerumque fidei & Christianæ veritatis pabulum à Romana sede fideles omnes per orbem terrarum sub orthodoxis pastoribus dispersi, in se suosque salutari potestatis plenitudine deriuari cognoscentes, in omnibus sanctam illam Romanæ sedis educationem instructionémque amplecti velle inuiolabili custodia profitebantur! Vt hęc egregia sancti Fulgentij eloquia testificantur. [d] *Quod duorum magnorum luminarium Petri scilicet Paulique verbis tanquam splendentibus radijs illustrata, eorum decorata corporibus Romana (quæ mundi cacumen est) tenet & docet Ecclesia, totusque cum ea Christianus orbis, & ad iustitiam nihil hæsitans credit, & ad salutem non dubitat confiteri.* [e] Magnus ille Senator ac præfectus prætorio iustitiæ custos, sed maior pietatis ac religionis Christianæ cultor & obseruator Cassiodorus, vniuersi ouilis Christiani summum pastorem Ioannem Papam huius nominis primū agnoscens constitutum à Domino super omnes oues ad pascendas eas, ita deuote humiliterque hunc Pontificem affabatur. *Vos speculatores Christiano populo præsidetis: vos patris nomine vniuersa diligitis, securitas ergo plebis ad vestram respicit famam, cui diuinitus est commissa custodia. Quapropter nos decet custodire aliqua, sed vos omnia: pascitis quidem spiritualiter commissum vobis gregem: tamen nec ista potestis negligere quæ corporis substantiam videntur continere, &c.* Post se ipsum tanquam ouem pastori illius directioni submittens addit hæc. *Monete me quæ sunt agenda solicitè bene agere, vel correptus excipio: quia difficilius errat ouis quæ voces desiderat audire pastoris: Nec facile efficitur vitiosus, cui monitor adsistit assiduus. Sum quidem iudex Palatinus, sed vester non desinam esse discipulus. Nam tum ipsa rectè gerimus, cum à vestris regulis minimè discedamus, &c.* [f] Beda venerabilis in virtute horum Christi Domini verborū (pasce oues meas) scripsit S. Gregorium totius orbis principatum gerens Ecclesiasticum omnibus ad fidem conuersis vitæ salutaris atque viuificæ doctrinæ alimenta præbuisse prout partes optimi ac œcumenici pastoris exigebant. *Beatus Papa Gregorius* (inquit) *cum primum in toto orbe gereret Pontificatum & conuersis iam dudum ad fidem veritatis esset prælatus Ecclesijs, Anglorum gentem eatenus idolis mancipatam Christi fecit Ecclesiam.* Hoc verò multo clarius exponit Nicolaus Papa Metropolitanis & Episcopis Constantinopolitanæ sedi subditis, hæc scribens ad illos. [g] *Quapropter, quia sicut diuinitus inspirata sapientia vestra nouit cunctarum omnium Christi cura constringimur. Cum vices illius per abundantiam cælestis gratiæ geramus, cui specialiter à Deo dicitur: Pasce oues meas, &c.* Idem Papa ad Carolum Regem Galliæ & Imperatorem Romanum scribens vniuersale hoc pascendi gregem Christi per omnem terram diffusum regimen Romano Pontifici, vt sancto Petro datum simulque solicitudinem quam in eo subeundo gerendoque successor Petri Romanus Pontifex collocare debet his verbis explicando demonstrat. [h] *Sedes hæc sancta atque præcipua, cui dominici gregis & solicitudo curaque commissa est, in omnib. mundi partibus rectitudinis suæ dispositione salubri cuncta ordinare, perficereque diuino freta procurat auxilio, & quod singulari etiam auctoritate perficere valet multorum sæpe sacerdotum decernit: definire consensu & iustitiæ censura, ea scilicet emendando, deliberare, quæ perperam atque enormiter fuerint alicubi commissa.* Hanc supremam in Ecclesia Dei omnes fideles spirituali cibo pascendi atque regendi potestatem à Christo Domino Romano Pontifici sicut beato Petro traditam, magnus ille Cardinalis Episcopus Petrus Damianus honore suspiciens & admirans, illam contra impios Ecclesiæ Deique hostes per literas à Nicolao Papa zelo Dei domus inflammatus talibus sermonibus implorabat: [i] *Tu autem dilectissime venerabilis Papa, qui Christi vice fungeris; qui summo pastorum in Apostolica dignitate succedis, noli pestem hanc per ignauiā ad incremēta perducere: noli cōniuendo & dissimulādo grassanti luxuriæ fræna laxare.* Propter quod pascendi oues Christi sanctissimum munus, easque regendi dirigendique ad æterna futuræ gloriæ sacro veræ diuinæque doctrinæ cibo pascua, potestatis plenitudinē, maximo summoque semper ab omnibus Rom. Pontificem honore fuisse cumulatum, [k] Lanfrancus Cantuariensis Archiepiscopus l. de Eucharistia contra Berengarium egregiis illis posteritati verbis annuntiauit. *Quotquot à primordio Christianæ religionis Christiani nominis dignitate gloriati sunt, etsi aliqui relicto veritatis tramite per deuia erroris incedere maluerunt, sedem tamen sancti Petri Apostoli magnificè honorauerunt, nullamque aduersus eam huiusmodi blasphemiam vel dicere vel scribere præsumpserunt. &c.* A cuius sacro sinceræ doctrinæ salutarisque pabulo quo

[a] S. Leo 1. ep. 4. ad Episcopos Siciliæ in principio.

Negligenter pascens gregem Domini arguitur Dominum non amare.

[b] Theodoretus epist. ad Renatum Presbyterū.

Romana Ecclesia omnes Ecclesias, vt domina omnium gubernat & regit.

[c] Epistola Episco Dardaniæ ad Gelas. Papam quæ extat inter Epistolas Gelasij.

[d] S. Fulgentius l. de Incarnatione & gratia Iesu Christi ca. 11.

[e] Cassiodorus l. 11. epist. 2. ad Ioan. Pap. 1.

Papa vniuersum orbem Christianum pascit & gubernat.

Audientes vocem Rom. Pōt. non errant.

Audiant hæc omnes magistratus ac Reipub. rectores.

[f] Beda l. 2. Anglic. hist. cap. 1.

[g] Nicol. 1. epi. ad Metropolitanos & Episc. Const. sedi subiectos.

Rom. Pont. vt S. Petro omnes pascendi fideles cibo fidei ac pietatis vniuersalis iura commissa.

[h] Nicol. ep. 18 ad Carolū regem.

Papa quod propria autoritate potest, ex benignitate & æquitate, consensu multorum prælatorum facit.

[i] Petrus Damianus ep. 11. ad Nicolaum 2. Papam. c. 5.

Propter officiū pascendi oues Christi Domini summus semper honos datus Rom. Pontifici.

[k] Lanfrancus li. de Euchar.

Omnes hæretici quoS. Rom. Ecclesia doctrinam suspiciunt.

ab obitu S. Petri ad hunc vsque diem vniuersum Christi D. gregem fidelem Rom. Pontifex in illa sedens fideliter aluit & educauit, abhorrentes hæreticæ prauitatis contagione pollutos esse, postea hæc subiungendo iudicauit [a] *Beati doctores si non ijsdem verbis, tamen sententijs multis iuloris concorditer astruxerunt, hæreticum esse omnem hominem, qui à Romana & vniuersali Ecclesia in fidei doctrina discordat.* Propter quam sublimem supremamq; pascendi doctrinæ salotaris alimento dirigendique in viam salutis suæ populum fidelem virtutẽ, Rom. Pontifici ab interitu S. Petri creditam S. Anselmos eiusdem Ecclesiæ Cantuariensis Archiepiscopus ad illom Christi Domini Vicarium S. Petri in sede Apostolica successorem, omnes qui piè viuere in Christo ac sincerè de fide Catholica sentire cupiebant, recurrere debere profitebatur hęc ad Vrbanum Pontificem scribendo. [b] *Domino & patri vniuersæ Ecclesiæ in terra peregrinantis, summo Pontifici Vrbano: Quoniam diuina prouidentia vestrã elegit sanctitatem, cui vitam & fidem Christianam custodiendam, & Ecclesiam suam regendã committeeret: ad nullum alium rectiùs refertur, si quid contra Catholicam fidem oritur in Ecclesia, vt eius authoritate corrigatur: nec vlli alij tutiùs, si quid contra errorem respõdetur, ostenditur, vt eius prudentia examinetur.* Et quoniam matris est alere liberos, sicut patris, & magistri discipulos docere, propterea quia vtrũque spirituali via, Ecclesia Romana præstat, vocauit eam matrem & magistram omnium Ecclesiarum Iuo Carnotensis ita Paschalem Romanum Pontificem per litteras affando & ad vindictam perditorum zelo incensus honoris diuini prouocando. [c] *Sicut Romana,* inquit, *Ecclesia omnium Ecclesiarum mater est & magistra: sic eam decet filiorum iniurias propulsare, & contemptorum inobedientiam vindicare: vt & filius se subditum fuisse gaudeat, & contemptores inobedientes se fuisse pœniteat.* Porro eadem qua Romana Ecclesia ratione omnium mater & magistra dicitur, Romanus Pontifex pater omnium atque mundi magister appellatur. Qui non solum populos fideles populorũque præfectos spirituali diuinæ sapientiæ cibo nutricatur: sed etiam virga directionis, virga regni Dei, cum odore suauitatis diuinæque charitatis sapore gubernat. Hinc illud Hugonis à S. Victore memorabile dictum, [d] *Papa,* inquit, *dicitur quia pater patrum, vniuersalisque dicitur, quia vniuersæ Ecclesiæ præest: hic quoque Apostolicus vocatur quia principis Apostolorum vice fungitur: hic etiam summus Pontifex nuncupatur, quia caput est omnium Episcoporum.* Ideoque S. Bernardus maximo segregans discrimine Romanum Pontificem pastorem vniuersalem Ecclesiæ à cæteris pastoribus in sublimi dignitate, vt Patriarchali, Archiepiscopali, & Episcopali, &c. constitutis, Eugenio Papæ dicebat. [e] *Habent illi* (scilicet prælati maioresq, Christi Dominici pastores) *sibi assignatos greges, singuli singulos tibi vniuersi crediti, vni vnus, nec modo ouiũ, sed & pastorũ: Tu vnus omnium pastor. Vnde id probẽ, quæris? ex verbo Domini: Cui enim non dico Episcoporum sed etiam Apostolorum, sic absolutè & indiscretè totæ cõmissæ sũt oues? si me amas Petre pasce oues meas, quas? illius vel illius populos ciuitatis aut regionis aut certi regni? Oues,* inquit, *meas, cui nõ planũ nõ designasse aliquas, sed assignasse omnes? Nihil excipitur vbi distinguitur nihil: & forte præsentes cæteri cõdiscipuli erũt, cum committens vni vnitatem omnibus commendaret*

A *in vno grege & vno pastore, secundum illud:* [f] *Vna est columba mea, & formosa mea perfecta mea. Vbi vnitas ibi perfectio. Reliqui numeri perfectionem non habent, sed diuisionem recedentes ab vnitate. Inde est quod alij singuli singulas sortiti sunt plebes, scientes sacramentũ. Denique Iacobus qui videbatur columna Ecclesiæ, vna contentus est Hierosolyma, Petro vniuersitatẽ cedens. Cedente Domini fratre, quis se alter ingerat Petri prærogatiuæ? Ergo iuxta canones tuos, alij in partẽ solicitudinis, tu in plenitudinem potestatis vocatus es: aliorum potestas certis arctatur limitibus: tua extenditur & in ipsos qui potestatem super alios acceperunt. Nonne si causa extiterit, tu Episcopo cælum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere, etiam & Satanæ tradere potes? Stat ergo inconcussum priuilegium tuum tibi tam in datis clauibus, quam in ouibus commendatis.*

B Hanc eminentissimę virtutis pontificiam dignitatem potestatemque pascendi Christi oues, regendique supremam mirum in modum efferens Petrus Blesensis hæc Romano Pontifici loquens præconia Ecclesiæ Romanique pastoris effundebat. [g] *Domus Dñi quæ in lapide adiutorij super fundamentum Apostolorum & Prophetarum stabilita est, à Petro & successoribus suis, formam eruditionis & statum sublimitatis accepit. Quod enim stipiti rami quod capiti membra, quod soli radij, quod fonti riuuli, hoc Apostolicæ sedis eminentiæ debent omnes Ecclesiæ, quas vbique terrarum religio Christiana fundauit.*

Plura his vellem ad maiorẽ probationis nostræ lucẽ testimonia producere esset intẽperanter abuti otio & litteris, cũ qui his non consentiũt addoctis, incapaces persuaderi à cæteris õnibus quę possent adduci, vtpote iudicio rationeque carentes esse videantur. Verissimè ergo hæc Innocentium tertium dixisse concludamus. [h] *Cùm Apostolica sedes,* inquit, *cui (licet immeriti) præsidemus, vniuersis per orbem Ecclesiis, non humana, sed diuina sit institutione prælata, iustum est & conueniens, vt ad eam tanquam ad magistram super diuersis iuris articulis referantur dubiæ quæstiones, ne quæ diuersa cernuntur, videantur aduersa:* Et illa quæ ad Carum Archiepiscopum montis regalis rescripsit, [i] *ex hac itaque* (inquit) *potestate,* scilicet pascendi gubernandique oues Christi Domini per totum terrarum orbem diffusas, *quæ ad beatum Petrum mox dominica traditione peruenit, sacrosancta Romana Ecclesia, quę per Dominum Iesum Christum ab eodem beato Petro instituta est & fundata super omnes Ecclesias auctoritatem obtinuit, vt vbique ratum esset ac solidum quod ipsius prouidentia statuisset.* Quod etiam ab vniuersis *Ecclesiis per orbem terrarum vsquequaque diffusis &* D *receptum est & seruatum, ita vt per eam & distributio facta sit dignitatum, & indictum Christi fidelibus, & diligentiùs ordinatum, quod ad cultum pertinere visum est pietatis. Ex hac siquidẽ data beato Petro à Domino potestate ipse ac successores ipsius per vniuersa mundi loca constituerunt Episcopos & dignitates per prouincias diuiserunt.* Hæc ipse. Nunc quam piè ac religiosè imperatores ac principes Christiani hanc supremam monarchicamque potestatem à Christo D. immediata traditione S. Petro collatam postea ab eo vita temporali cedente in successores eius Romanos Pontifices diuinitus in pari gradu dignitatis & excellentiæ fuisse transfusam crediderint & creditam quanto cum honore in Romanis pontificibus fuerint venerati, videamus.

---

[a] Lanfrancus ibid.

Ad Romanum Pontificem tanquam ad S. Petrum cum viueret de sincera fide ac doctrina verè Christiana recurrendum, vt Catholico doceatur.

[b] S. Anselmus Cantuar. de Incarnatione Verbi c. 1.

Cur Romana Ecclesia dicitur omnium fidelium mater & magistra, sicut Papa eius rector, pater & magister.

[c] Iuo Carnot. epist. 48. ad paschal. Rom. Pontificem.

[d] Hugo Victor. l. 1. eruditionis Theologicæ de sacramẽt. Eccl. cap. 43.

Episcopus Romanus cur Papa vocatur, vniuersalis, apostolicus & summus Pontifex.

[e] S. Bernard. l. 3. de consider. cap. 8. ad Eugenium.

Papa pastor omnium subditorum populorum, & præfectorum.

[f] Cant. 6.

Perfectio in vnitate.

Papa sicut S. Petrus in plenitudinem potestatis solus vocatus, alij in partem solum solicitudinis.

Magna Papæ in omnes Ecclesiæ Episcopos potestas.

[g] Petrus Blesens. epist. 45 ad Pōt. Rom.

Romana sedes diuino iure omnibus prælata Ecclesiis.

[h] Innocent. 3. epist. ad Archipresbyterum magistrum scholarum Petrum de vice canonicum Bituricensem.

[i] Epist. Innocent. 3 ad Carum Archiep. Montis regalis.

Ecclesia Romana à S. Petro per Christum D. principatũ Monarchicum super omnes Ecclesias obtinuit iure diuino.

Omnia in orbe Christiano ad diuinum cultũ & politiam Ecclesiæ spectãtia à Rom. Pontificiis dinata diriguntur.

CAPVT VII.

Imperatores, reges, principesque alios Christianos, hanc supremam in Ecclesia Dei Dominii principatusque monarchici plenitudinem, quam S. Petrus habuit, in Rom. pontifice agnouisse, & agnitam honorificè coluisse probatur.

IRVM, si Christiani imperatores, reges ac principes supremam pontificiæ in Ecclesia Dei maiestatis auctoritatem potestatemque monarchicã non humili debitoque venerarentur obsequio: cum ipsi pagani, idolisque seruientes imperatores aliqua licet exigua huius maiestatis Ecclesiasticæ cognitione tincti, illustratique fuisse, ipsique, vt cumque à se cognitæ maiestati honorem venerationemque impertiuisse videantur.

Imperator Ethnicus Aurelianus, vtcumque agnouit maiestatem Rom. Pont. & coluit.

Scribit enim [a] Nicephorus ex veterum scriptorum antiquorumque monumentis, Aurelianum imperatorum, ad cuius aures Pauli hæretici Samosatenæ sedis vsurpatoris, ac synodi contra eum coacti decreto parere renuentis audacia peruenerat, *edicto sancisse, ne aliquis huic sedi Ecclesiæque præesset Episcopus, quem non Romani Pontificis litteræ comprobauissent.* Sed ethnica mittamus, ne nos ad Christiana properantes quæ foris sunt frustra morentur. Quæ fuerit mens & sensus de dignitate ac summa Rom. Pont. deque illi præstanda à principibus mundi reuerẽtia, Philippi Imp. recens ad fidem conuersi & in familia Christi nati consideremus. Qui cum in die postremæ vigiliæ paschatis vna cum multitudine in Ecclesia precantium eius suffragiorum particeps fieri vellet, vt scriptores Ecclesiastici [b] Eusebius & Nicephorus commemorant: *Non prius ab Episcopo Fabiano, qui tunc Romanæ Ecclesiæ præerat, permissus est intrare, quam se peccatorem cõfessus fuisset, & inter eos qui peccatorum vinculis adhuc tenebantur adstricti, locumque pœnitentiam agentibus præstitutum occupabant, se sua sponte collocauisset. Episcopusque dixit eum non alia conditione nisi illud faceret, propter multa delicta quæ ab eo ferebantur admissa*, (vtpotè illud inter cætera fuit atrocissimum quo Dominũ suum Imperatorem Gordianum perfidia intolerabili prodidit, fascibus imperij iniustissimè spoliauit, & post immanissimè necandum trucidandumque curauit) *aliquando ab ipso in Ecclesiam receptum fore. Quibus auditis*, subdunt scriptores illi, *imperator alacri animo & iubenti Episcopo scilicet Papæ S. Stephano moram gessit, & religiosam piamque affectionem Dei timore incitatam re ipsa declarauit.* Sed quam recta fuerit fides M. Constantini Imperatoris de summo Romani Pontificis in vniuersam Dei Ecclesiam principatu eredita, in quo fuit hæres per Dominum principis Apostolorum, quantoque pius ille ac religiosus imperator hunc honore suspexerit, multa eius monumenta cum litteræ tum leges, & rescripta varia restantur. Epistolam ad Syluestrũ Papam hac inscriptione de reuerentia laudibusq; sancti illius Papæ decorauit. [c] *Sanctissimo ac beatissimo patri patrum Silnestro vrbis Romæ Episcopo, ac Papæ atque omnibus eius successoribus qui in sede*

a Nicephorus li. 6. c. 29.

b Euseb. lib 6. cap. 27. Nicephorus Callistus lib. 5. c. 25.

Philippus imperator primus imperatorum Christianus summam in Ecclesia potestatem Rom. Pont. agnoscit et iubenti paruit.

Constantini M. de summo Papæ principatu fides ac honor huic exhibitus.

c Constantini magn. epi. ad Siluestrum Papam.

A *beati Petri vsque in finem seculi sessuri sunt pontificibus*, epistola verò initium à talibus verbis arcessit. *Ea qua saluator & redemptor noster Dominus Iesus Christus per suos sanctos Apostolos Petrum & Paulũ interueniẽte beato nostro patre Syluestro summo pontifice & vniuersali Papa mirabiliter dignatus est operari, liquida enarratione studuit propalare nostra serenitas. Primum quidem nostram fidem quam à prælibato beatissimo patre, & oratore nostro Syluestro, vniuersali Pontifice edocti sumus, intima cordis professione proferentes, &c.* Et paulò pòst: *Et dum hæc prædicante beato Siluestro agnoscerem & beneficijs ipsius beati Petri integerrimè sanitati comperi me restitutum, vtile iudicauimus vna cum omnibus nostris satrapis, & vniuerso senatu optimatibusque meis, & cuncto populo Romani gloriæ imperij subiacente, sicut in terris beatus Petrus vicarius filij Dei videtur* B *esse constitutus, etiam & pontifices qui eius successores sunt, ipsius principis Apostolorum, principatus potestatem, amplius quam terrena imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis nostroque imperio obtineant, eligẽtes nobis ipsum principem Apostolorum & ipsius successores firmos apud Deum esse patronos, &c.*

Vicariũ Christi D. agnoscit Rom. Pontificẽ imperator & in eum S. Petro transfusam potestatem ac dignitatem.

Maiorem Rom. Põtificis dignitatem sua imperiali agnoscit Constantinus, cui vult se suumque imperium submittere.

Petrus Damianus in illa disceptatione Synodali inter defensorem Rom. Ecclesiæ (qui fuit ipsemet Petrus Damianus, vt credibile est) ab eo descripta & postea missa ad Conciliũ Osboriũ in Germania, & inter aduocatũ Regis Germaniæ pueri vel infantis potius Henrici 3. meminit edicti Constantini magni de principatu Romani pastoris, déq; dignitate Ecclesiæ Rom. super omnes Ecclesias reges & principes, quo magis ac magis aduocatum regis mendacij conuincat, hæc inter alia dicens: *Vt* C *autem idipsum adhuc manifestiùs pateat & te*, aduocatum alloquens, *super hac dimicandi materia perdidisse, tibimet ipsi clariùs innotescat, lege Constantini magni imperatoris* [e] *edictum, vbi sedis Apostolicæ constituit* (scilicet constitutum à Domino imperator approbauit, & illum contra illius violatores auctoritate imperatoria vindicauit, vt statim exponit) *super omnes in orbe terrarum Ecclesias principatum*: & post nonnulla interiecta refert ipsamet imperatoris verba, confessionem eius sinceram de hac pontificia sublimitate & maiestate sedis Apostolicæ à Deo Romæ cõstitutæ exprimentia, quæ sunt eiusmodi. [f] *Vnde*, inquit Imperator, *congruũ inspeximus nostrũ imperiũ, & regni potestatẽ Orientalibus trãsferri & trãsmutari regionibus & in Bysantia prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatem ædificari, & illic nostrum constitui imperium.* Addens hæc illa præclara religionem ac pietatem Christiani principis maxime redolentia. D *Quoniam verò principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput, ab imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt ibi imperator terrenus habeat potestatem.* His dictis alloquẽs aduocatum regis Romanæ sedis defensor subiũgit. *Audisti quod terrenus imperator nõ habeat in Romana Ecclesia potestatem? quomodo ergo sine illius arbitrio qui potestatem ibi non habet, non licet eligi sacerdotem.*

d Petrus Damianus de Synodali disceptatione inter defensorem Rom. Ecclesiæ & regis Hẽrici aduocatum.

e Edictũ Constantini magni principatum Romanæ sedis super omnes Ecclesias vindicantis.

f Præclara imper. Constãt. Christiani eloquia confitentis principatũ Rom. pontificis à Deo fuisse in vrbe Roma constitutum.

Simile post hæc imperatorum optimorũ, [g] Theodosij senioris & filij eius Honorij in Romanam sedem pontificisque Rom. principatum, pietatem ac fidem cõmemorat, qui Romanæ Ecclesiæ eiusque pastoris principatum ac priuilegium à Christo D. datum sua virtute & potestate imperatoria defensum vindicatumq; religiosè firmarunt, quibus dictis hæc infert exaggerata per antithesim:

g Pietas ac fides Imp. Theodosij & Honorij filij in sanctam Rom. Ecclesiæ sedem eiusque maiestatem

Quomodo ergo prærogatiuam sibi in Romani Pontificis electione relinquerent qui Romanam Ecclesiam nequaquam sibi studuerunt subdere, sed præferre? non illi præcipere, sed parere? non præcellere sed sub esse? hæc pietas ac fides Theodosii in sanctum monarchicumque Rom. pontificis principatum ante natum filiũ Honorium clarissimè patuerat. Cum vna cũ imperatoribus Gratiano & Valentiniano fratribus hanc sanctissimã pro Catholica fide legem sedisq; Apostolicæ reuerentia obsequioque condidit. [a] *Cunctos populos, quos clementiæ nostræ regit imperium in tali volumus religione versari, quam D. Petrũ Apostolum tradidisse Rom. religio vsque adhuc ab ipso insinuata declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret.* Horum Catholicorũ imp. pietati, fidei & religiosæ erga Rom. pastorẽ obediẽtiæ valde contraria illa superba rebellio & arrogans impii illius hæretici imperatoris Anastasii, [b] ita fastu proteruo ad Hormisdam Rom. Pontificẽ scribentis, *Nos iubere volumus non nobis iuberi.* More antiquissimo à multis sæculis Christiani imperatores, reges, ac principes fide ac pietate Catholica insignes litteras per oratores suos ad Rom. Pontificẽ mittere consueuerunt. Quibus sinceram fidem de Catholica religione eminentiaque pontificiæ maiestatis super omnes fideles & pium suum erga sedem Apostolicam obsequium cum maxima reuerentia testarentur, obedientiamque verè filialem œcumenico pastori omnium fidelissimè præstarent: quam in æternum se seruaturos inuiolatẽ pollicerentur. Cuius antiquissimę scribendi ad pastorem Ecclesiæ vniuersalis consuetudinis, [c] S. Symmachus Rom. Pontifex in suo aduersus Anastasium imp. Apologetico meminit his verbis: *Catholici quidem principes semper Apostolicos præsules, institutos suis litteris præuenerunt, & illam confessionem fidemque præcipuam tanquam boni filij quæsierunt, eius debitæ pietatis affectu: cui nostis ipsius ore Domini curam totius Ecclesiæ delegatam:* & ad finem. *Omnes Catholici principes siue cum imperij gubernacula susceperunt, siue cum Apostolicæ sedi nouos agnouerunt præsules institutos, ad eam,* scilicet sedẽ, *sua protinus scripta miserunt, vt se docerent eius esse consortes. Itaque qui hoc non fecerunt, ab eadem seipsos profitentur alienos.* Hæc Symmachus.

a L. 1. C. de summa Trinitate & fide Catholica.

Imperatoris Anastasij horrenda vox superba ad Rom. pontificem.

b Anastasius Bibliothec. in Hormisda

Mos antiquus imperatorum, regum, principumque Christianorum Rom. Pont. S. Petri dignitate potenti in sede Apostolica per litteras, obedientiam summumque honorem præstandi.

c S. Symmachus Papa in Apologetico aduersus Anastasiũ impar.

Quanta veneratione creditam fide sincera supremam Rom. Pontificis super omnem Ecclesiã potestatem & auctoritatem illi diuinitus ab interitu S. Petri collatam sustulerũt, laudibusque mactauerunt illi pii imperatores, vt ipse Marcianus illius docet epistola ad S. Leonem quæ habetur to. 1. concil ante cõcilium Chalcedo. in qua hæc inter D alia: [d] *Ad hoc maximum imperium venimus Dei prouidentia & electione senatus excellentissimi cunctaque militiæ: vnde pro reuerenda & Catholica religione Christianæ fidei, cuius auxilijs virtutem nostræ potentiæ confidimus gubernari. Tuam sanctitatem principatum in Episcopatu diuinæ fidei possidentem sacris litteris nostris in principio, iustum credimus alloquendã, inuitantes atque rogantes, vt pro firmitate statuque nostri imperij, æternam diuinitatem tua sanctitas deprecetur: vt tale propositum atque desiderium habeamus quatenus omni errore sublato per celebrandam Synodũ te auctore maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholicæ fiat ab omni scelere pura & intemerata consistens.* Similia habet [e] Valentinianus 3. ad eundem Papam pro cogendo Chalcedonensi concilio, epistola in qua confitetur S. Leonem Papam habere principatum sacerdotij fidei præsidere, & eo auctore congregandum esse Concilium. Idipsum

d Epistol. Imperat. Marciani ad S. Leon.

Flagitat Marcianus virtute corroborari sui imperij per preces Leon. Papæ.

Supremam Rom. pont. auctoritatem agnoscit imperator, Nos hac

e Valentiniani 3. imp. ad S. Leonẽ epist.

A in [f] Epistola ad Theodosium Augustum quæ est in 1. actione Concil. Chalced. profitetur. Theodorus lector, de Martiano. & S. Pulcheria hæc ait: [g] *Marcianus & Pulcheria Leoni Papæ Romano scripserunt, eique cunctam auctoritatem tribuerunt.* Nota illa religiosissimi Imperatoris Iustiniani primi ad Ioannem 1. scribentis, his verbis concepta confessio. [h] *Nos reddentes honorem Apostolicæ sedi & vestræ sanctitati quod semper nobis in voto fuit, & est, vt decet, patrem honorantes vestram sanctitatem, omnia quæ ad Ecclesiarũ statũ pertinent, festinauimus ad notitiã vestræ referre sanctitatis: quoniã nobis fuit semper magnũ studium vnitatem vestræ Apostolicæ sedis & statum sanctarum Ecclesiarum custodire.* Alia multa dicere prosequitur quibus prospicuè suam sedi Apostolicæ subiectionem in spiritualibus obedientiamque profitetur, & Rom. Pontificis eminentiam in B vniuersa Dei Ecclesia dignitatis supremæque potestatis agnoscit: quod animaduertens Iohannes Pontifex vehementer huius principis pietatem zelumque religionis in Deum sanctamque sedem laudibus efferendo probauit. Sicut patet in eadẽ lege §. inter claras, vbi hæc inter cætera imperatori Papa dicit: *Romanæ sedis reuerentiam conseruatis, & ei cuncta subijcitis, & ad eius deducitis vnitatem, &c.*

f Einsdẽ imp. epi. ad Theodosiũ August.

g Theodorus lector l. 1. collect. de Marciano & S. Pulcheria.

Iustiniani imper. sincera fides & confessio de Rom. Pont. primatu.

h L. reddẽtes C. de summa Trinit. & fide Cathol.

i L. reddentes § inter claras C. de summa Trinitat.

De cuius imperatoris sincera fide ac pietate in agnoscendo supremam Romani pontificis super omnem Ecclesiam omnesque fideles filios eius potestatem dominationemq; Monarchicam nullus dubitare poterit qui ad alias eius leges, edicta, rescripta, epistolas atque Nouellas animum oculosque conuertere voluerit. Ex quibus pauca seligã, audiantque itaque qui dubitant, huius imperatoris ad C Bonifacium 2. papam. scripta. [k] *Prima,* inquit, *salus est rectæ fidei regulam custodire, & à cõstitutis Patrum nullatenus deuiare, & quia non potest Domini nostri Iesu Christi prætermitti sentẽtia dicẽtis: Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. & hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede Apostolica extra maculam semper est Catholica religio seruata. De qua spe & fide minimè separari cupientes & patrum sequentes constituta anathematizamus omnes* (scilicet detestamur, execramur, à nostro imperio rescindimus) *qui contra S. Romanã & Apostolicã Ecclesiã superbiendo suas erigunt, ceruices: sequẽtes in omnibus Apostolicam sedem, & prædicantes eius omnia constituta & per omnia spero, vt in vna cõmunione vobiscũ quã sedes Apostolica prædicat esse merear, in qua est vera & integra Catholicæ religionis & perfecta soliditas: Promittens sequestratos à communione Ecclesiæ Catho-* D *licæ, id est, non consentientes sedi Apostolicæ eorum nomina inter sacra non esse recitanda mysteria. Hanc autem professionem mea manu subscripsi, & Bonifacio sancto & venerabili Papæ vrbis Romæ direxi, damnans & antecessores & successores meos & omnes qui sanctæ Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ priuilegia quassare nituntur.* Idem Imperator principatum Rom. Pontificis super omnes fideles supremum, quo viuens S. Petrus potitus est in spiritualibus confitendo confirmans, & profitendo defendens ad Ioannem in principio epistolæ seu Nouellæ hæc scribebat: [l] *Vt legum originem anterior Roma sortita est, ita & summi Pontificatus apicem apud eam esse nemo est qui dubitet. Vnde & nos necessarium duximus, patriam legum fontẽ sacerdotij, speciali nostri numinis lege illustrare.* Eundem principatum Rom. pastoris imperator sua quantum potest fide, confessione & auctoritate corroborat, vbi ad Mennã Patriacham Constantinop. suas litteras mandans

k Præclara Iustiniani M. cõfessio epist. ad Bonif. 2. quæ extat in decretis Bonifacij Papæ.

S. Matth. 16.

Primatus Rom. Ecclesiæ alijs Iustiniani Imp. auctoritatibus probatur.

l Nouella 9. Iust. tit. 4.

c. Nouell. 42. in Epist. Iust. ad Mennam Patriarc. Cõstantin.

de summa Agapeti Rom. Pontificis auctoritate tractat, eáq; probat, qua in deponendo hæretico patriarcha Constantin. Antimo vti voluit ac debuit. Sed quàm illum clarè solidéque principatū probat, in rescripto ad Petrum prætorio præfectū directo.[a] In quo hæc post multa: *Ideoque sensimus*, inquit, *secundum earum* (scilicet quatuor synodorum generalium) *definitiones sanctissimum senioris Romæ Papam primum esse omnium sacerdotum, beatissimum autem Archiepiscopū Constantinopol. nouæ Romæ secundum habere locum post sanctam Apostolicam senioris Romæ sedem, alijs autem sedibus omnibus præponatur, &c.* Hæc & alia plurima verę fidei, pietatis, obedientiæque in Deum, Ecclesiam, sedem Apostolicam, Apostolicumque pastorē specimina testimoniaque imperator tū religiosissimus edidit. Quæ quādiu inuiolatè seruauit non alta Sapiens, vt fecit postea, sed timens & [b] captiuans intellectum in obsequiū fidei, imperijque fasces Ecclesiasticis monitis obediendo submittens, tandiu felix & triumphator de omnibus Dei Ecclesiæque hostibus per omnes orbis regiones grassantibus magnificus extitit. Sed ab hac pietate, fide, obsequioque filiali Ecclesiæ patrique patrum omniūque fidelium spirituali parenti Rom. Pontifici debito, cum primū fastu superbo recedere & exorbitare voluit, protinus mutato prosperitatis, gloriæque imperatoriæ vento, miser, inglorius, despectus ab omnibus hostibus, & populis in asperrima miseriarum malorumque saxa collisus hæreseos absorptus abysso exitum vitæ miserum sibi comparauit. Vt iam occasione lapsus, huius imperatoris à tam alto gradu pietatis & felicitatis nobis illud Dauidis liceat occinere.[c] *Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore, & exultate ei cū tremore.* Debēt enim imperatores aliique principes, qui se Christianos gloriantur, Ecclesiæ matri eiusque pastori Apostolico tanquam patri, religionis obsequium obedientiamque si salui esse velint, deuotè consecrare: à qua recedentes etiam à concupita tamdiu prosperitate, pace, gloriaque iusto Dei iudicio recedere coguntur. Vtinam omnes Christiani principes ad ea religiosa Gelasij Papæ hortamenta diligenter attenderent, quibus Anastasium Imperatorem ad agnitionem sui erga Deū, sanctā eius Ecclesiam, vicariumque Rom. Pōtificē, officij obsequijque cum magno charitatis ardore incitare prouocareque [d] nitebatur. Inter quæ hæc habet insignia valde: *Pietatem tuam precor ne arrogantiam iudices diuinæ rationis officium, absit quæso à Rom. principe, vt intimatā suis sensibus veritatem arbitretur iniuriam. Duo quippe sunt Imperator Auguste, quibus principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra Pontificum & regalis potestas: in quibus tanto grauius pondus sacerdotum, quantò etiam pro ipsis regibus Domino in diuino reddituri sunt examine rationē. Nosti enim fili clementissime, quòd licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen præsulibus diuinarum, deuotus colla submittis: atque ab eis causas tuæ salutis expetis: inque sumendis cælestibus sacramentis, eisque (vt cōpetit) disponendis subdi, te debere cognoscis religionis ordine potius quam præesse. Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere iudicio non eos ad tuam redigi velle voluntatem.* Et paulò pòst illi quam graue sit malū principibus secularibus Romanos despicere pontifices suggerendo dicebat.[e] *Proinde sicut non leue discrimen succūbit pontificibus, siluisse pro diuinitatis cultu quod congruit, ita his, quod absit, nō mediocre periculum est, qui eum parere debeant, despiciunt.* Sed hæc quidem per digressionem dicta occasione lapsus Iustiniani sufficiant. Prioribus addamus Christianorū principū fidei, de primatu Papæ pietatis obedientiæque in sacram Apostolicamque sedem exempla: vt prope absoluto capiti extremum imponamus fastigiū. Illud est memorabile Leonis 6. [f] Imperatoris cognomēto Philosophi testimoniū, S. Petrum in successore suo Rom. pontifice regnare profitentis hæc Christi Domini verba.[g] *Tu me sequere* exponentis: *Hoc est sequere me baculo pastorali & sicut ego, cum eram vobiscum, seruabam vos, vt pater vester, & caput & magister, vigilans pro vobis: sic & tu esto meo loco, & sequere me principatu ac potestate ista, fratres tuos confirmans, te enim volo esse meo loco vnde manet vsque in hodiernū diē Petrus sequens Christum in successore suo.* Hic de pietate, fidei purissimæ confessione, obedientiæque filialis deuotione, in sanctissimum patrem eiusque Apostolicum thronum, regum nostrorum Christianissimorum cōsultò silemus. Quod de talibus eorum virtutibus sumus infra sæpius præclarissima copiosissimè dicturi. Atque hæc pauca ex pluribus collecta ad copiosam nostri instituti demōstrationem produxisse exempla satis: caput illus S. Bernardi verbis absolutum claudamus: [h] *Nec infructuosè*, inquit, *Alemania, Francia, Anglia, Scotia, Hispaniarum & Hierosolymorum reges cum vniuerso clero & populis fauent & adhærent Domino Innocentio* (Papæ) *tanquam filij patri, tanquam capiti membra solicitis seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Merito autem* [i] *illum recipit Ecclesia, cuius & opinio clarior, & electio sanior inuenta est, nimirum eligentium & numero vincens & merito.*

a Nouell. 131. c. 2.

Romana sedes omnium Ecclesiarum ex Iustiniano Domina.

Iustinianus M. Imp. Fortunatus ac gloriosus vixit quamdiu Ecclesia Romanæque, vt filius obediens Pontifici paruit: at cum ab hac recessit obedientia, miser & inglorius in hæresim lapsus infeliciter expirauit.

b S. Paul. 2 Cor. c. 10. v. 5.

c Psal. 2.

Pontificis est monere imperatorem pro quo etiam in die tremendi iudicij rationem redditurus est.

d Gelas. epist. ad imp. Anast.

Duabus potestatibus mundus regitur, sacerdotale & regia.

Imperatores debent Pontificibus Rom. obedientiam: graue malum Romanum despicere Pōtific.

e Ibidem.

f Leonis 6. imper. serm. de S. Petro.

g S. Ioan. c. vltimo Leonis 6. imp. confessio.

Papa omnes principes Christiani obediūt, si verè Catholici sint.

h S. Bernard. epist. 125.

i Scilicet Papam.

CAP. VIII.

Comparationes (in quas præsens caput partitur) sacerdotis magni legis antiquę, cum Rom. Pontifice sublimitatem dignitatis Pontificiæ super omnes, quæ in mundo sunt clarissime manifestant.

QVo plus & intentiùs in sacra verēque diuina S. Bernardi opera animū intendo, eo magis vehemētiusque sanctissimi doctoris in Deum deuotionē, in eius Ecclesiam, pietatem, ac in patriam suam quæ nostra est, charitatē, ne contemptu vniuersalis pastoris Ecclesiæ, miserè periret, admirari soleo. Qui dum sudat & angitur contentione maxima magnæ charitatis æstu concitata, vt Christianorum saluaret animas, illis sanctissima doctrina summam supremi honoris in vicarium Christi D. Rom. Pontificem, religionem affectumque verè Christianum, potenter instillando, mira hæc Eugenio Papæ loquens de sacrosancta Rom. pontificis omnium fidelium supremi pastoris maiestate profudit.[a] *Considera oportere te esse formam iustitiæ, sanctimoniæ speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, fidei defensorem, doctorem gentiū, Christianorū ducem, amicū sponsi, sponsæ paranymphū, cleri ordinatorē, pastorē plebium, magistrum insipientiū, refugium oppressorum, pauperū aduocatū, miserorum spem, tutorem pupillorū, iudicem viduarū, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum senum, vltorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam,*

a S. Bernard l. 4. c. vlt. de cōsid. ad Eug.

Qualis debet esse Papa & quam multa in eo virtutes requirantur considerata ratione summa illius potestatis.

Virgam potentum, malleum tyrannorum, regum patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, orbis terræ lumen, sacerdotē altißimi, vicarium Christi, Christum Domini, postremo Deum Pharaonis. Hinc illi qui clarè vident multumque possunt, in his quæ vtriusque Monarchiæ spiritualis & secularis regimen honoremque respiciunt, sublimē diuinamque S. Petri à Christo D. in Rom. Pontificē trāsfusam potestatem admirando, cum veneratione maxima, contemplantes eius vicarij Christi maiestatem principatumque monarchicum, cunctis mundi dignitatibus potestatibusque præstare, hisque superiorem multò virtute & auctoritate perite clara Catholicaque confessione prædicarunt. In qua confessione sacra atque ciuilia iura legesq; sancta & amica inter se coniuratione conspirant. Testis est textus in canone patet profectò 9. quæst. 3. can. nemo. can. aliorum cum alijs sequ. Testis est Canon si Papa iuncta glossæ dist. 40. testes clementinæ pastoralis, de sentent. & re iudic. & Clementina 1. de iureiurando: testis authentica de Ecclesiast. titulis in principio, cum ca. 1. dist. 12. Qua Papæ maiestate & auctoritate lōge inferiorem imperatoriam maiestatem doctores vtriusque iuris de meliori illustriorique nota profitentur. Barbarus in cap. nouitatum num 1. cum sequentibus extra de iudic. præpositus dictus Cardinalis in cap. cum ad verum, ibidem. A quorom doctrina minime dissentiens, Albericus de Rosate in l. gloriosissimo de summa trinitate & fide Catholica eādem multis rationum testimoniorumque ponderibus astruit. Sic & Baldus Iurisconsultorum sui seculi peritissimus super omnes potestates mundi, Rom. dignitatem Pontificis exaltat. in cap. Ecclesia S. Mariæ col. 3. de Constitu. in c. 1. de probatione. Apud quem summa Papæ dignitas cum nulla in terris excellētia contendit: deest in mundo potestas quæ cum illa pari passu incedere, graduque coniungi posse iudicetur. quod post eum alter maximus seculi nostri Iurisconsultus Iason in l. rescripta C. de precibus imperatori offerendis, suos secutus antecessores iuris vtriusque peritissimos, eruditissimè confirmatum studijs, & lucubrationibus multiplici doctrina refertis illustrauit. Quem ideò patrem Catholicorum omniū sanctissimum super omnia mundi iura sublimiter exaltatum sacræ leges Ecclesiæ proclamant,[a] ad cuius considerationem potestatis spiritualis intēti, idem[b] Baldus &[c] Iason tanta in illius honorē admiratione rapti efferebantur, vt illam super omnem principatum omniumque honorum dignitatumque culmen euectam fuisse à Deo crediderint. Eandē Pont. dignitatis emmentiā cū illis admirans[d] Rodericus Zamorēsis in speculo quod de humana vita cōstruxit, eòusque illam honoris & gloriæ copiosè sapienterque sustulit, vt à nullo mortalium satis dignè comprehendi & exprimi, sed ne mente quidem clarè satis cogitari posse iudicauerit. Super eius Christi D. vicarij virtute potestateque vniuersam spiritualis orbis atque politiæ machinam niti, & tanquam diuino cardine cieri rotarique, necnon illi omnium dignitatum thesaurum credi commissum, idem qui supra Baldus[e] sacrorum canonum rationumque pondere firmatus asseruit: Adeò vt nulla in vniuersa Christi D. familia sacraq; politia dignitas esse dicatur, quæ non ab illo tanquā à principe summo sub Christo D. profecta esse censeatur. quę omnia alicui mira minime videbuntur, cū maiorem esse dignitatem

Papæ maiestas super omnes dignitates mundi.

Vt sacra ciuilesq; leges cum doctoribus variorum interpretibus in textu posita testantur.

Papæ potestas & dignitas super omnia iura mundi.

a Can. cuncta per mundum 9. q. 3 ca. propositi de cōcessi. præbēd.
b Baldus in c. cum accessissent extra de Constitut.
c Iason in l. 1. de offic. eius cui mandata est iurisdict.
d Rodericus Zamor. l. 2. specul. c. 1.
e Baldus in l. rescripta Cod. de precibus imper. offerendis.

A auctoritatemque summi Pontificis quam SS.[f] ipsorum, qui cum Christo D. nunc gloriæ cælestis æternitate potiuntur, ex sacris Ecclesiæ sanctæ canonibus intellexerit.

2. Quod si in grandibus rebus parua licet adhibere exempla atque magna componere paruis, collatio atque comparatio huius nostri spiritualis monarchæ Romani præsulis cum antiquæ legis magno sacerdote, hac luce clarius ostensura est, maiestatem vicarij Christi D. dignitatemque tam sublimem esse atque excelsam, vt nulla cum ea, quæcumque illa sit in toto mundo, possit aut debeat ancipiti contentione distracta de perfectione excellentiaque dimicare. Consideremus paulo attētius modos, rationes atque vias quibus Deus in antiqua lege sui Pontificis auctoritatem
B dignitatemque maximam in Iudæorum cordibus, potenter imprimere voluit. Modi illi varij ac plurimi qui ad sex reuocari possunt: quos breuibus expediā sermonibus. Primus extitit publica & solennis cōsecratio maximi Pontificis, quæ populo inspectante in septimum diem sine interruptione protendebatur iuxta præceptum Dei, his Exodi 29. verbis expressum:[g] *Omnia quæ præcepi tibi*, inquit Dominus Moisi, *facies super Aaron & filijs eius septem diebus, consecrabis manus eorum, & vitulum pro peccato offeres, per singulos dies ad expiandum.* Et Leuit. 8.[h] *de ostio tabernaculi non exibitis septem diebus vsque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ, septem enim diebus finitur consecratio, die ac nocte manebitis in tabernaculo, obseruantes custodias Domini ne moriamini: Sic enim præceptum est.* Secundus modus fuit vnctio olei sacri, quod nulli profano ac seculari vsui ser-
C uiens aptari poterat, vt constat ex locis illis modo productis. Tertius est, ornamenta quibus honorificè & non sine à cernentibus illum admiratione, magnus sacerdos induebatur. Quæ ex octo rebus magnificè conflabantur. Nempe 1. fœminalibus 2. veste linea stricta, 3. balteo seu cingulo 4. tunica hyacinthina, 5. Ephod seu superhumerali, 6. rationali iudicij, 7. cidari seu tiara, 8. lamina aurea, de quibus copiosè Exod.[i] & Leuit.[k] Quartus modus in magna copia redituum annuorū & opum situs erat quæ quotannis à duodecim tribubus & etiam à Leuitis summo sacerdoti soluebantur. Quæ[l] præter vrbes datas in sortem,[m] in decimis quas dabat populus[n] & in decimis decimarum, quas Leuitæ, illi summo pontifici ex decimis acceptis ab alijs tribubus pendebant, item in[o] primitijs & primogenitis quæ sacerdos magnus & alij sub illo sacerdotes non Leuitæ, à filijs
D Israel accipiebant & in cæteris alijs donis oblatisque à populo consistere videbantur. Illæ autem primitiæ ter in anno teste[p] Lyrano & alijs doctoribus, qui res Iudæorum diligentiùs exquisierunt, Dei iussu persoluebātur. 1. in pascate[q] de nouis spicis, 2. in Pentecoste[r] de nouis panibus, 3. mēse Septēbri in festo tabernaculorū de nouis fructibus.

Quintus modus consistit in frequenti colloquio magni sacerdotis cum Deo,[s] quo ab eo in his rebus maximi ponderis ad cultum Dei, religionis obseruationem[t] salutemque populi spectantibus, magnos sacerdos ad votum precesque populi, quid agendum, quidue futurum esset magna præparatus deuotione sciscitabatur.

Sextus & postremus modus quo summam sui magni sacerdotis auctoritatem venerationemque Deus Iudæorum cordibus inserere voluit,

f Cap. de libellis dist. 20.

Ex collatione Pontificis antiquæ legis maximi cum Rom. Pontifice huius super omnes mundi dignitates excellentia claret.

Sex modi quibus Deus summam sui pontificis in veteri lege auctoritatem & maiestatem Iudæorum animis imprimere voluit. Prim. Consecratio solennis per septem dies.

g Exod. 29. v. 3.
h Leuit. 8. v. 33

2. Modus. Vnctio olei sacri soli magno sacerdoti adhibita.

Exod. 20.

3. Modus. Ornatus vestimentorum magni sacerdotis ex rebus. 8.

i Exod. 28.
k Leuit. 8.

4. Modus. In diuitijs redditibusque consistens.

l Numer. 35. v. 1. & seq.
m Num. c. 18. v. 20. & seq.
n. Num. c. 18. v. 2. 6. &c.
o Exod. 22. 23. Leui. 7. 27. &c.
p Lyranus in Leuit. 23. &c.
q Leuitici 23. v. 10.
r Leuic. 23. v. 15.
s Num. c. 18. v. 13. Deut. c. 18. v. 4.

5 Modus

t Num. 27. 18. 1. regum c. 22. v. 15 & c. 30. v. 6.

6. Modus. In miraculis conspicuus.

variis illustribusque miraculis, innotuit & inclaruit: quæ Deus in honorem sui sacerdotis inque illius summæ auctoritatis & excellentiæ confirmationem, supra naturæ leges, operari dignatus est. Vt cum ignem de cælo [a] misit, qui primum sacrificium Aaronis ab eo in suo oblatum Pontificatu coram populo cōsumpsit, totūque deuorauit: quo miraculo tanquam sigillo suæ diuinitatis, Aaronis sacerdotii auctoritatē sublimēque potestatem, fremēte miranteque populo confirmauit.

Primum miras.
a Leuit. 9. v. 24. 1. 3 regum. 18.

2. In seditione rebellioneque schismaticorum [b] Core, Dathan, & Abiron, cum suæ rebellionis & schismatis contra Moysis & Aaronis primatum consortibus hiatu terræ absorptorum.

2 Miraculum.
b Num. 16. v. 6. & seq vt v. 31.

3. Inclaruit miraculum in supplicio diuinitus facto, [c] quo affectus est populus, seditione contra Moysem & Aaron arroganter & pertinaciter armatus: qui partim impœnitens incendio periit, partim Aarone deprecante, conuersus ad Dominum salutari pœnitentia ab instanti morte Deo misericorditer cum eo agente, liberatus est.

3. Miraculum in seditione populi.
c Num. 16. v. 41.

4. Illuxit miraculum in virga Aaronis præter naturam florentis & in Amygdalas fructificantis, præter alias cæterarum tribuum virgas in sua siccitate & ariditate remanentes: quo [d] populus antea murmurans contra tribum Leui, propter gloriam Pontificatus de ea petiti, non ab alia tribu, quam Leui maximum Pontificem diuina ordinatione desumendum esse cognouit.

d Numeri c. 17 per omne.
Si tanta fuit excellentia magni in veteri lege pontificis quanto maior esse debet pontificis noua legis.

Quod si præstantiam & excellentiam dignitatis Pontificiæ in lege veteri Deus tot signis notisque omni honore reuerentiaque suspiciendam populo Iudaico proponere ac suggerere voluerit? quid de maiestatis dignitatisque sui in noua lege vicarij, maximi omnium Christianorum Pontificis, sublimitate & excellentia super omnes prærogatiuas Pontificis Iudaici ipsiusmet Dei iudicio atque decreto credere atque sentire debemus? Cum non minori excellētia perfectioneque antiquæ legis antistes, magnusque sacerdos, à præsule summo Christianæ legis, id est, Rom. Pontifice superetur, quam vetus testamentum à nouo, vmbra videlicet à corpore, figura à veritate, imago inchoata à perfecta, littera occidens à spiritu viuificante, seruitus à libertate, sanguis denique taurorum animaliumque brutorum, à pretioso Christi Domini sanguine vincatur?

3. Nec vero solum excellentissima Romani Pontificis nouæ legis antistitis super pontificis antiqui testamenti cæterasque mundi dignitates, auctoritas illustrissimè fulget & rutilat, sed & amplissima latissiméque patens per omnes mundi tam inferioris quam superioris oras cum imperio dilatatur. Cuius dilatatæ amplitudinis & extensæ in vestibus magni sacerdotis, veteris testamenti præfigurata forma conspiciebatur. Quæ vniuersum mundum per partes distinctè repræsentabant: sic enim S. Thomas [e] vestimenta magni sacerdotis huius mundi dispositionem hoc modo designasse declarat. *Primo fœminalia linea & vestis linea significabant terram ex qua linum nascitur. 2. balteus Oceanum, qui cingit terram: 3. tunica Hyacinthina, aerem qui Hyacinthini coloris est. 4. tintinnabula illius tunicæ, tonitrua aeris: 5. mala punica, coruscationes quæ fiunt in aere: 6. Ephod siue superhumerale, cælum sydereum 7. duo Onychini, duo hemisphæria, vel certè Solem & Lunā: 8. duodecim gemmæ in pectore, duodecim signa Zodiaci: 9. thiara cælum Empyreum, 10. lamina aurea, Deum omnibus præsidentem.* Non dissimilia [f] sanctus Hieronymus. Ante hos dicebat Philo Iudæus: [g] *Totus Pontifex*, inquit, *totius mundi quædam imago fuit, &c.* Allusione facta ad illud sapientis: [h] *In veste poderis quam habebat, totus erat orbis terrarum*, scilicet descriptus, nec solum orbis terrarum, sed etiam cælorum & infernorum. Non sine magno mysterio: vt intelligeremus pontificis noui Testamenti cuius figura erat veteris testamenti sacerdos, potestatem in omnes mundi partes, tam summas, quam infimas, cum plenitudine summæ iurisdictionis extendi, iuxta illa Domini ad sanctum Petrum: [i] *Quodcumque solueris super terram erit solutum & in cælis*, & item. *Tibi dabo claues regni cælorum, &c.* [k] *Et pasce oues meas non has aut illas*, vt supra ex sancto Bernardo diximus, *sed meas*, id est omnes quæ de grege ouilique meo sunt, & erunt per totum mundum, *vt sit vnum ouile & vnus pastor.* In cuius amplissimæ per totum mundum potestatis monarchicæque iurisdictionis sancto Petro & successoribus eius ad omnes vniuersi plagas propagatæ, signum figuramque sanctus Petrus ante & post resurrectionem Christi Domini solus, discipulis aliis nauigio vectis viso & apparēte Domino se misit in mare, sicque ad eum accessit. *Mare hoc sæculum est*, inquit [m] S. Bern. *& aquæ multæ sunt populi multi, nauiculæ plures particulares Ecclesiæ. Apostolis igitur cæteris commissæ sunt particulares Ecclesiæ: vt S. Ioanni in Asia, Matthæo Æthiopia, Bartholomæo India, Iacobo Hierosolyma, & sic de aliis, at verò sancto Petro totus mundus. Sic omnibus igitur debitor est*, addit ille pius doctor, *successor Petri pontifex summus sapientibus & insipientibus, Iudæis & gentibus, non vt præsit tantùm, sed vt prosit, in solicitudine multa, vt operam det, vt increduli conuertantur ad fidem, conuersi non auertantur, auersi reuertantur. Porro conuersi ordinentur ad rectitudinem, subuersi ad veritatem reuertantur, subuersores inuictis rationibus conuincantur: vt vel emendentur ipsi, vel si fieri non potest, auctoritatem facultatemque perdant alios subuertēdi:* Quales sunt hæretici, schismatici, aliique eorum fautores, simplicium aliorumque libertinorum voluntariè decipi cupientium corruptores.

3. Amplitudo dominationis Monarchico Rom. Pōtificis per totum mundum. Vestes sacerdotis magni totū mundum repræsentabant.
e D. Thom. 1. 2 q 102 artic. 5. ad 8.
f S. Hieron. epist. 128.
g Philo Iud. lib. 3 de vita Moysis.
h Sapiēt c. 18.
i S. Matt. 16.
k S. Ioan. 21.
l S. Ioan. 10.
m S. Bernard. l. 4. ad Eugen
Rom. Pontifex omnibus debitor, vt omnes ad Deum conuertat si possit.
Act. ad nostros Corith.

Hanc propter supremæ maiestatis & auctoritatis Euangelici Pontificis amplitudinem, & sublimitatem, nunquam in Ecclesia Dei, res maximi momenti, æstimationis, atque ponderis, sine illius nutu, ac motu decidi ac terminari potuerunt debueruntque: sicut in talibus similibusque rebus in veteri testamento semper ad magnum sacerdotem illius iudicium consensumque petituri Iudæi omnes infimi magnique recurrere solebant: vt cōsultus ab illis Dominū pro eis cōsuleret, quid agēdū foret expediretq; pro bono religionis secularisq; politiæ, sciscitaturus. Vnde numerorū [n] li. copiosè feliciterq; cessisse legitur omnibus, qui hoc cōsultationis genus venerati sūt: sicut miserè aliis qui contempserunt, vt vtriusque generis exempla clarissimè testari possunt. Inter prioris generis exempla illud insigne valde in persona Dauidis, [o] qui cū insidias sibi à Saule parari, struique cognouisset, ad magnum sacerdotē Abiathar proficisci maturat, à Deo per eū quæsiturus an tutò extra vitæ propriæque salutis aleam in Ceila oppido, à machinationibus ciuium contra se liber morari posset, vt Sauli per eos, sibi infensissimo suæ appetitu mortis insanienti proditoriè traderetur. Aliud

4. Ob eminentiam & amplitudinem summo dignitatis Pontificis nil magni momenti sine illius nutu fieri debet, vt in veteri lege sine consensu magni sacerdotis.
n Num. 27. c. 18. & seq.
o 1 Regum c. 23. v. 9.

A exemplum est illo non inferios in eiosdem facto principis regisque prophetici, qui ad eum pontificem alio tempore Deum per eum consulturus accessit,[a] an Amalechitas ferro flammaque vastandos persequi deberet: quod oppidum Siceleg cum crudelitate maxima atrociter incendio deleuerant. Erat enim familiare & admodum frequẽs illi, nihil inconsulto summo sacerdote memorabile magnique pretij aggredi: vt per eum Dei volũtatem sciscitando, effectu eã religioso compleret. Hoc Achimelech Pontifex apud Saulem criminis accusatus, quod Dauidi faueret, Deumque pro eo consuluisset, his verbis pro defensione sua regi respondendo testatus est.[b] *Num hodie cæpi pro eo consulere Dominum?* Quasi diceret nonne ad frequentem Dauidis supplicationem sum pro illo diuinæ cõsultationi assuefactus? & ita Dauidi semper summum consulendo sacerdotem, aliisque similia facientibus bene feliciterque successit, B sicut operãtibus contraria misere:[c] vt Iosue aliisque Iudæorum principibus iusto Dei iudicio à Gabaonitarũ fraude deceptis: quod sine consensu summi sacerdotis, & Deo per eum non consulto, cum illis hostibus anathemati destinatis, tanquam cum extraneis longissimè à terra Chanaam distantibus populis, fœdus societatẽq; pepigissent. Aliud exẽplũ infortunij, quia irreuerentiæ & contemptus, in summum Pontificem in persona[d] Saulis peremptoriom est: qui insolenter exultans inaniterque gestiens, ob à se certamine victos Philistæos, cum illos inconsulto Deo persequi vellet, ardererque iteranda, pugna monita Pontificis à tali persecutione eum deterrentis despiciens, postea consulẽs Deum sine responso discedens, vti victoria prout animo destinauerat, proprijs confisus viribus, & C nõ obsecutus sacerdoti magno non potuit, eiusq; fructibus misere caruit. Alia quãplurima passim in scripturis exempla leguntur, quæ breuitatis causa prætereo. Non minor imò multò maior obligatio religioq; fuit in lege noua, nihil magnũ ac memorabile quod ad maiorem Dei gloriã securioremque popoli fidelis salurem recta flecteretur, sine consilio & auctoritate Rom. Pontificis legis gratiæ sub Christo D. pastoris œcumenici suscipere & aggredi, aggressumque ad destinatum finem sine mora deducere. Huius rei veritatisque, sacræ historiæ sanctorumque patrum lucubrationes, exempla nobis illustrissima subministrant. S. Cyprianus à S. Cornelio pontifice purgando se veniam precatur, qood non ei quædam prius quã agerentur eius subiicienda Decreto significauerit hæc dicẽs,[e] *Quod tibi de Fortunato isto pseudoEpiscopo, à paucis & inueteratis hæreticis cõstituto, non satis* D *scripsi, non ea res erat, quæ in tuam notitiam deberet per nos festinatò statim quasi magna & metuenda ferri.* Hunc sanctum secutus Stephanus Archiepiscopos Africæ cum tribus aliis prouinciæ huius concilius, hæc ad Damasum Papam in huius sententiæ ac veritatis consensum confessionemque rescripsit,[f] *Antiquis regulis censitum est, vt quidquid in remotis vel in longinquo positis agetur prouincijs, non priùs tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiã almæ sedis vestræ fuisset deductum.*

a 1. Regum c. 30. v. 6.

b 1 Regum c. 22 v. 15.

Bene consulentibus magnum sacerdotem in veteri lege feliciter multa successerunt & cõtra infortunium multa.

c Iosue 9. v. 14

Exempla infortuniorum ob non consultum obedienter magnum legis sacerdotẽ.

d 1. Regum c. 14. v. 36.

Nihil vnquã graue, magnũ ac memorabile sine auctoritate Rom. Pont. in Ecclesia factum.

e S. Cypr. ad Cornelium Papam epist.

f Epi. Steph. Africæ Archiepisc. ad S. Damasum Papam.

Quid vero S. Cyrillus Alexãdrinus Patriarcha? cũ Nestorium Constantinopolit. sedis antistitem nefaria contra fidem Orthodoxam molientem, impiaque contra Christi D. personã diuinitatẽq; sentientem detexisset, cauereque niteretur, ne pestis hæresiarchæ huius in ruinã animarum longiùs A serperet atque grassaretur: Nunquid tantum facinus memorabile ausus est attentare & aggredi inconsulto Episcoporum principe Rom. Pontifice? Minimè gentium, quin ita sit, hæc quæ ad Cælestinũ Papam rescripsit audiamus:[g] *Quoniam verò,* inquit, *& Deus sobrietatem à nobis in hisce rebus exigit, & longa consuetudines Ecclesiarum suadent communicare cum sanctitate tua, iterum necessario scribo illud significãs quod Satan etiamnum omnia perturbat.* Hanc veritatem optimus Imperator Theodosius senior in Oriente, cum Valentiniano iuniore in Occidente Christiana sublimis pietate professus, in suas leges edictaque reduxit: *Vt nullus videlicet Episcoporum quidquam in rebus maximi momenti sine viri venerabilis Papæ vrbis æternæ auctoritate tentare aggredique præsumeret.* Cuius legis edictique meminit Iostinianus in codice suo ex epistola quam ad Ioannem Papam rescripsit: In qua hæc B inter alia: *Nec patimur,* inquit, *quidquam ad Ecclesiarum statum pertinens, quamuis manifestum & indubitatum sit quod mouetur, vt non etiam vestræ innotescat sanctitati.*

g S. Cyrilli Alexand. ad Cælestinum Papam.

h Theodosius senior & Valent. iunior in Nouell. Cod. Theodos.

i Iustinia. M. epist. ad Ioãnem Papam.

Minorem fuisse porestatem & auctoritatem in spiritualia Rom. Põtificis in lege noua quã in veteri Iudæorũ magni sacerdotis asserere quis Catholicorum valde impium nescit esse? & nihilominus Pontificis Mosaici officium fuisse constat in controuersiis legalibus, rebusque magnis ad cultum Dei religionemque pertinentibus supremũ agere iudicem, & vltimam nulli obnoxiam prouocationi propria auctoritate sententiam pronontiare: cui omoes cuiuscunque conditionis ac sortis sub pæna mortis obedire & obsequi tenerentur,[k] sicut illa Deut. 17. manifestè declarant. *Qui autem superbierit nolẽs obedire sacerdotis imperio* C *morietur homo ille & auferes malum de Israel:* Notanda illa Iosephi lib. 2. contra Apionem verba.[l] *Pontifex ante alios sacerdotes, Deo sacrificat, leges custodit, diiudicat controuersias, conuictos delicti punit, eis qui non obedit, is pœnas luit, tanquam in Deum impius.* Et quamuis in singulis Iudæorum ciuitatibus constituti iudices essent inferiores, quorũ incumbebat muneri exortas inter populum controuersias, quæstionesque soluere, motasque lites sua sentẽtia sedare: vt clarissimo[m] Deureronomij illo rextu notius est quam quod dubitari debeat. *Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas, vt iudicent populũ iusto iudicio, nec in alteram partem declinent.* Quem textum alrer ille corroborat.[n] *Constitues iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per singula loca,* tamen si illi inferiores iudices inter se D conuenire non possent, vt ancipiti contentione distracti propter peculiares quasdam difficultates à lite nata profectas, negotiũ tõque controuersiæ subditam componere atque dirimere nescirẽt: ad superiores iudices Hierosolymis constitutos, quibus summus Pontifex, vt princeps ac iudex supremus præsidebat, confugere tenebantur: cuius sententiæ decretoque sub pœna mortis oportebat acquiescere. Sic enim pręscribẽdo loquitur Deus.[o] *Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam & causam, lepram & lepram: & iudicũ intra portas tuas videris verba variari: surge & ascẽde ad locũ, quẽ elegerit Dominus Deus tuus: venies que ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicẽ qui fuerit illo tempore, quæresq; ab eis, qui indicabũt tibi iudicij veritatẽ.* His dictis statim subiũgitur[p] *qui autem superbierit, nolens obedi-*

Officium pontificis antiquæ legis erat agere supremum iudicem, in his quæ ad religionem pertinebant: quanto magis Romani pontificis in noua lege.

k Deut. 17. b. 12.

l Ioseph l. 2. contra Apionem.

Ex omnibus controuersiis magni momenti ad summum pontificem siebat prouocatio si inferiores iudices non possent inter se concordari.

m Deut. c. 16. v. 18.

n 1 2. Paralip. c. 19. v. 15.

o Deu. 17. v. 12

p Deut. 17. v. 12.

A *re sacerdotis imperio, morietur homo ille, &c.* Ille autem sacerdos nõ alius quam magnus summusque pontifex esse dicitur, alus sacerdotibus in iudicio præfectus ac presidés: sicut illa l. 2. Paralip. 19.* designãt: *Amarias autẽ sacerdos & põtifex vester in his quæ ad Deũ pertinent, præsidebit.* Si tãta fuerit in synagoga sacerdotis magni in sũma iudicando potestas, quantò maiorem in Ecclesia vicarij Christi Domini Episcoporum principis auctoritatem ab ipso Domino datam fuisse credemus?

* L. Paralip. c. 10. v. 11.

Qui in Romanum Pontificem rebellant grauius à Deo puniuntur quam Iudæi in Pontificem magnũ murmurando rebellantes.

Quod si Iudæos imperium summi sacerdotis murmurando detrectantes, illudque ausu rebelli despicientes, tantæ pænæ totque supplicia extrema viuos mortuosque mactauerint, vt sacræ paginæ [a] sæpissimè commemorant: quàm grauioribus tormentis cruciatibusque acerbioribus in B Romani Pontificis Pastoris œcumenici Catholicarum animarum auctoritatem, caput & iras attollentes Deus ipse torquebit? Cùm huius apud eum quàm illius dignitas longè pretiosior existat? Hoc enim argumentum à minori ad maius ex illis verbis Apostoli deducere facilè nobis atque procliue. [b] *Nolo vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptisati sunt, in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt &c. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt nõ simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt: neque idololatræ efficiamur, sicut quidam ex ipsis: neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia: Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & à serpentibus perierunt: Neque murmura*C*ueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram in quos fines seculorum deuenerunt.* Ex quibus Apostolus docet Iudæos multis magnisque cumulatos beneficiis sola miseratione misericordiaque diuina, maximè in Deum horum oblitos beneficiorum ingratos extitisse, grauissiméque peccando illius gloriam & honorem indignissimè suæ rebellionis pedibus obtriuisse atque conculcasse: præsertim cum effreni discussoque obediẽtiæ iugo in Moysem Aaronemque Pontificem murmurauerunt propter quod Deus eos magnis iustisque suppliciis potẽter oppressit. Inde S. Paulus in animo insitam persuasionem grauiorum aduersitatum nobis infert: quibus à Domino percellemur, si obliti beneficiorum Iudaicis maiorum, quibus nos ipse cumulauit in eum peccemus, præsertim murmurando cõtra summum Pontificem vicarium eius, insurgẽdo in eum rebellique pertinacia sceleratè luctandu. Quæ crimina ne vnquam in corda nostra furẽter irrumpant, vt conscientiam lethaliter polluant, & inficiant, eiusdem sancti Apostoli exhortationem secuti. [c] *Obediamus præpositis nostris,* præsertim præpositorum principi, patrumque Patri Rom. pastori, *& subiaceamus illis: Cum ipsi peruigilent, quasi rationem pro animabus nostris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant: & non gementes: hoc enim non expedit nobis.*

a Deut. 17. v. 12. Numer 16. v. 1. 31. & 41. &c.

Argumentum à minori.

b 1. Cor. 10, 1.

c Hebræorũ c. 13. v. 17.

CAPVT IX.

Prouocationes ab omnibus per mundum diffusis Ecclesijs maioribus, & minoribus (si à maioribus opprimantur) Patriarchalibus, Archiepiscopalibus, Episcopalibus, &c. ad Romanam & Apostolicam sedem, Papæ monarchicum in omnes Ecclesias imperium spirituale comprobant.

B NOTA illa clarissima maximéque ad persuadendum potens, principem illum mero supremoque imperio dominari, ad cuius tribunal vltimæ ex omnibus imperij partibus personisque prouocationes directè resoluuntur. Quod non modo Catholici omnes ingenuè cõfitentur, sed ne ipsi quidem hæretici audent inficiari. Ait quippe Caluinus, [b] *summum imperium penes eum esse ad cuius tribunal prouocatur.* At tale esse Romani Pontificis in spiritualibus, rebusque ad finem supernaturalẽ rectà collimantibus tribunal, omnis antiquitas, siue ex Concilijs, siue ex sacris Romanorum Pontificum decretis, siue ex SS. Patrum lucubrationibus, & ex alijs Ecclesiæ monumentis eruatur, euidẽtissimum esse proclamat. Licet huic veritati impius adlatret Caluinus more suo impudenter mentiendo, vt illius subsequentia verba designant. [c] C *Multi sæpè ad Romanum Pontificem appellarunt: ipse quoque causarum cognitionem ad se trahere conatus est, sed semper fuit derisus quoties fines suos excessit.* Quæ quam plena sint mendacijs, calumnijsque fætidè scateant, vsus ipse Pontificiæ iurisdictionis & plenæ potestatis effectus, euentusque manifestissimè demonstrant. Quem enim nisi plane cæcum in præteritorum cognitione seculorum, penitusque reuerendæ ignarum antiquitatis negare non puderet, aliquando quatuor illos generales in oriẽte Patriarchas, cæteris Ecclesiæ prælatis (excepto Romano) dignitate atque potestate præeuntes Alexandrinũ nẽpe, Antiochenũ, Hierosolymitanũ & Constantinopolit. suis à sedibus eiectos atque in sua iurisdictione tyrannicis furoribus oppressos ad sanctissimam Apostolicæ sedis Pontificiæque Romanæ maiestatis arcem tanquam ad tutissimũ D suæ innocentiæ salutisque portum prouocando confugisse? Nam & Athanasium, Alexandrinæ sedis Patriarcham in sua causa crudeliter ab Arianis oppressum non modo [d] Sozomenus, alijque scriptores ad Romanos Pontifices Iulium 1. & Felicem 2. prouocauisse, sed ipse quoque S. Athanasius [e] multis in locis suorum operum manifestè testantur. Nota sunt illa quæ ipse cum alus Episcopis in Alexandrina Synodo congregatis ad Felicem 2. scribebat: [f] *vos prædecessoresque vestros* (Apostolicos videlicet præsules) *in summitatis arce Deus constituit, omniumq; Ecclesiarum habere curam præcepit*: Itẽ & illa quæ ad solitariã vitam agentes in epistola misit. [g] *Romanus Episcopus Iulius, synodum iussit fieri, vt tutò & crimina sibi obijcerent: Et inuicem sibi oblata refutarent.* Quantum porro fiduciam spemque defensionis in prouocando de iniqua sua ab inimicis cõdẽnatione ad Rom. Põt.

Vltima ad thronum alicuius principis prouocatio, signum & nota summi imperij

b Caluinus l. 4. inst. c. 7. §. 9.

c Caluinus l. 4. inst. c. 7 § 9.

En quatuor Patriarchalibus Ecclesijs ad Rom. Pont. fedem olim prouocatum.

S. Athanasius Alex. prouocauit ad sedem Apostol.

d Sozom. l. 3. c. 7.

e S. Athan. in Apolog. ad Constant.

f Epist. ad Felicem 2.

g Epistola ad solitariam vitam degentes alia duo S. Athanasij testimonia.

a Epist. ad papam S. Marc.

Ad principem Ecclesiarum omnium Rom. pōtificem promouendo prosperè confugit S. Athanasius cum alijs suffraganeis Episcopis.

A sanctus ipse poneret apertè his ad Papam S. Marcum manifestauit eloquiis:[a] *Domino sancto & Apostolici culminis venerando præsuli Marco, sanctæ Romanæ & Apostolicæ sedis atque vniuersalis Ecclesiæ Papæ, Athanasius & vniuersi Ægyptiorum Episcopi salutē, &c. Optamus vt à vestra sancta sedis Ecclesiæ auctoritate, quæ est caput & mater omnium Ecclesiarū ea ad correptionem & recreationem fidelium orthodoxorū percipere per præsentes legatos mereamur. Verè nouimus Apostolatus vestri cor, gratia Spiritus sancti in tantum esse accensum, vt omnibus oppressis succurratis, quanto magis nobis, qui exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisque obedientes cum omnibus nobis cōmissis esse semper volumus.* Clariùs adhuc de hac sublimi summaque pontificis, ad quam ex omnibus terrę partibus iuste feliciterq; prouotatur, auctoritate loquitur:

b S. Athanas. epist. ad Felicem.

B Epistola ad Felicē 2. in qua vniuersis Ægyptiorum, Thebanorum, Lybiorumque sociatus Episcopis hæc ait: *Ideò pater beatissime quia semper antecessores & nos à vestra Apostolica sancta sede auxiliū habuimus & nostri vos curam habere agnouimus, præfatam Apostolicam & summam expetimus iuxta canonum decreta, sedem: vt inde auxilium capiamus vnde antecessores nostri ordinationes & dogmata atque sublenationes ceperunt. Ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur: quoniam non potest mater obliuisci infantem suum: sic & vos nolite obliuisci nos vobis commissos: quoniam non leuibus nos inimici nostri implicauerunt afflictionibus, & quotidie facere moliuntur, & apprehendere, aut ferro nos constringi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus. Quod nequaquam vobis incōsultis agere præsumimus: canonibus quippe iubentibus, absque Romano Pontifice nos de maioribus causis nil debere decernere. Ideoque ad propositum recuerētes & ad brauium properantes, vestræ Apostolicæ sedis imploramus auxiliū.*

Rom. Pōtifices Patriarchas Alexandrinos à principio nascentis Ecclesiæ ordinarūt.

C

Flauianus Antiochenus Patriarcha ad S. Damasum prouocat.

c Theodor. l. 5 c. 23.

d Sozom. l. 8. c 3. Socrates l. 5. c. 15.

Flauianus[c] Antiochenæ sedis Patriarcha, ab inimicis falsò criminum insimulatus impetitusque calumnijs ad S. Damasum Papam causam coram eo dicturus, vt se ab obiectis criminibus eximeret, Romam venit: pro quo[d] Theophilus Patriarcha Alexandrinus, & S. Chrysostomus Constantinopolitanus humiliter S. Damaso supplicauerunt.

Petrus Hierosolymitanus patriarcha.

e In Synodo 5. Act. 4.

Quid verò Petrus Hierosolymitanus Patriarcha? nonne se eiectum iniustè ab hostibus falsisque oppressum criminationibus prouocatione ad Apostolicam sedē liberatum iri credidit, summā ad id in Rom. Pontifice agnoscens potestatem,[e] cum ipse Agapetū Papā fecisse diuinitus affirmauerit, quod Anthimum quendam Constantinopolitanę Patriacham Ecclesiæ de gradu Patriarchalis honoris auctoritate pontificia depulisset?

D

S. Chrysostomus Constantinopolitanus Patriarcha

f S. Chrysost. ad Innocent 2 epist.

g S. Chrysostomus Papā rogat, vt omnia contra se impia inimicorum ausa irrita & nullius roboris esse sua auctoritate declaret: & se suæ restituat Ecclesiæ, quod factum est

Sanctū vero Chrysostomum ab impiis schismaticisque prælatis osoribus suis, diu variisque diuexatum iniuriis, & saturatum opprobriis, vt se ab illis omnibus potenter iustéque vindicaret, interposita appellatione ad Innocentium papā magna iactatum afflictionum tempestate confugisse non extranea aliorum scripta,[f] sed ipsius sancti patris domestica germanaque testantur. Memorabilia sunt hæc quibus S. Chrysostomus post recensitas crudelitates & iniustitias in se inimicorum suorum pro conclusione in hac epistola Innocentium Papam rogat & obtestatur.[g] *Ne igitur*, inquit, *immanis ista confusio cuncta percurrat, & vbique dominetur: scribite precor, & auctoritate vestra decernite huiusmodi iniqua gesta nobis absentibus & iudicium non declinantibus, nullius esse roboris, sicut per suam naturam sunt profectò & irrita & nulla. Porro qui talia gessere, eos Ecclesiæ subijcite. Nos autem insontes neque conuictos neque deprehensos, neque vllius criminis reos comprobatos, Ecclesiis nostris iubete restitui, vt charitate frui & pace cum fratribus nostris consueta possimus.* Quibus auditis Innocentius papa grauiter exasperatus, & valde iniquo animo ferens has Theophili Alexandrini patriarchæ & aliorum Episcoporum schismaticorum huius in impietate cōsortium crudeles iniurias & iniquitates in S. Chrysostomum, impium eorum contra hūc sanctum, immaneque iudicium, irritum reddidit atque[h] teste Palladio conquassault. Erat quippe tam frequens & assuetum in primitiua Ecclesia, oppressis iniustè, & iniquè condemnatis Episcopis, aliisqoe superioris ordinis prælatis, hac ab iniusta impiaque sententia ad pontificis Romani tribunal appellatione recurrendo, saluti honorique suo consulere: vt ipsi etiam hæretici, licet semper more diaboli patris sui maiestatis pontificiæ osores & inimici, vt iustā cōtra se cōdemnationis sententiā Vulpina fraude eludere possent: hoc sanctum Rom. pontificis tribunal prouocatione sua reclamauerint. Sicut duo illi in Hispania Basilides Legionensis, & Marcialis Asturiensis Ecclesiæ Episcopi hæretici libellatici fecisse memorantur. De primo hæc[i] S. Cyprianus, *Basilides adhuc insuper præter libelli maculā cū in infirmitate decūbens, in Deū blasphemauerit & se blasphemasse confessus sit, & Episcopatum pro conscientiæ suæ vulnere sponte deponens ad agendam pœnitentiam conuersus est, Deum deprecans & satis gratulans si sibi vel laico communicare contingeret.* Hæc S. Cyprianus, in quibus huc vsque bene fecit Basilides. At postea cum videret in sedem suam subrogatum Sabinum liuore tabescens, quod iure non posset, dolis atque fallacijs explere conatus est. Si quidem ad Apostolicam sedem se Romam conferens de iniusta à sede Episcopali deiectione sua, apud sanctissimum patrem expostulando, simulata pœnitentia papam Stephanum multis mendacijs circumuenire conando, obnixè deprecatus est: vt sibi sedes ablata, Apostolica auctoritate, redderetur. Sicur pluribus in eadem epistola,[k] S. Cyprianus exponit pontifici Stephano supplicans contra hunc hęreticū pro legitima Sabini, in hæretici sedem promoti, ordinatione confirmanda. Similia de altero hæretico Episcopo Martiali propter hæresim deposito referuntur.

h Palladius in vita S. Chrysostomi

Hæretici Episcopi Basilides & Martialis, vt per fraudē à iusta eximerent se condemnatione, more Catholicorum ad Rom. Pontificis tribunal prouocarunt.

i S. Cyprian. epist. 68.

k S. Cypr. ep. 68.

Tempore Iulij primi multæ ad eum ex orientalibus partibus Catholicorum Episcoporum hæretica factione crudeliter & contumeliosè de gradibus Episcopalis fastigij depulsorum, factæ sunt appellationes: quos omnes papa frementibus & furentibus hæreticis in suas sedes honorificè restituit. *Idque*, inquit[l] Sozomenus, *quia propter sedis* (scilicet Romanæ) *dignitatem cura omnium ad eum*, scilicet papam, *pertinebat:* Sic[m] Theodoretus supremam illam papæ in Ecclesia potestatem, in restituendo sedibus, iniustè depositos agnoscens, hæc S. Leoni scribebat, *Ad Apostolicā vestram sedē currimus, vt Ecclesiarū vlceribus medicinā capiamus.*

Orthodoxi multi Episcopi suis sedibus à Papa Iulio restituti.

l Sozomenus l. 3. c. 7.

m Theodor. epist. ad S. Leonem 1.

Imperante Ariano Imperatore Valente, Arianis sub illius tyrannico fauore omnia furoribus suis, in Ecclesia Dei permiscentibus: Petrus Catholicus Optimus sancto Athanasio defuncto successor factus in sede, immanissimè à throno Alexandrino depulsus, Romam ad papam sanctum Damasum auxilium petiturus confugit, & ab eo suam sedem recuperauit, vt Sozomenus[n]

Petrus S. Athanasij successor ad S. Damasum prouocauit.

n Sozomenus l. 6. c. 39.

a Socrates li. 4.c 30. *Apiarius Episc. Siccensis.*
b Epi. Aurelij Episcop. Carthag. ad Cælestin Papam.
S. Britius.

Socratesque[a] commemorant. Apiarius Siccensis Episcopus ab Africano depositus concilio, Zozimi Papæ implorans auxilium, contra hanc sibi factam iniuriam, vt perhibebat, auctoritate Pontificia Christianorum communioni restitutus est,[b] vt ex epistola Aurelij Episcopi Carthaginensis ad Papam Cælestinum conspici potest.

S. Brious sancti Martini successor, in Turonensi Episcopatu iudicio à sede depulsos iniquo, Roman. Pontific. authoritate, ad quem graui inimicorum iactatus oppressionum tempestate confugerat, ablatam iniuria sibi sedem iuste postea recuperauit.

c S. Gregorius Turon. l. 2. hist Fran.
Duos in Hispania Episcopos eiectos iniustè & atrociter in exilium pulsos ad sedem Apostolicam prouocantes S. Gregorius pristinis sedibus restituit.

Temporibus[c] S. Gregorij atrox iniuria duobus in Hispania Ianuario Malacitarum Ecclesiæ & Stephano alterius Ecclesiæ Episcopis illata est: cum sine causa maleuolorum odio, falsi insimulati criminis sedibus Ecclesiarum & patria propria, per iniquum exilium priuati sunt. A qua iniquitate & oppressione violenta, vt se protegerent præsentius remedium magisque salutare non inuenerũt, quam sanctissimi patris omnium communis fidelium, opem auxiliumque iusta prouocatione flagitare. Qui bene instructus & informatus de innocentia eorum, deque liuore & iniquitate inimicorum illico & sine mora, in illas Hispaniæ partes nuntium suæ sanctitatis defensorem nomine Ioãnem mittere properauit. Qui auctoritate Apostolica illos innocentiæ clypeo tectos in suas sedes patriamque cum honore reduceret: hos vero iniquitate fraudeque conuictos retrusionis in monasterium per sex menses pœnæ subiugaret, vt plures eiusdem S. patris epistolæ[d] de hac controuersia iustitiaque innocentibus & sontibus præstita loquuntur. Et erat hæc ad Apostolicam sedem Episcoporum aliorumque Ecclesiæ prælatorum, maximè maiorum, prouocatio tam piè ac religiosè tamque inuiolabili obseruatione ab omni seculorum memoria custodita, vt ad hanc sanctissimam Romanę maiestatis sedem prouocantes condemnare summum grandeque nefas esse crederetur.

d S. Greg. l. 11. epist. 32. & ep. 56.

e Iuo Carnot. epist. 8. ad Richerium Archiep. Senon.
f S. Greg. decretum.

Sicut Iuo[e] Carnotensis ad Richerium Archiepiscopum Senonensem epistola, fretus S. Gregorij auctoritate his verbis perspicuè demõstrat,[f] *Item sanctus Gregorius in epistola de Aldrico Cenomanensi Episcopo ad Gallias directa: Nullus, inquit, Aldricum iudicet aut iudicare præsumat. Sed si (quod absit) graue quid intolerandumque ei obiectum fuerit, nostra erit expectanda censura, vt nihil prius de eo qui ad sinum sanctæ Romanæ confugit Ecclesiæ, eiusque implorat auxilium, decernatur, quam ab eius Ecclesiæ fuerit preceptum authoritate: quæ vices suas ita alijs impertiuit Ecclesijs, vt sint in partem vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, &c.*

Omnium Ecclesiarum prælati in partem vocati solicitudinis, non in plenitudinem potestatis.

g Petrus Cluniacensis li. 6. ep. 14. ad Eugenium Papã.
Arnulphus Rhemens. Archiepisc.

Vt omnes quàm hæc Petrus Cluniacensis Papæ Eugenio apposite rectéque dixerit, intelligant: *Vestrum*[g] *est* (inquit) *totius Ecclesiæ Dei in hac valle lachrymarum peregrinantis causas audire, auditas discutere, discussas iudicio Apostolico definire.* Idcirco Ioannes decimus quintus põtifex Romanus certior factus Arnulphũ Archiepiscopum Rhemensem filium Lotharij ducis Lotharingiæ se inconsulto ab Episcopatus throno deiectum fuisse, carceris insuper premi molestijs, tale nefas indignissimè tulit. Quem placare conatus Rex Hugo Capetus honesta per Ioannem Archidiaconum legatione,[h] se in omnibus illius iussa subiturum nullaque in re ab illius tantillum recessurum imperio spopondit. Quod quidem quò faciliùs operaretur, ab eo in causa huius Arnulphi contra Gerbertum eius in sede supplantatorem, in Gallia synodum fieri precibus magnopere postulauit. In quo Mosoni habito,[i] vt Galliæ testantur annales, Arnulphus pristinæ dignitati atque libertati cum honore, pontificia auctoritate restitutus est. Nec immerito ad sedem Apostolicam, vtilitatem appellationum rectè & ex conscientia susceptarum, eum vtilitate bonoque, quod sol mundo suis illum radijs fouendo largitur,[k] S. Bernardus l. 3. ad Eugenium de consideratione comparat. *Fateor*, inquit, *grande & generale mundo bonum esse appellationes: Idque tã necessarium, quàm solem ipsum mortalibus. Reuera quidem sol iustitiæ est prodens & re arguens opera tenebrarũ. Prorsus fouendæ & manu tenendæ sunt, sed quas extorserit necessitas, non calliditas adinuenit.* Pluribus exemplis atque testimonijs optimorum scriptorũ rem in hoc capite propositam illustrare necessarium non valde iudico, propterea cæteris silentio missis ad alia propero.

h Ex litteris regis ad Papã quæ sunt inter Gerberti epistolas.
i Annales Galliæ ca Massonio l. 3. in Hugone Capeto.
k S. Bern. l. 3. de consideratione c. 2.

CAPVT X.

Amplius Monarchicum Papæ in omnem Christi Domini Ecclesiam regimen imperiumque duo illa manifestant. 1. nulli fas à Papæ sententia ad aliud prouocare tribunal. 2. maiestatem illius spiritualem nullius positiuæ iurisdictionis obligari legibus, vt ab ea iudicari possit.

Prouocare à Papa nisi ab ipso malè informato ad ipsummet bene informatum nulli Christiano licet.

A Sententia papę ad alium thronum prouocare ipsa ratio principatus monarchici sacrique Ecclesiæ canones cum doctrina SS. patrum nefas esse proclamant, nec vlli Christiano Ecclesiæ S. excepto sinu iure licet à tãto pastore nisi ab ipso malè informato, ad ipsum bene informatum, vt schola loquitur, appellare. Sicut prophanas replicantes historias quemdam Machetam coram Philippo Macedonum rege causam dicentem non absimile fecisse legimus: Qui cum Philippum sibi minus attentè aures dicenti præbere causamque cui patrocinabatur re non bene tota cognita caducam iudicasse conspiceret, factum iniquo ferens animo Macedonica militarique libertate,[a] *appello*, inquit, *rex simul indignatus & iratus: Tu à rege? & ad quem? Machetas ad ipsum te*, inquit, *sed vigilantem & attentum.* Pari ratione, citra inobedientiæ rebellionisque crimen, verè Catholicus Romano Pontifici, si quid in via facti malè informatus non rectè decreuisset, dicere posset: *Appello, beatissime pater, à te de quæstione proposita minus bene informato & instructo, ad te melius informatum.* Sed ab illius tribunali rem iudicatam aliò traducere vt iterum examinata iuridicè finiatur, hominis est impie de Catholica fide sentientis, atque Apostolicæ sedis iudicium fastu superbo despicientis. Recteque S. Bernardus Eugenio Papæ dixit,[b] *non est in hoc mundo ad quem appellaris.* Et quàm in eam rem ista sunt Iuonis Carnotensis egregiè dicta.[c] *Quoniam*, inquit, *iudicia Romanæ Ecclesiæ à nemine foris retractari posse, eadem Romana Ecclesia docente didicimus: Si qui aliquando se præ-*

Macheta Lacedæmonij coram Philippo rege dicentis dictum memorabile.
a Plutarchus in Laconicis.
b S. Bernardus li. 1. c. 4. de cõsid. ad Eugenium.
c Iuo Carnotensis epi 183. ad Paschalem Papam.

grauatos ipsius Ecclesiæ auctoritate conqueruntur, hoc eis consilium damus, vt non descendant in Ægyptum propter auxilium: sed ab ipsa ad ipsam confugiant, & inde expectent leuamen, vnde se conqueruntur accepisse grauamen. Quia quæ aliquando corripit paterna seueritate, eadem frequenter colligit materna pietate Atque hanc ex omnibus orbis Christiani regionibus ad Apostolicam sedem, humilem religiosamque prouocationem, & ab illa sede ad aliud iurisdictionis solium appellationis prohibitionem, opus esse Dei, factumque memorabile Gregorius septimus verissimè iudicauit, hæc Metensi Episcopo scribens: [a] *Hanc itaque diuinæ voluntatis institutionē, hoc firmamentum dispēsationis Ecclesiæ, hoc priuilegium beato Petro Apostolorum principi cælesti decreto principaliter traditū, atque firmatum sancti Patres cum magna veneratione suscipientes atque seruantes, sanctam Romanam Ecclesiam tam in generalibus cōcilijs, quàm etiam in cæteris scriptis & gestis suis vniuersalem matrem suā appellauerunt. Et sicut eius documenta in confirmatione fidei & eruditione sacræ religionis, ita etiam iudicia susceperunt, in hoc consentientes, & quasi vno spiritu & vna voce concordantes, omnes res maiores, & præcipua negotia, nec non omnium Ecclesiarum iudicia, ad eam quasi ad matrem & caput debere referri: Ab ea nusquam appellari, iudicia eius à nemine retractari, aut refelli debere, aut posse.* Longè ante eius tempora. [b] S. Gelasius ita Faustum Magistrum legatione Constantinopoli fungentē admonebat. *Ab Apostolica sede nunquam prorsus appellari debere sanxerunt patres, ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium, nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolui: cuius potius decreta sequenda mandarunt. In hac ipsa causa Timotheus Alexandrinus, Petrus Antiochenus, Petrus, Paulus, Ioānes, &c. non solum vnus, sed plures vtique nomen sacerdotij præferentes, sola sedis Apostolicæ sunt auctoritate deiecti*: Et postea contra rebelles, qui ne sanctissimæ sedi parerent, canonibus se muniri prætexebant. [c] *Nobis, inquit, opponunt canones dum nesciant, quid loquantur: contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ sedi, sana rectaque suadenti parere fugiunt. Ipsi sunt canones qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius sedis examen voluere deferri, ab ipsa verò nusquam appellari debere sanxerunt.* Hanc veritatem confirmat ipse sanctus fortius adhuc & luculentius dum per Epistolam Episcopos Dardaniæ sic affatur: [d] *Cuncta per mundum nouit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententijs ligata Pontificum, sedes beati Petri Apostoli ius habeat resoluendi, vtpotè quæ de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permissus.* Cuius rei exēpla supra multa produximus, quibus plura addi possent, si modus scribendi pateretur. Illo antiquior S. Bonifacius 1. in eam rem Fausto cæterisque Episcopis per Thessaliam aliasque prouincias constitutis, ista [e] suis litteris, de summa & absoluta in iudicando Apostolicæ sedis auctoritate renuntiabat. *Nemo vnquam Apostolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obuias audacter intulit: Nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari.* Atque si res tota ad veritatis Ecclesiasticæ fideique calculum determinanda reuocetur, non erit difficile nec longum valde colligere eos qui hanc à summo Papæ iudicio, ad aliud iustitiæ tribunal appellationem mordicus defendere non verentur, ab hæreseos contagione taboque immunes non omnino videri, sed de illa valde suspectos apparere. Hoc enim ratio manifesta è sacræ paginæ & Ecclesiasticæ doctrinæ fontibus exhausta solide conuincit. Neque enim meum in animum vllomodo inducere possum, aliquem verè Catholicum posse reperiri, qui non credat eos fœtido hæretici dogmatis hiatu iam absorptos: quorum contumacia obstinata & erroris vertigo pertinacis, Ecclesiæ priuilegia Romanæ à Christo Domino in persona sancti Petri donata, & elargita diuinitus auferre atque destruere sceleratè conantur. Hoc enim sacri canones apertè clamant: vt ille primus distinctionis 22. can. omnes in quo Spiritus sanctus per os Ecclesiæ quam sanctificauit in sanguine Christi Domini ita loquitur. [f] *Qui Romanæ Ecclesiæ priuilegium ab ipso omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in hæresim labitur: & cum ille vocetur iniustus*, scilicet qui cuilibet Ecclesiæ ius suum detrahit, vt paulo ante dictum, *hic est procul dubio dicendus hæreticus, fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ est mater fidei, & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis Ecclesiis prætulisse cognoscitur.* Certum est autem ex omnibus priuilegijs quibus Christus Dominus suæ sedi Apostolicæ, in capite mundi Roma plantatæ, suo vicario sancto Petro eiusque successoribus sedis Episcopis Romanæ gratificari dignatus est illud esse de præcipuis, *quod omnes*, scilicet, *iudicarent à nullo iudicandi.* [g] *Can. si Papa, dist. 40. solaque Romana Ecclesia sua auctoritate valet, iudicare de omnibus, de ea autem iudicare nulli permittitur.* [h] Can. Conquestus 9. q. 3. at si prouocationi à sententia Papæ ad aliam iurisdictionis arcem aditus ianuaque panderetur, quis non intelligeret videretque ab alio Papam posse iudicari, contra hoc diuinitus à Christo Domino, sancto Petro posterisque eius, Apostolicæ sedis auctoritate potientibus priuilegium: quod nihil aliud esse iuxta sacros Ecclesiæ canones Theologorumque consulta censetur, quam dignitas quædam sublimis ac prærogatiua Romanæ ac vniuersali Ecclesiæ in sancti Petri persona primi Pontificis Romani Christique Domini vicarij, diuina ipsius Domini largitate concessa, vt hæc clarissimè huius verba canonis ostendunt. [i] *Illam*, scilicet Romanam, *Ecclesiam quæ omnes omnium Ecclesiarum dignitates & cathedras instituit*, vt ibi dicitur in principio, *solus ille fundauit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura commisit. Non ergo qualibet terrena sententia, sed illud verbum per quod constructum est cælum & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit Ecclesiam. Illius certe* (scilicet diuini verbi) *priuilegio fundatur, illius auctoritate fulcitur.* Priuilegia autem quibus Romanam Ecclesiam eiusque pastorem in persona sancti Petri Christo saluatori nostro placuit honorificare, cum multa sint: quinque tamen ex omnibus præcipua commemorantur. Primum est quod Romanus Pontifex caput sit summum & vnicum visibile vniuersalis Ecclesiæ, principatu super omnem Ecclesiam monarchico decoratus, omnibus fidelibus vndosum vitæ humanæ, militantis Ecclesiæ naui, tranantibus æquor, maior atque superior. Sicut ipsa Romana Ecclesia caput & mater & princeps omnium

[a] Gregor. 7. epist. 21. l. 8 ad Metensem Episcopum.

Prouocationes ad sedem Apostolicam iure diuino sunt non humano.

Pulchra auctoritates probantes à Rom. Pont. ad aliud tribunal appellare nefas esse.

[b] Gelas. 1 in commonitorio ad Faustū, &c. Gratian 9. q. 3. can. ipsi sunt.

[c] Gelas. ibid.

[d] Gelasius epist. ad Episcopos Dardan. can. cuncta per orbem 9. q. 3.

[e] S. Bonifacius 1. epist. ad Faustum, &c.

Qui asserit peruinaciter posse à Papa sententia ad aliud tribunal prouocari, de hæresi suspectus esse videtur.

[f] Can. omnes § qui autem dist. 22. ex Nicol. 2. epist. ad Mediolanenses.

Vnum de præcipuis à Christo D. datis S. Petro & Rom. Pontifici priuilegijs est omnes iudicare, & à nullo iudicari.

[g] Can. si Papa dist. 40.

[h] Can. conquestus 9. q. 3.

Quid sit priuilegium Ecclesiæ Rom. à Deo datum.

[i] Can. omnes dist. 22.

Ex omnibus Ecclesiæ Rom. priuilegijs quinque præcipua.

Primum priuilegium caput esse & principē vniuers. Eccl.

omnium Ecclesiarum appellatur & creditur; cui omnes obediendo fideliter adhærere debent Ecclesię can. [a] *non decet* dist. 12. 2. est Roman. Pontificem esse Principem pastoremque omniũ, cum plenitudine potestatis, omnibus ex officio pietate paterna dominantem. Cuius imperia detrectare licet grauia videantur, scelus est, vt agnouit Carolus Magnus, [b] Can. qui se scit. 2. q. 6. Tertium priuilegium virtus & potestas à Deo Romano data Pontifici condendi leges iuraqoe perennia immobilis auctoritatis & firmitatis, minime mutationibos obnoxiæ. Quam firmitatẽ saluator noster insinuasse & indicasse videbatur hæc S. Petro dicẽs: [c] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quartum priuilegium, dare Conciliis robur authoritatis, eaque vt legitimum vigorem effectumque sortiantut confirmare, vt videre est [d] dist. 17. per omnem [e] Can. dudom 3. q. 6. Vnde illud Iulij Papæ contra orientales Episcpos, pro sancto Athanasio [f] *regula vestra nullas habet vires nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc Concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ legatus interfuit, canonibus præcipientibus sine eius auctoritate concilia fieri non debere, nec vllum ratum est aut erit vnquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.* [g] Hæc Iulius: & Pelagianus 2. [h] Propterea Episcopos Orientales qui ad spuriam illicitam Ioannis Coostantinop. vocationem conuenerant, paterna per litteras sic reprehensione coarguit: [i] *Multis denuo Apostolicis atque Ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis concilia celebrari. Quapropter vt iam dictum est, rectè non concilium, sed vestrũ conuenticulum vel conciliabulum quassatur, & quidquid in ea actum est, irritum habetur & vacuum. Vos quoque deinceps videte vt nullus hortatu talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communione carere non vultis.* Sed hæc in trãscursu, de his infra longe plora dicturi, leui commemoratione delibamus. Quintum denique ac postremum de præcipuis priuilegium illod est de qoo hic quæstio vertitur, quod supra tetigimus, Contra quod ridiculæ fiunt à quibusdã schismaticorum partes sua partim malicia, partim imperitia fouentibus, obiectiones nõnullaque ad suam confirmandam rebellionem exempla producuntur: Quæ à doctissimo nostræ ætatis Theologo viro sanctissimæ vitæ Valeo, [k] eruditè refutata & explosa studiosus ac verè Catholicus lector videre poterit. Tot sacris Ecclesiæ decretis canonibusque veluti dioini sancti Spiritus oraculis rite consideratis, iustóque rationis Theologicæque sapiẽtiæ trutinatis examine, quàm iustè spiritualem anathematis gladium contra prouocantes à Pontificij monarchæ iudicio ad futurum concilium, à sanctissimis sedis Apostolicę præsulibus euaginatum fuisse credere debemus? [l] Extat de hoc sacrosanctum magna æquitate iustitiaque conditum Pii 2. decretum, in Mantuano concessu concilioque, magna Cardinalium multorum, prælatorum atque doctorum, diuini humanique iuris peritia sublimium corona celeberrimo, promulgatũ: quod postea [m] Iulius 2. sua comprobatum sententia renouauit, renouatumque huius diplomatis statutique vigore corroborauit. *Licet, ait, olim Pius Papa 2. prædecessor noster, matura prius & graui præmissa disensione, & de congregatorum vnanimi concilio & assensu, ac certa scientia, prouocationes ad futurũ conciliũ efficacissimis & palpabilibus rationibus tanquam erroneas & detestabiles damnauerit, ac sub excommu-*

a Can. non decet dist. 12. ex S. Calixto 1. Epist.

Secundũ: principem omnium esse cum plenitudine potestatis.

b Can. qui se scit 2. q. 6

Tertium priuilegium.

c S. Matth. 16

Quartum priuilegium.

d Dist. 17.

e Can. dudũ 3. q. 6.

f Can. regula dist. 17.

g Iulius 1. rescripsit cõtra oriẽtales pro S. Athanasio.

h Epist. 1. c. 1.

i Can. multis dist. 17.

Quintum priuilegium.

k Valei lib. contra Vignereum q. vlt.

Ad futurum Concilium à Papa iudicio prouocantes excommunicantur.

l Pij 2. decretum &c.

m Iulij 2. diploma.

A

nicationis latæ sententiæ & interdicti pœnis præceperit, ne qua persona, cuiusuis dignitatis, siue etiam vniuersalitas, aut collegium, quouis quæsito colore, ab ordinationibus, sententiis, seu mandatis quibuscumque, eius ac successorum suorum appellationem huiusmodi interponere auderet, & contra facientes vna cum fautoribus suis &c. non solum pœnis & censuris prædictis, sed etiam his quæ læsæ maiestatis, & hæreticæ prauitatis reis imponuntur, obnoxios esse statuerit: Nos igitur attendentes, quanta sit eorum peruersitas, qui propriis iuncti commodis, & nefariis cupiditatibus mancipati, salubria decreta Patrum & superiorum iussa spernentes, inconsutilem Christi tunicam scindere, aut etiam scissionis causam præbere contendunt, & Ecclesiæ vnitatem diuidere, prædictæ sanctæ sedis Apostolicæ principatum tollere, & contra tot sanctorum Patrum, & sacrorum conciliorum decreta tenere, & damnabiliter magna audacia resistere non

B

erubescunt & contrafacere non verentur &c. Opportunam tam immani & periculoso morbo medelam adhibere volentes, hac generali & in perpetuum valitura constitutione, ex certa nostra scientia & potestatis plenitudine, de venerabilium fratrum nostrorum consilio promulgata, sancimus constitutionem Pij prædecessoris præfatam tam vltra quàm citra montes, & in vltra-montanis partibus quo ad omnes tam Ecclesiasticas quam seculares personas, etiã regali dignitate & cardinalatus honore fulgentes, capitula, vniuersitates, communitates, collegia, congregationes, Synodos & parlamẽta valuisse, & perpetuo valiturã declaramus. Hæc Iulius Pontifex Ecclesiæ rector vnioersalis.

Ex hac definita quæstione, alterius solutio dependet, nempe Romanum Pontificem à nemine posse iudicari. Cum enim qoi iudicat sit soperior

C

& qui iudicatur inferior, absurdum est, valdeque alienum à ratione iudicioque communi, asserere ab alio Papam quamdiu Pontificis secundum Deum auctoritate potitur, iudicari posse: Cum in hoc mundo, maiorem se non habeat, à quo exire iudiciũ debeat, cui eum subiugari oporteat. Vnde in historia condemnationis Marcellini primi qui mortis horrore metuque thus idolis obtulerat (qui postea facti pęnitens patratum crimen detestatus se proprio ore iudicauerat) ista merito notantur. [n] *Iustè Marcellinus ore suo condemnatus est, ore suo anathema suscepit Maranatha: quoniam ore suo condemnatus est, nemo enim vnquam iudicauit Pontificem, quoniam prima sedes non iudicatur à quoquam.* Quod iteratum & renouatum est in [o] Concilio Romano. 2. sub S. Syluestro 1. in concione

D

coronaque 284. Episcoporum in quo ista scripta reperiuntur: *Neque præsul summus à quoquam iudicabitur, quoniam sicut scriptum est, non est discipulus supra magistrum* &c. Propter quod [p] Sixtus 2. hæc ad Episcopos Hispaniæ scribebat: *A sanctis prædecessoribus nostris plerumque iam statutum vt nemo anathema in nostra suscipiatur accusatione, nec qui nos in sua voluit recipere querela vel accusatione, cum nos super illos sciamus à Domino constitutos, non illos super nos, & sicut maior non potest à minimo iudicari, ita nec colligari, quia rarum est omne quod magnum.* Et cum malitiosè Sixtus 3. Papa à scelestissimis hominibus accusatus, Basso & Mariano calumnia scelerata criminaretur, consecratam virginem Chrysogonitem enormi stupro polluisse. Palam Maximus Consul dicere cæpit: [q] *Non licet aduersus Pontificem dare sententiam*, Et ipse Papa ad votum Valentiniani Aogusti, coogregato sua auctoritate Concilio se ipsum non alius iudex proprio

Papa nullum agnoscit in hoc mundo superiorem præter Deum à quo iudicari possit.

n In actis Marcellini Papæ & martyris.

Romanus Pontifex eiusque prima sedes à nemine iudicatur.

o Cap. 3. act. 1. & c. 20. act. 2.

p Epist. ad Episcopos Hispaniæ.

Sixtus 3. calumniatè accusatus stupri in virginem proprio ore se purgauit.

q Cap. 1 expurgationis Sixt 3.

ore falsam accusationem confundens, ab omni non modo crimine sed etiam criminis suspicione liberauit, vt ipse [a] Epistola 1. ad Orientales Episcopos, [b] Gratianus & [c] Iuo Carnotensis, ampla commemoratione posteritati mandarunt. Sic Gelasius temeritatem impiam audentium Romanum Pontificem in ius contra ius omne vocare execratus, ita Faustum magistrum Constantinopoli legatum zelo dignitatis Pontificiæ retinendæ iusto concitatus alloquebatur, *Qua traditione maiorum, Apostolicam sedem,* scilicet Papam, *in iudicium vocant?* [d] Et paulò post, *cæterum canones ipsi qui sacri, qui legitimi, qui Ecclesiastici celebrantur, sedem Apostolicam in iudicium vocare non possunt. Denique quantum ad religionem attinet, non nisi Apostolicæ sedi iuxta canones debetur summa iudicij totius: quantum ad seculi potestatem, illa à Pontificibus, & præcipuè à beati Petri successore, debet agnoscere quæ diuina sunt, non ipsa (scilicet seculi potestas) eadem iudicare. Nec sibi hoc quisquam potentissimus seculi (qui tamen Christianus est) vendicare præsumit, nisi religionem forsitam persequens.* Hæc postrema in Epistola Gelasij non in canone scribuntur, eadem, [e] in Epistola ad Anastasium Imperatorem, & ad Episcopos Dardaniç commemorat, prout à Gratiano [f] 11. qu. 3. Can. cuncta, citantur. Huic sententiæ doctrinæq; Catholicç de non subiiciendo Rom. Pontificem cuiuscumque in hoc mũdo mortalis personç aut communitatis quantũuis vniuersç iurisdictioni, Episcopi Liguriæ, Æmiliæ Venetiarũ, alijque qui [g] Concilio 4. Ro. sub Symmacho 1. interfuerunt, firmiter adhærentes, Ecclesiastica sinceritate subscripserunt: palam publicéque tanquam grande nefas Episcopali libertate reclamantes, atque detestantes eos qui Symmachum Papam iniustissima apud Theodoricum Regem denuntiatione accusationeque vexatum, alicuius iudicis prætorio sistere volebant. Quorum clamoribus iustisque rationibus Theodoricus rex licet hæreticus valde permotus, Symmachum ab omni calumniarum oppressione liberatum pristinç dignitati restitutũ, magnisque detecta eius ore proprio innocentia, cumulatum honoribus in sede reponi Pontificia, calumniatoribus infamiæ [h] subiugatis & indutis sicor diploide confusione sua iustissimum esse iudicauit. Et Episcopi supradicti prçsentes in hoc Concil. Rom. 4. eius Symmachi auctoritate congregato alta voce proclamarunt. *Symmachus Papa sedis Apostolicæ præsul, ab huiusmodi oppositionibus impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis & liber, cuius causam totam Dei iudicio reseruamus.* Quid verò Concilium 5. Romanum sub eodem Symmacho? noune eandem. potenter veritatem [i] astruxit? SS Patrum sententia iudicatum est teste [k] Ennodio. Diacono, nullius vnquam Romanum Pontificem sententiæ subiacuisse: Cum quicumque ille sit potentissimus in mundo semper illo Pontifice minor esse credatur, à quo superiorem condemnari lire contestata omnia iura diuina humanaque prohibent. Hinc illa præclara verba Ennodij quæ in sacros Canones Ecclesia referre dignata est. *Aliorum forte* [l] *hominum causas Deus voluit homines terminare, sed sedis istius præsulis suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Voluit beati Petri successores, cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi successoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam. Nolite existimare eas animas,* scilicet Pontificum Romanorum, [m] *de inquisitoribus non habere formidinem, quas Deus præ cæteris suo reseruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis minore subsidium, quando ipsorum factorum vtitur eo teste, quo iudice. Dices forsitam omnium animarum talis erit, in illa disceptatione conditio: replicabo dictum: Tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & quæcumque solueris super terram erunt soluta & in cælis.* Et rursus, *Sanctorum* [n] *voce patet Pontificum dignitatem sedis eius factam toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium est vbique submittitur, dum totius Corporis caput esse designatur. De qua mihi videtur dictum per prophetam:* [o] *si hæc humilietur ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam vestram?* Leo 3. à pestilentibus venenatisque calumniatorum de Romanis ciuibus quorumdam linguis aspidum veneno incestatis, atrociter in fama & honore vulneratus, cum medicinam vulneribus æstimationis ac nominis sui quçreret, Romæ Concilium coegit: vt coram Carolo magno (qui tunc erat in vrbe) congregatisque Archiepiscopis, Episcopis, abbatibus, optimatibusque, tam Ecclesiç quam regni Francorum, ibi se ab omnibus criminibus iniuriosè ac mendaciter obiectis sibi purgando, innoceotiam suam omoibus notam luce clarius ostenderet. In quo Concilio communis omnium prælatorum, præsulum, abbatumque in reuerentiam Papæ maximam vox audita est. [p] *Nos sedem Apostolicam quæ est caput omnium Ecclesiarum, iudicare non audemus. Nam ab ipsa nos omnes & vicario Dei, scilicet Pastore eius, iudicamur: ipsa tamen à nemine iudicatur: quẽadmodum antiquitus mos fuit. sed sicut ipse summus Pontifex consueuit, subeat, canonicè obediemus. At venerabilis Leo præsul, ait, prædecessorum Pontificum vestigia sequor: & de talibus falsis criminationibus, quæ super me nequiter exarserunt, me purificare paratus sum.* Hæc ex Anastasio Bibliothecario in vita Leonis sequentia subdente: *Alia vero die in ea Ecclesia beati Petri Apostoli, in eorum præsentia amplectens venerabilis Pontifex, sancta Christi quatuor Euangelia coram omnibus ascendit vmbonem, & sub iureiurando clara voce dixit: quia de istis falsis criminibus quæ super me imposuere Romani qui inique me persecuti sunt scientiã non habeo, nec talia me egisse cognosco, & hoc peracto omnes Archiepiscopi & Abbates & cuncti clerici, litania facta laudes Deo dedere, atque Dei genitrici semperque virgini Mariæ Dominæ nostræ & beato Petro Apostolorum Principi, omnibusque sanctis Dei.* [q] Hæc Anastasius, cui sacri ritus Romanæ Ecclesiæ huius purificandi se Leonis formulæ mentiooem facientes: [r] item Platina Cremonensis in vita Leonis 3. suffragantur: addentes illud magnæ charitatis misericordiæque facinus memorabile, Pontificem summis à Carolo Magno precibus pro calumniatoribus suis magnopere contendisse: ne iustè licet condemnati ac rei seuerç mortis, pro suorum magnitudine criminum capitali extremoque supplicio multarentur. Verissima igitur illa Ecclesiç virtute ex alto indutæ vox & oraculum, à Spiritu S. totos per illius artus diffuso dictatum. [s] *Nemo iudicabit primam sedem, neque enim ab Augusto, neque ab omni clero* scilicet [t] Concilio, vt exponit Glossa quæ inde argumentum deduxit à Concilio non posse Papam iudicari. [u] *Ex cap. significasti de electionibus) neque à regibus neque à populo iudicabitur.* Sed ab hoc Canone tres exceptiones formantur, quarum meminit [x] Glossa. Nemo, prima est si Romanus Pontifex voluntariè alicuius se iudicio submittat, quó præclara illa Leonis quarti ad Ludouicum Imperatorem apud

[a] Sixt. 3 Ep. 1. ad orient. Ep.
[b] Gratianus 2 q. 4.
[c] Iuo l. 3. decret.
[d] Gelas. 1. in cõmonitorio Epist. 8. Brat. c. qua traditione dist 22. ad Faustum magistrum legationis Constantin.
[e] Gelas. Ep. ad Anast. Imp. & ad Episc. Dardaniæ.
[f] Can. cuncta 11. q. 3.
[g] Rom Conc. 4. sub Symmacho 1.
Symmachus sua sententia proprioque ore absolutus.
[h] Can Concil. dist. 17. §. hinc etiam.
[i] Rom. Conc. sub Symmachó 1.
[k] L. Apologetico pro Symmacho 1.
[l] Can. aliorum 9. q. 3.
[m] Can. Concilia 5. ad hæc dist. 17.
[n] Id est in sanctis Concilijs congregatorum 1. ibi glossa.
[o] Esaiæ c. 10.
Calumniosam multorum criminum accusationem contra se maleuolorum odio Leo 3. Papa nullius subditus iudicio quam suo, proprio ore & assertione conuincit & explodit.
[p] Anastasius Biblioth. in Leo 3.
Leo Pontifex se publicè purgat iureiurando.
[q] Rituales Romanæ Eccles.
[r] In vita Leonis tertij.
[s] Can. nemo. 9. q. 3. §. Silu. Concil. Rom. c. 20.
Nemo potest Papam iudicare.
[t] Gloss. illa recepta neque ab omni clero
[u] Cap. significasti de electionibus.
Nemo Papam iudicat nisi in tribus.
[x] Glossa nemo ibi.

a Iuon. Carnot. part. 5. decret. c. 22.

Iuonem Carnotensem verba referri debent : A [a] *Nos si incompetenter aliquid egimus : & in subditis iustæ legis tramitem non conseruauimus, vestro ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam si nos, qui aliena deberemus corrigere peccata, peiora committimus, certè non veritatis discipuli, sed quod dolentes dicimus, erimus præ cæteris errorum magistri* &c. [b] In Canon. nos si incompetenter 2. quæst. 7. translata Secunda exceptio est cùm Papa se suo submittit confessori, qui pœnam ei in foro conscientiæ potest imponere, teneturque sub pœna peccati iniunctam à pœnitentiario pęnam in satisfactionem delictorum in sacramento pœnitentię remissorum, tanquam Deo præcipiente subire. Tertia in causa hæreseos [c] Can. si Papa, dist. 40. in quo ex Bonifacio martyre hæc habentur : *Huius*, Papę scilicet, *culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus, quia cunctos ipse vindicaturus à nemine est iudicandus : nisi deprehendatur à fide deuius : pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tantò instantiùs orat, quantò suam salutem post Deũ ex illius incolumitate animaduertit, propensiùs pendere.* Hæc Bonifacius Martyr in actibus: huius igitur hæreticæ contagionis (quæ vt cancer in corpore, sic in anima serpit) fætor, si quod auertat Deus, mentem animumque Rom. Pontificis attingeret, illum ipso facto de altitudine Apostolici solij deiiceret, nec amplius Papa diceretur, nec esset, si in hac pestiferi criminis infectione lutoq; pertinaciter ac perpetuo volutari statueret, ac sine spe reuersionis ad fidei nitorem atque lucem, tantam impietatem tantumque nefas publicè profiteri non perhorresceret. [d] Vt doctores in dicto c. si Papa vt August. de Anchona. S. Hugo in dist. 2. & C alij cũ glossa [e] c. si Papa dist. 40. [f] erudita resolutione determinarunt : Ratio autem quare Papa ipso facto pro corruptione hęretica, à sede Apostolica decendus esset, ea ex plurimis maxima, quia est visibile Ecclesiæ caput, sub Christo Domino quem repræsentat, propter quod Christus Dominus hac capitis principijque dignitate S. Petrum ornare volens, Cephas eum scilicet caput appellauit: capiti autem ex officio incumbit vitam membris influere, vitæ verò principium in spiritualibus fides est: à qua exorbitans deflectensque Papa non amplius viuit. [g] *Cùm iustus ex fide viuat*, & ita spiritualiter mortuum necesse fateri. Iamque mortuus influxum vitæ in Christi D. membra non amplius infundere valebit: & sic desinit esse Ecclesiæ caput quia est ipso facto [h] ipsius hæreticæ impietatis peste tanquam mortifero gladio, præcisum, caput verò quandiu tale, caput illius corporis à quo præcisum est, dici non potest. Ob alia vero crimina D Papa non desinit Ecclesiæ caput esse sed languidum, vt ait [i] Petrus Paludanus qui propterea cum magnis doctoribus Papam propter quæcumque alia crimina dempta hæresi à sedis Apostolicę maiestate arceri non posse putat. His qui plura volet, volumina sacrorum canonum, in eosque doctorum canonistarum & summistarum scripta replicet & euoluat: mihi quidem hæc pro instituti mei inclinantis se ad maiorem Pontificiæ Monarchiæ lucem, veritatemque huius maiestatis illustrandæ ratione dicta satis.

b Can. Nos si competenter 2. q. 7.
2. *Exceptio in confessione.*
3. *In causa hæresis.*
c Bonifacius martyr in actibus.
Deponitur Papa propter hæresim in lucem proditam, aut potius ipso facto iure depositus censetur.
Si in hæresi pertinax esset Papa à solio pontificio deiiciendus.
d August. de Ancho. in c. si Papa dist. 40.
e S. Hugo Card. in dist. 21.
f Gloss. cap. si Papa dist. 40.
Optima ratio cur hoc ipso quod hæresi Papa inficitur censeatur depositus à maiestate Apostolica.
g Habac. c. 2. v. 4. Hebræo c. 10.
h Videatur in summa Silu in verbo Papa n. 4. & 5.
i De potestate papæ.

CAPVT II.

Generalia Concilia conuocare, conuocata confirmare, & aliquando si subsit ratio causaque dissoluere, aut de his dispensare, cum soli Romano Pontifici competat, eius inde propterea Monarchica in vniuersam Ecclesiam clarissimè demonstratur auctoritas.

1. *Romanus Pontifex solus conuocat generalia Concilia.*
2. *Solus confirmat.*
3. *Dissoluit.*
4. *De his dispensat pro ratione iusta.*

B NON leue signum dominationis summæ atque spiritualis Monarchiæ totũ catholicorum orbem legibus institutis directionibusque iuste moderantis in Ro. Pontifice, œcumenica generaliaque Ecclesię vniuersalis concilia congregare auctoritate Apostolica, eadem congregata confirmare, aliquando cum ratione dissoluere atque nonnũquam de illis pro bono Ecclesiæ dispensare. Fuit enim vt de primo dicam, ab omni æuo, à quo Christus Dominus ascendit in cęlum, tam proprium, tam consuetum ac familiare, tamque diuina auctoritate firmatum Rom. Pontifici omnem Christi Ecclesiam generalibus comitiis euocare in vnum cętum congregationemque, quę concilia nominantur : vt nunquam generales illæ synodi conuocatæ atque sancitæ, sine Romani Pontificis iussu atque imperio C à lapsu cõtra fidem, erroreque maximo immunes extitisse legantur : qualis fuit Synodus Antiochena [k] anno Imperij Constantis Antiochiæ ab Arianis anno 345. congregata, in qua S. Athanasium iniustissimè condemnarunt : aditumque ad infringendum & euertẽdumque sacrosancti Niceni Concilij vigorem auctoritatemque sceleratissimè patefecerunt. 2. Qualis fuit Mediolanensis impura Episcoporum plusquam 300. Arianorum societate vel potius colluuie scatens sub eodem hæretico imperatore Constantio anno 354. in qua etiam fides Catholica, condẽnationis iniquæ aleam obliqua fraude persensit Ruffino atque [l] Socrate id referentibus : 3. qualis fuit Ariminensis 600. Episcoporum partim malitiosè errãtium, partim per suam imperitiam aliorum fraudibus deceptorum numero, non tam fęcunda quam horridè tumens, eodem imperatore [m] hęretica contra Ca- D tholicos rabie fremẽte anno 363. vt S. refert Hyeronimus. In qua Arianorum fraude de symbolo sanctissima vox ὁμοούσιος sceleratissimè sublata est, *Cum terrarum orbis se totum fere Arianum esse miratus est*, [n] Ex eodem S. Patre 4. Qualis fuit in Oriente Seleuciensis, quæ eadem erat impietatis hæreticæ consortio cum illa, aut illius quasi pars æstimabatur, vt sanctissimi Patres [o] Basilius [p] Ambrosius, [q] Hieronymus, [r] Augustinus cum [s] Ruffino & [t] Socrate scriptis suis memoriæ prodiderunt 5. qualis fuit Ephesina 2. dicta [u] deprædatoria Synodus tempore iunioris Theodosij ab Eutychianis Aulicis miserè circumuenti anno 449. quæ [x] Flauiani Constantinopolitani Episcopi cęde Dioscori Alexandrini sacrilega factione fuit cruentata, indigna legatorum Romani Pontificis eiectione fædata, ac denique

Solius Romani Pontificis generalia congregare.
Concilia sine eius iussu coacta omnia errant.
k Socrates l. 2. c. 5. Sozom. l. 3. c. 5.
1. *Reprobatum Concilium sine iussu Pontificis congregatum Antiochenum.*
2. *Mediolanense.*
l Ruffino l. 10. c. 20.
m Socrat. l. 2. c. 29.
3. *Ariminense.*
n S. Hieron. in chronico.
o Idem Hier.
4. *Seleuciense.*
p Epist. 52. ad S Athanas.
q Epist. 32.
r Contra Luciferia.
s l. 3. contra Maximum c. 14.
t l. 10. c. 21.
u l. 2. c. 29.
5. *Ephesina.*
x Liberatus in Breuiario c. 12.
y Euagrius l. c. 9. & 10. & alij.

hæreseos Eutychianæ contagione polluta, postmodum [a] à S. Leone reprobata. Qualis fuit S. Constantinop.[b] sub Leone Isaurico contra sacras imagines anno 730.[c] qualis alia fuit in ea vrbe noua Rom. sub Constantino Copronymo Isaurici filio circa annum 755. in quam ingens hæreticorũ Episcoporum plusquam 357. turba luesque confluxit: Cæteras huiusce farinæ pollutionisque synodos breuitatis intuitu transgredior: sufficiat nobis asserere ac Catholicè cũ [d] Chalcedonensi Concilio sentire act. 1. nulli vnquam Prælato aut laico principi licuisse non expectata Rom. Pontificis auctoritate generale cogere sancireve Concilium: Nec vnquam legitimè factum: iustéque. Propterea Dioscorum Patriarcham Alexandrinum ab eo Concilio condemnatum, quod eum non audita iubentis Papæ voce congregare synodum minime piuduisset. In hanc veritatem scriptores Ecclesiastici [e] Socrates, [f] Sozomenus, [g] Cassiodorus [h] Nicephorus, alijque amico inter se consensu coniurationeque conspirant: Catholica fide defendentes soli, datum diuinitus Rom. Pontifici generalia cõuocare Concilia atque sancire. κανονίζειν: Nec id, dum asseuerando defendunt, à Christi Domini ordinatione recedunt: qui vt S. Petro eiusque successoribus ouile suum vnicum quod est Ecclesia credidit, gregesque suos diuino fidei pietatisque pabulo[i] nutriendos atque pascendos, sic & illos in vnum quandoque congregandi copiam fecit, illis suam largiendo auctoritatem, qua fulti totam illius Ecclesiam in coniunctis Episcopis & prælatis repræsentatam, vnum in locum quandoque, prout fidelium necessitas & euidens vtilitas, oblata occasione postularet, in ipsius Christi nomine compellarent. sine quo coogregata societas vlla nusquam legitima, sed spuria potius & fornicatrix à domo Dei vaga, dici aut esse potest, [k] vt S. Matthæi Euangelium ca. 18. non obscurè testificatur. Quod ne quidem nefandus hæresiarcha ille [l] Caluinus negare ausus est. Constat autem inter omnes Theologos claréque omnibus patet fidelibus congregari in nomine Christi nihil aliud esse quam auctoritate Christi sociari & conuocari: hæc vero Christi auctoritate conuocatio, nihil aliud sonat, quam congregationem ab eo factam, qui à Christo congregandi potestate donatus est. Notum satis est ex scripturis, nomen pro auctoritate sumi solere, vt. [m] *In nomine meo dæmonia eiicient* &c. [n] *Ego veni in nomine Patris mei*, scilicet auctoritate, S. Matth. 7. sui Christo discipuli dicebant, [o] *Nonne in nomine tuo prophetauimus* actor. 4. [p] *in qua virtute aut in quo nomine hoc fecistis*. Cui autem competit congregare an ouibus an pastori? an principi, an subdito? an Patri an filio? S. vero Petrus & eius successor Romanus Pontifex pastor est, princeps paterque omnium tam principum quam populorum, tam pastorum reliquorum, quam omnium fidelium ouili Dominico conclusorum. Sic illi proprium est auctoritate Christi Domini generales sancire synodos & conuocare. Sine cuius imperio & voluntate, conformia diuino iuri [q] decreta Ecclesię sacræque leges omnibus cuiuscumque sint dignitatis & ordinis siue imperatorij ac regii, siue Episcopalis existant, hac districte conciliorum conuocatione sub interminatione nullitatis & diuinæ vltionis interdicunt. Et certè potentior ratio est, quam vt ab vllis etiam quantumuis pertinacibus negari ac eludi possit, quæ profecto conuincit huiusmodi concilia non posse imperari iuberique vt in vnum locum coeant ab alterius quam Rom.

a Epist. ad Clerum & popul. Constantin. Epist. ad Thedosiũ imper. Epist. ad Pulcheriam &c.

Concilium Constantin. contra imagines sub imp. Leone Isaurico.

b Paulus Diaconus l. 21. rerum Rom. Zonar. in annal.

c Paulus Diaco l. 21. rerũ Rom. &c. Zonar. in annalibus.

d Chalced. Concil. act. 1.

e Socrates l. 2. c. 13.

f Sozom. l. 3. c. 9.

g Cassiodorus in Tripart. l. 4. c. 9. & 19.

h Niceph. l. 9. c. 5.

i S. Ioan. 21.

Iure diuino datu Rom. Põtifici, vt S. Petro, potestas congregandi concilia.

Omnis synodus sine Christi nomine spuria non legitima.

k S. Matth. 18.

l L. 4. Institu. c. 9. §. 1 & 2.

Quid sit in nomine Christi congregari, scilicet authoritate eius.

m S. Marci c. vlt.

n S. Ioan. 5.

o Matth. c. 7.

p Act. 4.

Diuina humanaque Ecclesiastica iura soli Rom. pontifici conuocationem conciliorumque generalium concedunt.

q Can. nec licuit can. synodum can. nullus can. Concilia dist. 7.

Ratio optima cur ab alio po[te]state quam Papa concilia cogi non possunt generalia

A Pontificis S. Petri successoris auctoritate [r] nõ imperatoris aut regis aut cuiuscumque in terra principali dignitate refulgentis. Quis enim Catholicorum ire posset inficias cõgregationes synodosque Ecclesiæ, per alias personas quam per Ecclesiasticas iniri decernique iure posse? quis enim Episcopus aut alius prælatus, disciplinæ pietatisque verè studiosus & amans Ecclesiasticæ, imperatori aut alteri sæculari principi extra sphæram suæ secularis dominationis, ausu temerario atque præsumptione superba de rebus purè ad spiritualia Ecclesiæ negotia pertinentibus decernere non verenti, parere obedireque nõ perhorresceret. Quis porro vnquam imperator adeò potẽs & populorum multitudine suo imperio subditorum affluens extitit, vt ad omnes illas mundi partes suæ dominationis fines extenderit, suarumque legum mandata mittere potuerit, ad quas Christiana peruasit
B religio, longè Rom. imperio maior & amplior? vt elegantissime S. Leo [s] prædicabat. *Cum Roma per sacram beati Petri sedem caput orbis effecta latius præsideres religione diuina quam dominatione terrena.* Si ergo imperator, cuius ditionis limites locis per quæ Christiana dilatatur religio, angustiores existunt, Episcopos aliosque Ecclesiarum præfectos extra eius terminos imperii Christianis dominantes gregibus vellet in concilio sistere, quo eos iure ad id compellere posset? quamuis, quod fieri non potest, eius aliquod de his quæ religionem respiciunt, statuendi copia facultasque traderetur? quãto minus hodie imperator hoc iure conuocationis sibi indebito gloriari potest, cuius auctoritatis nimium hebescit acies: qui ex penuria populorum & angustia terrarum, virium defectu languidè in
C angulo mundi pręsidet. Itaque cum solius sit Ro. Pontificis sua decreta legesque ad omnes fideles quocũque loco situque terræ in Ecclesia degant, extendere, eosque virga directionis, virga regni Dei moderari ac regere: illi quoque simili auctoritate eosdem populos fideles per pastores suos in vnum cogere, ac in synodum œcumenicam conuocare, omnibus mundi principibus cunctisque particularium Ecclesiarum pastoribus ab hoc dẽptis priuilegio, competere iure debet. Quod quidem ius à Christo Domino largitum Romanisque donatum Pontificibus, ipsimet Pontifices exercuisse, praxique suum esse testimoniis clarissimè demonstrarunt. Testes sunt sermones illi Sixti 3. Papæ, [t] *Valentinianus*, inquit, *Augustus nostra auctoritate synodum conuocauit.* [u] Sic ad eosdem orientales
D Episcopos Pelagius 2. *Generalium synodorum conuocandi auctoritas Apostolicæ sedi beati Petri singulari priuilegio tradita est.* [x] Et S. Leo Epistola ad Turbium: *Dedimus literras ad fratres & coepiscopales nostros, eisque Concilium generalis synodi indiximus.* Quàm confidenter & verè hoc ius sibi vendicauerit à Domino datum Hadrianus 2. patet ex illis ad imperatorem Basilium missæ Epistolę insertis: quæ in octaua synodo legi probarique meruerũt. [y] *Volumus*, inquit, *per tuæ pietatis industriam Constantinopoli numerosum conuocari concilium*: Verissimum ergo illud Ecclesię sanctæ decretum, *multis Apostolicis & canonicis regulis instruamur, non debere absque sententia Romani Pontificis concilia celebrari* &c. Et sanctus [z] Leo 9. ad Thomam Archiepiscopum Carthaginensem scribens corripiendo iusta paternaque seueritate quendam Episcopum Gumnitanæ Ecclesiæ, quod Concilia serioris grauiorisque negotij indicere præsumpsisset. *Hoc*, inquit, *nec vos lateat non*

r Can. si diligenti de foro compet. si cũ quis in conscribenda 2. de Episcop. & cleri l. 2.

s S. Leo serm. 1. de SS. Petro & Paulo.

t Epist. ad Orientales.

u Pelagius 2. Epist. ad Orientales.

x S. Leo Epist. ad Turbium.

y Hadrianus 2. Epist. ad Basilium imp.

z ad Thomã Carthag. Episcop.

debere præter sententiam Romani Pontificis, vniuersale Concilium celebrari vel Episcopos damnari & deponi: quia & si licet vobis aliquos examinare, diffinitiuam tamen sententiam absque consultu Romani Pontificis non licet dare. Similia rescribit [a] ad Petrum Antiochię Episcopum [b] & ad duos Africæ Episcopos Ioannem & Petrum, hac sincera Catholicaque doctrina, [c] Nicolaus 1. Imper. Michaelem informare & salutari exhortatione instruere cupiens, ne quid de hoc conuocationis iure contra Deum salutemque propriam sibi præsumeret arrogare, eum sic affabatur, prout refert [d] Gratianus. *Quamuis Deo gratias & per principalem beatorum Apostolorum Petri & Pauli potestatem ius habeamus non solum monachos, verumetiam quoslibet clericos de quacumque diœcesi, cum necesse fuerit, ad nos conuocare, atque Ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus inuitare: hoc quidem nostrum: vestrum autem & piorum imperatorum non est vllum quærendi monachos ministerium, nisi ad miserandum & eorum orationes poscendum.* Aliter facientibus principibus, & quæ solius sunt Pontificis Christiani in cogendis Ecclesiæ cœtibus comitiisque generalibus, superbe & audaciter vsurpantibus, semper malè infeliciterque cessit. Exemplo erit Theodosius iunior, qui artibus Eutichianorum circumuentus, imprimisque eorum hæreticorum antesignani [e] Chrysaphij cogendę deprædatoriæ synodo 2. Ephesinæ cooperans, sua non tam auctoritate imperatoria quam tyrannide sacrilega, atque impia pro corroborando hoc deprædatorio impioque conuenticulo sanctionem constituens maximam nomini famæque suæ labem turpitudinis inussit: omniaque pręclare pro seruitio Ecclesiæ & salute imperij gesta in tota vita, hoc postremo & iniquo vitæ facinore sordide maculauit. Et nisi detecta fraude aulicorum impiorum, qui illum miserè fefellerant, erratum factique sui crimen, opera sororis optimæ Pulcheriæ, sanctissimæ virginis agnouisset, ac de eo pœnitentiā egisset: profecto salutis animę periclitatus aleam, extra Ecclesiam diuina spoliatus gratia, infelicissimum vitæ exitū sortitus expirauisset.

a Idem Ep. 4. ad Petrum Antioch Episcop.
b Epist ad Ioannem & Petrum &c.
c Epist ad Michaelem imp.
d Can. de causa 1. q 1. can per principalem 9. q. 2.

Omnibus principibus Papæ auctoritatem in cogenda synodo vsurpantibus malè cessit.

e Ep. 2. Theodosij ad Dioscorum pro cogenda synodo 2 Ephesina deprӕd.

Theodosij iunioris decepti ab Eutichianis ob deprædatoriam synodū à se coactam & confirmatā in vita sua infortunium.

Quantò rectiùs & felicius, post eius obitum optimus imperator Marcianus, & eius vxor virgo semper Augusta remanens Pulcheria fecere: cum ad exterminandam & funditus destruendam hanc malignantium funestam sacrilegamque synodum, à S. Leone Papa conuocationem generalis synodi Chalcedonensis [f] per litteras, errorem prędecessoris Augusti hac editione noui concilij expiare cupiētes, humili atque pia deprecatione flagitauerunt, [g] sicut longa post tempora illorum, imperatores Irene & Constantinus mater & filius pro cogēda synodo Nicæn. 2. contra Iconoclastas & pro Tarasii optimi ac doctissimi sacerdotis, in Episcopum Constantin. creationeq; Hadrianum Papam suis litteris obnixè deuoteque rogauerūt. Sed neque solum Rom. Pontifex generalia cogit Concilia, sed formam qua celebrari debeant pręscribere solet: quo omnia in eo spiritus sancti influxu prælatorum corda intus animante piè ac religiosè ordinata charitate fiant. Sic enim [h] S. Leo ad Pulcheriam Augustam de Chalcedonensi synodo loquens. *Binos*, inquit, *de coepiscopis meis & compresbyteris ordinans, qui vicem meam implere sufficerent, etiam datis ad venerabilem synodum congruentibus scriptis, quibus fraternitas aduocata cognosceret, quam formam seruare in hac iudicatione deberet, ne vlla temeritas aut fidei regulis aut canonum statutis, aut benignitatis remediis obuiaret.* Eiusdem formæ celebrandi concilii tenorem pręscribens aperuit Agatho, Constantino 4. Imperatori & fratribus Heraclio atque Tiberio [i] Epistola 1. ad eos per suos legatos directa pro cogendo generali Concilio 6. quod fuit 3. Constantinop. in Trullo celebratum, quæ in hoc concilio act. 4. cum honore lecta est, & cum desiderio venerationeque recepta. In qua hæc inter cætera Pontifex. *Quibus*, inquit, *portitoribus & testimonia aliquorum SS. Patrum, quos hæc Apostolica Christi Ecclesia suscipit, cum eorum libris tradidimus, vt facultatem suggerendi à benignissimo vestræ Christianitatis imperio consecuti, ex his duntaxat satisfacere studeant, dum imperialis mansuetudo præceperit, quid hæc spiritalis mater eorum ac adeo propagati imperij Apostolica Christi Ecclesia credat, & prædicet, vt nihil profectò præsumant augere, minuere, vel mutare: sed traditionem huius Apostolicæ sedis, vt à prædecessoribus Apostolicis Pontificibus instituta est, sinceriter enarrare.* [k] Sic Hadrianus 2. formam congregato 8. Concilio Constantinopoli seruandam in Epistola ad imperatorem Basilium missa præscripsit; quam legati sedis Apostolicæ huius Concilii patribus 373. Episcopis in eo congregatis obtulerunt. Qua illi Patres admonentur instructi, in eam potissimum curam, solicitudinem, studiumque incumbere, vt quæcumque in priori conciliabulo gesta sunt, quo in sancti Ignatii Constantin. Patriarchæ locum Photius Neophytus sacrilegus & impius aulicus iniustissimè violento tyrānidis imperatoriæ furore subrogatus est, radicitus dissipata conuellerentur, & omnia huius impię sceleratorum factionis decreta vltricibus flammis vrerentur.

f Litteræ Marciani Pulcheriæ ad S. Leonem in Concil. Chalced. scriptæ leguntur.
g Litteræ Irenes & Const. imp. ad Hadrianum Papam.

Non solum cōgregat Cōcilia Papa sed etiā formam in eis procedendi & operandi tradit.

h Epist 49. ad Pulcheriam Augustam.
i Agathoni. Pap. Epist. 1 ad Constant. imp. 4.
k Epist. Adrian. 2. ad Basilium imper.

2. Verum non minus splendor Pontificię maiestatis decorque Monarchicus in confirmando Concilia quàm in conuocando fulget ac rutilat, tanta cum virtute ac energia: vt illorum à Rom. Pontifice minime confirmatorum leges nulla ad fideles in conscientia cogendum & obligandum, efficacia virtuteque potiātur. Hoc insignes Theologi, & vtriusqoe iuris illustres periti. [l] Cardinalis à Turrecremata, [m] Caietanus, [n] Nauarrus, & alii doctrina clarissimi doctores eruditissimè docuerūt. Quam quidem doctrinam sufficienti demonstratione, perpetua traditio generaliumque synodorum obseruatio sine interruptione sēper inuiolatè retenta comprobant. Hoc Nicæni concilii primi testantur SS. Patres Epistola ad Syluestrum qua eum vt sancita in concilio, sua confirmet auctoritate, deuotè deprecantur. Hæc inter alia dicentes: [o] *Ad vera fidei augmentum accurrimus (scilicet ad sedem tuam &c. roborari,* diuinis nempe mysteriis. *Censeat vestra Apostolica doctrina, Episcopos totius vestræ Apostolicæ vrbis, in vnum conuenire vestrumque habere concilium sicut docet mystica veritas, vt confirmet nostra sancita: vt gradus fixos conuexa ordinationi tuæ sanctimoniæ nostra possit habere regula:* & paulo post, *quidquid autem constituimus, in concilio Nicæno, precamur vestro oris consortio confirmetur* &c. Omnia Ecclesiæ Concilia à confirmatione Romani Pontificis habere firmitatem sancti Patres non minus verè quam ingenuè profitentur: [p] Et Socrates lib. 2. cap. 13. meminit Canonis Ecclesiastici vetantis ne decreta conciliorum sine sententia Romani Pontificis Ecclesiis sanciantur, sancitaque promulgentur [q] sed iste Canon qua in synodo quove tempore fuerit

a. Solius est Rom Pontificis congregata concilia confirmare vt valorem suum vtrique sortiantur.

l Turrecrem. l. 2. summæ c. 75.
m Opusculo de comparatione Papæ & Concilij.
n Nauarr. c. Concil. tit. de Constit. consil. 1. on. 4.
o Epistola Patrum SS. Nicæni Concilij 1. confirmationem statutorum à S. Syluestro postulantium
p Socrates l. 2. c. 13.

Nota confirmationem generalis synodi à Papa esse institutionis Apostolicæ

A editus nemo sacras replicando historias inueniet vt huic argumento esse possit hunc Canonem non ab aliquo Concilio aut decreto Pontificum sed potius ab ipsis Apostolis institutum fuisse & in Ecclesia vsu antiquissimo receptum ac sine memoria temporis obseruatum. Acceptis his litteris SS. Patrum atque decretis synodi Romam perlatis S. Syluester ex Italiæ Episcopis Concilium coegit. Cuius hæc tantum fragmenta supersunt:[a] *Siluester Episcopus sanctæ & Apostolicæ sedis vrbis Romæ dixit, Quidquid in Nicæna Bythiniæ constitutum est, ad robur sanctæ matris Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ, à sanctis sacerdotibus trecentis decem & octo, nostro ore conformiter confirmamus. Omnes qui ausi fuerunt definitionem dissoluere sancti & magni Concilij, quod apud Nicænam congregatum est, Sub præsentia piissimi, & venerandi principis Constantini Augusti Anathematizamus. Et dixerunt omnes, placet.* Sic S. Damasus coactum 1. Concilium Constantinopoli contra impia dogmata hæresumque portenta Macedonij, & Eunomij, postea vt suum sortiretur effectum authoritate Pontificia confirmauit. Vt patet ex eius gestis: inter quæ ista leguntur in peruetusto scripto codice Vaticanę bibliothecæ. [b] *Sententia de damnatione Macedonij, & Eunomij Damasus confirmari praecepit, in sancta secunda synodo, quæ præcepto, & authoritate eius apud Constantinopolim celebrata est.* Alias nullis firmata viribus illa synodus elanguisset sicut cæteræ tali Pontificiæ confirmationis robore destitutæ: vt ipse sanctus Damasus Epistola ad Episcopos Illyrenses apud Theodoretum [c] scripserat. Synodi generalis decreta nullo fulciri efficaciç robore, quam ipse per se aut per legatos sua approbatione non corroborauisset. Ita postea [d] sanctus Cælestinus Papa Synodo Ephesinæ primæ, Nestoriana hæresi potenter destructa, & condemnata vltimam firmitatem, roburque sua comprobatione largitus est. Et post aliquot temporum annorumque lapsus condemnato Eutyche hæresiarcha, eiusque impio exploso, atque destructo dogmate, in Concilio [e] Chalcedonensi, Patres eius Concilij à sancto Leone Papa illius concilij confirmationem his verbis reuerenda prece postularunt. *Rogamus igitur te & tuis decretis nostrum honora iudicium, & sicut nos cupide in bonis adiecimus consonantiam, sic & summitas tua filiis quod decet adimpleat.* Huius summæ Romanorum Pontificum in confirmandis conciliorum actibus auctoritatis non ignari patres concilij Africani ex tribus congregati Africæ prouinciis Byzancena, Numidia, & Mauritania hæc de hac Pontificia auctoritate ad Theodorum Papam in D Epistola synodali rescribebant. [f] *Apostolicæ sedis vetusta solicitudo est tam mala damnare, quam probare laudanda: antiquis enim regulis sancitum est, Vt quidquid quamuis in remotis, vel in longinquo positis prouinciis ageretur, non prius tractandum vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum, vt eius authoritate ista quæ fuisset pronunciatio firmaretur. Indeque sumerent cæteræ Ecclesiæ vel de natali suo fonte prædicationis exordium, & per diuersas totius mundi regiones puritatis incorruptæ manerent fidei sacramenta salutis.* Hęc illi Episcopi in Epistola synodica.

Concilio Romæ congregato S. Siluester Nicænum confirmat concilium.

a Extat to. 1. Conciliorũ.

S. Damasus coactum Constantinop. 1. Concil.

b Ex gestis S. Damasi in codice vetusto vaticano.

c Theodor. l. 2. c. 22. hist.

Nullius efficacia concilia œcumenicum sententia Ro. Pontificis non corroboratum.

d Ex actis Ephesinæ synod. à S. Cælestino synodus Ephesina confirmata.

e Epist. Synodi Calced. & S. Leonis &c.

Epist. synodica Patrum Concilij triũ in Africa prouinciorum ad Theodorum Papam.

Et concilij sexti contra Monothelitas patres ab Agathone Papa fidei Catholicę in hoc concilio sancitæ confirmationem postulantes hoc suam ad A eum directam Epistolam fine concluserunt: [g] *Orthodoxæ autem fidei splendidam lucem vobiscum clare prædicauimus, quam etiam vt per honorabilia vestra rescripta confirmetis vestram oramus paternam sanctitatem: per quam bona spe in Christum freti confidimus, misericordem eius benignitatem largituram Romanæ reipublicæ clementissimo imperatori nostro* (scilicet Constantino 4.) *commissæ perennem stabilitatem, exornaturamque diuinitus insignibusque victoriis serenam eius mansuetudinẽ. Vestram vero Dei imitatricem sanctitatem, quæ rebus nostris affuerit, ac ea deffenderit, tremendam eius voluntatem, sincere, ac verè fidem confessa est, tueatur incolumem, & conseruantẽ creditos ipsi à Deo Orthodoxos greges* &c. Et sicut concilia confirmare, pontificiæ dignitatis est, sic & minus bene gesta in illis dissoluere, atque B mutare vt Sanctus fecit Leo in concilio Chalcedonensi, irritans ea quæ suis absentibus legatis Anatolius Constantinopolitanus Episcopus cum suæ factionis ministris contra Alexandrinæ Ecclesiæ iura per subreptionem, cauillationemque malitiosè moliti sunt. Sic enim sanctus Pater Pulcheriæ Augustæ in Epistola ad eam contra hos sacrilegæ factionis artifices loquitur [h] *Consensiones Episcoporum, & sacrorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes vnita nobiscum fidei vestræ pietate in irritum mittimus, & per authoritatem Beati Petri Apostoli generali prorsus definitione quassamus.* Sicut longa post secula Eugenius [i] 4. male facta in Concilio Basiliensi quassauit & irrita tanquam spuria pronunciauit. Hoc præter canonistas Theologi vera, eruditaque firmitate deffendunt, vt D. Thomas [k] rationem subiungens C quare Roman. Pontifex statuta Concilij generalis tollere, ant mutare, aut de illis pro causa rationabili dispensare potest. *Quia*, inquit, *sine eius authoritate, nihil potuerunt*, scilicet patres, *statuere, sicut nec Concilium congregare*, Explicatque doctissimus, sicut sanctissimus doctor illud Zozimi Papę in Can. contra statuta 25. q. 1. *Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare huius sedis non potest authoritas*, respondendo, *verum esse in his quæ statuta Patrum decreuerunt esse de iure diuino, sicut sunt articuli fidei per concilia determinati, non autem de his quæ illi patres determinarunt esse tantum de iure positiuo*: Quæ propterea ipse Pontifex mutare potest, aut de illis dispensare secundum opportunitatem temporum & negotiorum: hocque faciendo nil contra illa Patrum statuta molitur, [l] *quia seruatur intentio statuentium quæ est auctoritas Ecclesiæ.* [m] Sic glossa recepta aliique grauiores doctrinæ, & integritatis D doctores hæc Zozimi verba fideliter interpretantur. Conformia illa Vrbani Papæ in Can. sunt quidam 25. q. 1. nostræ non tam particulari, quam summorum doctorum interpretationi suffragantur. [n] *Sunt quidam*, inquit, *dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges: quod & nos non solum non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum vero summopere est, quia inde nouas leges condere potest: vnde Euangelistæ aliquid & Prophetæ nequaquam dixerunt; vbi vero aperte Dominus vel eius Apostoli, & eos sequentes sancti Patres sententialiter aliquid definierunt; ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius quod prædicatum est vsque ad animam, & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli, & Prophetæ de-*

g Epist. synod. Concilij 6 ad Agathon. Papam.

Papa male acta & per subreptionem in Concilio facta dissoluit & irritat.

h Epist. 55. ad Pulcheriam August. in fin. Epist & Epist. 53. ad ipsum Anatolium.

i Eugen. 4. *Basiliense irritat concilium.* *Æneas Siluius l. 1. edit. Basiliensis.*

k Tract. 19. contra impugnantes religionem.

Dispensare super decretis generalis Concilij competit authoritati Papæ pro causa rationabili.

l Siluest. summo verbo Papa n. 15.

m Gloss. in Can. contra statuta.

n Vrbani papę sententia Can. sunt quidã 25 q. 2.

A *ſtruere* (quod abſit) *uteretur non ſententiam dare, ſed potius errare conuinceretur. Sed hoc procul ſit ab eo qui ſemper Dominus eccleſiam contra luporum inſidias optime cuſtodierunt.* [a] Ibi videatur doctiſſima gloſſa illa de his quæ ſunt diuini iuris, & ad fidei articulos ſolummodo referuntur, demonſtrans in quibus nullo modo Papa diſpenſat, ſed ſolum interpretatur, aitque Papam poteſtate potiri quandoque de Apoſtolorum decretis & ſtatutis, quæ non ſunt iuris diuini, diſpenſandi. Iura vero diuina nulla poteſt Papa diſpenſatione relaxare, ſed tantum ea interpretari, vt exemplis multis illa gloſſa luculenter aperit. Huic doctrinæ ſinceræ Catholicęq; veritati etiam prælati Græcæ Eccleſiæ, ac illius imperii Orientalis principes deuote pieque ſubſcripſerunt: quandiu ſtetit eorum in Deum recta fides. Teſtantur B epiſtolæ ſancti Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani & Imper. Baſilii ad Hadrianum ſecundum Pontificem per manus Theognoſti Abbatis miſſæ. Quibus illum magna deuotione feruoreque inſtanter obteſtantur, vt ſibi de ſtatutis concilii octaui œcumenici diſpenſare liberet, pro receptione eorum Epiſcoporum in ſuas ſedes, à quibus hos ſancta ſynodus octaua iuſtè deiecerat, ac deiectos longè à patria relegauerat: quod vel à ſcelerato Pſeudopatriarcha Photio promoti fuerant, vel illius immanibus auſis, & ſacrilego conciliabulo ab eo contra Nicolaum papā, & pro deiectione à throno Conſtantinopolitano impia ipſius ſancti Ignatii congregata, partim circumuenti ſchiſmaticorum fraudibus, partim nimium crudeliter ab ipſo Photio, imperatoris C Michaelis tyrannide corroborato vexati ſubſcripſerant. Pro quibus pœnitentiam agentibus factique ſui crimen execrantibus ne in æternum ſuis orbarentur Eccleſiis, hanc decretorum concilii diſpenſationem ipſi [b] Ignatius patriarcha, Baſiliuſque imperator ab ipſo papa, vt ex eorum epiſtolis ad eum videre eſt, ſummis magnopere contendentes precibus efflagitarunt. Quas preces orationeſque ipſi Romano pontifici neutiquam tanto deſiderii ardore profudiſſent ſi illum de ſtatutis conciliorum generalium diſpenſandi poteſtate carere credidiſſent. Sed longiore circa hanc materiam dicendi fluxu ſuperſedentes, quanta ſit à Deo conceſſa poteſtas Romano pontifici, ſicut ſancto Petro, Epiſcopos alioſque maioris ordinis prælatos ordinandi, aut D pro cauſa iuſta deponendi vbique terrarum, ac nouos in eorum cathedras ſufficiendi videamus. Vt maior de ſuprema illius in vniuerſam Chriſti Domini Eccleſiam Monarchia in animis fidelium creſcat fides, conſenſio ſincerior radicata firmetur, perſuaſioque potentior penitus inſideat.

a Gloſſa recepta in ca ſũt quidam 25. q. 1. in verbo Apoſtoli.

b Epiſtolæ S. Ignatij, & Imp. Baſilij extant in fine Synodi 8.

CAPVT XII.

Conſtituere, atque creare Epiſcopos & creatos ſeu electos confirmare, ſummam Monarchiæ Pontificiæ in Eccleſia Dei poteſtatem deſignat, & arguit.



SICVT in imperio ſeculari Monarchica maieſtas ac regia, in ſummis creandis, ordinandis, confirmandis, & pro cauſa iuſta deponendis magiſtratibus præcipuiſque coronæ, vt loquuntur, imperialis, aut re- B giç officiariis maximè vnicuique ſubditorum cognita ſplendet: ſic in Eccleſia non leuis illa Monarchiæ ſpiritualis in paſtore œcumenico nota credenda eſt: nimirum poteſtas à Deo immediatè data, perpetuoque in Chriſtiana ditione vſu confirmata creandi Eccleſiæ Epiſcopos, maioreſque prælaros Eccleſiæ principes, ab aliis de gremio Eccleſiæ electos cõfirmandi: eos in diuerſis orbis terræ partibus vbi antea non erant ordinandi: ad infideles apoſtolos mittendi, vt diſcuſſis errorum ſuorum, in quibus ambulabant, tenebris Chriſtianæ veritatis lucē videant viſamq; diligãt, & amplectantur. Deniq; hos Eccleſiæ paſtores, ſi deliquerint, nimiumque ab officio ſuo degeneres peccando turpiter exorbitarint, in delictorum pœnam ſuarum ſedium honore priuan- C di: ſi populi ſalus, euidenſque Eccleſiæ vtilitas poſtulauerit: atque ne diutius fideles populi ſalutari doctrinæ fidei cibo ſacroque ſanctæ directionis regiminiſque pabulo deſtituti langueant illico in deſtitutorum Eccleſiaſticas ſedes nouos epiſcopos, prælatoſque potentes opere, & ſermone ſufficiendi. Sciunt enim omnes veritate bene informati euangelica perpetuaque antiquitatis Eccleſiaſticæ doctrina, principium huius tantæ, ſummæque dignitatis iſta magna in Eccleſia præſtandi munera in Sancto Petro Apoſtolorum principe, Dominum noſtrum, verborum ſuorum firmiter virtute collocaſſe, & in eius ſucceſſores, vicarios ſuos Romanos Pontifices tantæ poteſtatis continuationem vſque ad D conſummationem ſeculi perpetuaſſe. Anno ſiquidem trigeſimo quarto Redemptore noſtro recens ad dexteram Dei patris diuina ſua virtute prouecto, conſummatoque Diuinæ myſterio redemptionis, cum credentium in Chriſtum numerus magis in dies augeretur, fœtuque Spiritus ſancti multiplici creſceret: [a] Sanctus Petrus Apoſtolorum princeps totiuſque Chriſti Domini Eccleſiæ Monarchicus Paſtor, ac pater, ſanctum Iacobum Alphæi cognomento iuſtum fratremque Domini dictum Epiſcopum Hieroſolymitanæ ſedis conſtituit, iſtiuſque Epiſcopatus honore decorauit. Vt hæc ſancti Chryſoſtomi verba clariſſime demonſtrant. [b] *Si quis*, inquit, *à me percontaretur quomodo Iacobus ſedem Hieroſolymitanam accepit: reſponderem ego hunc totius orbis magiſtrum præpoſuiſſe Petrum.* Quem vna cum ſancto Ioanne & Iacobo fratribus ſacra inaugurauit vnctione, tradens poſteris legitimam conſecrandi Epiſcopum, per tres Epiſcopos formam ([c] vt Epiſtola ad Italiæ Epiſcopos

Collatio principis eccleſiaſtici cum ſeculari in nota monarchia cognoſcenda.

a *S. Petrus vt princeps apoſtolorum totiuſque eccleſiæ monarchicus, S. Iacobū epiſcop. Hieroſoly. fecit.*

b S. Chryſ. hom. 87. in S. Ioan.

S. Petrus formam conſecrãdi Epiſcopū per tres alios Epiſcopos inſtituit, ac inſtitutam tradidit.

c S. Anacleti ad Italiæ E-

piscopos in 1. tom. Conc.

Anacletus Papa docuit) huius in Episcopum Hierosolymitanum sancti Iacobi, per sanctum Petrum cum sancto Ioanne; & Iacobo factæ consecrationis, promotionisque meminit Clemens Alexandrinus apud Eusebium hæc dicentem [a]: *Clemens in sexto libro ὑποτυπώσεων de eo scribens refert Petrum, & Iacobum, & Ioannem post Saluatoris ad cœlos ascensum cum essent à Domino summum dignitatis gradum adepti, non de gloria, & honore contendisse inter se, sed vno consensu Iacobum iustum Hierosolymorum Episcopum designasse.* Cæteros vero Apostolos authoritate summa à Deo per vniuersum mundum accepta, subdita nihilominus sancto Petro vt notauimus supra, ab eodem similiter Apostolorum principe creatos fuisse Episcopos valde veritati consentaneum, qui postea in varias terrarum partes, & oras dispartiti nouas Ecclesiæ sedes sub sancti Petri beneplacito, prout ordo Monarchiæ deposcebat Ecclesiasticæ, nouosque Episcopos instituerunt atque de aliis, qui sibi defunctis in Episcopatu succederent bene à sancto Spiritu informati prouiderunt. Vt Dauidicum illud adimpleretur. [b] *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.* Sanctus Augustinus in hunc locum, *quid est*, inquit, *pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi*, Scilicet loco Apostolorum, ratione scilicet Episcopatus, & Pastoralis officij, non Apostolatus. Sic crescentibus in orbe fidelibus mater Ecclesia sinum suum in mundo quotidie ad recipiendos, alendosque nouos suæ fœcunditatis fœtus, ac filios expandit, atque dilatauit, iuxta Prophetæ vaticinium ad Euangelicæ legis tempora respicientis, atque clamantis ad illam. [c] *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum extende ne parcas, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos consolida.* Progressu verò temporis fusiùs per omnem terrã suum sanctissima illa matre dilatante sinum ad nouos excipiendos filios, primis illis quos Apostoli creauerunt Episcopis vita functis, totum ius eligendi creandique Episcopos ad Romani pontificis authoritatem tanquam successoris sancti Petri Dei in terras Vicarii reuolutum est: iuxta illud quod habetur in Can. omnes dist. 22. [d] *Omnes siue Patriarchij cuiuslibet apices siue Metropoleon primatus, aut Episcopatuum cathedras, vel Ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia. Illam verò solus ille fundauit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitæ Clauigero terreni simul, & cœlestis imperij iura commisit.* Sed constitutis illis per orbem terrarum dignitatibus, & gradibus Ecclesiasticis qui ad eos euehebantur prælati, honoris gradus confirmationem à pontificis Romani authoritate, consensuque expresso vel tacito consequebantur; primus siquidem Ecclesiæ nascentis, crescentisque in dies temporibus post mortem Apostolorum vidente, atque silente; minime vero repugnante, aut aliud decernente Romano pontifice cum iure id posset: clerici cuiuslibet Ecclesiæ cathedralis conuenientes simul in vnum, in locum defuncti sui Episcopi alium substituendum, subrogandumque nominabant, designabant, eligebantque, qui postea à Romano pontifice hanc electionem approbante confirmaretur, literasque pontificiæ approbationis (quas hodie bullas vocant) ab eo mutuaretur, priusquam in prælaturam Ecclesiæ sacro inunctus oleo decenter inaugurаretur. Electio verò seu designatio in Episcopum variam pro diuersitate temporum, sicut congruè visum est Ecclesiæ formam, modumque sortita est. Inualuit enim quandoque mos ille vt clerus simul cum populo nominaret, & eligeret, designatum ac electum, Domino Papæ aut alteri Patriarchæ eius, fungenti vicibus confirmandum offerret ex Canone factus est [e] 7. q. 1. & cæteris quos in margine hic notauimus [f]. Notanda hæc in fine canonis nosse dist. 63. *Sacerdotum quippe est*, inquit Stephanus Papa Archiepiscopo Rauennati, *electio, & fidelis populi consensus adhibendus est, quia docendus est populus, non sequendus.* [g] 2. Quandoque populus quidem petebat humiliterque sibi dari Episcopum Pus votis obtestabatur, & his annuens votis clerus eligebat; vt videre licet in canone nulla dist. 62. 3. Quandoque non solum petebat, rogabatque sibi dari Episcopum, sed qualem sibi optaret expresso nomine designabat, & tunc tali suam clerus electionem designationi conformabat, vt ex supra citato ca. [h] Nulla, conspicuum est. Præter has formas; illa etiam. 4. Nonnunquam obseruabatur, vt ipsemet Episcopus iam electus, confirmatus, & consecratus sibi in Episcopatu socium, coadiutoremque eligeret, & ascisceret sibique defuncto aliquando successurum nominaret: vt Valerius, sanctum Augustinum sibi viuenti adiutorem adsciuit, successoremque, sibi defuncto declarauit. Quam licitam, vsuque receptam eligendi formam leges Ecclesiæ comprobant Ca. [i] Si Petrus 8. q. 1. Et sanctus Augustinus [k] epistola 11. Quintam etiam in antiquitate sacrarum Historiarum formam reperimus, cum nominanti populo, clericisque eligentibus assensus principis interueniebat. In [l] ca. Quia igitur. ca. Quanto. ca. Principali. ca. Rheatina. ca. Vobis. ca. Lectis distin. 63. & ca. Quod sicut de electione. Sed in his omnibus electionum formis ne fierent irritæ, semper expectabatur consensus, & approbatio summi pontificis, aut per se, aut per vicarios eius, Patriarchas, primatesque, in partes Episcopatuum conferendorum ius iurisdictionemque suam extendentes. Exempli causa tempore sancti Leonis Papæ Thessalonicensis Metropolites, Apostolicæ Sedis erat in oriente delegatus; vt ipsius sancti [m] Leonis ad Anastasium literæ designant. Sicut has eligendi Episcopos formulas ipse Romanus Episcopus aut tradiderat, aut ab aliis in Ecclesia magna munera obeuntibus excogitatas permiserat. Quod inductione multorum exemplorum verissimum esse patebit. [n] Liberatus in breuiario meminit Epistolæ Ioannis Thalaiæ Alexandrini episcopi Synodicæ ad Simplicium Papam, similiter alterius à Flauita, eiusdem ecclesiæ patriarcha, ad Fœlicem Papam missæ. *Qui non consensit*, inquit ille, *sine Romano Episcopo inthronizari, sed Synodicam transmisit.* Acacium quoque Patriarcham Constantinopolitanum sine Romani pontificis authoritate, & accepta ab eo cõfirmatione thronum patriarchalis honoris conscendere noluisse ex eodẽ [o] Liberato didicimus: vt postea fecisse Euphemium Constantinop. patriarcham narrat Nicephorus. [p] Hunc respectum supremumque honorem à Ioanne Eutychio eiusdem Sedis præsule Romano pontifici delatum fuisse Iustino

a Euseb. in chro & l. 2. hist. c. 1.

b Psalm. 44.

c Esaiæ 54.

Ius episcopos eligendi creandique à tempore Apostolorum ad Romanam ecclesiam deuolutum.

d Can. omnes distin. 22.

Varia forma eligendi episcopum antequam Papæ confirmandus offerretur.

1.

e Ca factus est 7. q. 1.

f Can. Episcopos can. literas dist. 63 can pleba can. nosse eadem dist.

2.

g Dist. 62. ca. nulla.

3.

h Can. nulla supra.

4. forma.

i Ca Si Petrus 8 q. 1.

k S. August. epist. 11.

5. forma.

l ca quia igitur ca. quanto ca. principali ca rheatin ca vobis ca lectis dist. 63 & ca. quod sicut de electione.

In omnibus electionis formis semper Rom. Pontificis consensus & approbatio requirebatur vt probatur inductione exemplorum.

m Epistol. S. Leonis ad Anast. cap. 6. epist. 82.

n Liberat. in breuiat.

o Liberat. ibi.

p. Niceph li. 16. cap. 19.

A seniore imperante, idem scriptor memoriæ mandatum, posteritati prodidit similia de successoribus eorum Pyrro, & Paulo ad Theodorum Papam scribentibus [a] Zonaras commemorat. Sic Petrus ad Vitalianom, Thomas ad eundem Papam scribentes vt constat [b] ex sexta Synodo, id ipsum honoris, ac reuerentiæ circa Sedem Apostolicam, Romanamque præstitere, vt sine illius sedis pastore confirmante noluerint inaugurari. De Nicephoro Tharasij successore in sede Constantinopolitana similia referens Landulphus [c] Sagax ait. *Nicephorus quoque sanctissimus Patriarcha transmisit Synodicas literas* (scilicet pro confirmatione sua in Sedem episcopalem) *ad Leonem sanctum Papam Romanum. Antea quippe faciendi hoc à Nicephoro* [d] *prohibebatur.* B (Scilicet Imperatore hæretico.) Huius patriarchæ Constantinop. literas ad Leooem 3. Auctor ille retulit, quibus post suæ veræ fidei coofessionem, Romano pontifici obnixe supplicat, *vt mittat sermones firmantes* (scilicet literas apostolicas suæ dignitatis, & honoris in episcopatu confirmatrices) *& dantes intellectum*: & post hæc, *vt vestris*, inquit, *doctrinis, & exhortationibus firmati stemus in hac fide integri, & solidi omnia quæ in ea sunt mysteria ab initio tradita inuiolata conseruantes.* Illud autem diligenter obseruandum est in antiqua Ecclesiæ sanctæ facie, & ritu Episcopos electos, ad Romanum pontificem, vel eius delegatum fidei formam transmittere solitos: quam cum Pontifex Romanus comprobasset suamque de ea, & eorum electione comprobationem scriptis literisque significauisset, tūc electus erat in ordine episcoporum riteque coosecrabatur. C Id ipsum alii Episcopi, suis Metropolitanis Romani pontificis vicariis præstare solebant. Propter quod Tertullianus [e] dicebat *Ecclesias quotidie vt Ecclesiæ fiant à matrice Ecclesia mutuari fidem.* Quid est boc, *vt Ecclesiæ fiant.* Ecclesiæ singulares hoc solummodo inter se distinguntur, qood Episcopos habent suos: habent aotem cum ab Ecclesia Metropolitana, fides ex rescripto comprobatur. Hinc antiqous ille mos [f] in Nicæna Synodo scriptus, sanctione pia firmatus inualuit, ne quis in cathedralem Sedem euehendus Episcopus absque consensu iudicioque Patriarchæ, ac Metropolitani in aliqua natione orbis Catholici vices in his partibus Romani pontificis exercentis agentisque crearetur. Romana verò Ecclesia qood omnes sedes patriarchales, ac Metropolitanas episcopalibus præsidentes tanquam mater filias peperisset, D partasque suæ sino virtutis, ac sanctitatis sopremæ fouisset, eas incremento dignitatis magnæ prouexisset, illis pastores dedisset, datosqoe non mediocri potestate confirmando ab Apostolicæ sedis fauore profecta corroborauisset: ideo ab antiquis, sanctisque patribus, vtpote à sancto [g] Cypriano matrix, & radix Ecclesiarum, & à [h] concilio Ephesino ῥίζωμα ἐκκλησιῶν, Ecclesiarum nempe firmamentum honorifico vocabulo, elogioque virtutis appellata est; quod ab ea omnes maiores, minoresque per omnes terras diffusæ fidelium coogregationes ecclesiæque suæ dignitatis, virtutis, authoritatisque principium, roburq; ex ordinatione diuina mutuarētur. Secundum illa præclara, planeque diuina [i] sancti Irenæi verba, quorum supra meminimus, quæque propter excellentiam suam sæpius repetita placebunt. *Ad Ecclesiam Romanam*, inquit, *propter potentiorem eius principalitatem necesse est omnem conuenire Ecclesiam, hoc est eos qui sunt vndique fideles, in qua semper ab his qui sunt vndique conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio.* Illa autem patriarcharum, & maiorum Ecclesiarum primatum, prælatorumque à Romano pontifice confirmatio in sacris literis altissimè fundata radicatur: quæ nobis ob oculos solemne, atque memorabile sancti Pauli Apostoli exemplum proponunt; qui licet non ab hominibus, sed à Domino Deo insigniter, vt schola loquitur, prædestinatus, & de cœlo vocatus Apostolus, vasque diuinitus electionis factus à Christo Domino, post passionem mortis in cœlesti gloria immortaliter exultante, atque cum æterno Patre B triūphante, fuerit; nihilominus Hierosolymam venire voluit, vt Petrum videret, maneretque cum eo diebus aliquot, vtpote quindecim, non alia de causa quàm vt ab eo tanquam Apostolorum principe, monarchicoque totios Ecclesiæ rectore instructus, & probatus in suo apostolatu confirmaretur. Qoæ res ne cui commentum, aut leve delirium esse videatur, audiat Sophronium Patriarcham Hierosolymitanum epistola ad Honorium Papam hoc quod dicimos sic optime confirmantem. [k] *Apostolica, & vetus traditio continet, vt qui ad Hierarchiam eliguntur ad eos qui in Hierarchiis capessendis, & administrandis maiores sunt, omnino sincerè referant quid sentiant & qua fide sint. Vt Paulus illis tradidit valde caute, ne in vacuum curreret, si qua in parte fides manca esset. Paulus enim cum alioquin arcana Dei quæ non licet homini loqui, vt ipse ait, cognouisse: me-* C *tuebat tamen ne cum aliis prædicaret Euangelium salutis, ipse reprobus fieret, vnde & Hierosolymam ascendit, quamquam Christi discipulus cœlestis, & suis antecessoribus discipulis se submisit, & Euangelicam doctrinam, quam prædicabat, iis qui conspiciebantur aliis antecellere manifestauit, ac dogma cum iis communicauit.* Et postea: [k] *Communicauit poscens interrogando, vt firmum sibi fieret, quod tradebat, & exemplum firmum posteris relinquens, vt sic ipsi quoque facerent.* His dictis mox subiungit. [l] *Hunc quoque nos consuetudinis seruientes, ad vos diuina scientes qualis sit fides nostra, scribimus vt probemus. Scribimus, inquam, ad vos, qui non solum nostis discernere legitima dogmata ab adulterinis, sed etiam supplere quæ desunt potestis.* Hæc Patriarcha Hierosolymitanus. Hunc Pauli locum Theodoretus [m] exponens ait: à S. Paulo, D sanctum Petrum visitando vt *cum consuleret de his quæ ad Apostolatum suum spectarent ab eo in Episcopatu confirmatus*, principi Apostolorum, pastorique Ecclesiæ œcumenico honotem quem decebat, maximum fuisse tributum, quia *Sanctus Petrus*, [n] inqoit sanctus Chrysostomus, *erat os Apostolorum, princeps, & vertex ipsius cœtus; & quia* (addit sanctus Ambrosius [o]) *Sancto Petro delegauerat Saluator Ecclesiarum curā. Obid ex officio*, vt eum Tertulliano [p] loquar, *apud eum Paulus mansit multis diebus.* Nec verò tantum solemnes Ecclesiæ Dei congregatiooes, eiusq; decreta Sanctorum, & vetustorum patrum doctrina Catholicaque consensio, huic antiquæ consuetudini venerabili dignitatis, veritatisque robur sua testatione contulerunt, sed etiam seculares imperatores, ac principes hanc omnibus ante sua tempora seculis obseruatam, religiose veritatem

a Zonaras t. 3. in vita Cōstantis.
b Sexta Syno.
c Landulphus sagax de patriarcha Cōstant. Nicep.
d Literæ Niceph. patriarchæ ad Leon.
e Tertul. l. de præscrip.
f Decretum Nicænæ Synodi.
Ecclesia Romana mater, radix & firmamentum Ecclesiarum appellata.
g S. Cyprian. l. de vnit. eccles.
h Eph conc.
i S. Iren l. 3. cap 3.
Confirmatio à Romano Pontif. patriarch. & aliorum ecclesiarum maiorum prælatorum in sacris fundata scripturis.
S. Paulus videre voluit S. Petr. ac cum eo morari vt ab eo instructus in multis in suo confirmaretur Episcopatu.
k Soph. Hierosol. epist. ad Honor. pap.
k Idem Sophron.
l Idem ibid.
m Theod in c. 1. ad. Galat. v. 18.
n S. Chrys.
o & Ambr.
p Tertul.
Imperatores & principes seculares hanc supremam in Rom pontifice constituendi, ac cōfirmandi episcopos, omniaque summo imperio in ecclesiis ordinandi potestato crediderunt creditamque seruare inuiolate voluerūt.

crediderunt, creditamque ab omnibus, qui Epicopalibus Ecclesiarum in orbe Christiano gradibus euecti conspicerentur, inuiolatè seruari voluerunt: testes sunt voces illæ Imperatorum Theodosii Iunioris, & Valentiniani 3 præclarissimæ, rescripti, sanctionisque ad Accium magistrum vtriusque militiæ in codice Theodosiano contra superbum Hilarii Archiepiscopi Arelatensis audaciam, qui inconsulto Romano Pontifice ordinare aliquos in Episcopum, aliosque à Sede episcopali deturbare impudenter, ausoque superbo præsumpserat: [a] *Certum est & imperio nostro vnicum esse præsidium*, inquit, *in supernæ diuinitatis fauore, ad quem promerendum præcipue Christiana fides, & veneranda nobis religio suffragatur. Cum igitur Sedis Apostolicæ primatum (sancti Petri meritum*, scilicet institutum à Deo) *qui princeps est Episcopalis coronæ, & Romanæ dignitas ciuitatis sacræ etiam Synodi firmarit authoritas, ne quid præter authoritatem sedis istius illicitum*, (vt puta ordinare Episcopos) *præsumptio attentare nitatur. Tunc enim demum ecclesiarum pax vbique seruabitur, si rectorem suum*, (scilicet Romanum Pontificem) *agnoscat vniuersitas*. Quem com Hilarius Arelatensis ille Archiepiscopus contempserit ausus sine eius imperio, indebitas sibi ordinationes Episcoporum *sola temeritate vsurpans inuadere*, vt verbis vtar imperatorum; addunt illi postea [b]. *Hæc talibus & contra imperij maiestatem, & contra reuerentiam Apostolicæ Sedis, admissis* (scilicet ab Hilario,) *per ordinem religiosi viri vrbis æternæ Papæ cognitione discussis; certa in eum ex his quos male ordinauerat lata sententia est. Et erat quidem ipsa sententia per Gallias & sine imperiali sanctione valitura. Quid enim tanti pontificis authoritas in Ecclesias non valeret? Sed nostram quoque præceptionem hæc ratio prouocauit, ne vlterius vel Hilario, quem adhuc Episcopum nuncupari sola mansueti præsulis permittit humanitas, nec cuiquam alteri Ecclesiasticis rebus arma miscere, aut præceptis Romani Pontificis liceat obuiare. Ausibus enim talibus fides, & reuerentia nostri violatur imperij. Nec hoc solum quod est maximi criminis submouemus, verum ne leuis saltem inter Ecclesias turba nascatur, vel in aliquo minui religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione decreuimus* [c] *ne quid tam Episcopis Gallicanis quam aliarum prouinciarum, contra consuetudinem veterem liceat, sine viri venerabilis papæ vrbis æternæ authoritate tentare. Sed illis omnibus pro lege sit, quidquid sanxit, vel sanxerit Apostolicæ Sedis authoritas: ita vt quisquis episcoporum ad iudicium Romani antistitis euocatus venire neglexerit per moderatorem eiusdem prouinciæ adesse cogatur, per omnia seruatis quæ Diui parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt.*

a Nouella Theodos. Iunior. & Valent. 3. in C. Theo. titu. 24.

Omnis salus imperii à fauore Dei per fidem religionemque Christianã parta.

b In eadem nouell.

Condemnatus à Papa Hilar. ob ausas sibi ordinationes indebitas.

Authoritas Rom. pont. in adificatione omnium potest in ecclesiis.

Imperium saeculare violatur, & opprimitur cũ contra authoritatem Rom pontificis aliquid attentatur.

c Attendant ad ista heretici & schismat. nostri.

Hæc Pij Imperatores. Ex quibus constat Romano Pontifici ius semper authoritatemq; fuisse Episcopos per omnes prouincias constituendi, creandi, ordinandi, ordinatosque confirmandi, idque de veteri consuetudine à tempore immemoriali seruata in diuina lege fundata, nulla in-

Ab omni æuo ex hac sanctione impp. patet ius Rom. Pontificis per omnes prouincias constituendi,

A teruueniente secularis Imperatoris sanctione. Hanc authoritatem Romani Pontificis creandi, aut confirmandi Episcopos tanti fecit Leo 6. [d] Imperator cognomento Philosophus, vt fratrem suum Stephanum ad Sedem patriarchalem Constantinopolitanæ Ecclesiæ, sine ea Pontificia authoritate promoueri noluerit. Qui propterea per literas epistolis Episcoporum Orientalium iunctas Papam precibus obtestatus est, vt primum cum fratre suo dispensaret, quod ab impio Photio intruso, & Pseudopatriarcha Constantin. fuisset ordinatus (quia lex erat Ecclesiastica recens, pontificia potestate sancita, qua omnes ordinati à Photio omni maiorum dignitatum in ecclesia gradu prohiberentur) deinde ab eodem Romano pontifice postulauit, vt electionem in patriarchale fastigium fratris sui ratam

B gratamq; sibi confirmare dignaretur. Hæc fuse scripta leguntur in codice Græco Coloniensi à Metio latinitate donato post literas Stephani Papæ 6. ad Basilium Imperatorẽ; Quæ reperies apud [e] Baron. tomo 10. Nam siue, præter alias Episcopos eligendi formas, de quibus supra, cum ad solos clericos electionis episcopalis potestas exclusis omnino laicis, canonica sanctione deuoluta est, vt constat ex ca. [f] Nullus ca. [g] Adrianus. ca. [h] Non est. ca. [i] Non licet. dist. 36. & can. [k] Si deinceps 16. q. 7. Siue cum postea penes solum collegium Canonicorum cathedralium, eadem potestas eligendi peruenit: quæ diu per Germaniam, Galliam, Hispaniam, Italiam, Angliam, Poloniamque durauit: Siue cum hac abrogata,

C Romani pontificis authoritate decretoque, eligendi consuetudine, Christianis Imperatoribus, Regibus, aliisque principibus nominandi, eligendi, præsentandique Episcopos eiusdem Romani Pontificis dono, largitateque Apostolica illud ius donatum, & indultum est: In omnibus his eligendi modis, præter superiores, formisque immota semper Romani pontificis, sine vlla diuini priuilegii læsione mansit authoritas. Vt omnis cuiuscumque formæ electio foret irrita, quam summæ illius Ecclesiasticæ potestatis, monarchicæque maiestatis vertex non approbasset, approbatamque confirmasset. Sed si in hac creatione, & confirmatione electorum, nominatorum, oblatorumqoe episcoporum, eminentia Pontificiæ monarchiæ tam clarè fulgeat; non

D minor profectò eiusdem monarchiæ maiestatisque fulgor emanat ex ordinatione Episcoporum in illis locis, quæ Episcopalis sedes suæ nondum irradiatione dignitatis illuminauerat, ex translatione eorum de loco in locum; ac denique, si ratio, honor Dei, salusque populi requirat, depositione, & in depositorum gradum promotione aliorum. Quæ duo postrema, sicut primum, de quo hoc toto capite copiose dictum, præstare soli Pontificiæ maiestatis aothoritati debentur, & congruunt, vt breuiter sequens caput aperiet.

ac electos confirmandi Episcopos

Leo imperator 6. fratris sui Stephani in Constant. patriarchatum à Rom. pontif. Stephano confirmari obprobarique postulauit.

e Codex græcus ex Baronii to 10. an. 886 o 16. col. 701. &c.

f ca. Nullus.
g ca. Adrian.
h ca. Non est.
i ca Non licet dist 36.
K ca. Si deinceps. 16. q. 7.

CAPVT XIII.

1. *Nouos ordinare Episcopos in locis quæ numquam habuerunt, episcopales sedes transferre.*

2. *Et pro causa iusta de gradu suæ dignitatis episcopos, aliis in eorum locum suffectis deycere, magnum monarchiæ potestatis atque regiminis; quod soli Romano Pontifici competit iudicium est.*



ICVT notam meri imperij, planeque monarchicum illo principe seculari certissimam agnoscimus, cum solus ipse in regno, aut imperio nouos constituit iudices & magistratus, noua iustitiæ tribunalia figit, nouas prætorias sedes in illis vrbibus, ac locis sui territorii, ditionisque plantat, in quibus ista fora non litibus antea perstrepebant, actionibusq; iuridicis minime personabant: Et quandoq; etiam ille princeps loca sui imperii hoc soliorum forensium honore destituit, quibus alia cohonestat, prout imperii sui dignitati populorumque vtilitati expedire iudicauerit. Similis omnino ratio est in Ecclesiastico imperio, in quo sanctissimus pater huius monarcha imperii loca Christiani territorii nouis Episcoporum sedibus ornat, alia antiquis priuat: præfectos his magistralibus honorificisque Ecclesiæ solus, criminum grauitate destituit, in ea nouos euehit: in omnibus diuinæ gloriæ promotionem, salutemque fidelis populi respiciens. Præclarus est locus epistolæ 240. Iuonis Carnotensis ad Paschalem pontificem pro Ecclesia Nouiomensi contra clericos Tornacenses, qui se à Diœcesi Nouiomensi eximere cupientes, à Romano Pontifice nouũ sibi creari Episcopum, diœcesimque à Nouiomensi distinctam ardentioribus votis diutius precando flagitauerunt. Cui postulationi annuere, eamque effectu complere in Pontificis situm esse potestate Iuo fatetur: Sed tamen ne Tornacensium clericorum votis in præiudicium Ecclesiæ Nouiomensis acquiescat, his orando verbis ab eo magnopere contendit. [a] *Audiuimus clericos Tornacenses ad Apostolicam Sedem venisse, petentes vt Apostolica præceptione proprium possent habere Episcopum, & Nouiomensis Ecclesiæ frustrare priuilegium, quod ne fiat sicut filij, & fideles & rogamus, & consulimus vt statum Ecclesiarum, qui quadringentis annis ferme durauit, inconcussum manere concedatis: ne hac occasione schisma quod est in Germanico regno aduersum sedem Apostolicam in Gallicarum regno suscitetis. Nec in hoc resistimus quin possit Sedes Apostolica patriarcharum amplitudinem minorare, aut breuitatem dilatare, si vtilitas populi Dei ita exigat, & nullum inde schisma contingat*, &c. Sanctus Gregorius Episcopatum Vellitranum de antiquo solio in aliud propter incursiones Barbarorum, à quibus loci illius incolæ premebantur, transferri voluit: Ista ad Episcopum Vellitranum rescribens in corpus canonicum translata: [b] *Temporis qualitas admonet Episcoporum Sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas ad alia, quæ securiora putamus eiusdem Diœcesis*

Solus Papa potest nouũ creare episcopũ in his locis vbi ante non erat, nullusque sine eius licentia vllibi creare potest.

a Iuonis Carnot. epist. 240 ad Paschalem Papam, regnante Carolo Crasso in Gallia.

Transtulit S. Greg. Episcop. Vellitranum alio.

b S. Greg l. 2. epist. 11. cap. Temporis 7. q. 1.

A *loca transponere, quò & habitatores nunc degere & Barbaricum possint periculum facilius declinare. Propterea te Ioannem fratrem coepiscopum nostrum Vellitrensis ciuitatis sedemque tuam in locũ quondam*[c] *Arenata ad S. Andream Apostolum præcipimus exinde transmigrari; quatenus ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, & illic consuetudinem solenniumfestiuè disponas.*

c Al quem Arenata ad S. Andream Apost. dicunt.

Translationis autem huius ex multis quatuor causę præcipuæ solent assignari, è quibus trium meminit D. Augustinus ex cap. Tribus distin. 1. de consecratione.[d] Prima est cum necessitas persecutorum loca eorum grauauerit. [e] Secunda cum difficultas locorum fuerit vt pro aeris intemperie, inquit Glossa prout significatur à [f] S. Gregorio Episcopo Syracusano, in canone quorundam distinct. 74. Tertia cum malorum societate grauantur, malitia quippe populi sedium Episcopalium translationem in pœnam eius criminum plerumque causatur. Vt à ciuitatibus eorum exempli causa seditiosorum, sceleratorumque populorum, alio transferatur, qui suadente
B diabolo suos Episcopos execrabili percitos furore necauerunt. Quale parricidium ciues Scyllacæni maligno spiritu docti in duos sibi datos Episcopos immanissime patrauerunt. [g] Propter quod Gelasius Papa illorum ciuitati dignitatem Episcopalem, sedemque authoritate pontificia substraxit & abstulit. Quartam huius translationis causam affert Glossa, scilicet meliorationem Ecclesiæ ex Bonifacii Papæ decreto. Hanc autem translationem quacumque ex causa fiat solus Papa non tam constitutione canonica, quam institutione diuina potest operari, vt amplissime [h] Innocentius Papa rescripto, ac breui Apostolico ad decanum, & capitulum Andegauensem misso definiuit. Sicut huic summo pastori œcumenico Christi Domini Vicario potestas, & authoritas mittendi Apostolos per omnes orbis
C terrarum regiones, & oras, ad conuertendas gentes, easque ex corruptionis cœno ad puritatis cœlum eruendas, deque infidelitatis tenebris ad clarissimam Christianæ veritatis lucem transferendas diuina ordinatione reseruata est, atque ad id comprobandum pleni exemplorum sunt Annales Ecclesiastici. missi sunt, tot à principe Apostolorum sancto Petro, munere Apostolico decorati, per tot orbis terrarum plagas Occidentales & Orientales, à successoribus eius tot similiter missi vt à S. Clemente, S.[i] Dionysius in Galliam, S. Augustinus à sancto Gregorio in Angliam, S. Bonifacius in Germaniam à Gregorio 2. S. Patricius à sancto Cælestino in Scotiam & Hiberniam: & vt vno verbo breuiter expediam, quotquot sancti Viri Apostolatus functione, & honore ad conuersionem gentium, ab ascensione Domini in orbe celebres extitere, illi omnes hanc à Rom. Pontifice, Apostolicam pro-
D uinciam multiplicato conuersionis gentilitiæ fructu fœcundam, & populorum salute honorificam mutuati fœliciter expleuerunt.

Ob 4. causas præcipue fiunt translationes episcopatuum.

d D. Aug. in c. Tribus dist. de consecra.

e Gloss in verbo difficultas.

f D. Grego l. 11. epist. 24. c. quorundam dist. 74.

g Gelasius papa can. itanos 25. q. 2. Episcoporũ suorum parricidę indigne sede Episcopali.

4 causa meliorationis ecclesiæ.

h Can. si quis 16. q. 7.

h Innocẽt. 3. ca. inter corporalia de translatione episcop.

Sanctis Viris Apostolatum ad conuertendas gentes ab omni tempore Rom. pontifices mandauerũt.

Vers. 9.
Exempla SS. i Dionysii. Patricii. Augustini. Bonifacii & alia passim ex sacris Ecclesiasticisq; collecta monumentis.

Sicut religiosissimè fecerunt præter supradictos sanctus Landolinus Cameracensis Ecclesiæ presbyter, & S. Amandus Episcopus Leodiensis, cum sociis qui propterea Romam à sancto Martino 1. Pontifice ad conuersionem Gentium prouinciam accepturi venerunt. [k] Hoc clarius etiam exprimit, ac illustrat vetus illud monumentum [l] in actis S. Valentini tabula plumbea expressum inuenta iuxta corpus eiusdem sancti

k Ex actis eorum vitæ.

l Acta S. Valentini.

Valentini Episcopi Pataulonis in Noricis in hũc modum. *Venit ab oceano vir humilis Valentinus nomine in Norici urbem Patauionem* (ita legendum loco Patauii) *idque animo apud illos*, scilicet huius vrbis incolas, *prædicandi, sed quia id hominum genus ferum, & belluinum nimis erat exiguum apud illos animarum fructum accipere potuit. Videns autem terræ huius opportunitatem, & quorumdam hominum frugalitatem, regionẽque iam albam ad messem intra se cogitabat. Non debet concionandi munus quisque sibi vsurpare nisi apostolica authoritatis iussione, sicut scriptum est* ([a] Rom. 10.) *quomodo prædicabunt nisi mittantur, hæc dicens adijt Pontificem Rom. qui eum honorifice, & reuerenter excepit, libenterque eum audiuit, & Apostolica authoritate eius studium prædicandi confirmauit.* Hæc & alia in hoc monimẽto. Eodem tempore sanctus[b] Follianus ex Hibernia ad eundem Romanum Pontificem sanctum Martinum venit prædicandi gentibus Euangelium ab eo licentiam impetraturus, sicut hæc in eius actis scripta testantur: [c] *Huius exemplo*, (scilicet sancti Furcei eius germani,) *prouocatus Follianus Romam tunc petiturus à Romano pontifice benedictionem Episcopalem ad infidelium conuersionem, qua accepta in Gallias venit,* &c.

a Rom. 10.

b S. Follianus ex Hiberniæ ad Rom pontific. S. Martinum venit

c Apud Molanum in Natali SS. Belg. die vlt. Oct.

Sed sicut monarchica Papæ potestas in constituendo, creando, & in diuersis locis Episcopos ordinando, sic & in eos deponendo, & à sedibus Apostolico imperio dimouẽdo, si eorum crimina poscant, maxime relucet. Placet mihi valde ad hoc illustrandum hæc Iuonis[d] Carnotensis apposita similitudo: *Cum ramus aridus*, inquit, *qui in radice arboris matris nunquam coaluit, nec in se virens fructum fecit magni cultoris manu excisus esset: eadem manus quæ ramum præmortuum excidit, me non ad demembrationem, sed ad supplendum locum demortui, eidem arbori quantum in se erat, inseruit: quæ hoc & cum aliqua spe fructus, & sine vulnere matris arboris posse fieri existimauit; Cui* (scilicet Rom. Pontifici) *ergo sine vestra contradictione, licuit quod nocebat* (scilicet deponere simoniacum Episcopum Gaufredum) *excidere: quæ ratio impedit vt ei non liceat quod profuturum sperabat inserere?* Quis crederet Christum Dominum minus suo, in Ecclesia, religioneque sua, sancta, vera, & vnica, vicario iurisdictionis, authoritatisque in omnes eiusdem Ecclesiæ sanctæ ministros, & sacerdotes minores maioresque, nempe prælatos superiores, & Episcopos concessisse, quam diabolum mundi corrupti principem, in fœdo suæ superstitionis iniquæ, ac impiæ infidelitatis territorio, suæ idololatriæ paganicæque corruptionis ministris, pontificibusque execrationis suæ, in reliquos flamines, ac sacerdotes etiam in vestales ipsas contulisse paganica monumenta testantur? Certum autem ex prophanorum scriptorum relatione maximo gentilitatis elusæ pontifici ius, potestatemque fuisse traditam in flamines, sacerdotesque reliquos talem, vt eorum constitutio, atque creatio, aut si quid contemptu, aut negligentia religionis, id est vt ego interpretor, superstitionis iniquæ admisissent, depositio, degradatioque penes eum Pontificem esse iudicaretur.[e] Hoc Valerius Maximos,[f] hoc Liuius,[g] hoc Iulius Obsequens,[h] hoc Plinius,[i] hoc Dionysius Halicarnasseus, hoc denique[k] Orosius, aliique plerique scriptores vetusti communi fide, consensioneque declararunt. Itaque Gregorius

Deponere episcopos delinquentes Rom. pontificis authoritati competit.

d Iuo Carnot. epist. 8. ad Richerium Archiep. Senonensem.

Authoritas maximi pontificis apud Ethnicos in omnes sacerdotes quantũ ad eos vel creandum vel deponendum potẽs.

e Val. Max. l. 1. cap. 1.

f Liuius Dec. 1 lib. 2. 4. 8.

g Iulius Obsequens lib. de prodigiis.

h Plin. iuo. li. 2. epist.

i Dionys. Halic. l. 8. & 9.

k Orosius l. 4. c. 4

A quartus omnibus Galliæ Episcopis inter se mutuo tumultuantibus, grauiterque in Aldricum Cœnomanensis Ecclesiæ Antistitem, vt à sede contra fas depellerent, insurgentibus, omni interdixit ausu, quo quid in ipsius Episcopi depositionem se inconsulto, minimeque iubente molirentur; sic in epistola eos affando.[l] *Nolite sæpe dictum fratrem Aldricum Episcopum absque nostra, vt prædictum est, præsentia, aut authoritate iudicare, vel condemnare, aut grauare, sed sicut Apostolicis est munitus præsidiis, ita vestris fulciatur auxiliis, sitque ab omni sacerdotalis catalogi laqueo, aut oppressione, vel iudicio humano intactus, & liber vsque ad nostrum, vt præfatum est, iudicium, qui Beati principis Apostolorum Petri meruit adipisci auxilium,* &c.

l Greg. 4. epist. ad oẽs Galliæ episcopos depositionem episcopi Cœnomanensis affectãtes an. Domini 839.

B Vox quippe Dei per os apostolorum illisque succedentium prolata illa est, quæ omnibus dignitate quantumuis maxima in ecclesia potentibus, episcoporum condemnatione sine sententia Romani Pontificis interdicit, sicut quæ congregationem conciliorum sine eiusdem œcumenici Pastoris sancti patris authoritate fieri prohibet. Cuius Diuinæ vocis oraculum orientalibus Episcopis, qui quandoque in hæc duo diuina decreta peccantes impegerant,[m] Iulius Papa notum fieri voluit, ne simile quid in posterum præsumptione superba circumuenti molirentur. Cuius admonitiones iussionesque pro legibus sancta mater in suis inserere decretis Ecclesia dignata est,[n] quæ sunt huiusmodi. *Dudum à Sanctis Apostolis successoribusque eorum in antiquis decretum fuerat statutis, quæ hactenus sancta & vniuersalis apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter*

Vox Dei per apostolos, apostolicosque viros prolata sine authoritate sedis apostolicæ nullum esse deponendum Episcopum.

m Iulius papa epist. 1. ad Orient. Episc.

n Gloss. dudũ 3. q. 6.

C *sententiam Romani Pontificis concilia celebrari, nec Episcopum condẽnari; quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatem omniũ Ecclesiarũ esse voluerunt.* [o] Id est vt Glossa recepta exponit, *concilia sicut Apostoli eorũque successores primatum Ecclesiæ Romanæ dederunt*, quod *verum est secundario*, sed ipse *Christus principaliter*, id confirmantibus sacris canonibus[p] ca. Quamuis 21. distinct. ca. Aliorum [q] 9. q. 3. Pergit Iulius pontifex. *Et sicut Beatus Petrus Apostolus, primus fuit omnium apostolorum, ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata, Domino instituente, prima, & caput sit cæterarum; & ad eam quasi ad matrem, atque apicem omnes maiores Ecclesiæ, causæ, & iudicia Episcoporum recurrant, & iuxta eius sententiam terminum sumant, nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni Pontificem.* Metropolitani, & comprouinciales,

o Gloss. volue; runt can. dudum 3. q. 6.

p ca. Quamuis distinct. 21.

q ca. Aliorum 9. q. 3.

D primatesque siue patriarchæ possunt quidem Episcoporum in ius per accusationes depositionesque vocatorum causas discutere, audire, euentilare; At definire, & vltimo terminare iudicio, sine interuentu pontificiæ dignitatis, & authoritatis nullo modo possunt, vt[r] Eleutherius Papa ad Galliæ prouincias earumque Episcopos scribens, his verbis in can.[s] Quamuis 3. q. 6. significauit. *Quamuis liceat apud comprouinciales, & Metropolitanos, atque primates Episcoporum ventilare accusationes, & criminationes, non tamen licet definire sine huius sanctæ Sedis authoritate, sicut ab apostolis eorum successoribus multorum consensu Episcoporum iam definitum; nec in eorum Ecclesiis alij aut ordinentur, antequam hic iuste eorum terminentur negotia.* Non sic de aliorum clericorum causis, quæ apud prouinciales, & metropolitanos, ac primates, & ventilare, & iustè finire

Metropolitani & patriarchæ episcoporum accusatorum possunt causas audire, & ventilare, sed non definire sine authoritate Rom. pontif.

r Eleuth. papæ epist. ad Galliæ prouincias c. 2.

s ca. Quamuis 3. q. 6.

a 5 Reliquorum ea Quãuis 3. q. 6.

A ſinere licet,[a] vt ibi dicitur. Quod ſi quis obiiciat aliquando Epiſcopos à ſedibus ſuis eiectos, atque inconſulto Romano Pontifice, à metropolitanis, primatibuſque nationum, adiecto comprouincialium conſenſu, ac ſuffragio condemnationis ſeueritate perculſos fuiſſe. Reſpondebimus facta hæc, eiſſe contra Dei, Eccleſiæque leges attentata, nefarieque patrata, licet poſtea huiuſmodi Epiſcoporum condemnationem, deiectionemque à ſedibus ſuis iniquam, atque in eiectorum locum, aliorum ſubſtitutionem, euectionẽque Eccleſia quandoque pro bono pacis ex diſpenſatione tolerauerit, propter vim maiorem, *Cum ſit vana ſine viribus ira.* Licet eam ſemper improbauerit, atque omne litigium contentionemque vltimo, ſupremoque iudicio ſedandam, ad tribunal Romanæ ſedis reuocandam eſſe decreuerit. Vt videre eſt in epiſtola Ioannis Papæ ad Salomonem Regem tertium, & vltimum Britonum Armoricorum de eo, & apud eum expoſtulãtis, quod iniquo facinori Dolenſis Eccleſiæ Epiſcopi ſe Archiepiſcopum, Britanniæ contra antiqua Turonenſis Eccleſiæ iura iniuſtè iactantis fauere voluiſſet, cumque ſua fultum poteſtate in quorumdam Britanniæ Epiſcoporum à ſedibus ſuis expulſione iniqua, contra Eccleſiæ iura Deique iuſſa deffendiſſet; vt in chronologia[b] Regino commemorat. Ipſiuſque Papę ad hunc Regẽ epiſtola extat deſcripta in[c] Can. 10. hæc quippe eſt. 3. q. 6. Quot abundaremus exemplis, hanc ſupremam Rom. Pontificis in deponendis Epiſcopis, & in eorum locum ſubſtituendis aliis aothoritatẽ verificantibus, ſi venerabilis antiquitatis ſacraria, monumentaque nobis euoluere, capitis, mediocritate dicendi, moderandi ratio, moduſque pateretur. Pauliſper ab Apoſtolorum, Apoſtolicorumque temporibus digredientes,[d] S. Cyprianum ita Stephano Papæ pro depoſitione Marciani Arelatenſis Epiſcopi Nouatiani ſceleris peſte contaminati vota preceſque fundentem vehementer, audiemus. *Marcianus Arelate conſiſtens Nouatiano ſe coniunxit, & à Catholica Eccleſia vnitate, atque à corporis noſtri & ſacerdotis communictione diſceſſit, tenens hæreticæ præſumptionis duriſſimam prauitatem, vt ſeruis Dei pœnitentibus & dolentibus & ad Eccleſiam lachrymis, & gemitibus, & dolore pulſantibus diuinæ pietatis, & lenitatis paternæ ſolatia, & ſubſidia claudantur.* Poſt hæc: *Quapropter facere te oportet pleniſſimas literas ad coepiſcopos noſtros in Galliis conſtitutos, ne vltra Marcianum peruicacem & ſuperbum, & diuinæ pietatis, ac paternæ ſalutis inimicum collegio noſtro inſultare patiantur.* Poſtea Pontificem rogat, vt non ſolum Marcianum deponat, & ab Arelatenſi cathedra deturbet, ſed etiam quem velit in depoſiti gradũ promoueri protinus aperire dignetur iſta ſubiiciens: *Dirigantur in prouinciam, & ad plebem Arelate conſiſtentem à te literæ, quibus abſtento Marciano, alius in locum eius ſubſtituatur.* Et ſtatim poſt.[e] *Significabis planè nobis quis in locum Marciani fuerit conſtitutus: vt ſciamus ad quem fratres noſtros dirigere & cui ſcribere debeamus.*[f] Apud Euſebium ſcribit Cornelius Papa ad Fabium Eccleſiæ Antiochenæ Epiſcopum in Italia tres fuiſſe Epiſcopos à Nouatiano hæreſiarcha deprauatos & impulſos vt ipſum manuum impoſitione Epiſcopũ ordinarent. Propter quod enorme facinus, addit Cornelius Papa ſe eorum duos Epiſcopali dignitate priuauiſſe, in eorumq; locum alios ordinatos euexiſſe. Tertium vero conſortem criminis poſtea pœnitentem, in pœnã admiſſi ſceleris ad laicam ſolum communionẽ admiſiſſe. Cornelius Papa Hiſpaniæ Epiſcopis mandauerat, vt Baſilidẽ, Martialemq; Epiſcopos in hæreſim lapſos, atque libellis idololatriæ contaminatos in vindictam tanti ſceleris, omni dignitatis Epiſcopalis gradu ſpoliarent; quod cum feciſſent põtificis acquieſcẽtes imperiis à S.[g] Cypriano propter hanc obedientis animi propenſionem, magnis laudũ præconiis prædicationibuſque celebrantur. Quis neſcit S.[h] Athanaſium ex Ægypto S. Damaſum Papam per literas interpellauiſſe, vt Auxentium Mediolanenſem Epiſcopum contagione hæreſeos Arianæ pollutum damnaret, damnatumque omni Epiſcopalis officii gradu, honoreque priuaret? B Quod ſanctus tandem præſtitit Põtifex, licet paulo ſeriùs propter latentem hæretici infœliciter Epiſcopi impietatem; ſub hypocriſis velamẽto ſimulantis ſe pro tempore Catholicũ, & propter nimiam imperatoris Valentiniani fauoris in hæreticum paſtorem beneuolentiæq; inclinationem. Propter quod iram, indignationemque Dei in ſe ſuoſque filios poſtea concitauit, concitatãque indigno, repentinoque vitæ fine ſatis infœlici pertulit atque perſenſit. Sic S.[i] Baſilius ab eodem Damaſo Euſtachii hæretici Epiſcopi damnationem, & ab omni dignitatis honore degradationem inſtanter per literas efflagitauit. Cæleſtinus Papa pro Neſtorii nefarii à Catholica fide transfugæ, inque hæreſis exectabilis contra vnitatem diuinæ Chriſti Domini perſonæ abyſſum ingurgitati deiectiooe, à ſede Conſtantinopolitana, niſi ſtatim ab errore nefando conuerſione ſaC lutari reſurgat, hæc legato vicarioq; ſuo in orientalibus oris S. Cyrillo Alexandrinæ ſedis Patriarchæ mandauit.[k] *Adiuncta tibi noſtræ ſedis authoritate, ipſe qui vice noſtra, poteſtateq; fungeris, ſententiam hanc ſumma ſeueritate pronunciabis; vt ni intra decem ab hac admonitione dies prauas ſuas opiniones confeſſione mandata execretur, confirmetque eam ſe de Chriſti Deiq; noſtri ortu fidem tenere, quam tum Romana Eccleſia, tum ſanctitas tua, tum etiam Catholica religio prædicat, in Eccleſiæ ipſius curam, prouidentiamq; ſuſcipias: diſcatque ſe omnibus modis noſtro cœtu pellendũ, qui ne medentium quidem auxilium admittere voluit.* Sanctus vero Cyrillus acceptis his Põtificis Romani literis hæc ad Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ clericos ſacerdoteſq; reſcripſit.[l] *Niſi Neſtorius ad terminũ à ſanctiſſimo Romanæ Eccleſiæ Epiſcopo Cæleſtino præfixum nouis ſuis dogmatibus abſtineat, & ſcripto anathemate deteD ſtetur: quæ apud vos & locutus eſt, & libellis inſeruit, ſiue vt inſereretur ſubornauit, nihil cum ſacerdotibus Dei habiturus commercij, ſed omnino futurus eſt alienus.* Inde poſtea ſecuta eſt ſentẽtia ſynodi[m] Epheſinæ œcumenicæ, in Neſtorium eiuſque ſectatores apud[n] Euagrium. Quam ſententiã vt confirmaret Cæleſtinus Papa patres huius ſynodi cum his verbis ſcribẽdo rogauerũt. *Verũ vt illius temeritatem vinceremus animi lenitate, etiam ſi illã legitimè, ac iuſtiſſimè paſſus eſſet ſententiam reſeruauimus, etiam pietatis tuæ iudicio: ita tamen vt interea communionis eos redderemus expertes,* ſcilicet Neſtorium eiuſq; ſectatores, & impietatis aſſeclas, *omnique ſacerdotali poteſtate priuaremus: ne ſuis quẽquam lædere poſſent ſententijs.* Hæ inter alia ſynodi ſanctæ Patres ad Cæleſtinũ Papam. Qui poſtea Neſtorio hæreſiarcha anathemate percuſſo, iu-

Propter vim maiorẽ Papa quandoque expulſionem à ſedibus Epiſcoporum ab aliis quã à ſe ex diſpenſatione pro bono pacis tolerauit licet factum ſemper improbarit.

b Regino. l. 2. cron.

c Can. 10. hęc quippe eſt, 3. q. 6.

Exemplis antiquitatis hæc ſumma deponendi ſubſtituendique Epiſcopos Rom. Pontificis authoritas comprobatur.

d S. Cypr. epi. 67. quæ eſt epiſt. 13. l. 3. ad Steph. Papam pro deponendo hæretico & hæreticorum fautore Epiſcopo Arelatenſi.

e Ibid.

f Euſeb. l. 6. c. 36.

g Cypr. l. 1. epiſt. c. 4.

h Athanaſij literæ ad Damaſum pro damnatione Auxentii Arian. Epiſc. Mediol. *Extant hæ literæ S. Athan. in concilio Rom. contra Auxentium.*

i S. Baſilius epiſt 74. ad Rom. Pont. & occid. Epiſcop.

Cæleſtinus Papa mandat Cyrillo deponere ſuo nomine Neſtorium niſi ab hæreſi reſurgat.

K Interacta Concilij Epheſini extat hęc epiſt. S. Cæleſt.

Huius depoſitionis Euagrius meminit l. 1. c. 3. & 4. & Nicephorus, l. 14. c. 33.

l Cyril epiſt. ad Eccleſ. Conſtant.

m Synodi Epheſinæ ſententia contra Neſtorium, eiuſque ſectatores.

n Euagr. l. 1. c. 4.

Condemnatos à concilio iuſtè poſtea pœnitentes Papa Cæleſtinus abſoluit.

staq; à Cõstantinopolitanæ sedis honoribus, gradibusq; condẽnatione depulso, eos qui hũc hæresiarchã in sua execrabili impietate fauore atque cõsensione sua protexerant. Sed crimẽ admissum deinde detestando magna contriti tristitia confitentes, à iusta condemnatione liberatos, & ex dispensatione pontificia ab effectu sententiæ contra se concilii exẽptos, in suarum sediũ iura remisit.

Dioscorum vero Alexandrinum Patriarcham impium, sceleratum Eutychianæ impietatis promotorem, qui primus fenestras apperuit abominationibus deprædatoriæ synodi Ephesinæ nefandis quis honore patriarchali, nisi sanctus Leo Papa spoliauit? Quis eum execrationi subiugauit, nisi sanctus Leo? Quis eum omni dignitatis gradu priuatum, & anathematis ictum fulmine iusto condemnatum iudicio prostrauit, nisi Leo Papa sanctissimus? Testes sunt illæ in Dioscorum condemnationis sententiam iaculantes Chalcedonensis concilii voces: [a] *Sanctissimus, ac beatissimus Episcopus magnæ & antiquæ Romæ Leo per nos & præsens concilium, cum beatissimo, & omni laude celebrando Apostolo Petro, qui est petra & basis, Ecclesiæ Catholicæ, & fidei fundamentum orthodoxæ spoliauit Dioscorum omni dignitate Episcopali, & omni sacerdotum ministerio prorsus.*

Dioscorum hæreticæ prauitatis conuictum S. Leo condemnauit, ac deposuit de sede Alexandrina.

a Euagr. l. 2. c. 4.

Eadem pontificia authoritate fœlix Papa Acacium impium hæreticum à throno Constantinopolitano pepulit, & Euphemium huius honore throni in locum depulsi decorauit, & Flauitas orthodoxus præsul Moggo hæretico Alexandriæ sedis Patriarchæ subrogatus huius throni patriarchales gradus sine iussu consensuque Romani Pontificis ascendere noluit. Hæc omnia scriptores Ecclesiastici Liberatus, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus, & alii copiosè commemorant. Vt sopra notauimus.

Acacium fœlix deponit.

Flauitas Alexandriæ sedis habenas suscipere noluit sine iussu & concessu Rom. pontificis.

Agatho Papa Macarium Antiochenum patriarcham, & Paolum Constantinopolitanum propter Monothelitarum pestem, qua incestati ferebant, suarum sedium priuatione mulctauit [b] Zonara teste. Tanta fuit Episcoporum antiquitus orthodoxorum in capessendo iussa Rom. pontificis, illisque parendo religio: [*] vt orientales Episcopi cum clero, à Stephano sexto Pontifice veniam humiliter ardentique prece per viscera misericordiæ Dei nostri postularint; quod cum damnato à sede Apostolica Photio cathedræ Constantinopolitanæ contra sanctum Ignatium, (quem imperatoria tyrannide atrociter expulerat) vsurpatore non tam sponte, quam coactè, furente contra Catholicos imperatoris Michaelis edicto, communicauissent.

b Zonar. to. 3.

* Mapæ Episc. Cæsar. & orientaliũ epist. ad Stephan. 6. anno D. 886. ex Cod. Græco.

Extat libellus in epistolæ formam compactus Petri Damiani ad Nicolaum 2. Pontificem qua eum ad vltionem Episcoporum luxuriis, carnalibusque voluptatibus turpiter inquinatorum vsque ad depositionem Episcopalis honoris ni corrigantur, zelo domus Dei, æstu Christianę charitatis inflammato prouocat, cum inter alia hæc ei suggerit: [c] *Tu autem Domine mi, venerabilis Papa, qui Christi vice fungeris qui summo pastori in Apostolica sede succedis, noli pestem hanc per ignauiam ad incrementa perducere, noli conniuendo & dissimulando grassanti luxuriæ frena laxare. Serpit hic morbus vt cancer, & virosa propago ad infima porrigitur, nisi Euangelica falce quod male pullulat amputetur. Absit igitur vt sanctum cor vestrum segnis Heli torpor emolliat, sed potius ad sceleris vltionem ingenuus Phinees zelus accendat*, &c.

c Petri Damiani libellus epistolaris ad Nicolaum 2.

Ad vltionem Episcoporum luxuriis inquinatorum hortatur pontificem Damianus.

Eiosdem zeli feruore Gregorius 7. accensus Guibertum Archiepiscopum Rauennatem turpissimum fornicarium impiumque schismaticum sua tandem sede, qua indignissimom crimina fecerant, post varios seditionum rebellionumque fluctus, motusque, ab illo scelerato in Dei Ecclesiam Romanamqoe sedem excitatos, exauctoratum pontificio decreto constrauit. Vt cõstat ex epistola eius Papæ ad Rauennates. Cætera quæ possem adducere exempla nõ persequar, neque enim licet, neque gratum est cum præ dicendi prolixitate, multa magno labore quæsita voluptatem studiumque lectorum sæpius in nauseam fastidiumqoe conuertere videantur. Proinde illo sancti [d] Bernardi ad Eugenium Papam verbo claudere caput, est animus: *Nonne si causa extiterit*, inquit, *tu Episcopo cœlum claudere, tu ipsum ab Episcopatu deponere, etiam & tradere sathanæ potes.*

Gregorius 7. Guibertum fornicarium Episcopum sua sede priuat.

d S. Bernard. l. 3. c. 8 ad Eugenium.

CAPVT XIIII.

Summa distringendi gladium spiritualem, scilicet excommunicationem, potestas, in omnes principes & populos iusta de causa Rom. Pontifici diuinitus à Christo Domino data, summum illius spirituale, Monarchicumque imperium designat.

1. *Ius, & virtus huius mystici gladii, & authoritas suprema Pontificis illum in omnes euaginandi in causa iusta.*
2. *Quod ipsi laici principes non inficiantur.*
3. *Terror eius delinquentes sanat.*



EXCOMMVNICATIONIS gladium, qui nõ copora, sed corda vulnerat, animamque necat ni protinus inflicto vulneri spirituali medeatur: in sola esse Ecclesia Dei, qui spiritualia curat fidelium nemo negat. Quem distringere prælatorum est, ita tamen vt eorum iurisdictio in hac Ecclesiastica correctione, atque censura, sicut in cęteris functionũ suarũ actibus ad sopremã Rom. Pontificis authoritatem moderanda reuoluatur: vt ab illis contumaces hoc gladio spirituali, vsq; ad diuisionem animi, vulnerati remediũ sanitatis animæ suæ, pœnitentia secundum Deum contristati, misericorditer ab ipso summo pastore accipere possint. Sed si quos gladius ille mysticus à Pontificis Rom. manu vibratus, & euaginatus percusserit: vulneris sanitas ab alio quàm à summo illo pastore quæsita, profecto desperatur. In quo Monarchicus Rom. Pontificis splendor, fulgorque maxime relucet. Hic spiritualis gladius Ecclesiasticæ disciplinæ neruus pręclarè à Tridẽtinis [e] patribus dictus est: cuius metu valde salutari, principes in officio suo populique contineãtur. In veteri lege summo pontifici, aliisq, sub eo in Ecclesia Dei præsidentibus sacerdotibus reluctantes, rebelesque obtemperare recusantes, materiali percussi gladio necabãtur: [f] quia eorũ lex carnea, corporeaq; esse ferebatur: sed in lege noua Euangelica vereq; spirituali, Ecclesiæ Christi D. eiusque Monarchico pastori contumaciter

In sola Ecclesia excommunicationis gladius est.

Cui competit excommunicare.

e Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de reformat.

f Deut. 17.

In veteri lege synagogo & magno sacerdoti rebelles gladio materiali feriebantur, & in noua contumaces Ecclesiæ, summoque eius pastori gladio spirituali perimuntur.

a S. Cyprian. l. 1. epist. 62.

b Tertul. de præscrip.

obsistentes, eiusque iussa fastu superbo subire deprecantes, spirituali illo gladio lethaliter percussi, à S. Christi Domini corpore, quod est ecclesia, nisi resipiscentes absoluantur, in æternum damnandi resecantur. Vt enim eleganter sanctus [a] Cyprianus. *Interfici Deus iussit* (inquit) *sacerdotibus suis non obtemperantes iudicibus à se ad tempus constitutis non obedientes: & tunc quidem gladio occidebantur, quando adhuc etiam circumcisio carnalis manebat: nunc autem quando circumcisio spiritualis esse ad fideles Dei seruos cœpit, spirituali gladio superbi, ac contumaces necantur, dum de Ecclesia eijciuntur.* Propter quod, hunc gladium spiritualē, materiali longe nocentiorem *diuinam censuram summumque futuri iudicij præiudicium* [b] Tertullianus appellauit; qui est velut alter *gladius flammeus vtraque parte acutus ac versatilis:* quo Angelus Domini [c] primos mundi colonos de paradiso voluptatis cum indignatione diuina propulit, & abegit; [d] similis Aaronicæ virgæ, quæ induratum Pharaonem suis miraculis expauit, prodigiisque terruit. Vere hanc excommunicationem, virgam spirituali modo ferream, mucronemque Ecclesiasticum cum [e] Tertulliano *interdictum prohibitorium* dicere possumus, *quo neque prophanus sacro loco adesset, præconis enunciant.* Quo filios proteruos, rebellesque mater sanctissima, ab amplexu suo abdicatos, suoque conspectu discedere iubet. Quo infœlices animæ, quas perniciosissimè diabolus secum fornicantes adulterat, à Christo sponso cœlesti, diuinoque, peccatorum sordibus auersæ repudiantur. Quo tanquam *censoria virgula* tacti, & *notati, sacramento benedictionis*, vt cum [f] Tertulliano loquar, *exautorantur, Ecclesiæ castris excluduntur, à fratrum communicatione repelluntur, non salutis lumine*, [g] *non Ecclesiæ limine, non tectis*, [h] *non fidelium salutatione recipiuntur.* In eo autem spirituali mucrone distringendo, aut in remittendo tanta est Romani Pontificis authoritas, atque potestas, vt euaginatum ab eo nulla dignitas in terris in vagina recondere, & vaginæ restitutum nulla distringere, ac educere valeat: vt qoos ille mortificauit, nullus in Ecclesia quantacumque magna, & illustri præeminent authoritate viuificare, & quos viuificauit, nullus mortificare, quos huius ictu gladii ad inferos deduxit, nullus reducere, quosque reduxit, nullus deducere posse credatur. Hæcque summa anathemate feriendi, sanandique ab illo spirituali vulnere potestas Romano data à Deo Pontifici creditur omni synodo præuia, omni generali antiquior concilio, à nullo concilio, & moderatione Aristocratica presbyterii, vt exerceatur, dependens, nūquam à temporibus Apostolorū huius Aristocranicæ moderationis legibus astricta. Sicut cootrariū nō minus malitiosè, quā imperite nonnulli sedis Apostolicę sub veste Catholica latentes inimici, contra omnia iura diuina, & humana, his annis non ita pridem elapsis sine verecundiæ rubore, sine respectu veritatis, conscientiæque morsu defendere non dubitarunt. Quos falsa pertinaciter asseuerantes à sacris canonibus non puduit confundi: de quibus contra Apostolicam sedem gloriari videbantur. Nam & illud canonis cuncta per modum §. sed necilla 9. q. 3. [i] falsitatem temerariæ, imperitæque assertionis sole ipso clariorem demonstrat, his conceptum verbis à S. Gelasio depromptis. *Sed nec illa præterimus quod Apostolica sedes sine vlla synodo præcedente, & saluandi, quos synodus iniquè damnauerat, & damnandi, nulla existente synodo quos oportuit, habuit facultatem, & hoc nimirum pro suo principatu quem beatus Petrus Apostolus Domini voce & tenuit semper & tenebit.* Hocque multis exemplis ad id comprobandum accommodatis S. Gelasius [k] abundanter illustrat hæc discursim continuando dicens. *Sanctæ* [l] *memoriæ Athanasium synodus orientalis abdixerat, quē tamen exceptum sedes Apostolica, quia damnationi Græcorum non consensit, absoluit; sanctæ item memoriæ Ioannem* [m] *Chrysostomū Constantinopolitanum, synodus etiam Catholicorum præsulum certe damnauerat, quem simili modo, sedes Apostolica etiam sola quia non consensit, absoluit. Itemque sanctæ memoriæ* [n] *Flauianum Pontificem à congregatione damnatum pari tenore, quoniam sola sedes Apostolica non consensit, absoluit: potiusque qui illa receptus fuerat, Dioscorum secundæ sedis præsulem sua authoritate damnauit, & impiam synodum non consentiendo submouit, ac pro veritate, vt synodus Chalcedonensis fieret sola decreuit. In qua Pontificibus innumeris qui latrocinio corruerant Ephesino, veniam poscentibus sola concessit, & in sua perfidia permanentes nihilominus sua authoritate prostrauit; quam congregatio, quæ illic pro veritate reparanda collecta fuerat, est secuta. Quoniam sicut id quod prima sedes non probauerat, constare non potuit, sic quod illa censuit iudicandū, Ecclesia tota suscepit.* Hæc & alia S. Gelasius cōtra impios schismaticos oriētales Euphemio duce Constantinop. Patriarcha eos à S. Gelasii Papę cōmunione, schismatico retrahente furore. A quorū rebellione schismaticorum recentes nostri suum delitium dogmaque sacrilegum imitatione peruersa conflauerunt. Non requirebat hoc conciliū moderationemq; Aristocraticam S. Bernardus, in distringendo hoc spirituali anathematis mocrone, Cum sic Eugeniū Papam, ad illum in omnes principes, ac populos euaginandum, vbi ratio fasque subesset, hortabatur. [o] *Age accinge gladio tuo* (scilicet spirituali) *Glorifica manum, & brachiū dextrum ad faciendā vindictam in nationibus, increpationes in populis, ad alligandos reges in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* 2. Hoc percutiēdi principes & populos gladio, id iusta causa poscente, summam in Rom. Pōtifice [a] potestatē imperatores, Christianiq; principes ingenue confitentes cū approbatione venerati sunt. [p] Vt Basilius in 8. synodo, actione 6. hanc talibus potestatem protestatus est. *Nicolaus Papa cum sancta Romanorum Ecclesia, anathema pronunciauit, contra resistentes huiusmodi decreto, atque sententię. Hoc autem nos olim scientes, & patientes iudicium anathematis promulgari, obsecundare synodico iudicio Romanæ Ecclesiæ necessarium duximus.* Et ex regibus nostris [q] Philippus primus agnoscens potestatem excommunicandi principes à iustitia pietateque grauiter exorbitantes, Romam cum omni submissione ac veneratione sanctæ sedis, legationem direxit, per legatos Romano Pontifici humiliter supplicaturus, vt sibi in curatione animi, absolutione Apostolica succurreret, & paterna charitate opitularetur, sanando spirituale vulnus, quod animæ suæ spiritualis ille gladius per manus duorum Pontificum Vrbani 2. & Paschalis grauiter inflixerat.

c Genes. 3. *Descriptio gladii excommunicationis ex varijs comparationibus.*

d Exod. 7.

e Tertul. l. 4. contra Marcionem.

f Tertul. Apolog. 39.

g Tertul. l. de pudicit.

h Eod.

Quos papa excommunicat nemo potest absoluere, & quos absoluit, nemo potest censura ligare.

i Con. cuncta § sed nec illa 9. q. 3.

Sine synodo & Aristocratica congregatione papam excommunicasse & absoluisse exemplis monstratur.

k S. Gelasii epist. ad Episc. Dardaniæ.

l S. Athanas.

m S. Chryso.

n S. Flauian.

o S. Bernard. l. 2. c. 6. de cōsiderat. ad Eugenium.

a. Hanc supremam in excommunicando potestatem imperatores principesque Christiani confessi sunt, vt exemplis declaratur.

p Basilius imp. actione 6. concil. 8.

q Philippus Rex Gall. ex annal. Galliæ ex Baronio, an. 11[illegible]. & 1101.

a Ludouicus Crassus Rex Galliæ an. 1171.

Eandem agnoſcens poteſtatem Ludouicus[a] Rex Galliæ, per legatos Alexandrum tertium precibus magnis obteſtatus eſt, vt hunc anathematis gladium in Regem Angliæ Henticum ſecundum, in vltionem crudelis cædis S. Thomæ Cantuarienſis immaniſſimè in templo ab eius Regis ſatellitibus trucidati, diſtrictum non euibraret. A quo gladio in Romani pontificis manu poſito, ſibi valde metuens Henricus[b] ipſe Rex Angliæ, propter cruentatam cæde ſanctiſſimi paſtoris Eccleſiam, ſummam in animam ſuam pontificis iure, ſpitituali gladio percutientis, & indulgentiæ medicina ſanantis authoritatem, magna veneratione ſuſpiciens, & eius miſericordiam implorans, pœnitentia humiliter à Sancto paſtore ſuſcepta, ſaluti fœliciter animæ ſuæ proſpexit. Hoc ſummum ius gladii

b Platina in Alexandro 3.

B

ſpiritualis in Romano pontifice in omnes principes, populoſque Eleonora Angliæ Regina recognoſcens, grauiſſimo tota mœrore confecta, propter captiuitatem filii ſui Regis Richardi, iniuſtiſſimo à Leopoldo duce Auſtriæ à terra ſancta tedeuntis carceri mancipati: auxilium à Rom. Pontifice vehementiſſimo matris in captiuum filium affectu concitata deprecando, virtutem, vſumque gladii huius anathematis in iniuſtum filii ſui detentotem lachtymis, lamentis, fœmineo vlulatu ſuſpiriis interrupto frequentibus efflagitauit. Vt ſcriptores[c] Neubrigenſis, Petrus Bleſenſis[d] Matthæus[e] Paris, aliique eius temporis auctores veritate huius hiſtoriæ poſteros ſcriptis memoriæ prodiuis imbuerunt. Similí fide, ac perſuaſione mentis, huic veritati conſentiens alius Rex Angliæ apud Innocentium 3. de iniuria ſibi à

Eleonora regina Angliæ confeſſio.

c Guillemus Neubr l.5. c.7.

d Petr. Bleſſ. epiſt. 146.

e Matthæus Par. in hiſtor. Angli. &c.

Regu Angliæ confeſſio.

C

Ludouico Rege Galliæ huius nominis octauo illata conqueſtus eſt, qood Pictauienſem Comitatum ad ſe pertinentem per vim ille Rex contra præſtita reciproeo hinc inde conſenſu iuraměta retineret: atque Pontificem obteſtatus, orauit vt Ludouicum Regem ſub pœna anathematis, hac comitatus vſurpatioue prohiberet.

Hoc innoteſcit ex cap. Nouit[f] ille de iudiciis, vbi hæc Innocentius in ptincipio, *nouit ille qui nihil ignorat:* & infra.[g] *Non putet aliquis quod iuriſdictionem illuſtris Regis Francorum perturbare, aut minuere intendamus, cum ipſe iuriſdictionem noſtram nec velit, nec debeat impedire*, &c. Et multis intetpoſitis ſubdit. *Non intendimus iudicare de feudo, cuius ad ipſum ſpectat iudicium, ſed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet ſine dubitatione cenſura, quam in quemlibet exercere poſſumus, & debemus.* Quæ verba explicans Gloſſa ait[h]. Non iudicat Papa de feudo directe ſcilicet, ſed tantum ratione peccati, & inducendo ad pœnitentiam.[i] Ca. Illi autem 6. q. 1.[k] Ca. Prædicandum 22. q. 1.[l] ca. Ecce 23. q. 4.[m] Poſtea Papa docens Regem non debere Sedis Apoſtolicæ tetractare iudicium, cum Impetatores illud in ſe ipſos humiliter admiſerint: addit hæc.[n] *Non igitur iniurioſum ſibi debet regia dignitas reputare, ſi ſuper hoc Apoſtolico iudicio ſe committat, cum Valentinianus inclytus Imperator ſuffraganeis Medìolanenſis Eccleſiæ dixiſſe legatu;*[o] *talem in Pontificali ſede conſtituere procuretis, cui & nos qui gubernamus imperium ſyncere noſtra capita ſubmittamus, & eius monita, cum tanquam*

f Cap. Nouit ille cap. 13. de iudiciis.

g Innocentij prælans per Franciā conſtitutis epiſt.

D

h Gloſſa iudicare ibi.

Qua ratione Papa de feudo principum iudicare poteſt

i ca. Illi 6 q 1.

k ca prædicā-dum 22 q 1.

l ca. Ecce 23. q 4.

m Ibi §. Non igitur.

n Ex Caſſiod. l.7 ca 8. hiſt. tripart.

o Hoc dictum Valentiniani

A *homines deliquerimus ſuſcipiamus neceſſario, velut medicamenta curantis.* Si Imperator per Chriſtianam verè filialem obedientiam ſimplici Archiepiſcopo caput faſceſque imperatorios ſubmittat, quanto magis principi Archiepiſcoporum Pontifici Romano iubenti, & paternà charitate corripienti reges cæteri principeſque Catholici parere debent? Hunc autem gladium flammeum ſeu potius fulmineum anathematis aliquando ſapienter ex clementia Paſtorali Papa cum poſſit, ac debeat in contumaces, & in ſcelerum ſuorum patratione continuatrioneque rebelles diſtringere ac eiaculari, differt nihilominus, & miſeratione paterna patiendo, & conuerſionem principis longanimiter expectando ſuſpendit, vt omne ſchiſmatis in Eccleſia periculum auferat. Ob eam cauſam Iuo Carnotenſis Paſchalem 2. Papam laudando excuſandoque defendit, quod Henricum quartum Imperatorē patris Henrici tertii tyrannidem in Eccleſiam Dei ſedemque Apoſtolicam inflammato furoris æſtu continuantem hoc ſpirituali mucrone percutere, atque, vt ſalua fieret anima eius, ſalutari vulnete petcellere diſtulerit. Cum hæc ait. *Quod ſi Papa adhuc in Teutonicum debitam ſeueritatem non exercet, credimus quia conſulte differt ſecundùm quorundam doctorum iudicia, qui conſulunt quadam admittenda pericula, vt poſſint vitari maiora.* Vnde dicit Auguſtinus lib. 3.[p] contra Parmenianum Donatiſtam: *Hoc ſanitas obſeruat Eccleſia, vt cum quiſque fratrum, id eſt Chriſtianorum intus in Eccleſia ſocietate conſtitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehenſus, vt anathemate dignus habeatur: fiat hoc vbi ſchiſmatis periculum nullum eſt: atque id cum illa dilectione fiat: De quo ipſe Apoſtolus alibi præcipit, dicens vt inimicum eum[q] non exiſtimetis, ſed corripite vt fratrem. Vbi ſatis oſtendit, cum metus ille non ſubeſt, ſed omnino de frumentorum certa ſtabilitate, certa ſecuritas manet: id eſt quando ita cuiuſque crimen notum eſt, & omnibus execrabile apparet, vt vel nullos penſus, vel non tales habeat defenſores, per quos poſſit ſchiſma contingere: non dormiat ſeueritas diſciplina. In qua tantò eſt efficacior emendatio prauitatis, quantò diligentior conſeruatio charitatis*, &c.

referetur à Gratiano ex Caſſiodoro ca. 3. Valētinianus diſtin. 63.

Cur Rom. pontifex cum poſſit ac debeat ex iuſta cauſa excommunicari principes differt actum excommunicationis.

B

p D. Aug. li. 3. contra Parm. donatiſt. c. 2.

C

q 2 Theſſ c 3. 15.

Siquidem animarum medicina hoc ſalutari gladio prudenter clementerque à charitate pontificia diſtricto paratur. Qui gladius ſancti Petri eſt Apoſtolorum ptincipis ac primi omnium Chriſti Domini Vicarii, gladius ferreus fortitudine, acutus ſapientia, flammeus charitate, infectis putridiſque corporis myſtici membris abſcindendis reſecandiſque valde potens & idoneus: quem tubigine ſotdidati, & conteri per deſuetudinem diutiùs Eccleſiæ magno ſæpe damno vertitur, quoniam

D

Aliquādo differre vsū gladij anathematis mouet.

-------- immedicabile vulnus

Enſe reſcindendum eſt ne pars ſincera trahatur.

Ouidij 1. Metamorph.

Vt non ſine cauſa Petrum Bleſenſem de huius gladii rubigine ita ſua ætate conqueſtum fuiſſe videamus. *Ab Allophylis area capitur, à laicis Eccleſia conculcatur, tamen gladium Petri rubigo conſumit, Chriſti ſacramenta vileſcunt: Malchus in Chriſtum, Phaſur in Hieremiam, Baltaſar in vaſa Domini manus imponit: in cultura dominica meſſis, nec ſpina auellitur, nec tribulus extirpatur, nec verbum Domini ſeminatur.*

Petrus Bleſenſ. epiſt. 5.

Pars 3. Terror excommunicationis sanat delinquentes.

Huius autem potentis, ac formidabilis gladii solus terror ac metus tantas habet vires, vt illo solo perculsi, ac consternati peccatores, plerumque ad saniorem mentem cordisque puritatem celeriter magna veluti iactati tremoris tempestate reuertantur. Factum memorabile Gallorum fidelium narrat Leo 9. Papa loquens de fulmine anathematis, quo ictus est Robertus Rex Galliarum à Stephano 5. Pontifice, quod affinem, & commatrem suam Bertam in vxorem accepisset, eamque sibi connubio sociauisset[a]: quod improbans, & spurium, adulterumque iudicans Papa dissoluit; & rex iussa pontificis non audiens excommunicationis vinculo irretitus multis angustiis: miseriisque prostratus, tandem ad se reuersus crimen rebellionis, & fornicationis salutari tristitia pœnitentiam secundum Deum operante, doloreque maximo hoc anathematis fulmen in se contortum perhorrescens expiauit. Terret videlicet catholicos principes ad salutem fulgor ille gladii spiritualis in manu Dei Vicarii versatilis, quod agnoscant hunc pontificis, esse gladium Dei, sicut forum eius esse forum Dei, qui vt loquitur Iob[b] *Baltheum regum dissoluit, & præcingit fune renes eorum*, quique vt clamat Propheta regius,[c] *aufert spiritum principum, terribilis apud reges terræ.*

a Ex epistol. Leonis 9 ad Henric. Reg. Franciæ filiũ Roberti.
b Iob 2.
c Psalm. 35.

Hoc terrore Diuini mucronis vltoris scelerum, non in interitum sed in salutem animæ peccatorum proposito, Theodosium Imperatorem sanctus Ambrosius hortabatur: & innocentium neces, quibus Thessalonensis ciuitas cruentata maduit, pœnis voluntariè susceptis expiaret; Atque eum propositis aliquot Regum, principumque exemplis eius magno salutis incensus desiderio sic affabatur[d]. *Hæc ideo scripsi non vt te confundam, sed vt regum exempla prouocem, vt tollas hoc peccatum de regno tuo. Tolles autem humiliando Deo animam tuam: homo es, & tibi venit tentatio, vince eam, peccatum non tollitur nisi lachrymis, & pœnitentia, nec Angelus potest, nec Archangelus; Dominus ipse qui solus potest dicere. Ego vobiscum sum, si peccauerimus, nisi pœnitentiam deferentibus non relaxat. Suadeo, rogo, hortor, admoneo, quia dolori est mihi, vt tu qui pietatis inaudita exemplum eras, qui apicem clementiæ tenebas, qui singulos nocentes non patiebaris periclitari, tot periisse non doleas innocentes. Et si in prælijs fœlicissime egeris, & in alijs quoque laudabilis, tamen apex tuorum operum pietas semper fuit. Id tibi inuidit Diabolus, quod habebas præstantissimum. Vince eum dum habes adhuc vnde vincere possis: noli peccato tuo aliud peccatum addere, vt vsurpes quod vsurpare multis officit.* Similia habet Theodoretus de sancto Ambrosio ad Theodosium exprimens inuictissimi, & de omnibus mundi partibus, deuictis Dei hostibus triumphatoris magnificentissimi admirabilem humilitatem, & pietatem, in obediendo iubenti sanctissimo Episcopo, vt templo cederet, anathematis ad salutem gladio læsus; cum enim post multa iustæ increpationis, correptionisque verba, Sanctus Ambrosius ei finiendo dixisset.[e] *Recede igitur* (scilicet à templo, & à communione fidelium excommunicatus) *& ne conare nouo scelere scelus ante editum augere, sed capesse vinculum, quo vt ligeris Dominus omnium cœlitus sententiam dat; quod quidem vinculum vim habet, & morbum animi depellendi, & te ad sanitatem restituendi.*[f] Post hæc verba Sancti Ambrosii ad Imperatorem subdit Theodoretus. *Huic orationi obsecutus imperator (nam diuinis educatus eloquiis accurate norat, tum quæ essent officia sacerdotum, tum quæ regum propria) cum gemitu, & lachrymis ad palatium reuertitur*, &c. Et paulò pòst. *Imperator autem considet in palatio, lamentis se dedens & magnam vim profundens lachrymarum, quod cum animaduertisset Rufinus, qui tum magister aulæ fuit, magnaque apud Imperatorem authoritate, vtpote familiaritate ei coniunctior, ad eum accesisse, rogat causam fletus; tum Imperator lugens acerbiùs, & maiorem in modum flens, Tu* (inquit) *Rufine ludis. Nam quantis ipse in malis verser non sentis. Ego vero gemo, & meam ipsius deploro calamitatem, dum mente complector quàm facilis aditus ad sacrum templum seruis, & mendicis pateat, liberque illis ad Dominum suum deprecandum detur introitus: mihi autem non modo ad illum locum, verum etiam ad cœlum ipsum accessus præcisus sit. Nam venit mihi in mentem sententia à Domino prolata, Quemcumque ligaueris super terram erit ligatus & in cœlis*, &c.

S. Amb. Theodosium Imp. vt propter cædem Thessalonicam perpetratam effugiat gladium anathematis ad pœnitentiam hortatur.
d S. Ambros. l. 5. epist. 28.
Magnũ Theodosii virtutu præconium.
Magna virtus humilitas honorata Theodosii obedientis S. Ambrosio excommunicanti.
e Theodor. l. 5. c. 17. histor.
f Theodoret. ibid. supra
Tremor, & dolor cor imperatoris mouens percellens ob excõmmunicationem maximus.

Hæc pietas, religio, obedientia, & humilitas admirabilis in metuendo Dominum, & fulmina eius, fecit illum regnatorem mundi, omnium tyrannorum terræ, Ecclesiæ persecutorum triũphatorem gloriosissimum, omnibus quoad vixit vndique humanis affluentem prosperitatibus, & post obitum cœlestis Imperii reddidit æternitate satiatum. Hanc tanti imperatoris pietatem, obedientiamq; Ecclesiæ prælatis, præsertim prælatorũ monarchę, vtinam omnes qui se Catholicos profitẽrut principes æmularentur: vt eius esse possent maximæ consortes fœlicitatis. Propter quas virtutes dum sanctus Ambrosius in eius principis defuncti laudes, præconiaque diffunditur, omnes velut extra se positos maxima lectores admiratione rapit[g]. *Dilexi virum*, inquit, *qui magis arguentem, quem adulantem probaret. Strauit omne, quo vtebatur, insigne regium, defleuit in ecclesia publicè peccatum suum, quod ei aliorum fraude obrepserat; gemitu, & lachrymis orauit veniam: Quod priuati erubescunt non erubuit imperator publicè agere pœnitentiam: neque vllus postea dies fuit, quo non illum doleret erroris.*

Theodos. omnium imperatorum Christ. fœlicissimus, quia Ecclesia Dei eiusque prælatis obsequentissimus.
g S. Ambros. orat. funeb. Theodos. t. a.

Mirabilia hæc in principe tanto, non terrenæ fragilitatis, sed cœlestis potius immortalitatis facta, longiùs quam putabam, cursum orationis meæ prouexerunt. Excommunicationis terrorem & ex terrore salutem peccatorum exemplis illustrare pergo. Lotharium Regem Galliæ sola excommunicationis comminatione perterritum, per legatum suum[h] Arsenium Nicolaus Papa vxorem Teutpergam à se iniusto repulsam diuortio concubina Vualdrada reiecta, cum honore & charitate iugali recipere coegit, atque vt eam legitime sibi coniunctam benignè, honorificéque tractaret, duodecim ex optimatibus eiusdem regis assistentibus suam iuramento sponsionem firmare compulit. Hoc factum copiosiùs, & clariùs his verbis Regino commemorat.[i]

Excommunicationis terror & ex terrore salus aliquis illustratur exemplis.
h Ex veterib. Annal. à Pithæo editis.
Lotharius rex Galliæ minante excommunicationem legato Rom. pontificis Arsenio vxorem reiecta pellice benigne recepit.
i Regino.

Perueniens in Gallias Arsenius tanta potestate, & authoritate vsus est, ac si idem summus præsul aduenisset: conuocatoque conuentu Episcoporum, Lotharium Regem alloquitur, vt vnum è duobus eligat: aut propriæ reconcilietur vxori abdicato Valdrada pellicis consortio, aut protinus anathematis gladio feriatur ipse, omnesque ei in hoc scelere fauorem præstantes. Hac necessitate compulsus, vel constrictus, vellet nollet Theutpergam reginam in matrimonium recepit, interposito iurisiurandis sacramento se illam ita in reliquo habere, sicut æquitatis iura dictant legitimam vxorem esse tenendam, nec eam à se separaret, nec ipsa viuente aliam super eam induceret, &c. Hæc Regino. A

a Aimonii li. 5 c. 24. annal. Fran.

Sic hoc spirituali gladio diuisionem à cœtu fidelium [a] Hadrianus 2. Carolo Caluo Regi Franciæ per legatos suos seuere minitatus est, B vt regnum defuncti oepotis sui Lotharii iniuste à se detentum legitimo huius regni hæredi Ludouico Imperatori defuncti Lotharii fratri restitueret. Quo postea gladio idem Pontifex [b] Ludouicum Germaniæ Regem eiusdem cum Carolo Caluo regni vsurpatorem terruit: vt deprædationem tantam, tamque iniustam regni detentionem penitus eiurando detestaretur.

b Ex literis Hadriani 2. per legatos ad vtrosque Reges missis.

Hanc excommunicationis pœnam, hoc ecclesiastici gladii vulnus Henricus Rex Germaniæ permetuens, Bertham coniugem, cum qua iuuenili nimium alienæ libidinis incensus ardore dioortium meditabatur, Alexandri papæ 2. imperio per legatum Petrum Damianum denuntiato retinere coactus est, vt aothor est [c] C Lambertus in chronico.

c Lambertus in chronico.

Sed quam iustè, potenterque ille spiritualis gladii terror principes, populosque Christianos ad conuersionem vitæ, odiumque scelerum prooocare debeat, effectus terribiles huius gladii contra contemptores, & induratos peccatores illo vulneratos sequenti capite demonstrabunt. Atque vtinam Galli nostri schismatici, & in sanctissimam sedem cootumeliosè rebelles tam timerent verum & spirituale anathematis fulmen, quam quondam ethnici Galli bruta, ac superstitiosa gentilitiæ execrationis tonitrua perhorrescebant; quibus icti propter scelera homines diris deuouebantur imprecationibus cuncto populo execrabiles redditi, quod decreto Druidum sacerdotali non stetissent, de quibus hæc Cæsar [d]. *Si quis aut publicus aut priuatus eorum decreto non steterit, sacrificiis* D *interdicunt: hæc pœna apud illos grauissima, quibus ita interdictum est, hi numero impiorum, ac sceleratorum habentur: ab his omnes decedunt, aditum eorum sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi capiant.* Hæc execrationis pœna apud Athenienses parricidas horribili tortione mactabat, quod erat apud eos suppliciorum grauissimum, teste Platone [e]. *Cum quis sacris arceretur tanquam detestabilis, & sceleratissimus cum quo qui cibum sumpsisset, aut bibisset, rerumque aliud huiusmodi gessisset, aut cum esset forte fortuna obuius eum sorte tetigisset, ei neque templum, neque forum, neque omnino ciuitatem priusquam purgatus fuerit adire fas erat.* A

Apud Ethnicos grauissimum impiorum supplicium excōmunicatio.

d Cæsar li. 6. de bello Gallico.

e Plato. l. 9. de legib. prope fin.

[f] Hac execratione percussi homines impii qui innocentem, sapientemque Socratem falso, nefandoque testimonio neci veneno contractæ immanissimè demiserant, tantam odiorum, imprecationum, detestationumque populi Atheniensis molem subierunt: vt in desperationem acti doloribus extabescentes, horrorique tanto resistere non valentes, propriis mani- B bus sui tanti sceleris vltricibus, vitæ spiritum præfocantes se ipsos miserrimè necauerunt. Quanto grauius malum, miseriosque infortunium in vera Dei viui religione propter scelera diuino subiugari anathemati: quo consternati omni suffragiorum Ecclesiasticorum virtute, valoreque priuantur: & ab omni præsertim spirituali commercio fideliumque societate maiori dolore diuelluntur.

f Plutarch. opusc. de inuidia & odio.

Sicut sanctus Chrysostomus [g] eruditè, sapienterque obseruauit, sanctū Paulum Apostolum prout à Domino acceperat, Christiano communionem inire cum infidelibus permisisse, at cibum capere cum excommunicatis, aliamve contrahere societatem omnino sub interminatione diuini iudicii C grauiter, vehementerqoe vetuisse. Et in tantæ execrationis confirmationem illud obseruatione dignissimum est, [h] quod in Hebdomadæ Sacrosanctæ Feria sexta cum Ecclesia propria peculiariaque pro paganis, infidelibus, Iudæisque vota precesque magna charitate profundat: Tamen pro excommunicatis omnino sileat, & ab omni oratione, pietatis opere, suffragioque pro illis abstineat; licet sancto illo die generali generis humani Redemptioni sacro, Saluator noster morte sua crudelissima in crucis ligno perpessa, vitam oostram scelerum fluctibus obrutam infinita misericordia reparauerit, & vniuersa hominum crimina fraudesque humano merito inexpiabiles, preciosi sanguinis sui viuo flumine deleuerit.

g Chrys. hom. 25. in epist. ad Hebr.

h Albertus Pigh. l. 5. eccles. Hierarc. ca. 2.

Sed iam effectus huius gladii mystici terribiles, funestosque exitus contemptorum eius inspicia- D mus; simul atque neminem siue Imperatorem, Regem, aut principem, siue quemcunque alium de grege Christi ab eo gladio pontificio immunem, ab eoque percussum à nullo alio nisi ab ipso Papa sanari, ac curari posse probauerimus.

CAPVT XV.

1. *Ab excommunicationis papalis gladio nemo eximitur siue imperator, siue Rex, siue princeps, siue quiuis alius de grege Christi, & ab eo percussus nemo nisi ab ipso pontifice liberatur atque sanatur.*
2. *Effectus eius gladij terribiles, funestique exitus contemptorum eius.*



Hæreticum est asserere aliquē de Ecclesia non posse à papa excōmunicari vt pote sacris literis ac SS. patrum doctrinæ contrarium sicut decretis Ecclesiæ.

ESSE de grege Christi, & non subijci directioni, & correctioni pastoris à Christo Domino super ouile suum constituti, manifesta contradictio, sine extraordinaria quadam ab ipso Domino ordinata in sacris apparente scripturis exemptione; aut miraculo aliquo, certaque reuelatione alicui facta, censeri debet.[a] Neque enim ouis aliqua sine pastore concipi potest; nisi extra ouile vaga & errans rapacibus lupis facta præda, citò strāgulata deuoraretur. Iuxta illud Prophetæ regij, *Erraui sicut ouis quæ periit*: Vnde dogma illud schismaticorum illorum tempore Henrici tertij Imperatoris cum impietate mordicus asserētium regem aut alium supremum principem à Rom. Pontifice excommunicari non posse, hæreticum ab Ecclesia iudicatum est, sacris obsistens scripturis, Ec- C clesię decretis, sanctorumque Patrum doctrinis oppositum. Sicut ad consultationem Herimanni Metensis Episcopi (qui præ cęteris vltra montes positis Episcopis semper aduersus schismaticos pro Apostolica sede defensor acerrimus persliterat) Gregorius septimus eruditionis grauitate, potentique resolutione respondit. Vt cum hæc inter alia subiunxit.[b] *Quod autem postulasti te quasi nostris scriptis iuuari, ac præmuniri contra illorum insaniam, qui nefando ore garriunt authoritatem sanctæ, & Apostolicæ sedis non potuisse Regem Henricum hominem Christianæ legis contemptorem, Ecclesiarum videlicet & imperij destructorem, atque hæreticorum authorem, & consentaneum excommunicare non adeo necessarium nobis videtur: cum huius rei tam multa ac certissima documenta in sacrarum scripturarum paginis reperiantur. Neque enim credimus eos, qui ad cumulum suæ damnationis veritati impudenter detrahunt, & contradicunt, hæc ad suæ defensionis audaciam tam ignorantia quàm miserę desperationis* D *vecordia coaptasse. Nec mirum, mos est enim reproborum ob suæ nequitiæ protectionem mi*[h]*i consimiles sibi defendere, quia pro nihilo habent mendacij perditionem incurrere. Nam vt de multis pauca dicamus: quis ignorat vocem Domini, ac saluatoris nostri Iesu Christi dicentis in Euangelio,*[c] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis.* Pergendo postea sic Henricianos hæreticos per absurdum vrget & conuincit.[d] *Nunquid sunt hi reges excepti? Aut non sunt de ouibus, quas filius Dei beato Petro commisit? Quis rogo in hac vniuersali concessione ligandi, atque soluendi à potestate Petri se exclusum existimat, nisi* A *forte infœlix ille, qui iugum Domini portare nolens diaboli se subijci oneri vult, & in numero ouium Christi esse recusat? Cui tamen hoc ad miseram libertatem minime proficit, quod potestatem Petri diuinitus sibi concessam superba ceruice excutit. Quoniam quantò eam quisque per elationem ferre abnegat, tantò durius ad damnationem suam in iudicio portat* &c. Eandem hæresim ipse Pater pastorum, & ouium Christi sanctorum Patrum doctrinis prolixe in eadem Epistola confundit: quas studiosus lector legere poterit, & assertionem nostram quam esse de fide nemo Catholicorum, credo, negabit clariorem verioremque, exempla sequentia facilè demonstrabunt. S. Innocentius I. Arcadio imperatori cum vxore Eudoxia deceptrice mariti, atque alijs Episcopis propter à se indignissimè, & iniustissimè à sede sui Episcopatus eiectum S. Chrysostomum, & in exilium relegatum (vbi grauibus confectus angustiis expirando animam Deo beate feliciterque reddidit,) excommunicationis ense salutare vulnus inflixit: vt tantum nefas expiarent, sicut hæc sancti Papæ Epistolæ ad imperatorem verba expreſsè manifestant.[e] *Nona autem Dalila* (scilicet Eudoxia) *quæ paulatim te erroris sui seductionis nouacula totundit, execrationem ex multorum ore sibi ipsi introduxit: graue, vt gestari nequeat, peccatorum pondus colligans: atque id prioribus peccatis superaddens.* Post hæc sic in eos anathematis gladium vibrat fulmineum. *Itaque ego minimus & peccator, cui thronus magni Apostoli Petri creditus est, segrego, & reiicio te, & illam à perceptione immaculatorum mysteriorum Chri-* C *sti Dei nostri: Episcopum etiam omnem, aut clericum ordinis sanctæ Dei Ecclesiæ, qui administrare, aut exhibere ea vobis ausus fuerit ab ea hora, qua præsentes vinculi mei legeritis literas, dignitate sua excidisse decerno. Quod si vt homines potentes, quemquam ad id vt adegeritis, & canones nobis à saluatore nostro per sanctos Apostolos traditos transgressi fueritis, scitote id vobis non paruum peccatum fore in illa horrenda iudicij die: cum neminem huius vitæ honor, & dignitas adiuuare poterit. Arcana autem, & abdita cordium sub oculos omnium effundentur, atque exhibebuntur.* Pergit postea excommunicatis Augustis Arcadio, & vxore, ad prolationem verborum anathematis contra Episcopos, vt Acacium, etiam mortuum sedis Constantinopolitanæ inuasorem, qui tanto sceleri in sanctissimum Episcopum sanctum Chrysostomum cooperantes se fraudibus inexpiabilibus inquinauerunt. Quam in se excommunicationis sententiam cum accepisset Arcadius, non contempsit, sed huius solutionem D vinculi precibus humiliter efflagitauit. Vt ipsius ad Pontificem literæ apud Glycam Annalium quarta parte testantur.[f] *Norunt omnes homines mentis compotes commissa per ignorantiam nec diuinitus, nec per leges puniri, neque adeo quemquam alterius nomine supplicium luere. Quod quidem propterea scripsi vt mansuetudinem tuam certam rederem, nos nihil eorum cognitum habuisse, quæ nostris antistitibus, & clericis acciderunt. Cuius rei testem illum benignum Deum imploramus: Nimirum purus, & innocens sum. Quod ad* [illorum] *condemnationem attinet: quippe cum eorum communione sim vsus causa nihil erat, quamobrem eos affligeremus.*

Quod autem attinet ad filiam tuam Eudoxiam scito me illi parum moderatè pro ratione delicti mercedem retulisse. Quo sane factum est vt ex mœrore, & angustia difficili grauissimaque correpta ægritudine de-

Margin notes:

a Psalm. 118.

b Greg. 7. l. 8. Epistol. 21.

Authoritate Christi Domini hæresis Henriciana labefactatur.

c S. Matth. 16. *Et reges ac principes non possunt excommunicari non sunt de grege Christi nec oues eius.*

d Ibid.

Exemplis ostenditur Papa potestas excommunicandi imperatores.

1. Exemplum.

e Epist. S. Innocentij I. ad Arcad.

S. Innocentius I. Arcadium, vxorem, & plures Episcopos Chrysostomi electores excommunicauit.

f Ep. Arcadij ad S. Innocentiū ex Glyca Annal. 4. parte.

Arcadius se purgat à crimine contra S. Chrysost.

Arcadius supplex errati veniam petit à Pontifice & solui ab excommunicatione.

A *cumbat. Igitur quod superest, enixe te obsecro vt nos à segregatione liberes nec multipliciter punias: non enim ipse Dominus idem ob delictum bis hominem percutit.* Hæc Arcadius ad Papam, qui cognita eius pœnitentia, & dolore ob acta impia coniugis & Episcoporum in sanctum Chrysostomum, sic cum ab excommunicatione clementer absoluit. [a] *Studium diligentiamque vestram Dei præscripto, & voluntati consentaneam, quam propter ipsius nomen declarastis, accepimus, & probauimus. Quapropter sacris à vinculis soluti ad signa Dominica confirmatis animis accedite.* Anastasium imperatorem Eutychiana lue cõtaminatum Ecclesię Catholicę oppressionibus insultantem Symmachus Papa anno 502. anathematis telo propter scelera multa vulnerauit, vt ex literis Papæ ad istum imperatorem cõstat. In quibus hæc inter alia. *Dicis quod excommunicauerim te, mecum conspirante senatu: ista quidem ego: sed rationabiliter factum à decessoribus meis sine dubio subsequor. Dicis quod te malè tractet senatus. Si nos te male tractamus suadentes vt discedas ab hæreticis, tu nos bene tractas, quos vis sotiare præcipitanter eum hæreticis? Quid ad me, inquies, quod egit Acacius? Recede ergo, & nihil ad te. Nam si non recedis ab eo pertinet ad te. Relinquamus vtrumque mortuum, & nos hoc petimus, vt nihil ad te pertineat, quod egit Acacius. Nos non te excommunicamus, imperator, sed Acacium, tu recede ab Acacio, & ab illius excommunicatione recedis. Tu te noli miscere excommunicationi eius, & non es excommunicatus à nobis.* Hæc Symmachus ad imperatorem Anastasium. Nec vero Vigilius Papa vultu potentis Imperatoris Iustiniani perterritus à fulmine illo spirituali in Theodoram Augustam eius vxorem, forti, pontificioque brachio contorquendo, in ipsamet Augusta ciuitate orientali destitit: vt hæc sancti Gregorii verba testantur. *Postquam recordandæ memoriæ Vigilius Papa in vrbe regia constitutus contra Theodoram tunc Augustam & Acephalos damnationis promulgasset sententiam: Tunc Romana vrbs ab hostibus adita, & captiuata est. Ergo bonam causam habuerunt Acephali, & iniustè damnati sunt, post cuius damnationem talia contigerunt? Absit: hoc enim nec nostrum quempiam, nec alios, qui Catholicæ fidei mysteriis instituti sunt, dicere vel aliquo modo confiteri conuenit.* Hęc [b] sanctus Gregorius contra scismaticos trium capitulorum defensores.

a Ibi apud Glycam S. Innocẽtius Arcadium Imp. absoluit.

2. Exemplum. Symmachus Papa Anastasium Imp. excõmunicauit. Littera Symmachi ad Anastasium imp.

B

Adhærentes excommunicatis in dogmate pro quo excommunicantur anathemati eidem subiuguntur.

3. Exemplum. Vigilij Papæ Theodoram Augustam Iustiniani vxorem excommunicantis.

C

b l. 2. c. 36 Ep.

Gregorius 2. videns Leonem Isauricum Imperatorem Iconoclastam quotidie in peius ruere, crudelitatibusque nouis in Catholicos immanius efferari, ad vltimum remedium confugit anathematis, quo ille percussus maledictioni diuinę deuoueretur: vt scribunt authores Græci. [c] Theophanes, Cedrenus, Zonaras, & [d] Anastasius Biblioth. in Gregorio 2.

4. Exemp. Gregorij 2. Leonem Isauricum imperatorem anathemate ferientis.

c Theophanes, Cedrenus, Zonaras, an 730.

d Anastas. biblioth. in Greg 2.

D

Vrbanus 2. [e] Alexium Imperatorem excommunicationis vinculo ligatum absoluit. Alexander 3. [f] Fridericum 1. Imperatorem crudeliùs in Ecclesiam Dei sæuientem in Concilio Lateranensi excommunicationis gladio percussit: vt sic percussus & vulneratus, de salute restauranda, quam in sedem Apostolicam diu rebellando perdiderat, diligentius, prudentiusque cogitaret. Hæc pauca pro multis Imperatoribus exempla sufficiãt. Si excommunicatorum regum exempla in assertionis confirmationem nostræ placeat adducere, pauca etiam pro multis exquiremus, ne omnia nobis producere conantibus facilius esset principium, quam exitum inuenire. Lotharium

5. Exemplum. Vrbani 2. Absoluentis Alexium imper.

e Ex Bertoldo. anno 1089.

6. Exemplum. Alexand. 3. Fredericum 1. imp. excommunicantis.

f Ex Epist. Ioan. Saresberiensis ad Ioannem Ep. Pictaui.

A Galliæ Regem supra propter adulterium excommunicatum à Nicolao 2. notauimus, sicut de Carolo Caluo Francorum, & Ludouico Germaniæ, aliisque regibus mentionem fecimus. Quibus exemplis sicut adiicere plura ad maiorem probationem non esset valde necessaria, sic ob prolixitatem esse possent ingrata. De principibus non regibus, sed magnis ducibus, Leopoldos Dux Austriæ in medium prodire potest: qui propter à se Richardum Angliæ regem magna proditione captum iniustéque duro carceri mancipatum [g] à Cælestino 3. magno læsus vulnere anathematis occubuit: de cuius miseriis, quas illi huius accepti vulneris contemptus atrociter aggregauit, infra dicetur. Taceo cęteros vt secundam, & alteram partem capitis commodius, & citius aggrediar.

De regibus exempla supra.

Leopoldus dux Austriæ à Celestino papa excommunicatus.

g Rogerius in annal. Angl.

Effectus excõmunicationis neglectæ terribiles.

Terribilis profectò stupendusque neglectę excommunicationis effectus, non modo à Dæmone terreri, sed & grauissime torqueri. Id sanctus Gregorius [h] Turonensis in vita sancti Nicetii comprobat his verbis. *Cum Theodorico decedente Theodebertus filius regnum ambisset, ac multa inique exerceret, & ab eodem, scilicet S. Nicetio, plerumque corriperetur, quod vel ipse perpetraret, vel perpetrantes non argueret: aduenit dies Dominicus, & ecce Rex cum his qui ab hoc sacerdote communione abesse iussi fuerant, Ecclesiam est ingressus. Lectis igitur lectionibus, quas canon antiquus sanxit, oblatis muneribus super altare Dei, ait sacerdos, non hic hodie missarũ solemnia consummabuntur, nisi communione priuati prius abscedant. Hac rege renitente, subito exclamauit vnus è populo arreptus à Dæmone puer iuuenis, cæpitque valida inter supplicia tortura sua, & sancti virtutes, & regis crimina confiteri. Dicebatque Episcopum castum, regem adulterum, hunc timore Christi humilem, illum gloria regni superbum, illum sacerdotem impollutum à Deo in posterum præferendum, hunc ab auctore sceleris sui velociter eliden-dum. Cumque rex timore concussus peteret vt hic energumenus ab Ecclesia eiiceretur, dixit Episcopus: prius illi qui secuti sunt, id est incesti, homicidæ, adulteri ab hac Ecclesia excludantur: & hunc Deus silere iubebit. Et Rex statim iussit hos, qui sacerdotis sententia damnati fuerant egredi ab Ecclesia, quibus expulsis iussit sacerdos dæmoniacum foras extrahi, sed cum apprehensa columna euelli à decem viris non posset sanctus Dei cum vestimento suo propter iactantiam euitandam, scilicet faciens crucem contra dæmonem relaxari præcepit. Qui protinus corruens cum his qui eum trahere nitebantur: post paululum saluus erectus est. Deinde post acta solennia requisitus nunquam reperiri potuit: nec vllus sciuit vnde venerit, vel quò abierit, coniiciebatur tamen à plurimis eum à Deo missum, qui regis, sacerdotisque opera non taceret, vnde factum est vt sacerdote orante rex mitior fieret.* Hæc Gregorius. Verum non solum dæmon excommunicatos, & anathematis irrisores horribiliter terret, sed etiam grauissimè torquet. Paulinus [i] refert Stiliconis Amanuensem, quem sanctus Ambrosius excommunicationis cultro à fidelium, sanorum Ecclesiæ membrorum, societate præciderat, membratim à dæmone laceratum.

B

h S. Greg. Turonensis in vita S. Nicetij

1. Non obedientes prælatis excommunicatos diabolus terret.

C

Occulta facit miracula S. Nicetius vt vanam fugeret gloriam.

2. Effectus à dæmone torqueri.

Dæmon non solum excommunicatos & excommunicationis contemptores terret, sed etiam torquet.

D

i In vita S. Ambrosij.

Nec infœlices, ac voluntariè cæci anathematis iustè propter sua crimina gladio percussi pœnas grauissimas effugiunt, quibus armata hæc censura Ecclesiæ fulminea sicut in animos ita in corpora terribili irruit impetu, & erumpit. Hoc qui non credunt, arrigant aures vt audiant quæ de Angolismorum comite Martino Turonensis Grego-

3. Mors sæuissima & repentina excommunicatos de sua excommunicatione minime sollicitos vlciscitur.

a S. Greg. Turon. hist. l. 5. c. 36.
Nantini comitis excommunicati mors funestissima.

gorius stupenda refert,[a] qui ab Heraclio Episcopo anathematis fulmine tactus, quod Ecclesiæ bona sacrilego ausu sibi iniustius vsurparet, postea defuncto præsule febre correptus est ardentissima, seque ab Heracho exuri clamitans, atra, liuidaque vndequaque cute facta misere de salute desperans expirauit. Hoc exitu vitam sceleratam[b] sancti Eleutherij clericus excommunicatus misero, funestoque finiuit. Qui neglecta Gennadij Constantinop. Patriarchæ censura subito infœlix efflauit animã nulla interiecta mora ab his verbis, quibus S. Eleuterium Gennadius alloquebatur.[c] *Aut emenda clericum aut abscinde.* Quod scilicet, vt præclare habet[d] S. Augustinus. *Nihil ita debet formidare Christianus, quam separari à Christi corpore: quia tunc cum membrum non sit, nec vegetetur spiritu eius. Illud enim quod ait Dominus;[e] Qui Ecclesiam non audierit sit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. Grauius est*, inquit idem[f] S. Augustinus, *quam si gladio feriretur, si flammis absumeretur, si feris subiiceretur.* Recteque post D. Augustinum vere Faustus[g] Rhegiensis hac instructione ad monachos locutus est. *Qui apud nos grauiter delinquunt nullam neque iustiorem, neque acerbiorem possumus inuenire sententiam, quam vt à corpore congregationis abscissi sine pace discedant.* Quæ si puris, purgatisque mentis oculis anathematis præsertim Pontificij contemptores, & irrisores impij contemplarentur, rationumque, quibus oportet, momentis trutinarentur, atque pensitarent, necesse profecto esset, vt anathemate, quo propter crimina lethalia odio, & maledictioni diuinæ subiungantur, nihil esse miserius terribiliusque confiterentur. Quid enim miserius, ac terribilius in hac vita dici, ac excogitari posset, quam potentibus verbis florescentes, & in gemmulas erumpentes animas, vi latente, & subito ictu marcescere? Quam cælesti manu feriri? Quam inuisibili ferro vulnerari? Quam spiritum ipsum terrificantibus fulminibus corpori mutis, comminui, atque in varias distractum partes seuerissime disrumpi? Quid, inquam, horribilius his verborum tonitruis ex ore fulgurantis, ac fulminantis Episcopi erumpentibus?[h] *Maledictus in domo, maledictus extra domum, maledictus in agris, maledictus in ciuitate, maledictus ingrediendo, maledictus egrediendo, maledictus in semine, maledictus in messe, maledictus in horreis, maledictus in fructu telluris, maledictus in fructu ventris, maledictus in cubili, in sedili, in lauacris, in luminibus, in mensis, in omni progressu, in omni promotu.*[i] Et ex his maledictionum tonitruis quid illo misero fulmine tacto anathematis miserius? Qui quocumque se vertat, instantem Sathanam, vrgentem, prementem, sæuientem, furentem, lancinantem conspicere, tantoque, ac truculento carnifice torqueri instante super eum manu Diuinæ iustitiæ compellitur? Quod si hæc Ecclesiæ fulmina è solis Episcoporum communium manibus contorta adeò illis contritos terreant, ac consternant; quantus stupor ille sceleratorum esset, quamque prodigio proximus illis Ecclesiæ fulminibus è potenti Roman. Pontificis manu iaculatis non terrificari? horribilesque eorum effectus non perhorrescere? vt qui talia contemnant potius quàm perhorrescant, Christianos nullo planè modo dici, ac esse sanctus Gregorius Epistola ad Theotistam religiosam fœminam Imperatoris Mauritij sororem his verbis aperuit, atque declarauit.[k] *Si vero sunt*

b *Clerici impij mors, repentina, ac stupenda Gẽnadij patriarchæ cẽsuram spernentis.*
c Ex scriptore vitæ Gennadij.
d Tract. 27. in Ioan.
Nihil miserius quam à corpore Christi Dei separari.
e S. Matth. 18.
f l. 1. contra aduers. legis & prophet. cap. 17.
g Faustus Rheg. in instruct. ad monachos.
Mala horrenda qua auersio & separatio à Christi corpore per excommunicationẽ parit.
5. Ex priori dependens.
Maledictiones variæ in excommunicatos ex Concilio Gallico.
h Ex Concil. Turon 3 can. 8.
i Bucard. l. 11. ex Concil. Aurel. c. 1.
Excommunicationem contemnentes Christiani non sũt.
k D. Greg. l. 2. Epist. 29.

A *qui dicunt quia compulsus quispiam necessitate, si anathematizatus fuerit, anathematis vinculo non tenetur: ipsi sibi testes sunt, quia Christiani non sunt: quia ligamenta Sanctæ Ecclesiæ variis se existimant conatibus soluere; ac per hoc nec absolutionem sanctæ Ecclesiæ, quam præstat fidelibus, veram putant: si ligaturas eius veras esse, atque valere non existimant. Contra hoc diutius disputandum non est, quia despiciendi per omnia, & anathematizandi sunt: vt vnde veritatem fallere se credunt, inde in peccatis suis veraciter ligentur.* Hæc ipse Sanctus. Sed eant maledicti debacchatum quantis potuerint iniuriis in sacra censuræ Ecclesiasticę Pontificiæque de cælo missa fulmina? illis illudere certent, eaque omni conuitio, & irrisione maxima confundere! Velint nolint nihilominus pœnas contemptus horum fulminum grauissimas, impetusque horribiles tandem aliquando subibunt sine spe misericordiæ, qua se propter impœnitens cor indignissimos omnino reddiderunt. Tunc agnoscent quid illis profuerit superbia ac Ecclesiasticæ, Pontificiæque excommunicandi potestatis despectus; quo spiritualis gladij in Pontificis manu depositi veritatem mendacio pertinaciter obruere, & sanctitatem sacrilegio contumeliæ suæ prophanare voluerunt. Exitus vitæ funestus scelerata eorum acta probabit, vt Boleslai Regis Poloniæ, qui cum sanctum Stanislaum Cracouiensem Episcopum in templo sacrosancta missarum solennia celebrantem edicto crudelissimo necandum trucidandumque curauisset, à Gregorio septimo propter tam immane nefas parricidiumque sacrilegum excommunicatus, postea huius anathematis irrisor scelera sceleribus in dies accumulãs, tandem in manus Dei viuentis incidens. *Vt alter Cain factus profugus super terram, demum*, vt inquit[l] Longinus, *versus in insaniam errabundus, dum vagatur morte preuentus, à canibus est deuoratus. Ita vlciscente numine sanguinem sui innocentissimi sacerdotis anno salutis* 1081. Leopoldi vero Austriæ ducis anathematis contemptoris quo eum Papa Cęlestinus 3. propter iniustam ab eo Richardi regis Angliæ detentionem percusserat, quanta mala miserrimam mortem præuenerint, Rogerius in annalibus Anglię his verbis expressit.[m] *Eodem anno cum Leopoldus dux Austriæ adhuc permaneret in sententia excommunicationis, quam Dominus Papa in eum tulerat, propter captionem Richardi Regis Angliæ nec pœniteret, flagellauit Dominus terram eius in hunc modum: in primis quidem incensæ sunt ciuitates terræ suæ, nec alicui nota fuit causa incendij. Secundò ex inundatione Danubij fluuij subuersa est quædam terra adiacens, in qua decem millia hominum, & eo amplius perierunt. Tertiò cum in media æstate soleat, & debeat omnis terra virere, tota terra eius tunc temporis contra solitum, & debitum cursum exaruit. Quartò cum semina frugum deberent in herbam processisse in vermes conuersa sunt. Quintò nobiliores terræ suæ mortalitate percussi sunt, & quamuis, tot ac tantis flagellasset Dominus terram eius plagis, noluit tamen pœnitere, & induratum est cor eius* &c. Similia Neubrigensis[n] qui inter alia describit quanta contumelia ipse impius anathema Romani Pontificis irriserit, sed cum neglectis suarum terrarum ruinis vastationibusque, cum in maiorem superbiæ elationem, & contemptum anathematis in dies assurgeret, diuina vindicta eius vndique malis grauissimis corpus vsque ad tristia funera circumdans, vehementer exercuit, & afflixit: quæ

Irrisorum excommunicationis horribiles pœna, ac funesti exitus. Boleslai regis Poloniæ.
B
C
l Long. in historia Poloniæ.
Leopoldi ducis Austriæ excõmunicationis Papalis contẽptoris quot mala mortem præuenerint, & comitata sũt.
m Rogerius in annal. Angliæ an. 1194.
D
Vastationes terrarum Leopoldi & vltero Deo ac conflagrationes.
n L. 5. c. 6.

[a] Mattheus Paris in annal. Angliæ an 1195.

mala varia, grauissimaque ita [a] Matthæus Paris in annalibus 1195. anni descripsit. *Sed cum his omnibus non sit auersus furor ducis, imò in deterius aggrauatus, ipse diuino iudicio terribiliter percussus est. Die siquidem sancti Stephani cum equitando lusum pergeret, socijs comitantibus, equus cui rex insidebat violenter pedem offendens, tibiam sedentis cum pede insanabiliter contriuit. Nam tibia cum pede coniuncta nigredine quadam intumescens, nullo medicorum potuit cataplasmate sedari: quin igni, quem infernalem vocant, tumori admixto intolerabiliter cruciaretur; quem dux cruciatum ferre non valens pedem à crure fecit detruncari: ipso interim dolabram tenente cæteris omnibus præ nimio horrore hoc renuentibus. Sed non sic doloris cruciatus euasit. Nam illico femur cum corpore reliquo igne illo execrabiliter depascebatur.* Post hæc describit quomodo vexatio huic misero duci dederit intellectum, pœnitensque in medio tot cruciatuum in articulo mortis ab Episcopis hic astantibus, ab excommunicatione fuerit absolutus.

Miseria grauissima Leopoldi in vitæ fine, ac morte sua Leopoldus in morte praui-mo dolore pœnitens factus.

Tandem vero, inquit, *culpam recognoscens iniquam, quam in regem, & suos malitiosè exercuerat, suadentibus Episcopis qui aderant, obsides absoluit, & residuum pecuniæ de redemptione regis, & quod receperat se redditurum spopondit: atque Ecclesiasticæ censuræ se deinceps pariturum promisit. Tunc Episcopi qui aderant videntes eum in tanta miseria, & calamitate constitutum à sententia excommunicationis absoluentes ad communionem fidelium admiserunt. Et sic cum intolerabili cruciatu spiritum exhalauit. Cuius corpus diutius iacuit inhumatum donec horribilibus scateret vermibus: eo quod filius eius mandatum exequi nollet. Sed tandem ab amicis compulsus obsides* C *absoluit, & repatriandi licentiam concessit.* Hæc Matthæus Paris. Eadem sigillatim recenset Rogerius; [b] quæque mala miserrimo duci propter eius in sedem Apostolicam rebellionem, Pontificiæque censuræ contemptum conglomerata impetu, sæuo atrociter irruerunt. Quæ huius vitę infœlicis finem miserabiliter, horrendéque terminarunt. Dux miser in vita tanto excommunicationis vulnere, miserior in morte, sed post obitum miserrimus ad æternas inferni pœnas, tormentaque relegandus extitisset, nisi grauitate cruciatuum ad se reuersus, rebellionem suam contra Apostolicæ sedis imperia, suumque, quem de Pontificio fecerat anathemate, contemptũ, vera contritus tristitia detestando, in posterum, si diutius vixisset, obedientiam in omnibus verè, christianéque filialem Patri omnium fidelium sanctissimo, œcumenicoque Pastori spopondisset: & sic in articulo mortis ab excommunicationis sententia liberatus in benedictione Ecclesiasticæ communionis expira- D uisset.

[b] Rogerius in annal. Angliæ.

Hæc pauca pro multis exempla sufficiant, vt [c] intelligamus quam verè illud dictum à Petro Blesensi. *Illud certissimum teneatis, ipsum Romanum Pontificem nũquam aliquem excommunicauisse, quin moreretur in proximo, aut cuius faciem non operiret subita, & ignominiosa confusio.* Propter quod iure optimo, pia illa, ac religiosa sancti Ludouici Francorum Regis à bonis omnibus sanctio fertur in cœlum: quia in peruicaces, proteruosque anathematis Ecclesiastici, quo tacti sunt, irrisores, atque contemptores iustissima seueritate princeps Christianissimus animaduertit: qui se ab huiusmodi vulnere lethali sanari, curarique aut oscitando negligerent, aut irridendo contemnerent. Hos siquidem omnibus exuit priuilegiis, dignitatibus,

[c] Petrus Blesensis 69 Ep. Sanctio S. Ludouici religiosa contra excommunicationis in se contemptores.

A honoribus, publicisque muneribus orbauit, atque grauissimis reddidit pœnis obnoxios: vt citiùs ad salutarem Ecclesiasticæ communionis portum, ex quo anathematis fulmine turbineque fuerant eiecti, per reconciliationis ianuam à suo liberati anathemate miseratione pastorali redire festinarent.

Sisto cætera, vt alterius materiæ tractatum ad clariorem semper Pontificię maiestatis, monarchiæque declarationem dilucidè atque celeriter ordiamur.

CAP. XVI.

Magna conciliorum generalium authoritas & virtus in Ecclesia Dei nihil supremæ, ac monarchicæ Romani Pontificis maiestati, potestatique detrahit imò illam illustriorem splendidioremque demonstrat.

1. *Magna, & sancta œcumenicorum conciliorum dignitas, & authoritas in omnes Christianos, quos illis non obedientes, peccare grauissimè certum est.*
2. *Hac conciliorum authoritas monarchica Romani Pontificis maiestati non repugnat, sed conformis est, non illam imminuit, & obscurat, sed auget, & illustrat.*
3. *Quæquidem nisi à maiestate Pontificia confirmatur nulla esse censetur, vt ad sua iussa seruanda conscientias obliget.*
4. *Papæ maiestas, & authoritas cum sit à Deo immediate nullis œcumenicorum conciliorum legibus coarctatur.*



VCTORITATEM generalium conciliorum magna conditam fœderatamque sanctitate, maximam esse fidelium nemo negat: quæ cum summa pastoris œcumenici maiestate potestateque cohęrens, nihil splendori huius maiestatis monarchico detrahit officitque, sed lucis plurimũ potius adiungit, maioremque claritatem honoris infundit. Haud se- D cus quã generalia regni comitia à principe vnum in locum congregata, nihil regiæ maiestatis imminuunt, sed ei non mediocre venerationis, reuerentiæque decus adiungunt: vt quanta sit principis authoritas, tot populis per hæc comitia repręsentatis, imperantis, ac suprema potestate dominantis, clarius, ornatiusque omnibus innotescat. Et sicut comitia regni principem, sic concilia Ecclesiæ, Papam orbis Ecclesiastici rectorem, sui muneris officijque à Deo vtrique Monarchę collati, virtute potenti, admonent, & sapienter hortantur: vt sua summa dignitate, & monarchica potestate pro salute iustorum contra audaciam, furoresque sceleratorum, iustè clementer, religioséque fungantur.

Sicut comitia regni generalia regiam, sic concilia Ecclesiæ pontificiam maiestatem illustrãt.

Neque enim laudare, ac iusto præconio generalium conciliorum auctoritatem dignè satis exal-

Quam magna Conciliorum œcumenicorū potestas & sanctitas quorum decreta Dei esse dicantur.

Constant. magni litera ad omnes Ecclesias quæ extant in decretis synodi Nicenæ de paschate.

A quare possumus, quorū decreta, ipsius Dei, Christique statuta, leges, & oracula esse credūtur. Quo nomine, ac titulo venerabili conciliorum œcumenicorum, vt Nicæni statuta Coostantinus magnus honorificare dignatus est, cum sic omnes orbis Ecclesias Dei in fine literarum suarum reuerenter affabatur. *Quæ cum ita se habeant lubentes hoc decretum tanquam Dei, & mandatum reuera cælitus demissum amplexamini. Nam quidquid in sanctis Episcoporum conciliis decernitur, id vniuersum Diuinæ veritati debuit attribui* &c. Hæc ille Augustorum maximus: sic in generali synodo octaua contra Photium spiritu sancto per os sanctorum Patrum loquente definitum est. Illud esse præceptum Christi, quod omnis Ecclesia in Concilio congregata decreuisset. Cum enim Iconomachi, vt scribitur [a] ibi act. 8. introducti fuissent,

a Act 8 Conc. 8. generalis. Regula fidei. Contemnens decreta sancta Conciliorum in Spiritum S. peccant.

b Chalced synod. act. 1.

B quorum caput erat Theodorus, Christinus dictus, qui negauit se colere imagines sacras, & quod non inueniretur esse Christi præceptum. *Responsum est esse præceptum Christi intelligendum, quod ab vniuersa Christi Ecclesia est definitum.* Vt non sine causa synodus [b] Calcedonensis eos qui conciliorum decretis reluctarentur in Spiritum sanctum grauissimè peccare decreuerit, laudataque illa plurimum à sanctis Patribus Episcoporum Paphlagoniæ ad Leonem imperatorem scribentium assertio; *Eos scilicet qui Ecclesiasticis Conciliis non crederent, & credendo non obedirent alienos à fide non Sanctis tantum Patribus, sed vniuerso quoque sacerdotum ordini maximam inferre contumeliam.* [c] Ideo illi impij, ac sacrilegi, Valentiniani, & Martiani Imp. edicto iudicantur. *Qui post synodica sanctorum Patrum statuta temere, & arroganter suo iudicio definiendum reseruare non erubescunt, hæc enim sanctorum Patrum decreta per sanctum verè*

c Edictum Impp. Valēt. & Martiani extat in act. 1. conc. Chalced.

d S. Leo Ep. 53. ad Anatolium.

C *Spiritum ordinata sunt, in nulla parte solubilia.* Vt præclare [d] sanctus Leo ad Anatolium Constantinopolitanum Patriarcham declarauit. Quæ tanti facit Deus, vt in Sacrilegos eorum sacrorum conciliorum violatores seueram suę indignationis vltionem diutiùs remorari non soleat, qua viuos sic pœnis mactet temporalibus, & postmodum nisi eos tanti sceleris pœniteat in altero seculo mortuos Deo, non Diabolo æternorum tormentorum seueritate discruciet. Vt exemplo esse poterit Philippicus ille imperator impius, qui dum sextę synodi contra Monothelitas decreta funditus abolenda extirpandaque cogitat, sceleratumque cogitatum, ac desiderium complere conatur effectu, oculis, ac imperio priuatus ab impostore pseudomonacho deceptus, reliquum vitæ tempus afflictus in tenebris, luctuque traduxit inglorius,

D & infamis, seueriora sibi post obitum tormenta pertimescens; prout [e] Theophanes, & [f] Paulus Diaconus scriptis suis memoriæ proditum posteritati mandauerunt.

e Theophan. an. 713.

f l. 6. c. 11. & nouæ edit. c 34.

2. Summa Conciliorum authoritas, & sanctitas non offuscat splendorem Pontificia maiestatis, sed illustrat magis.

2. Hæc autem sanctitas eminens, & authoritas Conciliorum Ecclesiam vniuersalem repræsentantium summa, lumini diuina Christi virtute terris immisso Pontificiæ maiestatis, nulla sane ratione officit nihilominus, sed potenter inseruit: Non eius splendorem offuscat, sed magis illustrat: non monarchicę radios potestatis comprimit inuolutos, sed eos clarius euolutos in omnem terram gloriosiùs expandit. Cum hęc sanctitas authoritasque maxima non sit in Conciliis, nisi cum Romano Pontifice iunctis, non in corpore

A Ecclesiæ, quod illa repræsentant, nisi suo capiti visibili copulato: Quoniam omnis venustas corporis à capite: à quo si diuellas, monstrum ex aggregato formoso molieris horrendum. Cum legitima, & ab omni errore libera Concilia acephala, dicere erroneum. Cum ea in fidei rectitudinis vigore plenaque doctrinæ infallibilis luce subsistere à capite, principeque suo diuulsa defendere, nimium sit veritati Catholicæ reluctari. Quæ omnes fideles instruit, Conciliorum virtutem, ac robur vt in perpetuo fidei doctrinæque christianæ splendore firmiter incedant ab illo profluere, atque manare, *Pro quo rogauit Christus vt non deficeret fides eius.* [g] Sicque fratres suos, scilicet omnes Catholicos, in fide vera posset inconcussa veritatis Euangelicę firmitate corroborare. [h] Secus quid causæ assignari potest, cur Concilium

Quale robur veritatis splendorque sanctitatis conciliorum à Rom. Pontifice interius per spiritum SS. operante Christo D. sic ordinante manat.

g Luc. 22.

h Concil. 2. generale.

B Constantinopolitanum primum sub sancto Damaso centum quinquaginta Patrum solummodo corona, consortioque conflatum tantæ fidei, & sanctitatis fuisse credatur, [i] vt vnum testante sancto Gregorio è quatuor Euangeliis habeatur? [k] Concilium vero aliud in eadem ciuitate congregatum, in quod trecenti Episcopi contra sacras imagines cum Leone Imperatore Isaurico conuenerant, nihil fidei, sed infidelitatis plurimum habuisse, nulla pietatis luce coruscasse, sed spissis impietatis, errorumque tenebris obscuratum, obrutumque fuisse dicatur? Nisi quod illud à Romano Pontifice congregatum & postea confirmatum: hoc vero reluctante Pontifice coactum, postea vero tanquam spurium adulterinumque reprobatum sacrorum scriptorum testificatione comprobetur.

i S. Greg.

k Concil. 5. Constant. spurium in 7. synodo damnatum an. 574.

Concilia generalia non coacta, nec approbata à Romano Pontifice in fide errare posse, vt exemplis probatur.

1. Generale concilium Arianorum contra S. Athanasium.

C Neque quemquam hominum iudicij rationisque capacium nisi qui è circo Christianæ fidei in hæreticorum, schismaticorumque castra transuolarint, esse credo, qui generalia Concilia à Romano Pontifice nec aggregata, nec approbata in fide errare posse non ingenue fateatur. Hoc enim effectu ipso huiusmodi Conciliorum, quæ nec Papa coëgit, nec coacta confirmauit, errores nimium verè comprobarunt, qualia fuerunt 1. Concilium Antiochenum, in quo Arianorum non tam iudicio, quam furore sanctus Athanasius [l] in sua iustitia, & honore oppressus causa cecidit, viaque ad Concilij Nicæni euersionem anno 5. Imperij Constantij patefacta est. 2. Mediolanense, Episcoporum plusquam 300. numero conglomeratum anno 354. eodem Imperatore Ariano contra Deum, eiusque fideles effrenatius armato, in quo obliquo furore, ac impetu malignantium Catholica fides

l Socrat l 2. c. 15 Sozom. l. 3. c. 5.

2. Mediolanum.

m Ruffin. l. 10. c. 20 Socrat. l 2. c. 14.

3. Ariminense.

n S. Hieron. in chron. S. August. l. 3. contra Maximi. c. 14. S. Ambros. Ep. 32 &.

D oppressa est. 3. Ariminense Episcoporum 600. anno 363. [m] in quo sacratissima illa vox, & dictio ὁμοούσιος, de symbolo, sacrilega fraude sublata est. 4. Ephesinū secundum [n] deprędatoria synodus dictum 5. Quintum Concilium Constantinopolitanum [o] sub Leone Isaurico de quo supra. 6. Aliud in eadem vrbe Constantinopolitana sub Constantino Copronymo etiam contra sacras imagines anno 755. quod ex trecentis triginta Episcopis, sine vllo Partiarcha, præter pseudoepiscopum Constantinopol. hæretico foederatis furore compactum est.

4 Ephesinum.

o S. Leo Ep. ad clericum & populum Constant Ep. ad Theodos. Epist ad Pulcheriam &c.

5. Constanti sub Isaurico.

6. Sub Copronymo.

p Paul. Diac. l. 21. & 22. rerum Rom. Zonaras in annalibus.

7. Pisanum anno 1511. in Concilio Lateranensi postea reprobautm à Iulio secundo sessione 2. & 3. Octauum & vltimum generale secundum

7. Pisanum.

a Vuittemberg. Coeblaus in actu Lutheri.

n Surius in comment. rerum in orbe gestarum ann. 1536.

Lutheranos[a] Vittembergense 300. Pastorum Luthero præside an. 1536.

Quę Concilia, si modo Ecclesię Concilia dicenda sunt, ac non potius Diaboli conuenticula, facesque, ac religionis Christianæ pestes, quia à Romano Pontifice non conuocata, sed à se ipsis contra ipsius authoritatem Monarchicam ausu rebelli congregata, nec postea ab illo Pontifice comprobata, sed improbata maximè, multis horribili fœtore scatuisse visa sunt erroribus. Ideoque rectè Iulius primus in rescripto pro sancti[b] Athanasij defensione orientales Episcopos Ariana labe fætentes Antiochiæ contra Deum, & Christum eius congregatos contra sacrilegum eorum iudicium sic obiurgabat, eorumque impetus vel furores potius contra sancti Athanasij pietatem indignatione iusta criminabatur. *Regula vestra nullas habet vires, nec habere poterit, quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc Concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ legatus interfuit, canonibus præcipientibus sine eius authoritate Concilia fieri non debere. Nec vllum ratum est aut erit vnquam Concilium, quod non fultum fuerit eius authoritate.* Et canones Ecclesiæ sacri, illud non Concilium Dei sed potius conuenticulum Dæmonis, quod sine Romani Pontificis authoritate celebratum est appellare consueuerunt:[c] vt Pelagius Papa huius nominis secundus Episcopis ad illicitam Ioannis Constantinopolitani vocationem congregatis Epistola 1. cap. 1. hæc dicendo significauerat. *Multis denuo Apostolicis, & canonicis instruimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis Concilia celebrari: quapropter vt iam dictum est rectè non Concilium, sed vestrum conuenticulum, vel conciliabulum quassatur: Et quidquid in eo actum est, irritum habetur & vacuum.*[d] Hanc veritatem sanctus Damasus Epistola ad Stephanum Archiepiscopum simili authoritatis Pontificiæ pondere confirmauit, ipsamque tria[e] Africæ Concilia eius imperium decretumque secuta, Epistola ad ipsum Papam, se mordicus defendere velle professa sunt. In cuius rei fidem[f] Socrates regulam Ecclesiæ iubere tradidit. *Vt Concilia præter sententiam Romani Pontificis non celebrarentur aliter irrita, & adulterina iudicarentur.* Sicut in Nicæno Concilio[g] definitum est, teste Iulij primi ad orientales Epistola, & quod maius est[h] Marcellus Papa Epistola ad Antiochenos, hoc ab ipsis Apostolis statutum, atque decretum fuisse sua testatione, assertioneque comprobat. Sed neque satis, quò Concilia generalia ab omni erroris nube immunia sint, & libera, vt à Romani Pontificis authoritate congregentur: nisi ab eo congregata confirmentur verę fidei claritatem in se retinere, & infallibilis veritatis decus sibi firmiter inuiolabile seruare non valebunt. Hoc exemplo synodi secundæ Ephesinæ clarius quam vt alia egeat probatione conspicitur; quæ à sancto Leone congregata Episcopi fere omnes Dioscori Alexandrini Patriarchæ Eutychiana lue contaminati, dogmati impio ac hæretico, tametsi legati Apostolici tanto sceleri reluctarentur, subscribere non dubitarunt:[i] Vt sanctus Leo Epistolis varijs ad Anatolium Constantinopolitanum Episcopum, ad Theodosium, & Pulcheriam Augustos clarissimè manifestauit.[k] Hoc synodus octaua,[l] hoc Nicolaus Papa ad imp. Michaelem,[m] hoc denique Eugenius quartus in decreto super vnione Iacobinorum luculentiùs apertiùsque demonstrarunt. In quo posteaquam illam deprædatoriam synodum Ephesinam secundam sub Leone, & eius authoritate congregatam, suo rursus post alios sedis Apostolicæ præsules, antecessores suos iudicio condemnauisset, sequentia subiunxit. *Suscipit sancta Romana Ecclesia omnes vniuersales synodos, authoritate Romani Pontificis legitimè congregatas, ac celebratas, & confirmatas.* Obseruet lector non solum à Papa dictum fuisse congregatas, sed[n] confirmatas, & celebratas.[o] Sic Basiliense Concilium licet à Papa Eugenio 4. congregatum, tamen postea minime confirmatum in grauissimos impegit errores: vt cum[p] hæreticum esse definioit negare Concilium esse supra Papam, aut asserere Papam transferre in alium locum posse Concilium, aut in aliud tempus prorogare. Nunc quis tam insanus, ac mentis inops, qui huius assertionis, ac definitionis Basiliensis oppugnatores hæretica peste contaminatos esse auderet, velletque defendere? Quid igitur sanctitatis, aut firmæ veritatis, aut fidei certitudinis in Concilijs vniuersalibus inclarescere posset, si suprema Rom. Pontificis authoritas in ea cõgregando, & congregata confirmando non accederet? Euenire tamen aliquando potest, vt Concilia congregata quidem à Romano Pontifice, licet nondum confirmata errare non possint, infallibilique veritati immobiliter adhæreant, si patres Concilij, Pontificis instructionem, suis creditam legatis, & ab illis postea Concilio communicatam, oblatamque sequantur. Hoc enim modo in hac congregatione œcumenica amica patet membrorum cum capite conspiratio, manifestusque consensus, sicque totius Ecclesiæ quam errare, & à via veritatis exorbitare non posse fide Catholica tenemus, atque credimus. Quamuis enim illa Pontificis instructio legatis credita, sententia sedis Apostolicæ definitiua esse non videatur: Nihilominus quando congregatorum Patrum sensus cum hac Pontificis instructione congruunt, atque Papæ nomine decretum cum Concilio legati condunt, atque formant: tunc temporis sententia definitiua, & vltima non solum Concilij, sed & Pontificis conflata consurgit, & apparet infallibile fidei Catholicæque doctrinæ iudicium: quod reprobare, ac retractare Pontifex nullo modo potest, cum certo sciat suam fuisse à spiritu sancto sententiam interiori motu dictatam, & infusam, cum à generali Patrum corona comprobetur. Hunc veritatis fidei sensum ex sancti Leonis Epistola 36. ad Theodoretum his verbis expressum clarissimè didicimus:[q] *Quæ Dominus nostro prius ministerio definierat, vniuersæ fraternitatis irretractabili firmauit assensu: vt vere à se prodire ostenderet, quod prius à prima omnium sede firmatum totius Christiani orbis iudicium recepisset. Vt in hoc quoque capiti membra concordent* &c. Huius doctrinæ praxis innotuit in Concilio[r] Calcedonensi pro exautorando ab omni honoris Ecclesiastici gradu impio, hæreticoque Dioscoro, circa quod cum sancti Concilij Patres in iudicium Pontificis Romani consensissent, illico legati decretum sub illius formæ tenore editum palam, ac publicè pronunciarunt. *Sanctissimus, ac beatissimus Papa caput vniuersalis Ecclesiæ Leo per nos legatos suos sancta synodo*

Margin notes:

b Rescriptum Iulij 1. pro S. Athanasio ad orient. Epis. can 2. regula dist. 17.

Non Concilium Dei sed conuenticulum Dæmonis quod sine Rom. pontificis authoritate congregatum est.

c Pelagius 2. Epist. 1. c. 1. ad Episc. can. 5. Multis dist. 17.

d Epist. S. Damasi ad Steph. Archiep. Carthag.

e Epist. trium Africæ Conciliorum ad S. Damasum.

f Socrat. l. 4. hist. tripart. c. 9.

g Iulij 1. Ep. ad orient.

h Marcellus Epist. ad Antioch.

Concilia congregata sed nõ confirmata à Rom. pontifice errori fidei sũt obnoxia. Exemplis probatur.

2. Ephesina synodus 2.

i S. Leo Ep. ad Anatolium Theodosium Pulcheriam Augustos.

k 8. Synodus.

l Nicolaus papa ad imp. Michaelem.

m Eugenius 4. in decreto super Iacob. vnione.

n Concil. Basiliens. errauit licet à Papa cõgregatum quia non postea approbatum an. 1431.

o Conc. Basil. error. sess. 3. in fine.

Concilia congregata à Papa & nondũ confirmata errare non possunt, si eorum patres instructionem Papæ à legatis oblatam sequantur.

p S. Leo Ep. 36. ad Theodoretum.

praxis superioris doctrinæ.

q Conc. Chal. act. 4.

consentiente, Petri Apostoli præditus dignitate, qui Ecclesiæ fundamentum, ac petra fidei, ac cælestis regni ianitor nuncupatur Episcopali dignitate Dioscorum nudauit, & ab omni sacerdotali opere fecit extorrem. Cum igitur tot sanctitatis splendoribus generalia concilia, ex virrute, & authoritate Pontificis Romani fulgeant: tot infallibilis doctrinæ veræque fidei per eundem ponderibus librata firmentur; quî fieri poterit, vt concilia hæc aliquid lucis, & fulgoris huic Romani Pontificis authoritati somnæ detrahãt, & imminuant, à quo tot vndique fulgoris Ecclesiastici radios acceperunt? Quibus è sole iustitiæ Christo Domino manantibus, ad salutem omnium fidelium tenebris omnis erroris, malitiæque fugatis toto orbe Christiano mirabiliter inclarescunt: vt eorum decreta per pontificis omnium Ecclesiasticorum principis approbationẽ sanctitatis, veritatisque sortita firmitatem, tanquam oracula diuinitus missa de cœlo omnis Catholicorum societas, sinceraque fidelium congregatio honore magno suspiciat, effectu colat, summaque religione veneretur. Contra vero quę hac pontificiæ maiestatis, & authoritatis confirmatione denudantur, aut vt nulla, & irrita deijciat, aut vt inualida, & egena contemnat, aut vt multo conspersa scelere adulterina detestetur.

Omnes Catholici concilia à Rom. Pont. confirmata, vt oracula diuina colunt: non cõfirmata, vt spuria coprobant.

Et merito quidem, [a] *si enim cunctis*, vt Gelasius Papa ad Anastasium Imperatorem rescribebat, *generaliter sacerdotibus rectè diuina tractantibus fidelium conuenit colla submitti, quantò potius sedis illius præsulis consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus, & diuinitas summa voluit præminere, & subsequens Ecclesiæ generalis pietas iugiter celebrauit.* Quæ in vnum locum canonice coacta, & iuridicè congregata maximæ laudis fomenta Romano pontifici segetemque ministrat: atque illius amplitudinis monarchicæ gloriam ab omnibus sanctiori veneratione decorandam, cunctis apertiùs exhibet, clariúsque demonstrat. Com in medio Episcoporum in tot patrum doctrina, pietateque illustrium beatissimus pater aut per se ipsum præsentem, aut per legatos suos tanquam sol in medio astrorum diuinitus micante lumine clareat, atque refulgeat: splendore veritatis, atque pietatis vbique diffuso omnia collustrans, ipse à nemine qui in terris degat suæ fulgorem dignitatis, sed à solo Deo saluatore nostro, nunc cum Patre & Spiritu sancto in cœlis æternali gloria triumphante accipiens diuini luminis irradiatione coruscat. Et sicut sol in mundo materiali à sanctis patribus, vt sancto [b] Ambrosio oculus mundi, iucunditas diei, pulchritudo cœli, mensura temporum, terræ nascentiũ virtus, stellarũ, ornamentum, & decus, omniumque rex planetarum: ab aliis [c] vt Marciano, principium lucis, vniuersi orbis mens, fulgor olympi, moderaror firmamenti. Ab aliis vt [d] Homero, cœlestis ignis lucens, & vrens, seu ardens ἥλιος φαίθων, ἀπὸ τοῦ φάνος, scilicet à luce vel lucido, & αἴθω, qood est vro, vt ait [e] Seruius. A [f] Tullio, dux, princeps, & moderator luminum reliquorum, mens mundi, & temperatio. Ab Heraclio fons cœlestis lucis, cor denique cœli ab occultorum scrutatoribus naturæque venatoribus appellatur. Sic in mundo spirituali, & Ecclesiastico Vicarius Christi Domini eius caput Ecclesiæ visibile Romanus pontifex, apposite huius mundi non immundi, sed puri spiritualis militarisque clarus oculus in Apostolica sede tanquam in alta quadam specula collocatus communi fideliom saluti prospiciens, veraciter agnoscitur teueretur que suspicitur. Et sicut oculus per singula quæque se voluit, vt alba, nigraque discrimine, sic vigilans semper monarchiæ Ecclesiasticæ princeps attentè speculatur, diuinasque in altissimo solio fixus, & hærens excubias agit: vt omnium quæ animarum saluti conducunt, rerum paterna prouidentia satagat. 2. Verè pater ipse diei temporalis, lubricæ ac stare loco nesciæ, quæ est vita nostra, iucunditas: si in diuinas spiritualesque benedictiones, & gratias mentis acie reflectamur; quibus conscientias nostras peccatorum pondere pressas exonerat, hisdemque illuminatas, discussis vitiorum tenebris potenter exhilarat. 3. Cœli insupet Ecclesiastici pulchritudo rectè nuncupandus: qui inuiolata fidei claritate, atque candore in Apostolico throno sedens, omni tempore fulgens, reliquorum fratrum, scilicet omnium fidelium pietatis fideique decora suæ virtutis, authoritatisque firmitate corroborat. Qoo in tanta, dignitatis, authoritatisque maximæ celsitudine collocato mortalium nemo maiestati diuinæ sanctius, & perfectiùs appropinquat. 4. Sic est omnium, qui in Ecclesiæ Dei per bona opera certam suam in æterna tabernacula vocationem facere satagunt, mensura vitæ, morum, ac rectæ fidei, omnibus iura legesqoe constiruens; quorum fideli custodia tandem pro retributione bonorum fructuqoe obedientiæ verè Christianæ, qua se totos imperio tanti principis Ecclesiastico religiose consecrarunt, iustitiæ corona gloriæque cœlestis æternitate potiantur. 5. Hoc modo virtus, ac fortitudo Ecclesiasticæ dominationis cæteris Ecclesiæ ad illius tegimen membris, ordines iurisdictionis, potestatisque, vt seruus fidelis atque dispensator eximius in domo Dei distribuens. 6. Pastorum, prælatorumque vertex, & ornamentum, in quos ab eo omnes Ecclesiæ dignitatum munerumque gradus ita Christo Domino disponente, volenteque deriuantur. 7. Orbis temperatot Christiani, ouium, pastorumque gregis Dominici moderator spiritualis. 8. Origo lucis à Christo Domino primo diuini luminis, salutarisque fonte profluens, & emananans: per quam cunctas orbis Ecclesias, suæ potestatis, & authoritatis salutari sapiẽtia cõditę à solo Christo profectę, radijs illuminat. 9. Mẽs denique, atq; cor huius mystici, puriq; mundi Ecclesiastici: mens inquam ab omni falsitate prauitateque libera, purum fidei immaculatæ splẽdorem, atque veritatis & incontaminatæ pietatis vigorem sibi semper inuiolabili custodia retinens: quæ in nullas erroris, malitiæque syrtes illidens fideles populos Apostolica cymba vectos, salutari hoc fidei pietatisque pabulo nutritos ad portum salutis æternæ fœliciter euocat atque traducit. 10. Fit etiam cor Ecclesiastici cœli cum ad eum salutis æternæ finem diuinam quam accepit à Christo Domino virtutem per omnes corporis Christi Domini, quod est Ecclesia, artus, & membra quæ sunt fideles, salutari, eoqoe continuo potestatis, ac solicitudinis influxo, motuque diffundit; vt sic viua atque immortaliter animata perseueranter sine interruptione meritorias æternæ fœlicitatis actiones operentur. Vnde nõ sine causa S. Hieronymus contra Luciferianos verissime dixit *Ecclesiæ salutem à summi sacerdotis* (Romani nempe Pontificis) *dignitate pendere. Cui si non exors quædam, & ab hominibus*

[a] Gelas. Papa epist. ad Anastas. imp.

Papa in medio Episcoporum est velut sol in medio astrorũ.

Pulchra solis in mundo comparatio eius cum Rom. pontifice in Ecclesia.

[b] S. Ambros. Hexam.

Pulchra solis epitheta.

[c] Martianus.

[d] Homerus.

[e] Seruius in l. 5. Æneidos.

[f] Cicero in somnio Scipionis.

Pulchra, præclaraque Rom. pontificis elogia.

Papa Ecclesiæ oculus.

2. Iucunditas præsentis vitæ.

3. Cœli Ecclesiastici pulchritudo.

[g] S. Petrus 2. c. 1. v. 20.

4. Mensura reliquorum.

5. Vis Ecclesiæ, ac virtus.

6. Vertex, & ornamentum prælatorum.

7. Ecclesiæ vndique fidelis moderator.

8. Origo lucis spiritualis dependens à primo fonte Christo.

9. Mens Ecclesiæ.

10. Cœli Eccle. Cor.

S. Hieron. contra Luciferianos.

A *eminens potestas detur, tot in Ecclesia efficientur schismata, quot sacerdotes.* Parique fretus veritate S. Cyprianus[a] Christiano zelo contra sacrilegos in maiestatis pontificiæ, sedisque authoritatem Apostolicæ rebellantes excandescens asseuerauit, *non aliunde obortas esse hæreses, & impia nata schismata, quam inde quod sacerdoti Dei non obtemperaretur, dum Episcopus, qui vnus est, & Ecclesiæ præest superba quorumdam præsumptione contemnitur: & homo dignatione Dei honoratus, ab indignis hominibus iudicatur.*

a S. Cypr. l. 4. epist. 9. ad Florentium, & ad Cornel. l. 1. epist. 3

3. Part. *Papa maiestas & authoritas cum sit immediate à Deo nullis conciliorum œcumenicorum coarctatur legibus.*

3. Iam verò quam liber, & immunis Romanus Pontifex sit ab omnibus cuiuscumque eminentissimæ potestatis in terra legibus, soliúsque Dei legibus parere teneatur, illi ipsi patres, qui œcumenicis concilijs iudices, ac rei, sententiæque moderatores interfuerunt, affirmare minime dubitarunt, cùm in concilio generali sententiam passo ad sedem Apostolicam prouocanti acquiescendum, deferendumque esse iudicauerint. Sic enim B in concilio Sardicensi, quò patres, ac Episcopi Nicænæ synodi conuenerunt, Osius sedis Apostolicæ legatus dixit.[b] *Quod si aliquis Episcopus adiudicatus fuerit* (*scilicet male iudicatus*,[c] vt exponit glossa) *in aliqua causa, & putat se habere bonam causam, vt iterum iudicium renouetur, si vobis placet, Sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, vt scribatur vel ab his qui examinauerunt, vel etiam ab alijs Episcopis, qui in prouincia proxima morantur, Romano Episcopo: & si iudicauerit renouandum esse iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem causam, vt ea non refricentur, quæ acta sunt, quæ decreuerit Romanus Episcopus confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, statuatur.* SYNODVS RESPONDIT, PLACET. Si à concilio ad Papam etiam ex ipsius concilij consensu prouocandi ianua pateat, certe Papæ iudicium concilio submitti non potest, sed soli Deo, vt supra pluribus demonstrauimus, reseruatur. Propter hoc dicebat Enoodius Diaconus contra schismaticos, qui ausi fuerant à Theodorico Rege Ariano visitatorem contra Symmachum Papam postulare anno Domini 500.[d] *Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare, sed sedis ipsius præsulis suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Voluit Petri Apostoli successores cœlo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam. Nolite existimare eas animas inquisitionis non habere formidinem, quas Deus præ cæteris suo reseruauit examini.*[e] *Imo*, inquit Glossa, *Papa quia à nullo iudicatur, si peccauerit sine venia puniri debet, sicut diabolus*,[f] *qui maximus cõparatione aliorum creatus est. Idcirco peccans sine venia damnatus est*, [g] ait S. Gregorius. Hæc post multa subiungens. *De quo tam mira, in quibus & quæ amisit insinuat*, scilicet Iob. 40. & Ezechiel. 28. *Vt territo homini ostendat, quid ipse si superbiat, de elationis suæ culpa passurus sit, si feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloriam tantæ claritatis eleuauit.* Perpendant diligenter sequentia hæc tanti doctoris, principes terræ in vtroque foro potentissimi. *Consideret ergo homo, quid elatus in terra mereatur: si & prælatus Angelis Angelus in cœlo in terrã de cœlo presternitur.* Notũ quippe illud.[h]

b Cõcil. Sard. c. 4. Can. Osius epist. 6. q. 4.

c Glossa in casu.

Condemnati in concilio generali possunt ad Papa prouocare tribunal.

Iudicium de Papa soli Deo reseruatur.

Ennodius Diaconus in Apologetico pro Papa Symacho.

d Can. aliorum 9. q. 3.

e Glossa formidinem ibi.

f Ca 45. Principium dist. 2. de pœnit. causa 33. q. 3.

g S. Greg. lib. 32. cap. 24.

C

D

h Horat.

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Et secundũ mensurã delicti, erit & plagarum modus. Delictum autem eo maius, quo à potentioribus perpetratur, qui non solum opere, sed & exem-

Cicer. l. 3 de legib.

A plo grauissime peccant: propter quod grauissimis eos Deus suppliciis vlciscetur, iuxta Prophetæ oraculum. *Potẽtes potenter tormenta patientur*, præsertim illi, qui non habent in terris à quibus indicentur, vt Rom. Pontifex iuxta[i] leges sacras: & vt scribebat Anterus Papa ad Episcopos prouinciæ Beticæ & Toletanæ,[k] *Facta subditorum iudicantur à nobis, nostra verò iudicat Deus.* Nõ reges, nõ imperatores, non respublicæ ciuiles, non omnes hominum cætus iure sociati, non ipsa denique generalia concilia hoc sibi ius in Romanum pontificem animaduertẽdi possunt vsurpare. Hoc sacra, & Apostolica sanctio[l] cap. Significasti de electione, & electi potestate definiuit, vbi circa finem hæc habet Paschalis Papa ex Epistola ad Panormitanum Archiepiscopum. *Aiunt in concilijs sta-* B *tutum non inuenirs* (scilicet vt ante præstitum iuramentum Papæ non detur pallium electo Archiepiscopo.) *Cui respondet obiectioni Paschalis pontifex: quasi Romanæ Ecclesiæ legem concilia vlla præfixerunt: cum omnia concilia per Romanæ Ecclesiæ authoritatem & facta sunt, & robur acceperunt, & in eorum statutis*[m] *Romani pontificis patenter excipiatur authoritas.*[n] Quæ tanta est, tantarumque virium super omnem aliam, quæ posset esse in toto mundo celsissima, vt huic sanctissimi patris authoritati præbere consensum, humili corde in obsequium fidei captiuato credere, credendoque parere, quã totius mundi aduersanti opinioni applaudere satius esse iudicem. Nec in hoc ego iudicium sine magno duce, atque doctore feror. Sanctus quippe Hieronymus mecum est, qui me in hoc sistentem præclara hac ad Damasum confessione confirmat, qua sic sanctum pootificem reuerenter affatur.[o] *Hæc est fides Papa beatissime, quam in* C *Ecclesia Catholica didicimus, quamque semper tenuimus, & tenemus: in qua si minus peritè, aut parum cautè forte aliquid positum est emendari cupimus à te, qui Petri, & fidem, & sedem tenes: Si autem hæc nostra confessio Apostolatus tui iudicio comprobatur, quicumque me culpare voluerit, se imperitum vel maleuolum, vel etiam non Catholicum, non me hæreticum comprobabit.*[p] Quia quod Papa approbat non licet alijs improbare, inquit Glossa cõprobabitur, iuxta sensus, & argumenta sacrorum canonum, ibi citatorum. Proinde ad omnes Episcopos per vniuersas prouincias cõstitutos.[q] Hormisda Papa præclare. *Nemo mihi*, inquit, *alia qualibet contra authoritatem sedis Apostolicæ cõstituta conijciat, quia quidquid contra illius definitionem* (*in qua Spiritum sanctum credimus locutum*) *sicut in concilio 318. Episcoporum Nicæno* (vt ante meminerat,) *dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam pericu-* D *losum esse non dubito.* Quoniam aduersus illam agere, *quæ mater est fidei*,[r] Nicolaus Papa secundus, *nihil aliud esse credidit quam fidem Christi Domini violare*, & ab illius puritate, vt loquitur Apostolus, *sine conscientia naufragare*, atque in his sanctorum Patrum & canonum sacrorum testimonijs præsentis capitis terminus hærebit.

Sap. c. 12.

i Can. nemo iudicabit 9. q. 3.

k Anteri Papæ epi. ad Episc. Bæticæ & Tolet. can. 13. facta subditorũ 9. q. 3.

l Ca. Significasti. 4. de electione, & electi potestate. l. 1. decretaliũ tit. 6.

Rom. Pontifici concilia legem non possunt imponere.

m Can. Dudũ 3. q. 6.

n L. Imperatores ff ad municipalẽ.

Satius à partibus Rom. Pontificis in rebus fidei sistere quam totius mundi opinioni contraria credere.

o S Hieron. in exposit. symboli ad Damasum. Can. 13. hæc est fides 24. q. 1.

p Glossa comprobatur c. 13. 24. q. 1.

q Hormisda Papa ad Episcopos per vniuers. prouinc. cõstitut.

r Nicol. 2 ep. ad Mediolan. per legatum suum P. Damianum.

s 1. Epi. Tim. c. 1.

CAP. XVII.

Suprema illa atque Monarchica Rom. pōtificis maiestas eo perfectior, & illustrior quo in summa potestate diuinitus à Christo Domino non ab hominibus, neque per homines data humilior, ac clementior est, ac proinde amore, honoreque maximo dignior.

1. *Romani Pontificis latissima, & amplissima dominatio, & potestas per totum mundum, à qua vniuersalis Dominus pastor, ac Episcopus meruit solus appellari.*
2. *Qua summa admixta humilitati, & clementi charitati perfectior, ac illustrior efficitur.*
3. *Propter hanc in omnes Christianos greges benignitatem, & clementem summa conditam humilitate charitatem, non solum Dominus Ecclesiarum, sed & pater omnium fidelium sanctissimus semper appellatus est: eiusque Monarchia non tam regia, quam (quod dulcius est) paterna nominata. Maiori propterea honore, veneratione, ardentiorique dilectione prosequenda.*

Amplitudo imperij in terris Rom. Pont. amplitudo imperij Christi est.



Qvi Romani Pontificis amplitudinem imperij, spiritualis, sacræque magnitudinem monarchiæ in verbo Dei, Christique Domini institutione altissimis, æternisque defixæ radicibus nescire se dixerit, vt ignorare desinat, audiat hæc ad vnigenitum suum saluatorem mundi veritatis æternę Dei Patris eloquia, [a] *Dabo gētes tibi hæreditatem tuam, & possessionē tuā terminos terræ.* Vt sacrum spiritualeque illius imperiū in terris super omnes homines, qui sin ouilis ambitu cōtinerentur, nō angustioribus finibus quā toto oceano, mariq; vniuerso terminaretur. In quā imperij latitudinem mentis oculos propheta reflectens vaticinando clamabat, non vt ante incarnationem. [b] *Notus in Iudæa Deus, in Israel magnū nomen eius.* Sed illud post eius in cœlos ascensum. [c] *A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen eius.* Huius amplitudinem imperij à gloriosa resurrectione sua triūphantiq; ab inferis egressu suis Apostolis significare volens, [d] *Data est mihi*, inquit, *potestas in cœlo, & in terra*, Quam vt diuinitus prædicarent, misit eos in vniuersum mundum prædicare Euangelium, regnumque suum omni creaturæ, vt suo excepta ouili, baptisata, & sapienter erudita saluaretur: Propter quod, [e] *in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines terræ verba eorum.* Hoc vero imperium per omnes gentes, mundique plagas diffundēdū Christus Dominus recedēs à terra, suosque conspectu visibili relinquens, primum S. Petro Apostolorum coryphæo, deinde alternantibus seculorum fluxibus sessuro in Petri cathedra Romæ fixa immobiliterque fundata pontifici credidit, vt iam non sit aliud Romani Pontificis Imperium, quam Christi: cuius per omnem terram vices vicarius, caputque visibile

a Psal. 2. v. 8.
b Psal. 75. v. 2.
c Psal. 49. v. 2.
d Matth. 28.
e Psal. 18.

Tom. I.

A mystici corporis sacras exercet. Propterea Christus sub Rom. voluit nasci Imperio, non sane sine mysterio, vt Romano pontifici debitam ab omnibus obedientiam tali signo præmonstraret, quod eleganter Orosius his verbis expressit. *Christus Romano censui statim adscriptus est, vt natus, Christianus vero Romanæ Ecclesiæ statim adscribitur, vt nascitur: Christus dicendus erat Romanus ciuis, census professione Romani: Christianus est Romanus eius fides, & obedientiæ professione Romanæ. Christus sub Imperio Rom. nascitur, Christianus sub Pontificatu summi Pontificis Romano renascitur. Christus Romano Imperatori obediens in Bethleem oritur: Christianus Romano Pontifici obtemperans in Ecclesia vitam ducit.* Non obscure in plenitudine temporis na-

Orosius l. 6 c. vlt.

Christus Dominus sub Imperio Rom. voluit nasci, vt futurum Roman. pontific. Imperium spirituale præsignificaret.

B scendo sub Rom. Imperio, omnium quæ vnquam extiterunt amplissimo, sui vicarij Romani Pontificis monarchicam amplitudinem, & fortitudinem præsignificare voluit, & indicare, quam exitus, effectusque probarunt; esseque vnum Domini, & serui, summi patris familias, & dispensatoris, principis & ministri, pastoris eminentiæ, & excellentiæ & vicarij, capitis inuisibilis, & principalis, & capitis visibilis, & ab inuisibili dependentis, Christi denique Domini saluatoris nostri, & eius principalis legati Romani pontificis Imperium latius patens [f] religione diuina, quam ethnicorum Augustorum Imperium dominatione terrena. Hæc de Ecclesiastici dilatatione, atque magnitudine Imperij: de fortitudine vero dixit Christus, *Portæ inferi non prævalebunt aduersus eam.* Cuius fultus oraculo Christianus poëta in hæc verba, Actor. 12.

Non est aliud Imperiū Rom. Pontific in terris spirituale quam Christi Domini.

f S. Leo serm. de S. Apostolis Petro & Paulo.
g Math. 16.
h Arator Poëta apud Bedā Act. 12.

C *Venerunt ad portam ferream, quæ vltra aperta est:* Ista religiose canebat.

Ferrea quid mirum siccedunt ostia Petro,
Quem Deus ætheræ custodem deputat aulæ,
Ecclesiæque suæ faciens retinere cacumen
Infernum superare iubet.

Propter hanc fortissimi imperij, monarchiæque Pontificiæ magnitudinem, immensa per totum mundum extensione dilatatam, eius rector, ac princeps Papa Romanus Pontifex maximus, & vniuersalis Ecclesiæ Christianæ præsul, ac Episcopus Episcoporum omni tempore ab ipsius Ecclesiæ nascentis incunabulis appellatus est. Hoc modo S. [i] Sixtus martyr Papa paulo antequam gloriosè vitam martyrio finiret, suorum more prædecessorum se pontificem maximum, & vniuersalē Ecclesiæ Catholicæ & Apostolicæ Episcopū, vt ex illius secundæ constat Epistolæ titulo nomi-

Propter fortitudinem & amplitudinem Ecclesiastici Imperij orbe toto diffusi Rom. pōt maximus & vniuersalis Episcopus dictus est.

i S. Sixt mart. tit. epist. a pōtifex maximus, & vniuersalis Eccl. Episc.

D nauit, & ante eum [k] Tertullianus, licet tum transfuga, & hostis Christianæ factus Ecclesiæ hoc Romanū præsulē titulo decorauit, hæc dicens. *Audio etiam edictum propositum & quidem peremptoriū, scilicet Pontifex maximus Episcopus Episcoporum. Ego & mœchis, & fornicarijs delicta pœnitentia functis dimitto.* Et S. Cyprianus cum fidei professione quorumdam confessorum post eiuratum errorem, in quem seducti à Nouatianis impegerant, hæc de vniuersali Romani Pontificis per omnē Ecclesiam iurisdictione, atque dominatione dixit. [l] *Nec ignoramus, verum Deum esse vnum, vnum Christum esse Dominum: quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in Catholica Ecclesia esse debere.* Sic Tiburtius martyr, Caium Papam cum quo cupidus martyrij Romæ manere desiderabat, ardenter Episcoporum omnium Episcopum his cum verbis obtestans appellabat. *Obsecro pater, & Episcoporum Episcope ne me patiaris ter-*

k Tertul. l. de pudicit. c. 1.
l S. Cypr. epi. 49.
Tiburt mart.

a l. Arnob. c. 6. & 7.

ga *persequentibus dare, &c.* [a] Simili honoris titulo Rom. Pontificem Arnobius religiose cohonestauit, in eundem veritatis scopum sancti illi Nicænæ primæ synodi patres collineare videbantur, cũ Rom. Pont. patriarcharũ, prælatorũque omnium principem super omnes gentes, ac populos, vniuersalemque Christi Domini Ecclesiæ constitutum pastorem, cum honore maximo nuncupabāt. Cui quidem non sunt assignati certi quidam greges sicut alijs Episcopis, & pastoribus singuli singulis, sed vniuersi crediti, *nec modo ouium, sed pastorum*, vt sanctus loquitur Bernardus, [c] *Ille vnus omnium pastor.*

b Concilij Nicæni c. 39. ex arabico.

c S. Bern. l. 2. de consid. c. 8.

Theodos. iunior cum Valent. 3.

Propterea Theodosius iunior perenni sanctione decreuit, sui vires imperij sanctæ Ecclesiæ protectioni, defensionique consecrando submittens, vt omnes omnium prouinciarum pastores, Episcopi, alijque prælati huic vniuersali iubenti pastori parerent, ad illius obsequium sua vota captiuarent. *Hac perenni*, inquit, *sanctione decernimus, ne quid tam Episcopis Gallicanis, quam aliarum prouinciarum, contra consuetudinem veterem, liceat sine viri venerabilis Papæ vrbis æternæ authoritate tentare: sed illis omnibusque pro lege sit, quidquid sanxit vel sanxerit Apostolicæ sedis authoritas. Itaut quisquis Episcoporũ ad iudiciũ Romani antistitis euocatus venire neglexerit, per moderatorem eiusdem prouinciæ adesse cogatur, per omnia seruatis quæ diui parentes nostri Romanæ Ecclesiæ detulerunt, &c.* Propter eandem principatus monarchici magnitudinem Rom. Pontificem [d] Calcedonensis synodi patres hoc vniuersalis titulo decorauerunt; & orthodoxi monachi literas suas ad Hormisdam papam missas hac inscriptione notauerunt.

Iubenti Rom. pōtifici omnes Episcopi obedire tenentur.

d Cōcil. Calced.

[e] *Sanctissimo, ac beatissimo vniuersi orbis terræ patriarchæ Hormisdæ continenti sedem principis Apostolorum Petri deprecatio, & supplicatio minimorum Archimandritarum, & cæterorum monachorum secundæ Syriæ prouinciæ, &c.* Hanc vniuersalem orbis Christiani toto mundo diffusi curam sibi S. Leo à Domino creditam agnoscens, pro qua dies, noctesque sub laborum, vigiliarumque ponderibus volũtariè gemebat, ad principes varios Augustos, Augustasque rescribens, vniuersalem Catholicæ Ecclesiæ præsulem, & Episcopum se nominare consueuit, vt epistolam [f] ad Marcianum Augustum tali insigniuit titulo. *Leo Episcopus Rom. & vniuersalis Ecclesiæ.* Simili alias epistolas [g] ad Eudoxiam Augustam, [h] ad Leonem Imperatorẽ, & ad [i] Maximum Episcopum Antiochenum, [k] aliosque, quos suarum intentionum, conciliorũque literis fecit participes consortesque titulo notat. Hadrianus 2. suum antecessorem Nicolaum 1. vniuersalem Episcopum appellat in colloquio, quod habuit cum orientalibus orthodoxis apud [l] Anastasium biblioth. simili vniuersalis, & œcumenici Episcopi titulo [m] Stephanum papam 6. sua ad eum legatione decorarunt.

e Monachorum orthodoxorum epist. ad Hormisdam vniuersi orbis Patriarcham vocantium. *Extat hæc epistola inter Hormisdæ epistolas ante epist. 21.*

S. Leo se vniuersalem Episcopum nominat.

f S. Leo ep. 57.

g Epist. 69.
h Epist. 97.
i Epist. 66.
k Epist. 14.
l Anast. bibl. in Adrian. 2. an. 868.
m Orient. Episc. epist. ad Stephan. 6.

Sed illius vniuersalis Episcopi nomen catholicæ Ecclesiæ quod Romani pontifices sibi solis debitum iure meritóque vendicarunt, non ea scelerata, sacrilegaque significatione venit vsurpandum, qua se superbissimus, & audacissimus Ioannes ille patriarcha Constantinopolitanus vniuersalem Episcopum iniustissime nominabat, vt idem sit vniuersalis Episcopus, atque singularis, & vnus solus, præterquem non sit alius vere Episcopus, sed tantum huius Episcopi vniuersalis vicarius. In quem propterea S. Gregorius tam iuste Christianæ pietatis, ac veritatis zelo defendendæ concitatus excanduit, vt cum sic eum indignatus affatur. [n] *Quid in illo terribili examine venientis iudicis dicturus es, qui non solum pater, sed etiam generalis pater vocari appetis?* In quibus postremis verbis *generalis pater*, plane ad Græcum nomen videtur allusisse, Græci quippe οἰκουμενικὸν dicunt ἀπὸ τῆς οἰκουμένης quod est orbis terrarum. Ex quo patet accepisse sanctum Gregorium nomen vniuersalis pro singulari, & vno solo præter quem nemo sit: sicut dicitur ecclesia vniuersalis vna singularis toto orbe diffusa, extra quam nulla esse potest ecclesia. Quod in eadẽ epistola ad eumdem prodigiosè superbũ hæc S. patris verba satis insinuãt: [o] *nullus vnquã tali vocabulo appellari voluit, nullus hoc sibi temerarium nomen arripuit: Ne sibi in Pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegasse videretur.* Et in hac significatione nomen vniuersalis episcopi alicui in Ecclesia attribuere maximum esset sacrilegium: cum soli Christo Domino competere possit, qui [p] est, [q] *Vnus solus & singularis Pontifex & sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Cæteri sub illo & ab illo & illius vicarii pastoralia munera exercẽt: hoc enim sensu Christum Dominum S. Gregorius [r] vocat vniuersale caput & pastorem Ecclesiæ, epistola ad omnes Episcopos, de priuilegio collato monasterio S. Medardi. Ideoque hunc superbissimũ Ioannem, quod sic sibi nomen vniuersalis arrogaret, cum Lucifero, Dei altissimi æqualitatem affectãte, S. Gregorius in eadem epistola comparat: [s] hęc sequentibus adnectens, vt eius arrogantis animum inflecteret, atque à tam superba sacrilegaque œcumenici nominis vsurpatione reuocaret: *Quis rogo in hoc tam peruerso vocabulo, nisi ille ad imitandum proponitur, qui despectis Angelorum legionibus secum socialiter constitutis ad culmen singularitatis conatus est erumpere, vt & nulli subesse, & omnibus præesse videretur: qui etiam dixit,* [t] *in cælũ ascendã, super astra cæli exaltabo soliũ meũ, sedebo in mõte testamẽti, in lateribus aquilonis, ascẽdã super altitudinẽ nubiũ similis ero altissimo. Quid enim fratres tui õnes vniuersalis Ecclesiæ Episcopi, nisi astra cæli sunt? quorum vita simul & lingua inter peccata erroresque hominum, quasi inter noctis tenebras lucent. Quibus dũ cupis temetipsum vocabulo elationis præponere, eorũque nomen tui comparatione calcare, quid aliud dicis, nisi in cælum ascendam, super astra cæli exaltabo soliũ meum? an non vniuersi Episcopi nubes sunt, qui & verbis prædicationis pluunt, & bonorum operum luce & miraculis coruscant? quos dum vestra fraternitas despiciens, sub se premere conatur, quid aliud dicit, nisi hoc quod ab antiquo hoste dicitur: ascendam super altitudinem nubium.* Addam & ego huic sanctissimo doctori, cum Christus Dominus qui est Deus altissimus cum patre & Spiritu SS. dicatur solus vniuersalis, scilicet singularis & vnus summus sacerdos & pontifex vniuersorum, vt ait Apostolus, [u] & [x] propheta qui hoc vniuersalis nomen in hoc sensu sibi vsurpare non exhorrescit, quid aliud dicit nisi cum Lucifero, *Ascendam in cælum, & ero similis altissimo?* Atque idem sanctus hoc nomen vniuersalis vsurpare soli conueniens Christo, esse contra fidem: *Insito*, inquit, *vocabulo consentire nihil aliud est quam fidem perdere.* præcursuremque Antichristi huius nominis vsurpatorem [y] ad S. Cyriacum Constantinopolit. Episcopũ scribẽs appellat. Ideo Leo nonus

Nomen vniuersalis in duplici significatione.

1. Pro singulari & vno solo Episcopo

Execrabatur S. Greg. Ioannem Constantinop quod se vniuersalem Episcopũ arrogãter nominaret.

n S. Greg. l. 4. ep. 38. in dict. 13.

o S. Greg. l. 4. epist. 38. ind. 13. ad Ioannẽ Constantin.

Soli Christo debetur nomen Episcopi vniuersalis in primo signif.

p S. Paul ad Hebr. c. 9.
q Psal. 109.

r S. Greg. l. 12. ep. 32. veteris edit.

s S. Greg. l. 4. epist. 38. indict. 13.

Comparat. S. Gregorius arrogantiã Ioannis se vniuersalem Episcopum appellantis cum superbia Lucifero.

t Isa. 14.

u S. Paul. Heb.
x Dauid Psal. 109.

y S. Greg. l. 4. epist. 39. indict. 13.

Contra fidem est nomen vniuersalis hac prima significatione vsurpare: & qui hoc vsurpat Antichristi precursor est, Ex eod. sancto.
a l. 6. Epi. 30.
b Leon. 9. ad Michaelem Patriarcham Constantin.
Nota has omnia, vt alia similia concil. dicantur de nomine vniuersalis.
c Hebr. c. 9.

A sic Michaelem Constantinopolitanum Patriarcham huius insolentis nominis titulo vsurpatione nefaria gloriantem iusti doloris & indignationis ardore inflammatus obiorgebat: *Qualis vero*, inquiebat Leo 9. *& quam detestabilis atque lamentabilis, est ista sacrilega vsurpatio, qua te vniuersalem Patriarcham iactas vbique & scripto & verbo, cùm omnis Dei amicus huiusmodi hactenus horruerit honorari vocabulo? & quis post Christum conuenientius, posset insigniri hoc vocabulo quam cui dicitur diuina voce, Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam? Verum tamen quia ille non inuenitur vniuersalis Apostolus dictus, quamuis princeps Apostolorum sit constitutus, nullus successorum eius tam prodigioso prænomine consensit appellari penitus* (scilicet in hac prima significatione accepto qua soli Christo cõueniat) quem Apostolus dixit. *Astitisse*[c] *Pontificem futurorum bonorum, &c. Licet magno Leoni prædecessori nostro & successoribus ipsius hoc sancta decreuerit Chalcedonensis synodus.* Sed non est credibile synodum œcumenicam hoc nomen vniuersalis in hac prima qua Christo soli cõpetit significatione, S. Leoni & successoribos eius attribuisse atque detulisse, nisi per participationem & similitudinem tantum. At[d] Leo 9. accipiens illud nomen ad rigorem in prima illa significatione subdit.[e] *Nempe animaduertebant* (scilicet successores S. Petri, vt Leo 1. *Non esse amicum sponsi qui pro sponso vellet amari: qui potius paranymphum & lenonem, Antichristi: qui aduersatur & extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, &c.* Post hæc exprimit Leo 9. qua iudicij diuini acerbitate impius ille Ioannes Constantinopolit. Patriarcha, quod primum sibi tempore Heraclij Imp. hoc vniuersalis nomen insolentissima superbia vendicauerit, vnà cum suis successoribus eius impietatis æmulis: nunc in inferno flammis æternis sine commiseratione in vltionem sceleris tanti torqueatur, &c.

d Ibid.
e Ibedem.

Alia vniuersalis significatio in qua solus Rom. Pontifex vniuersalis Episcopus appellatur.

Est autem alia præter priorem vniuersalis Episcopi significatio, qua quis in Ecclesia Dei sic appellatur, cum cæteris aliis Episcopis ac prælatis in sua integritate, dignitate & natura remanentibus præeminet ac superior est, tanquam princeps summus, & rex inter alios minores & subalternos principes, duces ac magistratus: qui quamuis tales sint ex institutione sua, tamen summo principi ac regi subduntur ab illius dependentes Imperio. In qua significatione solus Roman. Pontifex vniuersalis Episcopus, omnibus siue Patriarchatus siue Archiepiscopatus dignitate fulgeant exclusis, absque vllo fastu, typhoque superbiæ dici nuncupari que debet, vt ex supra citatis locis clarissimè patet. Cum illud nomen id quod est exprimat, nempe curam pastoralem vniuersi Ouilis Domini toto orbe sparsi atque diffusi ipsi summo Pontifici creditã: & in hac acceptione vniuersalẽ se Ecclesię dominicæ pastorẽ ac Episcopũ si non ijsdẽ verbis, saltem ęquipollentibus atque similem sensum habẽtibus, ipsemet S. Gregorius appellauit: vt cùm ait,[f] *hæc sedes Romana speculationem suam toto orbi indicit, & nouas constitutiones omnibus immittit*: In quo sensu[g] Rom. Ecclesiã omniũ gentium dominam appellat. Cumque sanctus ille in ea supra citata ad Ioannem epistola[h] & alibi D. Petrum primum membrum & caput vniuersalis Ecclesiæ, reliquos verò Apostolos singularium plebium capita fuisse testatur, seque S. Petri successorem æquè profiteatur, an non se vniuersalis Ecclesiæ pastorem vniuersalem esse confirmat? hoc minime

S. Gregorius se vniuersalem Episcopum Ecclesiæ exhibet.
f l. 4. 12 epist. 32 veteris edit. de priuilegio concesso sancti Medardi Monasterio
g S. Gregor. in Psal. 5. pœnitent.
h l. 4 epist. 38.

Ioannes Ecclesiæ Rauennensis Episcopus dissimulare potuit, cum ad S. Gregorium scribendo dixerit[i] *Quibus ergo ausibus sanctissimæ illi sedi quæ vniuersali Ecclesiæ iura sua transmittit, præsumpserim obuiare? &c.*

i Ioan. Rauen. epist. ad sanctum Gregor.
S. Gregorius ipso facto se vniuersalem Ecclesiæ Dei Episcopum demonstrauit.

Quanta vero præter hæc œcumenici pastoris ipse sanctus obierit & exercuerit officia, quis nescit? nisi qui eius diuinas ne quidem primoribus labris lucubrationes degustauerit? an non hoc est se vniuersalem Episcopum facto ipso profiteri, vniuersalis Ecclesiæ habenas moderari? omnibus tam Orientalibus quam Occidentalibus Episcopis iura dare? omnes de Christi grege iudicare? omnibus ius sibi inuiolatè seruari petentibus auctoritate Pontificia subuenire? appellationes ex omnibus mundi partibus ad suum confugientes tribunal soliũqoe recipere? omnes audire, nemi- B ni ad aures suas aditum præcludere? concilia congregare? probare vel improbare? Episcopis pallia dare? Metropolitanis diuersa diuersis Ecclesijs elargiri priuilegia, & alia id genus? quæ S. Gregorium toto sui decursu Pontificatus dignissime perfecisse illius variæ Epistolæ, aliaque maximæ virtutis monumenta testantur. *Plenitudo si quidem potestatis*, vt cum S. Bernardo loquar.[l] *Super vniuersas orbis Ecclesias singulari prærogatiua Apostolicæ sedi donata est. Qui igitur huius potestati resistit, Dei ordinationi resistit.* Post hæc in quãta quãq; multa & magna se latissimè Pontificis auctoritas extendat, talia contineoti orationi subdendo demonstrat: *Potest si vtile iudicauerit nouos ordinare Episcopatus vbi hactenus non fuerunt: potest eos qui sunt alios deprimere, alios sublimare, prout ratio sibi dictauerit: Itaut de Episcopis Archiepiscopos creare* C *liceat, & è cõuerso, si necesse visum fuerit, potest à finibus terræ sublimes quascumque personas Ecclesiasticas euocare, & cogere ad suam præsentiam non semel aut bis, sed quoties expedire videbit.* Hoc autem nomẽ vniuersalis quicumque Episcopus vsurpare audet excepto Romano Pontifice, impius, hæreticus, sacrilegus est, vt post S. Gregorium clarissimè Adrianus Papa[m] ad Augustos Orientales Constãtinum & Irenem filium & matrem scribendo declarauit. Ipsi Græci & Oriẽtales gloriæ Romanæ Ecclesiæ æmuli, hoc vnioersalis Episcopi in toto orbe nomen Christiano Pontifici non denegarũt, sed illi precibus ac muneribus Rom. Põtifici persuadere conati sunt, vt Patriarchę Constantinop. nõ in toto orbe, sed solũ in orbe Orientali nomen illud vniuersalis indulgeret. A qua iniqua postulatione omoes boni penitus abhorrentes generosè D reclamarunt: vt Glaber his verbis ostendit. *Circa annum igitur Domini millesimum vicesimum quartum Constantinopolitanus præsul cum suo principe Basilio, alijque nonnulli Graecorum consilium inierunt. Quatenus cum consensu Romani Pontificis* (Ioannis 20. tunc sedentis) *liceret Ecclesiam Constantinopolitanam in suo orbe sicut Roma in vniuerso, vniuersalem dici & haberi. Qui statim miserunt qui deferrent multa & diuersa donorum xenia Romam, tam Pontifici, quàm cæteris quos suæ parti fauere conspicerent.* Verùm his donis atque corruptionibus Græcos nihil quicquam apud Romanum Pontificem (scilicet Ioannem 20. fecisse Glaber docet, ista post subiungens: *Non enim potest*, inquit, *falli summa veritas qua spopondit:*[n] *portæ inferi non præualebunt aduersus eam*: Addidit constantiæ papæ robur ne id importunè rogantibus Orientalibus elargiretur, exhortatoria Epistola Guillelmi Ab-

k S. Greg. l. 4. epist. 55. l. 4. epist. 7. l. 2. epist. 52. & 64. ad Nasletem l. 4. epist. 30. & 50. 51. 52. &c.
l S. Bernard. epist. 131.
m Hadriani Papæ epist. ad Constant. & Iren. Imp.
Glaber l. 4. c. 1. hist.
Græci agnoscũt Roman. Pontificem esse vniuersalem Episcopum in toto orbe, sed nituntur à Papa impetrare, vt Patriarcha Constant. dicatur vniuersalis in orbe solũ Oriẽtali, quod consequi non potuerunt.
n Ibid. Glab. Matth. 16.

batis S. Benigni in Burgundia sapientissimi, ad ipsum Ioannem 20. Pontificem, quam in eodem libro Glaber recenset atque describit.

Ex his quæ longo orationis tractu fluxuque sermonis dicta sunt, quam magna & ampla Romani Pontificis dignitas atque dominatio notius est, quàm vt diutius maiorẽ sciscitando probationem sudemus: vereque illud Dauidicum de primatu huius œcumenici pastoris dici poterit. *Magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est numerus.* Sed quò hæc maiestas Monarchæ Ecclesiastici maior & amplior eò propter maximam qua condita est humilitatem, excellentior & perfectior haberi debet. Quæ humilitas tanta est, vt ipse Romanus Pontifex in tanta dignitatis honorisque celsitudine collocatus, *se seruum seruorum Iesu Christi appellare consueuerit*: se ipsum quantò maior est, tantò se profundius humilians sibi creditis populis: vt maiorẽ inueniat gratiã apud eum, cuius in terra vicarius est: qui dixit, [a] *Discite à me quia mitis sum & humilis corde*, sicut sanctus [b] Paulus *seruum eorum quos Christo* [c] *Domino parturiuerat*, se profitebatur; *ne magnitudo reuelationum eum extolleret.* [d] *Non nosmetipsos*, inquit, *prædicamus, sed Iesum Christum, nos autem seruos vestros per Iesum.* Mira humilitas eorum se seruum confiteri, quorũ se alibi dicit esse patrem. *Per Euangelium*, inquit, *ego vos genui*: Sic Papa per humilitatẽ eorum se seruum esse dicit, quorum pater, princeps, & pastor summus à Christo Domino *constitutus est* [e] *super montem Sion prædicans præceptum eius.* Sicut Christus Dominus præceptum patris: licet tanta Pontificis humilitas, nil summæ eius auctoritati detrahat, sed magis hæc humilitate tanta refulgeat. Sicut in Apostolo Maximus humilitatis & auctoritatis Apostolicæ simul iunctarum fulgor emicabat: vt ille qui se Corinthiorũ seruum per Iesum Christum humiliter asserebat, alibi eisdem suæ Apostolicæ eminentiam potestatis eximia conditæ charitate sapienter exprimens ita loqueretur, [f] *quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis?* Sic Romanus Pontifex à spiritu sãcto moderatus & instructus, vtriusque virtutis humilitatis & mansuetudinis excellentiam cum Pontificia maiestate atque potestate ad saluãdas animas religioso atque salutari mysterio copulare solet: agnoscens per magnam sui abnegationem se iuxta piam ad Eugeniũ Papam, [g] sancti Bernardi considerationem *eleuatũ esse super gentes, & regna ad ministrandum potius, quàm ad dominandum*, more scilicet regum gentiũ, Christi Domini exẽpla sequendo, [h] *qui cùm esset rex regum, & Dominus dominantiũ*, nihilominus de seipso dixerat, [i] *filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.* Dignissimum obseruatione huius humilitatis cum celsitudine dignitatis, copulatæ in persona S. Leonis Rom. Pontificis habemus exẽplum. In quo admirabilis in propria persona humilitas apparuit, & maxima in dignitate tuẽda animi celsitudo. qui in summæ potestatis Pontificiæque maiestatis apicem diuinitus euectus, cum aliquando ad populum concionãdo, dom ad exiguitatis suæ tenuitatẽ, & ex altera parte ad amplitudinem muneris adepti respiceret, sic intra se stupefactus præ rei nouitate rerumque valde dissimilium antithesi loquebatur: [k] *Ego etiam illud Propheticum debeo proclamare: Domine audiui auditum tuum & timui:* [l] *Cõsideraui opera tua & expaui: quid enim tam insolitum, tam pauẽdum, quàm labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti?* Postea verò sublimitatem honoris maximi in quam S. Petri Apostolorum principis successor, miseratione diuina cõscenderat, animaduertens, fortique animi cogitatione perpendens ista superioribus addidit: *Rationabili obsequio celebratur hodierna festiuitas, vt in persona humilitatis meæ ille intelligatur, ille honoretur; in quo & omnium pastorum solicitudo & cõmendatarum sibi ouium custodia perseuerat: & cuius etiã dignitas in indigno hærede non deficit: vnde venerabilium quoque fratrũ & consacerdotum meorum desiderata mihi & honorãda præsentia, hinc sacratior est & deuotior, si pietatem eius officij, cui quo adesse dignati sunt, ei principaliter deferunt, quẽ non solùm huius sedis præsulem, sed omnium Episcoporum nouerunt esse primatem.* Magna *in principe virtus humilitas honorata*, dicebat [m] S. Bernardus: exinanire seipsum propter Christum, cùm sit ipse maximus per Christum; non pudere se fateri ea se nescire quæ optime sciat, non existimare se aliquid esse cum omnibus mundi principibus dignitate præeat & antecellat: Denique præ magna sui despiciẽtia & humilitate agnoscere se omnis eruditionis ignarũ ac imperitum cum sit ipse doctrina singulari bonarum omnium sacrarumque artium studijs illustrissimus. Vt Benedictus ille 12. Ioannis 22. successor in Narbonensi Gallia humili loco natus monachus, ac postea Cisterciensis Abbas, integræ apud omnes famæ: quem electum plurimum Cardinales mirabantur, & ipse in hanc vocẽ erupit. [n] *Profectò asinum elegistis*: Sentiebat siquidem vir pius, licet sapientia & doctrina esset admirabilis, accusator sui & propriæ professor infirmitatis, longè se Pontificia dignitate indignissimum: ad cuius fastigium Cardinalium suffragia eorum intus spiritu sancto potenter interiora monente sublimauerant.

Hac humilitate in summa potestate, Romani Pontificis benignitas, clementia, bonitas & amor, in ouilis Christiani greges non inferior ab omni æuo factis egregiis illuxit, resplenduitque mirandis. De mansuetudine & clementia S. Damasi in hostes prostratos, [o] ait S. Hieronymus *Romanum Pontificẽ iam penè factionis laqueis irretitum, & vicisse aduersarios, & non nocuisse superatis.* Ex magnæ clementiæ facinore S. Ambrosius [p] illum ad Ecclesiasticæ monarchiæ culmen apicẽque Dei iudicio subuectũ fuisse collegit. [q] Leo 3. tantæ clementiæ benignitatis atque misericordiæ in hostes suos inclinatione propendit, vt quamuis omni genere crudelitatis & immanitatis supra barbaricos furores insanientis oppressus ab illis vexatusque fuisset, ne ipsis quidẽ oculorum lumini quod præfocantes oculos extinxerãt, parcẽtibus: nihilominus Carolũ Magnũ exquisitissimis in eos tot scelera ausos immanissima tormentis animaduertere paratũ, magna pro illis, precum votorumque cõtentione interpellando deterruit; atque ne pœnis, quas iustissimè meruerant, asperrimis, illi nefandi subiugarentur, tandem ab assiduis non quiescendo deprecationibus, impetrauit.

Sed Alexandri 3. Pontificis quis non ineffabilẽ in Pseudopapam Ioannem Strumam Callisti vulgo nomine nuncupatũ, clementiam, charitatem, misericordiamque maximis affectã laudibus admirabitur? quem victum captumque, scelerũ suorum magnitudine confusum, cõscientiæ stimulis, ad pœnitentiæ refugium, maximis iactatum erroribus, aspirare nitentem, *Alexander ipse Pontifex,*

Magnitudini & amplitudini Monarchiæ Pontificiæ maxima humilitas adiuncta excellentiorem, perfectioremque illam reddit.

a S. Matth. 11. v. 29.
b Ad Gal. 4.
c 1. Cor. 9.
d 2. Cor. 4.
1. Cor. c. 4.
e Psal. 2.
f 1. Cor. 4.
g S. Bern. l. 2. de consider.
h Apoc. c. 19. v. 16.
i S. Matth. c. 20. v. 28.

In S. Leone Pontifice mirabilis humilitatis & magnitudinis animi in summo potestatis coniunctio.

k S. Leo serm. 2. de assumptione sua.
l Habacuc. 3.

Ibi. S. Leo.
m S. Bernard.

Benedicti 12. humilitas summa adiuncta dignitatis & eruditionis maxima.

n Masson. annal. l. 4. in Philippo 6. ex Platina & aliis circa annum 1330.

Benignitas & clementia pontificia sublimitati adiuncta maxima.

Damasi magna clementia in hostes.
o S. Hieron. Epist. 49.
p S. Ambr. epi. 30. ad Valent. iuniorem.
q Leon. 3. Papæ in hostes crudelissimos clementia ac misericordia ex eius vitæ actis.

Alexandr. 3. in Pseudo Papam clementia.

a Romualdus ist. annal. 78.

[a] inquit Romualdus Salernitanus Archiepiscopus, *vt erat pius & humilis, non obiurgauit, vel reprehendit, sed secundum innatam sibi mansuetudinem benignè recepit, dicens: frater gaudium est Angelis super vno peccatore pœnitentiam agente, quod suggestione diabolica vnitatem Ecclesiæ scindere voluisti, multū doluimus: & quod inspirante Domino ad eius vnitatem redire voluisti plurimum gaudemus, Romana Ecclesia quæ iuxta Iesu Christi magisterium inimicos diligere consueuit, te hodie pœnitentem in filium recipit, & pro malis bona tibi retribuere procurabit.* Hæc Papa misericors: subdit Romualdus author: [b] *De cætero Alexander Papa eum & in curia & in mensa sua honorificè habuit.* Si in hostes Dei Ecclesiæque rebelles in Romano Pontifice tantus misericordiæ, dulcedinis, & charitatis ardor illuxit, quantò in pios & obedientes, filios Christianæ religionis alumnos maior atque vehementior? Hinc est quod nō modo Dominus omniū Ecclesiarū, sed etiā pater omniū fideliū sanctissimus, cum omni religione honoreq; ab omni æuo vocatus sit. Vt omnes fidei pietatisque compotes intelligerent, Monarchiam Romani Pontificis in totum Christianorum orbem, non herilem, non tyrannicam, nec tam regiam aliorum instar principum terræ, sed paternam omnium, iudicio Aristotelis, Optimā planeque diuinam in mundo peregrinantem, proque gloriæ æternitate militantem, meritoriè splēdescere. In concilio Nicæno primo can. 39. inter octoginta canones ex Arabico translatos. *Roman. Pontifex pater primus, sicut Petrus appellatur: Cui,* (inquiūt SS. Patres) *data est potestas in omnes principes Christianos, & omnes populos eorum, vt qui sit Vicarius Domini nostri Iesu Christi super omnes populos & vniuersam Ecclesiam Christianam,* & sexcenti Episcopi in concilio sacrosancto Chalcedonensi congregati S. Leonem [d] in epistola ad illum, *Patrem appellant sanctissimum, seque illius obsequentissimos profitentur filios, rogantes eum, vt suis decretis suum scilicet totius synodi iudicium confirmando probandoque honorare dignetur.*

b Ibid.

3. *Romanus Pontifex propter suam in omnes fideles peccatores, vt redimat misericordiam & charitatem, pater dicitur dilectissimus.*

c Aristoteles lib 3. c. 14. Polit.

e Concil. Nicæni can. 39 ex 80. ex Arabico trāslatis.

d Concil. Chalced. ep. ad S. Leonem in fine act. 3. Concil.

B

C

[f] Sanctus Cyrillus epist. ad Cælestinum Papam, Patris quoque sanctissimi illum nominis honore dignatur: [g] Sic Atticus Nicopoleos Episcopus cum publicè in synodo Chalcedonensi actione 2. prædicaret, Dominum Ecclesiæ, ac patrem sanctissimum nominando miris extulit encomiis. Cuius patris omnes filij fideles principes ac populi vocem obedienter, vt salui fiant, audire debent: vt Symmachus Papa, Anastasio Imperat. eius salutis inflammatus amore opportunè importune suggerebat, vt cū illum sic affabatur. [h] *Tu si Christianus princeps es, qualiscumque præsulis Apostolici, debes vocem patienter audire.* Et sanctus Gelasius ad eū-

f S. Cyrilli Alexandr. epi. ad Cælestinū Papam. to. 1. Concil. editione e 19.

g Atticus Nicopoi Episc. in concione synod. Chalced act. 2.

h Symmachi Papæ Apolog. ad Imper. Anastas.

D

A

dem Augustum: [i] *Licet præsideas humano generi dignitate rerum terrenarum, tamen præsulibus diuinarum deuotus colla submittis:* Et postea. *Subdi te debere cognosce religionis ordine &c.* Sic Iustinianus Imperator Ioannem pontificem tanquam spiritualem omnium fidelium patrem omni veneratione obedientiæ & obsequij decorare professus est. [k] Nos (inquit) *reddentes honorem Apostolicæ sedi & vestræ sanctitati, quod semper nobis in voto fuit, & est vt decet patrem, honorantes vestram sanctitatem omnia, quæ ad Ecclesiarum statum pertinent, festinauimus ad notitiam deferre vestræ sanctitatis: quoniam nobis semper fuit magnum studium vnitatem vestræ Apostolicæ sedis, & statum sanctarum Ecclesiarum custodire.* Hæc Imperator magni faciens Imperij Pontificij mansuetudinem, ex lenitate dulcedineque patris appellationis. Inter Francos doctores atque prælatos doctrina singulari & pietatis insignibus illustres [l] Petrus Cluniacensis, *Summum Ecclesiæ pastorem atque patrem:* [m] Rothaldus Episcopus Suessionensis, *præsulem Apostolicum, omniūque Catholicorum parentē.* [n] Lupus Ferariensis ep. 12. *Papam vniuersalem, id est patrem patrum,* vt exponit [o] S. Antoninus, sicut ante eum [p] Hugo à sancto Victore, hoc honorifico patris patrum nomine, cū reuerentia maxima vocauerunt. His igitur piè prudenterque consideratis sanctissimi patris in summo sublimique Ecclesiæ principatu diuino iudicio constituti humilitate admirabili, clementia, benignitate & charitate sacro fœdere sociatis: quibus se ipsum despicit propriæ salutis vitæque prodigus, vt fidelium salutem curet, & in altius felicitatis gloriæque futuræ culmen prouehat. Quanto obedientiæ, obsequij, venerationis, & honoris affectu, hunc sanctissimum patrem, vniuersalis Ecclesię pastorē hierarchicum prosequi, amplectique omnes nos fideles conuenit: vt in eo diuinum numen sanctius adoremus? semperque illud [q] S. Cyrilli Alexādrini doctoris inter Grecos eloquentissimi, sicut religiosissimi cordibus animisque nostris firmiter deuoteque figamus, vt in praxim reuocatum effectu veneremur. *Petro omnes diuino iure caput inclinant, & primates mundi, tanquam ipsi Domino Iesu obediunt.* Idem debemus nos & qui membra sumus capiti nostro Romano Pontifici & Apostolicæ sedi adhærere, *& cum vnus omni mundo Papa præsideat* (inquit egregiè grauiterque Petrus Damianus, [f] *regesque plurimos in orbe terrarum sua cuiusque regni meta concludat, ideo quilibet Imperator ad Papæ vestigia currit, quod tanquam rex regum,* & princeps Imperatorum in spiritualibus nempe, cunctos in carne viuentes honore ac dignitate præcellat. Atque huius capitis præsentis librique finis esto.

i Gelasius ep. ad Imper. Anastas.

k Iustinianus honorem Paternum pontifici defert.

l 4. de summa Trinitate & fide Catholica

Petrus Cluniacensis l. pr. Epist 1.

m Rothaldus Suess.

n Lupus Feriariensis Epist. 10.


o S. Antoninus 3 part. summę Tit 00. c. 1. in principio.

p Hugo de officijs Eccles. c. 43.

q S. Cyrilli Alexandrinus in lib. Thesauri, quem citat S. Thomas opuscul. contra Græcos.

r Gennadius Græcus auctus lib. de primatu Romani Pontificis.

f Petrus Damianus Ep. 17. lib. pr.



SECVNDÆ PARTIS

LIBER QVARTVS:

IN QVO DE PLENITVDINE POTESTATIS & solicitudinis quam exercet Romanus Pontifex in gubernatione ac regimine vniuersalis Ecclesiæ tractatur, ac de aliis variisque ministrorum Dei gradibus ac dignitatibus varia in eius Ecclesia officia exercentium, vt vocati in partem solicitudinis vniuersali Pastori ac Principi solicitudinis omnium Ecclesiarum magnitudine vehemẽter exercito, piè, iustè, ac religiosè subseruiãt & opitulentur.

CAPVT PRIMVM.

De solicitudine ac cura maxima quam gerit Papa in regenda Ecclesia vniuersali, cum plenitudine potestatis.

1. *Papa Ecclesiæ, quæ est in terris regnum Dei, princeps & caput visibile, non habet aliud forum quam Dei.*
2. *Quam magna solicitudo Papæ, omnia grauiora Ecclesiæ negotia oneraque portantis.*
3. *Papa communis omnium fidelium pater necessitatibus eorum succurrens salutique prospiciens.*

Nihil aliud esse forum Papæ quam Dei.



TANTAM tamque sublimẽ super omnes humanę potestatis dignitatisque gradus eminentẽ, S. Petri in Ecclesia Dei fuisse pręstantiam & auctoritatẽ, in eius successoribus Romanis Pontificibus cum splendore diuino fulgentẽ, vsque ad consummationẽ seculi permansurã, Christi D. decretũ & oraculum nos certa veritate firmatos edocuit: vt non aliud esse forũ tribunalq; Romani Põtificis, quã ipsius Dei Christique D. sacrorum canonũ imbuti doctrina credamus. Vt sicut in cęlo omnes beatorũ spirituũ ordines Deo ipsi æterno Monarchæ cum maxima reuerẽtia deuotissimo tremore obsequioque procumbunt: sic in terra omnes fideliũ agnorum, & ouium, populorũ & principũ, subditorũ, prælatorũque gradus ipsi Rom. Pontifici, loco Dei cum omni honore obediẽtiaque fidelissima submittũtur. *Nec vilẽ reputes formam hanc quia in terra est, exemplar habet è cælo,* aiebat [a] S. Bernardus ad Eugenium: *Neque enim filius potest facere quicquam,* [b] *nisi quæ viderit patrem facientem. Præsertim cùm ei sub Moyse dictum sit:* [c] *vide omnia facias secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est, viderat hoc qui dicebat.* [d] *Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo à Deo paratam. Ego enim propter similitudinem dictũ reor: quod sicut illi Cherubim & Seraphim, cæterique vsque ad Angelos & Archangelos ordinantur sub vno capite Deo: Ita hic quoque sub vno Pontifice, primates vel Patriarchæ Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri vel Abbates & reliqui in hunc modũ.* Addit sanctus pater & deuotissimus abbas: *Non est parui pendendũ quod & Deũ habet auctorẽ, & de cælo ducit originem:* Atque vt sublimem illam in Ecclesia militante potestatem, iurisdictionemque supremam Rom. Pontificis thronum forumque Dei tenentis potentius exprimeret, hæc ipsa in fine libri 4. Pathetico sermone grauiter effundebat: *Vultus tuus super facientes mala, timeat spiritum iræ tuæ, qui hominem non veretur, gladiũ non formidat: timeat orationem, qui admonitionem cõtempsit. Cui irasceris tu, Deum sibi iratum non hominem putet. Qui te non audierit, auditurum Deum, & contra se paueat.* Ideo S. Cyrillus in thesauro apud D. Thomam, *Omnes Apostolos in Euangelijs & Epistolis affirmauisse testatur. S. Petrum in omni doctrina esse loco Dei & eius Ecclesiæ, eidem dantes locum in omni capitulo & synagoga, in omni electione & affirmatione.* Et infrà: *Cui* (scilicet Petro) *omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi Domino Iesu obediunt.*

Sicut omnes Angelorum ordines Deo subseruiunt in cælo: sic in Ecclesia militante omnes Ecclesiæ ministri & populi Papæ vicario Christi obediunt, sicut ipsi Christo.

Cui Papa irascitur Deus irascitur.

[a] S. Bernard. l. 3. de considerat cap. 4.
[b] Ioan cap. 5.
[c] Exod. 25.
[d] Apocal. 21.
[e] S. Bernard. l. 4 de consid. cap. vltimo.
[f] S. Thomas opuscul contra errores Græcor. c. 67.

Propterea Theologorum & Canonistarum cõ-

gruus ille sensus est, eum qui à Papa prouocat ad Deum grauissimè peccare, & in hæresiuo horribili lapsu præcipitari: Quod ipse forum Papæ declinans appellando ab ipso Deo prouocare, & contra ipsum pugnare videatur, illius subterfugiendo ordinationem atque voluntati, rebellionis armis obsistendo. Qua significat & instituit Papæ vicarij sui iudicium à suo non distingui. Talisque confidens & audax prouocator, hæreseos se contagione deturpat. Quia hoc superbo ausu & contumacia Romanum Pontificem Christi Domini vicarium esse audacter inficiatur. Testantur hæc doctissimi [a] doctores, si modo pertinax ac rebellis in sua prouocatione persistat: Nequidem per leges, canonicaque iura, à sententia Pontificis ad Deum prouocando, supplicare licet supplicatione iuris, sed supplicatione charitatis: petendo poscendoque à Deo humilibus precibus votisque maiorem à charitate puritatem sortitis, vt iudicis summi pastorisque in Ecclesia supremi, cor ab iniquitate ad iustitiam ab obliquitate mali ad rectitudinem boni conuertere dignetur. Eodem planè modo Iacob sic precabatur Deum loquens filiis suis vt Iudæ, deducentibus secum minimum natu fratrem Beniamin in Ægyptum ad proregem Ægypti Iosephum fratrem quem nesciebãt, sicut mandauerat illis, vt ab eo frumenta acciperent, deportaturi ad patrem in terram Canaam liceitate ac fame prope exhaustam. [c] *Deus*, inquit Iacob, *meus omnipotens, faciat eum vobis placabilem* (scilicet Iosephum) *& remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet in vinculis & hunc Beniamin.* Thronus autem maiestatis Pontificiæ à quo per vniuersalem Ecclesiam, quæ in singulas Ecclesias toto mundo diffunditur, Romæ à Deo collocatus est: quæ ideo sedes sancti Petri & eius successorum Christi Domini vicariorum caputque mũdi Christiani nuncupatur: sicut sub Imperatoribus profanis mundi Ethnici Deum verum minimè cognoscentis caput appellabatur. Hæcque Romana sedes, dicitur mater, regina, & caput aliarum Ecclesiarum, & hoc nomine quandoque vniuersalis Ecclesia nominatur, licet aliquando pars tantum, sed præcipua vniuersalis appellatur Ecclesiæ. Hoc enim elegantissimè & eruditissimè Innocentius 3. Ioannem Constantin. Patriarchã, sic illius inquisitioni satisfaciens, edocuit [d] mirantem cur Romana Ecclesia quandoque particularis, quandoque vniuersalis appellaretur. *Nos autem*, inquit, *inquisitioni tuæ taliter respondemus. Quod Ecclesia duabus de causis vniuersalis vocatur. Intelligentia namque dictorum ex causis est assumenda dicendi, cum non res sermoni, sed rei sit sermo subiectus. Dicitur vniuersalis Ecclesia illa vna quæ de vniuersalibus constat Ecclesiis: quæ Græco vocabulo Catholica nominatur, & secundum hanc acceptionem vocabuli, Ecclesia Romana non est vniuersalis Ecclesia, sed pars vniuersalis Ecclesiæ, scilicet præcipua veluti caput in corpore. Quoniam in ea plenitudo potestatis existit: ad cæteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur & dicitur vniuersalis Ecclesia illa quæ sub se continet Ecclesias vniuersas, & secundum hanc nominis rationem Romana tantum Ecclesia vniuersalis nuncupatur. Quoniam ipsa sola singularis priuilegio dignitatis, cæteris est prælata. Sed & Deus vniuersalis Dominus appellatur, nõ quasi diuisus in aperies specialissimas aut subalternas: sed quoniam vniuersa sub eius dominio continentur. Est enim vna generalis Ecclesia, de qua Veritas inquit ad Petrum:* [e] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & sunt multæ particulares Ecclesiæ de quibus Apostolus ait:* [f] *instantia mea quotidiana solicitudo omnium Ecclesiarum ex omnibus vna consistit, tanquam ex particularibus generalis & vna præeminet omnibus: quoniam cùm sit vnum corpus Ecclesiæ, de quo Apostolus dicit,* [g] *omnes vnum corpus sumus in Christo, illa velut caput cæteris mẽbris excellit.* Hæc sapiẽtissimus & doctissimus Papa. ex quibus inter alia patet, sacrosanctam felicẽq; omniũ Ecclesiarum vnitatẽ in hac vna aliarum principe radicari, in eiusque radicatam auctoritate fundari, [h] vt illa Iustiniani magni nondum Imperatoris: sed tamen comitis domesticorum ad Hormisdam Papam rescripta multò ante testabantur, cum diceret: *Propitia diuinitate quæ semper Ecclesiam Catholicam per incrementa fidei instituit, vnitas sanctarum Ecclesiarum per doctrinam & auctoritatem Apostolatus vestri peruenit.* Cui throno Apostolicæ auctoritatis Pontifex affixus & hærens nusquam vniuersalis Ecclesiæ clauum, vt Christi Domini vicarius, amittere debet: Cuius curæ ac regimini vniuersali Dominus ipse præfecit: sicut illis verbis [i] Fulbertus Carnotensis ad Ioannem 19. Pontificem epistolæ, de Rodolpho comite sacrilego & clerici homicida, grauiter expostulando testatus est, *Vnde rogamus te dilectissime pater, cui totius Ecclesiæ cura commissa est, vt eum de sanguine atque iniuria filiorũ tuorum,* scilicet sacerdotũ ac Clericorũ, *ita arguere & castigare memineris, sicut meritũ esse tua prouidẽtia nouit.*

a. Hanc vniuersalis Ecclesiæ curam solicitudinemque Romano Pontifici diuinitus à Christo Domino commissam, & ab omnibus Catholicis creditã, hæc S. Augustini verba clarissime confirmant. [k] *Missa sunt itaque de hac re ex duobus Conciliis Carthaginensi & Mileuitano relationes ad Apostolicam sedem, antequam gesta Ecclesiastica, quibus apud Episcopos prouinciæ Palestinæ Pelagius perhibetur esse purgatus, vel in manus nostras, vel in Africam peruenissent.* Quam quidem omnium Ecclesiarum vigilantiam & solicitudinem Romano Pontifici incumbentem idem sanctus Augustinus libera confessione recognoscens se Romanum pontificem Innocentium primum de rebus maximis contra impia Pelagianorum dogmata consuluisse commemorat, ista subiungens. [l] *Scripsimus etiam ad beatæ memoriæ Papam Innocentium præter conciliorum relationes, litteras familiares, vbi de ipsa causa aliquando diutius egimus.* Sapientiam verò Põtificis in prospiciẽdo postulatis, & à se iudiciũ requirẽtibus satisfaciẽdo, illis ita postea verbis expressit: [m] *Ad omnia nobis ille rescripsit, eodem modo quo fas erat atque oportebat Apostolicæ sedis antistitem.* Illam verò sapientiam in maximis rebus pro Ecclesiarum salute procurandis & obeundis, ipse sanctus pontifex in respõsione ad postulata patrũ synodi Mileuitanæ clarè satis euentilauit. [n] Cum hæc inter alia scripsit ad eos. *Diligenter ergo & congruè Apostolico consulitis honori, honori, inquam, illius, quem præter illa quæ sunt intrinsecus solicitudo manet omniũ Ecclesiarum super anxiis rebus, quæ sit tenenda sententia, antiqua scilicet regulæ formam secuti, quã toto semper ab orbe mecũ nostis esse seruatã, verùm hæc missa facio: neque enim hoc vestram credo latere prudentiam, cur id etiam actione firmastis, nisi scientes quod per omnes prouincias, de Apostolico fonte petẽtibus respõsa semper emanẽt: præsertim quoties fidei ratio vẽtilatur, arbitror omnes fratres & coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, id est sui nominis & honoris*

[a] Collectarius in ea quæ multoties de regulis iuris Alexandr. in cap. non decet 12. dist. Iacobatius l. 10. art. 4.

[b] Augus. de Ancon quæst. 6. artic. 13 de potest. Papæ.

[c] Genes. l. 14. a. Non licet contra sententiã papæ Deo supplicare supplicatione iuris, sed solum charitatis

Thronus Monarchiæ Pontificiæ Romæ. Hinc Romana Ecclesia omnium caput, mater & regina dicta. Nam Ecclesiam Dei duabus de causis vniuersalem dici.

[d] Innocent. 3. l. 6. epist. 198 ad Ioan. Patriarch. Cõst.

Prima.

No. Ecclesiam Romanam aliquando vniuersalem, quãdoque particularem dici.

Secunda.

[e] S. Matt. 16.

[f] 2 Cor c. 11. v. 28.

[g] 1 Cor c. 10. v. 12. v.

[h] Iustiniani epist. ad Hormisdam quæ extat to 1. Rom pont. in Hormisda.

Vnitas Ecclesiarum in Romana Ecclesia sedisq; Apostolicæ auctoritate fundatur.

[i] Fulbertus Carn epist. ad Ioan. 19 Papã cura vniuersalis Ecclesiæ Rom pontifici commissa.

Pars 2. quam magna solicitudo papæ omnia Ecclesiæ vniuersalis onera negotiaque grauiora portantis.

[k] S. Aug. epist. 106.

[l] S. Aug. ibid.

[m] Ibid.

[n] S. Innoc. 1. epi. ad patres Mileuit. Conciliorum epist. S. Aug. 39.

Omnium Ecclesiarum solicitudo Rom. Pontifici incumbit.

A *auctorem referre debere, velut nunc retulit vestra dilectio, quod per totum mundum possit omnibus Ecclesiis in commune prodesse.* Quid verò ista sibi volunt S. Petrum esse Episcoporum nominis & honoris auctotem: nisi S. Petrum à Christo Domino fuisse electum, vt esset auctor nominis & dignitatis omnium Christiani orbis Episcoporum? Propter quod S. Augustinus cæteris præstans doctoribus contra Pelagianos disputaturus libros suos Bonifacio Papæ dedicans, illum in specula pastorali primatum tenere confitetur, hæc dicens. [a] *Communis est omnibus nobis, qui fungimur Episcopatus officio (quamuis in ipso præmineas celsiore fastigio) specula pastoralis.* Ad quem propterea afflictis Ecclesiæ rebus nutantisque fidei periculo celeriter recurrendum esse dicebat Possessor Africanus Episcopus, à quo medelam suis vulneribus Ecclesia procuraret: cum Constantinopoli degens de

S. Petrus institutus à Deo auctor nominis & dignitatis omnium prælatorũ & episcoporum Christianæ religionis.

a S. Aug. l. 1. contra Pelag. ad Bonifac. Pap. c. 1.

Rom. Põt. præcipuus speculator de omnibus solicitus Ecclesiis vnde illius officium omnium difficillimum.

B oborta in hac vrbe fidei controuersia per fautores impietatis Eutychianæ ad Hormisdam Papam hęc inter alia scriberet. [b] *Decet & expedit ad capitis recurrere medicamentum, quoties agitur de sanitate mẽbrorum. Quis enim maiorem circa subiectos solicitudinem gerit, aut à quo magis nutantis fidei stabilitas expectanda quam ab eius sedis præside: cuius primus à Christo rector audiuit: Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Arbitror vestram beatitudinem non latere, quantis in Constantinopolitana vrbe Ecclesia laboret insidijs & ad morem veteris morbi in saniem vulnus iterum quærat erumpere: quod obductum creditur cicatrice.* Ex grauissimis oneribus, curis, anxietatibus multipliciter asperis & solicitis, quibus Pontificia maiestas & auctoritas vehementer exercetur, sancti Gregorij multæ lamẽtationes, expostulationes atque querelę se factum

Afflictis Ecclesiæ rebus & nutante fidei firmitate ad Rom. pontifi. recurrendum.

b Epi Possessoris Episc. ad Hormisdam quæ extat inter epi. Hormisdæ to. 2. ep. Rom. Põt.

C pontificem per vim repugnante voluntate licet non sine diuino nutu, grauissimè lugentis eruperunt, & in illius animum corpusque redũdarunt. Vt cum gratulantibus sibi ob adeptum Pontificatum irascendo dixit: [c] *Quid mihi ex honore sacerdotalis officij, extranei arrident, non valde pẽso; de vobis autem mihi hac in re arridentibus non minimè doleo, qui desiderium meum plenissimè scitis: & tamẽ profecisse me creditis: summus enim mihi profectus fuerat, si potuissẽ implere quod volui, si volũtatẽ meã dudum quã cognitũ habetis perficere, optata quietis perceptione valuissem.* Alludens ad fugam quam frustra captauerat. Et ad Theoctistam sororem imperatoris Mauritij pietate ac religione sicut nobilitate generis illustrissimam scribens vitæ suæ casum, sortemque ob assecutum pontificatum,

Gemitus S. Gregorij propter adeptum pontificatum ob grauissimas curas.

c S. Greg. l. 1. ep. 3. ad Paulũ Scholasticum Siciliæ præfectum.

D vel potius ob sibi vim illatam, vt illum retineret ita lamentabatur. [d] *Tristitia confectus sub colore Episcopatus ad seculum sum reductus in cura* (cura scilicet pastorali) *tantis terræ curis inseruio, quantis me in vita laica nequaquam deseruisse reminiscor. Ablata enim quietis mea gaudia perdidi, & intus corruens ascendisse exterius videor: vnde me à conditoris mei facie longè expulsum deploro.* Et paulò pòst. [e] *Nihil in hoc mundo appetens, nihil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice stare: ita vt in me plenè impletum crederem quod pollicente Domino ex prophetia didicissem.* [e] *Sustollam te super altitudinem terræ: super enim altitudinem terræ sustollitur, qui & ipsa quæ alta & gloriosa præsentis videntur seculi, per mentis despectum calcat. Sed repente à rerum vertice tentationis eius turbine impulsus, ad timores pauoresque corrui; Quia & si mihi nihil timeo, eis tamen qui mihi commissi, sunt multum formido.*

d Lib. 1. ep. ad Theoctistam Imp. Mauritij sororem.

e Isaiæ c. 58.

A Persequitur ærumnas molestiasque, quibus eum cura pastoralis solicitudoque salutis alienæ percellebant. Cùm subdit: *vndique causarum fluctibus quatior, & tempestatibus deprimor: Ita vt rectè dicam:* [f] *veni in altitudinem maris & tempestas demersit me: redire post causas ad cor desidero: sed ab eo cogitationum tumultibus exclusus redire non possum. Ex hoc ergo mihi longè factum est, quod intra me est: ita obedire nequeam prophetica voci, qua dicitur,* [g] *redite præuaricatores ad cor, sed stultis pressus cogitationibus solum modo exclamare cõpellor, eos meũ dereliquit me, &c.* Et alibi [h] fidelibus populis suæ disciplinæ Põtificię creditis, salutis æternę pabula, prędicãdo subministrãs, æstuantibus bellorum furoribus, illud Ezechielis explicans, *Fily hominis speculatorem dedi te domus Israel*: Eminentiam perfectionis & difficultatem prouinciæ eorum, qui

f Psal. 68.

S. Gregorij ærumnæ in cura pastorali.

g Isa. 46.

h Psal 39.

i Homil 11. in Ezech.

B alijs præsunt, exprimens, hæc gemens exclamando proferebat: *O quã dura mihi sunt ista quæ loquor, quia memetipsum loquendo ferio. Cuius neque lingua, vt dignum est, prædicationem tenet, neque in quantum tenere sufficit vita sequitur linguam; qui otiosis verbis sæpe implicor, & ab exhortatione & ædificatione proximorum torpens & negligens cesso, qui in conspectu Dei factus sum mutus & verbosus: mutus in necessarijs, verbosus in otiosis, &c.* Post hæc, quibusdam interpositis, pacatum tranquillumque vitæ statum, quo in monasterio fruens lætabatur, Ex munere Pontificii splendoris suis humeris imposito, ereptum sibi esse dolens aiebat. [k] *Et quidem in monasterio positus valebam, & linguam ab otiosis restringere, & in intentione orationis penè cõtinuè mentem tenere: At postquam cordis humerum sarcinæ pastorali supposui, colligere se ad semetipsam as-*

Ruptam sibi quietem qua fruebatur in monasterio gemis electus pontifex.

k Ibid.

C *siduè non potest, quia ad multa partitur. Cogor namque modo Ecclesiarum modò monasteriorum causas discutere, sæpè singulorum vitas, actusque pensare, modoque ciuium negotia sustinere, modò de irruentibus barbarorum gladijs gemere & commisso gregi insidiantes lupos timere, modo rerum curas sumere, ne desint subsidia eis ipsis quibus disciplinæ regula tenetur.* Ita sanè Romanus Pontifex pro magnitudine & amplitudine suæ dignitatis & principatus tot oneribus vniuersalis Ecclesiæ singularumque Ecclesiarum premitur, vt sub illorum pondere gemens respirare non posset, nisi eum specialis & principalis Spiritu sancti gratia virtusque protegeret. [l] *Portamus quippe omnia onera quæ grauantur,* dicebat Ioannes S. Basilio Imperatori, *affectiones & dissentionum fluctus lugendo, quibus Constantinop. Ecclesia schismate diuisa iactabatur, imo portat hæc in*

Rom. Pont. omnia afflictæ Ecclesiæ onera & põdera sustinet & portat.

l Epi. 8. Ioan. 8. ad Basilium Imp.

D *nobis amator vester beatus Petrus Apostolus, qui nos in omnibus solicitudinis suæ protegit, ac tuetur hæredes.*

S. Bernardus ad Eugenium recens in Apostolicæ verticem dignitatis euectum scribens, postquam multa de Pontificiæ maiestatis excellentia dixisset, salutariaq; monita ad rectè tãtæ dignitatis munus obeundum huius pontificis animo inseuisset: vt quam arduum & periculosum esset munus istud pontificiæ maiestatis exprimeret, ista subiunxit: [m] *Quid ergo? Nonne & mihi licet gaudere cum gaudentibus? Nunquid non ero vnus de numero lætantium? Exultans fateor: sed cum tremore exultans: Sed in ipso exultationis meæ articulo timor & tremor venerunt super me. Ego enim & si nomen patris deposui* (scilicet ratione tui qui non plus Abbas, sed Põtifex Rom.) *sed non timorẽ, sed non anxietatẽ, postremo nec affectũ nec viscera patris. Cõsidero gradũ & casũ vereor, cõsidero fastigiũ dignitatis, & intueor satiẽ abyssi, sacr-*

Sicut honorifica & illustris super omnes humanæ vitæ Rom. ponti. dignitas: sic ardua & valde periculosa præ cæteris.

m S. Bernard. epist. 237. ad Eugenium.

tis deorsum: attendo celsitudinem honoris, & è vicino periculum reformido: pro eo quod scriptum est: homo cùm in honore esset non intellexit: quod quidem ad causam magis quàm ad tempus referendum esse arbitror, vt sic intelligatur dictum, cùm in honore esset non intellexit; ac si diceretur honor absorbuit intellectum. Scilicet vt ego interpretor præ multitudine & magnitudine curarum, & solicitudinum maximè arduarum atque grauibus obnoxiarum periculis, quæ huic sublimi Pontificatus honori radicitus inseruntur. Propter quod iste sanctus omnes grauiter Cardinales carpit & criminatur: quod Eugenium Abbatem mundo mortuum è sepultura claustri in altissimum Pontificatus culmen lucemque splendidissimam pastoralis honoris eduxerant, cum ad eos Epistolæ per exclamationem sic accessit exordium & aggreditur. [a] *Parcat mihi Deus, quid fecistis? Sepultum hominem reuocastis ad homines: fugitantem turbas & curas, curis denuo implicuistis & immiscuistis turbis, fecistis nouissimum primũ, & ecce nouissima illius periculosiora prioribus: crucifixus mundo per vos reuixit mundo, & qui elegerat abiectus esse in domo Dei.* [b] *Ipsum vos omnium Dominum elegistis: cur consilium inopis confudistis? cur pauperis hominis & mendici & compuncti corde iudicium perturbastis? currebat bene quid vobis visum est sepire vias, auertere semitas gressus inuoluere?*

a S. Bernardus Cardinales reprehendit, quod Eugenium abbatem Papam fecerant S. Bernardus epist ad Cardinales electores Eugenij.

In summo honore summum in est periculũ.

b Papa Dominus omnium fidelium ex S. Bernardo.

Nec erat sanæ mentis quispiam tempore Hadriani 4. qui non ipsi Papæ grauissimas curas ærumnasque sui pontificatus lamentanti non magnopere cõpateretur, quales apud suum Ioannem Anglũ patria Saresberiẽsem expresserat: qui eũ ex Anglia, vt visum salutaret Romã venerat. Cũ quo sermocinãs Papa, labores atque curas salutis alienæ Apostolatui suo nexu in dissolubili alligatos Æthna monte grauiores esse lamẽtando demonstrabat, vt his verbis refert ipse Ioannes. [c] *Dominum Hadrianum cuius tempora felicia faciat Deus, huius rei testem inuoco, quia Rom. Pontifice nemo miserabilior, est conditione eius nulla miserior: & licet nihil aliud lædat, necesse est vt citissimè vel solo labore deficiat: fatetur enim in ea sede tãtas miserias inuenisse, vt facta collatione præsentium, tota præcedens amaritudo, Iucunditas & vita felicissima fuerat &c.* & paulò pòst [d] *hoc etiã mihi sæpissimè adiecit* (scilicet Hadrianus Pontifex, *quod cum de gradu in gradum à Claustrali clerico per omnia officia in Pontificem summum ascenderit: nihil vnquam felicitatis, aut tranquillæ quietis vitæ priori adiectum ab ascensu, & vt verbis eius vtar, incudine,* inquit, *& malleo semper dilatauit me Dominus.* Hæc iste vir doctrina & pietate clarissimus, qui fuit à secretis S. Thomæ Cantuariensi Archiepiscopo martyri, Cura hæc ac solicitudo Ecclesiarum in Pontifice eò grauior & molestior, non magnis immunis ac libera periculis quò amplior maioribus extensa terminis qui adeo vasti sunt in hac pontificis anxia cura, vt non nisi ad extrema terræ consistant, secundum ea S. Chrysostomi in Matthæum apud D. Thomam. [e] *Filius quæ patris & ipsius filij potestatem Petro vbique terrarum concessit & homini mortali, omnium quæ in cælo sunt, dedit auctoritatem, dando eidem claues ad hoc, vt Ecclesiam vbique terrarum amplificet:* Cui sententiæ congruit & illa eiusdem S. Patris assertio. [f] *Iacobum localiter in locum terminat: Petrum autem totius orbis ordinat magistrum & doctorem.* Et illa ipsius sancti in Actus Apostolorum. [g] *Petrus à filio super omnes qui filij sunt, potestatem accipit, non vt Moyses in gente vna, sed in vniuerso orbe,* quod trahitur ex authoritate sacræ scripturæ, inquit, D. Thomas. [a] *Nam Petro indistinctè oues suas Christus commisit, dicens:* [b] *Pasce oues meas, non has aut illas* (vt supra ex D. Bernardo diximus) *sed oues quæ meæ sunt.* [c] *Vt sit vnum ouile & vnus pastor* scilicet in toto mundo. *Quæ tanta plenitudo potestatis! sed & quam inde magna solicitudo regiminis?* Hanc illa [d] S. Cyrilli verba doctrinam solida veritate corroborant: *sicut,* inquit, *Christus accepit à Patre sceptrum Ecclesiæ gentium, ex Israel egrediens super omnem principatum & potestatem, super omne quodcumque est, vt ei cuncta curuentur, plenissimam potestatem: sic & Petro & eius successoribus plenissimè commisit: & etiam nulli alij quam Petro Christus quod suum & plenum est, sed ipsi soli dedit.* His & alijs fultus auctoritatibus [e] Archiepiscopus Florentinus dixit: *Hanc sublimem plenamque in omnes fideles potestatem, Etsi Apostoli habuerunt à Christo tamen vt essent sub Petro, ipse autem Petrus immediatè à Christo accepit omnem plenitudinem iurisdictionis: & sic omnis eius successor: Id est Papa, plenitudinem potestatis habet à Christo, alij autem Episcopi & prælati in parte habent, & omnes à Papa qui sic alijs Episcopis suas vices impertiuit, vt in partem sint vocati solicitudinis non in plenitudinem potestatis,* vt ex sancto Gregorio, [f] in ca. decreto 2. q. 6. Inscriptum legitur: ad hanc Potestatis & solicitudinis plenitudinem designandam, Romanus Pontifex Pallio semper vtitur: alij vero prælati magni qui vsum huius pallij à Papa consecuti sunt non nisi illud certis diebus locisque portant. [g] extra de vsu Pallij cap. ad honorem. *Sane,* inquit ibi Innocentius 3. *solus Romanus Pontifex in missarum solemnijs, pallio semper vtitur, & vbique quoniam assumptus est in plenitudinem Ecclesiæ potestatis, quæ per Pallium significatur, alij autem eo nec semper, nec vbique, sed in Ecclesia sua in qua Iurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt certis debent vti diebus, quoniam vocati sunt in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis:* Sicut ante illum [g] Vigilius Papa per litteras Eleutherio mandauerat, cuius sententia in hunc sacrum Canonem relata est. [h] *Qui se scit alijs esse præpositum, non molestè ferat, aliquem esse sibi prælatum: ipsa namque Ecclesia quæ prima est, ita reliquis Ecclesijs suas vices credidit largiendas, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis &c.* Hanc autem plenitudinem potestatis in Papa & partem solicitudinis in alijs Episcopis & prælatis hac pulchra similitudine ab humano corpore deducta Innocentius 3. illustrat. [i] *Sicut in humano corpore solum caput habet plenitudinem sensuum, cætera verò membra partem recipiũt plenitudinis: sic & in Ecclesiastico corpore cæteri Episcopi vocati sunt in partem solicitudinis, sed supremus Pontifex assumptus est in plenitudinem potestatis.* Et sicut omnes corporis partes tam internæ quàm externæ, tam illustres & nobiles quàm ignobiles & viles à capite ipso dependent, vt motu sensuque potiantur: sic omnes prælati & pastores alijque Ecclesiæ ministri ac fideles omnes viua Christi corporis membra mystici, sublimia & infima, illustria & humilia vitæ salutisque motum sensumque suæ in Ecclesia functionis ab hoc capite visibili trahunt: nil ipsa per se futura nisi onus & pondus, si caput illud imperij Ecclesiastici subtrahatur. Quo incolumi res in Ecclesia salutis omnibus vna est, amisso aut neglecto rupere fidẽ. [k] *Quia excellentia,* inquit præclare S. Bonauen-

Hadrianus Papa 4. de grauioribus sui Apostolatus oneribus expostulat.

c Ioan. Angl. l. 8. c. 23. sui Policratici.

Cura & solicitudo Ecclesiarum pontifici quem durum & asperum.

d Ibid. anno 1156.

Solicitudo Papæ de Ecclesijs eò grauior quò diffusa magis & ampla per omnem terram.

e S. Chrysost. apud S. Thomam opusc. contra errores Græcorũ c. 65.

f S. Chrysost. in Apostolorum Acta.

g S. Thomas ibi supra in fi. oc cap. 65.

a S. Ioan. 21.

b S. Ioan. 10.

c S. Cyrilli in Thesauro apud D. Tho. ibid. cap. 66.

e S. Anthon. 3. summæ tit. 22. cap. 4 §. 2. circa mediũ.

Omnes Apostoli habent potestatis à Christo, sed sub Petro plenitudinem, alij verò Episcopi in parte habent, sed à Papa & sub Papa.

f Can. decret. 2 q. 6. cur sẽper Pallio Papa vtitur, alij verò prælati certis tẽtum diebus.

g Extra de authoritate & vsu pallij. cap ad honorẽ. li. decret.

g Vigilius papa epist ad Eleutherium cap. vlt.

h Can qui se scit 2. q. 6.

i Innocent. 3. serm. 1. in festo S. Greg.

k S. Bonauẽt. part Breuiloquium. c. 12.

A tura, *quantò magis descendit, tantò magis dilatatur: & quantò magis ascendit, tantò magis vnitur: hinc est quod plures sunt Episcopi, pauciores Archiepiscopi, paucissimi Patriarcha, & vnus pater patrum, qui Papa merito appellatur, tanquam vnus primus & summus pater spiritualis omnium patrum, imo omnium fidelium, & hierarcha pracipuus, sponsus vnicus, caput indiuisum, pontifex summus, Christi Vicarius, fons & origo directionis Ecclesiastica, regula cunctorum principatuum Ecclesiasticorum: à quo tanquam à summo deriuatur ordinata potestas, vsque ad infimaEcclesia membra secundum quod exigit pracellens dignitas Ecclesia in Ecclesiastica hierarchia.* Hæc ipse.

Pulchra Papa Epitheta.

3. Pars. Romanus Pontifex in hac suprema potentia suam vniuersalem curam & solicitudinem debet ad omnes fideles, vt pater communis ex aquo sine acceptione personarum extendere.

B 3. Sed diligenter prudenterque Romanus Pontifex attendere iudicioque prouido atque sincero meminisse debet, se in summa constitutum potestate, altissimaque monarchici principatus à Deo collocatum specula, patrem esse spiritualem, communemque fidelium omnium: inter quos pia directionis illius lanx in æquamento & libramento iustitiæ, charitatisque consistere debet: vt non vni detrahat, quod alteri largiatur: vt impensius in hos paterni fauoris inclinet affectus, quos durius ab illis retrahat: vt his ex teneritudine fragilitatis humanæ non plus beneficentiæ conferat, & illis defectu commiserationis paternæ minus auxilii necessarii viscerumque charitatis effundat. In qoo turpis odiosa Deo personatum acceptionis labes celsitudini pontificiæ maiestatis inuita diuinum sedis Apostolicæ splendorem atque decus offuscare atque deturpare videretur. Faciatque semper, vt in principatus Ecclesiastici directione, carnis sanguinisque manes minime patiens, non tam Cæsaris Augusti, Quã petri piscatoris æmulator sãctissimus existat. *Prima pars æquitatis, est æqualitas*, aiebat [a] Seneca, quam personatum acceptio valde conturbat. Quam quidem æqualitatem parentes naturali charitate permoti inter liberos seruare tenentur, ni morum diuersitas & probitatis distinctio renuant, vt non illepide & ineleganter [b] D. Ambrosius mihi dixisse videatur. *Iungat liberos aqualis gratia quos aqualis iunxit natura.* Vt non satis dignè æquissimam [c] Leonis Imperatoris constitutionẽ laudare debeamus. *Quemadmodum parentes omnibus liberis ex aquo vitam impertiti sunt, ita etiam aqualiter vita ipsorum prospiciant, non autem velut ancipiti libra illis leuius quiddam, illis verò grauius pro inaqualitate animi sui attribuant.* [d] Iustè propterea apud Quintilianum, frater ille hac rationabili fratrem expostulatione prouocat, *Pater nobis idem fuit, eadem onera nobis, eadem bona reliquit: cur tu locuples es, ego nudus, ego egenus?* Nec indigna illa [e] Saluiani magni, inter Episcopos sui temporis, Ecclesiæ Dei luminis querela censenda: qua conquestus est iustè stomachando de inclementia quorumdam parentum, in quosdam de liberis, *Quos, vt alijs eorum fratribus maiore profusione bona largirentur egestati atque penuria, reclamantibus charitatis paterna visceribus exponebant.* Quod minime fecissent, si quod apud Senecam [f] Pollio dicebat attentè firmiterque cordibus suis insevissent, *Inter patres & filios id solum iudex putat licere quod oportet.*

Acceptio personarũ aqualitati, prima parti aquitatis, valde nocet.

a Seneca ep. 3.

Parentes aqualitatem dilectionis & beneficentia inter liberos seruare debent.

b S. Amb. l. de Ioseph. Patriarcha c. 2.

c Nouell. 1. Imper. Leon.

C

D

d Quintil. declam. 338.

e Saluianus l. 3 ad Eccles. Cath.

f Seneca l. 4. controu. 5.

Diem Pomponius Tribunus Plebis Lucio Manlio dixerat *quod filii iuuenis educationem liberalem neglexisset, cumque extorrem vrbe, domo, penatibus, quotidiana miseria, filiis aliis in vrbe delicate & in-*

Pater à Tribuno. plebis accusatur neglecti à se filij, inter alios.

A *structione liberali educatis, exercuisset.* [a] *At quam ob culpam?* aiebat tribunus apud Liuium, *Quia infacundior sit, & lingua impromptus quod natura damnum, vtrum nutriendum patri, si quicquam in eo humani esset, an castigandum, ac vexatione insigne faciendum fuisset? ne mutas quidem bestias minus alere & fouere, si quid ex progenie sua, parum prosperum sit. Vt enim diuini numinis aquitas splendorem lucis huius super iustos & iniustos aqualiter spargit*, inquit [b] Tertullianus, & vt post eum dixit [c] sanctus Cyprianus, *super bonos & malos aqualiter facit diem nasci & lumen solis oboriri, & cum imbribus terram rigat, nemo à beneficijs eius excluditur, quominus iustis & iniustis indiscretas pluuias largiatur.* Sicut illi & nos [d] ab æterna sapientia in suo Euangelio didicimus propter quam æqualitatem diuinæ prouidentiæ in omnibus necessaria vitæ creaturis prospiciendo [e] Plato dicebat Deum semper geometriã tractare τὸ Θεὸν ἀεὶ γεωμετρεῖν. Quod si parẽtis carnalis bonitati conueniat, vt personarum in filiis acceptionem despiciendo, liberorum merita & officia æquo affectu expendat, nullamque affectionis, vt nec bonorum prærogatiuam inter liberos constituat, quantò iustius spiritualis pater communis omnium fidelium parens & pastor, hanc æquitatis & charitatis rationem inire debet, vt omnibus Christianis spiritualibus filiis paternorum viscerum affectus fauoresque ab ipsa charitate Christi temperatos effundat?

a Liuius l. 7. decad pri.

Parentes in cura filiorum & seruãda in eos aqualitate charitatis, Dei debent imitari.

b Tertull. l. de patientia in princip.

c S. Cypr. ser. 3. de bono patientiæ.

d S. Math. 6.

e Ex Plutarc. l. 8 simpos. probl. 2.

B

Ipse summos medicus à Christo super omnes Ecclesiæ membrorum infirmitates constitutus est: cuius prouida charitas vigilat semper super langores animi Christianorum gregum sanandos & eradicandos: vt non sit infirmus, qui à calore huius charitatis arceatur. Quæ solicitè considerans sanctus Ignatius in sedem Constantinopolitani Patriarchatus per Nicolaum Papam restitutus, & à Photianis furoribus ereptus. Ita remedium & medecinam pro afflicta, & lethaliter in multis membris ægrotante Constantinopolit. Ecclesia salutarem ab eo postulabat. [f] *Eorum vulnerum atque liuorum qui in membris hominum consistunt, multos medicos protulit ars, hanc quidem passionem, alio accipiente, & alteram altero, & per experientiam amputante, & medicante: eorum verò qua in membris sunt Christi & Dei saluatoris omnium nostrum capitis & sponsi Catholica & Apostolica Ecclesia, vnum & singularem pracellentem atque Catholicissimum medicum ipse princeps summus & fortissimus sermo, & ordinator & curator, & solus ex toto magister Dominus omnium produxit, videlicet tuam fraternitatem & paternam almitatem. Propter qua dixit Petro magno & summo Apostolorum.* [g] *Tu es Petrus & super hanc petram adificabo Ecclesiam meã: & porta inferi non praualebunt aduersus eam.* Et iterum: *Tibi dabo claues regni calorum, & quacumque ligaueris super terrã erũt ligata & in calis: & quodcũque solueris super terrã erit solutum & in calis. Tales enim beatas voces non secundum quamdam vtique sortem Apostolorum principi solùm circumscripsit, & destinauit, sed per eum ad omnes qui post illum secundum ipsum, efficiendi erant summi pastores & diuinissimi sacrique Pontifices, senioris Roma transmisit. Et ideo ab olim & prisco tempore in exortis haresibus & prauaricationibus eradicatores & interemptores malorum zizaniorum & labefactorum, & penitus insanabiliter agrotantium membrorum multoties facti sunt eorum qui sanctitatem & summam paternitatem tuam illi pracesserunt successores scilicet principis Apostolorum,*

Rom. pontifex supremus medicus vniuersalis Ecclesia à Christo D. constitutus omnium Christianorum salutis aqua charitate consulens.

C

f 5. Epist. Ignatij Cõst. ad Nicolaum pr. recitata 8. Synodo act. 3.

D

g S. Matt. 16

Morbis animi desperatis Rom. pontifex medetur.

Amoris & affectus paterni æqualitatem in omnes ostendit Gregorius Quartus.

Apostolorũ, & illius zelum in fide quæ secundum Christum est imitantes, & nunc nostris temporibus beatitudo tua dignè tractauit, datam sibi à Christo potestatē. Hæc ille. Hanc suam opē auxiliumque in charitate paterna radicatum omnibus implorātibus illud sine discretione ac personarum acceptione, cōmune velle reddere apertè satis Gregorius quartus indicabat: Cùm ad vniuersos Galliæ Episcopos inter se reciproca odij cōtentione dimicantes, ac mutua inuidia iniuriaque se proscindentes, vt eos ad pacē concordiamque reuocaret scribendo dicebat:[a] *Diuinus præceptis & Apostolicis salubérrimis incitamur monitis: vt per omnium statum impigro vigilemus affectu: & quia cunctarum dispensatione diuina Ecclesiarum curā gerimus, omnibus nostra poscentibus suffragia, Apostolicæ subuenire auctoritate optamus. Quomā diuinæ virtutis & infirmitatis humanæ sāctio est* (ac si diceret Dei & hominis Christi Iesu.) *Eo quod dixit Petro,*[b] *Confirma fratres tuos, vt omniū Ecclesiarum negotia, ad nostra reparationis tēdant affectū.* Solicitudinem hanc cōmunis parentis fideliū omnium, curamque paternam & assiduam Innocentij Papæ in se ipso defendendo exilij molestiis grauissimè conflictato expertus est potentissimè S. Chrysostomus: quam quidē magnæ facundiæ fluxu & energia descripsit, eamque miris describēdo exprimendoq; extulit honoribus & encomiis Epist. ad eum Pontificem, in qua hæc inter alia:[c] *Animi oculis videmus vestrā illam fortitudinem & sinceram affectionem, cōstantiamque non mutabilem; & quod vos consolari nos plurimū & perpetuo capiatis, quantò enim fluctus extolluntur sublimius & plures latent scopuli, vehementioresque venti sunt & tēpestates: tantò & vigilātia vestra augetur. Neque vos tanca via prolixitas, neque tantū temporis interuallum, neque causarum difficultates segniores reddit: sed perseueranter imitamini optimos gubernatores, qui tunc maximè vigiles sunt, quando elevari fluctus & mare intumescere, & multas aquas [illegible] undare, grauissimamque interdiu noctē ingr[illegible]* Sedis Apostolicæ rectorũ proprium sem[illegible] protectione Dei & tutela Spiritus S. firmat[illegible] potentium in oppressione debilium, & Innocentium tyrannicè exultantium nō pertimescere & oppressas ab illis infirmorũ fortunas despicere: sed potius omni studio, solicitudine, laboreque cōtendere, vt rapta iniustis Dominis restituātur, afflicti in spoliatione bonorũ liberati, & immunes ab omni potentiorũ iniuria, fortunarũ facultatumq; restauratione recreati & consolati conquiescant: viuentibus vero peruerse & quæ sua non sunt tyrannico furore deprædantibus Pontificia & Apostolica generositate in armis charitatis obsistere, pœnis eos subiugādo Ecclesiasticis, vt vexatione tandē correctioneque fraterna salui fiant & Ecclesię pax rebellione potentū non mediocriter alterata, ad priorē reuocata nitorē restituatur. Huius rei extat memorabile exēplum in persona Adrian. 2. Carolum[d] Caluum Galliæ eiusque fratrē Ludouicum Germaniæ reges, iusta eaq; summa indignatione correctioneque obiurgātis. Quod sicut iniustissimè sic violētissimè Ludouicũ 2. Imperatorem nepotem suũ, regno Lotharii defuncti fratris spoliarent, qua tā iniusta atrociq; regni deprædatione facti pœnitentes vt abstineant, illis omniũ animaduersionum pœnarumq; Ecclesiasticarũ fulmina tonitruaq; intrepida cōstantia minitatur. Sic enim eos in Epist. suis data legatis ad illos cōstanter affatur:[e] *Sacrorum dogmatū euidentissimis documentis & Apostolicis informamur exemplis, vt mutuis agere debeamus cum mitibus, & seueriùs peruersitatem delinquētes corripiamus: Sed neque nos Deo placere possumus si pastoris*

a Epist. Greg. 4. ad omnes Episc. Galliæ Germaniæ & Europæ vniuersæ anno 839.

b S. Luc. 22.

Maxima sani Innocentij ob assiduam solicitudinem, curamque pater nam quam la bore improbo subiit in defendendo S. Chrysostomo grauissimis exilij molestiis immersis persecuti.

c S. Chrysost. ad S. Innocentium.

Papæ non debet vultum potentū malè vi uentium pertimescere, nec afflictorum sidelium fortunas oppressas negligere.

d Constantia Adriani 2. in defendendo regnum Ludouici 2. tyrannicè vsurpatum à Carolo Caluo & fratre Ludouico rege Germaniæ.

e Ep. Adriani 2. ad reges Carolū Caluum & Ludouicum Germaniæ per legatos.

A *vicē suscipientes, non ouiū pastoris, sed mercenarij latibula præstolamur: & veniente lupo fugimus, ne solatiū cōferamus,* &c. Et post & multa addita quædam in laudes Ludouici Imp. sic pergit.[f] *Sed his sincere prælatis, quemā vt prædiximus, sicut omniū pondera in humeris nostris gestamus, ita omniū actus prauidere debemus: ne pro humanis fauoribus nos hæc dicere quis existimet: si forte acciderit, vt principes nostri, quibus à te per nafsum regnū iure debetur, sibi illatas iniurias nō vendicarent: nos vsque ad emendationem vestrā, quia omnes seruare volumus, periuria illa atque inuasionū tyrānides impunitas nullomodo dimitteremus: quia non ambitione regni sed iustitia commouemur. Et non terrarum spatia quærimus, sed ex debito vitiis ac prauitatibus cunctisque resistere vigilamus.* Sic paterna Rom. Pontificis B pietas æquali charitatis affectu ad succurrendū omnibus & opitulandum in Ecclesiæ gremio notritis currit & aduolat: vt nullius vnquam potentis fauore, aut terrore, in hoc sacro vigilantiæ directionisque pastoralis, Christi Domini apparato mandatis itinere, cursuque retardetur.

In mitas clementer, in obsinatos seuerè agendum.

f Ibid.

Nota.

CAPVT II.

Ad Monarchicam Rom. Pontificis auctoritatem dignitatemque spectat, leges in Ecclesia condere, fideles in conscientia obligantes.

1. *Schismatici Papam auctoritate condendi leges, spoliantes eum simul Monarchico principatu destituunt: contra quos exemplis factisque hæc condendi leges auctoritas comprobatur.*
2. *Si in diœcesi sua Episcopus ius habet condendi leges, quantò magis Papa in orbe Christiano.*

C INTER ea signa quæ merū summumque imperij principis notant, est editio sanctioque legū, à quibus nō liceat ad vllum aliud prouocare tribunal: qua virtute & potestate edendi sanciendiq; leges quisquis principē spoliat, eum similiter maiestate Monarchica priuare fateamur necesse est. Vnde hæretici, schismatici, eorumque fautores, qui Rom. Pontifici virtutē potestatemq; leges sanciendi detrahūt, ab Ecclesia regimē Monarchicum scelerate diuellūt: quod hęreticū esse ex doctoribus præsertim vero Parisiensibus supra contra Monarchomachorũ deliria demōstrauimus. Quā iniquum & erroneū illud asserere: plenitudinem[f] Pontificiæ potestatis ad executionē, interpretationē & dispensationē, minimè vero ad institutionem canonū solummodo reuocari. Io qua assertione, crassa & affectata ignorantia, pugnantia se loqui non videt. Tollendo D enim Rom. Pontifici virtutē & facultatem condendi leges, eam firmiter in eo corroborat & astruit. Vult enim Papę potestatem ad dispensationem & interpretationem canonum, sed non ad institutionem extendi, quasi vero eiusdē non esset condere & sancire leges, cuius est interpretari, & de illis dispēsare.

Leges condere à quibus nō sit prouocatio est nota meri ac sūmi imperij.

Interpretari eius est & dispensare, cuius est condere.

Notanda illa vox Imperatoris Valentiniani 3. & Marciam pro stabilimēto huius assertionis, quę inter iurisconsultos & Canonistas abiit in vim axiomatis, iurisque regulam reuoluta est.[g] *Si quid in legibus latum fuerit obscurius, oportet ab imperatorum interpretatione patefieri, duritiamque legum nostræ humanitati incongruam emendari.*

g l. leges sacratissimæ.

[h] *Si enim leges condere soli est imperatori concessum, & leges interpretari solo dignum imperio.* Ergo cùm Pontificiæ auctoritatis aduersarius huius virtutem ad interpretationem dispensationemque canonum valere non renuat ac neger, imperite ineptaque sibi pugnat contradictione, cum facultatem condendorum canonum ab auctoritate Romani Pontificis

h De legibus l. 1. tit. 14. L. si imperialis cod imper. Iustiniamus.

a Lutheri. de captiui Babylo ca. de baptismo.
b Caluinus 4. Inst. c. 10 §. 32.
c S. Antonius part. 4. c. 7. §. 2.
Potestas cōdendi leges indissolubiliter prouincia summa populum in vtroque foro regendi coniuncta est.
Quid propriè lex.
d S. Thomas 1. 2. q. 9. art. 4. Sotus l. 1. de iustit. & iure c. 1.
e Legis virtus ff. de legibus.
Legis effectus quatuor.

A arcet, motaque in diuinam institutionē rebellione depellit. Quam rebellio hæc, sacrilego illi Lutheri execrandi Heresiarchæ furori, atque contumaciæ superbissimæ propinquat.[a] *Quo iure*, inquit apostata nefandus, *Papa super nos leges constituit? Quis dedit illi potestatem libertatis nostræ, per baptismum nobis donata?* Similia [b] Caluinus & ante hos [c] Valdenses & Marsilius Paduanus. Quàm turpis & exitialis error, execrabiles duces sequentibus! Certe cum Catholicorum nemo dubitet, curā prouinciamque summam regendi gubernandique fideles omnes ad vitam æternam, Dominum nostrum Iesum S. Petro & successoribus eius in Apostolico sessuris solio cū potestatis plenitudine demandauisse: qua ratione huic gubernandi prouinciæ, leges condendi potestas adimatur, omnino non video: Nec videre potest quicumque in Concilium resolutionis suę, iudicium rationis euocare voluerit. Cum ex mente Theologorum ac iuris vtriusque peritorum, B *Lex nihil sit aliud, quàm quædam rationis ordinatio & præceptio in commune bonum ab eo qui curam reipub. gerit, promulgata.* Cuius virtus est [e] præcipere. Quæ virtus in quatuor præcipuos redundat effectus, videlicet imperare, vetare, permittere & punire. Quos à primis nascentis Ecclesiæ incunabulis ad vsque tempora nostra primū in S. Petro, deinde in successoribus eius obseruatos fuisse res ipsæ factaque loquuntur.

f D. Thomas 1. 2. q. 92. a. 2. & alii doctores ibid.

Nec huic numero effectuum legis quaternario, optima ratio deest à doctoribus rectè pōderata. Cum enim lex ad humanorum actuum ordinationem natura sua dirigatur: ex quibus quidam ex genere [f] suo boni sunt, quales sunt virtutum actus, in quorum gratiam primus legis actus, qui est iubere ac imperare, constitutus est. Alij vero è sorte radiceque suæ essentię mali ac turpes existūt, quales omnes vitiorum actus: propter quos ne furiosius in interitum ruinamque humani generis erumperent, C alium lex effectum nempe vetare atque prohibere sortita est. Pręter hos actus bonos & malos natura sua, alij ex humanis facultatibus indifferentes eruūtur, quibus exiguum quid bonitatis aut malitiæ leuiter adhæret, ex quibus nulla iniuria grauisque absurditas emergit. Quorum occasione actuū factus est alius legis effectus nempe permittere. Quod non est solum non impedire (hoc enim & priuatis licet personis) sed non punire id quod iustam meretur punitionem: Quam dissimulans legislator & princeps Reipub. quandoque pro bono pacis & fuga mali grauioris indulget, vt aiunt D. Thomas & alij supra citati. Quoniam verò lex ne sibi obedientia subtrahatur, & in sua impediatur obseruatione, pęnæ supplicijque metum transgressoribus inserit & inducit: inde natus quartus legis actus effectusque nempe punire, & castigationibus in im- D morigeros atque rebelles animaduertere. Hunc actum effectumque legis posset alius subsequi, scilicet remunerare ac præmio benefacta coronare.[g] Quod iurisconsultus obseruauit [h] post Solonis dictum, Respublicas nempe præmio & pæna optimè feliciterque conseruari, dictatque ratio naturalis [i] ex Aristotele, homines duobus ad ardua quæque voluptate doloreque maximè moueri: Nihilominus punire potius quam præmiari inter legis effectus reponimus, quod punire coactiuam vim habeat: Ideo soli principi publicæ personæ non priuato homini competat, præmiari vero minime: quod non minus priuatis quam publicis personis conueniat. Alia non improbanda ratio potest afferri, nimirum virtutem, honestatis ipsius amore gratiaque solere persuaderi. Satisque magnum ipsa sibi virtus

Nota.
Cur præmiari non propriè legis dicatur effectus, sicut punire.
g l. 1. ff. de iustitia & iure
h Plutar. Cicero.
i Aristoteles Eth. 10.

A præmium atque merces existat. Iuxta illud Milonis apud [k] Tullium. *Fortes & sapientes viros non tam præmia sequi solere rectè factorum quam ipsa rectè facta* &c. Sed vt eò redeamus vnde deflexímus, Romanus Pontifex nullo pacto Ecclesiæ vniuersalis pastor summus ac Monarcha dicendus esset à Christo Domino constitutus, si leges sanciendi potestate careret: cum sine hac perfectè ipsam regere Ecclesiam, prout fert institutio Christi Domini diuina non posset: à quo vt sæpius diuersis in locis hactenus diximus, hanc pascendi regendique omnes fideles Ecclesiæ vniuersalis exceptos gremio sinuque complexos, potestatē immediatè non ab Apostolis nec à tota fidelium congregatione deprompsit,[l] vt sanctus Anacletus dicebat, & alij post eum Pontifices, vt Hadrianus primus ad Constantinum [m] Imperatorem hæc scribens: *Ab ipso redemptore mundi beato Petro Apostolo principatus & potestas da-* B *ta est, per eundem Apostolum Catholica & Apostolica Ecclesia Romana vsque hactenus tenet principatum & potestatis auctoritatem.* Cui auctoritati supremę ex vi dominicæ institutionis legislatiua potestas nexu inseparabili connexa est. Sic vt omnes sanctiones Apostolicæ sedis accipiendæ sint [n] non solum tanquam ipsius Diuini Petri, sed etiā ipsius Dei, Christi Domini voce firmatæ credantur. Atque hęc sanciendi Canones legesque sacras potestas & virtus adeò de intrinseca Pontificiæ maiestatis esse ratione iudicatur: vt quamuis ipse summus Pontifex in Concilium suum congregationem Cardinalium aut aliorum Ecclesiæ primatum adhibeat, tamen quæ lex aut sacer canon ex hac consultatione efformatus exurgit, non à sententia congregationis illustrium Cardinalium aliorumque doctrina præstantium singulari prælatorum sed à sola Romani Pontificis auctoritate, virtutem, vigoremque suum deducere censeatur. Ni sit ita: replicētur euoluanturque C vetusta ac recentiora legum Ecclesiasticarum pontificijque iuris monumenta non nisi rarissimè hæc verba. *Sacro approbante Concilio*, aut illa *de fratrum nostrorum consilio scripta*, comperiemus. Sed sola Pontificiæ auctoritatis expressio in vso solet esse, vt in illius dignitate suprema sanciendarum Ecclesiæ legum canonumque potestas esse indicetur. Non aliter quam Imperator secularis rexque post accepta suorum magnatum consilia, leges sua propria auctoritate, & non aliena sanciendo decernit, semperque subditorum regimini profuturas obfirmat. Hæc est iurisconsultorum Canonistarumque communis opinio, cui Theologi sacræque doctrinæ professores suo iudicio consensuque suffragantur. Vt videre est apud [o] Turrecrematam & [p] Panormitanum in cap. 2. de clericis non residentibus D num. 4. copiosè apud [q] Felinum multa referentem in rubrica de Constitutionibus num. 2. & [r] Decium ibi lection. 1. q. 3. Non enim minor est in vniuersam Ecclesiam potestas ac auctoritas in Rom. Pontifice quā quę fuit in S. Petro sicut supra pluribus copiosè probauimus. S. autem Petro potestatem adeò sublimē absolutamq; Dominus ligandi, soluendi, pascendique oues suas tradidit atque donauit, vt leges condere non aduocatis in consiliū alijs Apostolis se solo propriaque auctoritate potuerit: Ergo & hodie posse idem præstare Ro. Pontificem, si necessitas ac euidens Ecclesiæ vtilitas salusque populi requirat, quis non cum recta ratione credere debeat? si modo Ecclesiastica cum obsequio decreta audire velit? quid enim sibi volunt sanctiones illæ sacræ quę sequuntur, quidque aliud præ se ferunt quam plenam & supremam condendi leges in Ro. Ponti-

k Cicero pro Milone.
l S. Anacletus c. 2. dist. 22.
m Epistola Hadriani ad imp. Constantin. relata in 7. synodo act. 2.
n Can. sic omnes dist. 19.
Quamuis papa in condendis legibus Ecclesiasticis consilio Cardinalium aliorumque doctorum vtatur doctrina nihilominus omnis vigor legum à sola Rom. Pontificis pendet auctoritate.
o Turrec. l. de Eccles. potesta c. 2 § ideo ar. 2.
p Panorm.
q Felinus.
r Decius.

A fice sine alterius quã suę dignitatis præsidio potestatem?[a] *Apostolica sedes sine vlla synodo præcedente, soluendi & dãnandi habuit potestatem, & hoc quidem pro suo principatu, quem B. Petrus Apostolus Domini voce tenuit semper & tenebit.* Quid est hoc quod ait c. vlt. de Constitutionibus, nempe.[b] *Constitutio sedis Apostolicæ omnes astringit.* Causã huius obligationis hãc glossa reddidit scilicet *cùm sit iudex ordinarius omnium Christianorum, & mater omnium Ecclesiarum?* Quonam potentiori firmiorique fideles in Ecclesia, vt bene viuãt, quàm legum vinculo constringuntur? an non hoc fateri est absolutè, concedere canones edendi sacros, virtutem in Ro. Pontificis maiestate residere? quæ virtus nullo ei seculo denegata est. Sacra quippe sanctio[c] Rom. Pontifici semper licuisse nouas condere leges testatione sua confirmando clamat. Nec solũ id sacri canones asserũt, sed facta ipsa actusque Rom. Pontificũ ab vniuersa Ecclesia celebrari, huius veritatẽ potestatis clarissimè demonstrarunt. Neque enim melior legitimæ in Ecclesia potestatis nota, quàm ipsius in actum praximque ab omnibus receptum reuocatio potest assignari. Leges vero omnibus fidelibus impositas à Ro.[d] Pontificibus à primis Ecclesiæ nascentis annis ad nostra vsque tẽpora fuisse latas, & à tota receptas congregatione iustorũ, inductione exemplorum notius & clarius esse poterit, quã vt huius rei veritas, alicuius obiectionis dubijque tergiuersatione dissimulari valeat & alterari. Ab obitu S. Petri principis Apostolorũ notæ sunt piæ illæ constitutiones successorum eius[e] Lini, Cleti, Clemẽtis, Anacleti, Euaristi, Alexãdri, & Sixti: quas venerata omnis Ecclesia Christianorũ furẽtibus persecutionum crudelissimarum austris religiosissimè seruabat. Hos secuti posteri sũmi Põtifices nouos canones legesque prout expedire pro fidelium salute, intus eos spiritus sanctus admouebat edere, & sacris incidere tabulis, nullo vnquam tẽpore destiterunt.[f] Thelesphorus, qui à S. Petro octauus Pontifex in Apostolico solio sedens vniuersæ rector Monarchicus Ecclesiæ præfuit, sanctam quadragesimalis ieiunij institutionẽ ab Apostolica traditione profectam, vt religiosiùs semper obseruaretur noua lege corroboratã, decretoque Pontificio stabiliuit. Cui omnes, Eusebio teste, deuotè fideles assensere. Pius 1. legem statuit, vt in die Dominico sacra semper paschæ solẽnitas celebraretur. Quam legẽ ab omnibus toto orbe diffusis Christianis receptam, & facto ipso praxiq; decoratã fuisse,[i] Hegesippus apud eundem Eusebium suo tempore commemorat. Anno verò Domini 199. circiter, cũ[k] Blastus Hæresiarcha. Quartadecimanorum ductor hæreticorum Romæ hæ- D reticos esse diceret, qui decimaquarta luna festum paschale celebrare detrectarent:[l] Victor Pontifex tunc cõtra hunc errorem legẽ statuit antecessorũ suorum SS. Pij, Aniceti & Eleutherij decreta firmando, vt nõ alio quã die Dominico, hæc sancta paschalia celebrarentur: & qui secus facerent, censuræ Ecclesiasticæ subiugarentur, erroris q; macula fœdati ab eo tẽpore Quartadecimani pro hæreticis habiti sunt, quod legi Pontificiæ reluctarentur. Quid verò Tertullianus? quamuis è sinu tunc Ecclesiæ superbo lapsu transfuga in hæreticorum partes emigrauerit, nõne Ro. Pontificẽ sacrorum canonum, legumque Ecclesiasticarum propria auctoritate conditorem factoremque confessus est? Cùm hæc contra pœnitentium peccatorum misericordes indulgentias debacchãdo furiosus euomuit?[m] *Audio etiam edictum esse propositum, & quidem peremptorium, Pontifex scilicet maximus, Episcopus Episcoporum dicit. Ego & Mœchiæ & fornicationis functis dissoluo. O edictum, cui adscribi nõ poterit bonum factum & vbi proponetur liberalitas ista? Ibidem opinor, & in ipsis libidinum ianuis, sub ipsis libidinum titulis? Illic huiusmodi pœnitẽtia promulganda est, vbi delinquentia ipsa versabitur, illic legenda est venia, quò conspectiùs intrabitur. Sed hoc in Ecclesia legitur, & in Ecclesia pronuntiatur: & virgo est, absit, absit? à sponsa Christi tale præconiũ.* Hæc ipse cõgregationis Catholicę factus aduersarius in viscera misericordiæ Ecclesiasticæ erga lapsos pœnitẽtes insaniens, apertè leges Ro. Pontificis ad vniuersam Ecclesiã quæ est sponsa Christi pertinere profitẽdo, quamuis eas furiosè criminaretur.[n] Simili furore correptus Nouatianus presbyter pseudopontifex postea factus, cũ lapsos licet crimen suum detestatos & ad pœnitentię portũ conuersos à communione paceque Ecclesię reiiciendos esse adituque fideliũ congregationis indignos immani crudeliq; doctrina profiteretur, à S. Cornelio Pontifice hæreseos infectus lepra iudicatus est, atq; eius doctrina impia Pontificio[o] decreto condẽnata est. Cui omnes Catholici subscripsere. Cui decreto cum opposita doctrina Marcianus Episcopus Arelatensis aduersaretur, S. Cyprian. eundem Pontificẽ per litteras rogat, vt eum suo nouo rescripto & canone omni Episcopalis honoris dignitatisque iure priuaret, cæterosq; qui eius dogmata sectarentur ab omni Ecclesiæ cõmunione graduque deturbaret. Cumque eiusdem Põtificis lex lapsus crimine fœdatos Episcopos omni sacerdotis officio & honore exauctorauisset, omnes tali legi vehementer obsecutos magnopere principatũ Pontificis approbauisse. Ipse alibi[p] S. Cyprian. certissima fide testificatus est cum Agrippinum Archiepiscopum Carthaginensem baptisma hęreticorum contra antiquã Ecclesiæ vniuersalis cõsuetudinem improbãtem (vt ait[q] S. August.) S. Cyprianus successor eius nõ immediatus sequeretur, atque rebaptisandos ab hæreticis baptisatos bonũ Ecclesięque puritati consentaneum esse crederet, nixus est in suam Rom. Pontificem Stephanũ sententiam forti persuasione deducere: sed eius conatu visa est[r] Pontificis cõstantia maior: qui lege cauit ne antiqua Ecclesiæ cõsuetudo de approbatione hęreticorũ baptismatis alteraretur. Cuius legis vigor per omnes Christianorum nationes tantum potuit, considerata legislatoris auctoritate: vt tandem consopitus extinctusque talis error euanesceret. Cui legi veritus S. Cyprianus omnino cõtradicere, licet statim errorem istũ specie quadam religionis pietatisq; velatũ à suo prædecessore Agrippino defensum,[s] & à Tertulliano prius excogitatum non quietus pacatusque deposuerit. *Tamen in tam obscura quæstione turbatus, & vbique intuens,* inquit S. August.[t] *vniuersalem robustamque cõsuetudinem, coarctauit se potius, & prece & intentione mentis ad Deũ, vt quod postea plenario cõcilio visũ est, id verum esse perspiceret & doceret.* Tandẽque verisimile imo verissimum credit hunc errorem ab animo suo ante obitum suum penitus exturbasse, & Romani Pontificis decretum legemque huius erroris expultricem maxima veneratione respexisse. Sic enim de ipso sancto Martyre loquitur.[a] *Sed fortasse factum est vt suam correxerit sententiam. Sed nescimus, neque enim omnia quæ eo tempore inter Episcopos gesta sunt memoriæ litterisque mandari potuerũt, aut omnia quæ mandata sunt nouimus.* Et Epistola ad vincentiũ 48. hæc de eodem S. Cypriano.[b] *Correxisse autem,*

[a] Cap. cuncta 9. q. 3.
[b] Cap. vlt. de Constitut.
[c] Can. cũct. per mundum.
[d] C. sunt quidam 25 q. 1. *Ius fuisse Romanorum Pontificũ legibus vniuersam Ecclesiam astringere exemplo factoque ipso probatur.*
[e] Septem Pontificũ ab obitu S. Petri primorum Constitutiones.
[f] Thelesphori lex noua pro quadragesimæ obseruatione ab Apostolis institutæ.
[g] Eusebius in Chroni. anno 136.
[h] Eusebius in chro. an. 146.
[i] Egesippus apud Eusebiũ in chroni.
[k] Tertul. l. de præscript.
[l] Eusebius l. 5. c. 14. & c. 22. *Victoris lex.*
Tertullianum etiam factum hæreticum Romanum pontificem legum conditorem agnouit.
[m] Lib. de pudicitia.
Nouatianus lege S. Cornelij de hæreseos est damnatus scelere.
[n] S. Cypr. Ep. ad Corneliũ.
[o] Idem S. Cyprianus.
[p] l. 1. Epist. 7.
[q] l. 2. de baptismo contra Donatist. c. 7. 8.
[r] Eusebius l. 5. c. 4. *Lex Stephani Papæ de non rebaptisandis, per hæreticos baptisatis.*
[s] Hoc patet ex lib. de baptismo cap 14. ipsius.
[t] l. 2 de baptismo contra Donatistas, c 8.
[u] Valde probabile S. Cyprianum sententiam priorem mutasse iudicio S. August. l 2. de baptismo cõtra Donatistas c 4.
[x] S Aug Ep. 48 ad Vincentium.

A inquit, *istam sententiā non inuenitur: non incongruenter tamen de tali viro existimandū est quod correxerit: & fortassè suppressum ab his, qui hoc errore nimium delectati sunt & tanto velut patrocinio carere noluerūt.* Et cum huius sancti Martyris vtraque Ecclesia orientalis & occidentalis (teste S. Gregorio Nazianzeno) natalem diem semper celebrare cōsueuerit: eū se ab ipso errore subduxisse atque in Ecclesiæ sanctæ gremio vitam glorioso martyrio finiuisse nemo Catholicus rationabili permotus cōiectura dubitare poterit. Cui persuasioni vera hæc in laudem [a] S. Cypriani D. August. verba suffragātur. [d] *Non solùm malos Catholicos nullo modo comparamus, sed nec bonos facile coęquamus, beato Cypriano: Quem inter raros & paucos excellentissimæ gratiæ viros, numerat pia mater Ecclesia.* Quantum verb illud elogium, quo sanctus eum effert in cælum Hieronymus, [b] *Ne lōgo,* inquit, *sermone sensum traham, vir sanctissimus & eloquentissimus martyr Cyprianus, & nostri temporis confessor Hilarius. Nonne tibi videntur excelsæ quondam in seculo arbores ædificasse Ecclesiam Dei.*

a S. August l. 6 de baptismo contra Donatistas, c. 2.

b S. Hieronymus in Esaia c. 60.

B Certumque est hunc sanctum Doctorem martyrio gloriosum nequaquā à Stephano Papa, cōmunione Ecclesiastica & Apostolico fœdere fuisse priuatū: sed in sacratissima cum Apostolica sede vnitate, & coniuratione gloriosa, cum Sixto Papa Stephani successore vsque ad felicia per gloriosum martyriū funera mortemque tyrānico partam mucrone perstitisse. Alij Africani Episcopi qui in consensum [c] opinionemque S. Cypriani coiuerant, legi Rom. Pontificis obedientes, sententiam mutuauisse, & contraria prioribus in honorē iussi Pontificij statuisse constat, ex S. Hieronymo, talia contra Luciferianos asserente. [e] *Conatus est Cyprianus contritos lacus fugere, nec bibere de aqua aliena, & idcirco hæreticorum baptisma reprobās, ad Stephanum tunc Romanæ vrbis Episcopum qui à beato Petro vigesimus sextus fuit, super hac re Africanā synodum direxit: Sed conatus eius frustra fuit. Denique illi ipsi Episcopi, qui rebaptisandos hæreticos cum eo statuerant, ad antiquam consuetudinem deuoluti nouum emisere decretum.*

Africani Episcopi sectatores S. Cypriani decreto Romani pontificis obedientes sententiam mutauerunt.

e S. Hieron. Dialog. con. Lucifer.

C Sed hæc in gratiā S. Cypriani defensionis per digressionē dicta sunto. Ad propositum de quo digressi, redeamus. 2. Hoc sanè firmum esse puto argumentum quo Rom. Pontifici canones legesque sacras cōdendi virtutem potestatēque iure diuino per vniuersum mundū Christianę subditum fidei competere credamus: Cum Episcopus in suæ territorio diœceseos hac virtute potestateque potiatur. Cuius nō potest esse in sua Ecclesia particulari maior auctoritas quam Papæ in vniuersali, & tamen nemo sanæ mentis, iudicijq; doctrina politi negauit vnquā, Episcopos particularium Ecclesiarū rectores in sua diœcesi ius sciscendi leges statutaq; pro salute crediti sibi gregis habuisse.

2. *Episcopos ius habere leges condendi in sua diœcesi probatur, vnde colligitur à minore Papam illud posse in toto orbe Christiano.*

D Hoc enim si negaret nimis ridiculus haberetur, nimisque potentibus eius cōtumacia rationibus & argumentis tā à sacro diuinoque quā humano iure desumptis impugnata confunderetur. Quid enim sibi hæc Apostoli Episcopis Ecclesiarūque rectoribus loquentis verba volunt? [d] *Attendite vobis & vniuersi gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiā Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* An non legifera virtus Ecclesiarū regimini directionique coniuncta? quid illa eiusdē Apostoli. [e] *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationē pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.* Si ouiū fidelium est obedire pastoribus ac præpositis nunquid non

d Act. 20 l. 28. testimoniis S. Scripturæ id probatur.

e Hebræo. c. 13. v. 17.

A pastorum erit pręcipere & imperare? ipsa porro præceptionis imperijq; virtus, si ferendi leges pro salute populi iure priuaretur nōne in Ecclesia Dei manca, debilis, planeque euanida languesceret? sed quid illa Christi Domini verba (vt nostra potētius firmetur assertio) pręscribunt & indicant. [f] *Quæcumque ligaueritis super terram erunt ligata & in cælo,* &c. Quis verbo ligandi legislationis virtutem includi nescit? ad quas vero personas hæc Dominus verba direxit, nisi Apostolos eorūque successores Episcopos, qui pro patribus Apostolis nati sūt filij labentibus annis in officio pastorali animarū præsides, vt saluæ fiāt? Sicut [g] iura Ecclesiastica [h] synodique œcumenicæ spiritus sancti virtute interius rectorū corda mouente iudicauerunt? Dicant qui cōtra disputant, si hæc alia Christi Domini verba. [i] *Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit.* Non apertè demonstrēt fideles in Ecclesia populos iussa pręscriptaque pastorū suorum docili reuerentia, auscultare debere, vt ea humili deuotoq; fideliter exequantur obsequio? Quò rerum ad salutem animæ spectantiū satagentes æternitati beatitudinis venturæ prospiciant? quę verba non solis dicta fuisse Apostolis à Domino, sed etiam Episcopis eorū successoribus [k] S. Cyprianus [l] & Basilius magnis rationū oraculorumque diuinorum ponderibus innixi tradiderunt. Nec à Domini magistrique sui mēte discipulus Apostolus ita dicendo recedebat. [m] *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit:* Quòd per sublimiores illas potestates, Ecclesiasticas præcipuè Apostolum, omnes doctores intellexisse fateātur, quæ veræ, pręsecularibus potestates sunt: inter quas maximè sub Rom Pontifice Episcopales eminent. Huius condendarū legum potestas, vsus & assertio vbique per sacros sparsa canones apparet.

f S. Matt. 28.

g Ca in nono dist. 11.

h Concil. Trident. sess. 23. c. 4

i S. Luc. 10.

k l. 4 Epist. 9.

l S. Basilius in Const. monasticis cap. 23.

m Roman. 13.

C Testatur caput [n] primū de consecratione dist. 3. quod instituendi festa noua & ieiunia potestatem Episcopo tradidit nō modo sed ei traditam de iure communi supponit [o] c. 2. de locato palā loquitur Episcopis statuta legesque in sua diœcesi posse moliri. [p] vt fusiùs exponit glossa. Quid hoc clarius ad assertionem nostram scripto [q] in c. 2. de maioritate & obedientia, ex S. Gregorij fontibus hausto. *Si quis venerit contra decretū Episcopi ab Ecclesia deiiciatur.* In quē locum ait glossa [r] *Episcopi enim possunt cōdere canones Episcopales, quia quilibet populus & qualibet Ecclesia, sibi potest constituere aliquod ius iuxta* [s] *sacros canones, sed de maioribus negotiis non possunt aliquid statuere,* inquit ipsa glossa: quod nimirum maiora Ecclesiarum negotia non possunt nisi à sedis Apostolicę sublimi virtute iudicioque determinata cōquiescere. His adiungatur si libet, vt clarius resoluta remaneat assertio illud in c. 2. de constitutionibus in sexto.

Assertio & vsus potestatis condendarum legum Episcopalis passim in corpore canonico occurrit verificata.

n c. 1. de consecrat dist. 3.

o c. 1 de locat. l. 3. decret. tit. 18

p Glossa statuto ibid.

q c. 2. si quis de maioris & obedientia l. 1. decret. tit. 33.

r Glossa decretum ibid.

s Can. ius ciuile distin. 1. Can. quæ contra dist. 8. Can. catholica dist. 11. Illa dist. 1. c. 2. vt animarum de constitut. in sexto.

D *Statuto Episcopi quo in omnes qui furtum commiserint, excommunicationis sententia promulgatur, subditi eius furtum extra ipsius diœcesim committentes, minime ligari noscuntur. Cum extra territorium ius dicenti non pareatur impunè.* His omnibus scripturæ sacrę sanctorumque canonum oraculis persuasi doctores vtriusque iuris, cum summistis Theologos secuti hanc assertionem nostram absolutè veram mordicus affirmant, vt eorum doctrinæ peritiæque singularis in Rubricā & in Capita Cum omnes &, Cum accessissent de Constitutionibus monumenta lucubrationesque loquuntur. Quod si de hac Episcoporum leges condendi in sua diœcesi potestatis veritate nullatenus doctores diuini sacri humanique iuris ancipiti inter se contentione distracti dubitār: quid causæ esse poterit, propter quam

Argumentum à minori si licet Episcopo in sua diœcesi ancire leges quātò magis Papa in orbe Christiano vniuerso.

ſic Pontificiæ maieſtatis acies hebeſcat vt de ſuæ penu ſinuque auctoritatis extractas nataſque leges per vniuerſum Christianorum orbem obſeruationi mandãdas cum plenitudine poteſtatis expandere non poſſit? Neque vllo modo credẽdum Papę ligari manus, virtutẽque limitari & coarctari in ferendis legibus à Cardinalium collegio, aut ab alia cleri congregatione. Cum hęc ſumma Papæ ſanciendorum canonum poteſtas nullo modo ab illis, ſed à ſolo Deo profecta pendeat, nemoque ius alteri quod non dedit amouere poteſt; Neque minor eſſe poteſt, vt iam notatum, Papæ in vniuerſo fidelium orbe regendi dicendique iuris poteſtas, quam in ſua dięceſi Epiſcopi. Qui iure cõmuni & regulariter minime à ſuo in editione legũ pro ſui directione gregis capitulo pendet, cũ ab eo ſuam legiferam iuriſque dicendi virtutem minime mutuatus acceperit, ſed à Papa à quo ſecundum pulchram, quã in Eccleſia ſua Chriſtus œconomiam ordinationemque poſuit, princeps in ſua diæceſi conſtitutus eſt, pro ſalute ouium Chriſtianarum contra amentiam perditorum luporum: omnium videlicet Eccleſiæ perduelliũ: quos perdendi animas quas illa ſponſo ſuo Chriſto Domino peperit, cæcos rabies exagitat. Non tamen negare intendimus, quod iuſtè non valemus, neceſſarium eſſe concilium vel conſenſum cleri, aut etiam populi, in caſibus à iure expreſſis [a] iuxta doctorum communem receptamq; interpretationem [b] Panormitani Innocẽtium alioſque citantis, Angeli, Tabienæ, Silueſtri, Antoniniq; didicimus: & in his rebus quæ ſpecialem rationem, vel neceſſitatem præ ſe ferunt. Vt exẽpli cauſa ſi leges ferre vellent Epiſcopi de his rebus, quæ in præiudicium capituli aut Cleri proportione ſeruata cedere poſſent: quòd nempe priuilegio à ſuperiore illis indulto vel prędcriptę conſuetudini officere viderẽtur. Huiuſque veritatem aſſertionis [c] per argumentum à ſimili ex capitibus nouit, & quanto tit. de his quæ fiunt à Prælato ſine conſenſu Capituli magiſque ex c. 1. [d] veſtra de locato colligimus: eſtque communis ſententia doctorum Selini Archidiaconi & aliorum. Sed iſta nos diutius non morentur, vt inceptę diſputationis ſeriem dilucidius ſolidiuſque in ſequenti capite perſequamur.

In duobus, Epiſcopus non poteſt in ſua diæceſi leges ſancire ſine conſenſu capituli, cleri ac populi.

a C. vlt. de feriis c. 1 de cõſecra diſt. 3.
b Cap. Nouit Tit. de his quæ fiunt a prælato &c.
c Cap. quanto ibid.
d C. Veſtra de locato.

CAPVT III.

De obligatione legis Pontificiæ in omnes fideles.

1. *Lex Pontificia fideles ita obligat in conſcientia, vt ei parere renuentes ſine cauſa, mortaliter peccent.*
2. *A qua nulli in Chriſtiano populo eximũtur.*
3. *Nulli ſeculari principi conceſſum leges Eccleſiaſticas condere.*

RECTE magnus ille inter ethnicos cęteris præſtans philoſophus Plato, Dei timorem, editioni legum initium occaſionemque dediſſe aſſeruit: quas minime executioni mandatas euanidas ac inutiles eſſe, græcorum eloquentiſſimus & poſt eum iuriſcõſultiſſimus [g] Vlpianus alijque ſapientes rerum pub. rectores affirmauerũt. Quę ſæpius ex vitiis, morumque corruptelis natę, criminũ diſſolutionumque priuatarum & publicarum fibras ac vires elidẽtes, magnũ in humana ſocietate robur virtutum ſemi-

Timor Dei initium legum.
e Plato 1. de legibus circa principium.
Leges inutiles ſi non exercentur.
f Demoſtenes.
g Vlpianus.

A nibus, incrementis ſplendoribuſque pepererunt. *Vſu probatum eſt* (dicebat Traſea apud Tacitum,) [h] *Leges egregias, exempla honeſta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Sic oratorum licentia Cinciam rogationem, candidatorũ ambitus Iulias leges, magiſtratuum auaritia Calphurnia ſcita, pepererũt. Nam culpa quam pæna tempore prior: emendari, quam peccare poſterius eſt.* Quæquidẽ & ſimilia bona leges minimè cauſarẽtur: ſi efficacia virtuteque ſubditos ad obediendum cogendi in conſcientia, priuarentur. Qua virtute poſſent leges humanæ; ergo multò magis Eccleſiaſticę ac Pontificię Principum ſecularium legibus teneri ſubditos in [i] cõſcientia Apoſtolorum princeps eruditus à ſpiritu sãcto iudicauit. [k] Quod *cùm fideles ſeruos obedire ſuis præpoſitis ac Dominis non ſolum bonis, ſed etiã dyſcolis admonuerit, quia ſic erat voluntas Dei,* ſubdiderit: *Hæc* [l] *eſt enim gratia ſi*
B *propter Dei conſciẽtiam ſuſtines, quis triſtitias, patiens iniuſte.* Quibus verbis, *propter conſcientiam Dei,* Significare voluit, conſcientiam legibus ligari obſtringique ciuilibus: cuius ſenſui congruit illa vox Apoſtoli. [m] *Neceſsitate ſubditi eſtote* (ſcilicet præpoſitis veſtris. *Non ſolũ propter iram, ſed propter conſcientiam.* Huius autem virtutis obligãdi ſubditos in lege humana, tam ciuili quã canonica ſitæ, ratio hęc aſſignatur optima. Quod omnis lex humana quę iuſta ſit, (ſecus immerito lex diceretur) à diuina æternaque per naturalẽ recto tramite deriuetur & exundet: iuxta illud ſapientiæ æternæ decretum & oraculum. [n] *Per me reges regnant & legum conditores iuſta decernunt.* Primis huius diuini oraculi verbis regnandi poteſtas diuinitus principibus data deſignatur, vt Apoſtoli ſententia verifi-
C cetur. [o] *Omnis poteſtas eſt à Deo,* Poſterioribus verò prudentia & æquitas, per quam ſancire leges effectuque mandare debeant principes, exprimitur.

Quod ſi illud verũ de omni lege humana, multò magis de Eccleſiaſtica, ea verò maximè quæ ab eo condita eſt, qui Eccleſiaſticæ Monarchię princeps & rector ſupremus ab omnibus fidelibus agnoſcitur. Qui vt Pater & paſtor ſpiritualis à ſolo Deo dependens, & ab eo omnes ſibi creditos fideles ſũma poteſtate gubernãs, illis obligationem inferre poteſt in conſcientia, ſeruandi leges canonicas à ſe conditas, & ſufficienti promulgatione orbi Chriſtiano communicatas, vt [p] Alphonſus à Caſtro [q] Turrecremata, aliique de meliori nota doctores crediderant: quod adeo verum eſſe credo, vt ſecundum fidem negari non poſſe putem, ſi quæ ſuperiori capite dicta ſunt, attentiùs examinentur.
D Neque propterea lex minus legis nomine & honore dignabitur, ſi iuſta & ſufficiẽter promulgata non recipiatur à populo: nec minus peccabit contra Dei iuſſa, ſi illam ſine cauſa repudiet. Hoc enim illud abſurdiſſimum, & rectæ regulæ rationis obſiſtens maximè ſequeretur, vt populos ſimul cum Roman. Pontifice legiſlator canoniſque Eccleſiaſtici conſtructor haberetur: Si ad eſſentiam naturamque legis Pontificiæ, conſenſus populi neceſſarius eſſe iudicaretur. Hoc enim Chriſti Domini diuinæ repugnat inſtitutioni, qui abſolutè dixit S. Petro. [r] *Quodcũq. ligaueris* &c. Et [ſ] *Paſce oues meas,* ſine hac exceptione. Si populus acceptauerit: quoniã, *Contra ius diuinum nulla præualere valet conſuetudo.* Quæ quandoq; contra ius humanũ multum poteſt. Ideoque ſuppoſita legis Pontificis rectitudine, inde obligatio ad illam recipiendam, & executioni mandandam fidelibus omnibus naſcitur: vt illi minime culpa vacare dicantur, qui poſt le-

Leges ex vitiis nata.
h Tacitus l. 5. annal.
Subditi principum laicorum iuſtis tenentur legibus, ergo multo magis Eccleſiaſticorũ.
i Thomas 12. qu. 96. art. 4. Sotus l. 1. q. 6. art. 4.
k S. Petrus 1. e. 2. v. 18.
l Ibid. v. 19. & 20.
m Rom 13.
n Sap. 8.
o S. Paul. Ro. 13.
p Alph. à Caſtro l. 1. de lege pænali ca. 1.
q In cap. 1. de Treg. & pace §. leges. §. ſecundo.
Eſſentia legis ab acceptione populi non pendet.
r S. Mat. 16.
ſ S. Ioan. 21.
Lex Pontificis iuſta & facilis obſeruandi obligationem parit.

gitimam promulgationem illam despicere, & eius obseruationi reluctati non vereantur. Estque clarissima, maximéque veritati congrua propositio, præcipuè si lex Pontificis non modo iusta, sed etiam magna facilitate temperata videatur. Tunc enim subditi potestas non deest: & voluntas contraria nulla rationabili coniectura præsumi potest. Cui iustæ facilique obseruatu legi, quam promptè se, suosque subditos deuoto studio[a] Imperator ille Magnus Carolus submittebat, quem ab illius obseruantia nulla difficultas, rigorque deterruit. Vt his verbis profitebatur: *Licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus & pia deuotione toleremus.* 2. Tam igitur latè patet legum, pontificiorumque canonũ auctoritas per vniuersũ orbem, vt ab illius obedientia, obseruationeq; fidelis adultus, quocumque in loco terrarum consistat, quantacumque dignitate sublimitateqoe siue imperiali, regia, principali, Ecclesiasticaq; polleat, oullus immunis & liber esse possit: alias ab ouili Domini gregeque extorris & exul esse crederetur. Est enim Pontificis potestas non angustis terræ finibus, sicut regum principumque secularium conclusa, sed sine termino, per omnia mũdi climata vastissimè peruagata, dilatata, diffusa super omne Christi Domini corpus mysticum quod est Ecclesia, generalissima ab omnibus de grege fideli recognoscitur. Et quò latissimè Pontificia potestas extensa prouehitur, eò etiam leges eius potestatis deductæ penetrant: vt non possit esse aut dici Romanus Pontifex, Princeps ac pastor vniversalis ouilis Christiani, quin simili iure omnes vbique terrarum sparsæ huius ouilis animæ fideles legum Pontificis obseruandarum vinculo teneantur. Sub quibus legibus œcumenicarum syoodorum statuta legesque comprehendere intendimus: quooiam hæ leges ea potissimum ratiooe vim sobditos obligandi habere censentur quòd Romani Pontificis approbatione potiãtur. Imò etiam ab hac virtute omnes Christicolas obligandi, prouincialiom conciliorum statuta minime repellam: si à Romano comprobata Pontifice in corpus canonicum redacta sint, vt aliquo modo pro vniuersa fidelium congregatione, & eorum salute suscepta, eisqoe proposita sufficienter esse videantur. Sed obseruandom est, cum dicimus Pontificias leges omnes obligare fideles illud esse verum, de se id est, ex propria sua virtute atque essentiali ratione. Non quod illæ leges semper actu omnes obligẽt quia Romanos Pontifex non semper sancit leges vniuerso orbi dirigendo destinatas, vt propterea ab omnibus obseruatione colantur: sed nonnunquam pro certis nationibus, prouinciis, regnisque particularibus, statuta cõdit ac leges: quæ propterea non omnes, sed eos tãtum horum locorum incolas, pro quorum vtilitate ac directione condita sunt, ex intentione legislatoris obligare dicuntur: quia horum statutorum vigor valorque ab ipso omnium fidelium pastore limitatur, & in angustum obligandi terminum coarctatur. Licet enim omnes vniuersalem Papæ in omnes fideles potestarem in spiritualibus fide Catholica confiteamur, nullosque sacro lauacro sanctificatos Christoque genitos ab illius obedientia credamus immunes ac liberos: sẽper tamen in his Pontificum legibus, sicut in similibus rebus materię exigentia est attendenda diligenter atque prudenter. Quis enim prudentum ac in sacris litteris Ecclesiasticisque rebos bene versatorum singulas Ecclesiæ ac Pastoris œcumenici leges & canones omnes obligare fideles auderet asserere? Cum pauci tales habeantur, illi nempe qui generalem fidelium in terra peregrinantium statum considerant, rerumque ad eorum salutem spectantium satagunt, quò rectum tutumque ad æterna cælorum tabernacula facilius iter assequantur. Alij vero quamplurimi Ecclesię Pontificisque canones tantummodo certis quibusdam fidelium statibus vitæque variæ conditionibus accommodati reperiuntur: Et ita, vt magnus nostri temporis[b] Theologus loquitur. *Leges Pontificia, vt sic, ad omnes spectant: non tamen singula ad omnes, sed partitione accommodata.* At quæ omnium fidelium statum tangunt, vt salui fiant, omnes in coosciencia obligare creduntur, vt earum trangressio cõtemptores lethalis criminis contagione polluat: vt est cõmunis assertio doctorum, præsertim Parisiensium, rubore ac turpitudine eos confundentium, qui eorum se falsò & arroganter doctrinę Catholicæ ac eruditionis sinceræ fontes sectari gloriantes, sacrosanctam Romani Pontificis condendi sciscendiqoe canones auctoritatem, virtutemque suis impostutis & erroribus adulterare ac penitus infringere scelleratè conati voluerunt: Nec cessantes à rebellione sua, quod apertè non potuerunt, clandestina fraude quotidie perficere moliuntur. Sic enim cõtra hos inter doctores Parisienses[c] Almainus: *Vni Petro & successoribus eius data est potestas constituendi canones.* Item *in foro exteriori potest aliquid summus Pontifex præcipere, cuius transgressio erit peccatum mortale, quæ non esset excluso tali præcepto.*[d] Ante hunc Cancellarius Parisiensis: *Quando Pontifex,* inquit, *aliquid decernit, nunquam contrarium est publicè dogmatizandum.* Quid est aliquid decernere, nisi sancire leges? Sed quid clarius altera eiosdem aoctoritate ad hoc confundendũ & confringendum dogma sceleratum & impium. Sic plena veneratione de sancta Rom. Pontificis leges condendi, sobditos in conscientia obligantes potestate rectè iudicantis:[e] *Plenitudo,* inquit, *legis Ecclesiastica sic proprie sumpta, non potest esse de lege ordinaria, nisi in vnico summo Pontifice formaliter, & subiectiue, alioquin Ecclesiasticum regimen non esset monarchicum, & habere posset multiplex caput ex æquo, quod aperte est hæreticum,*[f] Cum autem Robertus Cęnalis. *Ad consensum fidei necessariam esse Pontificis Romani Monarchiam & auctoritatem, affirmabat.* Quid innuebat aliud quàm penes maiestatem Romani Pontificis virtutem leges edendi sciscendique residere? Alias Monarcha Ecclesiæ spiritualis non haberetur: cum de intrinseca Monarchæ ratione cõdere leges esse constet: an non mens alterius doctoris Parisiensis[g] Alliacensis cum illorum sensibus congruebat, cum illa loquebatur? *Dico quod iura quæ loquũtur de plenitudine potestatis intelliguntur de plenitudine iurisdictionis, & non de plenitudine ordinis, & quod hæc plenitudo iurisdictionis residet in Romano Pontifice Petro succedente.* Quæ porro potest esse iurisdictionis plenitudo, cui legum condendarum subditos ad sui obseruationem in conscientia sub districtione culpæ lethalis obligantium facultas non sit annexa?

3. Hęc autem summa faciendi canones legesque pro vniuersalis Ecclesiæ directione, in finem suum supernaturalem, qui in æterna vita cõquiescit, auctoritas, facultas, atque virtus soli data est diuinitus à Christo Domino, Romano Pontifici ac œcumenicis Conciliis à Papa confirmatis: sicut singulis Episcopis sub Papæ potestate constitutis, concessa, desuper leges particulares edendi potestas,

[a] Carolus magnus Imperator ex cap. in memoriam c. 19. dist. ex capitulis Caroli magni.

2. *Omnes fideles adultos lex Pontificia astringit.*

Canones conciliorum generalium omnes astringunt & obligant à Papa confirmati, etiam prouincialium.

Quandoque Papa fert leges pro certis nationibus ac personis quæ propterea omnes non obligant.

[b] Suarez l. 4. de legibus ca. 19.

Parisienses doctores cũ aliis Catholicis omnes Pontificis legibus fideles obligari, contra schismaticorũ hæreticorumque huius seculi errores asserunt.

[c] Almainus c. 4. de potest Eccles. sub finem & ca. 10.

[d] Gerson de Eccles. potest

[e] Ibid.

[f] Robertus Cænalis lib. de oblatis conditionibus ab hæreticis.

[g] Alliacensis 3. part. c. 1.

3. *Nulli principi laico licet condere leges Ecclesiasticas obligantes in conscientia siue pro vniuersali Ecclesia siue pro particularibus.*

quæ populo suæ diæceseos incluso finibus, ad salutem animæ suæ subseruiant & opitulentur. At à principibus laicis, quantacumque maxima in terris dignitate, potentia, atque sublimitate honoris, excellentiæque, siue imperialis, siue regię, siue alterius cuiuscumque principatus, cum admiratione refulgeant, talis spiritualis auctoritas potestasque longissimè arceri debet: nec ab illis vsurpari principibus, quin magno se scelere atque sacrilegio polluant. Vnde leges illas quæ passim in codice Iustiniano aut Theodosiano à Theodosio & Iustiniano, aut alijs vtroque vetustioribus, siue in capitularibus Caroli magni, siue in Partitis Hispaniæ aliisque similibus, circa res atque personas Ecclesiasticas editę leguntur, non esse veras leges canonesque credendum est; nec vllo modo conscientias obligare subditorum, prout ex cap. [a] literas de iuramento calumniæ didicimus: nisi in his in quibus ab Ecclesia romanoq; Pontifice inter sacros canones iuraque redactæ sunt Ecclesiastica: in aliis vero minimè: prorsusque legitimæ legis vigore cadentes si canonibus obsistant, à populo fideli contemni, atque reiici omnino merentur: vt videre licet in [b] L. priuilegia, & L. Cassa cod. de sacrosanctis Ecclesiis. Si vero sacris Ecclesiæ statutis minime teluctentur, per modum instructionis, non iuris tunc prodesse, ac inseruire Ecclesiæ ex occasione in salutem æternam reflexæ valebunt. Vt copiosè clareque [c] Doctores exponunt. Illi ipsi Pii ac Christiani Imperatores, hanc pro Ecclesiæ regimine sanciendi leges canonesque potestatem à sua imperatoria maiestate potentiaque seculari alienum esse dissimulare noluerunt, sed præ se ferentes Christianæ fidei ac veritatis agnitionem ingenuè profiteri voluerunt: vt Constantinus Magnus, suo inter Episcopos lites controuersiasque iudicio componere, tanquam materiam alterius fori quam sui recusans, cum in synodo Nicæno diceret: [d] *Deus vos constituit sacerdotes & nobis à Deo dati estis iudices: & conueniens non est vt homo iudicet Deos, sed ille solum de quo scriptum est. Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat.* 1.[e] Quid vero egregia vox illa Theodosii Iunioris ad Ephesinam synodum scribentis, aliud clamat quam assensum verbis antecessoris Imperatoris Constantini Magni? [f] *Illicitum est*, inquit, *eum qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum, Ecclesiasticis immiscere tractatibus.* Valentinianus senior Theodosiis antiquior patre & nepote Episcopis à se per legatum postulantibus facultatem congregandi Concilium pro rebus fidei, Ecclesiæque directionem cernentibus valdè religiosè & imperatoris vere Catholici modo respondit. [g] *Sibi qui vnus è laicorum numero erat, non licere se huiusmodi rebus interponere.* Egregia sane vox & tanto imperatore Christiano digna, qui piè admodum in Deū affectus tanto spirituales patres animarum pastores honore dignatus est, *Vt neque sacerdotibus quidquā imperare*, inquit [h] Sozomenus, *Neq; nouare aliquid in institutis Ecclesiæ voluerit, quod sibi deterius videretur, vt melius omnino aggrederetur. nā, quamuis esset optimus sane Imperator, & ad res agendas valde accommodatus: tamen hoc suum iudicium longè superare existimauit.* Dum genus hominum extabit magna celebritate illa Honorii Imp. ad fratrem Arcadium orientis Augustum, pro causa sancti Chrysostomi scribentis oratio

Qualitas imperatoria, aut regia leges de rebus ac personis Ecclesiasticis statuentes legis vigorem habere dicuntur.

a Cap. literas de iurament. Calum.

b L. Priuilegia 9 omnes L. Cassa, C. de sacros. Eccles.

c Felio in ca. Ecclesiæ de constitut. v. 36. Panorm. ibid. v. 15.

Testimonio imperatorum probatur non licere laicis principibus canones condere Ecclesiasticos.

d Ruff. l. 1. hist. ad dicta ad Euseb c. 2. & Adrianus Papa, epist. 2. ad Michaelē Imper.

1. Constantini Magni.

2. Theod. Iunioris.

f Epistola Theodosii Iun. ad Ephesinam sinod ex Adriano, epist. ad Michael. Imp.

3. Valētiniani senioris.

g Sozom. l. 6. c. 7. Niceph. l. 11. c. 40.

h Sozom l. 6. c. 21.

4 Honorij Imp. digna sententia.

A prædicabitur, in qua hæc præter cætera: [i] *Cum si quid de causa religionis inter antistites ageretur, Episcopale oportuerit esse iudicium, ad illos enim diuinarum rerum interpretatio, ad nos religionis spectat obsequium.* Et paulo post, *Rebus denique ipsis docetur, quid de his senserit diuina maiestas*, &c. Ipsi vero imperatori Iustiniano qui tot in suo Codice leges ac iura ad res personasque pertinentia Ecclesiasticas compilasse visus est, qualem fuisse mentem ac iudicium circa hanc condendi leges Ecclesiasticas potestatem laicis principibus indebitam fuisse credimus? Hoc ipse quale fuerit in hac materia, his verbis expressit: [k] *Maxima quidem in omnibus sunt dona Dei à superna collata clementia, sacerdotium & imperium: illud quidem diuinis ministrans, hoc autem humanis præsidens, aut diligentiam exhibens: ex vno eodemque principio* B *vtraq; procedentia humanā exornant vitā.* Quam autem impiè ac sacrilegè principes seculares quicumque illi fuerint hanc leges Ecclesiasticas sciscendi licentiam sibi contra fas omne atque ius arrogauerint; Apparet ex principio duplici in sacris radicato scripturis. Primum est, in noua lege hæc potestas condendi leges sacras in Ecclesia data est à Christo, Apostolis præcipuè & ordinaria potestate S. Petro qui in terris seculares principes nō erant: alterū in scripturis sacris non reperitur à Christo Domino hæc potestas data principibus laicis. Et illud principium euidenti ratione fit sole ipso clarius, quod scilicet priusquam reges, ac principes temporales Christianæ fidei splendore, virtute baptismatis illumina- C rentur, iam suam Ecclesiasticam iurisdictionem Christus Dominus instituerat, institutamque legitimis pastoribus primis Ecclesiarum patribus Apostolis crediderat, cum ordinatione eam ad posteros, eorum successores propagandi. Quo ergo iure principes mundi temporales, hanc à legitimis auulsam possessoribus secundum Deū, potestatem sibi vendicare possunt, quæ non temporalis sicut eorum status, sed verè spiritualis & supernaturalis à solo Deo, non à populi concessa consensu iudicatur? Apostoli namque hanc à Christo Domino immediatè, sed extraordinaria iurisdictione, & in ordine ad obsequium Apostolorum principis in vniuersam Ecclesiam, potestatem sunt consecuti: quam postea aliis Episcopis propria auctoritate, non à populo, sed à Deo solo profluente super Ecclesias particulares communicarunt: excepto sancto Petro, qui D successione & potestate ordinaria, eam posteris suis Romanis Pontificibus in vniuersam fidelium congregationem toto sparsam mundo, vt accepit à Domino, reliquit. Hinc contra peruersum principum secularium sensum, magnum ex auctoritate scripturę S. negatiua fit argumētum, prout mirabilis abyssi doctrinæ sancti Thomæ eruditio sententiaque demonstrant, cum ait; [l] *In his quæ sunt supra naturam, soli auctoritati creditur: & quæ ex sola Dei voluntate proueniunt, supra omne debitum creaturæ nobis innotescere non possunt, nisi quatenus diuinitus reuelata sunt.* At nemo Catholicorum doctorum negat spiritualem regendi & gubernandi Ecclesiam, optimis institutis & legibus virtutē & facultatem donū esse supernaturale omnia naturalis efficaciæ potestatisq; claustra potenter superegrediens, ex sola Dei voluntate & ordinatione pendere, non modo vt sit, sed etiam vt in tali persona, vel per ta-

i Epist. Honorii ad Arcadium quæ extat inter epistolas Innocentii 1.

k Iustinianus Imp. Authēti quomodo oporteat Episcopos in princip.

Impietas sacrilega principum laicorum sibi licentiam leges condendi Ecclesiasticas vendicantium, ex duplici principio in scripturis fundato demonstratur.

Magnum & efficax ex scriptura auctoritate fit argumentum ad id quod quæritur.

l S. Thom. 1. q. 101. art. 1.

A lem modum, ac successionẽ existat. Cedant vero omnes illi qui contra disputant, aliquod diuinum in sacris paginis testimonium, aut aliquam à Spiritu sancto reuelationem secundum Ecclesię iudicium: quibus hanc leges condendi sacras & Ecclesiasticas potestatem Christum Dominum regibus, ac alijs terræ principibos dedisse comprobetur: *Itaque vbi auctoritas deficit*, inquit [a] S. Thomas, *sequi debemus naturæ conditionem* Quæ in principibus secularibus alia esse non potest, quam vt potentia ac iurisdictione hac tantum intra naturalis virtutis terminos inclusa potiantur. Propterea accuratè & egregiè, cum Christus Dominus curiosè, ac malitiosè sciscitantibus, an liceret dare censum Cęsari, an nõ? Respondit, [b] *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*. Manifestè docuit, Cæsari id est imperatori vel regi solum illud esse reddendum, quod ex vi & iure Cæsareæ maiestatis regiæque potestatis deberetur. [c] Nam sicut potestatem regiam Christus Dominus non abstulit, ita nec illam auxit, neque peculiare ius pascendi oues suas ei concessit. Hinc illud sancti Chrisostomi præclarè dictum. [d] *Cum audis reddenda esse Cæsari quæ sua sunt, illa solum dici nonduuita quæ pietati ac religioni nihil officiunt: nam quod fidei, ac virtuti obest non Cæsaris, sed diaboli tributum ac vectigal est*. Non minus eleganter, ac excellenter S. Ambrosius epist. ad Marcellinam sororem. [e] *Allegatur*, inquit, *Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa*, Respondeo: *Noli te grauare imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod ius habere: noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus: scriptum est, quæ Dei Deo, quæ Cæsaris Cæsari, ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem Ecclesiæ, publicorum tibi mœnium ius commissum est, non sacrorum*. Hæc considerãs imperator sapientissimus [f] Basilius in Cõcilio generali 8. ita laicos religiosè ac fideliter alloquebatur. *De vobis quid amplius dicã, non habeo quàm quod nullo modo vobis licet de Ecclesiasticis causis sermonem habere. Hæc enim inuestigare & quærere Patriarcharum, Pontificum, & sacerdotum est: qui regiminis officium sortiti sunt: qui sanctificandi, ligandi, atque soluendi potestatem habent: qui Ecclesiasticas & cælestes adepti sunt claues; non nostrum, qui pasci debemus*. Quod si imperatores, ac principes seculi, in iuridicundo simplicium Episcoporum munus partesque sibi citra peccatum grauissimum, vsurpare non possunt, nec debent: quanto minus principis Episcoporum Rom. Pontificis iura potestatemque sibi arrogare laici principes audebunt? sed de his plura inferiùs cum ad tertiam huius operis partem generalem deuenerimus.

a S. Thomas ibid.

b S. Matth. 22.

c Salmeró in hunc locum.

d S. Chryso. hom. 71. in Matth.

e Ambros. epist. 14. alias 33. ad sororẽ Marcellinã.

f Oratio Basilii Imper. habita in Concil. 8. cuius meminit Surius.

CAPVT IV.

Romano Pontifici, vt summo Ecclesiæ vniuersalis rectori, atque Monarchæ supremum iudicium determinandi, ea quæ fidei sunt, debetur.

1. *Hoc canonibus, resolutionibus Scholasticorum.*
2. *Canonistarumque doctorum.*
3. *Et SS. Pontificum testimoniis primum in hoc capite comprobatur.*

B SACRO-SANCTA Ecclesia à Spiritu sancto directa ex altoque virtute induta, sui œcumenici pastoris supremam in definiendis fidei causis auctoritatem potestatemque datam diuinitus admirando venerata, illud pro veritatis oraculo S. Innocentii [g] nominis primi in suos sacros canones iure optimo reuocauit. [h] *Quoties scilicet fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est sui nominis & honoris auctorẽ referre debere (velutí nũc retulit vestra dilectio) quod per totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse*. Est enim S. Petri successor in Apostolica sede Romanus Pontifex magister fidei, sicut Ecclesia Romana fidei magistra, materque à [i] Nicolao 1. [k] can. omnes dist. 22. nominata est. Quo honoris titulo C illam [l] S. Ambrosius cohonestando dignatus est. Ad quam eiusque præsulem S. Damasum in causa fidei [m] S. Hieronymus recurrere professus est. Et quidem canon Ecclesiasticus Christi Domini testimonio fultus ex Innocentii 3. ad Arelatensem Archiepiscopum epistola petitus, rectè [n] maiores Ecclesiæ causas præsertim articulos fidei contingentes, ad S. Petri sedem referendas esse iudicauit: Deus enim suæ conseruator Ecclesiæ, ac tutor numquam permisit, nec permittet aliquando suum in illa vicarium Romanum Pontificem in his quæ ad illius fidem spectant, labi ac falli: iuxta illud quod refertur [o] in canone ex epistola Sixti 2. ad Gratum Episcopum prima depromptum: *In sede Apostolica extra maculam semper est seruata religio*. Propter quod sic S. Damasum [p] S. Hieronymus affabatur: D *Quoniam vetusto oriens inter se populorum furore collisus indiscissam Domini tunicam, & de super textam per frusta discerpit, & Christi vineam vulpes exterminant, vt inter lacus contritos, qui non habent aquam, difficile, vbi fons signatus & hortus ille conclusus sit, possit intelligi: ideo mihi cathedram Petri & fidem Apostolico ore laudatam censui consulendam*, &c. Et post multa in eandem veritatis inclinantia confirmationem ita concludit: *Quicunque tecum non colligit spargit, hoc est qui Christi non est Antichristi est*. Hæc illa communis sacræ sapientiæ professorum, quæ docetur in scholis, assertio, disceptationum causarumqoe de fide cursum motumque Romani Pontificis in cathedra sedentis Apostolica consopitum iudicio finiti. Hoc illi à magistro scholæ Theologicæ

In Rom. Pontificis iudicio controuersia de fide terminata conquiescit.

g S. Innocentius 1. epist. 26. ad Episc. Mileuitani Concilii.

h Can. quoties 24. q. 1.

Ecclesia Romana mater & magistra fidei.

i Nicolaus 1. epist. ad Mediolanenses.

k Can. omnes 22 dist.

l S. Ambr l. 3. de sacramentis. cap. 1.

m S. Hieron. epist. ad Damasum con. hæc est fides, 24 q. 1.

n Cap. maiores de baptismo. l. 3. decret.

o Can. in fide, 24 q. 1.

p S. Hier. ad S. Damasum, can quoniam vetusto. 24. q. 1.

Assertio communis Doctorum Theologio, quæ fidei sunt Papæ iudicio determinari.

abyſſo ſublimis intelligentiæ profunda, D. Thomaꝗ didicerunt: ſicut ille prius ex diuinis SS. Patrum, Conciliorum, vno etiam ſanctæ Scripturæ fontibus exhauſerat. [a] Qui opuſculo contra Græcorum errores, ſic hanc doctrinam ſanctorum Patrum auctoritate corroborat. *Oſtenditur etiam quod ad dictum Pontificem pertinet, quæ fidei ſunt determinare.* [b] Dicit enim Cyrillus in libro Theſaurorum, *vt membra maneamus in capite noſtro Apoſtolico throno Romanorum Pontificum, à quo noſtrum eſt quid quærere, & quid tenere debemus.* [c] Item Maximus in epiſtola orientalibus directa dicit, *Omnes fines orbis qui Dominum ſincere receperunt, & vbique terrarum, Catholici veram fidem confitentes, in Eccleſiam Romanorum tanquã in ſolem reſpiciunt. Et ex ipſa lumen Catholicæ & Apoſtolicæ fidei recipiunt, nec immerito. Nam Petrus legitur primo perfectam fidem eſſe confeſſus Domino reuelante.* Cum dixit Matthæi 16. *Tu es Chriſtus filius Dei viui, vnde & idem Dominus dixit: ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua.* Hæc ex Maximini ſententia D. Thomas. Cæterum quod hæc ſancti [d] Cyrilli à ſancto Thoma producta ſententia nunc in his de theſauro libris non reperiatur, mirum non eſt: hæretici ſiquidem hunc locum ab illis libris abſtulerunt, & quæcumque in illis ad Romani Pontificis auctoritatem confirmandam ſtabiliendamque confirmare videbantur, omnia corraſerunt & extirparunt. Quod idẽ hæreticos feciſſe in Theophylacti cõmentariis ſuper [e] S. Ioannem viri doctiſſimi fide Catholica clariſſimi deprehenderunt deprehenſumque patefecerunt.

a S. Thom. Opuſc. contra errores Græcor. c. 68

b S. Cyrill. in Theſau.

c S. Maximi. epiſt. ad Orient.

Hæretici adulteri librorum.

d SS. Patrum, vt Cyrilli, Theophylacti, &c.

e S. Ioan. 12.

S. vero [f] Maximus à ſancto Thoma relatus non modo hanc veritatis aſſertionem cum ſancto Cyrillo fecit, verum etiam hoc argumento confirmauit: *S. Paulum ad S. Petri magiſterium veniſſe, formam videlicet futuris præſtantem, vt ad S. Petri ſucceſſores Romanos Pontifices in ſimili cauſa recurrerent.* Nec vero S. Thomas hanc veritatem pro confeſſione ſua, vno in loco operum ſuorum, ſed multis, præſertim vero in ſumma ſua repetiit. In qua clariſſimè illam talibus verbis expreſſit. [g] *Ad illius ergo auctoritatem pertinet editio ſymboli, ad cuius auctoritatem pertinet finalem determinare, ea quæ ſunt fidei, vt ab omnibus inconcuſſa fide teneantur. Hoc autem pertinet ad auctoritatem ſummi Pontificis, ad quem maiores & difficiliores Eccleſiæ quæſtiones referuntur, vt dicitur in decretis, vnde & Dominus Lucæ 22. Petro dixit, quem ſummum Pontificem conſtituit. Ego pro te rogaui Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos, & huius ratio eſt: quia vna fides debet eſſe totius Eccleſiæ ſecundum illud, 1.* [h] *ad Corinthios c. 1. Id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata, quod ſeruari non poſſet, niſi quæſtio fidei de fide exorta determinetur per eum, qui toti Eccleſiæ præeſt: vt ſic eius ſententia à tota Eccleſia firmiter teneatur: & ideo ad ſolam auctoritatem ſummi Pontificis pertinet noua editio ſymboli, ſicut & omnia alia quæ pertinent ad totam Eccleſiam, vt congregare ſynodum generalem & alia huiuſmodi.* [i] Hæc S. Thomas. Sed operæ pretium eſt, vt perfectè intelligamus quid Papæ poſſit auctoritas circa articulos fidei, & ea quæ verſantur circa fidem, obſeruare & animaduertere ea quæ de fide eſſe dicuntur, in tres categorias ordineſque diſtincta conſiderari: vt iuris vtriuſque peritiſſimi Doctores magni-

f S. Maximus.

Præclarum S. Thomæ teſtimonium rei fidei ad Romani Pontificis iudicium pertinere aſſerentis.

g S. Thom. 2. 2. q. 1. art. 10 corpore. 10.

h 1. Cor. c. 1.

i Archidiac. & Alexand. in canones, diſt. 15. Ioan. de Ananania, Antonius de Butrio poſt Alanum & Vincent. in ca. cum Chriſtus de hæreticis Iacobatius l. 1. de Concilio, art. 16.

A que nominis, ac bonæ notæ Theologi in ſcriptis ſcholiſque docuerunt. Primi generis ſunt ea quæ articuli fidei ſtricto vocabulo nominantur, qualia ſunt hæc quæ in ſymbolo Apoſtolorum continentur, ſcilicet *Credo in Deum Patrem omnipotentem*, &c. quæ fideles explicitè ſcire tenentur, à quibus Papæ auctoritas excluditur, ne quid in illis quæ merè diuini iuris exiſtunt, ordinare atque diſponere valeat. Secundi generis ea eſſe dicuntur quæ larga ſignificatione, ac voce articuli fidei vocitari ſolent, qualia ſunt illa quæ præter comprehenſa Apoſtolorum ſymbolo Romani Pontifices generaleſque ſynodi in Spiritu ſancto congregatæ definita determinataque decreuerunt. Cuiuſmodi ſunt hæc quæ contra Arianos, Macedonianos, Neſtorianos, & Eutychianos, in

Fides articuli tribus modis ſumi ſolent ſtrictè, largè, largiſſime.

B quatuor primis Conciliis, quæ quatuor ſanctus [k] Gregorius Euangeliis dignitatis excellentia coequauit, pro fidei articulis à ſanctis Patribus Spiritu ſancto interius in eorum cordibus operante, aliaque ſimilis auctoritatis in aliis ſynodis œcumenicis ordinatè ſtatuta ſunt. Quæ ſufficit à laicis implicitè ſciri atque credi: non ſic de clericis cura ſolicitis animarum, (quorum incumbit officio ſalutari animas fidelium cibo paſcere) aliiſque Eccleſiæ prælatis: quorum mentes & animi ſi explicita horum credendorum cognitione deſtituantur, aleam ſalutis ſuæ miſerè periclitantur. Atque in his Romanus Pontifex quæ fidem reſpiciunt ſine Concilio nihil ordinare diſponereue poteſt. Ex quo tempore à Concilio generali determinata ſunt, vt ſuæ poteſtatis & auctoritatis vigorem affectumque ſortiantur. Hoc abundè ſanctus ſignificauit Gregorius: [l] *Quia*, in-

k S. Gregor. l. 1. regiſtri, epiſt. 24 ca. ſicut ſancti, diſt. 15.

C quit in fine canonis, 2. *Dum vniuerſali ſunt conſenſu conſtituta, ſe & non illa deſtruit, quiſque præſumit aut ſoluere quos religant, aut ligare quos ſoluunt.* Ex quo infert conſecutione valida magna firmata ratione [m] gloſſa Præſumit, *A Papa Concilij ſtatuta deſtrui, aut alterari non poſſe, quia orbis maior eſt vrbe.* [n] Can. legimus diſt. 93. circa medium, ibique alia [o] gloſſa Maior eſt, argumentum magnum, inde depromi aſſerit Concilii ſtatuta ſtatuto Papæ præiudicare. Quæ ſtatuta Romanus Pontifex vſque ad animam & ſanguinem confirmare debet, [p] vnde ſcribitur in can. [q] Anaſtaſius diſt. 19. Anaſtaſium 2. quod contra ſtatuta Concilii Photino Diacono Theſſalonicenſi communicauiſſet anathemate perculſo, quod Acacio à Concilio damnato in hæreſique defuncto familiaritate ſua conſortioque fauiſſet, & eum Acacium ipſe Anaſtaſius occultè in diptica, à qui-

l S. Gregor. ibi ſupra. & can. 2. ſicut ſancti, diſt. 15. in fine.

m Gloſſ. præſumit ca. ſicut diſtinct.

n Can. legimus diſt 93.

o Gloſſa maior eſt,

p Can. ſunt quidam 25. q. 1.

q Can. Anaſtaſius diſt. 19.

D bus Concilii decretum expunxerat, vt pro eo in Eccleſia preces votaque funderentur, reuocare voluiſſet, diuina vindicta ſcelus inſequente lepra fœdatum infeliciter expirauiſſe. Sed hæc narratio de obitu funeſto Anaſtaſii 2. à Gratiano commemorata in hoc can. Anaſtaſius diſt. 19. [r] à Couarruuia tanquam falſa fabuleque cõmento fœdata confutatur & exploditur, cum omnibus ſit compertum niſi in ſacrarum hiſtoriarum lectione peregrinantibus Acacium ſub Felice 3. expiraſſe. Cui ſucceſſit Gelaſius primus, cuius ſucceſſor extitit ipſe Anaſtaſius 2. quinimo ipſe Acacii memoriam ab Eccleſia Catholica delendam procurauit, tantum abeſt vt deletam reſtituere voluerit. Huius rei teſtis eſt locuples epiſtola ipſius Anaſtaſii 2. ad imperatorem huius nominis Anaſtaſium. Vt non ſine ratione ac hi-

De cenſura Anaſtaſii 2. hiſtoria quæ fabuloſa cenſetur.

r Couarruuias l. 4. variarum reſolutionum co. 2. c. 13

ſtoriæ veritate quæ de Anaſtaſii Papæ errore atque punitione à Gratiano ſcripta ſunt, ex cuius fonte Platina, Volaterranus & alii fabulam reciproca falſitate depromptam hauſerunt, mera deliria mendaciaque cum Couarruuia eſſe credamus.[a] Cui Baronius aſtipulatur, cum Acacium ſub Felice 3. defunctum & Anaſtaſium 2. vſque ad extremum vitæ diem in fide Catholica perſeueraſſe, in eaque Deo animam reddidiſſe commemorat.

a Baron. to. 6. annal. anno D 487. & 497.

Tertii generis ea eſſe de fide proferemus quæ latiſſima ſignificatione pro fidei articulis vſurpantur, reſpicientia & continentia omnem ſententiam doctrinamque veram quæ circa fidē quidem, ſed tamen nondum definitam verſatur: de qua ante determinationem dubitare vitio non datur: quæ appellari ſolent vulgari acceptione articularia fidei[b] vt Antonius de Butrio, cum aliis in cap. cū Chriſtus, de hæreticis obſeruauit. Atque ad hæc Romani Pontificis auctoritas extenditur, cui talia pro fide determinare competit, iuxta[c] antiquos canones, quorum ſupra meminimus. Ad huius aſſeuerationis confirmationem[d] Auguſtinus de Anchona fultus auctoritate[e] S. Auguſtini, in his quæ ſunt fidei, talem regulam ſeruandam eſſe ſcripſit: *Vt falſa & damnata quæcumque loco & tempore reſpuantur, vera verò & approbata retineantur. Dubia verò & incertæ fidei, tandiu credantur, quouſque aliud ratio doceat, vel contrarium ſancta matris Eccleſiæ præcipiat auctoritas.* Vnde idem doctor de Anchona Papam, *His quæ fidei ſunt addere poſſ: dupliciter contingere dicit, primo quantum ad dubiorum determinationem & interpretationem, ſecundo quantum ad occultorum & implicitorum explicationem.* In cuius rei confirmationem duos in medium canones producit,[f] Can. quoties 24. q. 1.[g] Can. ſicut quædam diſt. 14. Atque ex his omnibus hactenus allatis innoteſcit apertè qualiter Romanus Pontifex nouos fidei articulos condendi pollere poteſtate cenſeatur, ad eiuſque ſupremum tribunal eorum quæ fidei ſunt definitio determinatioque ſpectare credantur. Verum vt tota res omni depoſita difficultate dubitationeque ſublata clarius intelligatur, notandum cum ſchola Theologorum præſertim vero[h] eorum qui è S. Thomæ ſapientiæ fontibus ſuæ doctrinæ hortulos irrigare ſolent, Romanum Pontificem vniuerſalemque Eccleſiam vno in loco congregatam nouum fidei articulum, quantum ad ſubſtantiam ſancire & aſtruere minime poſſe: ſicut ſacramenti noui inſtitutio ab illius omnino plenitudine poteſtatis arcetur. Imo videtur eſſe noui fidei articuli inſtitutio, quam ipſa noui ſacramenti conſtructio, à ſuprema Romani Pontificis auctoritate remotior; quoniam fides præcipuum in Eccleſia fundamentum eſſe perhibetur. Dicam auctius: ipſe Chriſtus Dominus quamuis noua conſtruxerit inſtitueritque ſacramenta, fidei tamen nouum dogma & articulum, quo ad ſubſtantiam feciſſe non dicitur. Vt enim vniuerſæ omnium ſcientiarum veritates in hoc principio, *Quod libet eſt, vel non eſt*, comprehendi continerique cognoſcuntur: ſic nullam fidei veritatem agnoſcere poſſumus, quam non quantum ad ſubſtantiam in illo generali principio concludi fateamur, cuius meminit Apoſtolus,[i] *Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quod requirentibus ſe remunerator eſt.* Quapropter cum quæritur,

b Anton. de Butrio in ca. cum Chriſtus de hæreticis.
c Cap. maiores de baptiſmo can. hæc eſt fides 24. q. 1.
d S. Aug. de Anchona, tract. de poteſtate Papæ, q. 1. art. 3.
e S. Aug. l. de vera religio. c. 16.
Duobus modis Papa dicitur poſſe addere his quæ fidei ſunt.
f Can. quoties 24. q. 1.
g Can. ſicut quædam. diſt. 14.
h Banues in 22. q. 1. ar. 10.
Papa & tota Eccleſia canonem fidei nouum quo ad ſubſtantiam condere non poſſunt.
Fides præcipuũ in Eccleſia fundamentum.
Chriſtus D. qui fecit noua ſacramenta, non fecit nouum fidei dogma, & articulum quantum ad ſubſtantiã.
i Hebr. 11.
Papa non condit nouos fi-

A an ſummus Pontifex iuxta ſuæ virtutem poteſtatis poſſit aliquod de fide dogma conſtituere, reſque fidei definire, illud de explicatione & expoſitione rerum ad fidei articulos & dogmata ſpectantium venit intelligendum. Hoc facili exemplo fit manifeſtum ſatis. Si quis conſulat moralem Philoſophum de aliqua morali dubitatione, ipſeque ſecundum principia moralia veritatem reſpondendo demonſtret. Tunc ipſe Philoſophus non dicetur huius auctor veritatis, quam aperuit, ſed tantum expoſitor & euulgator eius quæ ante latebat. Eodem planè modo, cum Romanus Pontifex aliquid eſſe de fide determinat, quod antea tale eſſe ignorabatur, non tam auctor illius veritatis fidei quam explicator huius antea latentis exiſtimatur. Magna tamen inter vtrumque Rom. Pontificem & Philoſophũ in-

B tercedit differentia. Quod Philoſophus ille non iuridicè declaret, aut interrogantem cogat, vt ſibi reſpondenti aſſentiatur: at vero ſummus Pōtifex cum tanta iuriſdictione & imperio explicat, & euoluit antea inuolutum fidei articulum, vt obliget cogatque omnem Chriſtianum (ad cuius notitiam hæc declaratio Pontificis explicatioque peruenerit) ſentire atque credere, illud eſſe de fide certum: quod ipſe Pontifex tenendum credendumque eſſe declarauerit. Sic eſt intelligendus D.[k] Thomas cum 22. q. 1. art. 10. in corpore dixit, *Nouam editionem ſymboli ad auctoritatem Pontificis Romani, quantum ſcilicet ad nouam explicationem vtique pertinere.* Hanc vero veritatis aſſertionem quam hucvſque varia

C probatione deduximus, nimirum in Rom. Pontificis iudicio ſupremo, fidei, eo modo quo diximus, acceptæ determinationem reſolutionemque ſiſti, Spiritum ſanctum in Eccleſia principum ſummorumque rectorum, qui à beato Petro in cathedra ſedentes Apoſtolica, habenas Eccleſiæ clauumque rexerunt, cordibus inſeuiſſe, ipſorum Pontificum Rom. teſtimonia aſſeueranter affirmarunt. Qui dum hoc ſua teſtatione comprobant, non tam ſuæ quam vniuerſalis Eccleſiæ cauſæ defenſionique patrocinantur. Quæ cum ſit diuino iure Monarchica: pati atque tolerare nullomodo poteſt, vt ſuo principe vnico, paſtoreque ſummo deſtituatur. In quem iuxta diuinam ordinationem omnia Monarchiæ ſublimis perfecteque iura refundantur. Primum igitur vt recto progrediamur ordine in campum, Sanctus prodibit Anacletus qui de Epiſcoporum

D expoſtulans oppreſſione dicebat,[l] *Difficiliores quæſtiones & maiores cauſæ ad ſedē Apoſtolicam referantur, quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſſione ſaluatoris, vt maiores & difficiles quæſtiones ſemper ad ſedem referantur Apoſtolicam, ſuper quam Chriſtus vniuerſam conſtruxerit Eccleſiam, dicente ipſo ad beatum Apoſtolorum principem. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meã.* Quæ porro cauſæ maiores, ac difficiliores fidei controuerſiis? His conformia ſunt quæ[m] Marcellus 1. ad Epiſcopos Antiochenæ prouinciæ ſub hoc verborum tenore reſcripſit: *Petri ſedes primitus apud Antiochiam fuit, quæ poſtea iubente Domino Romam translata eſt, cui adminiculante gratia diuina, hodierna die præſidemus. Nec ab eius diſpoſitione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maioru, Eccleſiaſtica negotia diuina diſponēte gratia, iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur: à qua ſumpſere principia.* Euariſtus pri-

dei articulos, ſed ſolum declarat & exponit antea latentes, de quibus dubitare non erat nefas, vt poſt Pontificis definitionem.
k D. Thom. 22. q. 10. in corpore.
Summa Rom Pontificis auctoritati incumbere fidei cauſas determinare probatur teſtimoniis Romanorum Pontificum.
l S. Anacletus epiſt. 1.
m S Marcell. epiſt. 1. ad Epiſcopos Antioch. prouinciæ.

mus Apostolicus nec ab Apostolorum tempore valde discretus remotusque, consulentibus sibi de controuersia fidei [a] Episcopis Africæ respondit: *Dilectio vestra normam secuta prudentium ad sedem Apostolicam referre maluit, quasi ad caput: quid deberet de rebus dubiis custodire potius quã vsurpatione præsumere.* Eamdem omnibus Orthodoxis ad quos scribebat, Alexãder huius nominis primus veritatem sincere instillare atque suggerere nitebatur: cum his illos verbis alloquebatur[*]: *Huius sancta & apostolicæ sedis apici summarum dispositiones causarum, & omnium negotia ecclesiarum ab ipso domino tradita sunt quasi capiti.* At controuersiæ de fide nunquid inter summas Ecclesiæ causas, negotiaque grauissima cõpotandæ? [b] similia Zepherinus ad Episcopos Siciliæ scribendo retulit: vt in can. ad Romanam 2. q. 6.[c] videre est. Neque alia de causa Sixtus primus & Eleutherius ad ecclesias Galliæ scribentes à sanctis apostolis institutum esse veraciter asseuerarunt: vt episcoporum iudicia causæque ad sedem apostolicam delatæ terminarentur: nisi quod illę inter maiores grauioresque causas Ecclesiæ negotiáque computarentur. Quam potens illud, quã forte, quam q; ad huius persuasionẽ veritatis efficax, quo Benignum Episcopũ, Felix primus in obsequium fidei, Romanæque sedis instruxit: qood sub hac verborum forma expressum in eius epistola cernitur: [d] *Semper dubia & maiora negotia terminum ab hac sancta sede à tempore Apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt, accipere consueuerunt. Et ideo rectè tu fecisti, quod huius sanctæ sedis consultis te cæterosque firmari & instrui voluisti &c.*

a Euaristus, epist. 1. ad Episcopos Africæ.

* Alexand. 1. epist. ad omnes orthodoxos.

b S. Zepherinus, epist. ad Episc Siciliæ, Con. ad Rom. 2. q. 6.

c Sixtus 1. & Eleutherius, epist ad Galloo.

d Felix 1. epi. 3 ad Benignum.

[e] Eusebius Papa infallibilem Romanæ sedis in credendo docendoque virtutem, Episcopis Campaniæ atque Tusciæ volens ostendere sic eos erudiendo affabatur. *Prima salus est rectæ fidei regulas custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare: Nec potest domini nostri prætermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, & hæc quæ dicta sunt rerum probantur effectibus: quia in sede apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio.* Iulius 1. ad Episcopos orientales: [f] *Conuocandorum conciliorum iura*, inquit, *& maiores causas ad sedem apostolicam Euangelicis apostolicisque Institutis referri oportet, id à sanctis Apostolis & successoribus eorum; Id à Nicæna Synodo definitum est.* Si ab Euangelicis Apostolicisque institutis, si à prima omnium œcumenica synodo definitum illud est: profecto de fide esse credendum, vt ad Romanom Pontificem fidei causæ dirimendæ, terminandæque dirigantur. Propter quod numquàm in ecclesia Dei prooocatio in causis fidei, à Romano Pontifice ad aliud tribunal quantumuis in ecclesia soblime, spiritu sancto id interiori sanctione decretoque prohibente recepta est. Semperque fideles omnes in sinu Ecclesię matris enutriti, omnes illos pro hæreticis execrati sunt, quos pestis hæreticæ erroris que fœtore cõtaminatos esse, huius sanctissimi patris sententia iudicauit. Quod si tanti pastoris in hac fidei materia iudicium fallaciæ deceptionique procliue, quandoque nutando, ancipiti contentione dubioque distraheretur, nusquam vero concilij resolutio vacillaret: profecto qua tatione ab iniustitia & iniquitate is immunis esse posset, qui à Papa ad Conciliorum prouocatione tanquam iniustam sacrisque legibus obsistentem mordicus impugnare contenderet. Hoc illud est magnum argumentum quo Papa [g] Gelasius demonstratione necessaria & euidenti comprobat, *Sedem Apostolicam de tota Ecclesia iudicare, ipsam vero ad nullius pertinere iudicium.* Quod si in condemnatione hæreticorum sententia generalis Concilii semper esset expectanda, nec Romani Pontificis iudicio in eorum reprobatione atque mulcta sisteretur: expectatio hæc non modo inanis & euanida, sed sæpissimè periculosa, nec non Ecclesię Dei perniciosa foret. Cum interim hæreticis impunè viuere, suaque impia dogmata, per omnes Christianorum oras tanquam mortifera venena spargere, ad intoxicandos fidelium animos sine vlla pœnæ formidine liceret. Quod quã sit à Christi Domini prouidentia remotum & alienum, omnes qui sanæ mentis iudiciique participes in sacra fidei Christianæ dogmata iurauerunt, dubitare non possint. Quid quod non solum Ecclesiam Catholicam, sed etiam Apostolicam credendo confitemor? Quæ porro Apostolica, alia quam Romana Ecclesia dicenda venit? Cum cæteræ orbis Christiani Ecclesiæ, iam à multis annis hoc præclaro nomine destituantur? Quid vero aliud de hac Apostolica, Romanaq; Ecclesia Christiano sensu iudicare debemus, Quam, cum sit cæterarũ mater Ecclesiarũ, vt cũ Apostolo, illam columnam & firmamentum veritatis esse credamus? Quod si est ita vt certe est, in tuto fidei res erunt, si definiendæ Pontificis Romani decreto subdantur. Hæretici contra, schismatici, sacrilegi & impii, quicumque in illum decreti Pontificii murum inexpugnabilem rebelles, ac increduli arietare contenderint, iure meritissimo censebuntur. Hoc nos doctrina Patrum sapientiaque docet, [h] *Vt S. Cypriani, qui alienum profanum hostemque veritatis appellat eum qui Ecclesiæ Dei non tenet vnitatem, vt est lumen vnum, vnde multi radii, radicem vnam, vnde multi rami, fontem vnum, vnde multi riui, petram vnam supra quam Ecclesia ædificata est*: Vnum Põtificem qui cæteros fideles in orbe Catholico, vi sua atque potestate suprema contineat, *A quo radius si tollatur extinguitur, ramus si frangatur interit, riuus si præscindetur arescit.* Quis autem sanæ doctrinæ Catholicorum nescit eos, qui in fidei Catholicæ rebus causisque, Romani Pontificis sententiam iudiciumque contemnendo detrectant; vnitate carere, lumine, radice, fonteque priuari? Qui deserentes S. Petri cathedram, *Supra quam fundata est Ecclesia*: Si in Ecclesia se esse confidant; illi sane iudicio [i] eiusdem sanctissimi Patris vehementer errant, & in maximum erroris mortiferi barathrum præcipites misere dilabuntur. Sicut [k] sanctus Hieronymus, *Profanum perituruumque eum iudicauit, qui cathedræ S. Petri Romanæque sedis fidem amplexatus, cum communi omnium patre, & pastore Romano Pontifice non collegerit.* [l] S. Ambrosius Catholicum fidelemque Christianum à Romanæ sedis cultore non discernit ac separat. Tantique fecit [m] S. Gregorius Romani Pontificis eiusque sedis auctoritatẽ, vt illius iudicio, qui hunc fidelissimo reuereri detrectarent obsequio, ab eius petræ, *Supra quã Christus Dominus suam fundauit Ecclesiam* soliditate, erroris concussi turbine conuellantur. Denique vt caput absoluam, magnus ille [n] Leo diuina facundissimus eloquentia, *Exortes diuini mysterii eos esse proclamauit, qui à sancti Petri soliditate.*

e Euseb. Papa, epist. ad Episcopos Campaniæ, & Tusciæ.

f Iulii 1. epist. ad orientales Episcopos.

In causa fidei numquam a papa sententia prouocatum, ex quo patet infallibile Papa in talere iudicium.

g S. Gelasius.

Ad condemnandos hæreticorum errores, non expectanda Concilii sententia, sed sufficit papæ iudicium.

Iudicio Romani Pontificis in causa fidei reluctantes impii, & à fide alieni iudicantur.

h S Cypr. de simplic præl. tract. 3 qui est de vnitate Ecclesiæ.

i S. Cypr l 4 epist. 9.

k S Hier. epi. ad Damasum de nomine hypostasis.

l S. Ambros. orat. funebri de fratre Satyro.

m S. Gregor. dist 12 cap. præceptis.

n S Leo can. ita Dominus, dist. 19.

In Romanis Pontificibus cōtinuata successione perdurante, *Recedere non perhorrescunt, & impia præsumptione illius sanctæ petræ firmitatem*, Deo ædificante constructam violare conantur. Sed quid de hac re sacrosancta Concilia definierint quidue sancti Patres asseruerint, audiamus.

CAPVT V.

In quo id ipsum quod superiori, sacrorum Conciliorum statutis, & SS. Patrum testimonijs comprobatur.



PIRITVS sanctus qui generalibus Concilijs sua inuisibili gratia principalique virtute præesse consueuit, ne quid fidei, morumque puritati dissonum intus resolutum sancti Patres foras eliminarent: hanc omnibus fidelibus mentem dedit, sincerasque eorum pectoribus persuasionem insinuando potenter inseuit: vt illud de fide esse crederent, quod in illis sacrosanctis Ecclesiæ cōgregationibus, sancti patres congregati Spiritu sancto dictante, atque inspirante decreuissent. Quamobrem cum non vnum, sed multa habeamus œcumenica Concilia, præter minus generalia; quæ controuersiarum de fide decisiones definitionesque ad supremum Pontificis Romani tribunal, suo decreto reuocarunt. Quid est cur illud sentire, fidei esse conforme atque consentaneum dubitationis hærentes scopulis diutius ambigere debeamus. Huius rei testem fidelissimam omnium œcumenicarum primam synodum [a] Nicænam, videlicet in medium producere possumus quæ cap. 18. Ita grauiorum causarum, vt fidei analysin determinationemque à summo Romani Præsulis decreto iudicioque pendere resoluit: *Omnes Episcopi in grauioribus causis libere Apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiant, cuius dispositioni omnes maiores Ecclesiasticas causas antiqua Apostolorum auctoritas reseruauit.* Hunc Concilii canonem Iulius primus in epistola ad Episcopos Antiochiæ congregatos pro confirmanda Romani Pontificis summa in rebus fidei definiendis auctoritate citauit, vt superiori capite producta eius verba testantur. Quod si quis factionis aduersæ summam à Deo datam Romani Pontificis auctoritatem inuidiosè, ac malitiosè criminantis obiiciat, Iulium Papam concilio illud imponere, cum in illo neutiquam scriptum reperiatur. Huic inuidiosæ & peruersæ obiectioni, multiplici os obstruam responsione satisfaciendo. Prima quod Iulius ipse sub graui iuramento testatus sit hunc canonem, cum aliis qui non extant, tunc inscripti in scrinio Romanæ sedis asseruari, diligentique custodia retineri. Erat quippe ipse Iulius huius nominis primus vir sanctus integra non vana fide Pontifex. Secunda quod ad eos & aduersus etiam illos epistolā scripserit, quorum multi sanctæ synodo Nicænæ interfuerant. Neque vero simile est ipsum Pontificem ipsis canones huius synodi obiicere, ac proponere voluisse: de quorum impostura hunc illi facile redarguere ac insimulare potuissent.

a Concil Nicæn cap. 18. ex citatione Iulii primi, epist ad Episcop. Antiochiæ cōgreg.

Canonem supra citatum esse synodi Nicænæ probatur.

1. Responsio.

2. Responsio.

A Deinde pro tertia responsione dico S. Athanasium & alios Ægypti, Thebaidis, ac Lybiæ Præsules, qui ad hoc Concilium presentes conuenerunt, [b] epistola ad Felicem Papam, hunc aliosque plures, postea ab hæreticis partim corruptos, partim radicitus auulsos (de quibus ideo postea grauiter expostulauerunt) canones esse concilii legitimos sua fide, testimonioque comprobauisse. 4. Addam pro quarta solutione [c] legatos Apostolicæ sedis Faustinum, Philippum, & Asellium ex literis Zozimi Romani Pontificis hunc Nicæni concilii canonem in sexta synodo Carthaginensi protulisse. 5. Postremo pro vltima solutione [d] Pelagii secundi testimonio nitar, dicentis atque scribētis ad Episcopos qui ad illicitā Ioannis Constantinopolitani vocationē cōuenerant, *Sanctam synodum*, Nicænā scilicet intelligēs statuisse, *Et beatam consuetudinem exegisse, vt maiores & difficiliores quæstiones, vt de fide*, inquit [e] glossa iuxta can. quoties 24. q. 1. *Ad sedem Apostolicam semper referantur.* [f] Hoc Innocentius primus, hoc [g] S. Leo ad Theodosium Iuniorem Imp. suarum sententiarum calculo comprobarunt. Sed hæc multa pro veritate Canonis Nicæni occasione hæreticorum, schismaticorum-

B que nostri seculi contradicentium dicta sunto. Testimonia aliorum conciliorum, seu potius oracula diuina pro assertione nostra, nostris mentibus audiendo figamus. [h] S. Thomas hoc Chalcedonensis synodi de suprema Romani Pontificis auctoritate in grauiorum, vt fidei quæstionum definienda contentione, ac lite testimonium profert. *Veneramur secundum scripturas, & canonum definitionem, sanctissimum antiquæ Romæ Episcopum, primum & maximum Episcoporum.* Et paulo post, *Si quis Episcopus prædicatur infamis, liberam habeat sententiam*, copiam scilicet, *appellandi ad beatissimum Episcopum antiquæ Romæ, quia habemus Petrum petram refugii, & ipsi soli*, nempe Rom. Pontifici cum S. Petro, *Libera potestate loco Dei, sit ius decernendi Episcopi criminati infamiam secundum claues à Domino sibi datas & omnia ab eo definita teneantur.* Quod quidem concilii testimonium à S. Thoma relatum, sicut

C alia synodorum generalium statuta hodie si in exemplaribus minimè scripta legantur, mirum non sit, quod ista [i] vt sanctus Gregorius conquestus est, scelerati hæretici tantum honoris Pontificii sedisque Apostolicæ fastigium ferre præ nefandissimo contra illam odio non valentes impietatis suæ litura circumdixerint, [k] in eiusdem synodi actione prima, cum sancti patres S. Leonem Apostolicum thronum gubernare dixissent, sedemque Romanam omnium Ecclesiarum caput appellauissent: [l] in actione 2. audita huius S. patris epistolæ lectura, *Omnes anathema his qui non ita crederent.* Vt in epistola illa; Papæ sententia dictauerat, vnanimi consensu proclamauerunt, [m] & in actione 3. *Doctrinam eius, vt beati Petri Apostolorum principis amplecti*, secum maxima veneratione profitentur. Cum sanctus ille Pontifex Dioscorum Eutychianæ soler-

D rem impietatis defensorem omni Patriarchalis dignitatis priuatum gradu & honore condemnauisset, huic sancta honorificè synodus acclamauit [n] *Sanctissimus Archiepiscopus magnæ Romæ, vna cum ter beatissimo Petro, qui est petra & crepido Catholicæ Ecclesiæ, & ille qui est rectæ fidei fundamentum nudauit eum Episcopatus dignitate.*

Synodus

3 Responsio.

b Epist S. Athanasii & Episc Ægypti, &c. ad Felicem primū.

4. Responsio.

c Literæ Zozimi Papæ.

5 Responsio.

d Pelagii 2. epist. c. 1. Can. multis, dist. 17.

e Glossa maioresibi.

f S. Innocent. 1. epist ad Victririum, seu Victorium.

g S Leo epist ad Theodos. Iuniorem.

2. Concilium Chalced.

h S. Thom. opusc contra errores Græcorum. c. 67.

i S Gregor. l. 5. epist. 14. ad Narcem comitem.

k Concil. Chalced. act. 1.

l Act. 2. Concil. Chalced.

m Actione 3.

n Ibid.

5 Concil. Sanctum de tribus capitulis.

Synodus generalis quinta, in qua magna dissensionum exorta de tribus capitulis tempestas sedata quieuit, sententiam Concilii præcedentis Constātinopoli habiti Menna Patriarcha præsidente post mortē Agapeti Papæ anno 536. contra Anthymum quondam eiusdem sedis Patriarcham ab ipso dum viueret Agapeto Rom. Pontifice, ex hac sede depulsum, & contra Seuerum, aliosque Acephalorum principes magnopere probauit. Quæ in agnitionem maximæ in Ecclesiam potestatis à Deo Romano Pōtifici in resoluendis fidei controuersiis elargitæ, his verbis expressa est: *Nos Apostolicam sedem sequimur, & obedimus, sicut vestra charitas, & ipsius communicatores habemus communicatores, & condemnatos ab ipsa, & nos condemnamus.* Hæc habentur in fragmentis Concilii quinti œcumenici tom. 2. Concil. Idem Concilium quintum approbans omnium Rom. Pontif. vt S. Leonis primi de fide scriptas epistolas, hæc ibidem dixit.[a] *Suscepimus autem, & amplectimur epistolas Præsulum Romanæ sedis Apostolicæ, tam aliorum quàm Leonis sanctæ memoriæ de recta fide scriptas*, &c.

a Ibid.

Ex quibus patet synodi generalis Mennæ sententiam, & omnium Romanorum Pontificum scriptas de recta fide epistolas comprobantis iudicio, Romani Pontificis iurisdictioni competere certa de fide decreta sancire, extra Catholicæ veritatis terminos incedentes, hæreticos declarare, declaratos condemnare, condemnatosque censurarum Ecclesiasticarum, atque pœnarum grauitate mulctare.[b] Sexta generalis synodus contra Monotelitas à Romano Pontifice congregata professioni fidei, ab Agathone Papa, editæ cum magna veneratione subscripsit; quæ in hæc verba formata synodo vniuersali à Pontifice per legatos oblata est: *Beati Apostoli admittente præsidio hæc Apostolica eius Ecclesia nunquam à via veritatis, in qualibet erroris parte deflexa est, huius auctoritatem, vt potè Apostolorum omnium principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesia, & vniuersales synodi fideliter amplectentes in cunctis secutæ sunt: omnesque venerabiles patres Apostolicam eius doctrinam sunt amplexi, per quam & probatissima Christi luminaria claruerunt: quam & sancti doctores orthodoxi venerati & secuti sunt: hæretici autem, falsis criminationibus, ac derogationum odiis insecuti*, &c.

4. Conciliū quod est 6. generale.
b Actio 8. 13. & 17.

Ergo ex illis notissimum conspicitur[c] generalia Concilia magnum semper Rom. Pontificibus controuersias fidei terminantibus consensum approbationemque præbuisse. Simili cōsensus approbationisque calculo Hadriano primo Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum caput esse decernenti & Iconoclastas hæretica peste fœdatos, pollutosque, iudicanti septima synodus acquieuit, & decreta eius amplectendo reuerenter obediuit. Sicut postea[d] synodus 8. Hadriano 2. hanc fidei confessionem proponenti seruarique iubenti: *Prima salus est rectæ fidei regulam custodire, & à constitutis patrum nullatenus deuiare. Et quia non potest Domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: Et hæc quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus: quia in sede Apostolica extra maculam semper est seruata religio: Anathematizamus omnes qui contra sanctam Romanam & Apostolicam Ecclesiam suas erigunt ceruices, sequentes in omnibus Apostolicam sedem, in qua est vera & integra Christianæ religionis & perfecta soliditas: profitemurque sequestratos à communione Ecclesiæ Catholicæ, id est non consentientes sedi Apostolicæ, eorum nomina inter sacra recitanda non esse mysteria, qui videlicet sanctæ Romanæ & Apostolicæ priuilegia quassare nituntur.*[e] Cui confessioni sancti Patres acquiescentes subscribentesque dixerunt: *Sequentes in omnibus Apostolicam sedem speramus, vt in vna communione, quam sedes Apostolica prædicat, esse mereamur: In qua est vera & integra Christianæ religionis soliditas. Quare non consentientes sedi Apostolicæ, eorum nomina inter sacra mysteria non sunt recitanda.* Ita conceptus hac subscriptione sanctorum Patrum consensus habetur: quo resistentes Romani Pontificis decretis & edictis pro administranda Dei Ecclesia factis, alienos esse à fide extraque Ecclesiæ communionem, eius indignos suffragiis, errore vagantes in sordibus impietatis manere iudicarunt.

c Quintū Concil. quod est 7. act. 2.
d Concilium quod est. 8. Confessio fidei Hadriani 2. oblata synodo 8. ab omnibus patribus, ibi sedentibus approbata.
e S. Patrum Concil. 8. confessioni fidei Papæ Adriani subscriptio.

Romæ generalis Ecclesiæ congregatio, ac synodus, cui Nicolaus Papa præfuit habita est; in qua, præter alia decreta, Pontificiorum mandatorum, ac edictorum contemptoribus, eaque seruare renuentibus anathema his verbis illatum est. *Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta pro Catholicæ fidei disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione imminentium, vel futurorum malorum à sedis Apostolicæ præsule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.*

7. Concilium Romę sub Nicolao 1. habitum. cap. vlt. in can. si quis 25. q. 2. Statutis pro directione & gubernatione Ecclesiæ, à Romano pontifice editis, non obedientes ab Ecclesia extorres anathemate feriuntur.

Inter statuta Concilii[f] Viennensis, sub Clemente quinto illud extat, quod dubia fidei & insoluta, vt soluta de fide esse determinentur, ad Romani Pontificis tribunal Apostolicum duntaxat pertinere, decretum est. Vt ex Clementina vnica Tit. de summa Trinitate, ac fide Catholica euidenter apparet. Omnia Romani Pontificis & Apostolicæ sedis scita atque decreta cum mansuetudine & humilitate amplecti, effectuque ab omnibus fidelibus, si adoptionem filiorum Dei consequi velint, matrem suam venerantes Ecclesiam expleri debere Tyburiensis Concilii patres suo ita suffragio constituerunt:[g] *In memoriam beati Petri Apostoli veneremur sanctam Romanam & Apostolicam sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra Ecclesiasticæ rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, vt licet vix, ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum feramus, & pia deuotione toleremus.* Cum Ecclesia Romana sit magistra Ecclesiasticæ rationis, ex Concilii mente sicut est mater dignitatis sacerdotalis, numquid si illa aliquid de fide esse suo iudicio decreuerit, concilium aliter esse docebit? Quam quidem de summa Romani Pontificis, in his quæ fidei sunt determinandis auctoritate veritatem Episcopi prouinciæ Tarraconensis cum suo Archiepiscopo Ascanio in vnum sacrum coacti cœtum corde credentes ad iustitiam & ore confitentes ad salutem. Hæc ad Hilarium Papam, huius nominis primū epist. 2. cum obseruantia honoris & obedientię mandauerunt: *Nos Deū in vobis primitus adorātes, cui sine querela seruitis, ad fidē recurrimus Apostolico ore laudatam, inde responsa quærentes, vnde nihil errore, nihil præsumptione, sed Ponti-*

f 8. Concil. quod est Viēnense, sub Clement. 5.
g 9. Concil. Tyburiense can. 30.
Verba sunt Caroli magni quæ huius Concilii patres vsurparunt.
h 11. Concil. Tarraco. sub Ascanio & Episcop. eius prouinciæ.
i Epist. 2. Episcoporum Tarracon prouinciæ ad Hilarium.

ficali totum deliberatione præcipitur. Concilium Lateranense tanta Episcoporum aliorumque prælatorum multitudine sub Alexandro [a] 3. nobilitatum, parte 10. c. 6. Alexandri 3. Rhemensi Archiepiscopo scribentis decretum illud, inter suos canones consecratum religiosè transtulit, *Romana sedes de omnibus mundi partibus super quæstionibus fidei consulatur.* Similì honore & veneratiooe celebris illa, sanctaque Patrum Lateranensium corona & congregatio valde copiosa, rescriptum, Eborardo Magdeburgensi Episcopo, directum Adriani 2. Papæ, dignata, lege sempiternæ durationis Ecclesiastica suis insertum canonibus inuiolabili & intemerata custodia hac conceptum verborum formula retinere voluit. [b] *Dignum est & à ratione non discordat, quod ea quæ inter se dubietatis scrupulum videntur continere, ad Apostolicæ sedis iudicium referantur, vt inde Christi fideles in dubijs certitudinem se gaudeant inuenire, vnde noscuntur magisterium fidei suscepisse.*

a 11. Concil. Latera. 3. sub Alexan. 3. part. 10. c. 6.

b Decretum Hadriani 2. Papæ à Patribus Cõcil. Later. 3. receptum honorificè parte eius Concil. 45 c. 7. 10. 3. Concil.

Sed missis silentio reliquorum Conciliorum causa breuitatis oraculis, sanctos vetustosque Patres, de hac materia à suo more diuinitus loquẽtes audiamus. Quibus primus propter antiquitatem S. Irenæus ordinis præibit: qui ex Romanæ sedis in fide seruanda, Christianorum instillanda pectoribos, auctoritate, se satis magnum forteque ad confundendos omnes hæreticos, & retundendam perfringendamque eorum vetusta impietate corroboratam audaciam habere argumentum, ista dicendo protestatur: [c] *Quia omnes Ecclesiarum successiones enumerare longum est Romanæ Ecclesiæ fidem indicantes, confundimus eos qui seorsum colligunt.* Statim huius rei causam his verbis aperiens. [d] *Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem conuenire Ecclesiam, id est eos qui sunt vndique fideles.* Hæc potentior principalitas non terrena, sed spiritualis diuinaque censenda est; com quo ad terrenam principalitatem & gloriam Ecclesia Romana huius sancti Patris seculo omnium congregationum societatumque sub cælo in terra degentium miserrima iudicaretur. Eo qood imperatores Ethnici à nulla crudelitate cessantes, contra hanc immaculatam Christi sponsam perpetuo persecutionũ immaniomque vexationom furore luctabantur. [e] Sanctus Cyprianus quamuis sui seculi mirabile doctrinæ eloquentiæ, sanctitatisque lumen haberetur, nihilominus à sancto Cornelio Papa, contra Nouatianos hæreticos instructiones fidei resolutionesque doctrinæ Apostolicæ, magno cum desiderio rogatuque poposcit. Quas per Nicephorum Cornelij Papæ acoluthum se accepisse testatur, cùm ait in principio epistolę hoius 49. *Et cum diligentia, & cum dilectione fecisti, festinato ad nos mittendo Nicephorum Acoluthum qui nobis & de confessoribus regressis gloriosam lætitiam nuntiaret, & aduersus Nouatiam & Nouati, nouas & perniciosas ad impugnandam Christi Ecclesiam machinas plenissime instrueret. Nam cum pridie istinc venisset hæreticæ prauitatis nocens factio, ipsa iam perdita, & alios qui sibi cõsenserint perditura postero die Nicephorus cum vestris literis superuenit, quibus & didicimus, & docere, & instruere cæteros cæpimus.* Hæc ipse: qui & à Stephano Papa [f] Martiani Arelatensis Episcopi Nouatiani scelere inquinati condemnationem & à sede Episcopali depositionem literata prece flagitauit. Quam autẽ sincere fideliterque [g] S. Athanasius hãc falli nesciam in Romano Pontifice de rebus fidei determinandi statuendique potestatẽ confitendo præ se tulerit agnoueritque, testantur ista quæ cum orthodoxis secum Alexandriæ congregatis Episcopis aduersus Arianorum Episcoporũ infestationes ad Felicẽ 2. rescripsit, quibus sic Pontificem Felicem deuotè & reuerenter allocutus est: *Ideo pater beatissime, quia semper antecessores nostri, & nos à vestra sancta Apostolica sede, auxilium hausimus, & nostri nos curam habere agnouimus, præfatam Apostolicam & summam expetiuimus, iuxta canonum decreta sedem; vt inde auxilium capiamus, vnde prædecessores nostri ordinationes & dogmata, atque subleuationes ceperunt. Ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, vt eius vberibus nutriamur: quoniam* [h] *non potest mater obliuisci infantem suum. Sic & vos nolite obliuisci nos vobis commissos.* & paulo post. *Nos quoque vobis inconsultis nequaquam aliud agere præsumimus, canonibus iubentibus, absque Romano Pontifice, nos de maioribus causis nihil debere decernere.* [i] Et paulo post. *Romana Ecclesia firmamentum à Deo fixum & immobile percepit, quoniam ipsam formam vniuersorum titulorum lucidissimam Dominus Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes Ecclesiæ vertuntur, sustentantur, releuantur, & sicut in Christo, Christiani, sic in petra, id est Christo, vel in Petro Petri renouantur Ecclesiæ,* &c. Hunc sanctum Patriarchã alius sanctus eloquentia eruditioneq; singularis, sublimis pater, & Episcopus magnus [k] Basilius hæreticis in oriente furore, immanitate, sacrilegioque bacchãtibus hortabatur dare operam vt ad Rom. Pontificem scriberetur, *Qui sua,* inquit, *auctoritate in ista causa, viros eligat idoneos qui seditiosos reprimant.* Cur ita ad Romanum Pontificẽ scribi ex oriente censet S. Basilius vt tempestates motusque turbulenti dissentionũ tragediarumq; illic ab hæreticis excitari, ad nihilũ redacti dissiparentur? rationẽ causamque in alia ad ipsum Romanum Pontificem epistola [l] per Sabinum diaconom delata sanctus ipse pater hoc verborum tenore reddidit. *Quia pietati tuæ datum à Domino est, quod adulterinum est à legitimo & puro discernere, ac fidem Patrum sine vlla substractione prædicare.* [m] S. Epiphanios aduersus Carpocratianorum insaniam, ordinẽ, seriemque Romanorum Pontificum enumerans, rationem propter quam id faceret hanc postea subiunxit: *Eo quod per hos semper, quod in fide manifestum & certũ est ostenditur ac declaratur.* Quibos verbis Romano Pontifici certum & indubitatum de fide iudicium à Deo concessum ac creditũ clarissimè cõfessus est. [n] Sicut S. Ambrosius cum audita Iouiniani, eiusque impietatis consortium hæreticorum condemnatione à Papa Siricio, ad ipsom sommum Ecclesię vniuersalis rectorem cum aliis Mediolanensis prouinciæ Episcopis litteras misit: quibus ipsius pastoralem diligentiam magnopere laudibus extulit, quod falsæ impiæque doctrinæ satores propagatoresqoe hæreticos iudicando, pœnisque Ecclesiasticis percellendo fidelium saluti & incolumitati fidei Catholicæ doctrinæque Christianæ prospexisset, [o] quid vero sanctus Hieronymus cum scissum in varias turmas errorum Christianum orbem

c Pars SS. antiquorumque patrum testimonia complectens.

c S. Irenæus l. 3. c. 3.

d Iren. ibid.

e S. Cypr. l. 2. epist. 8. quæ est numer. 49. pa. 90.

f S. Cyprian. lib. 3. epist. 13.

g S. Athanas. ad Felicem 2.

h Isa. 49.

i Ibid.

k Basil. epist. ad S. Athanasium.

l S. Basilius epist. 52.

m S. Epiphan. contra Carpocratianos, hæres. 27.

n S. Ambros. epist. ad Siricium.

o S. Hieron. epist ad S. Damas. to. 2.

lugens mærensque conspiceret[*], cũ totus mundus se ferè Arianum esse miraretur, cum grauissimis acerbissimisque difficilis terribilisque de hypostasis vocabulo ac nomine controuersiæ tempestatibus Ecclesia Dei concussa fluctuaret. In qua controuersia inter Sabellianam & Arianam hæresim velut inter Scyllam & Charibdim Christiana fides periclitari videbatur. Nunquid ad alterius sedis portum quam Romanæ confugit: vt quid sibi in hac controuersia tam periculosa & ardua tenendum credendumue, ad salutem animarum expediret, fideliter acciperet? eiurato Concilio consortioque neglecto Vitalis, Meletij, Paulini, Orientalium Ecclesiarum & quidem maximarum, Antiochiæ videlicet & Laodiceæ Episcoporum ad sanctum Damasum tunc in Apostolica cathedra Romæ sedentem per literas absens corpore, præsens verò spiritu ex Syria properat maturatque proficisci, dicendo: [a] *Ego beatitudini tuæ, id est cathedræ Petri, communione consocior: super illam petram ædificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est.* Et paulo post. *Quamobrem obtestor beatitudinem tuam, vt mihi epistolis tuis, siue tacendarum siue dicendarum hypostaseon detur auctoritas.* Quid est hoc? Defuitne tanto doctori ingenium, an doctrina & eruditio ad huius rei veritatem ex sacris depromendam scripturis, vel ex aliis doctrinæ magnæ multiplicisque fontibus exhauriendam? minimè gentium! cũ de hoc doctissimo patre sanctus dixerit [b] August. *Deest sciri quod Hieronymus ignorauit.* Sed idcirco sanctissimum doctissimumque doctorem ad sedis Apostolicæ præsulem tanquam ad tutissimum veritatis Catholicæ portum confugisse credendum est: quod optimè certum & infallibile de fide iudicium in Romano Pontifice, sicut in sancto Petro Christi Domini vicario, vniuersalisque Ecclesiæ pastore, ac principe, residere cognouisset. Quid vero magnus ille doctorum coryphæus Catholicorum [c] Augustinus de hac veritate censuit, docuit, iudicauit? Nunquid ille cum Iuliano Pelagiano disputans, & cum sententiarũ grauitate rationumq; pondere confundens, huic hæretico, & ceteris simili impietate fœdatis sufficere debere ad conuersionem suam, *Solum Romani Pontificis iudicium sententiamque demonstrauit?* Hæc dicens: *Cui Ecclesiæ*, scilicet Romanæ, *præsidentem beatum Innocentium si audire voluisses, iam tunc periculosam iuuentutem tuam Pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit vir ille sanctus Africanis respondere Conciliis, nisi quod antiquitus Apostolica sedes & Romana, cum cæteris tenet perseueranter Ecclesia?* [d] Et lib. 3. c. 34. contra Cresconium tantum virtutis & roboris, in definiendis fidei contentionibus Romani Pontificis iudicio detulit: vt in illa ad duo Africanæ nationis Carthaginense & Mileuitanum concilia responsione dixerit: *Iam de hac causa duo Concilia missa sunt ad sedem Apostolicam, inde etiam rescripta venerunt, causa finita est, vtinam aliquando finiatur & error.* Hæc ipse: notentur ista, *Causa finita est*: Id est, contentio atque lis anxia de errore Pelagianorum, qui tot annos Africanam Ecclesiam, aliasque suo furiosè turbine concussit diu multumque in Africanis conciliis agitata, tandem interueniente rescripto iudicioque Romani Pontificis sedata nec nõ definita est:

a Idem S. Hieron. ibid.

b S. Aug. de S. Hieron præclarum elogium.

c S. Aug. lib. 1. contra Iulianum Pelag.

d S. Aug. contra Cresco. 3. c. 34.

Horum duorum Conciliorum literas meminit ad S. Innocentium, missas epist. 106. S. Aug. Not. hoc Iudicio Papæ controuersia de fide definita est.

A firmatumque hoc Pontificio statuto est fidei certitudine Pelagianos Patriarchæ sui Pelagii erroribus pertinaciter adhærentes hæreticos esse, & à corpore Christi mystico, quod est Ecclesia, veluti putrida membra resecatos haberi. Et quamuis in multis variarum Africæ prouinciarum conciliis Catholici patres hunc Pelagianorum errorem impiorum dogmatum multiplicatione fœtentem tumentemque condemnauissent, tamen sententia huius doctissimi patris nondum euidenter pro hæresi formata, à cõgregatione reiectus fideliũ penitusq; cõuictus est: quousque eum Romani Pontificis auctoritas iudiciumque manifesta condemnatione prostrauisset. In cuius rei fidem scripsit hæc ad Hilariũ Episcopum. [e] *Noua quadã hæresis inimica gratiæ Christi contra Ecclesiam Christi conatur exurgere: sed nondum ab Ecclesia euidenter separata est.* Quid ita? quia nondum Romanæ sedis antistes os suum aperuerat, vt eam iuridicè condemnaret. Ait enim in eadem epistola: [f] *Iam cum ista scriberem, cognoueramus in Ecclesia Carthaginensi aduersus eos*, scilicet B Pelagianos, *Episcopalis Concilii conditum fuisse decretum, per Epistolam sancto & venerabili Papæ Innocentio dirigendum*, nondum scilicet directum, *Et eos de Concilio Numidiæ ad eandem Apostolicam sedem iam similiter scripseramus.* Hæc ipse. Præterea certum est ante hæc duo concilia, Episcopos Palestinæ prouinciæ, in quadam synodo, hunc Pelagianorum errorem condemnatum subiugatumque execrationi reprobauisse: verum quia Romani Pontificis iudicium, nec non in condemnando nondum auctoritas accesserat, *Non fuit illa hæresis*, inquit[g] C sanctus Augustinus, *Euidenter ab Ecclesia separata.* In eiusdem rei confirmationem, de quibusdam Pelagianis, vt cumque à suo deductis, & auersis errore, ad Sixtum hæc scripsit:[h] *Nonnulli eorum antequam ista pestilentia manifestissimè etiam sedis apostolicæ iudicio damnaretur, vobis innotescere potuerunt quos nunc repente reticuisse perspicitis. Nec vtrum sanati sint sciri potest &c. Satis tamen territos ipsa taciturnitas demonstrat.* Quæ hæc tanta Romani Pontificis in rebus fidei terminandis litibusque comprimendis auctoritas? quæ impiorum superborumque hæreticorum vt Pelagianorum ora suo iudicio compescat? tantoque eos terrore percellat atque consternat, vt errores fœtoresque suos D publicè defendere, condemnationis Pontificiæ formidine perhorrescant? Propterquod alibi dicebat iste sanctus de hac Pelagiana loquens impietate[i]: *Litteris beati Innocentij totam de hac re dubitationem sublatam esse.* Illudque præter cætera quæ produximus sancti patris testimonium ad eius quod intendimus comprobationem valde potens & vrgens est, quo [k] *Se sensum & fidem suam contra Pelagianos ex apostolicæ sedis auctoritate defendere professus est.* Sed obseruandum de iudicio Innocentii Papæ contra Pelagianos illud non fuisse (vt vocant, definitiuũ,) at tantum veluti interlocutorium. Verum successor eius Zozimus totam controuersiam de impietate & hæresi Pelagiana, supremo iudicio de cathedra S. Petri procedente dissoluit: cognita improbitate mentis obstinatæ Pelagianorum, eorumq; hypocrisi detecta, fingentium se velle Innocentii Papæ literis obedire. Hoc manifestè declarat[l]

Pelagianus error ante sententiam Pontificis pro hæresi nõ est iudicatus.

e S. Aug. 94. epist.

f S. Aug. ibid.

g S. Aug ibid.

h S. Aug epi. 104 ad Sixt.

i S. Aug. l. 2. c. 3. contra duas epist. Pelagianorum

K S. Aug in libello cõtra articulos falso sibi impositos.

l S. Aug. 107. l. 2. contra duas epist. Pelag c. 3.

sanctus Aogustinus lib. 2. contra duas epist. Pelagianorum, præcipuè vero circa finem. Id etiam notum clarumque fit apud eumdem sanctum Patrem [a] lib. 2. de peccato originali, in quo superbiam & impudentem iactantiam sanctus & eximius doctor Pelagii confundit gloriantis, sed falso in Concilio Palæstino fuisse absolutum. Sed de tanti patris cæterorum in doctrinæ intelligentiæque diuinæ sublimitate principis qoem ipsemet Caluinus fidelissimum vetustatis interpretem appellauit, testimoniis hæc [b] satis. Huic Optatū Mileuit. his breuissimis verbis optimè, id quod intendimus confirmantem subnectimus. *Miltiadis Papæ sententia iudicium clausum est*: In controuersia scilicet Donastitarum. Hanc veritatem [c] Prosper Aquitanicus sancti Augustini doctrinæ admirabilis, æmulus his verbis optimè comprobauit. *Concilio apud Carthaginem habito ducentorum sexdecim Episcoporum, ad Pontificem Zozimum synodalia decreta perlata sunt, quibus probatis per totum mundum Pelagiana hæresis damnata est.* At memorabilia sunt hæc ad institutum nostrum [d] sancti Gregorij ad omnes Episcopos Galliç scribentis eloquia. *Si quam verò*, inquit, *contentionem, quod longè faciat diuina potentia, de fidei causa euenire contigerit, aut negotium emerserit, cuius vehemens sit fortasse dubietas, & pro sua magnitudine iudicio sedis Apostolicæ indigeat: examinata diligentius veritate, relatione sua, ad nostram studeat perducere notionem, quatenus à nobis valeat congrua sine dubio sententia terminari.* His antiqoorum Patrum testimoniis, recentiorum prætermissis, ne in immensam discursus molem excrescat, huius capitis amplitudo claudatur, simulatque nobilissimum præclarissimumque illud sancti Maximi Martyris ad propositum nostrū elogium de Apostolica sede, eiusque in ea sublimiter velut in throno Christi sedentis, soprema auctoritate, in sapienter Ecclesiæ vniuersali dominando, & sine errore res fidei, atque morum definiendo hîc apposoetimus. *Omnes termini terræ* (inquit) *& quicumque vbique terrarum Christum Dominum pura mente & orthodoxa fide confitentur, quasi ad solem æterni luminis, sanctissimam Romanorum Ecclesiam, & eius confessionem, & fidem intenti respiciunt, ex ipsa rutilantem splendorem recipientes spiritualiū & sanctorum dogmatum. Quemadmodum sex illæ sanctæ synodi disertis verbis & magna cum religione exposuerunt, apertissime pronuntiantes fidei symbolum. Ab initio enim aduentus, Incarnati verbi, vniuersæ vtique terrarum Christianarum Ecclesiæ, à sancta Romanorum Ecclesia originem habuerunt, fundamentum solidum & maximum, contra quod portæ inferi, nullo pacto præualebunt, iuxta ipsius-met saluatoris promissionem, vt habeat claues scilicet orthodoxæ in ipsum fidei & confessionis: & aperiat illis, qui ad ipsam Romanam Ecclesiam cum pietate accedunt, veram & realem, solam pietatem quærentes: & claudat è contra, & obstruat omne os hæreticum, quod loquitur iniquitatem in cælum.*

a S. Aug. l. 2. de orig. peccat. c. 6. & 8.

b Optat. Mileuitan. l. 2. contra Parmen.

c Prosper. in chron. ann. 420.

d S. Gregor. epist. ad omnes Galliæ Episc. quæ est 52. l. 4.

S. Maximi Martyris de Romano pontifice, eiusque sede Apostolica, elogium ad Marinum diaconum scribentis, quod extat in codice Vaticano.

CAPVT VI.

Huic supremæ maiestati & auctoritati Pontificiæ Christus Dominus donum infallibilitatis voluit adiungere, ne in rebus fidei morumque disciplina determinandis, statuque vniuersalis Ecclesiæ moderãdo, Romanus Pōtifex, vt pastor vniuersalis Ecclesiæ, vicarius Christi Domini, sicut fuit sanctus Petrus, falli, aut fallere possit.

1. *Hoc sacris scripturis SS. orthodoxorum doctorum expositione illustratis.*
2. *Rationibus.*
3. *Sanctorum Patrum testimoniis, miraculisque, in huius veritatis fidem, à Deo factis verificatum demonstratur.*



LLVD in fronte capitis huius pro firmissimo veritatis fundamento varia multiplicique superius argumentorum ratione comprobato, constituendum est, Romanum Pontificem in S. Petri locum, fidem, doctrinam, potestatemque, iure diuino successisse, qood adeò verum ab omnibus Catholicis esse creditur, vt ipsi vnanimi fide & confessione, omnes huic veritati pertinaciter obsistentes Christianæ confessionis & communionis adulteros hæreticæ execrationis veneno contaminatos esse confiteri minimè vereantur. Propterea sicut sanctus Petrus, cum Ecclesiasticæ puppi, affixus & hærens in vita sua clauum regiminis directionisque Monarchiæ spiritualis in Ecclesia Dei sibi à Christo Domino creditum deuotè, sapienterque magno omnium fidelium incensus amore moderaretur, erroris infirmitati, lapsusque in his quæ fidei doctrinam, morumque disciplinam spectarent, imbecillitati nullomodo subdebatur: eodem iure parique priuilegio Romanum Pontificem eius successorem Christus Dominus in castissimæ sibi in æternum fide charitateque coniunctæ sponsæ sine ruga, ac macula matris Ecclesiæ gratiam munificentissimè donauit. Hæc enim Christi Domini Saluatoris promissio. *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiā meam*, non magis S. Petro, quàm eius successoribus, in Ecclesia futuris, sedis Apostolicæ pos-

Pontifex Rom. in S. Petri locum, fidem, doctrinā & potestatem diuino iure successit.

Promissio Christi D. de fundanda supra petrā Ecclesia non soli Petro, sed & successoribus eius, interpretatione facta est.

ſcſſoribus facta eſt. Neque minos pro illis S. Petri ſucceſſoribus quam pro ipſo Petro rogaſſe A Dominum credere operæ-pretium eſt: vt intacta & intemerata Chriſtianæ religionis fides in pectore noſtro conſeruetur; ſecus hæc Domini oratio æterno Patri profuſa in fauorem boourmque vniuerſalis Eccleſiæ vſque ad mundi conſummationem duraturæ minime ceſſiſſet. Cum defuncto S. Petro talis oratio irrita & euanida, nullum amplius effectum ſortitura virtute ſua vigoreque caruiſſet. Quod quam ab infinita Saluatoris noſtri bonitate, miſericordia atque charitate, tot laboribus doloribuſque morte crudeliſſima pro ſalute noſtra conſumptis expreſſa patenter alieniſſimum ſit, omnes qui verè de religione catholica ſentiunt, dubitare non poſſunt. Hoc iacto veritatis fundamento qua quæſo poſſet ratione vt S. Petri, ſic Romanorum Pontificum fides deficere, Chriſto Domino pro ipſis rogante, qui ſemper à Patre ſuo *pro reuerentia ſua ex auditus eſt*? Hinc B eſt quod determinatio ac iudicium Romani Pontificis in his quæ fidem moreſque tangunt, certum nobis canonem ac regulam fideliter exhibeat, quo inſtructi & informati minime in fide errare valeamus. Huius rei fidem leges faciunt quamplurimæ, per canonicum corpus ſparſæ atq; diffuſæ, vt cap. maiores, de baptiſmo, cap. ſignificaſti, de electionibus. cap. ſic omnes, 19. diſt. can. hæc eſt fides, 24. q. 1. can. memor, & can. quoties eadem cauſa & q. Quod ſi Romanus Pontifex aliquid de his, quæ fidei ſunt decernendo falli, decipi, errareque poſſet, quî poſſet eius decretum ſtatutumque nobis ſincere Chriſti Domini religionem profitentibus certum eſſe ad ſalutem? imo potius valde foret periculoſum, filiali conſenſu atque docili rei à C Romano Pontifice determinatæ tanquam certæ veritati acquieſcere: quæ fortaſſis ab omni non aliena mendacio in certitudine fidei magnopere titubaret. Quamobrem illud præ nobis in conſcientia tanquam verum & catholicum ferre debemus, & animo conſtanti vereque Chriſtiano firmiter aſſeuerando teſtari. Romanum Pontificem aliquid in ſpectantibus ad fidem, quatenus ſupremus vniuerſalis Eccleſiæ rector eſt, definire non poſſe, quod errore ſit aliquo commaculatum. Hoc nemo catholicorum inficiari præſumet, cum vertex ſcholaſticorum Theologorum tam clarè perſpicueque cum aſſeueratione dixerit, [a] *Auctoritatem res fidei definiendi principaliter in ſummo Pontifice reſidere, hac Innocentij primi auctoritate fretus dicentis: quoties fidei ratio ventilatur.* (vt dictum ſupra) *Arbitror omnes fratres noſtros & Coepiſcopos, non niſi ad Petrum, id eſt ad ſui nominis auctorē, referri debere,* D Quem locū ſua [b] Caietanus illuſtrans expoſitione ſcripſit, *Eccleſiæ vniuerſalis auctoritatem determinatiuam de fide principaliter in ſummo pontifice reſidere, in quantum ſummus pontifex eſt, quia ſic & non vt ſingularis perſona eſt, à Deo gubernatur in his quæ ſunt fidei, ita ut contra fidem determinare non poſſit.* Hanc doctrinam idem clarius & fortius tractatu [c] de Conciliis cap. 9. & vndecimo corroborat: Proinde ſanctus Thomas pro conſtanti veritate, ſicut docuerat confitetur & credit, [d] *magis eſſe ſtandum ſententiæ Papæ ad*

[a] S. Matt. 16. S. Lucæ 22.

Non ſolum pro fide S. Petri, ſed etiam ſucceſſorum, Dominus rogauit vt toto capite 3 lib. 3 probatum.

Semper Chriſtus Dominus à patre orans exauditus.

S. Petr. ad Heb. c. 5. v. 7. S. Ioan. 11.

Pontifex Romanus exhibet nobis regulam ſuo iudicio fundatam, ne in rebus fidei erremus, teſtantibus canonibus in iis ex ſu poſitis.

Pontifex vt vniuerſalis Eccleſiæ rector in definiendo rebus fidei non poteſt errare, ſed vt priuata perſona poteſt.

a S. Thom. 2. 2. q. 11. art. 2 ad 3.

b Caietanus in 2. 2. q. 11. art. 2. ad 3.

c Idem tract. de Concil. c. 9 & 11.

quem (inquit) *pertinet determinare de fide, quam in* A *iudicio profert: Quàm quorumlibet ſapientum hominum in ſcripturis opinioni*, &c. Hanc Diui Thomæ pro rei veritate ſententiam [e] S. Antoninus, [f] Cardinalis à Turre Cremata, [g] Syluester, [h] Albertus Pighius, [i] Alphonſus à Caſtro, [k] Thomas Vualdenſis [l] Ekius, [m] Melchior Canus, [n] Bannes, aliique recentis memoriæ grauiſſimi diuinæ ſapientiæ profeſſores amplectuntur. Verum omnes illi catholici doctores cum D. Thoma magiſtro ſuo, ſicut ex ſacrarum ſcripturarum, SS. antiquorumque Patrum doctrinę, fontibus exhauſerunt, atque diſcentes expreſſerunt, [o] non negant fide catholica firmati Romanum Pontificem labi errareque poſſe, ſi non vt vniuerſalis eccleſiæ paſtor & rector, ſed vt priuata perſona, doctorque ſingularis aliquid docendo vel ſcribendo aſſeruerit, quod ipſe minime vellet pro vniuerſali Eccleſiæ decreto apud omnes catholicos cenſeri, nolletque ad id reci- B piendum credendumque quemquam fidelium obligari, quia tunc priuatam non publicam auctoritatem exercet, licet autem vt priuatus ac ſingularis quidem doctor alicui prauo contra fidei præſcripta, regulaſque dogmati mente & intellectu corrupto poſſet aſſentiri, illique peruerſa deprauatus voluntate pertinaciter vellet adhærere: Nihilominus nunquam Deus permitteret ac pateretur, vt illud coinquinatus eſt in corde ſceleratè contra catholicam fidem militans, tanquam paſtor œcumenicus omnium Chriſti ouiū, eiuſque viſibilis in orbe catholico vicarius vniuerſali Eccleſiæ credendum ſeruandumque pro fidei veritate præciperet. Igitur vt huius axiomatis, ſcilicet *Papa in rebus fidei labi, errareque nō poteſt*, veritatem dilucidè ac eru- C ditè dignoſcamus. Duo pro deciſionis fundamento pronuntiata ponenda ſunt: & in medium lucis educenda, adeò certa & vera, vt à nullo rationis fideique compote ac veritatis amatore negari aut refelli vllo modo valeant. Primum eſt Romanus Pontifex vt paſtor vniuerſalis Eccleſiæ Monarchicus, vicariuſque Chriſti Domini, cum ex cathedra apoſtolica *Cuius maxima vis eſt*, ex D. [p] Auguſtino aliquid determinat, vtque Chriſtiani orbis magiſter ex decreto de fide pronuntiat: tanquam ſupremus Eccleſiaſticæ Monarchiæ iudex de controuerſiis inter catholicos obortis iudicium proferendo nunquam in intentione & concluſione, decipi, errare ac hallucinari poterit. [q] Quò illod ſancti Auguſtini referri debet. *Sic prouidit Deus Cathedra vt errare non poſſet.* Adiungeos hæc poſtea: *magna vis eſt cathedræ quæ cogit, bona dicere non bona facientes,* D *nec ſua*, ſcilicet humana & quandoque falſa, *ſed aliena*, ſcilicet diuina, & vera, quæ Chriſti Dei ſunt, *docere permittit.* Propter hoc patres Concilij Chalcedonenſis [r] Epiſtola ad ſanctum Leonem Pontificem Deo gratias agendo gratulabantur, quod tantum ſpiritualis orbis rectorem ac principem Apoſtolicæ ſedi, *vnde religionis noſtræ fons & origo manaret, ſua ineffabili miſericordia præfeciſſet.* Hinc illa præclara [ſ] Agathonis Papæ in ſexta ſynodo generali fidei profeſſio, cui omnes S. Patres huius œcumenici cœtus co-

d S. Thomas quo ibe 9. art. vlt. in corp.

e S. Antonin. 3 p. t. 22. c. 9. §. 18.

f Turre. Crem. in cap. hęc eſt fides 24 q. 1. & in tract. de Eccleſ. l. 2. c. 109.

g S. Syluest. verbo Eccleſia 1. q. 3.

h Albertus Pighi. l. 3 de Eccleſiaſt. hierarch c. 3.

i Alphon à Caſtro l. 1 c. 4 & 6. de iuſtit. hæret. &c.

k Thoma. Vuald. l. 2. doctrinalis antiquæ fidei

l Ioan. Ekius in Enchirid. de primatu Petri.

m Melchior, Can. l. 6. c 5.

n Bannes in 2 2 q 1. a. 10. concluſ 3. & 4.

o Couarruuias 10. 2. l. 1. c. 10 de confirmat.; ſacram. 11. 12. 2 pars.

Huius axiomatis, Papa errare non poteſt in rebus fidei, præclara & erudita deciſio.

Pronuntiata duo primum.

Papa vt paſtor vniuerſalis Eccleſiæ ex cathedra docens errare non poteſt.

p S. Aug. epi. 170.

q S. Aug l. 4. de doctrina Chriſtiana c. 47. to 3.

r Concil. Chalced. epiſt ad S. Leonem.

ſ Agathonis Papæ ſententiæ ſexta ſynodi act 8. 13 & 17.

rooæque subscribentes acquieuerunt, vt superiori capite recensuimus. In qua donum infallibilitatis à Christo D. datum, sedenti Papæ in cathedra sancti Petri hæc sequeotia comprobant. *Hac enim Apostolica Christi Ecclesia, per Dei gratiam à tramite Apostolicæ traditionis numquam errasse probabitur. Nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit, sed vt ab exordio Christianæ fidei percepit, ab auctoribus suis Apostolorum Christi principibus, illibata finetenus permanet, secundum ipsius Domini Saluatoris diuinā pollicitationem, Petre, Petre, ecce Sathan expetiuit vos, & c. ego autem rogaui, vt non deficiat fides tua, & tu confirma fratres tuos.* Hoc quid clarius, quid apertius, quidve ad confirmandam infallibilem Romani Pontificis in rebus fidei determinandis auctoritatem potentius dici excogitariue potuisset? Insanit profecto omnis quisquis ille sit qui in Ecclesia Dei Christi Domini sanguine redempta diuina illustrata formataque pulchritudine, supremum illud ab omni errore liberum adesse tribunal non credit, quo synagoga non caruit [a] in qua iudicium, ac decretū magni sacerdotis pro lege celebrabatur, proque cęlesti oraculo dato diuinitus habebatur, vt hęc Deuteronomij 17. verba demonstrant. *Si difficile & ambiguum apud te esse prospexeris, & iudicum intra portas tuas videris verba variari, surge, & ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus: veniesque ad sacerdotes leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore, quæresque ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatem, & facies quacunque dixerint, qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisque sententiam eorum, nec declinabis ad dextram, nec ad sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille, vt nullus deinceps intumescat superbia.* Quid iniustius quàm Ecclesiæ Christi Domini denegare quod synagogæ tributum à Deo fuisse videmus. Certe si Concionanti S. Ambrosio & populum Dei in templo erudienti, Domini Angelus adstiterit eius mentem diuina doctrina clarificans, cor ardenti charitate incendens, & stylum atque linguam mirabili eloqueotia perpoliens, vt fideles Christiani ouilis greges salutari fidei ac pietatis pabulo reficeret, hostesque Dei veritatis adulteros Catholicæ confunderet, & eorum quosdam confundendo converteret: quanto magis summo Christianorum Pontifici, vniuersalis Ecclesiæ præsuli pastorique monarchico omnium Doctori fidelium de Cathedra Apostolica diuina ore promenti iudicia & oracula, ne falli aut fallere possit, non Angelus Dei solum, sed spiritus sanctus vt astitit semper sic in posterum, vsque ad consummationē seculi suæ potētia virtute diuinitatis affulgebit? huius historię de miraculo Angeli sancto Ambrosio in Ecclesia contra hæreticos differenti, Diuinoque concionanti vigore, præsidentis, [b] Paulinus in eius vita meminit. Cum enim sanctus ille Auxentium cæterosque hæreticos Mediolani sub imperio Iustinæ imperatricis hæretica percitæ rabie, furiose bacchātes prouocauisset, sicut scripsit epist. 32. [c] ad Valentinianum iuniorem, vt se differentē in Ecclesia conuenirent: *Euenit tunc* inquit Paulinus, in eius vita, *vt quidam vir de hæresi Arianorum acerrimus nimium disputator & durus atque*

a Argumentū à minori infallibile Papæ tribunal monstratur.

Iudicium sacerdotis magni in veteri testamento pro lege certa habebatur quāto magis Papa in lege noua Deut. 17.

Argumentum a Minori.

S. Ambrosio in Ecclesia Dei hæreticos confundenti & catholicos fideliter erudienti astitit Angelus Domini instruens eum ne erraret, quanto magis Romano Pontifici vniuersalis Ecclesiæ fideles dirigenti, hostes veritatis exterminanti spiritus S. affulget.

b Paulinus in vita S. Ambrosii.

c Epistola S. Ambrosij 32. ad Valentin. Iun. Imp.

A *inconuertibilis ad fidem Catholicam, ad Basilicam se conferret. Is constitutus in Ecclesia tractante Episcopo videt*, vt ipse postmodum loquebatur) *Angelum ad aures Episcopi tractantis loquentem, vt verba Angeli populo Episcopus renuntiare videretur: Quo viso conuersus est ad fidem, quam expugnabat cœpit ipse defendere.* Certe propior viciniorque est magni Consilij Angelus Christus Dominus vicario suo suique ouilis œcumenico pastori illum suo spiritu principali confirmans, ne in regendo, docendo, pascendoque suos greges errare possit. Vnde illud est admirabile atque singulare, nullum hactenus omnium Pontificum qui S. Petri cathedræ præfuerunt, Ecclesiæ vniuersæ gubernacula moderantes, inuentum esse atque repertum: qui quamuis vita priuata corruptus, minimeque in re-
B ctitudine vitæ morumque sapienter incedens, in definiendis fidei controuersiis decernendisque de ea statutis errore confossus hæretico, à Catholicæ recto tramite veritatis exorbitauerit Quod profecto aliunde manare non potest, nisi quod ipse spiritualis gregis christianique pastor, fidelis popoli princeps in solio sedens Apostolico, singulari Dei priuilegio communiatur, seprusque diuina virtute corroboraretur, ne in talibus fidei morumque decretis hallucinari, decipi ac fallere possit. Propterea abhoc sedis Apostolicæ præsule, mundique rectore spiritualis semper boni omnes fidei oracula petiuerunt, ab illius iudicio credendi normam in religionis fideique controuersiis expectaue-
C runt. Illius denique virtutem & auctoritatem sacra Consilia pro confirmandis suarum consultationum oraculis efflagitauerunt. Ideo rectè S. Innocentius, 1. ad duorum, Conciliorum Carthaginensis & Mileuitani Consulta sapienter, & apposite respondit: [d] *Congruè apostolicæ sedis arcana consulitis, antiqua regulæ formam secuti, quam toto semper ab orbe nostis esse seruatam, præsertim quoties ratio fidei ventilatur.* Sed de hoc primo pronuntiato hæc satis dicta sunt à nobis statim ad illius clariorem illustrationem plura dicturis simul atque alterum pronuntiatum breui sermone tetigerimus, quod est huius modi. Romanus [e] Pontifex cum in familiaribus domesticisque sermonibus obiectæ cootrouersiæ alicui ex priuato suo intellectu ac studio ex transcursu perque transennam respondet: vel cum vt discurrendo ac
D ratiocinando sententiam suam de re aliqua dissoluenda in medium disputator adducit: vel cum doctor particularis, & litteratorum factor operum aliquid conditum ingenio, suaque elaboratum industria scriptum manu, typisue mandatum edit in lucem, errori procliuis esse potest. Nec mirum, quoniam soliditas fidei necessaria ad Christianæ conseruationem religionis sancto Petro eiusque successoribus in sede Apostolica regnantibus à Domino promissa est, non tanquam priuatis doctoribus, seu operum scriptoribus, controuersiarum exploratoribus, dubiorumque indagatoribus: sed vt gregis Dominici pastoribus vniuersalisque Ecclesiæ principibus iudicibusque supremis. Qui in iudiciis publicis, animarumque catholicarum directionibus ad salutem, diuinam voluntatem,

Ex To. 2.

In desiniendis fidei controuersiis nullus Papa hactenus errauit.

d Epistola Innocentii 1. ad Carthag. & Mileuit. Concilia.

e Alterum pronuntiatū & axioma Papa vt priuata persona & particularis doctor & scriptor errare potest nec est infallibilis.

doctrinam fidei pietatiſque populo fideli proponere debent: adeò vt ſi quandoque Pontifex aliquis vt priuatus homo liberalibus & altioribus illuſtratus ſcientiis in aperiendo ſenſa mentis ſuæ, in quoſdam errorum ſcopulos illidatur, nullum propterea Pontificiæ maieſtatis apici præiudicium infallibilitatis ſit allaturus. Hoc igitur fixum inmotumque manere debet in cordibus noſtris Romanum Pontificem de cathedra Catholica, Apoſtolica & Romana ad ſacras fidei morumque regulas ſpectantia fundentem reſponſa ſub ratione principis ac paſtoris Eccleſiæ vniuerſalis Hierarchici nec allucinari nec falli nec fallere poſſe: ait enim [a] Origenes in expoſitione horum Chriſti Domini verborum, [b] *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non prævalebunt aduerſus eam: manifeſtum eſt, & ſi non exprimatur, quod nec aduerſus Petrum, nec aduerſus Eccleſiam portæ prævalere poterunt inferorum. Nam ſi prævalerent aduerſus petram in qua Eccleſia fundata erat, contra Eccleſiam item prævalerent. Petrus ergo firmus ſtabat in fide ne fabrica* (ſcilicet Eccleſia) *ſuper ipſum fundata rueret.* Pari ſoliditate ſancti Petri ſucceſſor in fide ſtare debet, ne fabrica Eccleſiaſtica concuſſo ac nutante ſuo capite & fundamento labefactata concidat. *Porro claues non vnius cæli, ſed omnium cælorum promiſſas ſancto Petro eiuſque ſucceſſoribus, effectu, tandem quod ſpoponderat, Dominus donauit ac credidit,* (inquit) [c] Origenes. Claues autem illæ iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, cum cælos ipſos aperiant, neceſſariò conſequitur, vt omnia impedimenta funditus exterminent, quæ homines cælorum aditu prohibere poſſent. At certum eſt ex parte intellectus aditum cælorum, ignorantia fidei, ſicut ex parte voluntariè, prauitate affectionis hominibus obſtrui. Ergo ſuo Dominus vicario vniuerſalis ouilis paſtori poteſtatem non minus ad tollendam fidei doctrinæ Catholicæ imperitiam tenebraſque ignorantiæ circa religionis puritatem Chriſtianæ, diſſipandas, quam ad extirpandam affectionis improbitatem, vitiorumque turpitudinem atque fætorem ſingulari priuilegio fauoreque diuino largitus eſt. Qua purgati & illuſtrati fideles ad æterna cælorum tabernacula, iuſtificationis aditu, ianuaque reconciliationis cum Deo, patefacta peruenirent. Hanc adeò ſublimem diuinamque pro ſalute Chriſtiani gregis poteſtatem à Chriſto Domino datam Romanus Pontifex poſt ſanctum Petrum ab eius interitu, quicumque in Apoſtolica ſede præſedit, qua ratione exercere diceretur: ſi controuerſias de fide difficiliores iure ſuo ſoluere, ſuoque iudicio fideles ligare, & aſtringere non poſſet? vt id pro certo fideique congruo tenerent omnes, quod ipſe vt ſummus Eccleſiæ princeps monarchaque decreuiſſet? Sed falſum erroneumque de fide iudicium fideles ligare non poteſt. [d] *Quod ſi diuinatio in labiis regis & in iudicio non errabit os eius,* vt loquitur ſapiens, qua quæſo perſuaſione mentis permoti homines iudicii doctrinæque non expertes, ſanctum Petrum eiuſque in Eccleſiaſtica Monarchia ſucceſſores, Rom. Pontifices regnique cælorum principes à Deo conſtitutos in grauiſſimis de fide iudiciis errare potuiſſe arbitrabuntur?
3. 3. Perpetua Eccleſiæ obſeruatione nulla verior Chriſti Domini voluntatis interpres. Quæ ab omni ſæculorum memoria, rerum negotiorum difficiliorum, grauiorumque ad fidei

Rationibus axioma primũ illuſtratur ſcilicet Papam vt paſtorem Eccleſiæ ſupremum de Cathedra docentem errare nõ poſſe.

a Hom. 1. in Matth.

b S. Matth. 16.

1. *Ratio.*

2. *Ratio.*

c Hom. 9 in Matth.

Nota.

d Prouerb. 16.

A religioniſque ſtatum & incolumitatem pertinentium, definitionem ac reſolutionem non ab alia, quam à Romana ſede depoſcere conſueuit. Pro cuius rectore ac paſtore ne deficeret fides eius fratreſque ſuos, fideles omnes, in doctrina veritatis orthodoxæ confirmaret, Dominum Ieſum patri ſuo ſupplicauiſſe credidit: cuius ſupplicationis orationiſque virtutem, ſuccedentes effe- 4.
ctus & experimenta demonſtrant. Cum deſtructis, & à fide deficientibus cunctis Apoſtolorum Eccleſiis, ſolam Romanam Eccleſiam contra tot malorum procellas, tot exortas crudeliſſimarum perſecutionum tempeſtates, tot hoſtium diuerſorum furores, tot errorum, hæreſeon, impiorumque dogmatum, blaſphemias, indomitam, victricemque ſubſtitiſſe, & eluctando ſaluam incolumemque fortiter emerſiſſe videamus. Iam 5.
vero ſi Romani Pontificis ea quæ fidei ſunt, determinantis iudicio, poſſent errores irrepere: quot hæreſeon, ſacrilegorumque dogmatum, Catholicæ veritati fraudulenter inſidiantium, dubia nobis eſſet atque ſuſpecta condemnatio? quæ non ab œcumenicis ſynodis facta, ſed à ſola Romani Pontificis ſententia iudicioque decreta eſt? Quod ſi hoc de fide Pontificis œcumenici decretum veritatis indubitatæ certumque non eſſet: quare impios hoſteſque veritatis hactenus, eos Eccleſia ſancta iudicauiſſet: qui à ſen- 6.
tentia Romani Pontificis in cauſa fidei & grauiorum Catholicæ ſocietatis cætuſque negotiorum, ad aliud quantumuis dignitate & auctoritate præſtans tribunal, prouocare voluerunt?
C Cur non minus firmum ac ſtabile in quæſtionibus fidei, aliiſque illuſtrioribus Eccleſiæ negotiis Romani Pontificis iudicium, quam ſancti Petri credemus, cum pari authoritatis diuinæ pondere qua illud ſancti Petri fulciatur? Quod ſi fallax eſſe poſſit circa fidem Romani Pontificis iudicium, quibus poterit fortitudinis indomitæ machinis ſancti Petri iudicium foueri ac ſubſtentari, vt fidei iacturæ procliue fieri non 7.
poſſe credatur? Quod ſi in fide, ſancti Petri iudicium titubare non repugnet: quorſum Dominus dixerit ſancto Petro. [e] Quodcumque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cælis, & quodcumque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cælis? quorſum hæc Apoſtolorum ipſe princeps in actibus effuderit [f] *Deus elegit in nobis per os meum audire gentes verba Euangelij & credere?* Plures, qui volet de hac materia rationes audire, adeat Melchiorem Canum nonnullas ex multis quæ produci poſſent, breuiter ad in-
D ſtitutum noſtrum produxiſſe, & (vt dicitur) primoribus labris deguſtaſſe, ſatis eſſe iudico: propter quas ex omnibus orbis Chriſtiani partibus & oris de fidei controuerſiis ab omni vetuſtatis Eccleſiaſticæ tempore, conſultationes ad Apoſtolicum Pontificis Romani tribunal directas fuiſſe, Sacrorum annalium hiſtorias replicando cognoſcimus. Et ſi ſanctorum Patrum vetera rimemur inquiramoſque monumenta, omnes vnanimi conſenſione, fidei ſtabilitatem ac infallibile de rebus Catholicę religionis iudicium ſancto Petro datum à Deo ad Romanos Pontifices tanquam legitimos ipſius principis Apoſtolorum ſucceſſores pertinere firmiter aſſeuerantes audiemus. Inter quos primus apparebit ſanctus [g] Irenæus pro hac veritatis aſſertione militatu-

Nota.

e S. Matth 16

f Act. 15. v. 7. Canus lib. 6. c. 7.

Donum infallibilitatis in Romano Pontifice ſicut in S. Petro in definiendo res fidei teſtimoniis SS. Patrum eſſe probatur.

g l. 2. contra Valentinum.

rus, cuius hic subticemus testimonium, quia superius clarè copioséque prolatum. Id considerans [a] sanctus Callistus Benedicto Episcopo scribens aiebat. *Memor sum me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius à Domino Iesu Christo est glorificata confessio: & cuius fides omnes destruit errores. Et intelligo aliter mihi non licere, quàm vt omnes conatus meos, ei causa, in qua vniuersalis Ecclesiæ salus manifestatur, impendam. Quoniam res omnes aliter tuta esse non possunt, nisi quæ ad diuini muneris famulatum pertinent, sacerdotalis defendat auctoritas.* [b] Et sanctus Cyprianus ad Cornelium scribens, *ad Romanam sedem nunquam perfidiam accessum habere potuisse.* Clamabat & eidem [c] sancto Patri: ipse Pontifex Cornelius respondens dicebat. *Nec tantas de nobis laudes Apostolus protulisset, dicendo: quia fides vestra prædicatur in toto mundo, nisi iam exinde vigor iste radices fidei de temporibus istis mutuatus fuisset,* B *quarum laudum & gloriæ degenerem fuisse maximum crimen est*, &c. Mitto clarissima Romanorum Pontificum sanctorumque Patrum, quia iam superius adducta in alterius licet veritatis illustrationem testimonia, manifestissimè clamantia immaculatum fidei Catholicæ nitorem in Romana sede semper inclaruisse, in æternumque cunctis ab ea longè pulsis erroribus Christo bene propitio permansurum. Certe si talis fuit, sitque semper immaculata sedes illi Christianæ maiestatis in nitore fidei diuinæ permansura, quî poterit Apostolici præsulis in Romano solio spiritualia iura dicentis errore aliquo fidei inimico, iudicium in res fidei definiendo sordidari? Qualis fuerit SS. Patrum Nicænæ synodi magnæ de certitudine iudicij Romani Pontificis in terminandis grauioribus difficilioribusque Ecclesiæ negotiis, vt potè fidei mens atque sententia, verba hæc in canonibus ex Arabico C translatis reperta significant. [d] *Qui tenet sedem Romæ caput & princeps est omnium Patriarcharum. Quandoquidem ipse est primus sicut Petrus, cui data est potestas in omnes principes Christianos, & omnes populos eorum: vt qui sit vicarius Christi Domini nostri super cunctos populos, & vniuersam Ecclesiam Christianam. Et quicumque illi contradixerit à Synodo excommunicatur.* Certe si hæc regendi omnes populos, vniuersalique dominandi congregationi fidelium, potestas ab omni diuinitus errore libera non esset, sancta synodus ei contradicentes anathemati minimè subiugaret. Ideo [e] sanctus Hieronymus hæc Ruffino religionis hosti suggerebat. *Scito Romanam fidem Apostolico ore laudatam huiusmodi præstigias non admittere.* [f] Et sanctus Augusti- D nus: *Numerate ab ipsa sede Petri, & in illo Patrum ordine, quis cui successit videte.* Moxque causam subiungens ait, *Ipsa est petra quam superbæ non vincunt inferorum portæ.*

a 1. Epist. ad Benedictum Episcopum.

b l. 1. Epist. 3. ad S. Cornelium.

c S. Cornelius S. Cyprian. 2. Epist. 7 inter Epist. S. Cypr.

d Can. 39 Concilij Niceni ex arabico sermone translati. *Hæc ex Turriani versione ex arabica in latinam linguam.*

e Epist. 1. contra Ruffinum.

f In Psal. contra part. Donat.

Huius infallibilis Ro. Pontificis in definiendo res fidei, maioraque Ecclesiæ negotia, firmitatis præclaram Theodoretus Epistola ad Renatum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem (qui fuerat legatus missus à sancto Leone ad concilium Ephesinum) edidit confessionem, cùm sic eum inter alia alloquitur orando. [g] *Hac igitur de causa tuam oro sanctitatem, vt persuadeas beatissimo ac sanctissimo Archiepiscopo, vt Apostolica vtatur auctoritate & præci-* A *piat ad vestrum conuolare Concilium. Habet enim sanctissima illa sedes omnium per orbem Ecclesiarum ducatum & principatum, multis quidem de causis, præcipuè verò quod ab hæretica labe immunis permansit: & nullus qui contraria sentit veritati in illa vnquam sedit, sed Apostolicam integram gratiam & immaculatam seruauit.* Non inferiora sunt prioribus de stabilitate iudicij Romani Pontificis in succurrendo rebus Ecclesiæ grauissimis, & definitione controuersias fidei sedando præconia, quæ apud Gennadium Athanasius discipulus sancti Maximi his verbis effudit. [h] *Cùm fides concordissimè ab omnibus exagitaretur, nisi specialis gratia opem tulerit, qui semper succurrit, semine religionis apud veterem Romam nobis relicto, ad confirmandam promissionem mentiri nesciam, quæ facta est principi Apostolorum*, &c.

g Theodoretus Epist. 116. ad Renatum Cardin.

h Gennadius Scholarius de primatu Papæ sectio. 8. anno 630.

B Propter quam stabilitatem firmitatemque iudicij, fallaciæ & erroris expertem in quæstionibus fidei disciplinæque, morum decidendis dirimendisque menti sedentis in throno Apostolico pastoris affixam, [i] Sophronius Hierosolymitanus per litteras Episcopo Stephano suadebat, vt quæsiturus ab œcumenico præsule Catholicę religionis fideique responsa Romam proficisci maturaret. *De finibus terræ*, inquit, *vsque ad terminos eius ambula, donec ad Apostolicam sedem, vbi orthodoxorum dogmatum fundamenta existunt, peruenias.* Quàm ingenuè hanc de dubiis fidei decernendi Roman. Pontificis auctoritatem, ab omni errore liberam, [k] Sergius ille Magnus Cypri custos animarum & pastor fuerit credendo professus, hæc ipsius ad Theodorum Papam verba euidenter ostendunt. *Firmamentum à Deo fixum, firmum, & immobile, atque tituli formam lucidissimam fidei,* C *vestram Apostolicam sedem constituit: ô sacer vertex Christus Deus noster. Tu es enim sicut diuinum veraciter pronuntiat verbum, Petrus, & super fundamentum tuum Ecclesiæ columnæ confirmatæ sunt: Tibi & claues regni cælorum commisit, atque ligare & soluere potestatiuè, quæ in terra & quæ in cælis sunt promulgauit. Tu prophanarum hæreseon depositor existis, vt princeps & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei* &c. Si firmamentum fixum, firmum, & immobile, si forma lucidissima fidei, Romana & Apostolica sedes à Deo constituta sit: qui huic præsidet œcumenicus pastor qua poterit in definiendo res fidei, ratione decipi, vel aliquo errore turbatus à via veritatis arceri? Qui fundamentum Ecclesiæ, clauium regni Cælorum dispensator, hæreseon D scelleratarum extirpator, princeps denique & doctor orthodoxæ & immaculatæ fidei constitutus est à Deo, quomodo contra omnes errorum, falsarum opinionum, peruersorumque dogmatum, tempestates & procellas immotus & permanens in clara fidei veritatisque luce stare non poterit? Qui ab alio sancto pastore & archimandrita [l] Theodoro Studita, *Petra fidei super quam suam Catholicam Christus Ecclesiam ædificauit, appellatus est?* Et à [m] sancto Ignatio, Constantinopolitano Patriarcha ad Nicolaum Papam scribente, *exortarum Hæreseon, & contra Catholicam veritatem præuaricationum eradicator, zizaniorum malorum interemptor, tabefactorum, putridorum & penitus immedicabilium insa-*

i Epist. ad Stephanum Episcopum anno 630.

k Sergius Cyprius Ep. ad Theodorum Papam anno 650.

Firmamentum, & fundamentum immobile, princeps & doctor fidei papa cum sit, inde falli & fallere non potest.

l Epist. ad Paschalem Papam anno 810.

m Ad Nicolaum Papam quæ habetur act. 3. octauæ synodi.

tiabiliter ægrotantium, Ecclesiæ membrorum resecator & amputator, & in omnibus fidei sanctissimæ Apostolorum principis æmulator. Qui eius zelo in Dei honore procurando ardenter inflammatus, nullis vnquam malorum nefandorum immaniumque furoribus ouili Dominico crudeliter irruentibus, cedere didicit, vt non immeritò ad Vrbanum Pontificem, [a] sanctus Anselmus Archiepiscopus Ecclesiæ in Anglia Cantuariensis ita scripserit. *Quoniam diuina prouidentia vestram elegit sanctitatem: Cui vitam & fidem Christianam, custodiendam & Ecclesiam suam regendam committeret: ad nullum alium rectiùs refertur,* (scilicet quam ad te vel ad illam sanctitatem vestram) *si quid contra Catholicam fidem oritur in Ecclesia, vt eius auctoritate corrigatur, nec vlli alij tutius, si quid contra errorem respondetur, ostenditur, vt eius prudentia examinetur.*

a Anselmus Cantuar de incarnat. verbi c. 1.

Atque vt Catholici omnes intelligerent in his quæ defensionem regimenque Ecclesiæ respiciunt, quæque conseruandæ fidei puritati patrocinantur, Papam aliquid decernendo, fraudibus & erroribus obnoxium esse non posse: Sæpe id Deus suis voluit miraculorum editione fidelibus inclarescere. Vt cum Gregorij 7. facta, gesta, atque decreta contra sui temporis hæreticos, schismaticos, simoniacos, sacrilegos, aliosque sanctæ Ecclesiæ rebelles ac perduelles miraculo magno & insueto iustificare dignatus est: quæ multi temerè & peruersè iudicantes inuidiosè & iniustè calumniabantur. Factum mirabile Leo Ostiensis sic exponit: [b] *Factum est autem cùm idem Papa Gregorius missarum solennia celebraret: vir quidam Ioannis nomine iuxta altaris crepidinem immobiliter perstitit: cumque ad altare deflexisset obtutus, subitò in extasim raptus, niueo candore columbam, cuius erat aureum guttur, supra eandem aram astare conspexit: quæ inde leuiter aduolans ac supra dextrum Pontificis humerum recubans alis protinus expansis vtrumque protexit, ac tamdiu sic perstitit, quousque commixtio Dominici corporis & sanguinis in calice fieret: iterumque se in dextrum humerum colligens, inde ad altare descendit: caput blandè super hostiam flectens, viro illo quid hæc sibi vellent non intelligente cum volatu prapeti, pleno rostro remeauit ad cælum. Post hæc homo ille in se rediens, nulla penitus huius rei vestigia memoria tenuit. Nocte verò subsecuta, cum se sopori dedisset, vir quidam illustrior sole, minaci vultu in medio suæ domus hospitio eidem apparuit: quo ille viso de strato exiliens terrore correptus, fugam tentat arripere. Vir autem ille porrecta manu continuit brachium eius suauiter tenens. Cùm autem manus eius nequiret effugere, ac sic vinctus, stetit inuitus. Ad eius mox auxilium quidam niuea canitie aspersus indutusque stola candida affuit, eiusque mærorem consolans, de manu se tenentis eripuit. Quem ille quisnam hic esset tanta claritatis vir quæsiuit intrepidus, hic, inquit, est iustitiæ sol: & ille, nomen quoque tuum, ait inquirenti similiter pande. Nequaquam,*

Deus plerumque infallibile & intemeratũ in rebus fidei negotijsque grauioribus iudicium Romani Pontificis miraculis cõprobat quod exemplis ostenditur.

b l. 5. c. 58.

Spiritus sanctus sub specie columbæ apparens Gregorio 7.

Quæcumque gessit & decreuit contra rebelles Ecclesiæ hostes omnia interiori virtute suggessit.

A *ait ille, scire te oportet nomen: sed mihi ad interrogata responde, putasne recolis quid heri dum in Ecclesia astares vidisti? ille cuius animum occuparat obliuio, cæpit intra se voluere, quidnam esset quod ab eo senior quæreret: subitoque reminiscens, cuncta sibi quæ viderat ex ordine retulit: & ille vade, inquit, celeriter, & hoc ipsum auribus Papæ intimato vt constanter vigore sancti spiritus, quod cæpit, exequatur, his dictis ab oculis eius elabitur.* Hæc Leo Ostiensis, mirabilis planè historia, & à grauissimo auctore conscripta, his vicino temporibus, quibus mirabile illud à Deo factum est in oculis Catholicorum. Qua visione huius columbæ in gutture deauratæ, in humeris sessitantis Romani Pontificis, atque in eius aures insufflantis spiritum suum designari monstrauit. Cuius instinctu

B pastor Ecclesiæ Monarchicus in definiendo & ordinando res maioris celsitudinis, atque momenti, quæ ad fidei disciplinæque Christianæ protectionem recta flecterentur, contra omnes maligni spiritus insidias dolosque regebatur, atque eius protectione gubernabatur: vt contra eum à spiritu sancto protectum omnes calumniarum, mendaciorum, iniuriarumque vomitus, ab improbis Ecclesiæ latentibus & apertis hostibus effusi, excepto fætore atque putredine maledicendi calumniantium famam deturpante, ad nihilum irriti deuenirent.

Alio miraculo Deus sui Pontificis virtutem erroris expertem in res ad fidelium salutem Ecclesiæque fidem reuocatas, Christiana charitate tractando, Armeniorum legatis nomine suorum, à quibus mittebatur, principium ad obsequium

Armeniorũ legatis Roman. Pontificem à Spiritu sancto in regendo Ecclesiã dirigi miraculo cognoscunt.

C obedientiamque, omni errore ac infidelitate eiurata, Romano Pontifici præstandam Viterbium (vbi tunc propter schismaticorum Romanæ vrbis ciuium rebellionem audacem, sacrilegamque Papa morabatur) magno cum apparatu venientibus expressit. Sic enim [c] Otto Frisingensis, qui tunc præsens erat, de hoc miraculo loquitur. *Armeniorum legatos Romanus antistes,* scilicet Eugenius 3. *gratanter suscipiens missarum solennijs ac sacrificijs secretis adhibuit: diligenterque ea quæ fiebant ibidem eos animaduertere monuit. Quod dum facerent intentique sacro altari astarent: vnus ex eis Pontificali dignitate præditus, (sicut post modum in plena curia retulit) in beati Martini octaua, quando dedicatio beati Petri celebrari solet, summo Pontifice diuina mysteria agente, splendido fulgore radium solis super caput eius coruscare, & in ipso duas colum-*

c l. 7. cap. 31.

D *bas ascendentes & descendentes vidit: Cum diligentius hac illacque oculos circumferret, nullumque aditum per quem lux illa transfunderetur, inueniret, Deificum hoc esse cognoscens, ac ad obedientiam Romanæ sedis amplius accensus cunctis quæ viderat, aperuit,* &c. Hæc si ad fidem faciendam contra hæreticos non ita premant ac vrgeant: saltem ad permouendos piorum Catholicorum affectus plurimum pro fidelium congregatione valebunt.

CAP. VII.

Quod hæc summa Romani Pontificis ab omni errore libera potestas in canonizatione sanctorum maximè conspiciatur ac reluceat.

1. *Quid sit sanctorum canonizatio, seu Apotheosis Christiana, qua in ea requiruntur, quaque ad eius legitimam effectionem vestigantur.*
2. *Ex omnibus Ecclesiæ prælatis ad solum Romanum Pontificem pertinet canonizatione sancto in cælo & terra consecrare.*
3. *Quam sine errore vllo, intus operante Spiritu sancto, summus ipse Pontifex exequitur.*

Canonizatio quid sit.
a S. Thomas quodlib. 9. q. vlt. S. Antoni. 3. p. Titu. 22. c. 5. § 5.



CANONIZATIO sanctorum iuxta communem [a] à Theologis canonistisque doctoribus traditam definitionem nihil aliud esse perhibetur, quam canonica ac regularis institutio aliquem maximis insignem virtutibus ab interitu vitæ suæ corporeæ cælo receptum pro sancto honorandi, solenni illi in Ecclesia officio præstito & cum inuocatione eius nominis, vt pro fidelibus in terra militantibus Deo supplicet, magna cum veneratione consecrato. Quæ facta sine Romani Pontificis auctoritate nulla esse potest, vt [b] Alexander 3. suo decreto indicauit. Quo honore sacraque religione priusquam inauguratus cælo iam immissus sanctus ille ab Ecclesia sedis Apostolicæ iudicio cumuletur, multa solent longa & diligenti disquisitione sciscitari. Prout [c] Hostiensis, iuris canonici lumen, Innocentius, & Goffredus obseruauere. Primò qualis eius vita, quantis in laboribus piis, castis, generosis, iustisque contrita. *Si enim ad honores mundi, sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est peruenire: & notari ambitus solent, quos probitatis documenta non adiuuant, quam diligens & quam prudens habenda est dispensatio diuinorum munerum & cælestium dignitatum?* [d] Aiebat sanctus Leo Episcopis Africæ. *Oportet enim præsenti testificatione prædicari, & bona fama præconiis non taceri.* Dicebat alter Magnus Pontifex [e] Gelasius. Præcipuè cùm huiusmodi virtutum bonarum opera, diligenti informatione, rimantur, solet inquiri, an hæc, virtutes illæ simplicitas nempe, humilitas, suique magna in præclarè factis abiectio condiuerint. [f] Extra de præsumpt. quod ipsæ virtutes abnegationis sui, in potentibus sanctitate viris maximè Deo placeant, [g] *qui superbis resistit & humilibus dat gratiam*, Et vt loquitur sapiens, [h] *Cum simplicibus sermocinatio eius.*

Silnest verba canonizatio in principio. Turr. l. 2. sũma & alij.
b Alexand. 3. c. audiuimus de reliquiis & venerat. SS.
2. *Quæ solent inquiri in canonizando.*
c Hostiens. Innocen. Goffredus & alij.
d Can. mitamut dist. 61. ex S. Leone Epist. & alias 87. Episcopis Africæ.
e Gelasius Ep. ad Episcopos per Lucaniã & Brutios c. 29. c. quatuor ra. q. 2.
f Cap ex studiis extra de præsumptionibus.
g S. Iacob c. 4.
h Prouerb. c. 2.
i Can. omnis 7 q. 1.

Secundò an illa virtutum exercitia fuerint persecutionis pro Christo valde salutaris, [i] Deóque gratæ, tolerantiæ coniuncta, solet obseruari: & an eas persecutionis acerbitates, cum charitate magno animo constantique sustinuerit, longa-

A que toleratas patientia domuerit, cum sine charitate martyrium non tam gloriam quam pœnam sit habiturum: iuxta illud sancti Hieronymi, [k] *Vide quantum bonum sit charitatis! si ita martyrium fecerimus, vt nostras velimus ab hominibus reliquias honorari, si opinionem vulgi sectantes, intrepidi sanguinem fuderimus, & substantiam nostram vsque ad mendicitatem propriam dederimus: Huic operi, non tam præmium quam pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta sunt quam corona victoriæ.*

k In c. 5. Epist. ad Galatas. Can. vide quaotum 1. q. 1.

Tertiam. Tanta in canonizatione martyris quãta in cõfessore non fit inquisitio.

Tertiò de miraculis fit quæstio & diligens auctoritate Rom. Pontificis inquisitio, tam quæ in vita sancti quàm quæ post obitum eius mundo diuinitus illustria claruerunt. Sed, inquit Ostiensis, *de Confessore tanta fit examinatio, de martyribus non item.* In quorum consecratione ad diuina, & canonizatione, de miraculis sciscitatur Ecclesia, quibus viui defunctique coruscarunt; causasque perscrutatur & inquirit, propter quas vna cum sanguine vitam morte crudelissima profuderunt. Qua generosi sanguinis pro Christi fide profusione, martyr noodum baptizatus, ad salutem, gloriamque sempiternam censetur crediturque catholica fide baptizari: vt præclaræ illæ à diuo Augustino obseruatæ inter baptismum & martyrium conformitates verissimè testantur. [l] *Cathecumenum quamuis in bonis operibus defunctum vitam æternam habere non credimus* (scilicet nisi habeat votum) *excepto martyrio vbi tota baptismi sacramenta complentur. Baptizandus confitetur fidem suam coram sacerdote, & interrogatus respondet. Hoc & martyr coram persecutore facit: qui & confitetur* C *fidem suam, & interrogatus respondet. Ille post confessionem vel aspergitur aqua vel intingitur; & hic vel aspergitur sanguine, vel contingitur igne. Ille manu Pontificis accipit spiritum sanctum: hic habitaculum efficitur Spiritus sancti, dum non est ipse qui loquitur, sed spiritus Patris qui loquitur in illo. Ille communicat Eucharistiæ in commemorationem mortis Domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renuntiaturum: hic ipsi renuntiat vitæ. Illi peccata omnia remittuntur: in isto extinguuntur.* Et propterea baptismi vicem aliquando implere passionem de latrone illo, cui non baptizato dictum est, *hodie mecum eris in paradiso*, non leue documentum [m] S. Cyprianus assumpsit. Sed notandæ sunt duodecim res cæremoniæque, quas in sanctorum canonizatione & Apotheosi Christiana Ecclesia obseruare consueuit: vt tota illa religionis actio celebris valdeque honorifica nulla ne leuissimi quidem erroris labe conspergatur. Quam quidem Hostiensis, [n] sanctus Antoninus & D alij Theologica, iurisque vtriusque sapientia præstantes viri commemorarunt. Prima est frequens denuntiatio, sæpius iteranda summo Pontifici de illo sancto, pro cuius canonizatione ipsi sanctissimo Patri supplicatur: vt multiplicatis intercessionibus clementer ac sapienter acquiescat. Secunda commissio inquisitionis examinisque faciendi. Tertia cõmissionis per testes iuratos fide dignos informatio & inquisitio. Quarta informationis factę relatio. Quinta relationis diligens examinatio. Sexta informationis seu examinationis factæ per cõsistorium discussio. Septima secreta definitio ac determinatio. Octaua publicatio manifesta. Nona diei canonizationis assignatio. Decima ipsius Romani Pontificis illicqoe præsentium in honorem canonizati religiosa genuflectio & charitate fer-

Causa martyrij inquiritur in sancti canonizatione.
l S. Aug. Ep. ad Fortunatũ. n Can. Cathecomenum 38. de consecrat. dist. 4.
Pulchra inter baptismum & martyrium separationes.
m Ex D. Aug. l. 4. c. 22 de vnico baptismo contra Donatistas & ex can. baptismi vicem de consecrat. dist. 4.
Duodecim in canonizatione SS. obseruari solent ab Ecclesia ceremonia.
Hostiensis extra de reliq. & venerat.
n Part. 3. Tot. 22. c. 5.

uens atque deuota deprecatio profusa Deo, ne in talis canonizationis opere suam Ecclesiam aliquo labi errore seu fallacia circumueniri patiatur. Vndecima sermocinatio atque miraculorum necnon misericordię operum, quibus claruit in vita, canonizatus commemoratio, simulque ipsius sancti in numerum sanctorum relatio atque in sacris conscriptio dypticis. Duodecima sacrosancti tremendique mysterij, in honorem sancti celebratio & canticorum modulatio spiritualium. Quas omnes ceremonias Ecclesia primitiua, propter duo minime seruabat: primum, quia tunc vt plurimum sancti martyres erant, qui [a] tanto ad suæ sanctitatis cognitionem & approbationem examine non egebant, vt postea confessores: secundum quia ex feruore fidei Christique meritis adeò miracula rectéque facta sanctorum summæ ardore charitatis inflammata omnibus conspicua patebant, vt nulla tergiuersatione celari posse viderentur. Hæc vero canonizatio, apposité verbo ab Ethnicis mutuato, [b] *ἀποθέωσις* dici potest quod nihil est aliud expositore Seruio quàm inter Deos relatio siue diuinorum attributio honorum atque consecratio. Qua in suorum vana ac superstitiosa ad Deos translatione Romani, Dæmoniorum elusi fraudibus, & incantationibus fascinati nefandis, vtebantur. Cuius Apotheoseos inanes vanasque cæremonias delitiis onustas [c] Herodianus copiosè prosequitur: cuius longum discursum hæc verba nouissima claudũt. *Mox* (scilicet corpore Imperatoris combusto, & in cineres redacto) *ab extremo minimoque tabernaculo, tanquam à fastigio quodam simul cum subiecto igni ascensura in ætherem aquila dimittitur, quæ in cælum creditur, ipsam principis animam deferre.* Ac iam ex illo vna cum cæteris numinibus imperator colitur. Atque hanc suorum principum augustorumque vtriusque sexus apotheosim fieri sola senatus auctoritate volebant: vt videre est [d] apud Capitolinum in Antonino Pio. *Cuius vxor Faustina Augusta post interitum dea, delatis circensibus templo & statuis aureis à senatu consecrata fertur. Insignique mendacio deificati principis opinionem falsam in animo ciuium pro veritate imprimere nitebatur. Conductis mercede ad hanc fraudem impostoribus, qui iureiurando confirmarent, vidisse è rogo ascendere, in cælum, ardentem Cæsarem,* vt [e] S. Iustinus prima ad Antoninum pium oratione imposturam hanc fraudemque detestando loquitur.

Cur omnes illæ ceremoniæ in primitiua Ecclesia non seruabantur.
[a] Antoninus 3. p. tit. 22. ca. 5. §. 5.
[b] *ἀποθέωσις* quid ex Seruio.
[c] Herodianus lib. 4 circa principium ibi mos est Romanis.
Stupida vanaque infatuatorum Romanorum opinio de superstitiosa suorum imperatorum ad deos relatione. Imperatores in numerum Deorum Romani senatus auctoritate referebant.
[d] Iulius Capitolinus in Anton. pio.
[e] Martyr Iust. orat. 1. ad Anton. pium.

At Christiana apotheosis ab illis ethnicæ superstitionis imposturis abhorrens, vt sanctissima, sic verissima non ethnici senatus decreto, iussa, sed vniuersali præsidentis Ecclesiæ, sacratissimoque Cardinalium collegio præfecti principis imperio facta, immortali ad SS. gloriam decusque perenne, in Ecclesia Dei vigore coruscat. Absque cuius principis spiritualis imperio nefas aliquem apotheosi donare, [f] vt sacra iura decreuere. Hæc enim apotheosis [g] sacra tria præcipuè requirere videtur, scilicet canonisandi sanctitatis approbationem, 2. eiusdem sanctitatis à fideli receptæ ac creditæ populo venerationem, 3. fidei totius Ecclesiæ, illius beneficia sancti auxiliumque deuotè flagitantis confirmationem. Quæ tria vt præstentur extra Romani Pontificis auctoritatem euagari ac circumferri non sinuntur. Cum sit caput vniuersalis Ecclesię visibile sub Christo Domino, cuius vicarius est in terris Imperij Ecclesiastici moderandis præfectus habenis. Sicut enim solius est Christi Domini, hominem sanctificare sanctitatem causando vt est causa principalis efficiens, quatenus Deus essentialiter bonitate & misericordia præditus infinita, vt patientissimus propheta ipsi Deo hac confessione profitebatur. [h] *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?* Et Apostolus [i] Roma. 13. *vnus est Deus qui iustificat.* Et ipsemet Dominus, ante incarnationem suam cum patre & spiritu sancto dicebat [k] Leui. 2. *Ego Dominus qui sanctifico eos.* [l] Et Isaiæ 43. *Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me.* Ita ad solius Pontificis, qui est vicarius Christi Domini munus officiumque, hominum sanctitatem manifestandi potestas approbandique reuocatur. 2. Item sicut solus Papa est caput Ecclesiæ visibile, omnia huius mystici ac Dominici corporis in sanguine Christi sanctificati membra sibi sacra charitatis compage fideique vnitate copulans. Ita illius capitis incumbit auctoritati, viuis illis integrisque spiritu Dei membris Ecclesiæ, venerationem cultumque alicuius sancti recens canonizati pia cum deuotione præscribere & imperare. 3. Præterea cum opera alicuius sanctitatis testimonium perhibere consuescant, quando Ecclesię fide fulciuntur, eadem ratione ad eum Principem pastorémque spiritualem pertinere pium aliquem virum propter egregia sanctitatis opera factáque non ętatis, sed ęternitatis apotheosi consecrare, ęquum est credere: cuius auctoritati ac dignitati, graues de fide quęstiones Consultationésque decidendæ, atque terminandę subiiciuntur. Quod facere Pontificię Iurisdictioni conuenire, supra pluribus multiplicique probatione clarissimè demonstrauimus. 4. In hac autem SS. Canonizatione Romanus Pontifex dominos Cardinales in Collegium coronamque coactos, & congregatos in suę solicitudinis & operis auxilium adiutoriumque solet adhibere non necessario, & ex præscripto muneris per modum determinationis seu limitationis auctoritatis Pontificię, Cum Papę potestas non in aliquo limitetur, nec ab illorum, collegio dependeat, sed per modum ministerij & Consilij, vt debito modo suam exerceat potestatem, grauissimáque sibi à Deo imposita prouincia atque solicitudine omnium fidelium tutiùs commodiúsque fungatur. Quod copiosè dilucidéque comprobatum apud eruditissimos & sanctitate maxima conspicuos [l] Augustinum de Anchona, S. [m] Antoninum Florentinum Archiepiscopum, aliósque egregios recentis temporis Ecclesiæ doctores diligens qui volet lector inueniet.

2. pars solius est Romani Pontificis apotheosi sanctos donare.
Tria præcipue in canonizatione requisita Papa præstat.
[f] Can. 1. audiuimus extra de reliq. & venerat. SS.
[g] S. Antoninus 3 part. t. 22 c. 5 § 5.
Multiplici ratione probatur canonizationem SS. ad Rom. Pontificis officium spectare.
Solus Christus Dominus vt Deus hominem iustificat sanctitatem causando efficienter.
1. Ratio.
[h] Iob. 14.
[i] Rom. 13.
[k] Leuit. 2.
[l] Isaiæ 43.
2.
3.
4. Papa in canonizatione S. Sacrum Cardinalium collegium adhibet, non per modum determinationis & limitationis suæ potestatis, sed consilij & ministerij.
[l] I. de potestate Papæ.
[m] S. Anton. 3. part. t. 22. c. 5. § 5.

Exempla Canonizatorum SS. & Christiana apotheosi donatorum à Romano Pontifice passim in bonis Catholicísque Scriptoribus reperire procliue est & in manibus. Alexander 3. [n] S. Thomam Cantuariensem cum fama de eius sanctitatis ab interitu signis, virtutibus, miraculísque toto orbe volitaret, sacræ in numerum relatum apotheosi consecratum, diuinis laudibus mactauit. Idem Pontifex simili apotheoseos honore cumolatum sanctum Bernardum in cælum virtutum suarum rectéque factorum gradibus euectum à piis Ecclesiæ militantis alumnis inuocandum, & veneratione plusquam humana prosequendum canonizationis publicæ festiuitate decorauit: vt his verbis Ludouico Regi Francorum in epistola ad eum

Exempla canonizatorum sanctorum à solo Rom. pontifice.
[n] Platina Cremonensis in vita Alex. 3
S. Thomæ Cantuar. canonizatio
& S. Bernardi.

missa significauit.[a] *Quoniam sanctæ recordationis Bernardus, quondam Abbas Clareuallis, & Deo semper charus, & tam tibi quam Vniuerso regno tuo gratus extitit & acceptus, eum ad gloriam & exaltationem Ecclesiæ, & totius regni canonizandum decreuimus, & inter beatissimos Confessores festiua celebritate colendum, tam de misericordia Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius confisi meritis, quàm sua conuersationis & sanctimoniæ non ignari*, &c. Sic[b] Clemens 5. S. Petrum Cælestinum Cælestinorum ordinis fundatorem gloria & honore in cælis à Christo Domino coronatum canonizationis celebritate in terra super mortales extulit.[c] Sicut sanctum Ludouicum Francorum Regem Bonifacius Octauus nobiliori corona quam Gallica, æterna nempè cum Christo in cælorum sanctuario potientem, eiusdem sacræ apotheoseos inauguratione clarificauit. Et Doctorum Scholasticorum magistrum, abyssum doctrinæ D. Thomam[d] Ioannes 22.[e] & S. Nicolaum Tolentinum, qui sub vexillo sancti Augustini in castris Ordinis Eremitarum in vita sua militauit, Eugenius quartus, &[f] Catharinam Senensem ordinis S. Dominici sanctimonialem Pius II. &[g] S. Franciscum à Paula Minimorum Fundatorem Religionis, Leo X. & quamplurimos alios vtriusque sexus, Multi alij Rom. sedis Præsules orbis Ecclesiastici rectores diuersis temporibus mundo celebres atque mirabiles huius inaugurationis sacra solennitate nobilitarunt. Quæ multos sibi iunctos honores cultúsque complectitur omnes à Romani Pontificis auctoritate manantes, quibus canonizati religiosè cum magno charitatis affectu cumulantur. Primus eos
1. cathalogo ordinique Sanctorum sempiterna cum Christo gloria[h] fruentium sublimiter, in cælis ascribit, vt postea decreto Pontificis, ab omnibus publicè colantur, ac pro sanctis in cælo gloria & gratia consummata fulgentibus adoratione naturalia præteruolante sublimentur.

a Epist. Alex. 3. ad Ludouicum Regem Franciæ.
b Clemens 5. S. Cælestinũ ordinis Cælestinorum fundatorem canonizauit.
c Bonifacius 8. S Ludouicum.
d S. Thomam Ioannes 22.
e Eugenius 4. S. Nicol. Tol.
f Pius. 2. Cath. Sen.
g Franciscum de paula Leo 10.
Septem honores SS canonizationem sequentes à Ro. Pontifice decretis.
h Roccham de Canonizatione SS. cap. 38. §. 3.

Secundus illos in publicis Ecclesiæ suffragiis
2. ac votis inuocandos à fidelibus perillustres ac virtute magna speciosos exhibet.

Tertius in altarium & ararum Deo in recor-
3. dationem venerationemque eorum, erectione conquiescit.

Quartus sacrificia tam sacrosanctæ Eucha-
4. ristiæ, quam laudum, orationum, gratiarumque actionum (quæ vulgo officium & horæ canonicæ nominantur) Deo in illorum reuerentiam oblata publicè causatur.

Quintus dies festos in eorum memoriam ho-
5. noremque concelebrat.

Sextus in sacris eorum effigiandis formandisque
6. imaginibus, quas populos fidelis religioso cultu veneretur, radianti lumine in signum gloriæ qua fruuntur in cælo coruscantibus, deuotè versatur.

Septimus sacras eorum reliquias prætiosis
7. Thecis inclusas fidelibus adorandas magna cum reuerentia præsentat. Atque hæc canonizandi sanctos auctoritas potestasque in Romano Pontifice, sicut in vniuersali Ecclesia sub capite suo visibili legitimè congregata, tam certa & vera, tantoque fidei Catholicæ pondere firmata creditur: vt in illam veritatem, inficiando & non credendo, luctari, non alterius erroris criminisque, quam hæreseos horrendæ nefandæque esse censeatur. Quam sceleratus Aposta-

Denegare Ro. Pontifici hanc SS. canonizandi potestatem est hæreticum.

A ta Lutheros è Catholicorum castris in apertum apostasiæ furiosæ sacrilegique campum transuolans publicè, contra Sedem Apostolicam debacchando, antiquos impietatis diabolicæ Patriarchas secutus edocuit, & auctoritate professus Sathanica publicauit. Cum anno 1524. (referente Cochlæo in actis execrabilis hæreticorum nostri seculi Patriarchæ) furiis accensus & ira de lacu inferi eluctante, contra Hadrianum 6. quod in SS. Album, Benonem Nisbensem Episcopum retulisset, libellum ediderit. Cui titulum inscripsit lingua vulgari Theutonica (*aduersus nouum idolum & antiquum diabolum.*) In quo effrænata audacia, mendacio suoque indulgens furori, ausus est sceleratissimus hoc blasphemię virus euomere dicens: *Officium*
B *Papæ non esse aliud quàm veros sanctos interficere, & falsos exaltare.* Hanc nostram assertionem, nimirum potestati Romani Pontificis sanctos canonizandi non credendo reluctari, hæreticum esse, traditio, perpetuus Catholicæ vsus Ecclesiæ, communis omnium Conciliorum, & SS. Patrum consensus à principio nascentis Ecclesiæ verissimam esse probabunt. His enim testimoniis, fides de hac potestate, Romano Pontifici, Ecclesiæque generali canonicè sub huius auctoritate coactæ, credita, in fidelium animis, profunda persuasionis certæ stirpe defixa permansit. Vt Florentini Concilij decreto pro vnione Armeniorum clarissimè declaratum est. Quo Concilium Armenis imperat, vt beatissimum Leonem Primum tanquam sanctum, sanctorumque albo iure meritissimo traditum & inser-
C tum honore permagno humanis excelsiore venerarentur. Adde quod hæreticum sit, sanctos inuocandos esse negare:[i] hoc enim concilia œcumenica[k], hoc summorum decreta Pontificum, hoc SS. Patrum testimonia multa, ipso clarius sole definiuerunt.

Hæresis Lutheri contra canonizationis SS. potestatem Apostolicam debacchantis.
Lutheri libellus contra Papæ auctoritatem SS. canonizandi.
Assertio superior variè probatur.
Primò.
Concilium Florentinum.
Negare SS. inuocationem hæresis est.
2.
i Lib. 6. decretalium.
k Clementinæ extrauagantes de reliquiis & venerat SS.

Nouissimè clarissimum est[l] S. Tridentini Concilij decretum de inuocatione SS. Sess. 16. Ergo ex consequenti debet esse in Ecclesia potestas sanctos canonizandi: vt pro talibus tuto ac salutari cultu à fidelibus adorentur. Alias inuocationem venerationémque SS. publicam impugnare, & abiurare negando, crimen hæreseos minimè iudicaretur, quos Pontificis Rom. lex & sanctio canonizatorum dypticis atque tabulis inseruisset. Quis præterea non hæreticus negare per- 3.
naciter auderet sacrarum scripturarum testimo-
D nio plurimos in cælo sanctos vtriusque testamenti, diuinæ felicitatis æternitate potiri? Ex quibus nonnullorum nomina sapiens[m] Ecclesiastici c. 44.[n] S. Paulus Hebræorũ c. 11. commemorat. Nunquid manifestæ hæreseos nefandæque impietatis contagione lueque se illi contaminarent, qui sacratissimam virginem Dei matrem. SS. Apostolos S. Stephanum aliosque, quorum sacra minimè est oblita scriptura, cælesti iam beatitudine fruentes, gloria & honore publico in Ecclesia à fidelibus decorandos non esse mordicus animoque obstinato contenderent? Quin iacto veritatis Catholicæ fundamento, quis non videt hanc apotheosi donandi sanctos in Ecclesia Dei potestatem permanere debere ad maiorem religionis Christianæ confirmationem, fideliumque ad virtutis iter exhortationem, dum illis mirabilia sanctorum facta gestaque diuina, veluti vitæ sanctioris exemplaria, in quę imitatione generosa respiciant, exhibentur:

l Concil. Tridenti. sessio. 25. decreto de inuocat SS.
m Ecclef. 44.
n Hebrę. 11.

exhibentur: quorum gradibus in cælum sanctos illos æterna cũ Christo beatitudine potituros ascẽdisse fidei certitudine corroborari confitentur. Nunc grauis pro 3. parte capitis huius quæstio nobis definienda suggeritur. Vtrum fidei certitudine an piè solum Romanum Pontificem in sanctorum canonizatione errare nullo modo posse credere debeamus. Certè in re tanta in qua sine magno periculo lapsus non est, nil tutius, quam magnorum doctorum in concilianda Theologicarum difficultatum concordia, ac decisionibus controuersiarum fidei producendis expertissimorum sententias iudiciaque consulere. Quorũ mihi vertex ac princeps erit inter Scholasticos D. Thomas, cuius mentem hac in causa controuersa proprijs ipsius verbis ab eius doctrina, ne latum quidem vnguem, non recedentes aperiemus. Qui sic quodlibeto 9. articulo vlt. in corpore loquitur:[a] *Dicendum quod aliquid potest iudicari possibile secundum se consideratum, quod relatum ad aliquid extrinsecum impossibile inuenietur. Dico ergo quod iudicium eorum qui præsunt Ecclesiæ potest errare, in quibus libet si personæ eorum tantum respiciantur. Si vero consideretur diuina prouidentia, quæ Ecclesiam suam Spiritu sancto dirigit, vt non erret, sicut ipse promisit Ioan. 14. quod Spiritus sanctus proueniens doceret omnem veritatem, de necessarijs* (scilicet ad salutem) *certum est quod iudicium Ecclesiæ vniuersalis errare in his quæ ad fidem pertinent impossibile est. Vnde magis est standum iudicio Papæ, ad quem pertinet determinare de fide, quam in iudicio profert, quam quorumlibet sapientum hominum in scripturis opinioni. Cum Caiphas quamuis nequam, tamen quia pontifex legatur etiam insciens prophetasse Ioannis*[c] *11. in alijs verò sententijs quæ ad particularia facta pertinent: vt cùm agitur de possessionibus, vel de criminibus, vel de similibus huiusmodi, possibile est iudicium Ecclesiæ errare propter falsos testes. Canonizatio verò medium est inter hæc duo* (scilicet inter iudicium infallibile Papæ de rebus fidei, & iudicium fallibile eiusdem in causis ciuilibus & criminalibus) *Quia tamen honor,* inquit hic sanctus, *quem sanctis exhibemus, quædam professio fidei est, quâ sanctorum gloriam credimus: Piè credendum est quod nec etiam in his iudicium Ecclesiæ errare possit.* Hæc doctissimus doctor quem sequũtur[d] S. Antoninus,[e] Ioannes à Neopoli,[f] Cardinalis à Turre,[g] Syluester in verbo canonizatio, Couarruuias,[h] Bannes & alij plurimi recentis ætatis Catholici doctores huius doctrinæ vestigia premunt. Verum hoc funestissimo, quo viuimus seculo omnis generis iniquitatum errorumque fluctibus ingurgitato & immerso, quoniam hæretici Reipub. Christianæ pestes ac faces fœtidè ad interitum pacis Ecclesiæ fumantes, Romani Pontificis, quatenus Ecclesiæ vniuersali præfecti principis, auctoritatem in canonizandis sanctis & in decernenda apotheosi infallibilem definitionem sacrilega irrisione sugillare & odio furioso criminari non perhorrescunt: Idcirco sapienter meritòque recentiores Theologi consulti decreuerunt, hanc esse impietatem maximam Lutheranæ Caluiniçque hereseos fœtorem lethaliter exhalantẽ, asserere Romanum Pontificem seu Ecclesiam Catholicam in alicuius sancti, canonizatione lapsum erroreque aliquo deceptum fuisse: quamuis hoc in hypothesi defendentes, canonizandi virtutem potestatemque non penitus impugnauerint, Romanoque Pontifici sine generali concilio denegauerint. Cum enim Romanũ pontificem in ferendis

3. Part. Papa in canonizatione sanctorum errare nõ potest, sed an illud certitudine fidei an piè tantum credendum quæritur.

a D Thomæ quodlib. 9. artic. vlt. in corpore.

prouidentia Dei impeditur ne præfectus Ecclesiæ Papa erret in necessarijs ad salutem, &c.

b S. Ioan. 14.

Ad Papã pertinet ea quæ fidei sunt determinare cuius magis standũ est sententiæ quam iudicio omnium sapientum in scripturis.

c Ioan. c. 11. Ne. hæc.

S. Thomas piè credendum ait papam in canonizatione SS. errare non posse.

d S. Ant. Florẽt 3. p. tit. 12. c. 8. SS. 2.

e Ioã. à Neap. quod libero 11.

e A Turre. tract. de Ecclesia q. si & l. 2. de Ecclef. c. 110.

f Siluester verbo canonizatio.

g Couarru. to 2. l. 1. c. 10. n. 13. per. o.

h Bannes in 22 q 1. a. 10. dub. 7.

Asserere Romanum Pontificẽ in canonizatione sanctorũ errare posse, hoc est immaculatam Ecclesiæ famam honoremque Dei, dæmonum & improborũ hominum irrisioni & ludibrio prostituere

A circa fidem moresque toti communes Ecclesiæ legibus errare non posse perniciosè, superius ostenderimus euidenter: Certe cum ad mores Ecclesiæ communes maximè referre cognoscatur, ne minima quidem fraus, error, aut falsitas, mentem Romani pontificis sanctum aliquem canonizantis attingat: fit vt defendere in re tantæ religionis atque momenti, posse Papam ab errore aliquo circumueniri, plenum temeritatis & scandali, hæreseosque fætore putrefactum crimen esse credamus. Hoc enim admisso in Romani mente pontificis errore, quanta contemptus ludibrijque, Ecclesiæ Christianæ famam honoremque diuinum, labes & macula dedecoraret? cũ immaculatam hanc Christi Domini sponsam illi ipsi dæmones essent irrisuri, si eos quos secum sempiternis in inferno torreri flammis & ignibus quotidie sentiunt, à nobis in Ecclesia, pro sanctis põtificiæ canonizationis au- B ctoritate coli, venerari & inuocari cernerent, vt nobis in cælo diuinæ misericordiæ supplicãdo patrocinarẽtur. Hæc si erronea nimisq; periculosa saluti credentiũ opinio, quæ Romanũ pontificem in sanctos canonizãdo, fallaciæ & errori prostituit, veritati Catholicæ minimè reluctaretur: profecto memorabilis illa Lucij Papæ sentẽtia, tanquã germana mendacij de[i] sacris Ecclesiæ canonibus eradicanda ac ministerio lituræ omnino circumducenda veniret: quam Galliæ Hispaniæque Episcopis hoc verborum tenore manifestare voluit. *Hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi, Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nunquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit: sed vt in exordio normam fidei Christianæ percepit, ab* C *auctoribus suis Apostolorum Christi principibus, illibata finetenus manet.*

Quamobrem licet sanctus Thomas tantum piè, credendum esse dixerit, Romanum pontificẽ in SS. canonizatione errare non posse: Nihilominus ex eiusdem sancti doctoris doctrina,[k] quidam singularis pietatis eruditionisque doctores nostræ ætatis, non sine magna veri coniectura notaque, Romanum pontificem ab omni erroris lapsu fallaciaque liberum ac immunem, in hac SS. consecratione honoribus humanos superantibus rutilante, colligunt illud non solum piè, sed certò, non probabiliter, sed infallibiliter, esse pro vero credendum. Cum ipse sanctos, vt supra vidimus, sanctorum canonizationem, fidei quandam professionem, qua gloriam illorum vitamque sempiternam (quam sibi optimè factis in vita pepererunt) profitemur & prædicamus, appellauerit. Proinde D piè illud Angelici doctoris non impropriè explicãt pro fide pia, & firma qua necessario credunt Romanum pontificem in apotheosi sanctorum decernenda nec falli nec fallere posse. Quam expositionem vero simillimam esse iudico, propter singularem Spiritus sancti[l] assistentiam qui Romanum Pontificem suo religiosè vacantem muneri sibi à Christo credito, numquam in re tanta tamque fideliũ saluti proficua, deseret. Atque hæc de infallibili Rom. Pontificis in SS. canonizatione, potestate atque virtute breuiter pro instituti nostri ratione sufficiant: plura qui volet adeat Angelum Rocchã opusculo de canonizatione sanctorum in cuius lectione suum de hac materia appetitum, ni fallor, explebit.

Vide Bannẽ in 2. 2. q. 1 art 10. dubio 7.

i Lucij Papæ ep. ad Episc. Galliæ & Hispaniæ canone a recta ergo fide 24. q. 1.

Benignè exponitur sententia D. Thomæ ex eiusdem sancti alijs scriptis.

k Ex Angelo Roccha de canonizat. SS c. 39. §. 4. vbi opinio S. Thomæ declaratur.

l Ioann. de Turr. cremat. l. 2 summæ de Eccl. 102. ad pr. arg. & 6.

Z

CAPVT VIII.

Considerata maxima de omnium salute fidelium solicitudine quam gerit Rom. Pontifex, ipsi maximus honor reuerentiaque debetur, in cuius partem solicitudinis vocati alij Ecclesiæ rectores sub illo à Christo Domino constituti propter illam fidelium salutem, similiter post Rom. Pontificem magno honore reuerentiaque à populis & principibus fidelibus coli debent.

1. *De honore debito, ac semper à Catholicis Papæ præstito propter hanc solicitudinem summa dignitati & infallibilitati coniunctam*

2. *De alijs prælatis ac pastoribus Ecclesiæ sub Papa, & cum illo ad salutem populorum laborantibus, magnam propterea venerationem à fidelibus honoremque merentibus.*

3. *Quod eorum potestas & iurisdictio à Rom. Pontifice, ordinatione Christi Domini dependeat.*

a S.Thom. 1. 2. q 103. a. 1. & 2. in corp.
Honor quid
Cur maximus honor Papæ debeatur.
Qui honorem ac imperium Rom. pontificis contemnit hæreticus est.
b Yuo Carn. *Epist. ad Richerium Senonensem Archiepiscopum.*
c Optat. Mileuit. contra Parmenian.
Magni Ecclesiæ prælati ac principes seculares singulari priuilegio ac reuerentia Papam Dominum ac patrem suum vocauerunt.

CVM iuxta Doctoris Angelici sententiā,[a] *Honor nihil sit aliud quam quædam protestatio bonitatis & excellentiæ cuiusque in aliqua persona relucentis*, non sine causa Romano Pontifici omnium in Spiritualibus fidelium principi ac Pastori summo honor maximus exhibendus est, cum eius bonitas & excellentia ratione muneris ac dignitatis in orbe Christiano maxima super omnes habeatur. Vt qui maximum illum ipsius Ecclesiastici principis honorem & imperium fastu superbo contempserit,[b] non minori turpitudine ac macula quam hæreseos ac sacrilegæ impietatis inustus ab omni fidelium consortio abdicationem relegationemque iustissime mereatur. Quam impietatem in Donatistis agnoscens Optatus, eos ab omni catholica societate præcisos, extorresque conuincebat: *Vnde est ergo*, ait, *quod claues regni, scilicet cælestis, vobis vsurpare contenditis, qui contra cathedram Petri vestris præsumptionibus & audacijs sacrilegio militatis?* Huic honori imperioque Pontificio tantam religionem obedientiamque Pastores Ecclesiæ ac sæculares principes deferre largirique voluerunt, vt peculiari priuilegio, singularique reuerentiā *Dominum, Patrem, rectoremque* suum professione deuota solēnique nominauerint. Huic rei fidem testatione sua faciet ille Hincmari Rhemensis Archiepiscopi epistolæ ad Nicolaum Papam titulus & inscriptio:[d] *Domino Sanctissimo & Reuerendissimo Patrum Patri Nicolao primæ ac summæ Sedis Apostolicæ & vniuersalis Ecclesiæ Papæ, Hincmarus Rhemorum Episcopus & vestræ sanctissimæ paternitatis deuotissimus famulus.* Et S. Bernardus ad Eugeniū recens Pontificem creatum rescribens, non iam plus filium suum, vt solebat, sed *Patrem dominumque suum* reuerenter appellat, hæc inter alia voce promendo: *Quia tamen semel cœpi loquar ad Dominum meum: Iam enim dicere filium non audeo: quia filius in patrem & pater mutatus est in filium. Qui post me venit ante me factus est: sed non inuideo, quia quod mihi deerat, in eo me habere confido: qui non solum post me, sed etiam pro me venit. Nam si dignaris, quodammodo per Euangelium ego te genui. Quæ est ergo spes nostra, gaudium nostrum, & corona gloriæ? Nonne vos estis ante Deum? Denique filius sapiens gloria est Patris*, &c. S. Theodorus præclarum in Oriente Monasticæ militiæ iubar & lumen ad illam omnium Christiani orbis Ecclesiarum solicitudinem, quam in summa Rom. Pontifex dignitate subibat, & simul ad summum huic solicitudini dignitate summa nobilitatæ; debitum honorem respiciens pro afflicta Orientali Ecclesia Pascalem Rom. Pontificem deprecando sic affabatur:[f] *Audi Apostolicum caput à Deo præposite Pastor ouium Christi, ianitor regni cœlorum, petra super quā ædificata est Catholica Ecclesia: Petrus enim tu, Petri sedem exornans, & gubernans.* Post hæc ab eo pastorum principe auxilium opemque pro Orientali Ecclesia maximis & crudelissimis afflictata calamitatibus efflagitans, ita suam de dignitate, summoque huic debito honore pontifici confessionem orando prosequitur:[g] *Habes potestatem à Deo, eo quod omnium princeps es, in quo positus es: terreto, supplicamus, hæreticas feras calamo diuini verbi tui. Pastor bone, pone animam pro ouibus, supplicamus.* Hæc & alia Theodorus sanctum imitatus[h] Basilium sic auxiliatricem Rom. Pontificis virtutem contra Valentis Imperatoris hæretici furias Ecclesiam suæ ætatis Orientalem crudelissime diuexantis implorantem.

d Epist. Hincmari Archiepiscopi Rhemensis ad Nicolaum Papam.
e S.Bernard. epist. 237. ad Eugenium Papam.
f S Theod. ad Paschalem Papam epist. l. 2. epist. 12.
g Id. Theod.
h S. Basil. epi. ad Rom. pontific.

De Imperatoribus ac principibus Christianis qui Rom. Pontificem propter illius in omnes Ecclesias solicitudinem ac supremam ei à Deo datam potestatem, *Dominum, patremque suum*, piè ac religiosè nominarūt, multos, singulariter Cōstantinum vulgo, *Pogonatam*, hunc Rom. Pontifici Benedicto 2. honorem detulisse legimus. Cum non modo se illi, more aliorum Impp. Catholicorum, sed etiam duos filios cæremonia memorabili in filios spirituales deuotè consecrare voluit. Quam his verbis Anastasius expressit.[i] *Hic*, scilicet Benedictus 2. *Vna cum clero & exercitu suscepit Mallones capillorum dominorum Iustiniani & Heraclij filiorum clementissimi principis, simul & eius iussionem per quam significabat eosdem capillos direxisse.* Hæc Anastasius per Mallones cirros intelligens capillorum, Gallicè, *Touffes de cheueux, ou cheuelure.* μαλλὸς enim Græcè idem quod vellus. Quid autem hac symbolica oblatione Imperator significare vellet, ex hoc Pauli Diaconi loco colligere possumus dicentis:[k] *Circa hæc tempora Carolus princeps Francorum Pipinum filium ad Luitprandum direxit, vt eius, iuxta morem, capillum susciperet, qui eius cæsariem incidens, ei pater effectus est: Multisque eum ditatum regijs muneribus genitori remisit.* Hæc ipse. Ex quibus hanc illis temporibus consuetudinem viguisse videmus, vt per horum capillorum oblationem alicui in filium quis offerretur, & qui eos acciperet patris nomen alloqueretur. Hoc igitur symbolo Imperator religiosus filius suis declarare voluit se illos in filios

Constantinus Pogonata Imp. duos filios Rom. Pontifici Benedicto 2. tanquam parenti spirituali in filios dicat & consecrat.
i Anastas. Biblioth. in Bened. 2.
Mallones capillorum quid.
Eorum symbolum
k Paulus Diacon. l. 6 cap. 15. veter. edit. & nouæ 53.
Oblatio capillorum alicuius significat illius alicui in filium traditionem.

Rom. Pootifici consecrauisse, sic illi tanquam parenti suo charissimo in omnibus religiosius obsecundarent, eumque vt patrē sanctissimum maximo cum honore venerarentur. Sed de his honorum titulis Rom. Pontifici collatorum superius plura diximus.

2. Pars de alijs prælatis sub Rom. Pontifice in partem solicitudinis ouiū Christi vocatis

Iam verò disputationem ordiamur, tractatumque de alijs Ecclesiæ prælatis atque pastoribus arcessamus, qui in partem solicitudinis, non plenitudinem potestatis à Deo vocati, ab eoque sub Rom. Pontifice constituti populorum rectores nullum tempus à laboribus, curis, vigilijsque pastoralib. intermittere debent, vt eos tandem ad æternæ fœlicitatis oras portusque deducant. Non enim in Ecclesia Dei vna rectorum dignitas, sed multiplex ac varia, tametsi vna summa & suprema super alias Pontificia nempe credatur. [a] *Erras si vt summam, ita & solam institutam à Deo vestram Apostolicam potestatem existimas*, aiebat ad Eugeniū Papam S. Bernardus: *Si hoc sentis dissentis ab eo qui ait, Non est potestas nisi à Deo: Proinde quod sequitur:* [b] *Qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, & si principaliter pro te facit, non tamen singulariter: denide idem ait,* [c] *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non ait sublimiori, tanquam in vno, sed sublimioribus, tanquam in multis. Non ergo tua sola potestas à Domino: sunt & mediocres, sunt & inferiores.* Est enim Ecclesia Christi Domini mundata sanguine non habens rugam, neque maculam, illa, [d] *Regina assistens à dextris Dei in vestitu deaurato circundata varietate*, quæ [e] est terribilis dæmonibus eorumque ministris ac geniminibus hæreticis alijsque reprobis, *sicut castrorum acies ordinata*. In qua de illius ordine loquens Apostolus, *Alios*, inquit, *dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios doctores & pastores, &c. in consummationem sanctorum.* Talis ordo in hac ministrorum Ecclesiæ varietate præscriptus est à Deo, *vt efficiatur*, sicut idem S. Apostolus admonuit, [f] *Omnis homo perfectus.* Qui finis scopusque est huius hierarchiæ Ecclesiasticæ varietatis. Quam ministrorum Dei in Ecclesia varietatem S. Dionysius ex illarum operationum diuersitate deducit: Quæ secundum legem Dei ordinariam in Ecclesia necessariæ perlubentur, vt fideles æui consequentis beatitudine potiantur. Quæ ad tria genera reuocatæ considerantur. Prima est, [g] *Diuini verbi prædicatio.* Secunda *sacramentorum administratio.* Tertia, *gubernatio*, seu *regimen animarum.* Quas operationes triplici distinctas genere [h] S. Dionysius verbis expressit aliis, actus hierarchicos tripartitò distribuēs, docensque ad Ecclesiast. ministerium atque regimen tria illa pertinere, videlicet, *Purgare, illuminare & perficere.* Purgationem parit diuini verbi prædicatio, illuminationem sacramentorum administratio, quibus fidelium mentes gratiarum splendoribus illustrantur, prout S. Dionysius interpretatur. Perfectionem verò pariunt illi qui alios canonico regimine directioneque moderantur: Quales sunt Episcopi, prælatique maiores: Quos ideo idem sanctus [h] *Perfectores* appellat. Quibus officijs muneribusque ministros Deus in sua præfecit Ecclesia summo omnes pastori subditos, cui cum plenitudine potestatis omnem suæ Ecclesiæ solicitudinem curamque credidit. Qua non solùm Christianæ vitæ statuum, sed etiam hierarchiæ Ecclesiasticæ munerum graduumque varietate, Ecclesia sancta & immaculata Dei sponsa veluti vestitu diuinæ

Vna summa potestas in Ecclesia, sed plures subalternæ sub illa summa à Deo creata.

a S. Bernard. l. 3. de considerat c. 4.
b Rom. 13.
c Ibid.
d Psal. 44.
e Cantic. c. 6. v. 3.
Ephes. c. 4.

Finis ordinis hierarchici. Varietas officiorum ac dignitatum Ecclesiæ ministrorum ex diuersitate operationum in Ecclesia ad fidelium beatitudinem necessariarum petitur.
f Colos. c. 1.
Triplex ordo officiorum hierarchiæ Ecclesiasticæ.
g S. Dionys. cælest. hier. c. 3. & 6 & etiā Ecclesiast. hierarch.
Tria hierarchia Ecclesiastica, sicut cælestis officia præcipua, purgare, illuminare, perficere.
h S. Dion. ibi.

Tom. I.

A pulchritudinis charitatisque deaurato circumamicta, maximæ dignitatis honorisque splendore coruscat. Optimo ordine superiorū cū imis, & inferiorū cū superioribus Ecclesiæ ministris seruato: qui maximè designatus exprimitur, cum Ecclesia Dei corpus appellatur: Propter hanc potissimum rationem sic appellata. *Quia* [i] *sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent*, inquit Apostolus; sic in Ecclesia fideles non pari omnes auctoritate fruuntur. Non omnes officio, statu, graduque dignitatis æquales, vt idem Apostolus [k] ad Romanos epistola clarissimè demonstrauit. Cuius oraculum mentemque sanctus Gregorius Nazianzenus elegantissimè persequendo varijs illustrat similitudinibus rationibusque confirmat. [l] *Sunt quippe in Ecclesia oculi, pedes, manus*: id est sunt qui parere B alijs, docerique ab alijs debeant: sunt alij quorum incumbit officio alios instruere & regere, quales sunt pastores atque doctores, quos Christus Dominus suæ datos Ecclesiæ perpetuò conseruat, [m] *Ad consummationem sanctorum, in opus ministerij donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionem Dei in virum perfectum; vt iam non simus tanquam paruuli fluctuantes & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumuentionem erroris*: vt ipse S. loquitur Apostolus. Atque hæc ministrorum munerumque siue dignitatum in Ecclesia Dei varietas à Deo introducta est, vt turius commodiusque instructus fidelium chorus ad cælestis gloriæ tabernacula duceretur. Sicut his significauit Apostolus: [n] *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos obsecramus, pro Christo reconciliamini Deo*, C [o] *Deus quippe*, inquit sanctus Ambrosius, *ne genus humanum penitus interiret, sed in suam rediret gratiam, filium suum misit in mundum, & per illum primum; deinde per eius Apostolos reliquosque ministros cunctos mortales ad beatam, immortalemque vitam mira quadam prouidentia prouocauit.* Non sine ratione iustissima magnus, variusque prælatis illis præfectisque Christianorum in Ecclesia ex diuina præscriptione & ordinatione semper est delatus honos & obsequium: quos tot honorum titulis Spiritus sanctus Scripturarum sacrarum testimonio, propter tam sacra salutariaque quibus in ecclesia fungūtur, officia, glorificat: eos quandoque [p] *Deos*, interdum, [q] *Angelos Domini*, nonnumquam [r] *Reges coronatos*, quod Dei regant populum, *iudices*, quod iura dent populis ad vitam æternam. *Doctores*, quod D illos instruant. [s] *Pastores*, quod viuifico cibo pascant: *Tubæ*, quarum ministerio diuinis Christi sermonibus fidelium aures vndique circumsonant: *Portas cæli, custodes, muros, columnas, Ecclesiæ, oculos mundi*, denique [t] *lumen* appellando. Hos prælatos pastoresque tanto cum labore sub Romano Pontifice pro salute animarum nostrarum peruigilantes, tanquam pro illis rationem in extremo iudicio reddituros quantis honoribus, laudibusque mactabimus? qui nos dignitate atque virtute induti ex alto quotidie à peccatorum vinculis absolutos è faucibus diabolicæ tyrannidis eripiunt, liberatos ab inferorū captiuitate seruos iustitiæ factos in filiorū Dei adoptionē prouehūt, obstrusis inferni Ianuis nobis cælorum portas aperiunt, nosque in diuina æternæ gloriæ sacraria per reconciliationis Ianuam lætantibus beatorum spirituum ordinibus intromittunt. Quo-

Propter præclarum ministrorum superiorum & inferiorum ordinem Ecclesia dicitur corpus.
i Ephes. c. 1. & 4. 1. Cor. 12. v. 14. 15. 16. &c.
k Rom. 12. v. 4. 5.
l S. Greg. Nazianzen. orat. de moderatione in disputat. seruanda.
m Ephes. 4.

Ad salutem populi Christiani hæc officiorum dignitatumque varietas à Deo introducta.
n 2. Cor. 5. v. 20.
o S. Ambros. in 2. ad Cor. 5.

Magnus honor & reuerentia ab omni æuo pastoribus ac prælatis Ecclesiæ propter sacra, quibus funguntur officia à fidelibus exhibitus.
p Exod. 22. Psal. 81. v. 6.
q Malach. 2.
Varij honorum tituli quibus in scriptura pastores Ecclesiæ decorantur.
r S. Greg. l. 4. epist. 32
s S. Matth. 5.
t S. Ioan. 8.

Quanta bona spiritualia & temporalia fidelibus à ministerio pastorum Ecclesia proueniunt.

rum precibus in hoc mundo florentia sæcularium principum imperia solido diuturnitatis & pacis firmata fundamento corroborantur. Querelis verò eorum, & apud Deum expostulationibus nutantia tandem miserè dilabuntur: vt ad fratrem Arcadium Orientis augustum alius Occidentis Imperator valde pius, & in Dei sacerdotes pastoresque gregis Christiani religiosus Honorius his verbis pro sancti Chrysostomi defensione rescripsit. [a] *Contende igitur, frater, non verbo, sed re & Deum & homines de correctione eorũ quæ non sunt rectè acta, certiores facere, certus & ipsam imperium & ruere & stare precibus sacerdotum.* Vnde tanta fælicitatis humanæ præter æternam, quæ postea secuta est, Constantino magno commercia, totque temporales prosperitates aduenerunt; [b] *Quibus optare maiores nullus auderet*, inquit Augustinus, nisi ab illo cultu, reuerentia honoreque, [c] quos in tota vita sua Dei sacerdotibus populi Christiani pastoribus & Episcopis religiosissimè profudit? Eius rei plurima exempla & experimenta testantur, quorum Ecclesiastici scriptores copiosè recordantur. Nunquid miri causa nobis subesse potest tot Caroli Magni prosperos euentus gloriosasque prosperitates in vita meditantibus? Quis illo in sacerdotes Dei, Ecclesiæque ministros obsequentior, amantior & religiosior extitit? Hoc prolata eius ore aurea planè verba, tantoque principe dignissima, luce clarius ostendant: [d] *Si Ecclesiarum Dei seruis munificentiam nostram impertimus, eorumque studijs libenter obsequimur, id nobis ad augustalis excellentiæ culmen proficere credimus: & quod cunctis pretiosius est dignitatibus, æternum retributionis præmium capessere non diffidimus.*

a Epist. Honorij Imp ad Arcadium fratrem, quæ extat in Bibliothec. Vaticana Baron. to 5. an. 407.

Prosperitates principum à cultu Episcoporum & sacerdotum, vt Constantini M. & Caroli M.

b D Aug. l. 5. de ciuit. c. 25.

c Euseb. l. 4. de vita Constantini c. 56. & lib. 5. c. 10. Sozomen. l. 1. c. 8. Theod. l. 1. c. 11.

d Sigon. l. 4. Regni Italiæ. Egregia Caroli Magni sententia in honorem sacerdotum.

Sed vt majestas Ecclesiasticæ Monarchiæ perfectius elucescat, obseruandum illud, præque nobis pro veritate ferendum, omnes illorum prælatorum dignitates, potestates, officicia à Deo instituta, & in sua ordinata Ecclesia immediatè à capite & vniuersalis Ecclesiæ monarcha Roman. Pontifice aliquo modo pendere atque proficisci. Quamuis enim fide Catholica omnem virtutem, facultatem & potestatem omnium Episcoporum, Primatum, Patriarcharum, aliorumque Ecclesiæ prælatorum ab ipso Deo Christo Domino, tanquam à prima causa collatam traditamque manare credamus, à quo omnis alia potestas in terra & in cælo profluxit, [e] *Non est enim potestas nisi à Deo*, inquit Apostolus, tamen si de causa immediata quæratur, certum est, non omnem semper potestatem à Deo immediatè, sed solum aliquam mediatè per interpositionem causarum secundarum in homines aliasque creaturas deriuari. Et, vt facilior sit quæstionis grauissimæ & difficillimæ discussio, notanda præclara hæc sancti Thomæ causæ immediatæ distinctio. [f] *Vt alia sit causa immediata immediatione virtutis, alia immediatione suppositi*: Sic vt aliquis habere ab alio potestatem immediatè possit, vel tanquam à causa immediata immediatione virtutis, quæ quantò superior est, & à nullo præuenta, tãtò est immediatior: vel tanquam à causa immediata immediatione suppositi, quando inter collatorem potestatis & acceptorem nullum aliud interponatur suppositum, à quo illa in accipientem potestas deriuata refundatur. Hac posita distinctione, [g] potestatem, iurisdictionemque Episcoporum prælatorumque cæterorum immediatè à Christo Domino virtutis immediatione fluxisse confitemur.

3. pars. Quomodo potestas ac iurisdictio omniũ aliorum prælatorum ac pastorum Ecclesiæ à Christo instituta à Rom. Pontifice ex ipsius ordinatione Christi immediatè dependere dicatur.

e Rom. 13.

Causa immediata duplex scilicet immediatione virtutis & suppositi.

f S. Thom in 1. senten. dist. 12 q 1. a. 3 & l. 3. contra gentes c. 70.

g Vide Turrecremata l. 2. summę Ecclesi. c. 61.

Quis enim Catholicorum ire posset inficias, omnẽ spiritualem in Ecclesia potestatem, dignitatẽque à Christo Domino, tanquam à primo fonte scaturiuisse ac exundasse? Ideò ad communicandum hanc potestatem immediatè, concurrat ipse Dominus oportet immediatione virtutis, cuicũq; personatum dignitatibus illustrium cuiuscumque gradus sit, illa communicatur. Quod quidẽ hac similitudine familiari clarius illustratur. Sicut primus orbium cælestium ad omnes inferiorum motus immediatione virtutis concurrere dicitur, quod nullus eorum moueri possit nisi accepta ab illo primo mobili virtute, quod omnia alia præueniens in motu suo, à nullo præueniri aut impediri potest. Sic nulla spiritualis in Ecclesia potestas ab vllo prælato pastoreque valet exerceri, quæ non à Christo Domino tanquam primo spiritualium donorum motore largitoreque proficiscatur; quem nullus in hac donorum collatione præueniente ac impedire potest. Si verò loquamur de causa immediata spiritualium potestatum immediatione suppositi, longè aliter sentiemus, asserentes potestatem iurisdictionis quæ in Episcopis aliisque prælatis residet simpliciter & absolutè à Rom. Pontifice immediatè deriuari, non quoad institutionem & collationem primariam, sed quantum ad limitationem & dispensationem ministerialem, (vt Parisiensis facultas sacra loquitur) & quoad applicationem potestatis ratione personæ in indiuiduo. Hanc assertionem rationes, sancta iura sanctorumque patrum testimonia firmissimè stabiliunt atque corroborant. Commune namque atque tritum est illud in philosophicis axioma. [h] *Eorum quæ inter se ordinata sunt in ratione causandi, ea quæ sunt immediata & secundaria in illo ordine, suam ab illius ordinis primo virtutem recipiunt.* Romanus autem Pontifex & particularium Ecclesiarum Episcopi ita se habent, vt sit ipse Romanus Pontifex primus atque supremus in ordine Ecclesiastici regiminis: Ergo iuxta axiomatis philosophici tenorem, potestatem iurisdictionis, quam Episcopi in Ecclesia possident, à summo pastore Romano Pontifice deriuari quis non optimè inferre valebit? Hanc rationem sancti [i] Cypriani auctoritas valde corroborat, quæ refertur in Can. [k] *Loquitur Dominus* 24. q. 1. qua particulares Ecclesiæ ad Romanam sic relatæ quemadmodum radij, ad solem, riuuli ad fontem, rami ad radicem comparantur. Vt sicut à sole radij, à radice rami à fonte riuuli, à quibus emanant, suam virtutem vigoremque mutuantur, ita singulares Ecclesiæ earumque prælati à Romanæ Ecclesiæ, sedisque Apostolicæ Pontifice, à quo velut à primo fonte & capite visibili deductæ procedunt, suæ iurisdictionis potestatisque spiritualis à Christo Domino creatæ, neruos atque vires immediata propagatione in salutem gregis Dominici redundantes exhauriunt. Quin ita sit, *Auelle*, inquit sanctus Cyprianus, *radium solis à corpore, diuisionem lucis vnitas non capit: Ab arbore frange ramum, fructus* * *germinare non poterit: A fonte præcide riuum, præcisus arescet: sic & Ecclesia Romana Domini luce perfusa per orbem totum*, scilicet per omnes Ecclesias particulares, *radios suos porrigit; vnum tamen lumen est, quod vbique diffunditur, nec vnitas corporis separatur: Ramos suos in vniuersam terram copia vbertatis extendit; profluentes largiter riuos latius pandit: vnum tamen caput est*, scilicet

Omnis potestas & dignitas spiritualis in Ecclesia à Christo immediatè proficiscitur immediatione virtutis non suppositi.

Simile.

Potestatem Episcoporum iurisdictionis à Rom Pontifice immediatè proficisci immediatione suppositi probatur rationibus.

h Lib. de causis propositione 1.

i S. Cypr. l. de vnitate Ecclesiæ.

k Can. loquitur Dominus 24. q. 1.

Alia à doctrina S. Cypriani petita similitudo idem probans.

** Aliàs fructus*

visibile, Romanus Pontifex, *& origo vna & Mater est*, scilicet Romana Ecclesia, *facundatis successibus* * *copiosa. Illius fatu nascimur, illius lacte nutrimur, spiritu eius animamur, &c.* Et cum in hoc omnes Theologi & iuris vtriusque doctores vnanimi consensu conueniant, vt in imperio principatuque monarchico omnem iurisdictionis potestatem ab vno monarcha summoque principe in alios Reipub. rectores diffundi deriuarique profiteantur, vt a sanctus Dionysius in vtraque sua hierarchia tam cælesti, quam Ecclesiastica docet, quis hoc in Ecclesia militante locum habere obseruarique negabit, nisi qui cum hæreticis & schismaticis statum ac regimen Ecclesiæ monarchicum esse planè atque pertinaciter inficiatur, eiusque pastoris plenitudinem potestatis, & auctoritatis monarchicæ sceleratus abjurat? Contra quæ Spiritus sanctus per os sanctorum Patrum in concilijs œcumenicis, & Ecclesia sancta Catholica sæpissimè locutus est, & sacri Canones & antiqui Doctores non mediocri omnibus sanctitate venerabiles, sua quantum possunt voce atque doctrina contendunt; vt omnes exaudiant? Hoc elamat sacer Canon, *sacrosancta*, distinct. 22. Hoc sancta Ecclesia, cum in officio beati Petri deuotè canit, c *super plebem meam constitui te principem.* Hoc sanctus Chrysostomus d cum in Acta Apostolorum scribit, sanctum Petrum, *à filio Dei super omnes qui fily Dei sunt*, non vt Moysen in gente vna, sed in vniuerso orbe summæ potestatem iurisdictionis accepisse. Hoc omnes alij S. Patres illo siue iuniores, siue ordine temporis antiquiores clamant, quos recensere chartæ & capitis angustiæ reclamant. Hoc Scripturæ sacræ: hoc denique Spiritus sancti in synodis generalibus oracula clamant, vt verba hæc concilij Constantinopolitani clarissima testificantur. e *Veneramur secundum Scripturas, & canonum definitiones, sanctissimum antiquæ Romæ Episcopum primum ac maximum Episcoporum omnium: Primus est ac Romanus Pontifex omnium* Episcoporum: Ergo princeps & rector eorum: Quia sicut, f *Primum in vnoquoque genere est mensura reliquorum*, sic in monarchico statu ac regimine primus aliorum qui præsunt sub illo, princeps esse iudicatur. Et cum cælestis hierarchiæ Ecclesiastica sit imitatrix, à qua suæ pulchritudinis & formæ desumpsit exemplar, cuius ministerij fidem faciunt verba Dei facta Moysi Exod. g 25. *Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi monstratum est in monte.* Et illa quæ idem Dominus seruo suo Iob dixit. h *Nunquid nosti ordinem cæli, & rationem eius ponis in terra?* In quæ verba sanctus Gregorius ait, i *Ordo quidem cæli in terra ponitur, hoc est in militante Ecclesia, cum à triumphantis Ecclesiæ exemplari militans disponitur.* Quod præclara horum verborum Apocalypsis. *Vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam, &c.* expositione illustratur: quam fecit sanctus Bernardus lib. 3. de consider. sic Eugenium alloquendo: k *Ne vilem reputes formam hanc quæ in terra est, quia exemplar habet in cælo: Viderat hoc qui dicebat, vidi ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendentem de cælo à Deo paratam. Ego enim propter similitudinem dictum reor, quod sicut illic Seraphim & Cherubim, ac cæteri quique vsque ad Angelos or-*

* Alias Gloriosa.
2. Ratio. In omni principatu monarchico omnipotestas ab vno in alios deriuatur.
a S. Dionys. pluribus in locis vtriusq; hierarchiæ.
Rom. pontifex Ecclesiæ monarcha.
b Can. sacrosanct. dist. 22.
c Cant. Eccl.
d S. Chrys. in Acta homil.
e Concil. Constant. 1.
f Axioma Philosophiæ Arist. 12. metaphi.
3. Ratio. Ecclesia militantis monarchia ad exemplar cælestis facta est.
g Exod. 25.
h Iob. 38.
i Gregor. in c. 38.
k S. Berna. l. 3. de consid. c. 4
Apocaly. 21.

A *dinantur sub vno capite Deo, ita hic quoque sub vno Pontifice summo primates vel patriarchæ, Episcopi, presbyteri vel abbates & reliqui in hunc modum.* Ergo quemadmodum in cælesti hierarchia diuina lux, & igneus æternæ charitatis ardor ab ipso Deo immediatè redundantes, distinctus varijsque gratiarum radijs in superiores spiritus primò, deinde ab illis in inferiores, & ab ipsa diuina natura remotiores dignitatis ordine, diffunduntur; sic esse debet in Ecclesiæ monarchia militantis, vt potestas regiminis atque iurisdictionis Ecclesiasticæ à Christo Domino in summum Ecclesiæ pastorem, principemque sedis Apostolicæ Roman. Pontificem immediatè deriuata per eum postea in alios Episcopos prælatosque ditionis Ecclesiasticæ laxatis diuinæ prouidentiæ fontibus exundet. Vnde si B in veteri lege omnis Ecclesiæ virtus atque iurisdictio à Moyse summo sacerdote deducta in alios inferiores Ecclesiæ vetustæ ministros ac sacerdotes redundauerit, vt clarum est intelligere ex cap. 18. l Exodi, & m Numerorum 11. vbi Dominus conquerenti Moysi, deque suis grauioribus in populis dominando laboribus expostulati, facultatem donauit eligendi quosdam de populo sapientiores, qui cæteris directione regiminis iurisdictionisque dignitate præirent. Quod vt euidentiùs suam voluntatem Dominus Moysi extraordinario ac summo sacerdoti significaret, illud suis verbis addidit. *Et auferam de spiritu tuo, tradamque eis, vt sustentent tecum onus populi.* Certè in noua lege hæc deriuatio & communicatio potestatis Ecclesiasticæ à summo principe Rom. pastore in C alios Episcopos, prælatos, pastoresque iustior potiorque videri debet. In cuius veritatis signum figuramque obseruandum est diligenter, Dominum Deum in veteri testamento, cum potuisset tantum quantum satis esset illis 70. viris ad populi directionem, regimenque, sapientiæ, iustitiæ, pietatis, aliarumque virtutum spiritus elargiri: noluisse tamen sine fluxione atque redundatione, &, vt sic loquar, dependentia à spiritu Moysis illis impertiri, nisi de spiritu illius auferendo. Quo mysterio prælatos aliosque particularium Ecclesiarum pastores omnem suæ in noua lege iurisdictionis à primo summoque vniuersalis ecclesiæ pastore ac principe potestatem desumpturos significaret. Vt non sine causa pro sacro Canone hanc Spiritu sancto plena mater ecclesia sancti Leonis sententiam immortalitati consecrauerit, cuius supra meminimus, tali- D bus conceptam verbis: n *Ita Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas, quæ antea legis & prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est,* o *In omnem terram exiuit sonus eorum, sed huius muneris sacramentum*, scilicet sacrum munus, p vt Glossa exponit: *Ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret, vt ab illo quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet.* q Similem veritatis assertionem alia plurima ecclesiæ iura faerique Canones comprobant, vt can. *sacrosancta*, distinct. 22. can. *loquitur Dominus* 24. q. 1. can. omnes dist. 22. can. *Qui nesciat* 11.

4 Ratio à minori. Potestas antiqua Ecclesiæ à Moyse immediatè in alios sacerdotes deriuata.
l Exod. 18.
m Num. c. 11.
No Mysterium de partitione spiritus Moysis.
n Can. ita Dominus dist. 19. S. Leo ep. 87. ad Episcopos Viennenses.
o Psal. 18.
p Glos. in hoc cap.
q Hanc potestatis deriuationem sacri Canones in textu positi comprobant.

distinct. can. *decreto* can. *Qui se scit* 2. q. 6. alijque similis doctrinæ canones: quorum verba cum superius multis in locis produxerimus eorum repetitione denuo lectorem grauare æquum esse minimè iudicauimus. His annectere multa sanctorum Patrum testimonia possumus, vt [a] sancti Augustini dicentis, *sanctum Petrum Apostolum propter Apostolatus sui primatum figurata generalitate personam Ecclesiæ gessisse*: Omnia honorum & dignitatum fastigia eminentiori gradu complectentem, quæ in Ecclesia sua Christus Dominus posita, in omnes alios suæ ministros Ecclesiæ ab ipso sancto Petro diffundere voluit. Tanti patris sententiam præclarum hoc sancti Leonis testimonium confirmat. [b] *Hunc diem in illius potissimum*, scilicet sancti Petri, *veneratione celebrare licet, qui ab ipso charismatum fonte ita copiosis est irrigationibus inundatus, vt cum multa solus acceperit, nihil in quemquam sine illius participatione transierit.* Hæc postea subiungit egregiæ probationis eloquia. [c] *Magnum & mirabile Petro consortium potentiæ suæ tribuit diuina dignatio, vt si quid commune cum eo cæteris voluit principibus, nunquam nisi per illum dedit, quidquid alijs non negauit.* Cæterorum Patrum testimonia præteriens causa breuitatis in vnius sancti Thomæ sententia pro huius probationis conclusione conquiescam, hæc dicentis, [d] *Soli Petro promisit Dominus claues regni cælorum, vt ostenderetur potestas clauium per eum ad alios deriuanda ad conseruandam Ecclesiæ vnitatem.* Eidem veritati abyssus ille doctrinæ scholasticorum doctorum princeps assentitur [e] in l. 2. sentent. distinct. 44. in fine circa interpretationem literalis intelligentiæ. Item [f] in l. 4. sentent. distinct. 20. cum ait. *Habet Papa plenitudinem potestatis Pontificalis quasi Rex in regno. Episcopi vero assumuntur in partem solicitudinis quasi iudices singulis ciuitatibus præpositi*: Indeque ex his alijsque ante dictis concludit Episcopos aliosque prælatos Ecclesiæ nullam iurisdictionis habere potestatem, nisi à Papæ ordinatione imperioque profectam. Sic autem vniuersalem iurisdictionis Ecclesiasticæ potestatem in Rom. Pontifice, quam in alios Ecclesiæ ministros diffundat, residere putandum est, vt licet in regendo grege Dominico potestatis plenitudine potiatur, non tamen iure Episcoporum consecrationem prohibere potest; quoniam summa hæc pontificis potestas & auctoritas in Ecclesia, sicut aliorum prælatorum pastorumque gregis Catholici, *in ædificationem non in destructionem*, à Deo data creditur, iuxta D. Pauli [g] sententiam atque decretum. At Episcoporum consecratione Ecclesijs interdicere esset ruinam Ecclesiæ fideliumque salutis interitum funestissimè moliri. Nam deficientibus Episcopis consecratis, vndenam alij Ecclesiæ ministri competentes & idonei peterentur? Qui fœcundo animarum fructu sacramentorum administrationi vacarent, fidelibus populis salutaria doctrinæ pietatisque pabula ministrarent, ab omnique peccatorum contagione purgatos in gratiam Dei per reconciliationis ianuam virtutemque absolutionis iuridicæ reducerent? Quibus destituti spiritualis vitæ subsidijs miseri greges per abrupta vitiorum sine pastore vagantes & errantes in præcipitium abyssumque damnationis æternæ lapsu funesto prolaberentur. Neque præter hoc extendi potest Papæ potestas eo vsque, vt inauguratis consecratisque Episcopis eam facultatem adimat illis omninò necessariam, vt fideles greges sibi creditos salutari cibo spiritualiter alant & pascant. Ordo quippe naturalis & ratio postulat, vt auxilia subsidiaque designato ad munus aliquod, illius executioni necessaria non denegentur, vt sancta mater ecclesia [h] suis canonibus iniunxit: Vnde, inquit [i] Aristoteles, si natura vim cælorum orbibus progressus tribuisset, eis quoque organa propria ad hanc vim virtutemque accommodata concessisset; Aliàs vana fuisset & euanida vis illa atque potestas, quæ organorum defectu in actum prorumpere non valuisset. Ita Romanus Pontifex quamuis summus ecclesiæ rector & monarcha constitutus à Deo potestatis in regenda ecclesia plenitudine ab eo cumolatus, subsidia tamen opportuna, & ad viuificum animarum pastum necessaria prælatis, episcopis, alijsque consecratis ecclesiæ ministris, adimere siue denegare nullo modo potest: Qualia sunt ea quæ in Ecclesijs frequenter vsuque communi aduenire solent & occurrere: Nempe Clericorum ordinatio, sacerdotum communium sanctificatio, peccantium correctio, pœnitentium à suis culpis & erroribus absolutio, Ecclesiæque reconciliatio, temporalium in multis administratio, illorumque ritè distribuendorum dispositio, & his similia, sine quibus ecclesiæ orbis Christiani particulares commodè recteque gubernari non possent. Quamuis enim in summo Pontifice hanc potestatis plenitudinem fide Catholica credamus, vt omnes actus ecclesiasticæ potestatis circa singulos fidelium in toto terrarum orbe religioni Christianæ mancipato exercere valeat, sicut ex multis Pontificij iuris [k] canonibus constat, nihilominus non adeò illam latè patentem debemus admittere, vt terminis quibusdam coarctari continerive non possit. Non enim plenitudo hæc potestatis Pontificiæ similis est ei, quam in Deo credimus, [l] *Cui non est impossibile omne verbum*, id est factibile quodcumque. Neque eadem est hæc potestatis plenitudo, cum ea quæ in Christo Domino residet, quatenus homo Deus est, qui veniens non soluturus legem, sed adimpleturus, non naturam destructurus per gratiam, sed perfecturus, sacramenta instituit; & alia plura si voluisset creare & ordinare, eadem mutare; mutatisque noua alia superstruere potuisset. Quia in eo erat potestatis plenitudo excellentiæ, eminentiæ & omnipotentiæ, ad quæ Pontificiæ potestatis plenitudo minimè potest extendi. Quæ nihil eorum quæ Christus Dominus in ecclesiæ suæ structura & compage fecit, iussit, ordinauit, mutare aut alterare; non sacramenta, non materias, non formas eorum variare, non eum munerum nouorum institutione multiplicare, non illorum numerum vnius aut alterius ablatione decurtare, non ad eorum quæ diuini iuris sunt, dispensationem, sed interpretationem solùm erigi ac dilatari valet. Quoniam hæc Pontificiæ plenitudo potestatis ministerialis tantùm

Id ipsum SS. Patrum multorum probatur.
a Aug. tract. 124. in S. Ioã.
b S. Leo serm. 3. suæ ordinationis.
c S. Leo ibid.
d S. Thom. l. 4. contra gẽtes c. 76.
4. Ratio.
e Id S. Thom. in l. 2. sentẽt. dist. 44.
f Id. in l. 4. sẽtent. dist. 20. q. vnica ar. 4. quæst. 3.
Qualiter sit in Papa omnis potestas iurisdictionis in alios Ecclesiæ ministros diffundenda.
g 2. Cor. 13.
Consecratis Episcopis facultatem ad pascendos populos necessariã Papa auferre non potest.
h Cap. pastoralis de offic. & potest. delegati iudicis. Cap. Conquerentis de restitutione spoliatorum.
i Aristot. 2. de cælo.
Explicatur ut limitatur plenitudo potestatis quæ est in Rom. pontifice.
k Cap. cum ex eo, extra, de pœnit. & rem.
l S. Luc c. 1.
S. Matth c. 5. v. 17.
Qualis fuit in Christo potestatis plenitudo ad quã ea quæ in Papa est non peruenit.
Vide Turrecremata l. 2. summa Eccl. c. 52.

est à Christo Domino concessa, in quantum suæ vniuersalis ecclesiæ regimini fideliumque suo redemptorum sanguine saluti necessariam esse iudicauit. Quæ sic instituta à Domino & talibus conclusa finibus extra quos euagari non potest; omnes nihilominos potestates, dignitates ministeriaque eminenter Ecclesia complectitur: quæ ab ea, licet à Christo Domino creata & institota, in omnium salutem fidelium, immediato iurisdictionis ordinariæ fluxu redundant. Qui fluxus si in administratione ecclesiæ cessaret multa illam profectò incommoda absurdaque in aspetos perturbationis confusionisque scopulos illideret.

Incommoda & absurda multa quæ sequerentur si potestas Episcoporum Ecclesiæ immediatè à Papa non procederat.

Primum enim à potestate Romani suprema Pontificis alienum esset, aliquid circa episcoporum prælatorumque iurisdictionem, quandoque cum res ratioque postularet immutare: Quia cum hæc

1\. iurisdictio à Christo Domino immediatè non à Romano Pontifice profecta subsisteret, aliquid de ea diminuere aut variare Papa Christi Vicarius nulla ratione posset, cum illud totum per se ipsum Dominus ordinauisset. Siquidem quæ sic à Christo Domino ordinata sunt extra sphæram Pontificiæ potestatis eleuantur, ne quid ab ea mutationis alterationisque patiantur.

Quæ sunt immediatè à Christo, extra potestatem Papæ sunt, vt variantur.

Quod clarissimè patet exemplis, vtpote sacramentorum numero, forma, materia, & si quæ sunt eiusmodi, quorum mutationem nulla potest Pontificiæ majestatis virtus atque facultas operari. At circa Prælatorum & episcoporum iurisdictiones non ita se res habet, quibus multas, fieri motariones à Romano Pontifice solitas ipsa quotidiana docet experientia, ecclesiæque decreta comprobant. Quales sunt episcoparuum diuisiones, vniones, amplificationes: Item episcopalium casuum restrictiones, extensiones, & cætera id genus, de quibus [a] Canones sacri: item Episcopalium sedium de vno in alium locum mutationes, vt videre est [b] in capite primo, extra de translatione episcoporum. Præterea de nooo ecclesiarum cathedralium erectiones, de quibus mentio [c] in iuris Pontificij corpore solemnis habetur.

Circa iurisdictionis Episcoporum multa sæpè à Papa variantur.

a Can. Et tem poris 16. q. 1.
b Cap. 1 extra de translat. Episcoporũ.
c Can. Fœlix. can. præcipimus 16. q. 1.

2\. Secundo si episcoporum potestas iure quoad primariam institutionem diuino munita, immediatè à Papa eo modo supra declarata non emanaret, quid illi electi Romani Pontificis confirmatione opus haberent? sicut videmus ipsum summum Pontificem canonicè à Cardinalibus electum nullius confirmationem requirere, nisi ipsius Christi Domini, Qood ab illo solo suam potestatem monarchicam immediatè deduxerit? Hoc si absurdum in ecclesia admitteretur, pacem vniuersalis ecclesiæ, in qua pastores inferiores, vt curati ab episcopis, sic & episcopi alijque his superiores Archiepiscopi, Primates, Patriarchæ, à Papa confirmantur, magnopere interturbatam, & ab imis concussam fundamentis turpiter adulteraret.

3\. Tertium illud confusionis malum in dedecus Pontificiæ maiestatis inde sequeretur, quod Papa in suæ Apostolicæ sedis tribunal euocare non posset, quæ intra iurisdictionis episcopalis septa concluduntur; Nec ea ex causa rationabili, iu-

4\. *Incommod.* dicibus aliis decidenda credere. Præter hæc illud adiungo, quod princeps ipse sedis Apostolicæ moderator & rector immunis à culpa non esset, cum in ecclesiarum prouisione & episcopatuum collatione dicit. *Prouidemus tali Ecclesiæ de tali viro, & præficimus eum in patrem & pastorem ac Episcopum eiusdem Ecclesiæ, committentes ei administrationem in Spiritualibus & temporalibus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.*

Forma qua vtitur Papa in conferendo alicui Episcopatu.

Nec in minoris erroris culpæque saxum impingeret, cum dicit: *Ego confero tibi curam talis Ecclesiæ*, quod communi loquendi formula Pontifex in ecclesiarum collatione dicere solet.

Alia forma loquendi Papæ in conferendo beneficio cura annexo animarum.

5\. Quid est autem curam alicuius Ecclesiæ conferre aliud quam committere, seu potestatem iurisdictionis in talem Ecclesiam dare atque tradere? Certè vt huic quæstioni finem imponam, nisi potestas Episcoporum facultasque iurisdictionis à Pontificia maiestate immediatè flueret, non esset in majestatis illius auctoritate situm, alicui Episcopo propter delicta facultatem iurisdictionis adimere: illumque exauctoratum, degradatumque omni Ecclesiasticæ functionis honore priuare: cum talis facultas à solo Christo, non ab eius Vicario Romano Pontifice immediatè procedere diceretur. Quod asserere planè hæreticum esse ipsa generalia concilia, Ecclesiæ decreta, Pontificum Romanorum rescripta, sanctorum Patrum testimonia, vsus denique Ecclesiæ vetustissimus, receptaque ab omni tempore consuetudo pronũtiauit. Plura de his qui volet adeat doctissimum Cardinalem [d] à Turrecremata, apud quem de hac materia quam plurima reperiet, quæ studiosæ mentis appetitum copiosè satiabunt. Propterea iure optimo mater Ecclesia in modum sacræ legis hanc memorabilem [e] Nicolai 2. ad Mediolanenses scribentis sententiam tanquam à Spiritu sancto profectam suis canonibus inserere voluit, *Omnes siue Patriarchij cuiuslibet apices, siue Metropoleos, primatus, aut Episcopatuum Cathedras, vel Ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana Ecclesia: illam vero solus ille fundauit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura commisit.*

d Turrecremata l. 2. summæ Eccles. c. 56.
e Nicol. 2. ad Mediolanenses epis. can. omnes dist. 22.

Si Romana sedes omnes Ecclesiarum particularium dignitates, gradusque iurisdictionum instituit, an non, verum illas Ecclesias omnem suæ potestatis iurisdictionisque vigorem immediatè ab illa sede deduxisse? Si quis princeps summus in sæculari imperio nouos crearet magistratus, nunquid illi omnem suæ dignitatis & auctoritatis virturem vigoremque immediatè ab illo principe desumpsisse dicerentur? [f] Ideo S. Anacletus Apostolicam sedem, *Omnium Ecclesiarum Cardinem, & caput* appellauit, non ab alio quam ab ipso Domino constitutam. Hæc facta similitudinis applicatione subiungens: [f] *Et sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, Domino disponente, reguntur.* Ob eamque causam sanctus Leo huius nominis quartus, pastorem se omnium prælatorum, Episcotumque à Domino constitutum, & illorum omnem iurisdictionis auctoritatem à suprema sibi diuinitus impertita potestate virtuteque monarchi-

f Anaclet ep. 3. c. 3. ad omnes Episc. can. sacrosancta in fine dist. 22.

ca ortum immediatè, tanquam à primo fonte, (sic Domino res suæ Ecclesiæ tali ordine disponere volente) traxisse considerans attentiùs, nec solùm horum maiorum animarum pastorum, sed etiam minorum, vt curatorum, aliorumque sacerdotum æternæ fidelium saluti vacantium solicitudinem sibi à Domino creditam diligentiùs agnoscens, missam ad Episcopos prælatosque maiores per omnes orbis Christiani prouincias homiliam, cunctis sibi subditis animarum rectoribus atque parochis recitandā sapienter & impensè curauit. Cuius lectione minores illi sicut majores Ecclesiarum pastores, quæ sui officij atque muneris essent ad suæ omniumque sibi creditarum salutis assecutionem perita efficacique perspicuitate cognoscerent. In cuius homiliæ principio, sic illos affando Pontifex mansuetudine paterna cohortabatur. *Fratres presbyteri & sacerdotes Domini cooperatores mihi estis ordinis. Nos quidem quamuis indigni, locum Aaron teneamus* scilicet Patris sacerdotum, *Vos autem Eleazari & Ithamar*, scilicet Filiorum, *Nos vice duodecim Apostolorum fungimur: vos ad formam septuaginta discipulorum estis. Nos pastores vestri sumus: vos autem pastores animarum vobis commissarum, Nos de vobis rationem reddituri sumus pastori nostro Iesu Christo: vos de plebibus vobis commendatis. Et ideò charissimi videte periculum nostrum, & vestrum, admonemus, & obsecramus, sicut alibi scriptum inuenimus, fraternitatem vestram, vt de communi salute vestram cogitantes, attentius audiatis admonitionem nostram: & quæ vobis suggerimus, memoriæ commendetis, & opere exercere studeatis.* Sic summus ille sacerdotalis Ecclesiastici chori monarcha non prælatis modo majoribus & Episcopis, sed & cæteris minoribus Ecclesiarum rectoribus velut pater filijs, pastor ouibus, dux militibus, princeps subditis, præceptor discipulis, de illorum salute solicitus, Christianæ charitatis incensus ardore loquebatur: tanquam potestatem habens in eos & iurisdictionis vires infundens, vt in se ipsum Christi Domini Vicarium, sancti Petri successorem, suæ dignitatis & iurisdictionis, à quo acceperunt, honorem gloriamque refundant. Sed reliquis de hac materia silentio missis, singularum dignitatum, officiorumque in Ecclesia sub summi Pontificis auctoritate vigentium decus, excellentiam, splendoremque consideremus.

Homil S. Leonis 4. per omnes missa provincias ad Episcopos instruentis illos maiores singularum Ecclesiarum pastores atque minores, ex Vaticana Bibliotheca apud Baron. to. 10. An. 855. n. 21. & seq.

A

B

C

D

CAPVT IX.

De dignitate Apostolatus prima in Ecclesia Dei, post Pontificiam majestatem, omnes dignitatum Ecclesiasticarum gradus merito & excellentia superante.

1. *Quid Apostolus, & quanta eius dignitas super omnes, Pontificia excepta.*

2. *De muneribus & officijs Apostolorum.*



VT ordine recto & apposita facilique methodo procedamus in institutione de Ecclesiasticis dignitatibus muneribusque, disputationis angustis conclusæ verborum terminis: primo loco de Apostolis tanquam de principibus primisque Ecclesiarum Christi Domini patribus atque doctoribus, necnon de maxima eorum dignitate breuiter agendum esse iudico. Qui propriè & appositè Apostoli dicti sunt, quod à Domino Deo legati suæ diuinæ majestatis missi ad omnes gentes, suum Euangelium regnumque cælorum ipsius Domini meritis reseratum prædicaturi, toto orbe diuinis affluentes charismatibus virtutibusque volitarint. Iuxta illud Dauidicum, [a] *In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Propterea verè Apostoli nuncupati notatione deducta à Græco verbo ἀποστέλλω, quod est Mitto. Quod nomen tam excelsæ eminentisque dignitatis esse creditur, vt illud sibi aptari Christus Dominus non ægrè tulerit. Sic enim eius verus intentionis interpres sanctus Paulus ipsum Dominum gloriæ, [b] *Apostolum nostræ confessionis*, appellare non dubitauit, vt egregiè magnus Ecclesiæ doctor [c] sanctus Cyrillus Alexandrinus obseruauit. Munus Apostolicum in sua præclara significatione ad legem gratiæ maximè proprieque pertinet [d] teste sancto Augustino. *Hæc Christi Domini*, S. Ioan. 17. 18. *Sicut misit me pater in mundum & ego misi vos in mundum*, talibus exponente. *Quos*, inquit, *misit nisi Apostolos suos? Nam & ipsum nomen Apostolorum quoniam Græcum est, nihil nisi missos significat in Latino. Misit ergo Deus Filium suum, non in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati: & misit filius eos, quos natos in carne peccati sanctificauit à labe peccati.* Huius autem muneris Apostolici dignitas tanta est, vt in vniuersa Ecclesia nulla maior inueniri possit, si à Pontificia maiestate discedatur. In cuius rei signum Apostoli præcipuæ Ecclesiæ columnæ atque fundamenta nominati

Apostoli nomen & dignitas.

a Psal. 18.

Christus nostræ confessionis Apostolus à S. Paulo nominatus.

b Heb. c. 3.

c S. Cyril. 10. Anathem & in expositione symb Nic.

d D. Aug tractat. 108. in Ioan.

Apostoli nomen & munus proprium legis gratia.

Apostoli propter excellentiam muneris fundamenta & columnæ Ecclesiæ nominati per metaphoram.

sunt: vt ex illo sancti Pauli loco ad Galatas 2. clarius innotescit.

a Galat. 2. v. 9.

[a] *Cum*, inquit, *cognouissent gratiam quæ data est mihi scilicet Petrus, Iacobus & Ioannes, qui videbantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis*, Et ex Psal. 74. *Ego confirmaui columnas eius.*

Psal. 74.

In quem locum hæc Diuus Augustinus:

b D. August. in Ps. 74. v. 4.

[b] *Quid*, inquit, *essent illæ columnæ nisi à Deo firmarentur, quia terræ motu quodam etiam ipsæ columnæ nutauerunt in Passione Domini. Ergo illæ columnæ quæ in Passione Dei nutauerunt in Resurrectione firmata sunt.* Fundamenta insuper Ecclesiæ psaltes mystico sensu regius appellauit,

c Psal. 86.

[c] *fundamenta eius in montibus sanctis.* Et sanctus Ioannes in Apocalyp. 21. meminit duodecim fundamenta ciuitatis Hierusalem supernæ scilicet Ecclesiæ, quibus ab eo intelligi voluisse 12. Apostolos Ticon, [e] Beda, Aretasque probauerunt.

d Apoc. 21.

e Beda, Ticon, Arethas in 21. Apoc.

B

Ideò sic Ephesiorum 2. fideli congregationi loquebatur Apostolus, [f] *Fratres iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Quos tanti fecit Dominus Iesus, vt eos tanquam lapides pretiosos, [g] quos in figura maximus veteris legis sacerdos in pectorali, humerisque portabat, in pectore per amorem suum cuius inclinatione maxima propendit in illos: & in humeris per suæ auxilium gratiæ gestare voluerit.

f Ephes. 2.

Quanti fecerit 12. Apostolos Dominus, vt eos in pectore & humeris gestasse dicatur

g Exod. c. 39.

Sicut præclarè [h] sanctus Hieronymus euoluto explicatoque legis antiquæ mysterio his verbis exposuit eos scilicet mysticos lapides Ecclesiæ fundamentales, *verus pontifex secundum ordinem Melchisedech portat in pectore; Portat in humeris, vt in duodecim lapidibus duodecim Apostolorum numerum: & in duobus Onychinis vtriusque testamenti sacramenta demonstret: & eosdem Apostolos eleuauit super caput suum in formam pretiosæ coronæ, atque illustrissimi diadematis*, quo suum decorabat ornabatque diuinum caput iuxta hoc Zachariæ vaticinium, [i] *lapides sancti eleuabuntur super terram eius.* Vel vt vis Hebræi idiomatis sonat. *Lapides diadematis eleuabuntur.*

h S. Hieron. in c. 28. Ezec

C

Apostoli sunt corona Christi & quare.

i Zachar. 9. v. 16 phrasis Hebr.

Quo loco de Apostolis sermo est, vt S. exponit Hieronymus hanc lectionem secutus, [k] *lapides sancti voluuntur super terram instar rotarum paululum tangentes humum, & volubilitate sua ad cælestia festinantes.* Vt sit sensus lapides diadematis, hoc est, qui diadema Christi conficiunt, eleuabuntur super terram, id est, in maxima veneratione pretioque in Ecclesia reputabuntur tanquam lapides fundamentales atque pretiosissimi in ædificio Ecclesiæ positi, cum ipsi Christo Domino tanquam augustissimum diadema, qui est lapis fundamentalis, imponuntur, vt [l] sanctus Hieronymus sapienter grauiterque suis commentarijs in epistolam ad ephesios interpretatur in hæc verba, *In quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in Domino.*

k S. Hier. in c. 28. Ezech.

D

l S. Hier. in c. 28. Ezechiel. v. 21.

Quod autem Christi Domini diadema coronaque ex duodecim Apostolis tanquam pretiosissimis lapidibus contexta dicatur, mysterium est nihil aliud designans, quam Apostolos in Christo Domino mysticam eamque pulcherrimam veluti coronam extitisse: quia nempe ipsi ipsum Christum Dominum Regem monarchamque toto orbe quem peragrarunt prædicando constituerunt, eique imperium terræ infidelitate paganorum subacta per publicationem Euangelij cælestisque regni prædicationem multorum signorum, virtutumque ostensione pepererunt. In quo illustrissimum muneris Apostolici iubar encomiumque maximè fulgescit.

Apostoli prædicando, regnũ mundi Christo pepererunt.

A

2. Pars. Munus præcipuè Apostolorum duplex.

1 Viuere cum Christo.

2. Eius prædicare per mundum Euangelium.

Quod munus duplex præcipuè esse perhibetur. Primum erat Christo adesse tanquam laboris socios, vitæ eius miraculorumque testes, atque cum illo tanquam discipulos cum præceptore, filios cum patre, domesticos ac familiares eum Domino piè sancteque viuere. Alterum Christi Domini aduentum, eius doctrinam, fidem, sanctitatem, regnum denique illius cælesti tuba prædicationis euangelicæ per totum mundum, mirabili diuinoque tono circumsonante publicare.

B

Quod sanctus Marcus vtrumque munus his verbis breuissimè complexus est, [m] *Ascendens in montem*, scilicet Dominus Iesus, *vocauit ad se quos voluit ipse & venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum eo, & vt mitteret eos prædicare.* Atque vt ipsi Apostoli verbum veritatis virtute multa prædicarent, *Dedit eis potestatem curandi infirmitates & eyciendi dæmonia*, inquit idem sanctus Marcus, aliaque patrandi miracula, vt [n] alij euangelistæ suis scriptis memoriæ prodita posteritati commendarunt.

m S. Marc. 3. v. 13. 14.

n S. Mar. c. 28. S. Luc. 24. S. Ioannes 21.

Vtrumque munus vno testimonij nomine sic contineri comprehendique videtur, vt Apostoli testes propriè Christi Domini dicerentur. Et quia viderunt eum & cum eo sanctissima societate familiaritateque vixerunt: & quia post eius ascensionem de eius vitæ mirabili sanctitate, virtutibus, doctrina, sapientia, miraculis, de eius morte, resurrectione, gloriosa ad cælos ascensione; deque eius regno cælesti eius sanguine mortisque passione hominibus acquisito, testimonium veritatis vniuerso mundo perhibuerunt.

Pro vtroque munere Apostoli dicti testes Christi.

C

Pro 1. munere.

Prioris respectu muneris Apostolos fuisse testes appellatos, quamplurima sacræ Scripturæ oracula comprobant. Sic sanctus Petrus cum de sufficiendo in locum proditoris Iudæ nouo Apostolo cogitaret, sacro Apostolicoque cætui locutus est, [o] *Oportet ex illis viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo intrauit, & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Ioannis vsque in diem qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.*

o Act. 1. v. 21.

D

Huius nuncupationis Apostolicæ formulam sanctus Petrus à Domino didicerat, ita illum cæterosque breui ad patrem migraturo Apostolos alloquente: [p] *Eritis mihi testes in Hierusalem & in omni Iudæa & Samaria, & vsque ad vltimum terræ.* Hoc tam sancto illustrique de Christi Domini vita, morte, resurrectionem testandi munere ipse summus Apostolorum vertex gloriando dicebat. [q] *Præcepit nobis prædicare populo & testificari, quia ipse est qui constitutus est iudex viuorum & mortuorum.*

p Actor. 1. v. 8.

q Act. 10 v. 42.

r Act. 20 v. 24.

Sicut postea vas electionis sanctus Paulus huius muneris officijque gloria lætatus exultabat dicendo. *Nihil horum vereor, nec facio animam meam pretiosiorem, quam me dummodo consummem cur-*

sum meum, & ministerium verbi quod accepi à Domino Iesu testificari Euangelium gratiæ Dei. A Cuius muneris honore se potiturum Romæ, sicut ante Hierosolymis certus erat Apostolus ex reuelatione, quam per quietem à Saluatore mundi diuinitus acceperat, ei hæc dormienti noctu dicente. [a] *Constans esto, sicut enim testificatus es de me in Hierusalem, sic te oportet & Romæ testificari:* His similibus sacræ scripturæ locis permotus Tertullianus dixit: [b] *Resurrectionem Apostolica quoque instrumenta testantur. Nam & Apostolis nullum aliud negotium fecit duntaxat apud Hierusalem, quam veteris testamenti resignandi, & noui consignandi, & potius iam Dei in Christo concionandi, ita & de resurrectione nihil noui intulerunt, nisi quod & ipsam in gloriam Christi annuntiabant.* Quapropter Christus Dominus Apostolos suos voluit sibi domestica filialique familiaritate habere sociatos, B vt tanquam testes oculati cum sancto Petro dicere possent, [c] *Testibus præordinatis à Deo nobis qui bibimus & manducauimus cum illo.* Et cum Ioanne, [d] *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ.* Et quia vt quis Apostolatus honorem sibi verè meritoque vendicare posset, illi erat, aliquando Dominum Iesum corporali præsentia vidisse necessarium. Ne sanctus Paulus ab hoe Apostolatus honore exclusus esse videretur, se Dominum Iesum vidisse, scilicet in raptu suo, his verbis affirmauit. [e] *Non sum liber? Non sum Apostolus? Nonne Iesum Christum Dominum nostrum vidi?*

a Acto. 23.

b Tertull. l. de resurrec. carnis.

c Actor. 10. v. 41.

d Ioan. epist. 1 c. 1.

proprié non est dicendus Apostolus qui Dominum in carne non vidit.

e 1. Cor. 9 v. 1.

Respectu alterius officij nempè Euangelium omni creaturæ prædicandi etiam testes Domini C Iesu; scilicet eius vitæ, mortis, resurrectionis, gloriosæ, triumphantisque super cœlos exaltationis Apostoli dicebantur. Cui enim muneri præcipuè vacabant illi, cum virtute magna testimonium resurrectionis Iesu Christi reddentes, quam Euãgelicæ prædicationi? [f] Docentes omnes gentes filium Dei in hunc mundum venisse, [g] *In terris visum cum hominibus cõuersatum*, crucis patibulo mactatum, resurrexisse gloriosum, & [h] propter passionem mortis, vt nos ab æterna damnatione vindicaret, gloria & honore coronatum, ad patris dexteram, à qua *propter nos homines, & propter nostram salutem* pro certo tempore recesserat, locũ super omnes cœlos suæ sempiternæ gloriæ repetiuisse? Quò enim ista S. Pauli ad Timotheum discipulum, nisi ad prædicationem Euangelij referebantur? [i] *Noli erubescere testimonium Domini nostri*, D & illa eiusdem Apostoli [k] ad Corinthios iuxta [l] Theophilacti interpretationem: *Et testimonium Iesu Christi confirmatum est in vobis.* Similiter illa ad eosdem Corinthios. [m] *Non in sublimitate sermonis aut sapientiæ annuntians vobis testimonium Christi.* Quæ munera quia dum Apostoli religiose atque fideliter exercebant, actionibus varijs diuersisque in salutem populorum, quos testimonio veritatis informabant, functionibus occupabantur, propterea, vt eas exprimeret Dominus diuersis illos nominibus nuncupare voluit: modo, [n] *Terræ salem*, scilicet hominum, quod homines terræ nomine [o] ex D. Augustino significatos diuina sapientia tanquam sale conditos instructi essent, optimisque moribus & exemplis ad

Pro altero munere scilicet prædicandi Euangelium omni creaturæ etiam Apostoli dicti testes Iesu Christi.

f Actor. 4.

g Baruch. c. 3. v. 38.

h Hebr. c. 2.

i Ad Timoth. c. 1. v. 8.

k 1. Corinth. 1.

l Theophylact. in 1. Corinth. 1.

m 1. Cor. 2. v. 1

n S. Matt. c. 5. v. 13.

o S. Aug. l. 1 de serm. Domini in monte.

Apostolos varijs vocauit nominibus Dominus propter varias functiones eorum muneribus inhærentes.

virtutis ardorem inflammaturi, saporem instar salis, illorum mentibus Christianæ deuotionis instillantes: Modo [p] *lucem mundi*, quod omnes mundi populos Christianæ doctrinæ, vitæ sanctitate; morumque iustorum veluti claro fulgentique lumine essent illominaturi.. *Modo Ecclesiæ* [q] *fundamenta*, vt supra vidimus: Modo [r] *portas cæli*, quod aditum ingressumque ad cælestia regna terræ nationibus Euangelica doctrina essent ostensuri. Modo *Patres*, quod parturientes Christo credentes in eum verbi diuini semine procreare deberent: sic se Corinthiorum patrem Apostolus vocabat, hanc huius paternitatis rationem afferens. [s] *Nam in Christo Iesu per Euangelium vos genui.* Hac ratione se Galatarum patrem, eosque suos filios appellabat, [t] *Filioli mei quos iterum pariam, donec formetur in vobis Christus.* Sic se spiritualem Onesimi patrem, hæc ad Philemonem scribens esse dixit, [u] *Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis Onesimo.* Ad hanc paternitatis Apostolicæ gloriam hæc regij Prophetæ verba [x] sanctus Augustinus referenda putat, [y] *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, propterea populi confitebuntur tibi, &c.*

1 Sal terræ.
2. Lux mundi.
3 Fundamentum Ecclesiæ.
4. Porta cæli.
5. Patres credentium

p S. Math c 5. S. Luc. c 8.

q Ephes. 2.

r Apoc. c 21. v. 15.

s 1. Cor 4.

t Galat. 4.

u Ad Philemonem v. 10.

x S Aug in Psal 44.

y Psal. 44.

At est qood diligenter animaduertere debeamus, Apostolicæ functionis & officij dignitatem sublimem, miramque sanctitatem ad longè plura, quam ad Euangelij prædicationem, & ad Iesu Christi vitæ, sanctitatis, miraculorum, Mortis, Resurrectionis, Ascensionisque gloriosæ testimonium ferendum se extendere: sed ad ea quæ vniuersalis Ecclesiæ regimen gubernationemque respiciunt, sub principe Monarcha, diuina virtute propagata moueri. Contra [z] hæreticorum blasphemias, qui hanc Apostolici muneris dignitatem ad solam diuini verbi prædicationem impiè coarctantes, eam vlterius prouehi non posse sceleratè mentiendo pertinaciter asseuerarunt. Illi siquidem Apostoli iuxta suæ à Christo Domino traditæ dignitatis amplitudinem, Episcopos & Presbyteros Ecclesijs præfecerunt, qui greges Domini in diuersis mundi partibus habitantes suæ fidei disciplinæque creditos sacro doctrinæ Euangelicæ cibo, sacramentorumque dispensatione fideliter alerent ac nutricarentur, [a] vt ex actibus notum est. Ipsi Ecclesiarum principes & primi iura Ecclesiæ tradiderunt, & [b] iudiciorum exercitatione sanctè religioseque tradita corroborarunt, & corroborata sua auctoritate recta iudicandi forma legumque vigore constituto sanctificauerunt: Nec ab vllis institutis, legibusque publicandis abstinuerunt: [c] Quibus Christianæ religionis atque Reipublicæ Ecclesiasticæ dignitas majestasque confirmata per omnia terræ climata propagaretur. Non sine propterea magno mysterio duodecim Apostoli mystici boues atque metaphorici à sanctis patribus appellantur, per illos duodecim boues æneos repræsentati, quos supportantes mare æneum sustinentesque [d] Rex Salomon ædificari mandauit. Sicut cæteros prædicatores & pastores, Apostolorum vigilias, sodores, curas, solicitudinesque in instruendis regendisque populis, vt salui fiant æmulantes hoe ipso bouis nomine Apostolus insigniuit, hoc illis Deuteronomij

Apostolica dignitas ad plura munera, quã ad prædicatenem verbi diuini se extendit contra hæreticos.

z Vualdenses apud S. Antoninũ 4. p. summæ tit. 11. c. 7 § 2. Marsil. de padua in l. qui inscribitur defensor pacis de re imperatoria & pontific. Vuicleff. art. 38 in Const. Concil. Ioan. Hus art. 15. *Sic Luther, Caluinus multis in locis suorum scriptorum impiorum.*

a Actor. 20.

b Actor. 5. v. 4. 4. & 8.

c S. Clemens l. 2. Constit c. 47 48 49. 50. & seq.

Apostoli mystici boues appellantur, & eorum sectatores prædicatores & pastores, & cur.

d 3 Reg c. 7. 2. Paralip. c 4.

a Deuteron. c.25. 1. Cor. 9.

25. accommodans.[a] *Non alligabis os boui trituranti. Nunquid*, inquit, *de bobus cura est Deo? an propter nos vtique dicitur? Nam propter nos scripta sunt, quoniam debet in spe qui arat arare, & qui triturat spei suæ fructum percipere.* Quoniam Apostoli pro iniuncto sibi à saluatore nostro munere tanquam mystici boues mare sibi superimpositum, id est congregationem populorum in Ecclesiæ gyrum congregatorum fulciunt atque portant, dum eos Euangelicæ doctrinæ atque Christianæ veritatis splendoribus illustrant, legibusque cælestibus gubernatos ad cælestia regna desiderio, bonisque operibus euehunt. Ex his duodecim bobus Salomonis imperio fabricatis[b] tres ad Aquilonem, tres ad Occidentem, tres ad Meridiem, & tres ad Orientem respiciebant; quia Apostoli in quatuor mundi partibus fidem religionis Christianæ fæcundo & amplo animarum fructu prædicarunt, populosque diuersos ex quatuor illis terrarum partibus ad legum Christianarum à se institutarum obsequia reuerentiamque compellauerunt. [c] Quorum posteriora boum intrinsecus latebant, quia quanta mercede gloriaque illi sancti prædicatores, prædicatorum Magistri, atque fidelium patres nunc in cælo pro tot recte factorum sudoribus, laboribusque remunerati potiantur; nos qui adhuc viatores & aduenæ in terra sub mortis corporeæ legibus vexillisque militamus, quod talis gloria mortales hebetet visus, apprehendere non valemus: ad quam conceptionem[d] sanctus Gregorius interpretatione docta deuotaque nobis lampada præbuit, lucemque monstrauit.

b 3 Reg. c. 7. *Nota mysteriũ expositũ boum mare æneum portantium.*

c Ibid.

d S. Greg. p. 2. curæ pastor. c. 5.

CAPVT X.

1. *De dispersione Apostolorum in varias mundi partes, deque eorum munere extraordinario conformibus à Deo gratijs illustrato.*

2. *Monarchica semper S. Petri maiestati subdito.*



CHRISTVS autem Dominus nostræ salutis auctor eligens hos discipulos viles & abiectos ingenio, sorte & doctrina, ad tantum dignitatis Apostolicæ fastigium, mittensque eos in dispersionem gentium, vt eas relicta infidelitate & eiurato dæmonis imperio ad se conuerterent: illis sublimia virtutum gratiarumque diuinarum charismata suæ conformia dignitati copiosè largitus effudit; Vt ad conuersionem gentium Euangelijque propagationem nihil Apostolico muneri deesse posset. Sic enim illis Dominus, vt de sua diuinorum charismatum largitate nullo modo diffiderent, in Euangelio loquebatur; [a] *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Quasi illis diceret, graue onus, magnum dignitatis officijque grauissimi pondus vestris humeris imposui: sed tamen nolite diffidere. Ego enim tantarum virtutum gratiarumque supernaturalium vos fœcunditate cumulabo,

a S. Ioan. c. 15. v. 16.

Argumentũ à minori.

A vt præ tot virtutum magnitudine omne illod graue pondus & munus iugum suaue, leueque onus sitis iudicaturi. Si enim Moysi ad singularem quandam pro liberanda ab immani Pharaonis tyrannide Hebræorum gente legationẽ deputato talem se per infirmitatem imperitiamque suam, excusando prouinciam deprecanti Deus cum increpatione dixerit.[b] *Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cæcum? Nonne ego? Perge igitur & ego ero in ore tuo, & docebo te quid loquaris.* Quæ verba cogitatione attenta interius examinans Origenes in hos sermones erupit. *Audi quam opimis magnificisque muneribus: Ego, inquit, aperiam os tuum, & instruã te, quæ oporteat te loqui. Beati sunt quorũ Deus os aperit, vt loquãtur. Prophetis os aperit Deus, & replet illud eloquio suo, sicut in præsenti dicit.* Sed & per Dauid dicit B Deus.[c] *Dilata os tuũ & implebo illud.* Similiter & D. Paulus Ephesiorũ se precibus cõmendat: ad quid? *Vt detur*, inquit, *mihi sermo in apertione oris mei.* Si Moysi balbutienti, & de ingenij tarditate naturæque infirmitate expostulanti diuini eloquij torrente Deus affulserit, vt contra impiom regem pro liberando fideli populo de manu eius in exigua parte terræ tyrannide sæua perculso, lingua, signis, ac virtute sublimi congrederetur: quantò maiora virtutum diuinarum charismata suis Dominum Apostolis dedisse credemus? Qui non contra hominẽ impiũ, sed contra dæmonia, non contra vnum Ægypti regem, sed contra omnes principes, reges, imperatoresque mundi erant certamine summo luctaturi, vt de seruitute non hominis tyranni, sed Diaboli atque Luciferi dæmoniorum omnium principis omnes gentiles C captiuitati mortis æternæ miserrimè mancipatos, in brachio extento fortique mano potenter eriperent? Hæc quæ defendimus satis illa Christi Domini verba ad Apostolos manifeste comprobant. *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Et alibi,[f] *dabo vobis os & sapientiam cui non poterunt resistere omnes aduersarij vestri.* Hęc dona virtutũ memorabilium eloquentiæque supernaturalis infimis ac vilibus piscatoribus elargita diuinam Christi Domini virtutem potentiamque magis ac magis illustrant, & sublimius exaltant.[g] *Quemadmodum enim*, inquit Theodoretus, *Piscatores publicanos & cerdones veritatis prædicatores & doctores pietatis creauit, sic per vocem infirmam & linguam tardam confudit sapientes Ægypti.* Item si Hieremiæ posionẽ, se loquij nescientẽ confitenti, proindeque se omnino incapacẽ D ad prædicationis munus pro populorũ cõoersione profitẽti dixerit Dominus. *Noli dicere puer sum, quoniam ad omnia quæ mittam te ibis: & vniuersa quæcumque mandauero tibi loqueris. Ne timeas à facie eorum quia ego tecum sum, vt eruam te dicit Dominus.* Atque tantæ promissionis diuinæque pollicitationis illico subsecutum effectum fuisse sequentibus verbis ipse propheta testatur:[i] *Et misit Dominus manum suam, & tengit os meum, & dixit Dominus ad me, ecce dedi verba mea in ore tuo: Ecce constitui te hodie super gentes & super regna, vt euellas & destruas, & disperdas & dissipes & ædifices & plantes.* Quid mirum si Dominus IESVS Deus de Deo, lumen de lumine tot cælestium donorum gratiarumque diuinarum A-

b Exod. 4.

Orige hom. 3. in Exod.

c Psal. 5.

d Ephes. c. 6. v. 19.

e S. Matth. 10. v. 19.

f S. Luc 21. v. 15.

g Theod q. 11. in Exod.

h Hiere c. 1. v. 7.

i Ibi Hiere. 1 v. 9.

A postolorum suorum corda splendoribus irradiauerit, quos mundi præceptores ac magistros ad omnium populorum conuersionem Euangelica prædicatione, signis, miraculis, virtutibusque naturæ terminos excedentibus corroborata mittebat? certè vt cum Theodoreto loquar,[a] *Quod Moysi & Ieremiæ olim pollicitus est Deus, suis etiam promisit reque ipsa præstitit Apostolis. Eandem sacris Apostolis pollicitationem dedit ratam ac firmam: quos cum iussisset docere omnes gentes prospiciens quomodo vndecim & pauperes & facultate dicendi destituti, vniuersam terram peragrarēt ambiguitatem soluit, excussoque timore dixit, ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi*: Magnalia sunt ista Dei, quæ Apostolis antea vilis & abiectæ conditionis hominibus ostensa terruerunt mundum, & vicerunt, victumque & mortuum diabolo ne in æternum periret in regis regum dominique dominantium obsequia B conuerterunt: De quibus ita S. Iustinus.[b] *Duodecim tintinnabula è stola pontificis dependentia iuxta præscriptum significabant duodecim Apostolos pendentes à potentia Christi æterni sacerdotis, per quorum voces totus mundus gloria gratiaque Dei ac Christi repletus est: propterea Dauid dixit,*[c] *in omnem terram exiuit sonus eorum.* Quanta verò virtute potentiaque mirabili illi terricolarum Magistri, Ecclesiæ fundamenta, populorum saluandorum principes, sal terræ, lux mundi, cæli ianitores, legis Euangelicæ præcones, fidei Christianæ plantatores, spirituales denique omnium Catholicorum patres, progenitoresque mundum perditum è faucibus inferni, captiuitateque dæmonis ereptum, in beatissimam filiorum Dei libertatem sapienter suauiterque deduxerunt: Hoc eleganti tenore verborũ S. Chrysostomus breuiter exponit.[d] C *Peragrarunt piscatores orbem terrarum, & infirmum eum inuenientes ad sanitatem reduxerunt: & in ruina positum ad stabilitatem reuocarunt: non scuta mouentes, non arcus tendentes, non sagittas mittentes: non pecunias largientes, non eloquentia confidentes. Erant nudi quidem sæculo, sed induti Christo: Pauperes sed diuites: Pecunia indigentes, sed regnum cælorum possidentes: non habentes humana solatia, habentes autem Dominum suum.* Quibus officiis muneribusqoe mundi conuersioni occupatis nulla res potest excogitari diuinior: *Cum diuinorum omnium diuinissimum esse renocandis ad suum auctorem mortalibus operam nauare,*[e] S. Dionysius asseuerauerit. Hæc ars omnium præstantissima & scientia scientiarum, quam è cælo demissam non ab alio præceptore, quam ipso Deo Domino nostro Iesu Christo Apostoli immediatè D didicerunt, hauserunt & expresserunt: vt his verbis indicare clarissimè videtur Apostolus,[f] *Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio.* Secundum quod ipse Dominus Deus Ecclesiæ Christi venturæ pollicebatur, illam sic affando,[g] *Ecce ego sternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in saphiris, & ponam in iaspidem propugnacula tua & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles vniuersos filios tuos doctos à Domino*, Seu vt septuaginta verterunt,[h] *διδακτοὺς Θεοῦ*, scilicet doctos Dei seu discipulos Dei: vel vt S. Ioannes cap. 6. loquitur,[i] *docibiles Dei.* Si tales futuros Dei discipulos Apostolos eloquia diuinæ sapientiæ per semetipsum immediatè eorũ cordibus instillantis propheta prædixerit: quid mirum si illi etiam natura sua rudes & agrestes cultu, disciplina liberali destituti, altissima & abdictissima

a Theod. vbi supra Hier. 2.
b S. Iust. dial. contra Tryp.
c Psal. 18.
d S. Chrysost. homil. 1. de pentecoste.
e S. Dionys. de Eccles. hierarch.
Apostoli à solo Deo edocti αὐτοδίδακτοι iure dicti.
f Hebr. 1. v. 1.
g Esa 54. v. 11.
h Septuaginta versio.
i S Ioan. c. 6.

A rerũ diuinarũ mysteria à tãto præceptore Deo explicata facilè mente concipere & apprehendere; & apprehensa corde & affectu diligere, dilectaque foras linguis diuini amoris igne concalefactis in hominum animos ad eorum salutem efficaciter effundere potuerint? Quam sublimem doctrinam diuinamque sapientiam hoc diuino præceptore docente, tam perfectè sublimiterque didicerunt: vt ea non homines solum ad salutem æternamque vitam, sed etiam Angelos ipsos in gratia confirmatos ad maiorem gloriam solatiumque sæpius informauerint, vt disertis his Apostolus verbis aperuit.[k] *Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus Euangelizare inuestigabiles diuitias Christi & illuminare omnes, quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à sæculis in Deo, qui omnia creauit, vt innotescat principatibus & potestatibus in* B *cælestibus, per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.* Hunc S. Pauli locum mysterijs sublimem difficultatibus arduum, clarè S. Thomas in hanc Apostoli Epistolam commentarijs exponens ait,[l] *Per quid autem in principatibus & potestatibus in cælestibus innotescat multiformis sapientia Dei*, subdit dicens, *per Ecclesiam. Quod quidem magnam habet difficultatem. Nam glossa habet, (id est per Apostolos in Ecclesia prædicantes) vnus quidem intellectus esse potest, quod scilicet Angeli ab Apostolis didicerint, & hoc videtur quandam rationem habere. Videmus enim quod in cælo inter Angelos superiores, qui immediatè à Deo illuminantur, illuminant & docent alios inferiores Angelos qui non immediatè illuminantur à Deo. Non videtur ergo irrationabile quod docuerint Angelos Apostoli, qui immediatè à Deo sunt edocti iuxta illud Ioãnis. I.*[m] *Vnigenitus qui est in sinu patris* C *ipse enarrauit.* Hæc S. Thomas. Quò referenda sunt hæc Theodoreti dicentis,[n] *Nec potestates quæ sub aspectum non cadunt, sciebant mysterium sed per dispensationem, quæ est in Ecclesia ineffabilem Dei sapientiam didicerunt.* His igitur cęlestium donorum Apostoli splendoribus illostrati, postquam cunabula nascentis crescentisqoe Ecclesiæ in Iudæa per aliquot annos suis prædicatiooibus, collationibus, miraculis, institutisque corroborauissent; suam in omnes mundi regiones ab interitu S. Iacobi maioris ferali Herodis iudicio capite truncati dispersionem instinctu Spiritus sancti concluserunt. vt[o] S. Chrysostomus testatus est: sicut post necem S. Stephani lapidibus oppressi, vniuersi qui erãt Hierosolymis discipuli in diuersos Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ & Bithyniæ regiones dispersi cõmigrarunt. Quos S. Petrus propterea D appellabat,[p] *filios dispersionis*, Apostolis in vrbe Hierosolymitana non sine magna diuinæ prouidentiæ dispensatione remanẽtibus. Sed antequam per omnes mundi partes egressi Iudæa Apostoli diuiderentur: Christianæ religioni consulturi, quid singuli essent prædicaturi gentibus ne vlla ex parte, aliqua ne minima quidem, vel apparens inter eos in annuntiando Christi Domini Euangelio eiusque publicandis cælestis regni legibus diuersitas exurgeret: quosdam fidei canones, quibus vniuersam Christi religionem perstringentes solido veritatis robore firmarent, constituere ac ordinare voluerũt. Quos proprio nomine symbolum Apostolorum sancta Mater Ecclesia consueuit appellare, sic dictum vel quia quilibet Apostolorum ad id fidei corpus perficiendum, suum attulit symbolũ (propter quod, illud ante cędem S. Iacobi confectum fuisse credendum est) vel

qua

Apostoli non solum hominum, sed etiam sæpius Angelorum præceptores extiterunt.
k Ephes. 3. v. 8
l D. Thom. Comment. in epist. ad Eph.
m S. Ioan 1. v. 18.
n Theod in ep. ad Ephes
post occisum S. Iacobum maiorem facta est Apostolorum per orbem dispersio.
o S. Chr. hom. 70. in S. Matt. 22.
S. Luc Act. 8.
p 1. Petr. c. 1.
Antequam in varias terras dispertirentur Apostoli fidei symbolum conscripserunt.
Cur sic dictum symbolum.

quia qui Christiani essent eo symbolo, veluti militari tessera data dignosci ab infidelibus facilè possent. De quibus Canonibus, symbolo Apostolico dictis hæc Ruffinus in Apostolorum symboli expositione.[a] *Discessuri Apostoli ab inuicem normam prædicationis in commune constituerunt: ne forte alij ab alijs abducti diuersum aliquid his qui ad fidē veniebant, exponerent. Ergo omnes in vno positi & spiritu sancto repleti breue illud futuræ, sicut diximus, prædicationis indicium conferendo in vnū, quod sentiebat vnusquisque, cōponunt, atque credētibus hanc dandam esse regulā statuunt. Symbolū autem hoc multis & iustissimis de causis appellare voluerūt. Symbolū enim Græcè, iudicium dici potest & collatio: hoc est, quod in vnū conferūt: id enim fecerunt Apostoli in his sermonibus in vnum conferēdo vnusquisque quod sentit.* Hæc ille. Quā quidem Apostolorū dispersionē Spiritus sancti monitis instinctuque fuisse factam dubitare nō debemus. Si enim de Paulo & Barnaba priusquā ad prędicandū gentibus Euangeliū Christi mitterentur, spiritus S. ipse dixerit.[b] *Segregate mihi Saulum & Barnabā in opus ad quod assumpsi eos*, quomodo non magis omniū Apostolorū ad omnes gētes dispersionē à Spiritus S. præscripto interius eorū corda principali virtute mouentis atque confirmātis factā fuisse credemus? Qui erāt velut illi duodecim exploratores ad explorationem terræ promissionis à Moysi singuli de singulis tribubus missi iuxta hoc Domini præceptū,[c] *Mitte viros qui considerēt terrā Canaan singulos de singulis tribubus ex principibus qui pergētes vsque ad torrentem botri absciderunt palmitem cum vua sua quem portauerunt in vecte duo viri: de malis quoque granatis, & de ficis loci illius tulerunt post quadraginta dies.* Terra promissionis cælum est, quod sapientia de cælo missā, quā Dominus in eorū cordibus inseruit, Apostoli explorauerunt: huiusq; diuinā terrę fertilitatē mundi populis annuntiauerūt: cū illis botrū Cypri & vuā sacro fœcundissimā liquore crucis torculari calcatā portauerunt;[d] id est Christum Iesum, & eū crucifixum, *Iudæis scandalum gentibus autem stultitiam*, prędicauerunt: vt in eum credentes baptizati huius tandem terræ cælestis, terræ viuentium promissionisque dulcedine fertilitateque potirentur.

a Ruffinus in expositione symboli.
Hoc dispersio spiritus sancti instinctu facta.
b Actor. 13.
Apostoli in 12. terra sancta exploratoribus figurati.
c Num. 13 v. 5.
d 1. Corinth. v. 23.
2. Pars.
Apostolicus ordo quamuis in Ecclesia nobilissimus, tamē omnes Apost. li S. Petro tanquam summo pontifici & pastori Ecclesiæ œcumenico erant subditi.
Semper S. Petrus in Euangelio primus omnium nominatur.

Sic autē illi in Ecclesia primi extitere dignitate & muneris excellētia, vt tamē omnes S. Petro, summo Pontifici vicario Christi pastoriq; Ecclesiæ œcumenico tanquam primi principes in Imperio sæculari sub rege ac Imper. subditi paruerint. Propter quod quāuis S. Petrus nō sit primus Apostolorū ordine tēporis, tamē vt eius sūmma super omnes dignitas & principatus ostēdatur, sēper illū Euāgelistæ quotiescumq; cōmemorant cū alijs Apostolis primo loco velut in capite collocāt. Tres Euangelistæ[e] SS. Mathæus,[f] Marcus, &[g] Lucas omnes nominatim Apostolos recitāt, & sēper apud illos cæteris S. Petrus ordine pręit, si duo vel tres & Paulò plures cōmemorentur, inter quos sit Petrus sēper eius in ordine primo fit mētio. Ita apud SS.[h] Marcū &[i] Lucā leguntur. *Non admisit quemquā se sequi nisi Petrū & Iacobū & Ioannē.*[k] Apud S. Mathæū. *Assumpsit Petrū, & Iacobū & Ioannem,*[l] Iterū apud S. Marcū, *interrogabāt eū Petrus & Iacobus & Ioānes & Andreas.*[m] Apud S. Ioā. *Erant simul Simō Petrus, & Thomas, & Nathanael, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius duo.* Quis prudentiæ iudicijq; cōpos iure posset asserere huic ordini numerādi Apostolos tāta constātia concordiaq; Euāgelistarū firmato, casū ac fortunæ temeritatē irrepsisse?[n] Quod si quis contra hunc dignitatis ordinē obiiciat S. Paulū ad Galat. 2. tres numerādo

e S Matth. 10.
f S. Marc. 3.
g S Luc. 6. & act. 1.
h S. Marc c. 5.
i S Luc. c. 8. v. 5.
k S Matth. 22. v 2
l S. Marc. 13. v. 3.
m S. Ioan. c. vltimo.
n Obiectio ex loco S. Pauli ad Galat. 2.

A Apostolos Petrū, Iacobū & Ioannē, primo Iacobū loco recēsuisse, *Iacobus*, inquit, *& Cephas & Ioannes*, pro respōsione illud librariorū vitio factū vt Iacobus Petro ordine pręiret, quod auctoritate magnorū Patrū SS. Chrysostomi, Ambrosij, Hieronymi, August. comprobatur Nam[o] S. Chrysost. in hunc Apostoli locū S. Petrū prius ab Apostolo quā Iacobū fuisse nominatū asserit, vt inde verosimile, aliū in quibusdā Græcis exēplaribus quā nūc passim reperitur, ordinē fuisse colligamus. S. verò[p] Ambrosius,[q] Hieron.[r] August. cōmentarijs hūc Apostoli locū interpretantes nunquā Iacobū Petro in ordine præferūt, sed postponūt semper. Alij dicūt, vt S. Anselmus & D. Thomas in hunc locū, S. Iacobum prius à S. Paulo nominatū, quia erat Episcopus Hierosolymorū vbi tunc erāt Apostoli, vel ab Apostolo eo loci nullā ordinis habitā fuisse rationē. Constat enim hanc Apostoli sēper animo veri insedisse persuasionem, B vt S. Petrū Iacobo maiorē esse crederet: qui se data opera Hierosolymā non vt Iacobū, sed vt Petrū videret, venisse profitetur ad Galat. c. 1. v. 18. Hic ordo numerādi Apostolos, vt prius S. Petri quā aliorū mentio fieret, eiusdē S. Petri super omnes Apostolos principatui debebatur, quē omnes S. Patres ingenuè fide Catholica confitentur: Nec est nisi hæreticus, Scismaticus, Apostata, sacrilegus & impius, vt supra diximus, qui cōtra pugnare audeat.[s] *Prior Andreas secutus est saluatorē*, inquit S. Ambrosius, *Sed primatū non accepit Andreas, sed Petrus.* Sic eū S. Petro primatū[t] S. August. multis suorū operū locis, sicut prædiximus supra, præsertim tractatu vltimo in Ioānem clarè solideq; confirmauit. Sic alij S. Patres, quorū similiter sæpius testimonia recensuimus. In cuius rei fidē ita Spiritus S. Euangelistarū C Apostolorūq; quasi per manū in viā veritatis scripta deduxit, vt ex illorum ordine ac dispositione in cōmemorandis cū S. Petro cæteris Apostolis horū sēper ille princeps appareat. S. Marcus ita loquitur[u] *Et prosecutus est eū Simō, & qui cū eo erant*, Ita S. Lucas dixit[x] *Petrus & qui cū eo erant* Et alibi:[y] *Petrus verò & qui cū eo erant.* Ita Angelus apud S. Marcū,[z] *Dicite discipulis eius & Petro.* Ita S. Lucas in actibus.[a] *Stans Petrus cū vndecim*, & postea, in capite,[b] *Dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos*, & c. 15. post Sermones multos. *Petrus, & Apostoli dixerunt.* Et[c] S. Ignatius Apostolorū discipulus Dominū Iesum victorem de morte ab inferis gloriosè redeuntē ad Apostolos venisse scribit, *qui circa Petrum erant.* His loquendi formulis exprimitur S. Petrus tanquam pater, pastor, dux & princeps aliorum: qua formula vtitur S. Ioan. Apoc. 12. de Michaele & Diabolo, loquens de illo vt bonorū, de hoc vt malorū Angelo- D rū duce,[d] *Michael & Angeli eius, Diabolus & Angeli eius.* Et in sacris Euangelijs sæpius S. Petrū tanquā aliorum principē ita à Domino designatū pro omnibus loqui videmus, sic nēpe,[e] vt S. Cyrilli verbis vtar, *Per vnum qui præerat, omnes respondere videbantur*, vt non immerito[f] S. Chrysostomus S. Petrum Apostolorum os apellauerit. Illā verò principalem summāque S. Petri super omnes Apostolos auctoritatē tanquā Pōtificis Ecclesiæ Monarchici, & huic tanquā principi canonicā ipsorum subiectionem ex eo manifestè clarere conspicimus, quod ipsi immediatè à Christo Domino Apostoli retræque principes in spirituali Hierarchia creari, non alia postea ratione ab ipso Domino dignitatis Episcopalis splēdore nisi per S. Petrum illustrari fuisse videantur. Neque enim facile ad assertionis oppositæ tuitionē aliquis in Euangelio locus inueniri potest, in quo

Responsio.
o S. Chrysost.
p S. Ambros.
q S. Hieron.
r August in Epist. ad Gal. 2.
Primatum S. Petri super omnes Apostolos nullus Catholicus negauit vnquam sed solum à religione Christiana & fide transfuga.
s S Ambros. in 2. ad Corinth. cap. 12.
t Tractat. vlt. in Ioan.
Cæteri Apostoli in scripturis videntur S. Petro tanquam principi ac pastori assistere.
u S. Marc. 13.
x S. Lucæ 8 v. 45.
y S. Luc. 9. v. 32.
z S. Marc. 16. v. 7.
a Act 2. v 14. & 37.
b Act. 15. v. 7.
c Epist. ad Smyrnens.
d Apoc. c. 12.
e S. Matth 16. & 19. Luc. 12. S. Ioan. 6. S Cyril. Alex. Ioan 6.
f S. Chrysost. homil. 55. in S. Matth.

A

Apostoli ab immediata Domini largitione dignitatis Episcopalis lumine decorati refulsisse comprobentur: sicut de hoc Episcopatus honore, quo Dominus per seipsū B. Petro gratificari voluit manifestissima D. Ioānis auctoritas testimoniumque proclamat. Quo vni ac soli Dominus Petro dixit, *Pasce oues meas*, Quod pascēdi nōmen ad pastoralē Episcopalemque dignitatem pertinere supra multiplici probatione ex sacris literis, Concilus vniuersalibus, Pontificum, sanctorū Patrum testimoniis, rationibus denique petita copiosissimè declarauimus. Quod etiam ipso facto euētuque, verùm luce clarius innotescit. [a] Sanctus quippe Pontifex Anacletus S. Iacobum Hierosolymitanę sedis Episcopatusque sacris initiatum ac inauguratum à S. Petro aliorum principe sociantibus & adiuuantibus illum sanctis Iacobo Maiore & Ioanne scripsit.

Paludan. de potestate Ecclesiæ concl. 7.
Turrecrem l. 2. de Eccles. c. 32.
S. Ioan. vlt.
a S. Anacletus Epist. 2.
Consuetudo Episcopum per tres Episcopos consecrandi vnde petita.

B

Inde sancta manasse consuetudo creditur, vt Episcopi non nisi per tres Episcopos consecratio inaugurationque postea in Ecclesia perfectè complecretur. Eiusdem fuisse Clementem [b] Alexandrinum sententiæ Eusebius auctor est. Eius similiter assertionis opinionisque [c] sanctum Hieronymum fuisse, testimonium eius scripta perhibent. De electione atque consecratione in Episcopatum sanctorum Pauli & Barnabæ suspicari tantisperque dubitare religio atque nefas esset, cū nimis clara rei eius in actibus testimonia pateāt. [d] De sancti Matthęi quoque creatione in Episcopalis dignitatis honorisque fastigium plane ex his actibus apertum. Quibus permoti testimoniis exemplisque plerique S. Patres suis sacram fidelium congregationem scriptis instruere voluerunt, Omnem Episcopalis culminis honorisque gradum & ordinem à S. Romanæ & Apostolicæ sedis auctoritate dependentem quoad applicationem, limitationemque personę in indiuiduo, propter sancti Petri principatum, à Christo Domino immediatè sublimiterque traditum, eius sanctæ sedis affixum imperio redundasse.

b S. Clemens Alex. apud Eusebium l. 2. Histor c. 1.
c S. Hieron. de viris illustr. in Iacobo.
d Act. 13.

C

Propter quod sanctam Romanam Ecclesiam [e] sanctus Cyprianus omnium Christianę ditionis Ecclesiarum matricem radicemque nominare voluit. Quę veneranda & augusta Romanæ Ecclesiæ nuncupatio Sanctis Pontificibus [f] Anacleto, [g] Marcello, [h] Iulio, [i] Innocentio. 1. [k] Leoni 1. [l] Fęlici, aliisque vehementer arrisit, ac rectè tradita placuit. Quod si ex omnibus Patribus quidam in medium producantur, qui contrariam sententię tot sanctorum Pontificum Ecclesięque doctorum opinionem tenuisse videantur, asserentes omnes Apostolos à Christo Domino dignitate fuisse Episcopali donatos, benignè talium doctorum opinionem interpretantes respondebimus, omnes quidem Apostolos à Christo Domino fuisse Episcopali gloria & honore coronatos, sed non proximè nec immediatè, at per sanctum Petrum, quem vicarium suum atque summum Ecclesiæ suæ pastorem super omnes constituere voluit.

e S. Cypr. l. 4. Epist 8.
f S. Anaclet. Epistola 2.
g Marcell. Epist. ad Episcopos Antiochiæ prouinciæ.
h Iulius Ep. 1.
i Innocentius 1. Epist. ad Concil. carthagin. & Ep. ad concil. Mileuit. inter Epistolas S August 91. & 93
k S. Leo serm. 3. de assumpt. sua.
l Fœlix Ep 2. non procul ab initio.

D

Vt Monarchiæ spiritualis in Ecclesia sua, status atque regimen sanctiùs atque perfectiùs obseruatione inuiolabili, vsque ad consummationem sæculi, Romano Pontifice post Sanctum Petrum omnibus cum dulcedine charitatis, in maiestate Monarchica sacraque fidelibus dominante custodiretur. Cæterum Apostoli non sicut ratione Apostolatus habuerunt per vniuersum mundum summam prædicandi, administrandi sacramenta, regendique conuersos ad fidem populos potestatem, ita qua parte erant Episcopi, sed eorum potestas & iurisdictio inter particularium Ecclesiarum terminos septa cōtinebatur, vt S. Iacobi Hierosolymitanę Ecclesiæ, S. Ioannis Ephesinę, S. Matthæi

A

Æthiopię, S. Thomæ Indiæ, & sic de aliis. Atque simili modo S. Petrus fuit Episcopus primò particularis Ecclesię scilicet Antiochenæ: cuius septem annorum spatio per seipsum administratæ Euodium sibi succedētem Episcopum fecit Romā profecturus. De quo hæc S. Ignatius ad Antiochenos. *Mementote Euody beatissimi Patris vestri, qui primus post Apostolos gubernacula vestra Ecclesiæ sortitus est.* Fuit autē Euodius in hac sede S. Petri successor, non tanquam Apostoli, sed tanquam singularis illius Ecclesiæ Episcopi. Cæteri Apostoli hac ratione successores in suis Episcopalibus cathedris Romanæ sedi subditis, quia ordinarij, habuere: excepto S. Paulo, qui nullius certę Ecclesię munus Episcopale administrasse dicitur, proindeq; successore caruisse.

Obiectio.
Responsio.
Apostoli erant particularum Ecclesiarum Episcopi non vniuersales sicut S. Petrus.

B

Propterea quod gentium diuinitus Apostolus à Christo Domino vocatus & electus est, vt omnes Euangelij luce nationes illustraret. Ita Ananiæ per reuelationem, suam de latè patente per diuersas gentes S. Pauli Episcopatu voluit indicare voluntatem. [n] *Vas electionis est mihi iste vt portet nomen meum corā gentibus, & Regibus & filiis Israel.* At verò Apostoli ratione sui Apostolatus successores excepto S. Petro non habuerunt. Cuius rei ratio hæc pręter cæteras optima & firmissima potest assignari: quoniā cum amplissima in cæteris Apostolis præterquam in S. Petro, in vniuersam Ecclesiam potestas & auctoritas extraordinaria fuisset, successione carere debuit. Sicut in antiqua lege Moyses summi Pontificatus extraordinaria dignitate claruit, ideò nullum reliquit post se, qui tali dignitati succederet. Non enim in dubium quis reuocare potest Moysem summū fuisse [o] sacerdotem, & quidem ipso Aarone maiorem.

n Epist. 12.
Cur S. Paulus non fuit primarius ac singularis cuiusdam Ecclesiæ Episcopus.

C

Hoc enim [p] Philo Iudæus, hoc S. Gregorius [q] Nazianzenus, hoc [r] S. Clemens Rom. à S. Petro tertius Pontifex, [s] hoc S. Chrysostomus: [t] hoc S. Hieronymus & [u] S. Augustinus, suis scriptis apertè solideque comprobarūt. Et pręter hos testes hoc sancta scriptura huius rei testimonium clarissimè reddit: [x] *Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius.* Ibi loqui Regium Prophetam de verè propriéque dicto sacerdotio clarum est, cum Samuelem virum alioqui sanctissimum, à talis sacerdotij dignitate excludat. Constat ergo Moysem fuisse summum, principem politicum & summum sacerdotem Iudæorum. Aaronem summum sacerdotem tantum, Samuelem verò summum principem politicum tantum, qui erat leuiticæ tribus, sed non de stirpe Aaronica. Quod si quis obiiciat Samuelem holocausta obtulisse, consecrasse, in Reges vnxisse, in sancta sanctorum introiuisse, dicendum hæc illi à

o Act. 9. v. 15.
Quare cæteri Apostoli excepto S. Petro in apostolatu successoribus caruerunt.
p Philo Iudęus l 3. de vita Moysis.
q Gregor. Nazian orat. contrā Greg fratre S. Basilij.
r S Clemens l. 6 constit c. 19.
s S. chrysost. homil. 3. in act.
t S. Hieron. l. 1 in Iouiniā.
u S. aug. q 23. in leuit & in Psalm. 98.

D

Deo concessa per dispensationem, vt doctè in hūc locum obseruat Genebrardus, sicut licitum fuit ex dispensatione S. Iacobo fratri Domini intrare in sancta sanctorum, vt ex Egesipo notauit S. Hieronymus. Sed hęc per digressionem breuiter, ad propositum redeuntes dicimus, simile nos iudicium de Apostolorum sicut de Moysis extraordinaria potestate ferre debere. At verò S. Petrus, quoniam eius summa in vniuersalem Ecclesiam potestas Apostolica erat ordinaria, successores in pari dignitatis auctoritatisque gradu habere debuit, qui vniuersalis Ecclesię summo habenas imperio moderarentur. Huic veritati fidem facit additque robur manifesta ratio ex sacræ scripturæ fontibus expressa; quę asserit Christi Domini regnum spirituale quod habet in Ecclesia sua fore sempiternum: de quo Isaias: [y] *Super solium David & super solium eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret. In iudicio & iustitia, à modo & vsque in sempiternum.* Daniel,

x Psalm 98.
Rom. pontifices S. Petro succedere cum pari gradu summa potestatis in Ecclesia Dei, quā habet potestas ordinaria, probatur.
y Isai. c. 9. v. 7.

niel. *potestas eius*, [a] *potestas æterna quæ non auferetur, & regnum eius quod non corrumpetur.* Et Angelus Gabriel sacratissimæ virgini post salutationem dixit. [b] *Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Huius regni Messiæ vicariã S. Petrus in Ecclesia primus gessit administrationem: qui quia sicut cæteri homines morti debebatur, illam perpetuò administrare non potuit: ideoque vt regnum illud Messiæ æternum, scilicet vsque ad mundi perventurum consummationem administratoribus nõ careret; oportuit huic primo Christi vicario successores dari, qui alternis labentium annorũ vicibus in vita sua Romanæ Apostolicæque sedis affixi clauo Christi Domini regnum fideliter administrarent, & administrando potenti virtute inuiolabile custodirent. Sic enim Tertullianus cum nondum insolenti contra Ecclesiam superbia turgidus, hæreticæ contagionis tabo fœdabatur, de continuata sancti Petri defuncti, sed in successoribus Romanis Pontificibus viuentis, summa potestate, vigore perenni, in Ecclesia dominante confessionem edidit. [c] *Nam & si*, inquit, *adhuc clausum putas cœlum, memento claues hic Dominum Petro, & per eum Ecclesiæ reliquisse.* Eò sanctum Augustinum respexisse credo, cum [d] S. Petrum claues Ecclesiæ nomine accepisse scripsit, significans hunc Apostolorum principem supremam à Christo Domino plenamque potestatis auctoritatem ad regni Christi Domini, quod est Ecclesia vtilitatẽ vsumque salutarem, & quidem nullis temporum limitatam terminis accepisse. Quod sine successoribus in sede Apostolica, rectoribus Ecclesiæ S. Petri potestatis dignitatisque Monarchicæ habenas moderantibus fieri non potuit. Hoc vt insinuaret S. Chrysostomus. [e] *Quanam*, inquit, *de causa ille sanguinem effudit suum? Certe vt pecudes eas acquireret, quarum curam tum Petro, tum Petri successoribus committebat.* [f] Et S. Leo. *His itaque modis dilectissimi, rationabili obsequio celebratur hodierna festiuitas vt in persona humilitatis meæ ille intelligatur, ille honoretur, in quo & omnium pastorum solicitudo cum commendatarum sibi ouium custodia perseuerat, & cuius etiam dignitas in indigno hærede non deficit.* Et in eodem Sermone quibusdam interpositis sic clero Romanoque gregi hæc sanctæ eruditionis & obedientiæ verba suggerebat. [g] *Cum ergo cohortationes nostras auribus vestræ sanctitatis adhibemus, ipsum vobis cuius vice fungimur loqui credite.* S. quoque Bernardus [h] S. Pauli verba piè atque sapienter examinans, quibus omnem animam potestatibus sublimioribus subditam esse imperando monet Apostolus, ita Conradum Romanorum Regem grauiter hortatur. [i] *Quam sententiam cupio vos & omnimodis moneo custodire in exhibenda reuerentia summæ & Apostolicæ sedi, & B. Petri vicario*, scilicet successori, quod qui S. Petro in Apostolica sede succedunt, eius quodammodo vicibus quas pro Christo viuus exercebat, fungi, eiusque defuncti partes explere videntur. Quę ratio Innocentium Papam huius nominis tertium ad ista dicenda compulit: [k] *Nobis in Beato Petro, sunt oues Christi commissæ dicente Domino Pasce oues meas, non distinguens inter has oues & illas, vt alienum se demonstret à suo ouili, qui Petrum & successores illius magistros non recognosceret & pastores.* Sed in his solidiùs clariusque probandis quia multa his similia superioribus libris tractasse me abundè satis arbitror, minimè è ratione esse iudico, discursus mei

[a] Daniel. c. 7. v. 14.
[b] S. Luc. 1. v. 32.
[c] Tertull. in Scorpiaco aduersus Gnosticos c. 10.
[d] S. Augustin. tract. 10. & vlt. in Ioan.
[e] l. 2. de sacerdotio circa princip.
[f] Sermo 2. de anniuersar. suæ assumpt.
[g] S. Leo ibid.
[h] S. Bernard. Epist. 83. ad Conrad. Ro. Regem.
[i] Vicarius petri hic pro successore sumitur, vt can. Ego Ludouicus 63. dist.
[k] Innocent. 3. ca. solitæ de maioritate & obedientia.

vela latius expandere. Solum mihi sufficiat concludere, dignitati Apostolorum, quæ secundùm Pontificiam ex antedictis in Ecclesia summa fuit, nihil quidquam detrahi, si illam quamuis à Christo Domino immediate fluxerit, principi Ecclesię Monarchico S. Petro eiusque successoribus Roman. Pontificibus Apostolorum tempore viuentibus, de ipsius Christi Domini institutione, subditam fuisse credamus: vt maiestatis Monarchicæ in Ecclesia status, pulchritudo, virtus & auctoritas illustrior inclaresceret.

CAP. XI.

De Cardinalibus.

1. *De Cardinalium nomine.*
2. *De origine & antiquitate.*
3. *De dignitate atque perfectione.*

AD splendorem pulchritudinemque Monarchiæ Ecclesiasticæ ordo statusque Cardinalium maximè confert, quorum dignitate, si à Pontificia & Apostolica recesseris, nullam in Ecclesia maiorem illustrioremque reperies: immò quàm maximè Apostolicæ dignitati conformem vel ferè eandem cum illa inferius ostendemus. Propter quam Cardinalium dignitatem, statum, atque munus rectè & apposito vocabulo [l] Cardinales, appellati sunt à Cardine quo ostia & ianuæ ædificiorum claudendo aperiendoque circumuoluuntur, stabiliuntur, atque firmantur. Iuxta illud prouerb. 26. [m] *Sicut ostium vertitur in cardine, sic piger in lecto.* Nec malè mihi videntur illi vt Seruius in pri. Æneidos nomen Cardinis ἀπὸ τῆς καρδίας scilicet à corde deduxisse: Quoniam sicut cor primum viuens & vltimum moriens hominem vita præditum firmat, regit atque sustentat, sic & Cardines ianuas & ostia circumrotantia fulciunt, sustinent atque regunt. Ideò nonmalè idem Seruius Cardinem ianuæ cor appellat in illud 1. [n] Æneidos.

Foribus cardo stridebat ahenis.

Ob eam rationem quatuor principales in via morumque directione virtutes Cardinales appellantur, quod per eas cor hominis vertatur ad bonum, & à malo recedat; vt fores voluntatis internæ vitiis libidinibusque claudantur, virtutibus verò reserentur. Quarum virtutum fulgore, Cardinalium animi mentesque magnopere coruscare debent, vt ostio salutis & gloriæ sempiternæ [o] firmiter ac immobiliter inhæreant, Christo videlicet Domino qui se in Euangelio *Ostium* nominat, per quod animæ fidelium sanctificatæ in æterna cælestis Imperij tabernacula ingressæ perueniunt: Iidemque Christi Domini vicario Romano Pontifici sic potenter adhærescant suis consiliis, bonarumque operationum auxilio, quibus fidelibus cęlorum portæ pandantur, sedique Apostolicæ ad Christianæ propagationem religionis fideliter inseruiant; quæ est [p] axis & veluti cardo aliarum Ecclesiarum. Et sicut ostium præest & Cardo subest, ita Romanus Pontifex potestate virtuteque præeminens Ecclesiæ ianua, vt saluatoris nostri, qui se *ostium* dixit esse, vicarius præest atque toti orbi Christiano dominatur. Cardinales vero tanquam illius adiutores in partem solicitudinis Ecclesiarum vniuersæ religionis vocati subsunt & venerabili subseruiunt officio. Quorum origo, licet non ita nomen, antiquissima est, si ab institutione Domini ratione ministerij eam fluxisse consideremus, vt Monarchia

[l] S. Antonin. t. 3. summæ tit. 21. cap. 1. in princip.
Cardinalis à Cardine.
[m] Prouerb. 26.
Cardo vnde deductum.
[n] Seruius in 1. Æneid.
4. *Virtutes morum cur dictæ Cardinales.*
[o] S. Ioan. 10. ego sum ostiũ, inquit Christus.
Sedes Romana axis & Cardo omnium Ecclesiarum.
[p] Gloss. in c. execrabilis de præben. in extrauag. in verbo Cardinalibus.
Papa sicut Christus ostiũ regni cælestis dicitur.

Ecclesiasticæ Maiestas magis ac magis illustrata pateret; Eiusque institutionis origo atque radix, quamuis non sub nomine Cardinalatus, ex illo sancti Lucæ 6. loco deduci potest, vbi dicitur *Dominum elegisse duodecim*, scilicet ad sui comitatum & labores secum subeundos tolerandasque curas pro salute mundi. *Quos Apostolos nominauit.* Qui primi Christo Domino suæ primo Ecclesiæ Monarchę Regique regum, sicut nunc Cardinales Papæ, astiterunt deuoto seruientes affectu, constanter que labores cum illo & pro illo tolerantes. Quibus propterea dixit Dominus[a] *Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis*, sicut ille qui suis coapostolis dicebat S. Thomas,[b] *Eamus & moriamur cum illo*. In quorũ laborum & recte factorum mercedem coronamque iustitiæ Christianæ illos sic est affatus.[c] *Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater regnũ, vt sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel.* Id est vniuersam fidelium congregationem, ex quibus claret statum Cardinalium, sub nomine Apostolatus, institutione priorẽ fuisse sacerdotio,[d] cum hoc nisi in vltima cæna institutũ à Domino comperiatur: ille vero ante hanc cænã longo tempore in electione nimirũ duodecim Apostolorum creatus esse videatur. Et ipsi pastorali muneri similiter tempore multo Cardinalitios ille status præiuisse conspicitur: cum illud non nisi post resurrectionem suam reipsa Dominus ordinauisse credatur, cũ dixit[e] S. Petro *Pasce oues meas*. Atque huius Cardinalatus originis antiquitatem doctores illi comprobant, qui statum & ordinem Cardinalium iuris esse diuini, id est à Christo Domino institutum fuisse potenti demonstratione defendũt; quales sũt inter Canonici iuris interpretes[f] Panormitanus;[g] Martinus Laudensis inter Theologos[h] Torrecremata,[i] Augustinus Triumphi,[k] Antoninus,[l] Cardinalis Albanus, qui hanc assertionẽ grauissimorum iuris Imperatorij doctorum, Iasonis, Decij, aliorũque testimonio corroborat. Cui non minus veritatis robur addit[m] lex Canonica in qua Romanus Pontifex Ecclesiæ Monarcha visibilis Dominos Cardinales, quos suos fratres appellat in leuiticorum sacerdotum ministerio fuisse figuratiuè expressos & adũbratos asserit, qui sicut summo Pontifici antiquæ legis consilio, opera, laboribus assistebant, sic in noua lege Romano Pontifici sub grauitate & pondere Ecclesiasticorum negotiorum gementi viriliter ac fortiter opitulentur: Quos propterea Romanus Pontifex fratres appellat, vt ex alia[n] sacra lege canoneque constat. Addo & illud Cardinales septuaginta duobus Christi Domini discipulis successisse, duodecim Apostolorum adiutoribus, opera, industria, consilio, sicut Romani Pontificis Domini Cardinales adiutores creati fuisse perhibentur. Auctius dixit Eogenius Papa huius nominis quartus[o] Epistola ad Archiepiscopum Cantuariensem, nempe Apostolos Christo Domino assidentes, Cardinalium qui Rom. Pontifici laboribus & consiliis astant, figuram gessisse. Nomen vero Cardinalis, quamuis ipsa re & officio sit recentius, esse tamen antiquissimum non desinit. Nam tempore Pontiani Pontificis, qui Pontificia sede anno Domini 233. ex annalibus Ecclesiasticis, & martyrologio Romano 26. Maij potitus est, nomen illud Cardinalis iam in vsu extitisse ex ipsius Pontificis[p] actis intelligi potest. Hoc nomen vsus Ecclesiæ regnante sancto Marcello martyre, anno Domini 304. & in Apostolico solio sedente retinuit: huius nominis vetustatem verba illa apud Gratianum distinctione 79.[q] Can. oportebat Stephani Papæ 3. commendant. *Oportebat vt hac sacrosancta Domina nostra Romana Ecclesia iuxta quod à Beato Petro & eius successoribus institutum est, ritè ordinaretur, vt in Apostolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris aut diaconis consecraretur.* Et tempore sancti Syluestri primi, mentio fit Cardinalium septem diaconorum[r] in Concilio Romano 2. sub sancto Syluestro coacto: Neque nihilominus huius Papæ tempore nominis ipsius initium cœpit, cum hoc Concilium Cardinales non instituerit, sed solùm decreuerit & ordinauerit duos Diaconos pro regendis Ecclesiis paræcianis, præter septem Diaconos Cardinales in Ecclesia Romana institutos. Et ante hoc tempus in vita sancti Marcelli Papæ & martyris, iamque sub Constantino magno nomen illud ad exprimendam maximam in Ecclesia dignitatem in honore vsuque viguisse[f] Leonis 9. ad Michaelem Constantinopolitanum & Leonem Acridanum, Episcopos cap. 10. eorum audaciam & rebellionem contra Apostolicam sedem reprehendentis Epistola declarat; in qua summos hunc imperatorem magnum Cardinalibus, quos nomine Clericorum Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ seruientium intelligit, honores detulisse testatur. Hoc nomen Cardinalis non semper huic supremæ in Ecclesia secundum Pontificiam dignitati, qualem nunc videmus, attributum est, sed quandoque illis personis Clericis vt Diaconis, presbyteris, nonnunquam Episcopis cum de vna in aliam Ecclesia, vt eam regerent auctoritate Pontificia transferebantur. Vnde Cardinare, incardinare, & Cardinalem facere seu constituere apud sanctum Gregorium nihil aliud esse constat quam paræcię alicui regendæ quempiam sacerdotem immatriculare & incorporare, vt vulgo dicitur, atque canonica translatione vni Ecclesiæ administrandæ, in qua primò ordinatus non fuerat, necessitate vrgente aut vtilitate Ecclesiæ postulante addicere. Quod vno aut altero Diui Gregorii testimonio confirmari clarè potest. Nam ipse sanctus Pontifex[t] l. 5. Epistola 11. cap. 111. ita ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum de Gratiano Diacono, quem suæ Ecclesiæ ille Episcopus incorporari à Papa sancto Gregorio postulabat, rescripsit. *Fraternitatem tuam à nobis petiisse recolimus vt Gratianum Diaconum Ecclesiæ Benephranæ, diaconum tuæ concederemus Ecclesiæ cardinandum. Et quia nec Episcopum, cui obsecundare, nec propriam habet Ecclesiam, hoste scilicet prohibente, cui suum debeat ministerium exhibere, petitionem tuam non prauidimus differendam, idcirco scriptis tibi præsentibus eum necessariò duximus concedendum habituro licentiam Diaconum illum nostra interueniente auctoritate Ecclesiæ tuæ Deo propitio constituere Cardinalem.* Quod S. Patris iudicium atque decretum inter suos canones sancta Mater Ecclesia reduxit, cuius Canonis casus ita constituitur. *In Ecclesia Benephrana erat quidem diaconus nomine Gratianus, quem Fortunatus Episcopus volebat in sua Ecclesia ordinare, & eum propter hoc postulauit à Papa:* Et quia, *in Ecclesia Benefrana non erat Episcopus hostilitate id faciente, à quo peti posset diaconus ille, Papa eum sibi sine mora con-*

Antiquitas & origo cardinalium à Domino nostro institutione.
a S. Luc. 6.
a S. Luc. 22.
b S. Ioan. c. 11.
c S. Luc. 22.
d S. Matth. Marc. Luc.
Status cardinalium nomine non sono mino, sacerdotio & pastorale officio antiquior.
e S. Ioan 21.
Institutio Cardi. à Christo probatur esse.
f Panormit in c per venerabilem qui filij sint legit.
g Mart. 1. lau. tractatu de cardinalibus p. 1. q 34. n 2. q. 7 & 11.
h Turrecrem. in summa l. 1. c 80. & 83.
i August. Triumphus tract. de potestate Ecclesiæ q. 1na.
k S. Antoninũ p. 3. summæ tit. 21. c. 1. & 2.
l cardinalis Alban. q 5. l. de cardinalibus.
m cau. per venerabilẽ ut qui filij legitimi §. sunt autem sacerdotes.
n cap. fundamenta § decet namque de election. & electi potestat in sexto.
In Apostolis cardinales representati.
o Eugenij 4. Epist. ad cantuariens. Episcop.
Cardinalis nomen reipsa & officio recentius, & tamen antiquissimum.
Pontiani Papa tempore nomen cardinalis in vsu.
p Gloss. in §. statuit in verbo Moderatus, de num. cardinalium in pragmatica sanctione.
q can Oportebat dist 79.
r concil. Romanum 2. sub Syluestro 1. can 6 fit mentio cardinalium. can. Præsul. 2. q. 6. tom 1. concil. c. 4 & cap. 7. & 11.
f Leonis 9. Epist. ad Michaelem constantinop. Episcop. & Leon. Acrid.
Quid cardinare & incardinare ex S. Gregorio.
Apostolica permissione clericus vnius Ecclesia potest in altera ordinari.
t S. Greg. l. 5. Epist. 11. c. 11. t. 2.
Distinct. 71. c. 5 fraternitatem.
casus canonis.

cessit. In quem Canonem verbo Cardinalem) hęc [a] Gregorius 13. iussit annotari. *Cardinare seu Cardinalem constituere* (quod est in fine huius capitis) *Ita videtur Beatus Gregorius accepisse, vt canonicam translationem significet.* Nam cum tempore S. Gregorij canon sextus Concilij Calchedonensis accuratè obseruaretur, vt nullo modo daretur alicui locus in Ecclesia (qui nunc titulus vocatur) nisi simul ad eum locum ordinaretur, cum aliquis iam ordinatus, necessitate aliqua in aliam Ecclesiam transferebatur, vt in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deseruiret, in secunda dicebatur *incardinari*, quod ex isto nunc indicato loco patere potest:[b] & ex lib. 3. Epist. 14. & alibi. Quod etiam in Episcopis B. Gregorius faciebat l. 2. indiction. 10. Epist. 6. & Epist. 25. Quod refertur etiam 7. q. 1. Can. *Pastoralis.* & indit. 11. Epist. 13. & sequenti, quod habetur infra 21. q. 1. Can. Relatio. Qua de re legendus [c] Ioannes Diaconus l. 3. c. 8. 11. & 16. Aliud est testimonium [d] S. Gregorij ad Episcopum Syracusan. Ioannem nomine scribentis sacro insertum [e] canoni. Vbi huic Episcopo dat licentiam Cosmam quendam ex Monacho factum subdiaconum in Ecclesia Syracusana, in eadem presbyterum constituere Cardinalem, hoc est eum *incardinare*, qui antea in possessione quæ *Iuliana* dicitur, ab eo Episcopo presbyter fuerat ordinatus. Sed præter hæc aliud est præclarum D. Gregorij testimonium [f] l. 2. Epist. indict. 10. Epist. 25. In qua Ioannem Episcopum Squilatinum eiectum à sua sede hostili crudelitate, alteri incardinat Ecclesiæ, cum ad eum ita scribit. *Pastoralis officij cura nos admonet destitutis Ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem dominicum debeant sollicitè gubernare. Propterea te Ioannem ab hostibus captiuatum Lissitanæ ciuitatis Episcopum in Squilatina Ecclesia Cardinalem duximus necesse constituere sacerdotem*, scilicet Episcopum, *vt susceptam semel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas. Et licet à tua Ecclesia sis hoste imminente depulsus, aliam quæ pastore vacat Ecclesiam debes gubernare. Ita tamen vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & Domino protegente, ad priorem statum contigerit reuocari, in eam in qua prius ordinatus es Ecclesiam reuertaris. Sin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac in qua à nobis ordinatus es vel incardinatus Ecclesia debeas permanere* &c. Hunc locum S. Gregorij legem canonicam [g] Ecclesia constituit: Et idem [h] S. Gregorius Agnellum Episcopum Fundensis Ecclesiæ, mortuo Episcopo Tarracinensis Ecclesiæ Petro, huic Ecclesiæ incardinauit, id est Episcopum Cardinalem fecit, vt postulationibus votisque Cleri ac populi Ecclesiæ huius annueret. Sed licet S. Gregorius hoc sæpius nomine Cardinalis fuerit vsus, non tamen illius fuit inuentor, vt patet ex his quæ supra diximus. Neque in ea significatione in qua nūc sumit Ecclesia nomen illud semper vsurpasse S. Gregorium ex illius, quæ modo produximus testimoniis apertissimum esse nemo credo, doctrinę, antiquitatisque non ignarus inficiabitur. Sed missis his, ad excellentiæ dignitatisque Cardinalitiæ considerationem propius accedamus.

Magna & sublimis excellentia atque dignitas huic Cardinalatus officio statuique, vinculo coniuncta indissolubili, honorifico hoc Cardinalis vocabulo decorari meruit. Cum quidquid in re qualibet præcipuum est Cardinis appellatione nominari exprimique consuescat. Vnde duo cælorum poli immobiles sibi oppositi, circa quos tota cælorum moles in gyrum cieri [i] rotarique solet, mundi Cardines appellantur, de quibus Anna Samuelis mater, *Domini sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.* Quorum vnus in septemtrionem vergit, alter se flectit in Austrum. [k] Sic Cardo causę, quod pręcipuum est in quęstione: sic quatuor virtutes præcipuę animorum ad rectam rationem motrices, [l] Cardinales appellantur. Sic quatuor mundi partes, quatuor venti principales [m] apud Seruium Cardinales nuncupantur. Sic [n] S. Augustinus Donatistas præcipuos & principales Cardinales apposita similitudine nūcupare voluit. Hac ratione nomen Cardinalis rei primo loco impositum, postea in personas deriuatum rectè dici potest. Ecclesiæ quippe principes, maiores atque pręcipuæ, in quibus baptisma priscis Ecclesię temporibus administrari, & alia sacramenta conferri, Deique verbum prædicari solebant, Cardinales tituli nominabantur: atque presbyter, qui huic Ecclesiæ administrandę præficiebatur Cardinalis presbyter appellabatur. Simile de diaconis ac Episcopis erat iudicium. Hęc Cardinalatus excellentia & dignitas, omnibus quotquot sunt in Ecclesia Dei, dignitatibus prælaturisque siue patriarcharum, siue primatum, siue Archiepiscoporum, Episcoporum, cęterorūque principatus alicuius gradu sublimium simpliciter antecellit: quia Domini Cardinales [o] pars quædam corporis Papæ esse dicuntur, vt senatores principis pars quoque corporis eius esse perhibentur [p] *l. Quisque. C. ad legem Iuliam maiestatis.* Dicūtur insuper illi [q] fratres & adiutores Papæ, quorum auxilio & opera vniuersum fidelium orbē regit, moderatur & gubernat. Est tamen attendenda distinctio qua quādoque minores, quandoque maiores Episcopis Cardinales esse cognoscamus, vt in comparatione Cardinalium cum Episcopis, Archiepiscopis, primatibus, Patriarchis, &c. potestas ordinis & regimen vniuersalis Ecclesię considerari debeant. Si ordinis ratio potestatis habeatur, dubio procul presbytero aut diacono Cardinali Episcopus maior erit, eiusque potestas ad plura se quam Cardinalis non Episcopi dilatabit: cum Episcopus ex officio, ordinandi presbyteros, baptizatos confirmandi, sacrum chrisma conficiendi, aliaque plurima, vt Ecclesias & altaria consecrandi ius habeat, quo non Episcopus Cardinalis iure caret. [r] Item ratione iurisdictionis in propriam Ecclesiam: puta si Episcopi iurisdictio & auctoritas in suā diœcesim cum iurisdictione Cardinalis in suum titulum vel diaconiam cōferatur: Episcopus in amplitudine & dignitate potestatis Cardinali presbytero atque diacono præibit: cum plus sit, ordinariè loquendo diœcesis Episcopi quā titulus Cardinalis: potestque Episcopus in suā diœcesi longè plura iurisdictionis potestatisque Ecclesiasticæ insignia & opera, vt pastor ordinarius, quam in suo titulo Cardinalis edere. Qualia sunt editio legum, dispensatio, pœnarum iniunctio, earumdemque relaxatio & alia similia, ad quę extendi Cardinalis presbyteri aut diaconi iurisdictio in suo titulo non potest, ni concesserit Episcopus, cui subditus est in hoc titulo: quod in eo Parochus solummodo esse censeatur.

Iam verò si vniuersalis Ecclesiæ directionis atque regiminis ratio attentè consideretur, certum est Ecclesiasticoque confirmatum decreto

a Annot in c. fraternitatem verbo Cardinandum.

Episcopos sicut diacones & presbyteros S. Gregorius aliquādo incardinabat.

b S. Greg. l. 3. Epistol. 14.

c Ioan diac. l. 3 cap 8. 11. 16.

2. Testimonium.

d S. Gregorij l. 2. Epist. 34. ad Ioan. Syracusanum Episcopum.

e Can. quorūdam dist. 74.

f Incardinat Episcopum alteri Ecclesiæ S. Greg l. 2. Ep. indict. 10. Epist. 25.

g Can. pastoralis 7 q. 1.

h l. 2. Ep. 13. seu c. 13 ad Agnellum Episcopum.

3. Pars de dignitate cardinalatus.

Quidquid in re qualibet præcipuum est Cardinis nomine rectè appellari potest.

i 1. Reg c. 2.

k Cicero de oratore.

l S. Ambros l. 5. in Lucam

m Seruius in pri. æneid.

n D. August. l. 1. de baptismo.

o Can. quisquis 6 quæst. 1. Clementina si quis de pœnitentia.

p l. quisquis ad legem Iuliam.

q Can per venerabilem §. rationibus igitur qui filij sunt legitimi Can. fundamenta §. decet de elect. in sexto.

Can. Constantinos dist. 91.

Cardinalis Episcopo ratione ordinis minor ratione iurisdictionis vniuersalis nō particularis maior.

r Huius distinctionis meminerunt Aluares de planctu Ecclesiæ l. 2 art. 7. Augustinus triumphus in summa de potestate Eccles. q. 102. Thomas Vuald. l. 2 doctrinalis fidei art. 3. cap. 54. Augustinus de Ancona. Turrecrem. l. 1 summæ ca. 81 85. Antonin. 3. p. tit. 22 c. 5. Iacobatius l. 1. de Concil. art. 12. & al. nouissimè. Bellarmin. l. 1. de Clericis c. 16.

Ratione regiminis generalis Ecclesiæ, Cardinalis Episcopo maior.

Cardinalē presbyterum vel diaconum Episcopo non Cardinali, dignitate atque iurisdictione præstare. Quoniam Episcopi non Cardinales ad Ecclesię vniuersalis regimen directiooemque nisi raro admittuntur, nempe cum ad generalia Concilia Romani Pontificis auctoritate compellantur. At Cardinales quotidie in rerū maximarum ad vniuersalis Ecclesiæ regimen directionemque pertinentium consilium, à summo Pontifice admissi conuocantur. Cui assident à consiliis, tanquam senatores secretioris consilij principi, cui adhærent cooperatores in solicitudine omnium Ecclesiarum, cui tanquam ordinarij assessores & consultores assiduè suis studiis, industria, laboribus, piis rectisque consilijs opitulantur. Ideoque principes vniuersalis Ecclesiæ sub Monarcha Pōtifice facti absolutè Episcopis, Archiepiscopis, primatibus, patriarchisque superiores post summum Pontificem, principali in Ecclesia gloria & honore coronati refulgent. Propter quę Constantinum Magnum maximis honoribus, priuilegiis, beneficiisque Cardinales affecisse testis est fidelissimus [a] S. Leo 9. Epist. cootra Michaelem Constantinopolitanum & Leonem Acridanum Episcopos, hæc illis inter alia suggerēdo. *Concessit inter cætera beneficia atque dona Constātinus Magnus summo Pontifici, omnia imperialia ornamenta, coronam, mitram, lorum, sceptrum & omnem imperialis potestatis gloriam. Et omnibus Cardinalibus reuerendissimis sacrosanctæ Rom. Ecclesiæ seruientibus illud culmen singularis potentiæ ac præcellentia tribuit. Cuius senatus videtur gloria adornari, id est patritios atque consules effici, necnon & cęteris dignitatibus imperialibus decorari, quibus vsque in præsens tam summus Pontifex, quam Cardinales priuilegiis perfruuntur.* Cætera huius præclarissimæ Epistolæ quæso studiose ac beneuole lector, si per otium liceat, attentè perlege. Huius Cardinalitiæ dignitatis splendorisque fastigium mentis suæ considerationi profundius altiusque [b] S. Bernardus inserens, his Eugenium Papam suum quondam discipulum vocibus affabatur. [c] *Veniamus ad collaterales & coadiutores tuos, hi seduli, hi intimi tui:* & postea. *An non eligendi de toto orbe orbem iudicaturi?* Et in Epistola 188. ad Cardinales scripta. *Nullum dubium,* inquit, *quin ad vos specialiter spectet tollere scandala de regno Dei, surgentes succidere spinas, sedare querelas.* Et postea. *Agite pro loco quem tenetis, pro dignitate qua polletis, pro potestate quam accepistis* &c. In quibus aliisque locis nulli prælatorum maiorem dignitatis eminentioris gradum post Romanum Pontificem in Ecclesia Dei, quam Cardinalium statui & ordini tribuendū esse iudicauit. Sed tantæ dignitatis altitudini par vitæ sanctitas probitasque respondere debet. Atque vtinam in omnibus responderet: quanta probitas & sapientia eis principi Ecclesiæ supremo, visibilique eius capiti Papæ assistentibus opera & consilio sicut Apostolis Christo Domino, obedientia & seruitio inesse debet? qui paria honoris potestatisque nomina in consortio Papæ sortiuntur, eisque de illius beneficio dignati decorantur, quibus suos Apostolos Dominus illustrauit. [d] Nam & hos suos fratres appellauit, iuxta illud prophetæ regij oraculum [e] *Narrabo nomen tuum fratribus meis:* & principes terræ constituit, secundum eiusdem prophetæ vaticinium. [f] *Constitues eos principes super omnem terram.* Hanc formulā Christi Domini loquendi summus Pontifex vsurpare solet; dum inaugurando aliquos

Cardinalis simpliciter & absolutè loquendo maior est Episcopo.

Constantinus Magnus Cardinales magnis affecit honoribus & priuilegiis.

[a] Cootra Michaelem Constantin. & Leonem Acrid. Episc. c. 10. Epist.

[b] l. 4. de consid. c. 4.
[c] Idem Epist. 88. ad Cardinales.

Dignitatis sublimitati respondere debet sanctitas vitæ.
[d] Augustin. de Ancona l. de potestate Ecclesiæ. S. Antoninus tn. 3. summæ tit. 21. c. 1. § 2. in princip.
Sicut Apostoli vocati Christi & principes terræ appellantur, sic Cardinales fratres Papæ & Ecclesiæ principes.
[e] Psalm. 21.
[f] Psalm. 44.

A Cardinalitia purpura, vtriusque honoris nomen illis impertiri profitetur his verbis. [g] *Estote fratres mei, & principes mundi.* Cui honori dignitatique duplici vt sanctitas vitæ congruat, *accipiunt pileum rubeum Cardinales* [h] *à Papa,* inquit Antoninus, *in signum ardentis charitatis quam debent habere.* Cuius adeò incensi feruore, æstuque inflammati conspiciantur: vt pro Christi Domini fide, Ecclesiæ vniuersalis defensione, sanctæque sedis Apostolicæ tuenda vindicādaque ab omni inimicorum impetu, dignitate, sanguinē vna cum vita bonisque profundere nulla ratione vereātur. Propter quas virtutes, charitatem, sapientiam, vitæ sanctitatē, quibus Dominos Cardinales fulgere præstat, statum [i] perfectorum non perficiendorum repræsentare dicuntur. Hinc salotifera illa [k] S. Bernardi ad Eugenium Papam monita dicentis. [l] *Hoc tibi persuade eos qui admittendi sunt ad tuum consilium difficile in curia posse probari: & ideo si fieri potest, viros probatos eligi oportere, non probandos: Hos enim in monasteriis omnes recipimus spe meliorandi: sed curia bonos facilius consueuit suscipere quam facere. Nam plures in curia defecisse bonos, quam malos profecisse probauimus. Itaque non volentes nec currentes assume, sed cunctantes & renuentes coge, & illos compelle intrare, & in illis requiescet spiritus tuus.* Sed vt Cardinalium perfectionem status clarius aperiamus, eorum cum Apostolis conformitates & officia, quibus toti debent incumbere, cootemplemur ac attentius paulò consideremus.

[g] S. Antonin. t. 3. summæ tit 21 c 1. § 2.
Pileum ægalerum rubeum Cardinalis quid significat.
[h] Ibi supra.
[i] August. de Ancona l. de potest. Ecclesiæ q 82.
Dominos Cardinales statū perfectorum designant.
[k] l. 4. de consider. cap. 4.
Curia Romana consilium Papa debet recipere bonos & probatos non probandos.

CAP. XII.

C 1. *De collatione Cardinalium cum Apostolis.*
2. *De triplici eorum officio.*
3. *Deque eorum titulis.*

TATVS ac institutio Cardinalium quam sit ad maiorem Monarchiæ Ecclesiasticæ fulgorem & ornamentum necessaria, eorum cum Apostolis Domini conformitas & officia clarissimè manifestāt. Namque illi vicario Christi Domini visibili Ecclesiæ capiti, quod Apostoli quondam ipsi Domino, esse videntur. Quod ex triplici statu, in quo vixisse Apostolos sacra docet historia, intelligi facilè potest. Nam inprimis Apostoli diuina virtute à vili abiectaque vita ad cæleste diuinumque filij Dei Patris ęterni consortium vocati, relictis retibus illum sequendo se totos in illius sacram disciplinam omni studio, obedientia, seruitioque tradiderunt: noo recedētes ab eo, vt semper copiosiùs æterna diuinaque discerent, eique omni inhærentes obsequio, vt vera seruorum subditorumque obsequia ipsi Dominorum Domino præstarēt. 2. Peractis redemptionis nostræ mysteriis, Christoque de morte, inferis, dęmonibus, vitiisque triumphante super omnia cęlorum tabernacula prouecto, & ad sui patris ęterni dexteram considente, repleti spiritu sancto, virtuteque ex alto induti, S. Petro Monarchę Ecclesię visibili velut consiliarij, senatoresque cælestes pro regimine Ecclesiæ vniuersalis astiterunt, eumque priusquam in omnes orbis oras Dei pacem regnumque Euangelizaturi disseminarentur, omnium Ecclesiarum solicitudine in suæ plenitudine potestatis anxium, omni, qua potuerunt opera, labore, studio, 3.

Conformitas Cardinalium cum Apostolis. Triplex status Apostolorum.
1.
2. *Status.*

A vigilãtia industriaque iuuerunt. Pustremu diuina spiritus sancti gratia repleti, eaque de Christi Domini voluntate diuinitus infurmati, cum tempus dispersionis in omnes gentes aduentauerit, de procuranda earum natiunum, quarum speciali cura particolares Ecclesias regendas sibi susceperunt, salute cogitare cœperunt, sublimitatem regiminis Ecclesiæ vniuersalis S. Petro eiusque successuribus Romanis pontificibus subditi relinquentes. Quos Apostolici culminis status in eminenti Cardinalitiæ institutionis gradu clara, non est difficile specie contemplari: Cum & sacra ipsus Cardinales institutio lateri cũsortioque sub ubsequii regula summi Ecclesiæ principis Christi Dumini vicarij coniungat: illis sub tãtu principe Christiani populi spirituali, vniuersalis regimen Ecclesiæ confidat; atque illos

Hi 3. status Apostolorum in ordine Cardinalitiã reperiuntur.

B curam administrationemque particularium Ecclesiarum quandoque mittos electusque à primo illo inter creaturas vniuersalis Ecclesiæ motore suscipere prumoueat & imperet. Et sicut Apostolus prius à Domino constitutos vniuersi mundi ad saluandum eum principes, quàm singularium Ecclesiarum præsules esse credimus, iuxta quod dixit illis Duminus [a] *Ite in vniuersum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Ita conditio & essentia status Cardinalitij diuinitus instituta fert, vt Cardinales à consiliis Romani Pontificis assistentes, prius in Ecclesiæ vniuersalis bonum salutemque piæ iustæque ubligationis inclinatione prupendeant atque ferantur, quam particularium Ecclesiarum commoditati consulant, rerũ qoe ad singulares personas spectantium de conscientiæ penu satagant. Neque qoemquam latere potest in sacris historiis minimè peregrinantem S. Petru visibili à Christo Domino Ecclesiæ suæ Monarchæ constituto

Apostoli prius principes facti orbis quam singularum Episcopi prouinciarum: sic Cardinales.

a S. Matth. 28

C coadiotores, quamuis Spiritus Sancti gratia repletu veluti Cardinales Papæ curis assiduis & laboribos astitisse. Quales fuisse sanctus Linum, Cletum, Clementem, aliosque vita sanctissimos sancta commemorat histuria, vt intelligamus sacrum Cardinalium urdinem in sua radice & functiune neotericum iniuria magna censeri. Et S. Petri in sede Apostolica successores, etiam furentibus contra Ecclesiam Dei tyrannorum persecutiunis Austris, hoc minimè Cardinalium consilio caruerunt. Quorum tituli in ipsius Ecclesiæ nascentis incunabulis, & crescentis persecutionibus unera potius quam ornamenta, nec tam fauores quam sudores, nec tam fulgores

S. Petro Apostolos in regenda Ecclesia fuisse coadiutores sicut Cardinales papæ probatur

D fortunæ ridentis quam impendentis crudelissimæ mortis labores extitere. Vnde triplex Cardinalium munus in ipsa institutione antiqua radicatum exurgit & emanat. Primum est commune cum Episcopis, pastoribus, presbyteris, aliisque animarũ cura sollicitis, earum saluti vehementer inuigilare. Secundum in summi Pontificis electione canonica consistit. Tertium Rumanu Pontifici semper assistere vigilando, eique vniuersalis Ecclesiæ sulicitudine vexato, omni officio, opera, studio, industria, laboreque succurrere. De primo loquitur Petrus Damianus cum collegas suos Cardinales ita cohortatur, & vt animarũ lucro studeant æstu charitatis accensi vehementer inflammat. [b] *Nunc præterea Romana Ecclesia quæ sedes est Apostolorum, antiquam debet imitari curiam Romanorum: sicut enim tunc terrenus ille senatus ad hoc communicabat omne*

3. Pars detriplici Cardinalium officio.
1. Saluti animarum inuigilare.
2. Rom. Pontificem eligere.
3. Semper labore, consilio, studio, Papæ assistendo opitulari.

b De primu petrus Damianus Epist. ad Alexandrũ 2. & Hildebrandum.

A *consilium, in hoc dirigebat & subtiliter exercebat communis industriæ studium, vt cunctarum gentium multitudo Romano subderetur imperio: ita nunc Apostolicæ sedis ædi tui, qui spirituales vniuersalis Ecclesiæ senatores sunt, huic soli studio debent solerter insistere, vt humanum genus veri imperatoris Christi valeant legibus subiugare. Et sicut tunc Romanorum Cousules ex diuersis mundi partibus reportabant peracta hostium cæde victorias, sic isti nunc animas hominum de manu diaboli debent liberare captiuas. Ad hos quippe victoriarum titulos, ad hos debent semper inhiare triumphos: videlicet vt antiquo prædoni animarum pereuntium manubias rapere, & regi suo Christo signa gaudeant victricia reportare.* Hæc ipse. De secundu munere loquuntur Canonistæ atque Theolugi, vt [c] Augustinus de Ancona, & S. [d] Antuninus Canonum Ecclesiasticorum auctoritate fulti, cum secundum prisca &

Pulchra comparatio Cardinalium & Episcoporũ cũ senatoribus antiquæ Rom. Reip.

De secundo munere.

c August. de Ancuna l. de potest. Ecclesiæ.

d S. Antonin. 3. p. tit. 21. c. 2. §. 6.

B antiqua iura Romanis ciuibus principibusque sæcularibus Papam eligendi fas aliquando fuisset, vt videre est in Can. [e] *Ego Ludouicus dist.* 63. *Can. in nomine dist.* 23. Imperatoribus vero atque principibus propter eorum pietatem in Ecclesiam, necnon deuutam strenuamque fortitudinem in ea contra omnes hæreticorum, barbarorum, infidelium, aliorumque Dei inimicorum impetus atqoe furores tuenda, atque ad summæ gluriæ fælicitatisque apicem pruuehenda, ipsa fidelium Mater Ecclesia hanc eligendi, postulandi requirendique pontificis auctu ritatem indulsit, vt Can. *In nomine dist.* 23. [f] Can. *Hadrianus dist.* 63. [g] & Can. *in synodo* eadem distinctione manifestè cumprobatur. Postmodum verò quia abutebantur tali priuilegio, inquit Antoninus, fuit illis ablatum: sic Ecclesiæ decernentibus ca-

e Can. ego Ludouicus dist. 63.

Aliquando Romanis ac principibus laicis ius eligendi aut saltem requirendi Pontificem indultum.

C nonibus: [h] Can. *Quia sancta Rom. Ecclesia* §. *verum.* dist. 63. [i] Can. *Cum Hadrianus* eadem distinct. indeque factum statutum & firma ordinatione obseruatum vt ad sulus Cardinales ius & aoctoritas eligendi creandique pontificem vniuersali consentiente atque probante Ecclesia pertineret; Hoc iura pontificia & Ecclesiastica definierunt [k] Can. 1. & sequenti dist. 79. Hoc [l] Can. *licet, de electione Rom. Pontificis*, clarissimè cumprubatur; in quo decreuit Ecclesia duas cætus congregationisque Cardinalium partes ad legitimam Romani Pontificis electionem desiderari atque requiri, secus manca debilisque talis electio foret. Idipsum alius canon lexque Ec-

f Can. Hadrianus dist. 63.

g Can. in synodo eadem dist.

h Can. quia S. Rom. Ecclesia § verũ.

i Can. cum Hadrian. dist. 63.

k Can. 1. & seq. dist. 79.

l Can. licet de elect. Rom. Pontificis.

D clesiastica confirmat Can. [m] *vbi periculum, de electione*, in Sextu. Huic statutu, magnum Patres [n] Cuncilij Lateranensis sub Alexandru tertiu robur sua determinatione contulerunt, atque sic à Cardinalibus hanc Romani Pontificis electiunem fieri prudenter sapienterque magnis ad id inuitata permotaque ratiunibus Ecclesia censuit, sanctoqoe impulsa spiritu decreuit. Quod illi veluti fratres ac Senatores sacri Consisturij Dei gratia sociati, sancto Papæ consurtiu, ei semper adhærendo perfruentes, melius suurum collegarum mores, virtutesque cognoscant, & calleant. vt cum diuina de obitu Romani Pontificis tunc temporis sacras vniuersalis Ecclesiæ moderantis habenas voluntas aduenerit, vnum ex suis de cætu suoque corpore propter variarum virtutum eminentiam aptiorem cognuscãt, cognitumque via Spiritus Sancti cum sinceritate conscientiæ, mentisque puritate seligant. Cui facto principi pastorique œcumenico vniuersalis

Duæ partes Cardinalium ad eligendum Pontificem, conformes consensu requiruntur.

m Can. vbi periculum, de electiõ. in sexto.

n Concil. Lateran. sub Alexand. 3. ex cap. licet de electione in 6.

Quã prudenter & rationabiliter electio Rom. Pontificis Cardinalib. credita.

1. Ratio

Ecclesię retinacula confidāt. 2.ª & cū ex Aristotele in paucioribus ad aliquid rectè feliciterq; præstandum via certior atque securior habeatur; quantoque alicui per pauciora remedia periculo subueniri potest, tanto citius securiusque succurratur: Certè cum sedis Apostolicæ vacatio in longas temporis dilata moras non possit Ecclesiæ Christianoque gregi non esse maximè damnosa, grauibusque obnoxia periculis; vt huic eminenti malo salutare remediū promptius accurrat, nihil melius magisque publicæ saluti cōgruum esse iudico, quam ad paucas personas præsentes summa in Ecclesia dignitate sublimes, Cardinales scilicet, hanc Romani Pontificis electionem sine mora deuoluere. Adesse porro Dominos Cardinales à consiliis summo Pontifici formula illa fidem facit, quæ ᵇ in libello, *Diurnum bibliotheca vaticana* inscripto habetur, & in recompilatione Canonum Cardinalis ᶜ Deus dedit; in qua sic Pater sanctissimus Ecclesiæ vniuersalis pastor œcumenicus, moderatorque protestatur: *Si qua verè emerserint contra Canonicam disciplinam; Ego cum filiorum meorū S. R. Ecclesiæ Cardinalium, consilio, directione & rememoratione ministerium meum geram & emendari curabo.* Propter quod officium munusque tertium ᵈ Leo nonus Romanus Pontifex ad Michaelem Episcopum Epistola Clericos Rom. Ecclesiæ Cardinales ideo sic appellari scribit, quod Romano Pontifici proximè sociari consortio, illi omni sua ope, industria; studio, labore, obsequio famularentur & inseruirēt. Aque tria pręcipua Cardinalium officia ex eo patet antiquissima fuisse, cum ab ipso Apostolorum tempore initium ortumque deduxerint. Licet duo postrema munera non solis semper Cardinalibus propria conuenerint, cum propter penuriam paucitatemque clericorum, presbyterorum atque Diaconorum in illis primis Ecclesiæ nascentis annis omnes de clero præter Cardinales, presbyteri atque Diaconi, ad hanc Pontificis electionem, & iuuamen in consilio dando, opeque ferenda compellarentur. At crescente & multiplicata super numerum Ecclesia, vt omnis confusio tumultusq; à nimia multitudine profectus arceretur, maximè postremis annis quingentis solis Cardinalibus vtrumque munus & Rom. Pontificem eligendi, & electo consiliis studiisque omnibus semper assistendi & sucurrendi creditum est. Propter quod Domini Cardinales ab eo tempore super omnes Ecclesiasticarum personarum dignitates eminere cœperūt. Quorū status, dignitas, officia figurata expressaq; in veteri lege fuisse videntur in persona seniorū septuaginta duorū, quos in adiutoriū sibi dux & magnus Israelitici gregis sacerdos pastorq; Moyses Dei monitu in illo grege regendo creauit: & in persona Leuitici generis sacerdotum, de quibus hæc Dominus per Moysenᵉ: *Si difficile & ambiguum iudicium apud te esse perspexeris inter sanguinem & sanguinem, causam, & causam, lepram & non lepram, & iudicij videris intra portas tuas verba variari, surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus.* Et infra: ᶠ *Et facies quæcumque dixerint tibi, qui præsunt loco quem elegerit, sequerisque eorum sententiam.* Quem locum Innocentius tertius, sic appositè ad expressionem illustrissimi D. Cardinalium status inflexit ᵍ, *Sanè cum Deuteronomium lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur, vt quod ibi decernitur in nouo testamento debeat obseruari. Locus enim quem elegit Dominus Apostolica sedes esse cognoscitur. Cum enim Petrus fugiēs vrbem exiuisset, volens eum Dominus ad locum quem elegerat reuocare, interrogatus ab eo, Domine quo vadis? Respondit, venio Romam iterum crucifigi. Quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus. Sunt enim sacerdotes leuitici generis* scilicet Cardinales, *fratres nostri qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt.*

a. Ratio.
a Aristot.
De 3 Officio Cardinal.
b Diurnum Bibliothecæ vaticanæ.
c Recompilatio Canonum Cardinalis Deusdedit.
d Leo 9. Pōtif. Epist. ad Michaelem Constant. Episcopum.
In principio nascentis Ecclesia non soli Cardinales eligebant Papam & ei assistebant.
Dominorum Cardinalium status 72. senioribus & sacerdotibus Leuiticis expressus & figuratus fuisse videtur.
e Deut. c. 12.
f Ibid.
g Innocent. 3. Epist. ad nobilem virum C. montis pessulani cop. per venerabilem cotra qui filii sunt legitimi.

His Ecclesiæ principibus domus sacræ principales assignatæ sunt, in quas cum cura animarum piam religiosamque iurisdictionem exercerent, quæ communi vulgarique voce *Tituli* nominabantur: sicut aliæ sacræ domus in primitiua Ecclesia diuino cultui mancipatæ, *Tituli* vocabulo insignitæ notabantur: in quibus Christiani synaxes Sacras agere, aliorumque sacramentorum operationes cum verbi diuini prædicatione tractare piè deuoteque solebant. Tales erant tituli nascentis & in clariorem fidei charitatisque lucē per persecutiones exilientis Ecclesiæ: de quibus copiosa illustrisque mētio fit in compendiosis illis planeque diuinis Pii Papæ Epistolis ad Iustum Viennensem Episcopum: in quarum priori hæc de nuper erecto titulo. ʰ *Antequam Roma exiisses soror nostra Euprepia sicut bene recordaris, titulum domus suæ pauperibus assignauit, vbi nūc cū pauperibus nostris cōmorantes missas agimus.* ⁱ In altera Epistola: *Presbyter pastor titulum condidit.* ᵏ Sic Euaristus 1. qui sedit anno Domini 112. Traiani 13. titulos presbyteris nouos diuisisse memoratur: id est domos sacras è prophanis recenter instituisse in quibus Christianus populus in dies nouo fœtu multiplicatus religiosè sacramentorum communione educatus, verbique diuini lucerna illuminatus vitam æternam cælestemque in terris ordiretur.

Estque nomen *tituli*, quo sacra domus Deique cultui mancipata Ecclesia insignita vocabatur, deductum à fiscalibus rebus. Tituli quippe impositione res aliqua fisco vendicata principi consecrabatur, vt constat ex illis Imperatoris dictis ˡ in *L. signando C. de bonis vacantibus l. 1. Tituli vero quorum adiectione prædia nostris sunt consecranda substantiis, nonnisi publica testificatione proponantur.* Ipsi autem tituli, quibus res aliqua in vendicationem fisci cadens imperatori debebatur, vela quædam erant Regiam imperatoriamque maiestatem, potestatemque repræsentantia, ipsorumque Imperatorum vel nominis inscriptione, vel imaginibus illustrata; quæ *Cortinas Regias* S. Ambrosius ᵐ nominauit, Epistola ad Marcellinam de Imperatore Valentiniano, hæc loquens *Qui cortinarum illatione intra basilicam, illam sibi hoc modo studuit vendicare: sed iisdem à pueris scissis omnia irrita sunt reddita.* Inde à rebus ciuilibus & profanis ad res Ecclesiasticas sacrasque deducto nomine titulus dictus est domus è profana sacra effecta, diuino consecrata cultui: atque titulus ille sacer, non nota illa huiusmodi cortinarum profanarum, sed solo crucis Dominicæ vexillo signabatur. Quod colligitur ex his quæ Theodosius imperator l. vltima de Paganis Cod. Theodos. sanciuit imperialique firmauit edicto: vt nempe templa paganorum religionis Christianæ cultui seruitio que mācipata cederent. *In eis*, inquit, *Collocato veneranda*

3. De titulis D. Cardinalium.
Sacra domus Ecclesia tituli in primitiua Ecclesia dicebantur.
h Epist. 1. Pij Papę ad Iustum Viennensem Episcopum.
i Epist. 2. Pii Papæ.
k Euaristus pp. nouorum titulorum clericis distributor.
Vnde nomen tituli.
l L. Signando C. de bonis vacantibus lib. 11.
Quinam erant illi tituli.
Cortina regia dicti tituli.
m S. Ambros. Epist. ad Marcellinā.
Titulus Ecclesiasticus vexillo crucis notabatur.
L. vlt. de Pagā. Cod. Theodos.

Christianæ religionis signo. Vnde tituli Cardinalium Ecclesiæ quædam inter alias principales appellabantur eorum subditæ iurisdictioni directionique. In quibus ad incrementum religionis salutemque populi à fera, impia, Ethnicaque vita in sacrum Catholicæ Ecclesiæ gyrum, post

Cur Ecclesiæ Cardinaliũ directioni creditæ tituli Cardinales dicebantur.

varios impietatis gentilitiæ confugientis errores, sacri fidei Christianæ ritus, sacramenta, officiaque deuotè, sanctèque præstabantur. Quæ Ecclesiæ propter suam super alias eminentiam principalis auctoritatis Cardinales tituli dicebantur.

Ecclesiæ Cardinales Romæ in 5. patriarchales distributæ.

1. Lateranensis.

Ar illi Cardinales tituli, crescentibus Ecclesiæ Christianæ dominiis fideique vexillis toto fere orbe regnantibus, in varias Patriarchales Ecclesias dispertitæ sunt; quæ erant numero quinque. Quarum prima est Lateranensis Ecclesia, quæ & Constantiniana & Basilica Saluatoris diuerso nomine nuncupabatur, habens septem Cardinales Episcopos, hosque dictos Episcopos collaterales & hebdomadarios; eo quod singulis hebdomadibus expleant munus vicesque summi Pontificis. Inter quos Ostiensis dignitate

2. S. Mariæ Majoris.

præibat huic Ecclesiæ præfectus: secunda Patriarchalis Ecclesia est sanctæ Mariæ maioris, septem quoque Cardinales continens, sed solum

3. S. Petri.

presbyteros: Tertia S. Petri, quæ item septem presbyteris Cardinalibus constabat. Quarta, Ba-

4. S. Pauli.

5. S. Laurentij.

silica S. Pauli tot continens Cardinales. Quinta est Basilica S. Laurentii extra muros simili Cardinalium numero gaudens. Ecclesiæ S. Mariæ

A Maioris præfectus erat Archipresbiter Cardinalis, sicut Basilicæ S. Petri, at duabus Patriarchalibus postremis, scilicet sanctorum Pauli & Laurẽtii extra muros Abbates Cardinales præpositi præfectique dominabantur.

6 Alia Cardinalium Basilica, Diaconia, vel Subdiaconia.

Præter hos Cardinalium titulos, seu Ecclesias, quibus præficiebantur Cardinales Episcopi, Archipresbyteri & Abbates sunt alii Cardinalium tituli, seu Basilicæ, Diaconiæ, & subdiaconiæ: in quibus Cardinales erant Diaconi & Subdiaconi.

7. Cardinales suffraganei.

Insuper præter septem Cardinales Episcopos collaterales appellatos, B quibus nobilitatam Patriarchalem Lateranensem monstrauimus, alii erant Episcopi Cardinales dicti suffraganei Romani Põtificis, nulli primati vel Archiepiscopo subditi: quibus ad synodos vocatis Romanus Pontifex frequenter vtebatur, de quibus omnibus diuersæ sortis & gradus Cardinalibus, eorumque titulis copiosè disserit vetustus Vaticanæ bibliothecæ codex, quem descriptum reperies, lector C beneuole, à doctissimo Cardinale Baronio, tomo annalium vndecimo anno Domini 1057. à numero 19. vsque ad 24. exclusiuè. Hac circundata illustrissimorum Cardinalium varietate sacrosancta Romani Pontificis Maiestas, magis ac magis honorata refulget: atque hæc pauca de Cardinalium nomine, origine, dignitate, officio, titulisque dicta breuiter pro instituti nostri ratione sufficiant.

To. Annal 11. Baron. anno 1057. n. 19. & seq.



SECVNDÆ PARTIS

LIBER QVINTVS

IN QVO TRACTATVR DE VARIIS Ecclesiæ ministris, Prælatis maioribus & minoribus, aliisque saluti animarum inuigilantibus pastoribus, Monarchiæ Ecclesiasticæ, sub Rom. Pontifice inseruientibus, atque eum in sua potestatis plenitudine, ac solicitudine omnium Ecclesiarum, in diuersis orbis Christiani partibus adiuuantibus.

CAPVT PRIMVM.

1. *Summos Prælatos, Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, ac Episcopos ordine non differre, sed iurisdictione à Rom. Pontifice immediatè procedente.*
2. *Quibus maximus debetur honor ac reuerentia, considerata ratione eorum dignitatis, atque virtutis.*



SVPERIORIS libri de Cardinalibus breuis disputatio finē fecit: quos quia ordinarios & intimos Monarchæ Ecclesiastici consiliarios, & coadiutores ad vniuersalis Ecclesiæ directionem probauimus, merito super omnes Ecclesiæ ministros, prælatosque eminere dignitate & præstantia, cum tota Theologorum schola conclusimus. Vt iam illis dimissis, de aliis Ecclesiæ ministris, in variis orbis Christiani oris & sedibus animarum curæ inuigilantibus, pastoribusque in hoc libro, prout rectus disputationis ordo, seriesq; legitima requirit, agendum esse videatur. Atque primum omnium obseruandum est, primarios illos post Cardinales Ecclesiæ ministros, Patriarchas, primates, Archiepiscopos & Episcopos, non ordine atque consecratione à Christi Domini institutione immediatè desumpta, sed iurisdictione differre. Quos à se instituros, creatosque spirituales magistratus, Christus Dominus voluit suam in diuersis mundi partibus Ecclesiam sub rectore summo vicario suo moderari ac regere.

A Quod hanc toto orbe diffusam per vnum vniuersalem pastorem, principemque Ecclesiæ directione immediata gubernari commodè non posse videret. Hanc nimirum Christi Domini ordinationem, institutionemque hæc Apostoli verba clarè satis ostendunt.[a] *Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo Spiritus sanctus vos posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei.* Quæ ordinatio diuinaque prælatorum horum Ecclesiæ creatio, ad maiorem Monarchiæ Ecclesiasticæ splēdorem decusque à Christo Domino instituta consurgit: cum sic eorum ordo & consecratio immediatè à Christo Domino profecta credatur, vt nihilominus iurisdictio eorum modusque regendi Ecclesiam Dei ab immediata S. Petri, B eiusque successorum Romanorum Pontificum potestate dignitateque à Christo Domino collata promanare censeatur. Sicut enim ipse Dominus sacrosanctum Missæ sacrificium, quoad essentialia per se ipsum immediatè constituit, modum vero ritumque celebrandi, quoad accidentales cæremonias, suis Apostolis instituendum ordinandumque credidit, creditumque præcepit: sic præter ordinis sacramentum, consecrationisque mysterium Episcoporum, aliorumq; maiorū prælatorum in Ecclesia sua Dominus iurisdictionem esse iussit: sed quo ritu & forma, quibus conditionibus, ac cæremoniis C personæ hac Ecclesiasticæ fungerentur, in vicarii sui Monarchæ supra Ecclesiam suam constituti, manu virtuteque situm, ac liberum esse iubendo reliquit: vt Monarchiæ, quam in Ecclesia sua perfectissimam esse voluit, splendor illustrior, fulgentiorque pulchritudo conspiceretur. Quam doctrinam S. Patres illustrarunt, illustratamque suis assertionibus loquendique mo-

[a] Actor. 20 v. 28.

Ordo & consecratio Episcoporum à Christo immediatè: iurisdictio verò & modus regendi Ecclesiam, nonnisi mediatè: sed immediatè à Rom. pontifice proficiscitur

a S. Leo Can. ito Dominus. dist. 19.
b Can. decreto 2. q. 6. S. Gregor.

do comprobarunt, vt [a] S. Leo cum de S. Petri potestate loquitur in ipso Christum Dominum suę Ecclesiæ principaliter dominationem virtutemque collocauisse testatur, [b] *Vt ab ipso quasi quodam capite dona sua in omne corpus diffunderet.* Et S. Gregorius hanc prælatorum Ecclesiæ iurisdictionem immediatè à Rom. Pontifice, non sine diuino nutu, ac numine significare volens, hęc in sanctos relata canones memoriæ posteritatis impressit, *Romana Ecclesia vices suas, ita aliis impertiuit Ecclesiis, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis.*

Expositio verborum S. Gregorij.

Quibus verbis clarè perspicueq; significare, ac indicare voluit, aliarum Ecclesiarum toto terrarum orbe sparsarum Episcopos, atque pastores à Romano Pontifice suæ iurisdictionis auctoritatem, potestatemque desumpsisse: ideoque suo modo vices illius Pontificis gerere, sicut magistratus belli pacisque in imperio principis summi vices, partesque exercere creduntur. Non quod Pater ille sanctus dicere velit Episcopos, aliosque Ecclesiæ rectores, atque pastores Romani vicarios tantum esse Pontificis, non verò proprios ac ordinarios pastores, & Ecclesiarum diuersarum principes: verum illis verbis sancti doctoris propositum fuisse credendum est, emanationem vnius ab alio principatus exponere, à quo creātur Episcopi iurisdictionis suæ vim roburque mutuantes, vt illi suo obsequio officioque in regendis orbis Christiani gregibus coadiutores opitularentur.

Episcopi aliiq; pastores Ecclesiæ, non sunt Papæ vicarij, licet in sua iurisdictione ab eo dependeāt: sed sunt ordinarij pastores à Christo generaliter instituti.

2. Pars. De magno honore reuerentiaque exhibita semper his Prælatis Ecclesiæ à cunctis principibus & populis.

His Ecclesiæ Prælatis, atque pastoribus de salute animarum solicitis Romano Pontifici subditis, cūque in plenitudine suæ potestatis adiuuantibus ad altius honoribus efferendum Ecclesiasticæ Monarchiæ decus, magnus propterea à cunctis Christianis principibus & populis honos reuerentiaque debetur, sicut exhibita semper, vt ipsi reges, ac principes cum subditis capita illis per reuerentiam submittere, sacrasque deosculari manus sibi semper honorificum, valdeque salutare esse iudicarint.

c Valentin. senioris egregia de honore Episcop. confessio.

Huius rei testis est vox illa præclara & egregia [c] Valentiniani senioris, tanto principe dignissima ad Episcopos, Sacerdotesque de electione Episcopi Mediolanensis in Auxentij Arriani miserè defuncti locum sufficiendi magnopere solicitos: *Talem*, inquit *in Pontificali constituite sede, cui nos qui gubernamus imperium, sincerè capita submittamus, & eius monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessariò veluti curantis medicamenta suscipiamus.* Didicerat videlicet princeps Christianissimus hūc sacerdotibus Dei maioribus honorem impertitum, à Constantino illo magno fuisse: qui in Concilio Nicæno ad Episcoporum conuentum accedens, *Submissiori*, vt loquitur [d] Nicephorus, *quam tanta amplitudo imperatoris ferret, throno parato, non prius sibi considendum putauit, quam id ab Episcopis permitteretur; tandemq; admonitus, reuerentia eis exhibita consedit, & cum eo sacer ille cœtus.*

d Nicephor. l. 8. c. 16.
Constantini magni pietas, in honorandis Ecclesiæ pastoribus.

Huius exhibitionem honoris religiosissimus princeps, vt par est credere, ab illo S. Clementis Papæ præscripto didicerat: [e] *Omnes principes terræ, & cuncti homines Episcopis obedire, & capita sua submittere, eorumque auditores existere debent.*

e Præscriptum S. Clement. apud Buchardum l. 1. cap. 124.
Regula Ecclesiæ Leontius dictus.

Quam reuerentiam honoremque Episcopis, Deique Sacerdotibus debitum magnus ille Leontius Tripolis Lydiæ Episcopus vulgo ab omnibus, propter egregiam animi virtutisq; magnitudinem κανὼν τῆς ἐκκλησίας

A dictus, non verbis solum, sed facto ipso protexit atque sustinuit. De quo hæc Suidas [f] *Animo fuit ingenuo aduersus omnes, & ore libero, & quodam tempore Concilio indicto, cum Eusebia Constantij uxor superbia elata ab Episcopis adoraretur, solus eam adorationem aspernatus domi mansit. At illa irritata & animo inflammato mittit ad eum expostulatum, pollicitationibus etiam hominem alliciens, se Ecclesiam illi maximam extructuram esse, & affatim pecuniā præbituram, si se conueniret. Cui ille hoc modo respondet. Istorum quidem si quid imperatrix exequi volueris, non tam mihi te scito, quam animæ tuæ gratum facturum. Si me verò ad te venire volueris, debita Episcopis conseruata reuerentia, vt ego quidem ingrediar: tu autem statim de sublimi isto solio descendens reuerenter mihi obuiam procedas, & caput meis manibus supponas benedi-* B *ctionem acceptura, ac deinde ego sedeam, tu verecunde astes: cum iussero, signo dato, sessura. Si hæ inquam, conditiones tibi placuerint, veniam ad te: si alio modo, non tam multa dabis, tam magna non poteris, vt nos honore Episcopis conueniente neglecto, diuinum sacerdotij institutum violemus*, &c. Hæc ipse superbę Imperatrici maximā in se iram hoc generoso responso acuens, sed imperatori marito suæ admirationem virtutis excitans.

f Suidas in verbo Leontius Tripolis Lydiæ Episcopus
Egregia animi Leontii fortitudo, in contemnendo minas & promissa imperatricis Eusebiæ.

Quantis vero reuerentiæ honorisq; gradibus, hos animarum custodes rectoresque suæ Ecclesię Christus Dominus efferri voluerit, [g] sanctus Gregorius Nazianzenus his verbis ad subditos timore perculsos expressit: *Lex Christi imperatores meæ subiecit potestati, meoque tribunali submisit: imperamus enim & ipsi: addo, & imperio maiori & perfectiori. Aut oportet potius, vt spiritus* C *subsit carni, cælestiaque terrestribus? Suscipe vocem liberiorem. Scio te, ô imperator, ouem esse mei gregis, pastoris magni agnum, recteque è superis à Spiritu directum. Et ideo breuis & succinctus est ad te meus sermo, Christi gratia regnas: Christi gratia dispensas: ab illo datus est tibi gladius, non vt eo vtaris, sed vt eo minteris, & tanquam depositum purum tradenti custodias.*

g S. Gregor. Nazian orat. ad subditos timore perculsos.

Ad hos pastoralis Episcopalisque reuerentiæ honorumque gradus illa [h] sancti Augustini ad Proculeianum Donatistam verba spectant: *Homines quidem*, inquit, *causas singulares apud nos finire cupientes, quando eis necessarij fuerimus, sic nos sanctos & Dei seruos appellant, vt negotia terræ suæ peragant, à quibus quotidie submisso capite salutamur, vt dissensiones hominum terminemus, qui capita nobis submittunt,* D *vt eos concordes in terra faciamus.*

h S. Aug. epi. 147. ad Proculeianum.

Sed sicut Episcopali, pastoraliq; dignitati magnus debetur honos, sic magna virtus huic dignitati quærenda, vt ea dignitate præditi pastores in suis territoriis pascendo greges Domini œcumenico pastori totius orbis Ecclesiastici curis anxio subsidia pietatis, charitatisque laboriosæ debito salutarique obsequio largiantur.

Episcopalis dignitas magnā requirit virtutem.

[i] Quod magno prodigio, miraculoque S. Petro sedis Alexandrinæ Patriarchæ diuinitus reuelatum est. Quem in throno Episcopali sedere, visio ostensa, magnæ cuiusdam virtutis, fulgore luminis admodum radiantis, sedentis in ea, sic deterruit: vt hac visa, se prorsus indignum ista Patriarchali sessione, præsente clero, & dimisso in suas ædes populo palam publiceque suam professus infirmitatem tantæ respectu dignitatis ingenuè proclamauerit. Hanc Episcoporum sanctam regalemque dignitatem, ipso etiam Apostolorum tempore

i Anastas. Bibliothecar. ex actis S. Petri Alexand. è Græco Latinitati donatis.
Regalis & sancta Episcoporum dignitas corona, ac mitra pretiosa gestatione ostensa, ab ipso Apostolorum tempore.

pretiosa corona, mitraque monstrabant. Siquidem primum Hierosolymorum Episcopum S. Iacobum Apostolum in dignitatis Episcopalis ornamentum, atque decus, in capite laminam, seu bracteam auream gestare consueuisse, sanctus est auctor[a] Epiphanius, vna cum [b] S. Hieronymo de scriptoribus Ecclesiasticis, & in[c] Epistola cap. 2. ad Galatas; quibus cæteri ferè omnes scriptores Ecclesiastici suffragantur. Itē ex institutione vsque Apostolorum hunc gestandi coronas, atque mitras in Episcoporum capite ritum fluxisse certum manifestumque nobis est, quod regali fungentes sacerdotio, tanquam reges sacerdotesque magni in sacris mysterijs corona, seu mitra pretiosa, maximo sacerdoti secundum ordinem Melchisedech, atque regi regum, & Domino dominantium litare studentes, insigniri meterentur. Quam maximi valoris ac pretij fuisse [d] Ammianus Marcellinus clarè satis ostendit, agens de Mascizel tyranno in Africa, qui à Theodosio profligatus, vt aliquo modo sibi Theodosium conciliaret: *Militaria, inquit, signa & coronam sacerdotalem, cum cæteris quæ intercaperat, nihil cunctatus restituit, vt præceptum est.* Sic antiquos Patres Apostolos, eorumque discipulos sequentes Episcopi posteri hoc capitis ornamento in signum magnæ suæ dignitatis religiosè coruscarunt. [e] Vt sanctus Ambrosius, de cuius pretiosa mitra gemmis auroque micante, hæc Ennodius in Epigrammate de ipso his verbis loquitur.

A

B

a S. Epiphan. hæres. 29. & 78.

b S. Hieron. de script. Ecclesiasticis in S. Iacobo.

c Et in ca. 2. ad Galat.

d Ammianus Marcellinus. l. 29.

e S. Ambros. mitra Ennodius epigramat. de S. Ambr. script.

> *Serta redimitus gestabat,*
> *Lucida fronte distincta gemmis,*
> *Ore parabat opus.*

Ad pulchritudinem vero splendoremque Monarchiæ militantis Ecclesiæ, omnes Ecclesiæ prælati & Episcopi, sub hierarcha Romano vniuersalis orbis Ecclesiastici principe militantes, non eadem fulgent auctoritate, atque iurisdictione, sed inæqualitas est inter eos dignitatis in magna æquitate fundata: de qua hæc sanctus [f] Leo: *Licet sit inter nos dignitas communis, non est tamen ordo generalis: quoniam & inter ipsos beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis: & cum omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præemineret. De qua forma Episcoporum quoque est orta distinctio, & magna dispositione prouisum est, ne omnes omnia sibi vendicarent, sed essent in singulis prouincijs, quorum inter fratres haberetur prima sententia, & rursus quidam in maioribus vrbibus constituti solicitudinem susciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil vsquam à suo capite dissideret, &c.* Hos inter primum dignitatis gradum possident Patriarchæ, atque primates, de quibus propterea iam breuiter nobis est primo loco dicendum.

C

D

Episcopi atque Prælati in Ecclesia non omnes æquales.

f S. Leo 1. epist. 82 ad Anastas. Episcop. Thessalonicensem. cap. 11.

CAPVT II.

De Patriarchis & Primatibus.

SICVT in imperio sæculari officiorum magistratuumq; multitudo non modo, sed & magnitudo præstantiaque, principis regnantis maiestatem nobiliori splendore condecorat: sic in Ecclesia dignitatum varietas, prælatorumque præstantia, pontificiam maiestatem altiorum laudum honorumque titulis extollit. Quarum dignitatum cum primum in Ecclesia locum Patriarchalis splendor primatusque decus obtineant, non mirum si hæ Ecclesiasticæ prælaturæ Pontificio fulgori subditæ, illum maiori gloria venerationeque prouehant. Inter quos tanta conformitas & vnio interuenire solet, vt si nominis locique varietatem demas, vnum & idem prope esse videantur; secundum ea [g] quæ in sacris canonibus scripta leguntur. Nisi quod qui apud Græcos Patriarcha dicitur, apud Latinos primas appellari soleat. Sic enim Patriarchale Primatialeque decus pro eodem Ecclesiasticæ dignitatis culmine [h] S. Clemens ex sententia S. Petri sui præceptoris vsurpauit: *In illis, ait, ciuitatibus in quibus olim apud Ethnicos archiflamines eorum, atque primi legis doctores erant, Episcoporum primates poni vel Patriarchas B. Petrus præcepit: qui reliquorum Episcoporum iudicia, & maiora, quoties necesse foret, negotia in fide agitarent, & secundum Dei voluntatem, sicut constituerunt sancti Apostoli, ita vt ne quis iniustè periclitaretur, definirent. In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos archiflamines erant, quos tamen minores tenebant, quam memoratos primates, Archiepiscopos institui præcepit, qui non tamen primatum, sed solum Archiepiscoporum fruerentur nomine, &c.* Hoc principis Apostolorum decretum [i] Gratianus commemorat, eiusque meminit [k] Leo nonus. Vtrosque & Patriarchas, & primates. Ita sanctus [l] Anacletus confudit, pro eodemque permiscuè assumptos, vt ea quibus omnes affatur Episcopos epistola 3. testatur. *Episcoporum ordo vnus est, licet sint primates, qui primas ciuitates tenent, qui & in quibusdam locis, Patriarchæ à nonnullis vocantur. Illi autem qui in metropoli à B. Petro Apostolo, ordinante Domino & à prædecessore nostro S. Clemente, seu à nobis constituti sunt, non omnes primates, vel Patriarchæ esse possunt: sed illæ vrbes quæ præfatis & priscis temporibus primatum tenuere Patriarcharum, aut primatum nomine fruantur.* Quænam autem sedes Patriarchales, seu primatiæ dici deberent. S. Anicetus epistola prima ad Episcopos Galliæ, ita declarauit.[m] *Nulli Archiepiscopi Primates vocentur, nisi illi qui primas tenent ciuitates; quarum Episcopos Apostoli & successores Apostolorum regulariter Patriarchas & primates esse constituerunt: nisi aliqua gens, deinceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit, propter multitudinem eorum primatem constitui. Reliqui vero qui post primates Metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed Metropolitani nominentur, &c.* Porro Patriarchæ nomen, quod Latinis cum primate confunditur, non solum

Patriarchalis dignitas apti maiu, nisi vocis, aut loci varietate distincta.

g Cap. cleros dist. 21. Cap. vrbes, dist. 80. Cap. nulli, ex Prouincijs dist. 99.

h S. Clemens 1. epist. ad Iacobum fratrem Domini.

i Can. in illis vero 1. dist. 80.

k Leo 9 epist. 3. ad Petrum & Ioannem Africæ Episcopos.

l S. Anaclet. epist. 3 ad omnes Episcop.

Quænam sedes Patriarchales, aut primatia dici debeant.

m S. Anicetus 1. epist. 1. ad Episcopos Galliæ. Cap. nulli, dist. 99.

Nomen Patriarcha non solum apud Christianos, sed etiam apud Iudæos & Ethnicos antiquissimum.

lum in vsu apud Christianos vetustissimo extitit, & apud Iudæos, sed etiam apud Paganos & Ethnicos ritu vsurparũ antiquissimo viguit. Si quidem hoc nomine [a] Hadrianus imperator Trajani successor epistola ad Seruianum consulem vsus est, cum de Ægyptiorum inconstantia hæc ait, *Ille ipse Patriarcha, cum in Ægyptum venerit, ab alijs Serapidem adorare, ab alijs cogitur Christum.* Nullus in Ecclesia pastor, si à Romano Pontifice discesseris, emmentiori gradu dignitatis potestatisque, quam Patriarcha, primasque antiquitus eminebant: his Metropolitani, Archiepiscopi & Episcopi subdebantur, & ab his ad illos in dubiis, controuersisque negotiis prouocatio dirigebatur: iuxta [b] Bonifacii 1. decretum, cuius Gratianus meminit hac verborum concepta formula: *Si inter Episcopos eiusdem Concilij dubitatio emerserit de Ecclesiastico iure, & de alijs negotijs, primum Metropolitanus eorum, cũ alijs quibusdam in Concilio considerans rem diiudicet: Etsi non acquiescat vtraque pars iudicatis, tunc primas illius regionis inter ipsos audiat, & quod canonibus & legibus consentaneum sit, hoc diffiniat, & nulla pars valeat calculo eius contradicere.* Amplitudine iurisdictionis Patriarchæ atqoe primates cæteris omnibus prælatis Ecclesiæ Archiepiscopis & Episcopis, sicut & dignitate præibant. Enimuero Episcopus vni tantum diœcesi, in qua præcipua ciuitas Episcopalis appellatur: Archiepiscopus vni prouinciæ multis fæcundæ ciuitatibus & vrbibus, in quibus Episcopales sedes Metropolitano suffraganeæ fixæ sunt, præficiuntur. At Patriarchæ primatique non vna ciuitas, aut prouincia, sed multę regiones nationesq; subdirę traduntur. Maiores ac præcipuæ sedes Patriarchales in Oriente quatuor numerabantur, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana & Constantinopolitana. Quarum præstantior erat primis Ecclesiæ temporibus Alexandrina, & nouissima omnium erat Constantinopolitana: quæ postea crescente opulentia Constantinopolitanæ ciuitatis, præsentia, ac permansione Orientalis imperatoris cæteris palmam dignitatis & auctoritatis ereptam sibi vendicauit: quam in principio æquo animo minimè tulit [c] Leo Magnus contra superba ausa Patriarchæ Constantinopolitani, aliorumque Episcoporum Orientalium huic Patriarchæ sociatorum & iniqua coniuratione contra iura sedis Alexandrinæ conspirantium. Qui magna fraude & perfidia, Calchedonicam synodum post discessionem legatorum Romani Pontificis additione Pseudodecretorũ sceleratè corruptam violatamque adulterarunt. Postea vero pro bono pacis Ecclesiasticæ Romano Pontifici sanctisque patribus in Concilio congregatis visum est, vt sedes Constantinopolitana omnium temporis ordine nouissima, primum dignitatis gradum super tres alias obtineret, vt ex [d] Concilio Lateranensi, cui 1215. S. Patres interfuerunt sub Innocentio tertio clarissimum his verbis apparet. *Antiqua Patriarcharum sedium priuilegia renouantes sacra vniuersali synodo approbante sancimus, vt post Romanam Ecclesiam, quæ Domino disponente super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersorum Christi fidelium & Magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant, seruata cuilibet propria dignitate, ita quod postquam eorum Antistes à Romano Pontifice receperint Pallium quod est plenitudinis officii Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis & obedientiæ iuramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Dominicæ vero crucis vexillum ante se faciant vbique deferri, nisi in vrbe Romana, & vbicumque summus Pontifex præsens extiterit, vel eius legatus, vtens insignijs Apostolicæ dignitatis. In omnibus autem prouincijs eorum iurisdictioni subiectis ad eos cum necesse fuerit prouocatur, saluis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum.* Præter hos quatuor Patriarchas, qui maiores dicebantur alii constituti sunt, qui illorum respectu minores appellabantur, iique tam in Oriente, quam in Occidente morabantur: in Oriente tres Armenorum Patriarchæ: vnus in Cilicia & Armenia minore: secundus in Armenia maiore: tertius qui ὑψηλαιὸς nominabatur, in Russia Polonorum prouincia suam sedem thronumque fixerunt. Vnico Maronitæ Patriarcha in Syria circa montem Libanum commorante potiebantur. Est etiam apud Æthiopes Patriarcha dictus Abyssinorum Patriarcha, cuius thronus fixus est in curia magni imperatoris speciosi Ioannis, quem Alexandrinus Patriarcha confirmat. Sunt & in Occidente similes multi Patriarchæ dicti vulgari nomine primates, vt in Gallia Lugdunensis, in Hispania Toletanus, in Anglia Cantuariensis, in Italia Aquiliensis, seu hodie Venetianus, Mediolanensis &c. in Africa Carthaginiensis, in Hungaria Strigoniensis, in Germania olim Magdeburgensis, hodie Salxeburgensis; aliique plures in diuersis orbis Occidentalis oris, ac regionibus. Quorum exquisitæ narrationes & inquisitiones, quia non valde instituto nostro necessariæ, vlterius nostrum studium laboremque minimè morabuntur.

[Margin:] [a] Hadriani Epist. ad Seruianum consulem apud Flamaoũ Vopiscum in Saturnino.

Patriarcharũ & primatum in Ecclesia post Rom. Pontificẽ summa potestas, ac dignitas, ad quos aliorum Episcoporum fiebat prouocatio.

[b] Bonifacij 1. decretum, ca. si inter 6 q 4.

Sicut dignitate sic amplitudine iurisdictionis patriarcha Archiepiscopo & Episcopo maior.

4. præcipuæ sedes Patriarchales in Oriente.

[c] Leo Magnus epist. ad Anatolium Patriarcham Constantin. quæ est 51. epi. ad Marcianum imp. & Pulcheriã Augustam, epist 53.

Constantinopolitana sedes quæ 4. Patriarchalibus sedibus fuerat nouissima tẽpore, facta est postea prima dignitate, & amplitudine prouinciarum.

[d] Concil. Lateran. sub Innocent. 3. can 5.

Magna & ampla patriarcharum 4. auctoritas ad maiorem Rom. Pontifici in Ecclesia Monarchæ gloriam.

Patriarchæ minores in Oriente & Occidente.

Tres Armenorum Patriarchæ:

Maronitanus Patriarcha.

Æthiopum Patriarcha.

In Occidente Patriarchæ multi dicti primates.

CAPVT III.

De Archiepiscopis.

1. *De eorum nomine, origine; antiquitate.*
2. *De electione & auctoritate à Rom. Pontifice data & defensa.*
3. *De pallio, eorum iurisdictionis signo ab eodem dato Rom. Pontifice.*

ATRIARCHAS & primates in Ecclesia ad pulchritudinem & speciosam Monarchiæ Ecclesiasticæ venustatem Archiepiscopi sequuntur ideò sic appellati, quod sint veluti principes Episcoporum diuersis Ecclesiarum sedibus in vna prouincia constitutorum strictè proprieque sumpto Archiepiscopi vocabulo. Nam latiori extenso significatione primos Ecclesiæ Prælatos, Patriarchas videlicet & primates ambit & complectitur, vt videre est apud [e] Iustinianum magnum variis in nouellis, in quibus Patriarchas Archiepiscopos his verbis appellat. *Iubemus beatissimos Archiepiscopos & Patriarchas,*

[Margin:] *Archiepiscopi quid propriè.*

Latè sumpto nomine complectitur omnes primos Ecclesiæ prælatos superiores Episcopis, & ipsum Rom. Pontificem

[e] Iustiniani nouella 11. & 123.

A

hoc est senioris Romæ, & Constantinopoleos & Alexandriæ, & Theopoleos, id est Antiochiæ, & Hierosolymorum. [a] Et nouella 16. Anthemium Patriarcham Constantinopolitanum, idem eodem Archiepiscopi nomine imperator insigniuit, sicut post eum S. Gregorius Turonensis Galliarum primatem Logdunẽsem pastorem Archiepiscopi honorifica voce dignatus est: [b] & C. *Conquestus* 9. quæst. 3. Patriarcha Biturícẽsis Archiepiscopus appellatus est. Sed hoc nomen Archiepiscopi longè altius omnes sopremas Ecclesiæ dignitates transcendens, ad ipsum totius dignitatis Ecclesiasticæ fontem atque verticem Romanum scilicet Pontificem omnium pastorum, Prælatorumque patrem principemque penetrauit. Vt videre est in [c] Concilio Calchedonensi alijsque, præter sanctorum Patrum imperatorumque testimonia, quorum non semel superioribus libris ampla commemoratione recordati sumus. Sed tandem illud nomen Archiepiscopi recedens ab illa eminentiori significatione, propriè illi magno pastori prælatoque adscriptum est, qui subditus Patriarchæ, Episcopos eiusdem prouinciæ cui Metropolitanus præesset, suffraganeos suos, suo complecteretur imperio. Sicque Archiepiscopus dictus est, qui & Metropolitanus; vt Archiepiscopus & Metropolitanus [d] Syluestro, [e] Rebuffo, alijsque vtriusque iuris doctoribus synonyma videantur: Et ius Metropolitanum non aliud esse ab eo quod Archiepiscopis competit, sacra iura testantur. Dictique sunt Archiepiscopi Metropolitani à ciuitate principali Metropoli dicta non primaria significatione, sed translata. Siquidem apud Romanos dum infidelitatis atq; Paganicæ superstitionis regna manebant, Metropolis ciuitas appellabatur, [h] Si Budæo doctissimo Romanæ vetustatis scrutatori credamus, ex qua coloniæ deductæ in longinquas oras, in noua consurgebant oppida, vt Μητρόπολις ad ἀποικίας scilicet Coloniam, vt mater ad filiam respectum habere videatur. Quod & [i] Suidæ placet, nomen Metropoleos deriuanti ἀπὸ τῆς μητρὸς τῆς πόλεως scilicet matre ciuitate: & qui huic ciuitati præerat Metropolitanus dicebatur: sed in hac acceptione atq; vsurpatione Metropolitani nomen Archiepiscopo cõpetere minimè potest, quod populis pastor in longinquas terras exteraque regna deductis præesse non posset; quales erant illæ hominũ Coloniæ, quæ à Metropoli ciuitate in longissimas oras exeundo migrauerãt; sed per trãslationẽ illas apud Christianos Metropoles ciuitates appelare solemus, quæ tanquã matres rerum ad minores Ecclesias sibique subditas, in eadẽ prouincia constitutas spectantiũ iuridica pietate satagunt. Quod ex constitutione [k] Theodosii Magni constat apertũ: quæ ciuitatẽ Berytum in prouincia Phœniciæ Metropoleos apppellatione decorauit. Et harũ ciuitatũ Ecclesiæ præfecti Metropolitani atq; Archiepiscopi nominabantur. Quorũ institutio antiquissima est ab ipso Apostolorũ principe trahens originem: qui illis ciuitatibus Archiepiscopos præesse voluit, in quibus regnãte soperstitione & idololatria Gentilium archiflamines circa sacra, profana, impiaque dominabantur, vt clarissimè [m] S. Clemens his verbis ad S. Iacobum fratrem Domini epistola prima significauit. *In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud Ethnicos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant, quam memoratos primates*

[a] Idem imperat. Nouell. 16.
[b] C. conquestus 9. q. 3.
[c] Concil. Calchedon. & alia.
[d] Syluester vero Archiepiscopus in princip.
[e] Rebuff. ad § 1. de institut. in concord.
[f] Can. vt litigantes c. 5 de officio ordin.
[g] Can. 1. de offic. Legat. l. 1. decret. Tit. 30.
Metropolitanus à ciuitate Metropoli dictus.
Quid ciuitas Metropolis.
[h] Budæus ad L. obseruare ff. de officio proconsulis: Annot. priori ad Pandectas.
[i] Suidas verbo Metropolis.
Archiepiscopus dicitur Metropolitanus, non propriè, sed per trãslationem.
[k] Constitut. Theodosij l. 1. de Metropoli Beryto l. 11 cod. tit. 21.
Archiepiscoporum institutio à S. Petro.
[l] Can in illis dist. 8.
[m] S. Clemens epist. 1 ad S. Iacobum.

Archiepiscopos Petrus institui præcepit; qui non tamen primatum, sed Archiepiscoporum fruerentur nomine. Huc referenda sunt illa [n] Ruperti de pallio Archiepiscopali loquentis; *Apostolorum*, inquit, *successores Patriarchæ dicti sunt. Petri autem successor pro excellentia principis Apostolorum, Apostolicus nominatur. Qui autem ab eis*, scilicet sancto Petro, & alijs Apostolis, *per prouincias missi sunt, tam ipsi quam successores eorum Archiepiscopi vocantur.* Quos capita ac principes Episcoporum simplicium sanctus Petrus & Apostoli constituerunt, vt fideli [o] canon Apostolicus testificatione commemorat sub hac verborum formula. *Episcopos gentium singularum scire conuenit quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existimant, & nihil amplius præter eius conscientiam gerant, quam illa sola singuli quæ Parochiæ propriæ & villis quæ sub ea sunt competant, sed nec ille præter omnium conscientiam faciat aliquid*, scilicet Archiepiscopus, *Sic enim vnanimitas erit, & glorificabitur Deus per Christum in Spiritu sancto.*

B

Quam sanctionem Apostolicam repetitam, renouatam, confirmatamque [p] prima synodus Antiochena sub Iulio primo sic voluit ab omnibus Episcopis & Archiepiscopis obseruari, *Vt dum Episcopi facti minores Metropolitanis subditi honorem humiliter obediendo præstent Archiepiscopi propter eminentiam dignitatis, superbiæ vento & typho non intumescant, omnia sibi in Prouincia sine Episcoporum consensu licere putantes.* Hos enim ita suæ potestatis officiique lineas per fastum audaciæ transilientes, Anicetus primus Papa iuridica, eàque graui animaduersione castigari decreuit, hæc ad Episcopos Galliæ scribens, multa prius de Episcoporum, Archiepiscoporum atque primatum institutione locutus: [q] *Reliqui vero qui post primates Metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed Metropolitani nominentur. Si autem aliquis Metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium præsentia, vel Concilio Episcoporum, aut eorum, aut alias causas, nisi tantum, quæ ad propriam suam parochiam pertinent, agere aut eos grauare voluerit, ab omnibus districtè corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si verò incorrigibilis eisque inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem (cui omnia Episcoporum iudicia terminare præcepta sunt) eius contumacia referatur, & vindicta de eo fiat, vt cæteri timorem habeant: si autem propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem graue ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, tunc ad eius primatem causa deferatur & penes ipsum huius sanctæ sedis auctoritate iudicetur.* Hæc ille sanctus Pontifex aduersus Metropolitanos, ne sui muneris obliti quanto maiores sint Episcopis, alijsque inferioris ordinis prælatis pastoribusque, tumore superbiæ sublimiùs efferantur. Sicut autem Episcoporum incumbit muneri diæcesanos pastores, aliosque sacerdotes & clericos diæceseos territorio contẽtos, sic & Metropolitanorum officium est Episcopos suæ prouinciæ iure communi visitare: illud enim à temporibus Apostolorum institutum & obseruatum, [r] in Concilio tertio Valentino in Gallia sob Lothario imperatore repetitum his verbis, confirmatumque videmus. *Singulis Metropolitanis cum suffraganeis suis cura præcipua sit de vita & opinione, non solum totius chori, sed etiam*

[n] Rupertus Abbas to 2. de diuinis officiis c. 27. 2. Pars.
Auctoritas Archiepiscoporum super Episcopos, ex decreto Apostolorum.
[o] Can Apostolorum 35.
[p] Synodus 1. Antiochiæ
Contra Archiepiscopos superbos supra munus suum multa audentes decretum S. Aniceti 1.
[q] S. Anacleti 1. epist. 1. ad Episcopos Galliæ. Apud Gratianum ca. Si autem 9. quæst. 3.
Metropolitanus non obediens comprouincialibus in synodo congregatis incorrigibilis sedi Apostolicæ sistens iubetur vt corrigatur.
Archiepiscopus sua prouincia Episcopos visitat.
[r] Concil 3. Valent. in Gallia can. 19. sub Lothario Imp.

C

D

ipsorum Episcoporum, ne se per culpam, aut negligentiam suam tales exhibeant, qui meritò apud laicos viles, atque infames, ac per hoc in ipso sacro ministerio contemptibiles habeantur, placet firmatum. Sed cum nihil tam sanctum ac religiosum sit, quod non impiorũ peruersitas sub pietatis rectiq; vmbra violare possit, visum est Spiritui S. & patribus Concilii œcumenici [a] 8. Constantinopoli quartùm congregatis, sub Hadriano 2. can. 9. adhibere cautionem, ne Metropolitani visitationis prætextu prouinciæ suæ clericos, Ecclesiasque excessibus opprimerent: quæ cautio hac textura verborum concepta est. *Ne vllus Archiepiscopus & Metropolitanus propriam relinquat Ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedat, & potestate propria contra infirmiores abutatur, vt consumat reditus qui apud eos inueniuntur, ad Ecclesiasticam dispositionem & alimenta pauperum, vnde per hoc noscuntur grauare auaritiæ modo conscientias fratrum & comministrorum, excepta hospitalitate, quæ aliquando ex necessario transitu fortassis accesserit.* Iura verò Archiepiscopalia sicut Apostolica sedes Domino potestatem largiente donauit, sic eorum vindicem se cooseruatricemque præstare consueuit. Quod non obscurè sanctus Leo epist. 82. Anastasio Thessalonicensi Episcopo, suo à se in his orientalis Ecclesiæ partibus legato constituto significare voluit: eum grauiter increpãdo, quod Attici veteris Epiri antistitis Metropolitani iura turbasset, eum in iudicium quatenus Apostolicus legatus euocasset, multaque molestia grauauisset inconsulta sede Apostolica: eúque monet ne se postea talibus ausis conquinet. Hæc postea in eadem epistola subiungens: [b] *Igitur secundum sanctorum Patrum canones, Spiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia consecratos, Metropolitanos singularum prouinciarum Episcopos, quibus ex delegatione nostra fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius traditæ sibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita vt à regulis præstitutis nulla, aut negligentia, aut præsumptione discedant.* Et Hormisda iurium Metropolitanæ dignitatis conseruandorum cupidissimus, cuidam Episcopo Ioanni nomine cui in Hispania vices suas legauerat ista mandauit: [c] *Seruatis priuilegijs Metropolitanorum, vices vobis Apostolicæ sedis delegamus: vt inspectis istis, siue ea quæ ad Canones pertinent, siue ea quæ à vobis sunt nuper mandata seruentur: siue ea quæ de Ecclesiasticis causis tua reuelatione contigerint sub tua nobis insinuatione pendantur.* Ab eodem Pontifice Salustius Hispalensis Episcopus per Beticam & Lusitaniam prouincias Apostolicæ legationis honore dignatus audiuit hæc, atque legit in Epistola 7. sancti illius Papæ conscripta: [d] *Saluis priuilegijs quæ Episcopis Metropolitanis decreuit antiquitas,* &c. Hæc Archiepiscopalia iura defendendi atque vindicandi, magna in animo Nicolai 1. cupiditas insedit: cum Radulphum Patriarcham Bituricensem magnæ insimulauit audaciæ atque confidentiæ: quod turbato ordine canonici iuris clericos Narbonẽsis Ecclesiæ à sui Metropolitani iurisdictione potenter, nec sapiẽter auulsos, suo iudicio sistere compelleret. Eius Pontificis verba Patriarcham illum corripientia sunt eiusmodi [e] in canonem conquestus 9. q. 3. reuocata: *Conquestus est Apostolatui nostro frater noster Sigedodus Archiepiscopus Narbonensis, quod clericos suos eo inuito ad iudicium tuum venire*

Archiepiscopi prætextu visitationis prouinciales Ecclesias grauare vetãtur.

[a] Concil. 8. generale Constãtinop. quartum, sub Hadriano 2. can 9.

Romanus Pontifex iurium Archiepiscoporum vindex ac protector, sicut eorum largitor.

[b] Epist. 82. S. Leonis ad Anastas. Episc. Thessalo. can. igitur 25. q. 2.

[c] Hormisdæ, epist. 3. ad Ioannem Episcopum in Hispania legatum Apostolicum. Can. seruatis 25 q. 2.

[d] Idem epi. 7. ad Salust. Hispalens. Episcop.

[e] Nicolai 1. epist 1. ad Radulphum Patriarchã Bituricensem. can. conquestus 9. q. 3.

A *compellas, & de rebus ad Ecclesiam suam pertinentibus eo inconsulto quasi iure tui Patriarchatus disponas: cum hoc neque antiquitas (cui sancti Patres sanxerunt reuerentiam) habeat, & auctoritas sanctorum canonum penitus interdicat, nisi forte pro causis quæ apud se terminari non possunt, ad te quasi ad Patriarcham suum prouocauerint, per appellationes, vel si Episcopus suus decesserit, res Ecclesiæ suæ iudicio tuo dispensare voluerint. Primates enim vel Patriarchas nihil priuilegij habere præ cæteris Episcopis, nisi quantum sacri canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit, diffinimus.* Idẽ Pontifex priuilegia iuraque Archiepiscopo Turonẽsi à sede Apostolica cõcessa, in omnes Britãniæ Armoricæ Ecclesias sarta tecta, inuiolabili perennitate custodire percupiens, ita ad regem Britanniæ Salomonem his sui regni

B Episcopos subiici prohibentem Apostolica generositate rescripsit: [f] *Hæc est ordinatio Dei Patris tui, & hæc est lex Ecclesiæ matris tuæ, videlicet vt omnes Episcopos regni tui ad Turonensem Archiepiscopum mittere non detrectes, ipsiusque iudicium postulare non dedigneris. Ipse est enim Metropolitanus & omnes Episcopi regni tui suffraganei eius sunt, sicut conscriptiones prædecessorum meorum euidenter ostendunt. Neque enim Ecclesias Dei per discordias regum diuisionis aliqua damna pati necesse est, cum quantum ex se est pacem quam prædicant seruare studeant inuicem & in omnes.* Tanta porro quondam erat Episcoporum in Metropolitanos obedientia, & horum in illos auctoritas, vt ipsis Episcopis curias & aulas adire principum sine illorum venia atque concilio non licuerit: prout constitutio Concilii Antiocheni,

C sub Iulio 1. decreuerat: [g] at nunc proh pudor! aulæ principum, ac regum Christianorum, passim Metropolitanorum Episcoporumque inutilium, sui inimicorum gregis, ipsos aulicos infeliciter mundi vanitate, ac turpi pompa superantium copia turgescunt, atque luxuriant! ô idola pastorum: ô vilia mundi mancipia, ô mercenarios non patres! ô lupos non pastores! ô miserũ funestumque seculum, quod videt & tolerat ista! [i] Ab illis Episcopis fiebat electio Metropolitani in eadem prouincia, suas Episcopales possidentibus cathedras in Metropolitanam Ecclesiam conuenientibus, ex [h] can. Metropolitano dist. 63. Id que sancti Anacleti 1. qui anno Domini 156. in Apostolica sede regnabat, decreto constitutum est, [i] sub hac verborum formula

D concepto. *Si Archiepiscopus diem obierit, alter ordinandus Archiepiscopus electus fuerit, omnes eiusdem prouinciæ Episcopi ad sedem Metropoleos conueniant: vt ab omnibus ipse ordinetur: oportet autem vt ipse qui illis omnibus præesse debet, ab omnibus illis eligatur & ordinetur.* Quibus intelligimus & sequentibus verbis hanc eligendi Metropolitanum ab Episcopis huic subditis in eadem prouincia ab auctoritate sedis Apostolicæ Romanique Pontificis decreto suas vires, roburque desumpsisse. Quod innotescit clarissimè ex his quæ [k] sanctus Leo ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem eius (vt supra notauimus) in plaga illa orientali legatum rescripsit. [l] *Metropolitano,* inquit, *defuncto cũ in eius locũ alius fuerit subrogandus prouinciales Episcopi ad ciuitatem Metropolitanam conuenire debent, vt omnium clericorum atque omnium ciuium voluntate discussa, ex presbyteris eiusdem Ecclesiæ, vel ex Dia-*

[f] Nicolai 1. epist. ad Salomonem regem Britanniæ can. hæc quippe 3 q 6.

Antiquitus nõ licebat Episcopis adire aulas principum sine consensu Metropolitani.

[g] Con si quis Episcopus 21. q 8. § nos autem.

Contra aulicos pastores.

Electio Metropolitani ab Episcopis suffraganeis antiquitus per decretum Romani Pontificis.

[h] Can. Metropolitano dist 63.

[i] Can Archiepiscopus ab omnibus, dist. 66.

[k] S. Leonis epist 82. ad Anastasium Thessal. Episcopum. e 6.

[l] Can. Metropolitano dist. 61. dist. 77. in princip.

A *conibus optimis eligatur, de cuius nomine ad tuã notitiam prouinciales deferant sacerdotes impleturi vota poscentium, cum quod ipsius placuit, tibi quoque placuisse cognouerint. Sicut enim instat electiones vllis dilationibus nolumus fatigari, ita nil permittimus te ignorante præsumi.* Ex quibus profectò cõstat electiones Metropolitanorum à suffraganeis Episcopis antiquo & communi iure fieri solitas, à Romani Pontificis ordinatione decretoq; redundasse. Electo à se Metropolitano Episcopi suffraganei hoorem reuerentiamque præstare debent, vt ipsos decet ab inferioribus veneratione & obsequio præueniri. Hoc enim sacra iura præscribunt, vt ex illo [a] can. 2. & 4. Concilii Vernensis apparet: *Statuimus, vt Episcopi cæteri ipsi Metropolitano in omnibus secundum canonicam institutionem obediant.* Quem canonem vbiq; locorum sui imperii postea [b] Carolus magnus obseruari magnoperè curauit. Hinc [c] illud Concilii

B Meldensis can. 31. *Metropolitanis sedibus antiquitus statuta iura seruentur, & à comprouincialibus Episcopis iuxta regulas Ecclesiasticas eis reuerentia exhibeatur.* Haud sicut quam ipsi Metropolitani superiores suos Patriarchas honore, reuerẽtia & obsequio suspicere debent, vt pax amica Ecclesiæ, extirpato confusionis ac rebellis irreuerẽtiæ strepitu, salua & incolumis in fidelium cordibus imperet. Nota illa ad hanc rem præclara [d] Concilii œcumenici 8. can. 17. à Concilii Nicæni primi canone 6. deriuata cõstitutio, in qua Spiritus sanctus sic per os SS. Patrũ Cõcilii post multa concludendo locutus est. *Quisquis ergo Metropolitanorum proprium Patriarcham contempserit, & vocationi eius quæ siue ad vnum & solum, siue ad plures, siue ad omnes fit absque validissima ægrotatione, vel paganorum incursu non obedierit, & per totos duos menses post notitiam vocationis ad proprium venire*

C *Patriarcham minimè festinauerit, vel si quocumque modo latitare, aut non cognoscere nuntium ab illo missum tentauerit, segregetur. Si vero inter vnum annũ eamdem contumaciam & inobedientiam demonstrauerit, deponatur omnimodè & ab omni sacerdotali operatione decidat, atque à dignitate & honore, qui metropolitanis conuenit, propellatur, is autem qui huic definitioni non obedierit anathema sit.* Vt autem suã omnes agnoscant Archiepiscopi auctoritatẽ iurisdictionemque se à Romano Pontifice visibili gregis dominici pastore Monarchico suscepisse, huius iurisdictionis signũ notamq; propriam accipiunt, scilicet palliũ ab eo summo pastore, ante cuius adeptionẽ Archiepiscopalia munera exercere nullo pacto possunt, iuxta [e] canonis Ecclesiastici constitutionẽ, vt pote [f] synodum prouincialem cogere, chrisma cõficere, Basilicas dedicare, clericos ordinare, Episcopos consecrare: & per

D ipsius concessionem pallii Papa plenam Põtificię iurisdictionis potestatem in Archiepiscopũ suo in Archiepiscopatu trãsfundit vt [g] canon primus de auctoritate & vsu pallii manifestè testatur. Cuius pallii concessio à Domino nostro Papa Archiepiscopis, sicut Patriarchis facta non noua recensque, sed antiquissima esse perhibetur. Donũ quippe siue traditionem huius pallii ab ipso S. Petro sacra iura patresque deducunt. Nam *Maternus Treuirensi Ecclesiæ à B. Petro Apostolo missus*, inquit [h] Rupertus, *hæreditatem pallii, quod à magistro suo S. Petro acceperat, suis successoribus reliquit:*

a Concilium sub Pipino rege Vernis celebratum in Paletio, anno 755. can. 2. & 4.

b Lib. 5. constitut. seu capitulorum suorum.

c Concilium Meldense, can 31.

Vt Episcopi Metropolitanis suis, sic hi Patriarchis superioribus suis reuerentiam exhibere debent & obsequium.

d Concil. generale 8. c. 17. Nicæn. 1. c. 6.

3. Pars de palleo iurisdictionis Metropolitana signo à Romano Pontifice dato.

Sine Pallio nõ exercet munera Metropolitanus Archiepiscopalia

e Can. nisi de auctorit. & vsu Pallii

f Can. quod sicut §. præterea, de electione & electi potestate.

g Can. 1. de auctorit. & vso Pallii.

Pallii traditio antiquissima à sancto Petro.

h Rupertus l. 3. de diuinis officiis c. 27. circa f. to. 2.

A De quo multa apud sacros vetustosque scriptores [i] S. Gregorium, [k] Alcuinum, [l] Rabanum, [m] Rupertum, [n] Innocentium, aliosque qui de diuinis officiis libros edidere, leguntur. Atque hæc Pallii largitio, missio ad conuersionem gentiũ & instructionem iuridicam ouium Christi, à Romano Pontifice facta dicebatur, vt [o] Rupertus Abbas his loco citato verbis obseruauit. *Initium ergo fidei habentes ab Apostolica sede, regulam hanc Metropolitanæ obseruant Ecclesiæ, vt neminem habeant Pontificem, nisi ab eadem sede missum, à qua primus ille prædicator fidei missus est. Illa autem missio supradicti Pallii largitio est, quod vt dictum est à collo dependens, humilitatem Domini significat, dicentis,* [p] *Sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos.* Estque pallium veluti vestis quæ breuis & exigua scapulas & humeros leuiter ac superficietenus tegens ex lana alba contexta circulum hu-

B meros constringentem habens, duasque lineas stolæ instar ab anteriori & posteriori parte pendentes, quatuor signis crucis purpureis distincta: quorum vnum hæret in pectore, secundum læuo humero, tertium dextro, quartum in scapulis. *Dictum pallium à pellibus, quod prius super indumenta pellicea veteres quasi pellea,* [q] vt vult Isidorus, *in luerentur.* Qua vero forma & modo verborum Metropolitani Archiepiscopalium sediũ pallium suæ notam iurisdictionis à Romano Pontifice sibi dari supplicarẽt, precibusque contenderent, antiquus [r] author rituum Ecclesiasticorum S. Rom. Ecclesiæ sic ostendit. *Ego N. electus Ecclesiæ N. instanter, instantiùs, instantissimè peto mihi tradi & assignari pallium de corpore S. Petri sumptum, in quo est plenitudo Pontificalis officii.* Sine cuius traditione, vt dictum est, nullũ Archiepiscopale munus exerceri ritè po-

C test. Formula autem illud conferendi Archiepiscopo talis scripta legitur in [s] Glossa in can. ad honorem de auctoritate & vsu pallii: *Ad honorem Dei omnipotentis & beatæ Mariæ virginis, & B. Petri & Pauli Apostolorum, & Domini Papæ Ecclesiæ Romanæ, & Ecclesiæ .N. tibi commissæ, tradimus tibi .N. Pallium de corpore B. Petri sumptum, in plenitudinem Pontificalis dignitatis, vt vtaris eo intra Ecclesiam tuam certis diebus, qui exprimuntur in priuilegiis Ecclesiæ tuæ .N. concessis à Romana Ecclesia.* Hoc dono Archiepiscopi, sicut primates illis superiores ornati, omnem suæ iurisdictionis officiique dignitatem & honorem à summo sacerdotum principe Romano præsule deprõpsisse profitentur: suis contenti finibus, ab illo principe præscriptis: ne extra septa sui gregis, vlterius ad alterius prælati Christianos greges sua iurisdictione moderandos audeant euagari,

D iussa hæc sancti [t] Leonis Papæ reuerenter audientes. *Alienum ius sibi alter non audeat vendicare, suis limitibus, suis terminis sit vnusquisque contentus, & priuilegium sibi debitum in alium transferre se posse nouerit non licere.* Atque hæc de Archiepiscoporum nomine, origine, auctoritate, electione, officio, notaque eorum iurisdictionis Pallio, ad maiorem Monarchiæ Ecclesiasticæ splendorem satis multa pro instituti nostri ratione sufficiant.

i S. Gregor. epist. l. 1. 30. 39 l. 6 epist. 23. l. 7. epist. 126. 129 l. 12. epist. 42. l. 4. epist 415 & 45.

k Alcuinus l de diui officiis, cap. 39.

l Rabanus l. de ritibus Eccles.

m Rupertus supra.

n Innocent. 3. l de Concilio Lateran. cap 5.

o Rupertus l. 3 de diuin. offic. c. 27. circa medium.

Missio ad Metropolitanas sedes, pallii largitione signatur.

p S. Ioan. 20.

Pallium quid & vnde.

q S. Isidorus verbo Palliũ.

Formula petẽdi pallium.

r Liber. titu. 10. c. 5. rituũ Ecclesiast. Rom. Ecclesiæ.

Formula conferendi Pallii.

s Glossa in can. ad hono. e m de auctoritate & vsu pallij.

Prælati pallio ornati suam iurisdictionem ab auctoritate Rom. pastoris accepisse profitentur.

t S. Leonis epist. 87. ad Episcopos Viennensis prouinciæ.

CAPVT IV.

De Episcopis in propria significatione.

1. *Episcopi nomen, origo, significatio apud Ethnicos & Christianos.*
2. *Diœceses apud Ethnicos & Christianos quid, quando facta, quædam à principibus Christianis de consensu & auctoritate Papæ constituta.*
3. *Ad creationem Episcopi requisita quot, simplicibus sacerdotibus longè maioris iure diuino.*
4. *Nomen hoc Episcopi, non solum oneris, ac curæ pastoralis est, sed etiam beneficii, dignitatis, & honoris, contra hæreticos.*
5. *Iura & officia Episcopi quæ, per vestimenta Episcopis attributa significantur.*



NOBIS dignitatis ordinem in hoc libro sequentibus post Patriarchas & Metropolitanos breuis de Episcopis speciali significatione intellectis occurrit disputatio: quatenus speciosa præcipuaque mystici Domini corporis, quod est Ecclesia, membra sunt, & principes in eius regimine Ecclesiæ, sub illo summo spirituali imperatore, ac Monarcha Pontifice Rom. religiosè laborando, strenueq; animarũ saluti inuigilando militantes. Quos non ordine à superioribus pastoribus illis discretos, sed iurisdictione solum separatos supra monstrauimus. Quo nomine si secundum latam generalemque significationem illud vsurpemus, omnes maiores Ecclesiæ Prælatos, Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, ne quidem ipso summo pastorum omnium excepto principe comprehendi non ambigemus. Si vero intra strictos illud specialis acceptionis terminos metasque concludamus, hoc nomine illi soli propriè prælati notabuntur, qui Metropolitanis immediatè, aut vocatione, aut prouocatione subditi, populis singularum diæcesum territorio contentis pastores magni præsunt, atque charitate Christiana paternaque dominantur. Cuius nominis notationem vimque significationis si scire voluerimus facilè è Græco fonte haustam intelligemus. Cuius rei veritatem non meliori solidiorique fundamento, quam D.[a] Augustini testimonio, prout à linguæ Græcæ peritissimus, sui seculi didicerat, firmare possumus. Ille quippe de Episcopi nomine ita loquitur.[b] *Propter quod ait Apostolus, qui Episcopatũ desiderat, bonũ opus desiderat, exponere voluit, quid sit Episcopatus, quia nomẽ est operis, nõ honoris.* Quorũ verborũ difficultatẽ cõtra hæreticorũ obiectiones postea soluemus: *Græcum est enim atque inde ductũ vocabulum, quod ille qui præficitur, eis quibus præficitur, superintendit, curã eorum scilicet gerens ἐπὶ quippe super, σκοπὸς verò intentio est. Ergo ἐπισκοπεῖν si velimus Latine, superintendere possumus dicere: vt in-*

Nomen Episcopi dupliciter sumptum.

Episcopi nomen vnde deductum.

a D. Aug. l. 19. de ciuit. c. 19.

b 1. Timoth. 3.

A *telligat non esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse.* Vnde hoc nomen Episcopus, vel à Græco verbo ἐπισκοπεῖν quod est considero, vel ἐπισκέπτομαι scilicet visito: vnde ἐπίσκοποι apud Athenienses inspectores & custodes dicebantur; quos in suæ ditionis vrbes, ad statum rerum cognoscendum, & constituendum illi mittebant: sicut ἁρμοσταὶ id est coagmentatores, seu compositores, quos Lacedæmonii scilicet nominabant, inquit [c] Suidas hinc factum, vt in sacris litteris Episcopum passim [d] speculatorem retenta vocabuli Græci significatione Spiritus sanctus appellauerit. [e] *Attendite vobis & vniuerso gregi,* inquit, *Apostolus in quo Spiritus sanctus posuit vos Episcopos,* ad verbum [f] superintendentes & [g] speculatores, *Regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine.* Valde vtilis ac necessarius in Repub. Magistratus ille apud Paganos dictus Episcopus habebatur, qui rerum ad victum necessariarum, vt cibi, vini & cæterarum generis huiusmodi
B vtiliũ vitæ satagebant: sicut verba hæc legis *Munerum* 2. ff. de muneribus & honoribus §. Irenarchæ significant. [h] *Item Episcopi qui præsunt, & cæteris venalibus, quæ ciuitatum populis quotidianum victum suggerunt, personalibus muneribus funguntur.* In quã significationẽ nomen illud Episcopi cõuertens Tullius ita ad Atticũ amicũ scribebat, [i] *Vult Pompeius me esse, quem tota hæc campania & maritima ora habeant Episcopum, ad quem delectus & negotii summa referatur.* Item illi etiam Episcopi dicebantur apud infideles & Paganos[k] qui inter milites & castrorum sectatores metatoribus quos Cretarios, Gallicè *Forriers*, à foribus dictos appellamus, præesse ex officio tenebantur. Vt circumeundo pro dignitate cuiusque militantibus hospitii commoditatem prospicerent. Vt videre est apud [l] Cassiodorum dicentem, *Et primum quidem interrogare militem, quis*
C *eum ad metatum duxisset Episcopum.* Et apud Indos Episcoporum munus fuisse scribit [m] Arianus videre, quid in quaque regione fieret, vt ad reges & ad magistratus cognitũ renuntiarent. [n] Tales Persæ magistratus regis oculos appellãt. Vnde legitima translatione à ciuili profanoq; magistratu nomen illud Episcopi sacris Ecclesiæ præsulibus & antistitibus attributũ est: qui Christianarũ ouiũ victui insudabãt magnopere de earũ [o] salute soliciti. Sana hæc SS. Patrum doctrina vt [p] S. Ambrosii dicentis. *Quid aliud interpretatur Episcopus, nisi superinspector? maxime cum solio in Ecclesia editiore resideat, & ita cunctos respiciat, vt & cunctorum oculi in ipsum respiciant.* Cui consen-
D su congruens [q] S. Hieronymus de Episcopis loquens ait: *Significantius Græcè dicitur ἐπισκοποῦντες, id est superintendentes, vnde & Episcopi nomen tractum est.* De his Episcopis præcisè non pro maiorum ciuitatum, sed minorum spirituali gregi præfectis, antequam in diæceses populosiores Episcopalis auctoritas extensa dilataretur, à sancto Petro Apostolorum principe constitutis: [r] ita sanctus Clemens epist. 1. ad S. Iacobum verba promit: *In singulis ciuitatibus singulos & non binos vel ternos, aut plures Episcopos constitui præcepit* (scilicet sanctus Petrus) *qui non primatum, aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine, quia matrem ciuitatem non tenent: sed Episcoporum tantum vocabulo potirentur, quoniam nec inter ipsos Apostolos, par institutio fuit, sed vnus omnibus præfuit,* &c.

Episcopi apud Athenienses quinam dicti.

c Suid. verbo ἐπίσκοποι.

d Ezech. c. 3. v. 17. Oseæ c. 9. v. 8.

e Act. 20.

f Can. qui Episcopatum 8 q. 1.

g Ca. clericia dist. 21.

Magistratus dictus Episcopus apud Paganos necessariis victui inuigilabat.

h L. Munerum 2. ff. de muneribus & honoribus §. Irenarchæ.

i Cicero ad Atticum l. 7. epist.

k Gallicè possemus dicere, *Maistre de camp.*

l Cassiod. l. 4. variarum

Episcoporum munus apud Indos quale.

m Arrianus lib. 8 historiæ & in rebus Indiæ.

n οἱ βασιλέως ὀφθαλμοί.

o Can. cleros, dist. 21.

p S. Ambros. l. de dignitate sacerd. c. 6.

q S. Hier. in 2 epist. ad Euagrium.

Episcopi post Christum Dominum à S. Petro instituti.

r S. Clemens epist. 1 ad Iacobum.

s Pars.

Diœceses dictæ minores Prouinciæ.

Et appositè quidem Episcopalis iurisdictionis territorium diæcesis dicta est, quia minores prouincias antiqui pagani diæceses appellabant, sic enim Tullius [a] *Vt ne*, inquit, *omnium diæcesum quæ cis Taurum sunt, omniumque earum ciuitatum magistratus legationesque conuenirent*. Et ad Atticum: [b] *Mirifica expectatio nostrarum diæcesum.* Sicque dictum est angustum illud exiguæ prouinciæ territorium diæcesis, quia administrandum alicui magistratui dabatur. *διοίκησις* enim Græce administratio est. [c] Sic enim *Æschines διοίκησιν τῆς πόλεως scilicet administrationem ciuitatis appellat.* Ideo Episcopus diæcesanus in iure proprie nominatus [d] Glossa teste in Clementina 1. de vita & honestate clericorum, id est caput diæceseos. Sicut Episcopatus diæceses appellati, non statim ab ipsis primis nascentis Ecclesiæ, vt Græci loquuntur vnguiculis, sed succedentium annorum lapsu, provt credentium multitudo, ac numerus in dies augebatur, & disseminata fides Christi Domini altioribus firmata radicibus, ramos suæ doctrinæ, suique luminis radios in longiores terræ limites copiosissimè diffundebat. Vnde religiosissimi principes inuenti sunt, qui nouas sedes Episcopis donauerunt, diæcesesque approbante summo Pontifice fundauerunt: vt Dagobertus [e] Argentoractensem, Constantiensem diæceses, sedesque constituit Episcopales. Pari pietate, ac fide in Deum Miesca, seu Miezlaus [f] affectus, primus rex Poloniæ Christianus diæceses earumque basilicas extructas partitasque in Episcopales & Metropolitanas, magnis dotauit opibus, muneribus decimisque quotannis persoluendis, anno Domini 965. locupletauit. Similiter circa annum 1376. in Russia [*] diæceses sedesque Episcopales Premisliensem & Vuladismirensem, princeps prouinciæ huius Gregorio 11. consentiente, atque statuente magnis oblatis opibus extruxit. Ante cuius tempora Carolus magnus [g] anno Domini 788. Bremensem Episcopatum, aliosque fundatos erectosque copiosè dotauerat. Alios licet in sacris historiis intueri principes hoc Christianæ deuotionis incensos æstu, qui fundandis dotandisque Episcopatuum sedibus in Ecclesiam Dei benefici largiter copioseque liberales extitere.

a Cicero l. 3. epist. familiarium.
b Cicero ad Atticũ epist.
c Æschines.
d Glossa in Clement. 1. de vita & honestate clericorum.
Principes Christiani diæceses constituerunt.
e Beatus Rhenanus l. 2. rerum Germanic.
f Martinus Cromerus l. 2. de rebus Polonorum.
** Idem Cromerus l. 13. de rebus Polon.*
g Albertus Rorantius l. 2. c. 14. 15. hist. Saxon.

3. Pars ad creationem Episcopi tria requisita.

Iamverò vt tertium capitis membrũ paucis aggrediamur, aggressumque breuiter absoluamus, creationem Episcopalem tria præcipue ingredi solent, scilicet, electio, confirmatio, & consecratio: quæ etiam maiorum præpositorum Ecclesiæ, vt Patriarcharum & Metropolitanorum, si antea in Episcopos non fuerant consecrati, creationes desiderant atque requirunt. Electio præit, quam superioris auctoritate confirmatio sequitur, post quam extremum creationi fastigiũ consecratio ceremoniis rectè peractis imponit. Electionis nomine quãcumq; nominationẽ cõprehẽdi certum est: qua vel collegiũ clericorum, vel patronus, qualis solet esse imperator, rex, aut alius supremus in Repub. princeps, aliquem nominat, designat, atque Romano Pontifici in Episcopale munus officiumque pastorale præsentat. Confirmationis nomine multa comprehendi, ipsa praxis Ecclesiæ præsentis vsusque demonstrant. Hoc enim non solum superioris actio aliquem electum in Episcopali dignitate confirmantis intelligitur, sed etiã alia actio eiusdem superioris, qua electum & à patrono oblatũ nominatumque in hoc munere Episcopali constituit, ; nec solum illa actio hoc confirmationis nomine comprehenditur, verum & ille actus, quo sine vlla electione à capitulo, vel aliis facta clericis, & absque etiam vlla nominatione, designatione, & præsentatione à patrono facta, Romanus Pontifex aliquem in Episcopatus gradum munus dignitatemque prouehit. Hæc enim collatio sic à principe vniuersi cleri facta suæ potestatis, atque virtutis ambitu electionem, nominationem, designationem, præsentationemque coërcet & ambit, vt in ca. inter corporalia de translatione [h] Panormitanus obseruat: electo tandem & confirmatu sacra ab Episcopis vnctio gratiam & benedictionẽ consecrationis infundit. Quæ consecratio statum Episcoporum eminenti gradus, auctoritatis, ordinis sacri, iurisdictionis, potestatisque Ecclesiasticæ perfectione super simplices sacerdotes atque presbyteros iure diuino potenter attollit.

Electionis voce omnis nominatio intelligitur.
Confirmationis nomine triplex actio continetur.
h Abbas in ca. inter corporalia de transla.
Consecratio Episcopalis simplicibus sacerdotibus Episcopos superiores, ac dignitate eminentiores iure diuino facit contra hæreticos.

Quod plurimę rationes in sacris fundatę scripturis apertè comprobãt, ex quibus paucas easque præcipuas hic notare iuuabit. Manifestè enim perspicueque sacrarum litterarum testimonia decent, multa licere Episcopis quæ presbyteris sacerdotibusque denegantur. Patet ex Apostolicis actibus omnes non Episcopos à sacramenti administratione confirmationis arceri, vt Philippus suo manifestauit exemplo. Qui Samaritas à se sacro baptismi fonte lauatos, non est ausus confirmationis sigillo munire, & sacramento corroborare: sed ad id sacri muneris ab Apostolis duo de eorum sorte præcipui SS. Petrus & Ioannes destinati sunt: qui manuum impositione his populis recens baptisatis sacramentum virtutemque confirmationis impertirentur.

1. Ratio.

2. Et cũ præceptum extet [i] Apostoli presbyterorum caussas, & accusationes ad Episcopos deferri iubentis, quis Episcopos presbyteris superiores esse dubitare cum ratione sensuque religionis auderet? cum ad illorum iudicia prætoriaque sacra horum damnatio, vel absolutio diuina & Apostolica iussione deferatur? Quod non est sine veteris Ecclesiæ exemplo, in qua Pontifices sacerdotibus, sacerdotes Leuitis præfecti iura ac iussa dabant: sic in Euangelica lege cum Episcopi Pontificibus, Presbyteri Sacerdotibus, & Diaconi Leuitis succedant, vt [k] pia SS. Doctorum Patrumque consensio manifestat: cui potest animo scrupulus hærere de auctoritate, ac superiori super sacerdotes Episcoporum dignitate dubitandi?

2. Ratio.
i 1. Ad Timoth. c. 5. v. 19.
S. Paulus vult ex Dei præcepto sacerdotes ab Episcopis iudicari.
k Damasus epist. de cor. epist.
S. Hieronym. epist. ad Euagrium to. 2.
S. Leo epist. 88.

3. Addo ex sacris literis Spiritum sanctum regimen administrationemque Ecclesiæ Euangelicæ Episcopis credidisse, vt ista Domini verba in euangelio declarant: [l] *Fidelis seruus & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Quis ille fidelis seruus nisi Episcopus*, inquit [m] S. Hilarius, quid sibi vult illud S. Pauli supradictum ex Actibus, [n] *Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo.* His Apostolicorum diuinorumque oraculorum præceptionibus eruditi informatique S. Patres sapienter intellexerunt, quantum Episcopi à sacerdotibus eminentia dignitatis potestatisque distarent, vt non obscurè [o] S. Ignatii his verbis ad Philadelphos epistola significauit: *Boni sunt sacerdotes, ac sermonis ministri, melior autem Pontifex, cui credita sunt sancta sanctorum.* Non sine

3. Episcopis Apostolorum successoribus à Spiritu sancto tradita ecclesia administranda, non simplicibus sacerdotibus.
l S. Matth. 24. l. 45.
m S. Hilar. in S. Matth. c. 24.
n Act. 20. v. 28.
4. Ducta ab auctoritate SS. patrum.
o S. Ignat. epi. ad Philadelph.

caufa Apoftolicus Canon presbyteris & Diaconis, omni actione graui falutem regimemque populi Chriftiani redolenre, fine confenfo Epifcopi interdicit. [a] *Presbyteri, inquit, & Diaconi præter Epifcopum nil agere pertenient:* Quid in tota Chriftiana religione tam oeceflarium quàm baptifmus? *Et tamen ius dandi baptifmum,* [b] inquit Tertullianus, *habet Epifcopus, deinde presbyteri & Diaconi, fed* (ait ille) *non fine Epifcopi facultate.* Quid pro hac fubmiffione, & obedientia facerdotum Diaconorumque Epifcopalibus iuffis S. dicat Ignatius, audiamus: qui hanc obedientiæ in Ecclefia Dei tam clericorum quàm laicorum obligationem vtrofque ad illam cohortando, contexuit: [c] *Presbyteri fubditi eftote Epifcopo, Diaconi presbyteris, populi presbyteris & Diaconis,* Quod obfequium quantum fibi placeret, & arrideret, his fequentibus expreffit. *Qui hoc honoris decorum feruauerint, pro eorum animabus libens animam meam commutauero, & Dominus fit enim ipfis perpetuo.* Rurfus eandem obedientiæ feriem connexionemque perfequens ad Smyrnenfes, Epift. 11. hoc modo fidelium animis inculcat. [d] *Laici Diaconis fubiiciantur: Diaconi presbyteris, presbyteri Epifcopis, Epifcopus Chrifto, vt ipfe Patri.* Propterea S. Epiphanius diffimilitudine magna inter Epifcopum & presbyterū propofita quorundam imperitiam inter Epifcopum & presbyterum æqualitatem otdinis, poteftatis, iurifdictionifque conftituentium ita loquendo mirabatur, [e] *Dicere ipfum Epifcopum & presbyterum æqualem effe quomodo erit poffibile. Epifcoporum enim ordo Patrum generator: Patres enim generat Ecclefiæ: presbyterorum verò non potens generare Patres per lauacri regenerationem generat filios Ecclefiæ, non tamen Patres aut doctores, & quomodo poffibile erit presbyterum conftituere non habentem manuum impofitionem ad eligendum, aut dicere ipfum æqualem Epifcopo?* Hæc S. Epiphanius contra Aërium Hæreſiarcham Epifcopos presbyteris non effe fuperiores fcelerate & impiè cum pertinacia defendentem. Hos quidem honorificè fatis [f] S. Ignatius commendat, cum Epifcopi Confiliarios & affeffores ficut hodie canonicos facerdotes appellat. *Quid verò facerdotium eft,* inquit, *quam facer cætus, Confiliarij & Affeffores Epifcopi?* Quamobrem omnes illos qui talem dignitatis ordinis atque poteftatis ab ipfo Domino conftitutam diftinctionem inter Epifcopos & presbyteros admittere renuerent tanquam impios hæreticos fancta mater Ecclefia fpiritu fancto intrinfecus loquente ad cor eius, Anathemati fubiugauit. Hoc facrofancta Tridentina fynodus feffio. 23. Can. 6. & 7. publico & œcumenico iudicio fanciuit: Cum Epifcopus ratione fuæ dignitatis & ordinis duo facramenta confirmationis fcilicet & ordinis conferat, quorum adminiftratione presbyteri omnes facerdotefque prohibentur. Clara funt hæc & aperta fanctiffimi Concilij oracula iftis concepta vocibus: [g] *Si quis dixerit in Ecclefia Catholica Hierarchiam diuina ordinatione non effe inftitutam, quæ conftat ex Epifcopis, & presbyteris & miniftris anathema fit.* [h] Et Can. 7. *Si quis dixerit Epifcopos, presbyteris non effe fuperiores, vel non habere poteftatem confirmandi, vel ordinandi, vel eam quam habent illis effe cum presbyteris communem, anathema fit.* [i] Propter hoc S. Auguftinus libro de hærefibus, & [k] fanctus Epiphanius hærefi 75. inter atroces impiafque hærefes, contra inexpugnabilem veritatis fidei murum arietantes, perniciofam Aërij opinionem Epifcopum à presbytero gradu dignitatis poteftatifque minimè differre peronaciter afferentis, presbyteroque fuperiorem effe Epifcopum planè negantis, enumerare voluerūt. Neque proficiunt hilum qui contra difputant, clypeo teftimoniorum SS. Pauli & Hieronymi tecti, fed male tecti, illis perniciosè abutentes: ait quippe S. Paulus vt illi obiiciunt, [l] *Omnibus fanctis qui funt Philippis cum Epifcopis & Diaconibus.* Hic cùm non meminerit presbyterorum Apoftolus, certum eft hos cum Epifcopis confudiffe: & ad Titum cùm ita loquitur: [m] *Reliqui te Cretæ vt conftituas per ciuitates presbyteros, ficut ego difpofui.* Ibi clarè fignificauit fe presbyterorum nomine Epifcopos intelligere, cùm ftatim adiungat. [n] *Oportet enim Epifcopum irreprehenfibilem effe.* Vbi quos presbyteros dixerat, ftatim Epifcopos appellet. Et ad Timotheum Epifcopis & Diaconibus præcepta tradens cum filentio presbyteros prætergrediatur, quis crederet horum filentio acquieuiffe Apoftolum, fi hos ab Epifcopis diftinguere voluiffet? His Apoftoli teftimoniis addunt, & illud aduerfarij ad [o] Timotheum primæ cap. 4. *Noli negligere gratiam quæ data eft tibi per impofitionem manuum presbyterij.* Atque hæc ex D. Paulo aduerfarij qui etiam alia loca [p] è libris D. Hieronymi haufta proponunt, quæ illorum impiæ videntur opinioni fuffragari, noftræ verò quæ Catholica eft aduerfari. Quibus omnibus tam Apoftoli Pauli quàm [q] S. Hieronymi, vt breuiter refpondeam dico, tempore Apoftolorum dum adhuc parua effet Ecclefia, populis rara, limitibus angufta, eofdem communiter creari folitos Epifcopos fimul & presbyteros, dignitatéque Epifcopalem & facerdotalem in vnam eamdemque coiuiffe perfonam: Non quod vna eademque dignitas effet Epifcopalis, quæ presbyteralis, fed vna eademque perfona duabus dignitatibus à fe ordine & iurifdictione diftinctis, fcilicet Epifcopali atque facerdotali potiebatur, vt rectè contra Aërium hærefi 75. [r] S. Epiphanius obferuauit. Vt in fingulis ciuitatibus præfto Ecclefiæ præfectus effet, qui omnia facramenta conferendi, miniftros conftituendi, facerdotes confecrandi poteftatem habens, vt Epifcopus fimul ac presbyter fidelium quotidie Chrifto Domino nafcentium faluti, commodius & promptius opitularetur. Poftea vero extendente Paulo laxius finum fuum in fœcunditatem filiorum Ecclefia, quos quotidie fponfo fuo, diuini verbi femine parturiret atque pareret: creuit etiam presbyterorum numerus. Tum cæpit Ecclefia presbyteros ab Epifcopis fecernere, ac multis presbyteris vnum Epifcopum præficere: & ficut diftinctæ functiones, dignitates, ac munera Epifcoporum & presbyterorum, ex ipfa rei natura, iure diuino credebantur, fic & diftinctæ fuere perfonæ, quibus tales dignitates officiaque diuerfa traderentur, vt aliæ effent qui dignitate fungerentur Epifcopali, aliæ quæ communia presbyterij munera exercerent. Et illud eft, quod S. Hieronymus intendebat oftendere, cùm diceret, olim vnum & eumdem Ecclefiæ miniftrum Epifcopalis fimul ac facerdotalis officij dignitate fungi folitum, poftea Ecclefiam fua à Chrifto data auctoritate diuerfas perfonas difcreuiffe: à quibus feorfim non coniunctim, vt Apoftolorum, talia munera & dignitates exercerentur. Optimè etiam difficultates ex locis D. Hieronymi erumpentes diffoluemus, fi

[a] can. 4. apoftolorum.
[b] l. de baptifmo.
Obedientia presbyterorum epifcopis debita.
[c] Ignatius Ep. 7. ad Tarfenfes.
[d] S. Ignatius Ep. ad Smyrnenfes.
[e] S. Epiphanius hærefi 75.
Magnum difcrimen inter ordinem epifcopatus & presbyterij.
Sacerdotes in primitiua ecclefia erant epifcopi Confiliarij, vt hodie canonici.
[f] Epift. ad Trallianos.
Haeretici funt & excommunicati confundentes dignitatem epifcopalem cum facerdotali.
Trident concil. feff. 25. can. 6. & 7.
[g] Trident. concil. 6.
[h] can. 7.
[i] 3. de hæref. ca. 53.
[k] S. Epiphan. hæref. 75.
Obiectiones aduerfariorum ex SS. Paul. & Hieronymi teftimoniis foluuntur.
[l] S. Pau. ad Philipp. c. 1. v. 1.
[m] ad Titum. v. 5.
[n] 1. ad Titum. 1. v. 7.
[o] 1. ad Timoth. c. 3. v. 2. 8.
[p] 1. ad Tim. c. 4. v. 14.
[q] Vt comment. S. Hieron. in c. 1. ad Titum.
[r] Epift. 85 ad Euagrium.
Solutio ad omnes obiectiones aduerfariorum generalis.
[s] S. Epiphanius hæref. 75.
2. Solutio.

dicamus primo nascentis Ecclesiæ tempore, Episcopi & presbyteri nomen idem vtrique commune, iudicio eiusdem doctoris sancti fuisse, vt [a] sanctus Thomas huius S. Patris mentem exponit, adinstar sententiæ antiquorum Patrum [b] SS. Chrysostomi, [c] Augustini, [d] Theodoreti, [e] Theophilacti: ita vt vsu communi loquendi seculo Apostolorum Episcopi presbyteri, & reciproca vice presbyteri Episcopi nominarentur 3. addam solutionem & tertiam vt melius & castius sancti Hyeronymi mens exponatur & ab Aëriano scelestissimo dogmate, impiaque hæresi alienissima comprobetur: hunc videlicet S. Doctorem censuisse Episcopum à presbytero iurisdictionis potestate electionisque formula differre iure positiuo Ecclesiastico, at ordinis potestate, iure diuino non sola Ecclesiæ constitutione & more, vt patet ex eius [f] ad Euagrium Epistola: in qua Episcopum à presbytero vigore ordinationis atque potestate multum discrepare clarissimè docet. Quibusdam placet S. Hieronymum Episcoporum munera & nomina cum presbyterorum officiis nominibusque confundentem non ad ordinis caracterem & potestatem, sed ad externam iurisdictionem respexisse. Quia presbyteri sicut Episcopi præficiebantur curæ fidelium, eorum saluti vacantes instanter & inuigilantes, ideo ea ex parte presbyteri, honorifico Episcopi nomine dignabantur. Sicut ob eam causam sæpius hoc titulo laudis & nominis honore eos Apostolus affecit, vt cum ad [g] Philippensis Ecclesię Episcopos & alios suam inscripsit Epistolam: quo loco nomine episcoporum certum est presbyteros intelligi, cum vnius ecclesiæ non solerent esse episcopi plures. Sic ipse [h] Ephesinæ presbyteros alloquẽs ecclesię, eos episcopos appellat. Longiori sermone plura huius rei non perquiram exempla. Simili ratione ipse Apostolus episcopos, quia ex seniorum collegio electi in lucem ecclesiæ prodibant, presbyteros id est seniores appellauit: [i] vt videre est in epistola ad Titum. Sed his fortè diutiùs hæreo, non tamen sine causa: quia obscura & difficilia hæc, longiori erant filo sermonis euolutè dissoluenda. Diximus supra copiosiùs, quam vt huc noui aliquid inferre valeamus, quanam ratione & forma in primitiua ecclesia, episcoporum electio fieri soleret: in qua electione & confirmatione, quid ab omni æuo, virtutis & efficaciæ potuerit suprema Romani Pontificis auctoritas pluribus expressimus. Vt non sine causa Canon ille sacer Ecclesiasticus dixerit. [k] *Omnes siue Patriarchæ cuiuslibet apicem siue Metropolim, primatus, aut Episcopatuum cathedras, vel Ecclesiarum siue cuiuslibet ordinis dignitatem instituit Romana Ecclesia.*

a S. Thomas 22. q. 184. a. 6.
b In Epist. ad Philipp. c. 1.
c Epist. 19. ad Hieron.
d In 1. ad Timoth. 3.
e Ad Philipp. 1.
3. Solutio.
f S. Hierony. ad Euagrium Epist.
Presbyteri in primitiua Apostolica ætate Ecclesiæ curæ fidelium vacabant sicut Episcopi.
g Ep. ad Philipp.
h Epist. ad Ephes.
i Epist. ad Titum.
Omnes omniũ Ecclesiarum dignitates à Rom. Ecclesia.
k Can. omnes dist. 22.

Ex ante dictis manifestum clarumque patet, episcopum non esse solum oneris & curæ nomen, sed honoris & potestatis, contra hæreticorum insanias onus & curam anxiam in hoc solum requirentium, omnem vero honorem, dignitatem, beneficium potestatemque ab eo remouentium. Licet enim [l] S. Augustinus dixerit (vt supra citamus) episcopi nomen esse operis non honoris: tamen illud intelligendum præcipue, & secundum notationem ad quam tendere voluit S. Pater, vt ostenderet eos verè dici & esse episcopos qui magis prodesse quam præesse optarent. Iuxta nominis etymologiam ab officio, laborioso & solicitudine maxima in saluandis Christi gregibus illis creditis deductam. Græcum est enim atque inde ductum vocabulum. *Quod ille qui præficitur illis quibus præficitur, superintendit, curam illorum scilicet gerens*, inquit Ecclesiasticus canon ab illius S. Patris doctrina deriuatus. Vnde rectè quidem possumus dicere episcopale munus esse laborem honorificum, & honorem laboriosum. Qualis est procuratio & cura præfectorum populis regum & principum, sicut ecclesiæ prælatorum: quorum muneribus maximus additur honos, non solùm coram hominibus, sed etiam coram Deo, si bene præsint, de subditorum suorum salute valde soliciti & anxij: sin secus, maximum dedecus, & turpitudo, in maximas ærumnas, calamitatesque transformanda: quibus in pænam neglecti muneris, & officij à Deo dati, vndique circumdati & oppressi, in æternum potenter in inferno sine misericordia torquebuntur. Hęc seriò dies noctesque episcopi, necnon cęteri gregis Dominici pastores prælatique meditentur, nec tam sibi data iura, quàm Dei iussa in illis fideliter exercendis attendant: aut tam ad beneficia quàm ad officia, propter quæ beneficia donata, corde & opere conuertantur: nec tam ad honorum episcopalium vnctiones, quàm ad laborum cruces, illis salutari nexu copulatas, pro Christo mortificati tota die, proque eius saluando grege vitam profundere parati, flammis diuinæ charitatis ardentes excitentur.

Episcopus nomen oneris & honoris.
l Can. qui Episcopatum 8 q. 1.
Obiectio ex Diuo August. soluitur.
Hæc notẽt omnes prælati animarumque pastores.

Si quæ porro iura & officia, dignitati deputentur episcopali scire desideremus, ea nobis breuiter lex Pontificis his concepta verbis expressa dictabit. [m] *Episcopus in Ecclesiis suæ Diœcesis*, etiam ad monasterium spectantibus, vt ibi dicitur, *Habet canonicam obedientiam, subiectionem, reuerentiam, institutionem, destitutionem, correctionem, reformationem, ac censuram Apostolicam, iurisdictionem quoque omnium causarum, ad forum Ecclesiasticum de iure spectantium, pœnitentias & sacrorum omnium, quæ ab Episcopo sunt recipienda, collationem, synodum, & synodatici seu cathedratici nomine, duos solidos quartam decimationum & mortuariorum, visitationem quoque annuam* &c. Quale ius illud hos petendi solidos? sic glossa duos solidos petere potest, inquit à qualibet Episcopus ecclesia suæ Diœcesis nomine cathedratici præter quàm à monasteriis 10. q. 3. Can. inter cætera. Et appellatur cathedraticum quia pro honore cathedræ datur. Can. placuit 10. q. 3. quandoque appellatur synodaticum, quia in synodo datur ca. olim infra de censibus &c. Horum verò canonis verborum clariorem intelligentiam Paulò fusiori verborum serie ita Panormitanus euoluit. [n] *Iura Episcopalia multa sunt, quibus Ecclesiæ Diœcesis suo Episcopo obligantur. Nam ei primo debent canonicam obedientiam quà eum agnoscant. & adeant vt iudicem: Secundo debent obsequium & cultum, quo eum colant & venerentur, vt Dominum: Tertiò reuerentiam tanquam Patri & magistro: quartò Episcopus in omnibus suæ Diœcesis Ecclesiis habet ius instituendi clericos à patrono nominatos, & confirmandi electos à Collegio canonicorum vel clericorum & conferendi beneficia simplicia, & parochialia, & alia Romano Pontifici non reseruata: & priuandi clericos beneficiis ob crimina: è gradu deiiciendi, à sacris & piorum societate amouendi. Habet item ius emendandi & corrigendi, quæ contra Canones, constitutiones & iura fiunt, & ad ius pristinum reuocandi, & quotannis clericos ad synodum conuocandi. Iure pariter communi qualibet Ecclesia parochialis ex decimis omnibus*

4. Pars. Iura & munera dignitati Episcopali annexa quæ.
m Can. conquerente de offic. iudicis ordin.
n in c. cõquerente de offic. Iudic. ordina.
Quæ obuentiõnes & honores à subditis Episcopo debentur, quamque sint in omnes Diœcesis Ecclesias latè potestas diffunditur.

quæ ipsi soluuntur, debet Episcopo quartam partem, item ex omnibus quæ pro funere offeruntur, quartam etiam partem quæ dicitur quarta funeralis. Præterea potest Episcopus petere subsidium ex causa manifesta & iusta, vt puta quia Episcopatus, multorum debitorum onere prematur, aut tenues habet reditus, qui non sufficiunt ad commodè sustentandum, vel quia Episcopus sit profecturus ad Concilium, vel ad regem aliquem vel principem, ad communia negotia gerenda, & hoc appellatur subsidium charitatis. Item quia quotannis debet Ecclesias visitare, ab eis potest exigere impensas habita ratione facultatum ad ipsas Ecclesias pertinentium. Hæc Panormitanus in expositione huius Canonis conquerente. Quibus dum iura & potestates Episcoporum describit, non intermittit ex his significare grauitatem & pondos laboriosum Episcopalium functionum, obligationum, & munerum, quæ per vestimenta Episcopalia & Pontificalia non sine magno mysterio grauiter indicantur. [a] Sandalia dantur in pedibus, vigilantissimam gregis saluandi curam virtute prædicationis Euangelicæ significantia fastum pompamque mūdi calcantia, dum à terra soleam integram habent ne pes Episcopi terram tangat. Quæ cęlestium diuinarumque rerum contemplationem desideriumque per corium quo supra constant, quibusdam pertusum & incisum locis exprimunt: quod Euangelium, cui prædicando intenti assiduè pastores Episcopi esse debent, terrenis commodis inniti non deceat, nec omnia Euangelica mysteria reuelari omnibus, sicut nec omnibus oporteat abscondi, quod Dominus ipse significare discipulis suis visus est: [b] *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Quam sandaliorum mysticam significationem minimè [c] Prophetæ & [d] Apostolo fuisse incognitam hæc illius exclamatio declarat. *Quam speciosi pedes Euangelizantium pacem,* &c. Chirotecis manus episcopi teguntur, [e] vt hoc mysterio tesciat, sacras manus ab omni auri sacra fame, & ab omni terrena contagione liberas & impollutas se custodire debere: Vt sanctius castiosque sacrosancta atque tremenda dominici corporis mysteria pertingat. Datur insuper episcopo, sacra Pontificalia meditanti, linea vestis, quæ eum puritatem & munditiam cordis & corporis custodire monet: *Quæ vestis ac tunica talaris perseuerantiam in bono opere significans*, inquit Innocentius 3. [f] vt ea vestitus & ornatus se nunquam ab episcopalis curę solicitudinisque continuatione, pro salute ouium sibi creditarum, contra rapacitatem luporum recedendum cogitet, cogitatumque opere ipso confirmet & exequatur. Talari huic vesti dalmatica superimponitur, quę præ se ferens crucis dominicæ figuram, *Monet eum,* [g] inquit Alcuinos. *Qui ea induitur crucifixum esse debere mundo: iuxta Apostolum, mihi crucifixus est mundus & ego mundo.* Cui conformia sunt hæc Rabani Mauri, [h] *Hæc vestis in modum crucis facta est & passionis Domini indicium est.* Quam non modo meditari assidua recordatione, sed etiam eam sentire per compassionem cordis & mortificationem corporis, præter cęteros Christianos, episcopis maximè conuenit, Apostolum sibi conclamantem efficaciter audientibus: [i] *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, vt* [k] *carnem suam crucifigentes cum vitiis & concupiscentiis, Christi esse cognoscantur.* Cui mortificationi, qua sibi durus esse debet episcopus, beneficentia misericors in creditas oues adiuncta debet esse; vt Pater pauperum ex opere, sicut ex munere ac dignitate esse cognoscatur. *Propter quod habet Dalmatica latas manicas*, [l] inquit Rabanus, *quo moneantur Episcopi paratos se semper esse debere ad largiendum egenis, ac exequi quod scriptum est,* [m] *Isaia 58. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque duc in domum tuam:* Innocentius 3. latitudine manicarum, largitatem & hilaritatem datoris Episcopi demonstrari docet, addens ista: [n] *Ob id forte specialiter Diaconi vtuntur Dalmaticis, quia præcipue electi erant ab Apostolis, vt mensis ex officio ministrarent.* Sicut in primitiua Ecclesia Diaconi ipsi erant Thesaurarij ac custodes ærarij Ecclesiastici, vt datas opes sicut sanctus Laurentius [o] in manus pauperum deportandas in cælestes Thesauros Christiana charitate dispartirentur. Post hæc planeta cæteris communi sacerdotibus, Episcopus, induitur quæ totum vitæ Christi Domini cursum sua rotunditate & amplitudine repręsentat: quam super omnes inferiores sacerdotes & clericos ęmulari, imitarique religiosa Episcopi obseruatione debent: Apostolum vt alter [p] D. Augustinus in conuersione sua dicentem audientes. *Abiiciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honeste ambulemus, non in commessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desideriis.* His Antistes venerabili incedens ad altare grauitate, sacris ornatus indumētis, Pontificalem coronam capitis insigne, mitram videlicet, alias thiaram vel cydatim Alcuino teste dictam assumit: quę eum admonet omnes sensus capitis Deo [q] consecrare: ne vel oculi pateant ad videndum vanitatem, vel cæteri sensus qui in capite vigent, iniquitati consentiant & per illos intromissa delectatio animi sanctitatem, pietatemque commaculet. Hęc pro puritate vitę Episcopi. At quanta Doctrina in eo desideretur, duo eius mitræ cornua denuntiant: quibus diuinā vtriusq; testamenti scientiam atque doctrinam, qua pollere Episcopum ad suam gregisque salutem oportet, grauissimi Pontifices ac doctores clarissimi non solum vtriusque iuris, sed etiam sacratissimæ Theologiæ [r] Innocentius 3. [s] Antoninus, [t] Turrecremata, & alij [u] significari dixerunt. Et prætera diuinam Christi sapientiam eiusque vitam innocentissimam sanctissimamque duobus illis mitræ cornibus denotari, doctor Angelicus obseruauit. Quod salutari documento esse debet omnibus Episcopis animarum fidelium, prefectis: vt nisi vtriusque diuinæ sapientiæ ac vitæ innocentissimæ huius imitatione refulgeant, suę salutis & ouium sibi creditarum aleam funestissimè periclitētur. Atque vt quam vtilis & necessaria in Episcopo sit ad suam suorumque salutem eminens ac salutaris eruditio de vtroque testamēto veluti diuino sapientiæ thesauro deprompta, circulus aureus anteriorem mitrę posterioremque partem complectens & ambiens ostendit indicatque [x] Innocentio 3. obseruatore quod prælatus ac pastor Episcopalis vt omnis scriba doctus in regno cælorum de thesauro suo noua & vetera proferre debeat, quibus salutarem doctrinę vitęque bonæ cibum subditorum cordibus infundat. Quo saturati atque refecti in conficiendo fortiter ad montem Horeb, id est portum ęternę felicitatis itinere corroborentur. *Caueat propterea,*

Grauitas & pondus Episcopalis officij per vestimenta Episcopalia exprimuntur.

a Sandalia quid significat Iuo Carn. serm de significatione indumentorū sacerd. Ruper. C. 1. de diui. officiis c. 24. Durand. in rationali l. 3. ca. 8.

b S. Luc ca. 8. c Isaię c. 52. v. 9. d Rom. ca. 10. v. 15.

Cur chirotecis manus Episcopi teguntur. e Innocent. 3. l. 2. myst. missæ c. 41. Durand. l. 3. rational. c. 12.

Linea vestis seu tunica talaris quid significat.

f l. 1. mysteriorum missæ c. 55.

Dalmatica quid significet imitationem dominicæ passionis.

g cap quid significent vestimenta de sacris ritibus. h l. 7. de instit. clericorum c. 20. i Philipp. 2. k Ad Galat 2.

Lata manica Dalmaticæ misericordiam & beneficentiam Episcopi in ouiculas significant.

l Rabanus supra. m Isaiæ 58. n Idem Innocent. 3. ibid.

o S. Maximin. serm. de sancto Laurent. & alij.

Planeta vitā Christi significat.

p confessor li. 3. c. 12. Rom 13. v. 12. 13. 14.

q Alcuinus c. de singulis ornamentis.

Mitra Episcopalis quid significat.

Quid pro doctrina eiusdem r l. 2. mysteriorum missæ c. 60. s 3 part. summæ Titu. 20. c. 2. § 9. t Turrecrem. u Et Cardinalis in can. disciplina dist. in 45. S. Thomas in 13. Apocal.

Aureus circulus mitram cingens quid significet. x c. 1. myster. missæ ca. 60.

a Innocen. 3. Ibid.

A

[a] subdit Innocentius, *diligenter Episcopus, ne prius velit esse magister, quam norit esse discipulus: ne si cæcus cæcum duxerit, ambo in foueam cadant, scriptum est enim: quia tu scientiam repulisti ego te repellam ne sacerdotio fungaris mihi.* Quis ista legens audiensque dolore maximo non percellatur? non se in grauissimos gemitus effundat? *petatque enim Propheta aquam capiti suo & oculis fontem lachrymarum?* [b] Vt ploret lugeatque die ac nocte funestissimam Gallorum sortem, apud quos imperitissimi plerique nulla ne minima quidem virtutis probitatisque tinctura conspicui, quod solum fallaci & aulica perflentur aura, in mitra, qua sunt indignissimi, maximis Ecclesiastici ouilis gregibus non vt pastores, sed mercenarij, imo potius vt lupi rapaces, greges sacros deuoraturi dominantur? O mæsta! ô funesta! ô desolata Gallorum Ecclesia? qua tu spe melioris boni sortisque in tanta legum Ecclesiasticarum prostitutione vel potius strage respirabis? Sed ad aliud ornatus Episcopalis genus annulum videlicet aureum transeamus: quem in digito gestat Episcopus, *in signum Pontificalis honoris, & signaculum secretorum,* [c] inquit Isidorus. Cum multa esse dicat Rabanus Maurus, [d] *Quæ ante carnalium minusque intelligentium sensus occultantes sacerdotes quasi sub signaculo condunt: ne indignis quibusque Dei sacramenta aperiantur.* Annulus hic Episcopalis ex auro puro conflatus fidelitatem fideique puritatem, quam Christo seruare debet in castè, purè, sanctèque regenda sibi ab ipso Domino Ecclesia tradita designat. *Hic annulus in Episcopi digito,* inquit [e] Stephanus Eduensis, *Ecclesiam, cuius minister est sponsam Christo associat, & fulgore suo dona spiritus sancti fulgentia demonstrat, estque annulus hic Episcopalis fidei sacramentum.* Ex [f] Innocentio 3. *In quo Christus suam sponsam Ecclesiam subarrauit, vt ipsa de se dicere valeat: annulo suo subarrauit me Dominus meus, id est, Christus cuius custodes & pædagogi sunt Episcopi & prælati, annulum pro signo ferentes in testimonium,* [g] addit ipse Innocentius 3. *annulo digiti donum spiritus sancti significari, digitus siquidem articulatus spiritum S. innuit, iuxta illud.* [h] *Digitus Dei est hic.* Et Christus Iudæis contra se sceleratissimè blasphemantibus dicebat. [i] *Si in digito Dei eiicio Dæmonia,* &c. Id est dono spiritus sancti, qui à me sicut à Patre procedit. Et quod inuisibilis Pontifex Christus Dominus virtute inuisibili & interna per spiritum sanctum in fidelium suæ sponsæ filiorum cordibus operatur, visibilis Episcopus ac Pontifex illum imitatione sequendo, in Ecclesiam exterius eiusque membra diffundit: alios post baptismum sacra confirmatione corroborando, alios in Ecclesia subdiaconatu initiando, alios Diaconatu sacrando, alios presbyteratus honore sublimando. Attendat Episcopus ad ea quę illi in annuli traditione dicuntur: quibus in agnitionem sui grauissimi muneris, maximo labori, vigilantiæ, solicitudini curęque pastorali sociati, efficaci consideratione deueniat. *Accipe annulum discretionis & honoris, fidei signum, vt quæ signanda sunt signes, & quæ aperienda prodas, quæ liganda sunt liges, quæ soluenda sunt soluas.* Consecrato Episcopo baculus seu vt loquitur [k] Iuo Carnotensis virga pastoralis porrigitur, pedum dici vulgo solitus, id est [l] Festo interprete, *Baculus recuruus,* quo pastores ad ouium suarum, caprarumque directionem & comprehensionem vti solét. Cuius in eclogis Virgilius sæpe meminit, Huic baculum Episcopus

b Hieremiæ c.9.v.1.

Lamentatio ob indignos Episcopos gregibus Christi præfectos aulico fauore.

Annulus aureus quid.

B

c l.1. de officiis Ecclesiasticis c 5.

d l 1 de instit. cleric. cap 4.

Fides ac fidelitatis puritas Deo seruanda per annulum significatur.

e lib. de sacramento altaris, c 8.

f l. 1. mysteriorum missæ ca 61.

C

g Ibi.

h Exodi ca 8. v.19.

i S. Luc.11. v. 20.

D

De baculo pastorali & eius significationibus.

k Iuo Carn. Epist.8.

l Festus.

accipiens, quanta sibi pro salute sui gregis præstanda iubeantur à Deo, meminisse debet, & attentiori maturiorique consideratione perpendere. *Hoc enim baculo munitus est, vt subditos regat,* [m] inquit Beda, *infirmos sustineat, vt sit in corrigendis præsaniens.* Vt in formula traditionis huius secundum Durandum dicitur: [n] *Et ligandi atque soluendi potestatẽ exercens, sit in corrigendis vitiis perseuerans, iudicium sine ira tenens, in fouendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis censuram non deserens.* Eoque baculo sacri regiminis signo imbecilles consolidet, titubantes confirmet, prauos corrigat, rectos dirigat in viam salutis æternę. Quæ omnia in traditione pastoralis illius baculi Episcopo ex parte Dei viuẽdis agenda, pręscribuntur, vt in libello qui, [o] *Romanus ordo* inscribitur copiosius licet intueri. *Propterea baculus ille,* Innocentio 3. teste, *Est acutus in fine, rectus in medio, retortus siue recuruus in summo: quia pastor Pontificius ac Episcopus debet pungere pigros, regere debiles, colligere vagos.* Vel vt glossa ordinaria in cap. 1. ad Titum Epistolæ loquitur, *Baculus Episcopi ab inferiori pungit, & in summo ad exteriora extenditur, in se rediens: quia Episcopus gladio verbi pungere debet, id est arguere peccantes, quod est ex inferiori natura, & correctos in anteriora dirigere: ita tamen vt ad propriam conscientiam suis redeat consideratione, si forte in se habeat, quæ aliis annunciat.* His habet conformia [r] Florentinus non minus pius quàm eruditus Archiepiscopus. Quam hoc sacro tot mysteriis illustri pedo ac baculo indignissimi sunt pastores imperiti & ignaui, solo aulici fauoris vento, sæpius in interitum animarum, fœtide multis exhalante, ad Episcopales honores fascesque non tam promoti quam proiecti, qui non habentes conscientiam, quoties à bonis moribus piaque viuendi ratione sine fide, nisi mortua, infeliciter Catholici, cũ tanta ouium Christianarum suę perfidiæ relictarum ruina vastationeque naufragantur? Generosum egregiumque facinus Apostolici legati in 8. Concilio [s] Constantinopoli habito sub Hadriano 3. sacræ historiæ commemorant: Qui Photio Patriarchæ synodum ingredienti pastoralem baculum quem gestabat adimi iussit, hanc sui imperij iussique rationem reddens. *Baculus ille mysterio celebris signum est dignitatis pastoralis quam hic nullatenus habere debet quia lupus est & non pastor.* Quidni publica Ecclesiæ calamitas ab improborũ imperitorumq, pastorum perfidia & scelere in omnes principes subditosque redundans, hoc funesto quo viuimus seculo iustè flagitabit, vt hoc insigni pastoralis dignitatis ornamento, aulici non pastores sed mercenarij, luporum rapacitati, nõ ouium custodiæ ac saluti nati, prout iura dictant, ignominiosè priuentur? Sed hæc contra malos pastores nondum satis, sicut nec in fauorem gratiamque bonorum verbo & opere potẽtium. Qui propterea duplici honore digni, quia bene præsunt. Ideóque quæ iustè desiderantur tam pro honore bonorum quam pro dedecore ignominiaque perditorum, sequentibus capitibus ea qua poterimus moderatione animi, breuitateque supplenda referemus: simul atque pauca de cathedralium Ecclesiarum capitulis, dignitatibusque eorum, necnon de minorum prælatorum ac pastorum, parochorum scilicet officio delibauerimus. In quantum nostri instituti ad claram Monarchiæ Ecclesiasticę intelligentiam, directamque maiestatis Pontificiæ tractationem relati, ratio ferre poterit.

Quid considerare debeat Episcopus pedum accipiens & quid eius virtute.

m In collectaneis ca de septem ordinibus.

n Durandus in rationali.

o Libellus Romani ordinis.

p l.1.myst. missæ c. 62.

Cur baculus ille sit acutus in fine, rectus in medio, recuruus in summo vertice.

q Glossa ordinar. in c. 1. Epist. ad Titum.

r S. Anton. 3. p. summę Titul 20. c. 2 §. 19.

Factum memorabile Apostolici legati in priuando Photiũ virga pastorali.

s Act 7.

CAPVT V.

De Consiliariis seu assessoribus Episcoporum, canonicis cathedralium capitulorum.



Considerationes mediocriũ & infimorum graduum Ecclesiæ sicut maiorum ad illustrandam magis Romani pontificis maiestatem conducunt.

A

LEGANTSA & excellentia dignitatis Episcopalis Metropolitanæ ac Patriarchalis eò sublimiorem Pontificiæ maiestatis splendorem potestatēque comparatione sua facit quò ipsa pulchior & maior est, suæ pulchritudinis & excellentiæ claritatem ab illa Pontificia maiestate recipiens: ita cæteræ Ecclesiasticæ Monarchiæ dignitates, & officiorum gradus, Episcopali minores & ab eo dependentes, dum comparatione sua, Episcopalem principatum, cui subiiciuntur immediatè sublimius honore prouehunt, maiori adhuc honore ac veneratione Romani Pontificis Monarchicum fulgorem potestatemque, à qua per Episcopalem in Christiano orbe permoti reguntur, suæ conditionis qualitatisque consideratione sublimant. Itaque ad perfectam exactamque Monarchiæ Ecclesiasticę eminentisque Pontificij principatus intelligentiam, non solum sublimiores Ecclesiæ dignitates, statusque, Cardinalium, Patriarcharum, Metropolitanorum, Episcoporumque considerandi veniunt, sed etiam inferiores minoresque illis subditi, quales sunt Canonici, cathedraliumque Ecclesiarum in capitulis, super simplices canonicorum gradus, dignitates eminentes, etiam minores animarum pastores curati, rectores atque parochi in sua cognitione leuiter tacta requirũtur. Sicut in imperio seculari ad maiorē maiestatis regiæ sublimitatisque Monarchicę lucem nō solum primorum magistratuum, & vt loquuntur præstantiorum coronæ officiatiorum, sed etiam mediocrium infimorumque ordinum politici status obseruatio, cognitioque desideratur. Quos omnes ordines velut magni corporis imperij scilicet secularis artus animatos membraque, dum maiestas virtusque principis tanquam vitalis spiritus intus alit & foris, eò ipsa mirabilior, potentior, & honore summo dignior agnoscitur, quò latius ad plures maioresque numero, qualitate, & officij varietate, regendos fouendosque cum pietate & iustitia diffunditur. Sic in imperio Ecclesiastico spiritus ille vitalis sub Christo, atque illius virtute potens Romanus Pontifex, eò maiorem suæ diuinæ potestatis à Christo Domino traditæ amplitudinem splendoremque cum admiratione propandit, quò plures in Christiano solo & cęlo forte varij, multitudine infiniti, status diuersitate distincti, ordineque multiformes, ab illius virtute, auctoritate, potestateque, suæ vitæ spiritualis salutisque vigorem, roburque mutuari demonstrantur. Tantum de singlis breuiter dicam, quantum summa Pontificię maiestatis auctoritas, splendor, dignitasque ad maiorem sui venerationem postulare videbũtur: vt primum fidelium multitudo, è sinu ventreque sponsæ Christi Domini immaculato, spiritus sancti operatione sacroque diuinæ Apostolicæque prædicationis effusorum semine crescere cœpit, Episcopi per Apostolos consecrati, qui soli Ciuitatibus paulisper errorum tenebras veritatis luce fugantibus, pastores animarum patresque præfecti sunt, diu consiliariis suis assessoribusque minime caruerunt. Omnia spiritu sancto per opera

Simile à seculi imperio.

B

C

D

De canonicis Episcopi Consiliariis.

Apostolorum suauiter potenterque disponente cum principe suo, S. Petro flores ac semina vitæ cælestis in hominum cordibus spargentium. Qui quidem Consiliarij coadiutores Episcoporum in principio communi nomine clerici vocabantur. Postea à [a] norma & regula dicti canonici, atque à canonica pensione annona scilicet ordinaria, & regulari, quæ in eos tanquam merces stipēdiomque distribui solebat.[b] Etenim omnium bonorum à fidelibus Ecclesiæ datorum in quatuor partes facta distributione prima cessit Episcopo, secũda clero, tertia pauperibus, quarta fabricæ Ecclesiarum atque templorum, ex parte debita alendo tegendoque clero, Episcopus singulis mensibus suis assessoribus scilicet canonicis ([c] quos S. Cyprianus suos collegas appellabat:) aliquam certam summam victui idoneam distribuebat: quæ bonorum distributio sportula dicebatur. Vt videre est apud [d] S. Cyprianum Epistola quam exul à grege suo, per persecutionis Decianæ ferocitatem ad suam Ecclesiam Carthaginensium scripserat: in cuius fine hæc de duobus martyribus Celerino & Aurelio suæ Ecclesiæ lectoribus ait, *Cæterum presbyterij honorem designasse nos illis iam sciatis: vt & sportulis iisdem cum presbyteris iisdem honorentur, & diuisiones, mensurnis & æquatis quantitatibus partiantur, sessuri* (scilicet tanquam canonici assessores nostri) *nobiscum prouectis & corroboratis annis suis: Quamuis in nullo minor possit videri ætatis indole, qui consummauit ætatem gloria dignitate.* Voluit nempe S. Cyprian. amhos lectores postea martyrio gloriosè defunctos, hos inter clericos honorare stipendiis quæ presbyteris canonicis quolibet mēse pensitabantur, de quibus Apostolus.[e] *Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni sunt.* Quas distributiones sanctus Pater mensurnas diuisiones appellat, id est menstruas: vnde illi qui talibus stipendiis quolibet mense potiebantur sportulantes appellabantur, quod huiusmodi sportulæ ab Episcopo eis donarentur. De hoc honore sportulantium clericorum alibi idem S. Martyr de bene instituto clero verba faciens, contra illum Christianum hominem, qui moriens presbyterum sui filiis tutorem ex testamento constitueret, ita loquitur: [f] *Quæ nunc forma & ratio in clero tenetur vt qui in Ecclesia Domini ordinatione clerica promouentur, in nullo ab administratione diuina auocentur, nec molestiis & negotiis secularibus alligentur: sed in honore sportulantium fratrum* (scilicet clericorum canonicorum) *tanquam decimas ex fructibus accipientes, ab altari & sacrificiis non recedãt, sed die ac nocte cælestibus regnis & spiritualibus seruiant.* Inter omnes Clericos canonici clerici præsertim cathedraliũ cęteris gradu dignitatis honorisque præibant, quibus propterea Ro. Pontifex causas, nō minus quàm Ecclesiastica dignitate præditis delegare atq; concredere solebat. Vt constat ex ca.[g] statutum, de rescriptis in sexto. Hoc pluribus confirmat[h] Panormitanus, quamuis propriè loquendo canonicatus, non tam dignitas Ecclesiastica quàm simplex beneficiũ esse censeatur: sed ita vt eo auctus & præditus, clericus in Ecclesia cathedrali cunctis beneficiariis excellentior ac dignior reuerentiaq; maior habeatur: Auctius addunt[i] Panormitanus & Cardinalis à Turre Cremata nimirũ cathedralis Ecclesiæ canonicos cũ in supplicationibus publicis suo comitatũ venerabilem Episcopo præbentes incedũt, cunctis Diœcesis Abbatibus debere præcedere quod Domini canonici suo cohærentes Episcopo vnā cathedralem Ecclesiam cæteris illustriorem eminētiorem-

Canonici dicti.

Bonorum Ecclesiæ distributio in 4 partes.

c Epist 66 ad Concilium Affrican.

d 34 in fine.

Sportulæ erant distributiones bonorum quæ singulis mensibus clericis, seu canonicis ab Episcopo dabãtur pro victu suo.

e 1. ad Timoth 5.

Clerici canonici quare dicti sportulantes.

Clerici canonici cæteris exceptis prælatis & dignitates Ecclesiarum cathedralium possidentibus nobiliores in Ecclesia.

f S Cypr. Ep. 66.

g Cap statutũ de rescript. in sexto.

h In c causam quæ, de iudiciis

i Abbas & Cardinalis in c Bonæ memoriæ 1. de postul. prælat.

Canonici cum suo Episcopo in supplicationibus publicis præcedunt Abbatibus.

Quodnam canonicorum officium & vita in antiquitate.
a Psalm. 48. v. 8.

que dignitate conficiant. Canonicorum munus & officiũ iuxta priscam & antiquã eorum institutionẽ est, *Preces in choro horarias deuote pieque decãtare,* iuxta illud Prophetę regij.[a] *Psallite sapienter pro salute mundi, sacrosanctum atque tremendum missæ sacrificium celebrare, rerum ad cathedralem Ecclesiam spectantium satagere, Episcopo à consiliis assistere, in communi victu & conuersatione canonica in corporibus humanis ac fragilibus Angelorum vitam imitari.* Vetustis siquidem ac primitiuis Ecclesiæ temporibus, canonici vnà in eodem loco commorabantur, requiescebant somno ad reparãdas laboribus studiosis ac religiosis haustas vires naturali ac necessario indulgentes: in eodem triclinio ad communem mensam prãsuri cęnaturique venire suerit: quo faciliùs cõmodiùsque ad diuinos Dei honores in choro maxima deuotione modulandos precesque fundendas & vota, in vnum conuenirent & assurgerent: de virtute, doctrina sacra, ac religiosæ vitæ moribus, postea inter se fraterna charitate, præsente ac pręside Hierarcha Episcopo collaturi.

Pia canonicorum officia & exercitia in meliorem formam à S. Augustino reuocata.
b Possidonius in vita SS. Aug.

Hęc erant pia ac sancta canonicorum vna cum suo Episcopo primis Ecclesiæ temporibus exercitia: quæ in formam exactiorem, modumque methodo facili commodiorem maximus clericorum, Monachorum, doctorumque Pater[b] S. Augustin. suo instituto exemploque reuocauit. Ad cõtinuationem horum canonicæ disciplinę piorum exercitiorum sæpius antiqua Concilia suæ ętatis, canonicos posterosque suauiter imperando concitauerunt. *Prouidendum necesse est Episcopo,* aiebat Arelatense[c] Concilium 3. *Qualiter canonici viuere debeant, necnon & Monachi secundum ordinem canonicum, vel regularem viuere studeant:*[d] *vt ait Apostolus, vnusquisque in vocatione in qua vocatus est permaneat:* Rursus in alio[e] Concilio quarto scilicet Arelatensi cap. 6. *Prouideant Episcopi, quem honorem, presbyteri pro suis Ecclesiis facere debeant*, scilicet bene viuendo, & sacra canonicaque decreta religiosè sectando. Regnante tunc in imperio Carolo Magno Christianis heroibusque fulgẽte virtutibus, & in Apostolico solio sedente Leone 3. habitum[f] Concilium Turonense 3. ista de conuersatione, vita, moribus, disciplina canonicorum cauendo sanciuit. *Canonici & clerici ciuitatẽ, qui in Episcopiis cõuersantur, considerauimus, vt in claustris habitantes, simul omnes in vno dormitorio dormiant: simulque in vno reficiantur refectorio, quo facilius possint ad horas canonicas celebrãdas occurrere, ac de vita & conuersatione sua admoneri & doceri: victum & vestimentum iuxta facultates Episcopi accipiant, ne paupertatis occasione cõpulsi per diuersa vagari, ac turpibus se implicari negotiis cogãtur, dimissoque Ecclesiastico officio incipiant indisciplinate viuere, & propriis deseruire voluptatibus.* Similia fieri iubent atq; prę scribũt Cõcilia[g] Moguntinense 1. & Rhemẽse[h] sub iisdem principibus Ecclesiastico & seculari Leo. 3. Põtifice, Carolo Magno Imperatore In illo Rhemensi canonicis lectę sunt viuẽdi regulæ canonesque. Ne quis eorũ normã viuendi canonicæq; disciplinę leges aliqua tergiuersatione posset ignorare. His cõformia Concil.[i] Meldẽse statuit. Sed memorabilia valde, quæ Conciliũ Aquisgranense[k] 1. c. 114. sub Ludouico primo cognomine pio imperatore, de vita disciplinaq; canonicorũ & Monachorũ iuxta veterẽ eorũ, laudabilẽ, piamq; institutionẽ his breuiter verbis iubendo perstrinxit. *Patres ex veteri & nouo testamẽto, collegerũt sentẽtias, quibus docẽt quæ præcepta specialiter Monachis, quæ generaliter cæteris cõueniant Christianis.* Quibus dictis hęc capite sequenti subiungit.[l] *Quia euidenti auctoritate liquet Canonicã institutionem præstare cæteris institutionibus: debẽt, & necesse est, qui huius professionis censentur nomine, procurare, quali. er in semetipsis eandem institutionẽ vita & moribus exornẽt potius, quàm dehonestent.* Audiant ista nostræ funestæ ætatis peccatis aggrauatæ, & propter peccata, publicis ac priuatis oppressę calamitatibus, canonici: audiant inquã & obseruatione cõplentes in posterum suę saluti prospiciẽtes se ab æternis pœnis tormentisq; protegant: & quæ sequuntur.[m] *Quoniam qui tantæ auctoritatis institutione pollent, & se aliis imitabiles præstare debent, ne quod absit, à proposito exorbitauerint, regno Dei indigni fiant. Quamquã enim canonicis, quia in sacris canonibus illis prohibitũ non legitur, liceat linũ induere, carnibus vesci, dare & accipere proprias res, & Ecclesiæ, cũ humilitate & iustitia habere: quod Monachis qui secundũ regularem institutionem, arctiorẽ ducunt vitã, penitus inhibitũ est. Tamen in cauẽdis vitiis & amplectẽdis virtutibus eorum & Monachorũ distare non debet vita.* 1. Post hæc lõgo facto discursu viceq; sermonũ exhortantiũ, canonicos ad sanctitatẽ vitę victusq; Monachorũ, Consiliũ conuertit se ad prelatos ac Episcopos monẽdo eos & obtestãdo, vt ad sanctiorẽ religiosioremque vitæ Christianæ & Ecclesiasticæ rationẽ viamque suos canonicos opere & oratione concitent.[n] *Quapropter,* inquit Conciliũ, *studeat vnusquisque prælatus vt familia Christi annonã spiritualẽ carnalẽque subministret: & studeat vt canonici religiosissime canonicũ seruent, & prelatis suis & magistris honorẽ debitũ humiliter impendãt: vt horis Canonicis diuinũ officiũ deuotissime expleãt, intus forisque non solũ habitu & actu, sed etiã ipso incessu irreprehensibiles existãt: vt nõ otio vacẽt, non vaniloquio inseruiant, non detractionibus & cæteris vitiorũ illecebris incũbant: sed potius aut orationi aut lectioni, aut quibuslibet Ecclesiæ aut certe propriis vtilitatibus vacẽt, aut etiã doctrinis sanis, & diuersarũ artiũ erudiãtur disciplinis: ita videlicet vt nullus in congregatione inutilis aut otiosus existens stipendia Ecclesiæ insufficiose accipiat, & omnes in dormitorio, nisi quem infirmitas aut senectus id facere prohibuerit, dormiant.* Et c. 124. addit hęc sacrosanctum Conciliũ.[o] *Canonicis totis viribus elaborandũ est vt & indumenta virtutũ habeant interius, & per immoderatũ cultũ caueant dehonestare religionis dignitatem exterius.* Quis hæc ipsa multoq; plura, metu prolixitatis omissa, maturo iudicio circũspiciẽs factaq; cõparatione in corruptã vitæ rationem moresque multorũ canonicorũ huius seculi deprauatos, attẽta cogitatione cõuersus à lachrimis grauissimis gemitibus, querelisque temperabit?[p] *Canonicorum vita respondeat titulo, respondeat nomini*, dicebat Concilium Senonense, non ita pridem in Gallia factum sub Archiepiscopo à Prato quondam Franciæ Cancellario, *Sint re ipsa, vt sunt canonici, id est regulares. Neque enim clam est primam eorum originem, monasticæ disciplinæ fuisse conformem, imitentur Apostolos & nascentis Ecclesiæ ministros: quorum erat cor vnum & anima vna, qui quotidie*[q] *vt in actis Apostolicis legimus, perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cum exultatione & simplicitate cordis, perseuerantes in orationibus, collaudantes Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. De tali conuentu,*[r] pergit Concilium, *Psaltes dicit, Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum: qui & compellans & prouocans huiusmodi conuentum ait.*[s] *Ecce nunc benedicite dominum omnes* serui

c Concilium Arelat. 3.
De vita & conuersatione pia canonicorum Conciliorum decreta.
d 1. Corint. 7.
e Concil. Arelat. 4. c. 6.
f cap. 23.
g Concilium Mogunt. 1. c. 96.
h Concilium Rhemens. c. 8.
i Cap 53.
k Concil. Aquisgran. 1. c 114.
Hæc omnia canonici omnes si salui esse velint efficaciter attendant.
l Ibid. c. 115.
m Concilium Aquisg. ibid. supra.
Canonici ad imitationem monasticæ vitæ à Concilio exhortãtur vt sanctius viuẽtes Deo sint acceptiores.
n c. 123 concil. 1. aquisgr.
Sancta ac pia exercitationes quibus canonicorum vita debet occupari.
o Ibi concilij Aquisgr. c. 124.
Vita canonicorum nomini ac titulo suo respondere debet.
p Sub Antonio à Prato Archiepisc.
q Act. 4.
r Psalm. 33.
s Psalm 133 v. 1.

serui Domini, statis in domo Domini in atrijs domus Dei nostri. His intenti pijs religiosisque actibus canonici inferioribus se clericis ad rectam sanctæque vitæ perfectionem documento sunt; operibus magis quam verbis, Diœcesanæ plebis saluti coosulunt: purius suum Episcopum mactant honoribus: Ecclesiæ pacem, glotiam, prosperitatemque promouent: sanctam denique Ecclesiasticæ monarchiæ in persona Romani Pontificis maiestatem, melioribus votis, prædicatione non tam linguæ quam vitæ obsequioque condecorant. Sic itur ad astra.

CAPVT VI.

De dignitatibus capitulorum, primicerio, Decano, præposito, Archipresbytero, Archidiacono, præcentore, Cancellario, seu magistro scholæ, Thesaurario, sub Episcopo, iure communi constitutis, & non nisi auctoritate Apostolica quandoque exemptis.



IONITATVM Ecclesiasticarum in capitulis cathedralibus varietas in magnam monarchiæ Ecclesiasticæ pulchritudinem cedit, & ornamentum honoremque Episcopalis fastigij à quo sine exceptione iure communi dependet, magnopere subleuat. Harum dignitatum in Ecclesijs pro diuersitate locorum primas tenent, quandoque Primicerius, nonnunquam præpositus, aliquando & sæpius Decanus, sæpe etiam in multis primus honoris gradus in Archidiaconi munere officioqoe situs positusque conquiescit. Primicerius ille antiquitus in ecclesia dicebatur qui scholæ cantorum præfectus dabat operam, vt officia diuina horariæ preces in choro piè, studiosè, sapienterque canerentur sic dictus à cera & tabula nempe cerata, in qua antiquitus, ante chartæ membranæque inuentionem, scribere mos erat. In qua ipse vt honore sic ordine primus scribebatur. Inde Primicerius generali acceptione postea dicebatur quicumque in dignitate aut ordine aliquo primus erat, positioneque loci aut gradus eminentia aliis præerat, vt [a] Primicerius domesticorum, protectorum, equitum. Primicerius [b] Mensorum l. 1. Item Primicerius notariorum. Primicerius [c] fabricæ. Prætetea Primicerius in officio præfectorum prætorio [d] apud Vegetium & Primicerius sacri cubiculi apud [e] Cassiodorum. Sic Primicerius legionum apud [f] Guill. Tyrium Episcopum. Ita Cardinalis Primicerius appellatur qui cæteris anteibat [g] Luitprando teste. Denique vt cæteris supersedeam acceptionibus, sanctus [h] Augustinus, protomartyrem sanctum Stephanum martyrum Primicerium appellat, vnde Græcè πριμικήριος seu πρωτοκήριος est πρῶτος κηρίου, scilicet primus in ordine quolibet ceræ seu scripturæ. Propria vero significatione accepti primicerij munus & officium est, sicut describitur in cap. 1. de officio primicerij his verbis. [i] *Vt Primicerius sciat se esse sub Archidiacono, sicut* A *& Archipresbyter, & ad eius curam specialiter pertinere, vt præsit in docendo, Diaconis vel reliquis gradibus Ecclesiasticis in ordine positis, vt ipse custodiæ ac disciplinæ insistat. Sicut pro animabus coram Deo rationem est redditurus: & vt ipse Diaconibus donet lectiones quæ ad nocturna officia clericorum pertinent: & de singulis studium habeat, vt in quacumque re capacem sensum habuerit, absque vlla vacet negligentia, aut à quo ipse sufferit, instruantur.* Cæterum obserua cum audis primicerium subditum Archidiacono id verum quidem iure communi ac veteri, non nouo quod videmus in multis Ecclesiis, omnibus dignitatibus oe quidem Archidiacono excepto primicerium antecellere, vt in Ecclesia Metensi Lotharingia vnde [l] Glossa in cap. 1. de officio primicerij. B *In verbis donet lectiones (ait) diuersam consuetudinem Ecclesiarum impedire contradictionem quæ circa huiusmodi officia consideratur.*

Decanus per translationem factam, à perfectione & præstantia Denarij numeri dicitur præcipuus inter aliquos eiusdem ordinis & status. Ita in capitulo canonicorum qui præsidet [m] solet tanquam cæteris dignior Decanus appellari, præcipue in omnibus fere Galliæ, Hispaniæque Ecclesiis, vt [n] Hostiensis obseruauit, de cuius dignitate & officio nullo in corpore canonico pontificioque iure conscriptus titulus apparet, vt totum eius munus iurisdictionem, potestatem, dignitatemque à consuetudine moreque Ecclesiastico profectam esse credamus. In hunc sensum Imperatores [o] Honorius & Theodosius iunior canonicos Ecclesiæ Constantinopolitanæ, quia cætera- C rum Ecclesiarum canonicis excellentiores dignioresque considerata dignitatis eminentia Ecclesiæ patriarchalis, Decanos appellauere. In qua Decani significatione Ælianus [p] scribebat in bello optimum quemque Decuriæ præponi, eumque cæterorum ductorē esse debere, qui & Decurio & Decanus, & dux, & primus, & præses nominabatur. Ita porta maior quæ in castris erat [q] decimana dicta est, id est præcipua, diuersa ab ea quæ erat in postica castrorum parte. Officium vero Decani præfecti in capitulo cathedrali canonicis, ita Coloniense [r] Concilium 3. descripsit. *Decanis cura sit vt clericos ad obseruationem piorum rituum prouocent, ac reducant, vt ad agendam vitam clericis dignam perpetuo cohortentur ac impellant, vt à negotijs & tumultibus mundanis reuocent, ne magis seculi quam Christi milites videantur: vt commessa-* D *tionibus, ebrietatibus, ac omni luxu interdicant: Denique vt suo officio satisfacere compellant.* In eodem Concilio cap. [s] 7. potestas Decano auctoritasque cooceditur Ecclesiasticas personas ex aliis collegiatis Ecclesiis interdum magis curiositati rerum nouarum studentes quam Christianæ deuotiooi ad templum Episcopale se recipientes, ibique præter omne decorum sæpe etiam vestitu denudatas Ecclesiastico, interque laicos irreuerenter sine pudore vagantes, pœna Ecclesiastica compescendi. Eiusdem Concilii decreto [t] Decani incumbere officio declaratur in rebelles & contentiosos animaduertere. Quales porro, in Ecclesiis Cathedralibus Decani constitui debeant, ita Rhotomagense Concilium apud Burchardum l. 2. decretorum cap. vltimo significat: *Decani in ciuitatibus & in vicis publicis viri veraces & Deum timentes constituantur, qui desides & negligentes commoneant, vt ad Dei seruitium*

Primicerius vnde dictus.

Primicerius postea generali acceptione pro eo qui primus erat in quolibet ordine & officio dicebatur.

a l. 2. & vlt. C. de domest. protect.
b l. 1. de Mensorib. l. 12. c
c l. 2. c. de Fabricensibus l. 11. c.
d Vegetius l. 2. c. 21.
e Cassiod. l. 11. variarum.
f Tyrius l. 2. de bello sacro c. 19.
g Luitpraod. li. 6. de rebus in Europa gestis.
h S. Aug. ser. 21. de tempore.

Primicerij quodnam munus & officium.

i cap. vnico de offic. Primicerij l. 1. decr. titul. 25.

Iure nouo ac diuersa Ecclesiarum consuetudine non semper Primicerius subditur Archidiacono sed contra.

l Gloss c. 1. de officio Primicerij.

2. De Decano.

m Glos in rubricis Decan. l. 12. c.
n Hostiens. c. dilect. de appellation.
o Leg non plures l. 4 de sacrosanct. Ecclesiis l. 1. Cod. tit. 5.
p Ælian libello de acie instruenda.
q Iul. Cæsar. l. 3. Comment.
r Concil. 3. colom. part. 3. c. 2.

Decani officium & auctoritas in Ecclesiis cathedralibus.

s Eiusdem Concilij eadem par. c. 7.
t Cap 15. 16. & 17. conc 3. Coloniens. part. 3.
u Rothomagēc c. 9 apud Burch. l. 2 ca. vltimo.

absque cunctatione properent, & vt ipsi Decani sacramento astringantur, vt nulla interueniente causa, scilicet aut amoris, aut timoris, aut propinquitatis, aut muneris, negligentes & transgressores reticeant: quin sacerdotibus proprias eorum culpas manifestent, &c. Hos Decanos compellat hortando Concilium [a] Augustense sub Othone Cardinali cap. 9. vt alijs vitæ præeant exemplo. *Morumque honestatem in habitu disciplinaque præferentes*, debitum in diuinorum officiorum persolutione ac cærimonijs exigant, errantesque in viam virtutis charitate Christiana corripiendo reducant.

a Cõcil. Aug. sub Othone Cardinal. c. 9.

Archipresbyteri qui.

Decanis affines Archipresbyteri, valdéque conformes; Imò qui nunc Decani, antiquitus Archipresbyteri vocabantur; nunc diuersa sunt inter se munerum varietate discreti: Archipresbyteri Presbyteris præfecti in his quæ Sacerdotalis officij sunt: de quorum officio hæc in iure scribuntur: [b] *Specialiter ad eius*, scilicet Archipresbyteri, *pertinet ministerium super omnes Presbyteros in ordine Presbyterali positos curam agere animarum, & assiduè in Ecclesia stare, & in Episcopi sui absentia ad vicem eius missarum solennia celebret, & collectam dicat, aut cui ipse iniunxerit.* Et cap. [c] *Ministerium*, eodem, hæc Leo Papa de officio Archipresbyteri persequitur, *Ministerium Archipresbyteri in eo constituitur, vt diligenti cura prouideat ministerium Sacerdotum Cardinalium*, scilicet principalium, [d] vt ait Glossa, *qui solenne debent agere officium in communicatione corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi à sacrosancto die Dominico incipiendo per omnes horas canonicas indeclinabiliter perseueret vt opus Dei dignè & sanctè perficiatur ab eo cui committitur.* Hæc ibi ex Leone Papa, & infra: *Prouideat etiam Archipresbyter vitam Sacerdotum Cardinalium præceptis sui obtemperando Episcopi, ne aliquando cedant, aut scurrilitate torpeant.* Obseruandum ibi nomine Sacerdotum Cardinalium non vrbis tantum Romæ, sed aliarum etiam ciuitatum primos Sacerdotes interpretari, quibus tituli, hoc est parochiæ dantur, vt sunt parochi, curati ac rectores inferiorum Ecclesiarum, [e] vt Glossa obseruat. His præterea in eodem cap. Leo Pontifex adiungit, *si Episcopus defuerit (exceptis his quæ prohibita sunt) Archipresbyter prouideat, cuncta quæ in sacerdotum ministerio perfici debeant fontes benedicere, pœnitentem infirmum (consulto Episcopo) reconciliare. Pœnitentiam cunctis sacerdotibus iniungere: in præcipuis festiuitatibus aut ipse celebrationem Missæ solenniter impleat, aut ad sui iussionem, cui committitur peragat veneranter.* Duplicem Archipresbyterum Ecclesiastica iura constituunt, Vrbanum ciuitatibus & vrbibus præsertim Episcopalem sedem tenentibus, Rusticum pro pagis & vicis. Partes Vrbani & officia præscribuntur cap. [f] Officium Archipresbyteri de officio Archipresbyteri: Rustici verò cap. [g] vt singulæ, eodem; quò ne sim longior, lectorem remitto. Cæterum licet iure communi Archipresbyteri officium sibi dignitatem annexam habeat requisitam ab eo, cui quandoque causas aliquas Romanus Pontifex tractandas credit & delegat, ex [h] cap. *statutum*, de rescript. in sexto, & quæ requiritur in conseruatoribus Apostolicis, de quibus [i] in cap. 1. & 2. & vltimo de officio iudicis delegati in sexto; tamen vsu & consuetudine recepto multis in locis Ecclesiarum diuersarum, vt Parisijs Archipresbyteri parochi sancti Seuerini & sanctæ Magdalenæ, sicut iudicatum est, nullo dignitatis Ecclesiasticæ propriè dictæ titulo honoreque refulgent.

b Ca. 1. de officio Archipresbyte. l. 1. decretal. tit. 24.

c Cap. 2. *Ministerium* codẽ.

d Glossa Cardinalium ibi.

Quid nomine sacerdotum Cardinalium significatur.

e Gloss sacerdotes in margine eodem.

Archipresbyter duplex vrbanus & rusticus.

f Cap. *Officiũ*, de officio Archipresbyteri

g Cap. *vt singula*, eodem.

Archipresbyteri officium an sit cum dignitate coniunctũ

h Cap. *statutũ*, de rescipt. in 6.

i c. 1. 2. & vlt. de offic. iudicis deleg. in 6.

Qui licet ordinis consecratione & potestate maiores sint Archidiaconis, sunt tamen illis iurisdictionis auctoritate multò minores: quibus iure communi, vt inferiores potestate subduntur, vt ex illis capitis [k] 1. de officio Archipresbyteri manifestum, *Archipresbyter sciat se subesse Archidiacono, & eius præceptis sicut sui Episcopi obedire debet.* Alia est in quibusdam Cathedralibus dignitas præpositi maior Decani, vt in Ecclesia Rhemensi, in qua præpositus superior Decano capitulo præest, qui dicebatur antiquitus, œconomus Ecclesiæ: Cuius custodiæ atque curæ omnia Ecclesiæ bona, tam quæ Episcopi, & Canonicorum quam quæ fabricæ & pauperum dicebantur, reposita credebantur. Quod clarè satis apparet ex Nouella Iustiniani 67. §. 2. vbi, [l] *Oeconomus vetatur dare annuos prouentus Episcopo, quem longè ab Ecclesia sua vagando, prouinciam Episcopalem neglexisse diutius accusationes denuntiationesque ritè factæ testabantur.* Hoc munere bona Ecclesiæ administrando œconomico ille præpositus Ecclesiæ in Cilicia Theophilus nomine fungebatur tempore Iustiniani Magni anno 539. qui ab Episcopo huius Ecclesiæ ab hoc deiectus munere grauissimo dolore perculsus, ab omni spe concidens, desperationi subiugatus, diabolo se flagitiosissimè deuouit, modo illius artibus, fraudibusque restitutus in pristinam dignitatem, bonorum sicut antea Ecclesiasticorum administrationi vacaret. Post execrabilem pactionem miser ad se reuersus, cum totos quadraginta dies in lachrymis, gemitibus, lamentationibus, ieiunijs, orationibus, aliisque mortificationibus veræ pœnitentiæ fructibus, salutari contritione iacuisset, sanctissima Dei Mater Virgo longum eius miserata dolorem, suis precibus ac potenti suarum virtutum merito, ab omni hunc diabolicæ captiuitatis immanitate redemit, vt maximi [m] Scriptores sacri fide dignissimi scriptis suis memoriç prodiderũt. De hoc præpositi officio ac dignitate nulla expressa fit in iure mentio, nullusque de eo sicut de decano extat titulus, licet vtriusque dignitatis & officii præpositi, atque Decani sæpius in suis responsis Pontifices Romani reminiscantur. Antiquitus in Romano exercitu ille præpositus appellabatur, qui sub Tribunis certo militũ numero præfectus militabat, [n] vt apud Suetonium in vita Othonis videre est ista cõmemorantem: *Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quos motu Camilli ex pœnitentia præpositos suos, quasi defectionis aduersus Claudium auctores occiderent, capite punire.* Huic illud [o] Modestini: *Si præsidis vel cuiusuis præpositi ab excubationibus desistat, quis peccatum desertionis subibit.* & [p] §. vltimo. *Qui præpositum suum protegere noluerunt, vel deseruerunt, occiso eo, capite puniuntur.* Simile lege 6. §. vlt. ff. eodem. Sic per translationem appositamque Analogiam, qui in Ecclesiis maioribus sub Episcopo Canonicis præficiebatur, præfectus capituli nominabatur: de quo hæc pauca satis. Ad Archidiaconum veniamus. Cuius magna est data ab Episcopo non solum in minores Clericos, sed etiam in sacerdotes auctoritas: Quod inde clarissimè patet, quia dicitur in [r] iure Archidiaconus

Archipresbyter Archidiac. ordine maior iurisdictione minor.

k Ca. 1. de officio Archipresbyt.

Præpositus quis.

Oeconomus dictus apud Græcos: eius officium quod.

l Nouella Iustin. 67. §. 2.

Theophili præpositi ac œconomi memorabilis historia.

Nota hanc historiam.

m Simõ Metaphrast. in vita eius Theoph. ex Eutychian. patr. Const. Petr. Damianus ser. 1. de Natiuitat. B. Virginis. D. Bernar. super Missus est. Ann. Domini 539. & alij recentiores.

Præfectus in castris Roman. quis.

n Sueton. in Othone.

o Modestinus l. 3. §. 1. ff. de re militari.

p §. vlt. ibi.

q & l. 6. § vlt. ff. eodem.

Archidiaconus quis, & quod munus eius.

r Cap. 1 de officio Archid.

Archidiaconus in iure communi vicarius Episcopi.

Episcopi Vicarius, ideóque hoc ipso quod vicarius est, iurisdictionem habere censetur, iuxta legem 2. Cod. de officio vicarij: & cap. penultimo de officio vicarij: Textus clarissimus [a] in cap. 1. de officio Archidiaconi, tit. 23. ex libro Romani ordinis desumpto: *Vt Archidiaconus,* inquit Canon, *post Episcopum sciat se vicarium esse eius in omnibus, & omnem curam in clero (tam in vrbe positorum, quam eorum qui per parochias habitare noscuntur) ad se pertinere, siue de eorum conuersatione, siue honore & restauratione Ecclesiarum, siue doctrina Ecclesiasticorum, vel cæterarum rerum studio, & delinquentium rationem coram Deo redditurus est. Et vt de tertio in tertium annum, si Episcopus non potest, parochiam,* scilicet diœcesim, *vniuersam circumeat, & cuncta quæ emendatione indigent, ad vicem sui Episcopi corrigat & emendet.* Ex his nota est Archidiaconi iurisdictio, cum coërcendi ei facultatem iura Ecclesiastica donent, sine qua iurisdictio nulla esset: Cap. [b] *Ex litteris*, de officio delegati, & l. [c] vltim. ff. de officio eius cui mandata est iurisdictio. Qualiter nunc iure nouo Archidiaconus visitare debeat, Concilium [d] Tridentinum sessione 24. cap. 3. de reformatione præscripsit. Cætera quæ ad munus & officium Archidiaconi pertinent, legere poterit studiosus lector cap. [e] 2. 3. 4. & sequentibus, titulo de officio Archidiaconi, quæ prætereo, vt sim breuior: Adde quod institutum meum non postulat, vt quæcumque de Archidiaconi, sicut aliorum in Ecclesia iurisdictionem aut directionem aliquam habentium dignitate, officioque dici possent, operi meo subiiciam. Sed generalis lex Ecclesiæ Archidiacono in obeuodis his quæ ad suum munus officiumque spectare videntur, auctore & legislatore Alexandro 3. præscribit, vt nihil inscio & inconsulto suo Episcopo audeat aggredi; vt semper auctorem dignitatis suæ, vt par est, reuereatur, suæque dignitatis vigorem, in eius à quo deriuata est, obsequium liberaliter iugenueque refundat. Sic enim loquitur Alexander 3. in generali Concilio Lateranensi 3. cap. 1. sub eo Papa celebrato. [f] *Archidiaconi nil præsumant, vel in Ecclesiis instituere aut restituere sine auctoritate & consensu Episcopi. Quod si præsumpserint liberum sit Episcopo institutiones penitus irritare, & taliter institutos remouere ab Ecclesiis, contradictione vel appellatione nullius obstante.* Præter has supra dictas in Ecclesia dignitates, recensetur dignitas præcentoris, seu Cantoris, animarum curæ minimè anexa nisi in his Ecclesiis, in quibus consuetudo recepta huic curam animarum dignitati copulauit. Præcentoris huius munus ac officium erat à sui prima institutione toti choro cantorum in duas diuiso partes ad decantaodas in choro diuinas laudes precesque publicas præesse, qui Antiphonas & Psalmos inchoabat, sicut vniuersæ Caotorum scholæ Primicerius præsidebat. Ipse verò præcentor seu Cantor toti choro Cantorum in Ecclesia ad psallendas Dei laudes præconiaque præfectus imperabat similis ei qui apud Græcos dicebantur; χειρώνε ὁ τ χορῶ ἱνὲ, cuius meminit [g] Iulianus Apostata.

Cancellarius dignitate potitus in Ecclesia alio nomine Magister scholæ dicebatur, quod

A ante Academiarum erectiones, munere ac beneficentia Pontificum ac principum sæcularium erat vnus inter canonicos qui docendi prouinciam suscepisset, suaque diligentia atque cura alios in eundem docendi campum sub suæ vexillo dignitatis introduxisset, iuxta [h] Concilij Lateranensis œcumenici decreta. Postea institutis in orbe Christiano Academiis de scholarum Magistro Cancellarius appellatus est, alio nomine scholasticus dictus communiter in his ciuitatibus, qui Academiis carent; licet hoc nomen scholasticus, antiquo sæculo latiùs quàm ad Ecclesiastica munera diffundebatur. Nam & actores causarum aduocatos hoc nomine scholastici vocatos plerumque legimus, vt lib. 2. de lucris officiorum in Cod. Theodosiano: B In qua sic Constantius Imperator Eubolidæ V. C. vicario Africæ rescripsit. [i] *Non latet mansuetudinem nostram sæpissimè scholasticos*, scilicet Aduocatos, *vltra modum acceptis honorariis in defensione causarum omnium & annonas & sumptus accipere consueuisse: Quibus tantis commodis fulti suam auaritiam explere nequeunt. Prouinciales itaque cunctis iudices intueantur, ne iniurias inultas transire permittant.* Theophilum aduocatum fisci, seu præsidis Sapricij in martyrio sanctæ Dorotheæ virginis passæ in ciuitate Cæsarea metropoli Cappadociæ prouinciæ anno Domini 304. scholasticum nominatum inuenimus. Sic apud [l] Tacitum scholastici nomine primùm nuncupatos fuisse Rhetores & declamatores litium fictarum: deinde illud nomen à fictis litibus ad veras transiisse legimus. Sequitur Sacrista, quem modo communi loquendi nunc C Thesaurarium Ecclesiæ appellare solemus: De cuius officio ac munere hæc breuiter habentur [m] in iure ex concilio Toletano: *Vt sciat se sacrista subiectum Archidiacono, & ad eius curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, vestimentorum Ecclesiasticorum, seu totius thesauri Ecclesiastici, necnon quæ ad luminaria pertinent, siue in cera, siue in oleo.* Addit præter hæc ad eius spectantia munus Canon [n] *Perlectis*, distinct. 25. in fine, cum ait: *Ad thesaurarium pertinet Basilicarum, & ostiarij * ordinatio, incensi præparatio, cura chrismatis conficiendi, cura baptisterij ordinandi, præparatio luminariorum in sacrificiis.* In quibusdam Ecclesiis thesaurarius appellatur, à paruo videlicet sacco quem gestabat secum, vel domi seruabat, in quem vel pecunias Ecclesiæ à collectoribus receptoribusque acceptas D refunderet, vel ex eo ad erogandum Ecclesiæ necessitatibus extraheret. Est huic thesaurarij muneri dignitas adiuncta in quibusdam Ecclesiis maxima, vt in Ecclesia Rhedonensi apud Armoricos: in aliis non infima, vt in Rhemensi Ecclesia in Campania: in aliis aliter, prout fert Ecclesiarum consuetudo: in quibus hæc sicut aliæ dignitates institutæ sunt: vt colligitur [o] ex Glossa, Communiter recepta in cap. *Execrabilis*, extrauagan. Ioannis 22. de præbendis ac dignitatibus, Verbo *dignitates* tit. 3. vt peritè doctéque [p] Innocentius, & Hostiensis in cap. *de multa*, *de præbendis*, obseruauere. Huic thesaurarij muneri valde conforme custodis officium, de quo hæc sacra, Canonicaque lex ex libro [q] Romani ordinis expressit: *Custos Ecclesiæ, cui ea quæ Ecclesiæ competunt, custodienda committuntur oportet, vt*

[a] Cap. 1. de officio Archidiac. l. 1. decret. tit. 23. c. 1.

Sine coërcitione nulla iurisdictio, aut vana.

[b] Cap. ex litteris de offic. delegat.

[c] Et l. vlt. ff. de offic. eius cui mand.

[d] De visitatione Archidiaconi Concil. Trident. sess. 24. c. 3. de reformat.

[e] Cap. 2. 3. & seq. de officio Archid. l. 1. decretal.

Archidiaconus sine consensu Episcopi sui nil audeat aggredi.

[f] Alexand. 3. ep. ad Lõdonensem Episc. & in Conc. Latera. 3. part. 24.

Præcentoris seu Cantoris in Ecclesia quale munus.

Præcentor à primicerio differens.

[g] Iulian. Apostata epist. ad Iamblicum.

Cancellarius seu Magister scholæ.

[h] Cap. Quoniã de Magist. l. 5. decretal. tit. 5. Concil. Late. 3. sub Alexãd. 3. cap. 18.

Cancellarius dictus scholasticus.

Scholastici nomen latius patet Cancellario.

[i] l. 2. De concussion aduocatorum siue apparitorum l. 8 Co. Theodosian.

Aduocati quondam dicti scholastici.

[k] In Act. S. Dorotheæ in Martyro Romano die 6. Februarij.

[l] Tacitus l. de oratoribus.

Sacrista seu thesaurarius.

[m] Cap. vnico de officio sacristæ.

[n] Cap. Perlectis 25. dist. in fin.

* In origin. Reparatio.

Cur thesaurarius in quibusdam Ecclesiis sacellarius dicitur.

[o] Glossa cap. *Execrabilis.* *Verbo dignitates*, extrau. de præbendis & dignitatib.

[p] Innocent. & Hostiens. in cap. *de multa*, de præbendis.

Custos quis.

[q] Cap *Custos*, de officio custodis l. 1. decret. tit. 27.

sui Archidiaconi iussioni in cunctis obediat; in canonicis horis signa tintinnabulorum pulsanda ipso Archidiacono iubente, ab eo pulsentur. Pallia vel linteamina altaris, seu cuncta vtensilia Ecclesiæ indesinenter custodiat. Lampades & laternas in accendendo, seu extinguendo peruigil existat, ne aut supra modum lucendo oleum depereat, aut minus lucendo obscurior sit Ecclesia: sed omnia cum discretione agantur, quæ noscitur omnium virtutum esse mater. Similiter ex Concilio Toletano subdit hæc Canon. 2. titulo eodem.[b] *Custos solicitus debet esse de omni ornamento Ecclesiæ & luminariis, siue incenso, necnon panem & vinum omni tempore præparatum ad missam habere debet, & per singulas horas canonicas signum ex consensu Archidiaconi sonare: Et omnes oblationes seu eleemosynas, seu decimas (cum eiusdem tamen consensu, absente Episcopo) inter fratres diuidas.* Isti duo Thesauratius & custos pro varietate Ecclesiarum in quibus sunt instituti, plerumque inter se diuisi, quandoque coniuncti officio dignitateque minimè dissimiles inueniuntur. Cæteros mitto inferiorum munerum officiorumque in Ecclesia gradus & ordines: supradicta de maioribus Ecclesiæ gradibus pro instituti nostri ratione adduxisse sufficiat. Vt hac honorum, dignitatum, officiorumque varietate circundata, sanctæ matris Ecclesiæ facies pulchrior, venerabilior & augustior appareat: vtque ex vnius Episcopi præstantia & amplitudine potestatis in tot varios dignitatibus officiisque distinctos gradus virorumque Ecclesiasticorum ordines in sua diœcesi dominantis, clarior Metropolitani in tota Prouincia eminentiorque spiritualis excellentiæ fulgor, omnium eiusdem Prouinciæ fidelium oculos cum veneratione amoreque perstringat. Inde semper altiùs ascendens Ecclesiæ sanctæ in rectoribus suis decor & pulchritudo religiosè venerabilis, ex formoso Metropolitanæ dignitatis aspectu, sublimem primatum Patriarcharumque auctoritatem & honorem fidelibus populis illustriorem maiorique suspiciendum veneratione mirantibus illis præ nimio cultu & amore præsentet. Atque ita maiorum prælatorum principumque Ecclesiastici Cleri detecto præstantiæ, potestatisque fulgore, omnes de grege Christi fideles Maiestatem supremam Monarchæ sub Christo Domino Ecclesiastici Romani Pontificis, (sub quo omnes prædicti principes ac magni pastores simul eorum potestates dignitatésque cum vniuerso grege Christiano curuantur) admirabilem nulli in Ecclesia vniuersali secundam, nulliusque consortem, magis magisque mirando suspiciant, suspicientes maiore cum affectu, honore, obsequio, vultu in terram demisso complectantur, adorent, effusisque cordium visceribus religiosissimè reuereantur.

[a] Ex li. Rom ordinis c. 1. de officio custodis in prima compilatione.

[b] Cap. 3. custos de officio custodis.

Nota hæc omnia ad rationem præsentis instituti.

A

CAPVT VII.

De parocho & parochia: Eius nomine, definitione, antiquitate, institutione & officio ad monarchiam Ecclesiasticam spectantibus.



SICVT Deus in toto mundo,[a] *Attingit à fine ad finem fortiter, disponitque omnia suauiter:* Ita in inferiori mundo puro illo quidem atque sancto, qui est Ecclesia militans, con- B stituit summum super omnes fideles rectorem, suum in hac Ecclesia vniuersali vicarium: qui illius semper obuersans animo virtutem diuinam & sapientiam, omnia ad illius exemplar, eiusque potenti gratia roboratus, simili via & ordine moderaretur, & infimos Ecclesiæ gradus per superiores maioresque in Ecclesiastica Monarchia gubernaret. Vnde cùm de maioribus hactenus pro ratione status Ecclesiastici cognoscendi & considerandi dixerimus, restat vt de minoribus Ecclesiæ prælatis atque pastoribus, parochis videlicet atque particularium simpliciumque Ecclesiarum rectoribus, post Ecclesiarum cathedralium dignitates, breui sermone loquamur. Nam in parochorũ institutione & officio hierarchiæ Ecclesiasticæ vestigia sunt nõ leuiter impressa. Πάροχοι illi erant apud Romanos qui magistra- C tibus & legatis Romã venientibus Annonas salis & ligni præbebant, scilicet rerum omnium fouendis alendisque legatis idonearum, diuersorũ principum ac populorum Romæ hospitio exceptis pertinentium, satagebant, vt[b] Acron obseruauit in illud Horatij.

Tunc Parochi qui debent ligna salemque.

Vnde per translationem apposita Analogia apud Christianos dicti parochi sacerdotes, seu Presbyteri præfecti Ecclesiis singularibus, vt fideli populo huius viciniæ sacrum orationis, verbi diuini, & sacramentorum pabulum ad reficiendas nutriendasque eius animas ad vitam æternam paterna charitate largirentur. Putantque plerique docti parochias (vnde nomen parochi deductum) ab agrorum assignatione denominari, vt placet[c] Pomponio Læto in Constantino, dicenti. *Comitibus & ducibus qui pro imperij augmento consenuerant dabantur agri villæque, vt necessaria suppeterent, D quoad viuerent, quos parochias vocabant.*[d] Budæus parœchos atque parœchias meliùs quã parochos atque parochias dici existimat. Quod παροικία, vicinia incolarum, congregatio, habitatio, atque curia dicatur. Hinc curiones ἀπὸ τοῦ παροικεῖν, ab eo quod iuxta habitent, sic πάροικοι vicini nominantur. Vnde Græci dicunt παραπετάσια quæ apud Iustinianum[e] L. Ædificia C. de operibus publicis, parapetasia ædificia, vicina scilicet operibus publicis appellantur. Vtraque lectio digna legi ac recipi, à qua non abfuit D. Augustinus cum dixit, *fuit Presbyter*[f] *quidam nomine Restitutus in parœchia Calamensis Ecclesiæ, &c.* Hinc parochus Græcè incola vertitur, Pomponio teste Iurisconsulto[g], L. Pupillus ff. de verborum significatione, dicente: *Incola est qui in aliquam regionem domicilium suum contulit, quem Græci paræ-*

[a] Sap. c. 8.

Parochi apud Ethnicos Romanos qui.

[b] Acron in illud 1 ser. Horat. satyræ 5.

Alia parochi seu parochiæ notatio.

[c] Pompon. Lætus in Cõstantino.

[d] Budæus in cummẽtariis linguæ Græcæ.

[e] L. Ædificia C. de operibus publicis l. 8 Codicis.

[f] D. Aug. l. 14. de ciuitate Dei c.

[g] L. Pupill. ff. de verborum significatione.

Quis propriè vsu loquendi Ecclesiæ parochus.

chon vocant. Et vsu loquendi Ecclesiastico Paræchus seu Parochus vulgò dicitur ille pastor particularis sub Episcopo costitutus, qui vni Ecclesiæ vicinorum populorum congregatione conflatæ præficitur, varia antiquitus nomina sortitus. Quos enim sæpius in primitiua Ecclesia presbyteros missos atque constitutos ab Episcopis legimus, vere tunc fuisse parochos certæ cuidam Ecclesiæ & congregationi populorum vnius viciniæ destinatos de eorum salute solicitos ac anxios curæ certum est, vt constat ex [a] Concilio Sardicensi can. 12. & [b] Calchedonensi ca. 6. in quibus fit mentio presbyterorum certæ destinatorum Ecclesiæ populum congregatum cibo salutaris doctrinæ pascentium: De quibus etiam [c] Carthaginense Concilium cap. 36. ista loquitur, *Presbyteri qui per diæceses Ecclesias regunt, non à quibus libet Episcopis, sed à suis: nec per iuniorem clericum, sed omni anno, aut per se ipsos aut per illum qui sacrarium tenet, ante Pascha solemnitatem chrismæ petant.* Hoc presbyteri nomine Concilium Suessionense sub Pipino Rege, *parochum*, his verbis expressit: [d] *Presbyter qui in parœchia est in cæna Domini rationem & ordinem ministerij sui Episcopo reddat, & chrisma & oleum petat.* [e] Carolus Magnus proprij presbyteri nomine parochum intelligebat, sicut patet in libro Legis Alemannicæ titulo 11. in quo graui ille supplicio subiugatur: *Qui presbyteri,* scilicet parochi, *curtem qui in parœchia positus est ab Episcopo, contra legem armatus intrauerit.*

Parochi varia antiquitus sortitus nomina 1. Presbyteri.

a Cõcil. Sardicense can. 12.

b Calchedon. ca. 6.

c Concil. Carthag. c. 36.

d Concil. Suession.

e Car. Magn. l. 1. Capitul. c. 173.

Secundo, nomine sacerdotis loci parochus veniebat intelligendus: quo nomine vsum fuisse Concilium Romanum 6. ad parochum denotandum sub Symmacho Romano Pontifice celebratum, verba illa testificantur. [f] *Si is, cui res Dei competit, in alijs, quam vbi res agitur, maximè solet territorijs commorari, sacerdotem loci ipsius vbi habitat, huiusmodi prauitate contemptus, neglectu personæ Episcopus breuiter instructum reddat.*

2. Parochus sacerdos nominatur.

f Concil. Roman. 6.

Præter duas illas omnium acceptiones sæpius antiqua sacrorum Scriptorum Conciliorum, Canonumque Ecclesiæ monimenta replicantes, Clerici nomine paræchum fuisse nuncupatum agnouimus. Sic enim eum Alexander 3. ad Salernitanum Episcopum epistola vocat: & ad vetustiora ascendentes sæcula inuenimus in Concilio Epaunensi cap. 25. scriptum [h] hoc, *sanctorum reliquias in oratorijs villaribus non ponantur, nisi forsan Clericos cuiuscumque parochiæ vicinos esse contingat, qui sacris cineribus psallendi frequentia famulentur.* [i] Iuo Carnotensis parte 3. in singulari, *Clericum cuiusque parochiæ* legit. Tempore Childeberti Regis [k] Concilium 4. Aurelianense habitum parochos nomine Clericorum significari voluit. Hos Clericos paræchiales [l] Bracarense 2. & Clericos locales ac diœcesanos, [m] Toletanum 3. Concilia vocauerunt. Nec his solum tribus vocibus, *Presbytero, sacerdote, Clerico,* parochi nomen exprimitur & munus, sed & aliis etiam non sic vetustis & communibus, *Curionis,* scilicet & *Curati,* designatur, à cura quidem regendæ plebis sibi creditæ *Curatus* dictus, ad quam curam studiumque saluandi greges Christi particulares solicitum Leo Magnus respiciens, ita ad Episcopos Africæ scribebat. [n] *Vbi minores sunt plebes, minoresque conuentus presbyterorum cura sufficiat.* Et de honorariis parocho à plebe pro illius cura ac labore pastorali ritè distribuendis ita

3. Clericus dictus per excellentiam.

g Alexander 3. epist. ad Salernit. Episc. l. 3. decretal tit. 26. de præscriptionibus c. licet 4.

h Cõc. Epaunense c. 25.

i Iuo Carnot. p. 3 decr c 75.

k Concil Aurelian c 6.

l Bracar. 2. Concil. c. 2.

m Toletan. 3. c. 20.

4. Parochus cur dictus Curatus.

n S. Leo epist. 87. ad Episc. Africæ c. 2.

A Concilium Aquisgranense 1. sub Ludouico Pio cap. 108. loquitur: [o] *Sacerdos cui dispensationis cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit à populo dispensanda.*

o Concil. Aquisgran. 1. cap. 108.

Idem qui Curatus dicitur, *Curio* simili ratione, licet non simili verbi notatione nuncupatur, vsurpatione nominis non ita vetusta: atque nostris Gallis ferè singulari dictus est, videlicet Parochus Curio à Curia, id est, à regione vrbis, cui in sacris præficiebatur, sicut apud [p] Varronem legere est. Etenim Romæ temporibus Idololatriæ per Curias diuisæ, ex singulis Curiis atque regionibus quidam ad sacerdotium [q] lege Romuli eligebantur, qui sacrorum solenniis, superstitionibus dico, præficiebantur: qui propterea *Curati* atque *Curiones* à cura regionum seu locorum & bonorum in his locis regionibusque morantium

Curio cur dicatur.

p Varro l. 4 de lingua Latina.

q Dionys. Halicarnas. l. 2.

B dicebantur. Hac allusione & similitudine Curati nomen atque Curionis ad parochos nostros tectè deriuatum est: qui in sibi concessis locis, curam orandi [r] sacrosancta atque treméda mysteria celebrandi pro sibi creditorum populorum salute, illis verbum Dei prædicandi, [s] audiendi confessiones, aliaque sacramenta salutis æternæ conferendi, delictorumque confessorum [t] absolutiones impertiendi suscipiunt. Qui denique pro quinta & vltima nominis impositione [u] rectores & plebani communiori vocabulo solent appellari. Rectores quidem à regendo animas sibi commissas in omni pietate & iustitia, [x] magna conditam mansuetudine charitatis. Hinc beneficium parochi dicta [y] est Rectoria scilicet, [z] Cura pastoris optimi plus de suarum ouium quam de propria salute soliciti. Hunc rectorem singularium

Rector & plebanus cur dicatur Parochus.

r Cap. 1. de paroch.

s Clementi. na, Dudum § verum. de sepultura ca. 1. eodem tit.

t Cap. Omnis vtriusque sexus, de pœnit. & remission.

u Can. Placuit, de pœn. dist. 6. &c.

C plebium alio nomine, sed rei cui accommodatur valde conformi [a] Honorius 3. [b] Pontifex Maximus plebanum dixit: Quod plebis sibi creditæ curam susciperat, eiusque ad æternam vitam erudiendæ pascendæque solicitudine pastorali voluntariè anxius & laboriosus exerceatur, vbi obseruandum hîc plebis nomen latius expansum omnem populum cuiusque conditionis siue excelsæ siue vilis & abiectæ suo ambitu comprehendere, non pro illa solum congregatione, quæ fæx populi vulgo nominatur, vsurpari, quam Græci ὄχλον ἢ πλῆθος, turbam nempe patriciis senatoribusque demptis prout Romulus [c] distinxerat, appellare consueuerunt.

x Cap. 3. de cleric. ægrot.

y Cap. final. de præbend.

z Cap. 6 Pastor dist 43.

a Cap. final. Nesloricus vel monachus particularibus negotiis se immisceant.

b §. Plebiscitum de iure natu. instit.

c Gellius l. 10. c. 20. Dionys. Halicarn. l. 2.

Ex hac nominũ diuersorũ varietate, non sine recta ratione parocho seu paræcho impositorũ no-

D bis de natura & essentia parochi constare potest clarissimè, vere que inde parochum definire conuenit. *Pastorem animarum certa alicui Ecclesiæ destinatũ, in ea plebẽ ac populum sibi subditum habentem, cui ad salutem æternam sacra prece & sacrificio Missæ, diuini verbi prædicatione, & sacramentorum collatione ex officio debeat opitulari.* Propter quos pastorales labores & curas, plebis quam regit, atque in conscientia moderatur, oblationibus denique sustentari mereatur. Hoc munus & officium pastorale Christus Dominus in septuaginta discipulorum, sicut Episcoporum in Apostolorum muneribus magna ex parte designauerat: quod ardoum valde non erit ostendere, si antiquas Ecclesiæ historias, Conciliorum statuta, Pontificum decreta, sanctorumque patrum testimonia replicare voluerimus. Hoc enim [d] Canon Ecclesiæ facer sua testificatione conuincit ex epistola Anacleti Papæ ad Episcopos Italiæ secunda deriua-

Parochi definitio.

Parochi presbyteris septuaginta discipulis, Episcopi Apostolis magna ex parte respondent.

d Can. 1. dist. 21. epist 2 Anacleti ad Episc. Italiæ.

a Glossa Bed. in c. 10. S. Lucæ.

tur: Cui [a] Bedæ Glossa & auctoritas in cap. 10. S. Lucæ suffragatur ista dicentis: *Episcopi tenent statum duodecim Apostolorum in succedendo, & status curatorum succedit statui septuaginta duorum discipulorum Christi, quoad legem nouam, vt in veteri lege septuaginta senioribus Synagogæ Mosaicæ persimiles dicuntur.* Propter quod Concilium

b Conc. Rom. 4. c. 6.

Romanum 4. [b] sub Symmacho Papa secundum honoris ordinem post Episcopos Presbyteris per varios Romæ titulos, id est parœchias distributis elargiri placuit. Et Episcopi in Concilio Aquisgranensi 2. præsidentes sub Ludouico Pio, sectione de ordine Rectorum, ista de parochis sub se in partem solicitudinis vocatis honorificè prędicare voluerunt? [c] *Presbyteri qui præsunt Ecclesiis Christi de omnibus hominibus qui ad eorum Ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant, scientes se pro certo rationem reddituros pro ipsis in die iudicij, quia cooperatores oneris nostri esse procuidubio noscuntur:* Sicut septuaginta erant Apostolorum *coadiutores.* Huius rei fidem facit locupletissimam [d] Montanus Archiepiscopus Toletanus cũ in epistola ad Episcopos parœcosque Palẽtini territorij, sic eos alloquitur. *Reuoluatur manibus vestris, presbyteri sacratissimi, numeri liber in quo vestri officij in septuaginta seniorum personis auspicatus honor: & inuenietis quorum negotiorum vobis prærogatiua concessa sit: adiutores suos Dominus nostri laboris, secundos dignitatis gradu esse voluit.* Hunc Parochorum gradum valde Episcopali proximum ita Epistola ad Paræchos diœcesis Aurelianensis, Episcopus ipse Aurelianensis Theodulphus expressit, [e] *Scitote paræchi vestrum gradum, nostro gradui Episcoporum secundum & valde coniunctum esse. Sicut enim Episcopi Apostolorũ in Ecclesia, ita nimirum Presbyteri cæterorũ discipulorũ Domini vicẽ tenent, & illi tenẽt gradum summi Pontificis Aaron: Isti verò filiorum eius: vnde oportet vos semper memores esse tantæ dignitatis.* Et paulò pòst. [f] *Plebibus exemplum bene viuendi prębentes, his quibus præestis ducatum, ad cælestia regna præbeatis.* Hæc bonus Episcopus, cuius sententiæ consentiens Fulbertus Carnotensis Episcopus, hæc ad Finardum epist. 2. scribebat [g] *Moyses dux populi secundis adiutoribus septuaginta viris videlicet de eodem populo sustentabatur, per quos forma presbyterorum exprimitur, qui nunc in Ecclesia nouitia Pontificale onus in se suscipientes regendis populis inuigilant.* Minimè contemnenda sunt ea quæ Cancellarius Parisiensis Academiæ de parochorum excellentia scripsit, [h] *Status*, inquit, *Curatorum in ordine proximus est statui Episcoporum: patet, quia eadem opera hierarchica eis incumbunt, quæ & Episcopis, & si non tam in excellenti gradu.* Sed quò tota hæc de parochi nomine, definitione, dignitatéque, ad splendorem Monarchiæ Ecclesiasticæ, Pontificiæque maiestatis melius rectiusque referatur, operæ pretium facturi credimus, si antiquam eius institutionem à Romano Pontifice, Diuo nempe Petro Apostolorum principe, instinctu diuini numinis profectam, atque ab aliis postea eius monarchæ primi Ecclesiastici successoribus confirmatam, corroboratamque fuisse demonstrauerimus. Simul atque enim magnus hominum piscator in altum profundumque Romanæ infidelitatis & idololatriæ mare venit: antequam mortis tempestas eum demergeret, iacto Euangelicæ doctrinæ reti, cum multos in

c Concil. 2. Aquisgr. sub Ludouico Pio sect. de ordine rectorum.

Parochi secundi sunt ab Episcopis, illisq; dignitate proximi.

d Hæc ep. legitur post Concil. Toletanum 2.

e Theodulphus Episc. Aurelianẽsis epist. ad parochos Aurelian.

f Ibid. Idem.

g Fulb. Carn. epist. 2 ad Finardum.

h Gerson Cãcellarius Parisiens. par. 3. tract. de Conciliis & statu perfectionis.

Parœcorum status Episcopali vicinus.

Institutio parochorum à B. Petro instinctu ac monitu Spiritus sancti, & ab eius successoribus confirmatio & amplificatio.

A dies defixos in limo profundæ impietatis captos è profundo infidelitatis mari in lucem auramque diuinæ cognitionis erueret: presbyteros aliquot in variis ciuitatis Romanæ regionibus collocatos instituit. Qui curam salutis recenter natorum Christo susciperent, sacro baptismi fonte tingerent, prius Catechistica doctrina informatos, postque natos confirmarent, atque virtute diuini verbi corroborarent, corroboratosque frequenti sacramentorum vsu perficerent. Qui tum non erant in tanto numero, quanto post crescente fidelium multitudine; vt tempore sancti Cleti qui Ecclesiarum principibus glorioso martyrio coronatis, & Lino B recens pro Christo morti subiugato, Presbyteros parochos de animarum salute solicitos ad certum in vrbe pagisque numerum reuocauit. Vt fide dignissimus [i] sanctus Damasus in historia Pontificia tradidit, scribens sanctum Cletum ex præscripto mandatoque sancti Petri viginti quinque presbyteros in vrbis Romæ diuersis locis ordinasse, qui venientium ad Christi Domini fidem de tenebris infidelitatis, saluti prospicerent. Huius ordinationis à sancto Cleto meminit [k] Anastasius Bibliothecarius prout à sancto Damaso didicerat. Post hæc semper cum posterior dies in producendis parturiendisque nouis Christo filiis esset priore fœcundior, sanctus Anacletus r, B. Clementis in sede Apostolica successor presbyteros parochos non Episcopos per castella, villas, pa- C gos, modicasque ciuitates distribuit, vt hæc epistolæ 3. eiusdem Pontificis, cuius meminit Burchardus & Iuo Carnotensis, manifestè testantur: [l] *Episcopi non in castellis aut modicis ciuitatibus debẽt constitui, sed presbyteri per castella & modicas ciuitates atque villas debent ab Episcopis ordinari & poni: singuli tamen per singulos titulos suos.* Quod decretum patres Sardicenses repetentes atque sequentes, vnicum presbyterum, id est parochum in pagis vel oppidis, qui aliis clericis dignitate & regimine præesset, sufficere decreuerunt. Sancti Anacleti successor [n] Euaristus quintus post B. Petrum vniuersalis Ecclesiæ pastor, rectorque monarchicus multiplicato fœcunditate nouæ Christianorum prolis orbe, titulos parœciasque in ciuitate Romana multiplicauit, eosque diuersis presbyteris, id est animarum nutritoribus di- D stribuit, vt à se inuicem separati populos recens natos in fidei doctrina atque religionis instruerent. Hos titulos, variasque parœchias sanctum Dionysium Galliarum Apostolum in Gallia & instituisse, & eas diuersis presbyteris distribuisse, sicut Romæ S. Clementem ex sancti Petri institutione facientem viderat auctor est [o] Hilduinus sancti Dionysij Abbas, qui vixit sub Ludouico Pio Caroli Magni filio. Sic iam labentibus annis multiplicata per orbem Christianorum gente, atque propter eos magnificata lætitia, eorum virtutis ac fidei fulgore per omnes terras irradiante, Rom. Pontifices diuersis temporibus titulos parochiales per omnem tunc late patentem Christianorum orbem auxerunt, auctosque diuersis parochis distribuerunt: cum ea cautione & moderatione: vt vnus alterius terras non inuaderet, singulique suis contenti viciniis atque parœchus aliorum minimè fines ingrederentur, vt suos la-

i S. Damas. in hist. Pont.

k Ex Anastas. Bibliothecario in Damas.

l S. Anaclet. epist. 3 cuius meminit Burchardus l. 1 c. 4. Iuo Carn. part. 5. c. 59 & 98

m Conc. Sard. c. 6.

n Euaristus titulos parochiales presbyteris distribuit.

o Hilduinus Abbas S. Dionys. in Areop.

tius quam pontificia præscripsisset sanctio, propagarent. De quo præclarum extat testimonium atque decretum sancti Dionysij Papæ huius nominis primi euius Gratianus meminit, in quo sic Papa loquitur. [a] *Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus, parochias & cameteria eis diuisimus, & vnicuique ius proprium habere statuimus: ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terras, terminos aut ius inuadat, sed vnusquisque suis terminis sit contentus, & taliter Ecclesiam & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam profuis actibus recipiat. Hanc quoque normam te & omnes Episcopos sequi conuenit, & quod tibi scribitur, omnibus quibuscumque poteris, notum facias, vt non specialis, sed generalis fiat ista præceptio.* Iura vero parochorum rectę sibi subditis fidelibus præsidentium à Roman. concessa Pontificibus volente, Deo atque præcipiente interno suæ inspirationis nutu; nouem breuissimè capitibus comprehenduntur, quæ in iure Canonico scripta leguntur: De quibus[b] Panormitanus,[c] Hostiensis,[d] Syluester, & alii loquuntur: 1. vt parochianos de grege suo in Ecclesia sua baptizēt. 2. Vt illorum [e] confessiones quotannis audiant. 3. Sacratissimam Dominici corporis communionem in solennitate Paschali illis impertiantor. 4. Vt instante periculo mortis[f] extremæ vnctionis armis eos obfirment. 5. Eorum [g] matrimonia & nuptias in Ecclesia sua celebrent. 6. Vt eos morte consumptos honorificæ & religiosæ [h] sepulturæ mandēt. 7. Vt diebus festis verbi diuini prædicatione instructos[i] ad audienda deuotè sacrosancta mysteria precesque mysticas in Ecclesia meritoriè retineant. 8. Vt pro laboribus pastoralibus ad eorum salutem impensis [k] decimam fructuū partem ab eis singulo quoque anno ex iustitia recipiant. 9. & postremo, vt primitias[l] similiter fructuū aliasque de more laudabili fieri solitas oblationes accipiant ab illis quorum domicilia suæ parœciæ limitibus ambiuntur. Quam quidem (vt in transcursu obseruationem notem) sæpe cum diœcesi confundi ac permisceri in antiquis Conciliis, Canonibus, historiisque legimus, vt parochia pro diœcesi, & diœcesis pro parochia sumi plerumque soleat. Si quidem Apostolorum sæculo parœchiam pro diœcesi sumi solitam decimus ille Canon Apostolicus [m] ostendit, denuntians Episcopo deferenti παροικίαν, id est diœcesim *non licere in aliam insilire:* Atque similia huius rei passim in sacris Canonibus & Conciliis exempla reperiuntur. At contra diœcesim pro parœchia sumi quandoque clarum est ex[n] Concilio Africano cap. 2. in quo Patres decernunt oportere eum, *qui vniuersis fratribus ac toti concilio inhaserit, non solum sua iure integro, sed diœceses possidere.* Et ex Concilio Agathensi in Gallia Narbonensi dicente, [o] *Presbyter dum diœcesim tenet,*

a S. Dionys. 1. Epist. 2. ad Seuerū Episcop. Can. Ecclesias 13 q. 1.

Parochiarum distributio à Rom. pontifice Dionysio 1.

Iura Parochorum ad 9. capita data à Rom. sede reuocantur.

b Abbas Rubrica de Parochis.
c Hostiensis in summa tit. de parochis.
d Syluest. verbo parochia.
e Cap. omnis de pœnitentia.
f Clement. 1 § dudum de sepultura.
g cap. 1. de clandest. desponsat. cap. Aliter 30 q 5. cap. suam de Simonia cap. placuit 13. q 3.
h Clement dudūm, de sepult. §. verū.
i Cap 3 de parochia.
k cap quæst. sunt 16 q 3.
l cap. omnia de consecratione dist. 1.
m can. 10. Apostol.
n concil. African. 2.
o concil Agathen. c. 54.

A scilicet parochiam, *De his quæ emerit ad Ecclesiæ nomen scripturam faciat &c.* Omne parochorum munus & officium ad tria, Orationē nempe, prædicationem Diuini Verbi, & sacramentorum administrationem reuocandum est. De quibus impræsentiarum copiosè agere instituti nostri limites excedit: quia de his, sicut de aliis Ecclesiæ ministris breuem tractatum instituimus; quantum ad illustrandam Monarchiæ Ecclesiasticæ intelligentiam sufficere posset. Ad orationem non solūm preces priuatas & publicas, quibus pro sua suorumque salute deuotè parochus intendere debet; sed etiam sacrosanctum Missæ sacrificium reuocamus. In prædicatione Verbi Diuini (in qua secundum parochi munus atque cura inclinata recumbunt) non solum conciones ad B populum, iam vt annis, sic fide & disciplina Christiana maturum, solidioris doctrinæ concludimus; sed etiam familiaria hortamenta, prima fidei rudimenta continentia, faciles instructiones pueris edocendis idoneas, quæ Catecheses appellantur. Administratio verò sacramentorum, quæ tertio Parochi muneri debetur, duobus exceptis, Confirmatione & Ordine, omnium est: quibus nouam semper gratiam maioris meriti, vt loquuntur Canones[p] sanctique Patres, suorum pectoribus ministeriali obsequio parochus, pastor simul & magister infundit. Ex quibus apparet quanta capacitas probitatis, prudentiæ & eruditionis in parocho requiratur. Miserum[q] namque est cum fieri magistrum, C qui nunquam fuit discipulus. Et cum velit iubeatque[r] Apostolus omnes presbyteros, scilicet curam habentes animarum fieri irreprehensibiles, quanta probitas sanctitasque parochum comitari debet, considerata præter Apostoli oraculum hac sacra Canonis legisque Pontificiæ iussione[s], *Qui præesse debent corrigendis, hos culpa omni carere oportet: & longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula cōmittuntur Ecclesiæ.* Quod si ad honores mundi, *sine suffragatione temporis, sine merito laboris indignum sit peruenire, & illi notari ambitus soleant, quos probitatis documenta non adiuuant: Quam diligens & quam prudēs habenda est dispensatio diuinorum munerum & cælestium dignitatum?* Sed de his plura sequentibus capitulis dicemus: cum discursu amplio- D ti in omnium pastorum præsertim maiorum, dignitateque præcipua in Ecclesia super alios eminentium, vitam, doctrinam atque mores inciderimus. Quæ omnino necessaria in illis & optima desiderantur: vt iustè ac sanctè suis in salutem gregum suorum fungentes officiis, in partem solicitudinis Ecclesiasticæ vocati, maiestati Pontificis Romani, sub salutari omnium Christi Ecclesiarum regimine laborantis, Monarchicæ, sinceriori famulantes affectu; fructuosius pro libertate ac pace Ecclesiæ militantis, & pro æterna facilitate triumphantis, obsequantur.

Tria Parochi munera orare, prædicare, & sacramenta conferre

p S. chrysost. homil. 9. in aleens. Domini.

Parochus dictus à S. Chrysostomo ὁ ποιμὴν καὶ διδάσκαλος scilicet Pastor & Magister.

q cap Miserū dist 61.
r ad Tit c 1.
s cap. in sacerdotibus dist. 61.
t cap. Mitamur, dist 61. io E.

CAPVT VIII.

De vitæ probitate; déque doctrina prudentiæ charitatique coniuncta, pastorum omnium Ecclesiæ tam maioris ordinis, vt Episcoporum, Metropolitanorum, & Primatum, quam minoris, vt parochorum & similium.

1. *De sanctitate, vitaque puritate pastorum.*
2. *De doctrina salutari.*
3. *De vtriusque in pastoribus illis coniunctione.*

(*De vitæ puritate pastorum.*)



VNC quod maioris momenti est ad salutem animarum, tutioremque vniuersalis Ecclesiæ conseruationem in pastoribus cuiosque generis & sortis, virtutem nempe doctrinamque consideremus. Sine qua nec pastori œcumenico omnium Ecclesiarum Christiani orbis solicitudine grauiter anxio fideliter illi seruire, nec rerum ad salutare populorum fidelium patrocinium spectantium satagere possunt. [a] Apostolus Episcopos, aliosq; animarum Christianarum rectores irreprehensibiles, atque omni vacantes crimine requirit. Qua breuitate verborum Apostolus ille sanctus, vas electionis omnem peccatorum ab animo pastorum contagionem dispulit, totamque virtutum cateruã in eorũ pectora mentesque sancto teste [c] Hieronymo, nobiliter euocauit. Vitia sacerdotũ pastorumque vitam moresque inquinantia, quæ detestari generosè sacrificium Deo gratum est, sub litera figuraque mysterii sic in veteri lege Moysi, fratri Aaroni renuntiaturo Dominus expressit, [d] *Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, vel torto naso: si fracto pede, si manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus.* Quibus corporis infirmitatibus, animorum maculas spirituales Hesychius in hunc leuitici locum aliique doctores irradiante spiritus sancti lumine in eorum cordibus exponunt. Per cæcum sacerdotem veritatis lumine destitutum pastorem, per claudum, eum qui modo veritatis splendorem pulchritudinemque defendit, modo versa vice bonæ voluntatis, eandem exaltatione mendacii persequitur, interpretantur. De quo eiusque similibus Dauid expostulando dicebat. [e] *Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt & claudicauerunt à semitis suis.* Per Nasum paruum pastores indigni iudicio prudentiaque carentes intelliguntur. Per Grandem, qui nimium carnalia mũdanaque spiritualium obliti sapiunt: Per Tortuum malitiosi dolos in cordibus tota die meditantes: Per Fractum pedem pastorum arrogantia designatur, qua illi ad lapidem scandali allisi corruunt: Sicut per Manũ fractã auaritia pastorumque corruptio significatur. A qua vtriusque corruptione pedis & manus valde Dauid abhorrens ita precabatur. [f] *Non veniat mihi per superbia, & manus peccatoris non moueat me.* His corruptionibus opposita, quę sapiens postea dixit: [g] *Qui ambulat simpliciter ambulat confidenter.* & c.15. Prouerb. [h] *Qui odit munera viuet.* Gibbosus oneratum peccatis exprimit. Lippo intelligitur ille qui clarum quidem intellectum possidet, nisi eum vitiosa natura corrumperet. Albugo in oculo conuersationem significat deprauatam malitiãq; doctrinę veritatis inimicam: qua inquinati fœtidè pastores iniqui, [i] *Deum ore confitentur, factis vero negant.* Per iugẽ scabiem, & impetiginem in corpore, totius vitæ vitiis fœdatæ turpitudo, in malo perseuerantia, callumque iniquitatis obductæ repræsentantur. Deus immortalis quot vitiorũ turpitudines fœdasque corruptæ vitæ contagiones in nostris pastoribus vidimus? Atque vtinam solum vidissemus, & non iam amplius videremus: aut cum lachrymis luctuq; vidẽtes saltẽ in medio dissolutionũ publicarũ spe aliqua reformationis futuræ respiraremus potius, quã metu grauiorum calamitatum in impunita & libera vitiorum atque deprauationum tam publicarum quã priuatarum prostitutione fundato miserè lugeremus. Corruptio vitæ pastoris sacerdotisque misera, & in perniciem subditorum populorum elata nimis; cum [k] sacerdos qui vnctus est peccando delinquere faciat populum Dei. Hoc oraculum Dei est, *Ecce legislator, peccatũ ipsius sacerdotis, peccatũ populi appellauit,* [l] inquit Hesychius, *Quia negligens sensibilis sacerdos aut peccans ipse, aut non vindicans in peccatoribus illicit eos, qui rudes sunt, ad similia.* [m] *In Episcopo quippe vita formatur omniũ,* dicebat S. Ambrosius, *& sacerdos,* scilicet pastor populi, *gregis forma & Ecclesiæ lumen dicitur, cuius subditos, vt ceram sigillo sic ipsius moribus imprimi necessum est.* Vt ad Dorotheum presbyterum [n] Isidorus Pelusiota rescribebat: Nec mirum: Nam si vita principis censura sit eaque perpetua, testante [o] Plinio iuniore, tunc Rom. Consule; Quidni pastoris Ecclesiastici vitam populi fidelis formam viuendi nominabimus? Nunquid illud est quod his verbis Turonense Concilium dicere volebat? [p] *Episcopus vita, habitu, forma & conuersatione sancta suis sit subiectis exemplum.* Quantum sanctitati vitæ pastorum Ecclesiæ ad amplificãdos imperij sui fines ac terminos Iustinianus Imperator detulerit, audienda hæc quæ in l.13. Cod. de Episcopali audientia, Imperatore Christiano dignissima ad Epiphanium Patriarcham Constantin. præclarè Christianéq; rescripsit. [q] *Certissime credimus quia sacerdotum puritas & decus, & ad Dominum Deum & saluatorem nostrum Iesum Christum feruor, & ab ipsis missæ perpetuæ preces, multum fauorem nostræ Reip. & incrementum præbent, per quas datur nobis & barbaros subiugare, & in dominium redigere. Illos quos antea non obtinuimus, & quanto plus rebus eorum accedit honestatis & decoris, tanto magis & nostram Remp. augeri credimus. Si enim hi prætulerint vitam honestam & vndique irreprehensibilem, & reliquum populum instruxerint, vt hic ad illorum honestatem respiciens, multis peccatis abstineat, planum est, quod inde & animæ omnibus meliores erunt, & facile nobis tribuetur à Maximo Deo & saluatore nostro Iesu Christo clemẽtia conueniẽs.* Et ideò quanto esset bono Ecclesiæ imperiiq; Christianorũ necessaria irreprehensibilis ac innocens vita pastoris atrẽdens Pontifex Rom. Hormisda sic Episcopos Hispanię hac sua ep. 4. absentes tanquã præsentes affabatur: [r] *Vt in sacerdotibus ordinandis, quæ sunt à patribus præscripta & definita cogitetis: quia sicut est caput Ecclesiæ Christus, Christi autẽ vicarij sacerdotes,* scilicet Episcopi, *aliiq; pastores, sic & in eligẽdis his curã oportet esse perspicuã. Irreprehensibiles enim esse cõuenit, quos præesse necesse est corrigẽdis, nec quidquã illis deesse persona, penes quã est religionis summa & substãtia disciplinæ.* Nec immeritò singularẽ quandã cautionem in electione Episcoporũ, superiorisq; gradus Ecclesiæ rectorũ Concilia sacra, ne quis, nisi castissimus moribus, innocẽtissimus in Episcopale solium electus eue-

(a 1. Tim. 3. b Ad Titum c. 1.)
(c S. Hier. epi. 83. ad Oceanum.)
(*Vitia pastorũ mysticè designata sub litera vetere.* d Leuit. 21. v. 18.)
(*Mysterium litera veteris testamenti exponitur, & euoluitur in exprimendis vitijs quæ pastores maximè fugere debent.* e Psal 17. v. 45.)
(f Psal. 35.)
(g Prou. 10.)
(h Prou. 15.)
(i Ad Titum c. 1.)
(*Lamentatio ob scelera Ecclesiasticorum in illustrioribus Ecclesiæ dignitatibus collocatorum.*)
(*Peccatum pastoris, peccatũ populi* k Leuit. c. 4.)
(l Isych l. 1. in c. 4. Leuit.)
(*Vita pastoris regula populi:* m S. Ambr. ep. 82. ad Eccles. vercellens.)
(n Isidor. Pelus. l. 1. ep. 319.)
(o Plinius iunior in panegyrico ad Traianum.)
(p Turon. Cõc. 3. c. 4.)
(q Imper. Iustinian l. 13. Co. de Episc. audientia.)
(*Bona pastorũ vita, & barbari vitiis ad fidem conuertuntur, & imperium Christianorum prosperè amplificatur.*)
(r Hormisda Epist. 4. c. 1. ad Episc. Hisp.)
(*Quanta cautio & diligentia in eligendo bono Episcopo.*)

a Concil. Arvernen. c. 2. Concil. Carthag 4. c. 1. b S. Greg. l. 1. pastor. c. 10. & 11.

heretur, adhibere curauerunt. Hinc illa[a] decreta Conciliorum: *Qui Episcopus ordinandus est antea examinetur, si natura sit prudēs, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius.* Quippe qui modis omnibus debeat, vt cum[b] S. Gregorio loquar: *Ad exemplum bene viuendi pertrahi: Quique habitu, vita, forma, sanctaque conuersatione*, vt postea monuit[c] synodus Turonensis sub Carolo Magno, *suis subiectis exemplum normaque viuendi conspiciatur.*

c Concil. Turon. 3. c. 4.

Ac omnes quidem pastorum gregis Dominici virtutes, eò gratiores & ad persuadendum puritatem vitæ populis Dei potentiores, quò benignius humilitate conditæ maiori cernuntur; qua vt efficacius pastores illi vestiantur, horum perpetuò verborum Domini ad discipulos meminisse debent:[d] *Discite à me quia mitis sum & humilis corde. Quid est* inquit[e] S. Gregorius, *Dominū mitem se in magisterio atque humilem dicere, nisi relictis exercendis elationis difficultatibus plana quadam bene viuendi itinera demonstrare?* Quæ virtus benignitate comitata maximas ad cōciliandum populi animos pastori suo vires habet: Indéque ipsum ad virtutis pietatisque studia suauiter inflammandum pastoris sui vi pellectū amoris, eiusque magis dilectione quam metu voluntati subiugatum. Quod eleganter S. Ambrosius his verbis expressit,[f] *Dauid rex cum omnibus æquabat suam militiam, fortis in prælio, mansuetus in imperio, ideò non cecidit, quia charus fuit omnibus, & diligi à subiectis, quam timeri maluit. Timor enim temporalis tutaminis seruat excubias, nescit diuturnitatis custodiam.*

Humilitas & benignitas in pastore valde ad conuertendum populum potens & efficax.

B

d S. Math. 11.
e S. Greg. l. 30. Moral. in ca. 30. Iob.
Quantò melius est amari à subditis quā timeri.
f S. Ambr. l. 2. offic. c. 7.

Hęc humilitatis virtus benignitate & mansuetudine sociata, qua pastor gregisque princeps non tām suæ splendorem dignitatis, quā suorū salutē subditorum suspicit: nec tā ab illis metui quam diligi procurat, verū iter gloriæ potest appellari. Cum ille Romanæ princeps eloquentiæ ad Antonium patriæ hostem iudicatū sermonē conuertendo dixerit,[g] *Illud magis vereor ne ignorans verum iter gloriæ, gloriosum putes plus te vnum posse quam omnes, & metui à ciuibus tuis quam diligi malis: Quod si ita putas totam ignoras viam gloriæ: Charum esse ciuē, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi gloriosum est: Metui verò & in odio esse inuidiosum, culpabile, imbecillum, caducum: Quod videmus etiam in fabulis, illi ipsi, qui oderint, dum metuant, dixerit, perniciosum fuisse. Vtinam Antoni auum tuum meminisses! Putasne illum immortalitatem mereri voluisse, vt propter armorum habendorum licentiam metueretur? Illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem cum cæteris, principem dignitate: Beatus est nemo, qui ea lege viuit, vt non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit.*

Verum iter gloriæ in diligendo subditos cum magna humilitate & benignitate.

C

g Cicero philip. 1.

Iam verò quantum subsidium pastori bonæ vitæ splendore coruscanti, doctrina solida non inflata, salutaris non inanis mundanæ sapientiæ profluentia, pro regendis fideliter & prosperè sibi à Deo creditis ouibus sit allatura, consideremus. Cum in primis pastor, *gregis sui mens, spiritus vitalis & oculus esse debeat*, aiebat S.[h] Antiochus, *vt ne vna quidem concreditarum sibi pecudum ridicula fiat & indigna quæ recipiatur à Domino per oscitantiam.* Dicantque Patres Nicænæ synodi,[i] *Sacrarum Scripturarum scientiam hierarchiæ Ecclesiasticæ esse substantiam*, vt ante illos[k] Apostolus Gallorum, prout à præceptore suo D. Paulo didicerat, sublimiter enarrauit. Propter quod S. Gregorius execrabatur eos qui antequam tyrocinij Ecclesiastici, primaque militiæ clericalis rudimenta didicissent, pastoralis officij munerisque subsellia conscendere sine rubore præsumpsissent. Sic enim sanctus, sublimisque doctrina Pater ad Syagrium, Detherium, aliosque scribebat Episcopos.[l] *Hoc quoque ad nos peruenisse non dissimili dignum detestatione complectimur, quod quidem desiderio honoris inflati defunctis Episcopis tonsurantur, & fiunt repentè ex laicis sacerdotes, atque inuerecundè religiosi præpositi ducatum arripiunt, qui necesse adhuc milites didicerunt. Quid putamus quod ipsi subiectis præstituri sint, qui antequam discipulatus limen attingant, tenere locum magisterij non formidant. Qua de re necesse est, vt quamuis inculpati quisque sit meritis, ante tamen per distinctos ordines Ecclesiasticis exerceatur officijs.*

2. Pars. *Præter vitæ probitatem quam necessaria doctrina eminente prudentia in pastore.*
h S. Antioch. homil. 111.
Pastor debet esse oculus & vita sui gregis.
i Nicæna synod. c. c. 6.
k S. Dion. de Ecclesiast. hierarch.

A

Indignos ante doctrinæ assecutionem pastoralia munera arripientes detestatur S. Gregorius.
l S. Greg. l. 7. Registri epi. 110.

Quam imperiti illi honoribus Ecclesiasticis inhiantes, quibus præ magna inscitia, socordiaque indignissimi iudicantur, ab Imperatore Leone, si viueret, seuerè, iustè tamen castigari refrænarentur: Cuius aurea hæc edicti religiosissimi in Cod. de Episcopis & Clericis verba leguntur:[m] *Tantum ab ambitu debet esse sepositus (qui ordinatur Episcopus) vt quæratur cogendus, rogatus recedat, inuitatus effugiat, sola illi suffragetur necessitas excusandi.* Sic præclare post hæc cōcludit Imperator: *Profectò enim indignus est sacerdotio, nisi fuerit ordinatus inuitus.* Episcopum aliumue animarum pastorem fieri in Ecclesia, qui doctor re potius, quam nomine non esset, diuina[n] S. Pauli oracula reclamant, quique:[o] *Non amplectitur eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana & eos qui contradicunt redarguere.* Quo Apostolici oraculi fundamento confirmati fultique sancti Patres in Concilijs in nomine Christi congregatis, omnem semper à pastoralibus solijs inscitiam imperitiamque, quantum sua conniti potuerunt auctoritate non minus, quam improbitatem longissimè pepulerunt. Inde nata illa apud Isidorum Ecclesiastica sanctio promanauit:[p] *Sicut iniqui & peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur: ita indocti & imperiti à tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam bonorum corrumpunt, isti sua ignauia iniquos corrigere nesciunt. Quid enim docere poterunt, quod ipsi non didicerunt?*[q] *desinat locum docendi suscipere, qui nescit docere: Ignorantia quippe præsulum, vita non congruit subditorum.* Quo referenda hæc Concilij Cabilonensis 2. cap. 1. constitutio.[r] *Decreuimus iuxta sanctorum canonum constitutionem, & cæterarum sanctarum Scripturarum doctrinam, vt Episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in Ecclesia doctrina fulgore splendeant; & verborum Dei alimentis animas sibi subditas satiare non cessent, & cum Dauid quotidie Domino dicant:*[s] *Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua: Ita videlicet, vt illas scripturas notissimas habeant, quæ Canonicæ appellantur, & earum sensum per Patrum tractatus inquirant: Canones quoque & librum B. Gregorij Papæ de cura pastorali, & secundum formam ibidem constitutam & viuant & prædicēt.*

B

m l. 31. Cod. de Episc. & Clericis. Leonis Imp. præclara constitutio cōtra imperitos honores Ecclesiæ ambientes.
n Ibid. ad Timot. c. 3. v. 3.
o Ad Titū c. 1.
Sicut improbi, sic imperiti à sacerdotali, pastoralique munere arcentur.

C

p Isidor. l. 3. sentent. c. 35.
q Conc. 1. Aquisgran. c. 16. sub Ludouico ex D. Greg. desumptum illud.
r Concil. Cabillon. 2. c. 1.

D

s Psal. 118.

Pręclara sanè illa virtutis ac doctrinę amica in pastore animarum coniuratio, qua sibi subditos Christi Domini greges, vt dignitate, præcedere debet.[t] Saul quem Dominus primum super populum suum Israel regem constituerat ab humero & sursum eminebat super omnē populū: Nec sine mysterio, quo doctrina virtusq; pastoris adūbrabātur, quib⁹ vt gradu dignitatis populo sibi credito præire debet: vt mystica huius loci à D. Gregorio tradita expositio declarat.[u] *Rex, inquit, præcedit collo, præcedit cap. Collo locutio, capite cōtēplatio de*

3. Pars. *De commendatione virtutis ac doctrinæ in pastore.*
t Reg. l. 1. c. 9.
u S. Greg. in 9. c. l. 1. Reg.

signatur. Capite ergo & collo subditorum omnium capita pastor excellit, si contemplationis altitudine mirabilis est, & sublimitate doctrinæ. Pastorem gregis sui atque sanctæ Euangelij sui oracula depromentem in excelsum montem Dominus ascendere iubet,[a] *super Montē Sion ascende tu qui Euangelizas Sion.* Hæc quid aliud ostēdūt quā Episcopū pastoremque Euangelicum de excelso salutaris doctrinę singularisq; virtutis solio diuina debere Christianæ eloquentiæ flumina populorum sibi creditorum pectoribus infundere? vt à praua agrestique vita penitus auersi ad Deum per salutaria pænitentiæ itineta salui incolumesque reuertantur? Hoc erat quod ipse S. Gregorius Patriarchæ Cōstantinop. cæterisque Episcopis intra huius Patriarchatus terminos inclusis infigere penitus his verbis intendebat:[b] *Qui loci sui necessitate exigitur summa dicere, hac eadem necessitate cōpellitur summa monstrare. Illa nempe vox libentius auditorum cor penetrat, quam dicentis vita commendat: quia quod loquēdo præcipit ostēdēdo adiuuat, vt fiat. Hinc enim per prophetam dicitur, super montē excelsum ascēde tu qui Euangelizas Sion: vt videlicet qui calesti prædicatione vtitur, ima iam terrenorum operum deserens in rerum culmine stare videatur; tantoque subditos facilius ad meliora pertrahat, quantò per vitæ meritum de supernis clamat.* Hæc spiritualis sanctusque doctor.

a Isay. c. 40.

b S. Greg. l. 1. ep. 24. ad Patriar. ham Constantin. & alios Episcopos eiusdem Patriarchatus.

Quā optimè in eam tanti doctoris pontificisque sententiam magni illius Saluiani Episcoporum sui sæculi magistri, Gennadij iudicio, hæc hortamēta, monitaque consentiunt.[c] *Sacerdotes exemplo esse omnibus debent, & tanto antestare cæteris oportet deuotione, quantò antestāt ōnibus dignitate. Nihil enim est turpius quam excellentem esse quemlibet culmine, & despicabilem vilitate. Quid enim est aliud principatus sine meritorū sublimitate, nisi honoris titulus sine homine? Aut quid est dignitas in indigno, nisi ornamētū in luto? Et ideò cūctos qui sacri altaris suggestu eminent tātum excellere oportet merito quantū gradu.* Sic sumnirum S. Basilius existimabat[d] referēte S. Gregorio Nazianzeno: *Priuati quidem hominis virtutē in eo consistere, vt vitio careat aut quoquomodo probitatem colat. Principem autē & antistitē, ac præsertim huiusmodi imperiū gerentem, improbitatis notā effugere non posse, nisi multum antecellat ac melior in dies existat, paremque dignitati sua ac throno virtutē afferat. Vix enim esse vt per summum assequatur, ac per exuberantem virtutis amplitudinem vulgus ad mediocritatem pertrahat.* His spiritualibus virtute scilicet ac doctrina salutari donis destituti pastores, super gregē fideliter honorificeq; vigilare nō possunt, prout eorū deposcunt officia: imò potius infrà illū turpiter obdormiscunt: & ita cōniuentes in mediis humanæ vitæ laboribus, somno infæliciter mortifero consopiuntur. An nō id clarissimè his S. Chrysostomus expressit? cū dixit:[e] *Cui Christi grex concreditus est, hunc omnibus deperditis animæ propria iacturam facere oportet.* Quod, dum ordinē in Ecclesia præscriptum à Deo interturbat, atque obliuione sui peruertit, quo gregibus Christianis Deo ipso tanquā vitali spiritu spirātibus, vt dignitate & honore, ita probitate ac eruditione præesse debet: Ipse soluta iurisdictionis Ecclesiasticæ compage, deterior gregibus factus, priuatione doctrinæ & vitæ sanctimoniæ, post eorum vestigia sicut illa pulcherrima mulierum in canticis ignara sui, & suæ oblita conditionis, indignissimè abire cogatur. Verum doctrina hæc salutaris vitæque probitas momenti nullius & operæ pretij

Pastores ac sacerdotes doctrina & exēplo erudire debent subditos.

c Salui. l. 2. ad Ecclesiam.

Iudicium S. Basilij de virtute & doctrina pastoru.

d S. Greg. Nazianz. orat. de laudibus S. Basil.

e S. Chrysost. l. 2. de sacerd.

f Cant. c. 1.

pro salute animarum censebitur, nisi applicetur. At verò applicatio hæc melius non potest exerceri, quam residentia pastoris, de qua propterea sequenti capite dicendum.

CAPVT IX.

De residentia pastorum maiorum & minorum pro bono vniuersalis Ecclesiæ, pro splendore auxilioque monarchici pastoris, & pro salute membrorum Ecclesiæ scilicet fidelium, quæ sunt de grege Christi Domini.

1. *Quam sit salutaris hæc pastorum residentia in iure diuino fundata.*
2. *Iussa Ecclesiæ principumque Christianorum ad hanc residentiam compellunt.*
3. *Quam sit perniciosum & impium pastores sine causa iusta greges suos deserere.*
4. *Cōtra huiusmodi desertores pœnæ canonicæ, quas diuinæ æternaque vltiones cōsequūtur.*



VM præcipua laus meritumque Christianæ virtutis in actione consistat; parumque sit Deum cognoscere, si non sicut Deum contra paganorum[a] philosophorum deliria operibus bonis iustisque glorificemus. Certè virtus, innocentia vitæ, doctrinaque pastoris parū sibi gregibusque proderit si non exerceatur pro salute ouiū Christianarū cōtra rabiem furorēque luporum. Ne similis sit præclaro illi de quo[b] Tullius, senatusconsulto *Verumtamen vt gladio in vagina recondito,*[c] *Probatio siquidem dilectionis est exhibitio operis.* Et Deus[d] fidem nobis ex operibus sibi exhiberi iubet, vt cordis cū manu, id est, pij cordis affectus cū iustis corporis effectibus laboribusq; congruant, cognitoque corde præfectorum suæ Ecclesiæ rectè cum suo cōspirante dicat illis Dominus, vt alter Iesu nobili viro Ionadab:[e] *Date mihi manum vestram*, vt in curam solicitudinis ac directionis Ecclesiæ meæ vos eueham, *ad pugnam contra falsos prophetas*, solertes diabolicæ tyrannidis satellites: quos improba scelerū rabies ad deuorandos dilaniandosque fideles ouilis mei greges cæcos efferauit: sciamque ex operibus vestris verine sitis pastores ouium salutis appetentes & auidi, an mercenarij, crudeles, atque nefandi, gregis interitum sanguinemque sitientes. Vt quam appositè vereque hæc dixerit Hormisda Pontifex Anastasio Imperatori scelerato in hypocrisi crudelia suæ tyrannidis persecutionisque in Ecclesiā Dei flagella fraudulenter insidioseque torquenti, cognoscamus,[f] *Fac Domine Imperator effectu rerum fidem probare verborum. Non enim sermonibus cognoscuntur hominum corda, sed effectibus: cum & Abraham pater noster non nuda fide, sed opere fidem commendante Deo placuerit.* Certè vana illa planè & inanis quantumuis eximia pastoris eruditio & industria, nec non virtus valde debilis & manca quę latens in corde non splendet in opere, erudiendo populo minimè cohærens, procul ab illius regimine semota, elongataque extra septa vocationis suę diuagatur. Hanc pastoris industriam, eruditionem, virtutemque quanta sit, residentia plena non otiosa, sed laboriosa demonstrat: Hæc in nutriendo spiritu populos Dei, virtutes, do-

a Rom. 1.

Laus Christianæ virtutis in actione præcipuè consistit.

b 1. Catil.

c S. Greg.

d S. Iac. c. 2.

e 4. Reg. c. 19 v. 15.

f Hormisdæ epist. 6. ad Imper. Anast.

A ctrinam studiaque prudentiæ copulata Christianæ pastoris ad maiorem Dei gloriam, splendorem Monarchiæ Pontificiæ, viresque militantis ecclesiæ corroborandas exercet: vt intelligamus non hîc agi de desidiosa, socordi, magnis plerumque scandalis obuia residentia, sed de laboriosa, vigiliis ac curis assiduè pro salute gregis exercitata, quam in Ecclesia propria firmiter immotam conscientia sistit, fides alit, Zelus honoris diuini in suis exercitationibus sanctius illustrat, feruorque charitatis animas saluandi incensam maiorum meritorum cumulo complet, ac perficit, vt ad omnem virtutis pietatisque operationem fidelis gregis animos viso pastore bona multa benè faciente magis ac magis possit incendere. Id exemplo paruit manifesto in persona S. Athanasij; quo ab exilio reuerso atque in sua Alexandrina residente Ecclesia Alexandrinus populus mirum in modum ad præclaras virtutū Chhristianarum actiones & studia semper in via Domini progrediendo concitatus apparuit; De quo hæc post multa sanctus ipse.[a] *In summa tanta æmulatio fuit ad virtutem, vt singulas familias, singulas domos Ecclesiam esse ob probitatē incolentiū, & preces ad Deū existimares. Eratque in Ecclesia profunda & admirabilis pax.* Inuicem scilicet vndecumque Athanasio scribentibus, ijsdem ab Athanasio consultas pacis ac tranquillitatis literas accipientibus. Quæ virtutes cum solidè & firmiter in populorum cordibus præsentia boni pastoris radicari soleant, non immeritò sancta Mater ecclesia tam instanter ac sæpe pastores suos ad residentiam, virtutesque huic residentiæ necessarias cohortatur; vt in ea tanquam in fideli statione firmati pro salute crediti gregis vitæ propriæ aleam periclitari minimè vereantur. Sicut fecisse sanctos propè innumeros pastores hac occasione, vt propria morte ouium suarum animas Christo Domino lucrarentur, sacrarum Annalium historiarumque monumenta testantur. Hinc omnes qui salutis desiderio flagrātes ecclesię sanctæ monitis parere percupiunt, intelligunt, residendi necessitatem non tam humano iure quam diuino pastoribus incumbere. Ad id confirmandū sacra Ecclesiæ vniuersalis senatusconsulta nobis obuia sunt SS. Pontificū nobis decreta suffragantur, nobis sacrarum Scriptarum testimonia huius veritatis securitatem cumulatè largiuntur: quæ non est in pręsenti discursu commemorare necesse: Cum breui Spiritus S. oraculo Tridentina synodus omnia fuisse complexa videatur. Sic enim sacrosanctus illi vniuersalis Ecclesiæ senatus in nomine Christi congregatus[b] diffusa in SS. Patrū cordibus charitate per Spiritum S. qui datus est illis, affatur:[c] *Eadem sacrosancta synodus omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis & cathedralibus Ecclesiis quibuscūque, quouis nomine ac titulo præfectos monet, ac monitos esse[d] vult, vt attēdētes sibi & vniuerso gregi in quo Spiritus S. posuit eos regere Ecclesiā Dei, quā acquisiuit sanguine suo vigilent, sicut[e] Apostolus præcipit: in omnibus laborent & ministeriū suum impleant. Implere autem illud se nequaquam posse sciāt, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ouium suarum,[f] quarum sanguis de eorū manibus est à supremo iudice requirēdus, custodiæ minimè incūbant:[g] cū certissimū sit non admitti pastoris excusationē, si lupus oues comedit & pastor nescit. Et nihilominus quia nonnulli, quod vehementer dolendum est, hoc tempore reperiuntur, qui propriæ salutis etiam immemores terrenaque cælestibus, & diuinis humana præferentes in diuersis curijs vagentur, aut in negotiorum temporalium solicitudine, ouili derelicto, atque ouium sibi commissarum cura neglecta, se detinent occupatos, placuit sacrosanctæ synodo[h] antiquos canones qui temporum atque hominum iniuria penè in desuetudinem abierunt, aduersus non residentes promulgatos innouare, quemadmodum virtute præsentis decreti innouat: ac vlterius pro firmiori eorumdem residentia, & reformandis in Ecclesia moribus, in hunc qui sequitur modum statuere atque sancire, &c.* Sed hæ pœnæ synodales infra recitabuntur. Hanc pastorum residentiam in iure radicatam diuino, eadem sacrosancta Synodus stabilire pro ecclesiæ pace, bono, fideliumque salute percupiens, hæc pro æterna lege non dispensationem, sed interpretationem solum ab B vniuersali Ecclesia, Romanoque Pontifice recipiente postea sanciuit.[i] *Cum præcepto diuino mandatum sit omnibus quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro his sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, sacramentorum administratione, ac bonorum omniū operum exemplo pascere, pauperum aliarumque miserabilium personarū curam paternam gerere; & in cætera munia pastoralia incumbere: quæ omnia nequaquam ab ijs præstari & impleri possunt, qui gregi suo non inuigilāt, neque assistunt; sed mercenariorum more deserunt; sacrosancta synodus eos admonet & hortatur: vt diuinorum præceptorum memores factique forma gregis in iudicio & veritate pascant & regant.* Subdit sacrosancta Synodus hæc: *Quibus sciant omnes neminem pastorum quantacumque dignitatis eminentia refulgeat, à residentia sua Ecclesia excludi: Nec verò ea quæ de residentia sanctè & vtiliter iam[k] antea sub felicis recordationis Paulo 3. sancita fuerūt in sensus à sacrosanctæ* C *Synodi mente alienos trahantur, ac si vigore illius decreti quinque mensibus continuis abesse liceat: Illis inhærēdo declarat sacrosancta Synodus: Omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis ac Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque quotumque nomine & titulo præfectos, etiam si sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinales sint, obligari ad personalem in sua Ecclesia vel diœcesi residentiam, vbi iniuncto sibi officio defungi teneātur: neque abesse posse nisi ex causis & modis infra scriptis, &c.* His & similibus Spiritus S. per os SS. Apostolorū Patrūq; in Concilijs locuti decretis pij principes atque Imperatores permoti absentiā pastorum à suo grege magnopere detestantes huic pastoralis absentiæ morbo mederi omni ope, precibus, fortique rescripto in pontificia auctoritate radicato curauerunt. Memorabilis atque percelebris illa Iustiniani Magni sanctio doctis nota, Ec- D clesiæ honorabilis, & Christi D. gregibus valde proficua: propter hanc causam placuit altissimo pastori in terris Christi vicario, vt in ecclesiis vigorem roburque magnum sua auctoritate sortiretur. Quam sub hac verborum formula ad Epiphanium sedis Constant. Patriarchā rescripsit. *Omnē adhibentes prouidentiam circa sanctissimas Ecclesias, per quas & nostrum imperium sustineri, & communes res clemētissimi Dei gratia muniri credidimus: nec nō & nostras & cæterorū omniū animas studentes saluari, & eam ob rem soliciti assiduè, ne commoda sanctissimarū Ecclesiarū in quacumque sunt ciuitate cōstitutarum aliqua ratione minuantur, & quæ in ipsis sunt diuinæ liturgiæ ex Deo amantissimorū Sacerdotū absentia impediantur, aut non conuenienter curentur: ac ne etiā sanctissimarū Ecclesiarū cōsumātur res, tā propter*

Residentia duplex, desidiosa & laboriosa: illa turpis & inanis, hæc gloriosa & vtilis.

Præsentia boni pastoris quantas vires habet ad impellendos populorum animos ad omnem virtutem.

[a] S. Athanas. epist. ad solit. vitā agentes.

Boni pastoris officium vitā mortis periculis pro salute gregis exponere.

Residentiam Pastorum iuris diuini esse comprobatur.

Vide Nauarrum l. 25. Manualis n. 120. & 121.

[b] Rom. c. 5.
[c] Concil. Trident. sess. 6. c. 1. de reformat. patt. 32.
[d] Actor. 20.
[e] Ad Titum 2.
[f] Ezech. 33. & 34.
[g] Concil. Trident. sess. 24. c. 1. de reformat.

Contra aulicos Ecclesiasticos proprium gregem deserentes

[h] Cap. Peruenit cum seq. 6 q. 1. item de clericis nō residentibus per totum & cap. cum ex eo de electio. in sexto.

[i] Concil. Trident. sess. 23. c. 1. de reform.

[k] Supra sess. 6 c. de reformat.

Pars secunda. Iussa Ecclesiæ principumque piorum pastoribus, vt Episcopi residentiam in suo grege iubentia

Sanctione Iustiniani ne Episcopi adire ac frequentare terras principum sotulariuum vetantur, ne suos deserāt greges. l. 42. Cod. de Episc. & Cler.

itinerum, quam etiam commeantium huc sacerdotium & comitantium clericorum impensas. Vnde sæpe & sub fœnore accipiendi necessitas emergit, ex ea reonus ad ipsas sanctissimas venit, simul etiam ne Ecclesiasticarum rerum conuenienter procedat administratio, per absentiæ Deo amantissimorum Episcoporum tempus. [a] Concilium verò Sardicense longè ante huius Imperatoris tempora contra Aulicos Episcopos à sua diœcesi abesse malentes, quam ab aula curiaque principum: Hos hac sæcularis aulæ & auræ frequentatione prohibuit, nisi hac cautione adhibita, vt euidens vtilitas & vrgens necessitas appareret, deinde licentia ac copia Romani Pontificis hoc iter adeundi per literas accederet. Sacris Conciliorum pontificumque decretis obediens Iustinus iunior Iustiniani ex sorore nepos, auersus ab illis pastoribus sæcularis aulæ curiæque desiderio tabescentibus, ac in sui gregis medio residentiæ impatientibus: [b] *Dat mandatum,* inquit Euagrius, *vt omnes Episcopi & Sacerdotes qui ex omnibus locis in vnum Constantinopoli conuocati erant, ad suas ipsorum dimitterentur sedes, vt consuetos cultus Deo sanctè religioseque adhiberent: monens ne quisquam quod ad fidem pertineret, nouare moliretur. Atque illud quidem eius factum in laude ponendum est.* Hoc Euagrius. Hos pastores & Episcopos nihili ecclesiam cui præsunt facientes, præ negotiis sæcularium principum, cui ambitiosè inhiant, vt suæ libidini, non Christo eiusque gregi illis credito seruiant, quam sanctus Gregorius excecratus fuerit, patet ex epistola ad Romanum defensorem, in qua Basilium Capuanum Episcopum apud sæculares præfectos diutius agentem vehementer carpit, eumque sugillando grauiter & iustè, longè ab aulicorum consortio, vt ad suam rediret Ecclesiam, pelli iubet, prout hinc Romano defensori fieri scribendo mandat. *Perlatum est ad nos reuerendissimum fratrem nostrum Basilium Episcopum, velut vnum de laicis in causis sæcularibus occupari, & prætorijs inutiliter deseruire: Quæ res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem annihilat, statim vt experientia tua hoc præceptum susceperit, eum ad reuertendum districta executione compellat: quatenus ei, illic, te insistente quinque diebus sub qualibet executione immorari non liceat: ac si quolibet modo eam ibidem amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos grauiter incipias esse culpabilis.* Hæc ipse, sciebat namque vir sanctissimus quam vniuersali Ecclesiæ perniciosum, quamque splendori Ecclesiasticæ Monarchiæ nociuum oues Christianas à pastoribus sine causa deseri atque contemni; ex qoo contemptu maximum perdendæ salutis periculum in eas, cum diabolicæ tyrannidis incremento redundare solet. Sicut ipso ouium contemptu ipsi miseri mercenarij potius quam pastores, in interitum ruentes voluntarium, se in damnationis abyssum sempiternæ præcipitant. Deus immortalis! quot & quantas iste proprij contemptus officij, propriique gregis desidiosa, socors, turpisque desertio, priuatas & publicas ex inferno, in ouile Domini totamque Ecclesiam furentes hausit calamitates? Hac desertione negligentiaque pastorum Deo ipsi contumeliosa, nimis ab initio nascentes & erumpentes ab inferis hæreses non suffocatæ atque compressæ pullulantes in dies, viresque hac desertione socordi acquirentes eundo, maximo cum religionis Christianæ detrimento prodigiosè creuerunt. Cui malo remedij nescio hac regnante socordia & desertione pastorali D. Hieronymus sine consolatione, quia sine eius mali spe exterminationis ingemuit: nec tantum hereticæ pestis incrementum hac oratione miratus est. Sic enim sanctissimus Doctor apud se ratiocinabatur: [c] *Scintilla parua res est, & penè dum cernitur, non videtur: sed si fomitem comprehenderit, & nutrimenta sui quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, vrbes, latissimos saltus, regionesque consumit, fermentum quoque cuius ad aliam partem in Euangelio parabola temperata est, res modica videtur: sed cum farinæ conspersum totam massam suo rigore corrumpit, in illius vim transit omne quod mixtum est. Ita & doctrina peruersa ab vno incipiens vix duo aut tres primum in exordio reperit auditores: sed paulatim vt cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis scabies totum maculat gregem. Igitur scintilla statim vt apparuerit, extinguenda est, & fermentum à massæ vicinia semouendum: secanda putridæ carnes & scabiosum animal à caulis ouium repellendum: ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arius in Alexandria vna scintilla fuit; sed quia non statim oppressa, statim totum orbem eius flamma populata est.* O scelerata pastorum desidia! O nefanda gregis crediti desertio! O residentiæ neglectæ furor! Quid non mali impietatisque molitis ac efficis, vbi semel male oata corruptaque ingenia occupasti? Non immeritò sanctus [d] Chrysostomos loquens de impia Marcionis hæresi dixit: *Etenim si qui à diuinis præscriptis resilire conabantur, paulum quiddam secus quam oportebat, tentabant, mox ab initio si fuisset adhibita conueniens increpatio,* scilicet cohortationis residentis, præsentisque pastoris, *nequaquam nata fuisset hac pestis, haud quaquam tanta tempestas Ecclesias occupasset.* Atque vtinam in Gallia nostra tot hæreseon impietatumque contra Deum, eius vicarium, totamque Ecclesiam Catholicam Apostolicam & Romanam ignibus ardentibus æstuante, miseri nos ista sanctorum Patrum monita altissimis maturæ considerationis radicibus nostro in pectore celeriter inseuissemus; Sanctissimique Papæ Innocentij 1. iussioni citò parere cum filiali obedientia voluissemus: profectò hæreses Lutheranas Caluinianasque, horrore ac multitudine execrandarum contra Catholicam fidem, contra sedis Apostolicæ maiestatem, contra pacem regnorum, contra reuerentiam, amorem, honoremque populorum fidelium in principes suos impietatum antiquis hæresibus sceleratiores, cum tanto furore, audacia, sacrilegio, ac parricidio, Deo, Papæ, Regi effrænatius insultantes, religioni, Ecclesiæ, totique populo fideli ferrum flammamque impune minitantes, hodie nullas haberemus. Ita enim sapientissimus Pontifex patribus Carthagineosis Concilij contra Pelagium & Cœlestinum hæreticos iussionis suæ tenorem ad eos Epistola præscripsit agendaque mandauit: [e] *Hæresibus pullulantibus est celeriter obuiandum. Sanandum ergo celeriùs, ne longiùs execrandus animis morbus inserpat: vt si medicus videat huius terreni corporis aliquem esse languorem, magnum suæ artis æstimat documentum, si cito quis illius interuentu desperatus euadat, vel cum putre vulnus aspexerit, adhibet fomenta, vel cætera quibus illud possit, quod natum fuerit vulnus obduci. At si id manens sanari non poterit, ne corpus reliquum sua labe corrumpat, ferro amputat quod nocebat, quod reliquum, integrum seruat intactum.* Post hæc per similitudinem dicta hanc

[a] Concil. Sardicens. c. 8. 9. 10. 11. 12. contra Aulicos Episcopos.

[b] Euagrius anno 564.

S. Gregor. grauis correptio in Amicum Episcopum suum gregem desertum contempto curiis aulicis ac sæcularium principum negotijs.

3 Pars. Quam perniciosum pastori ac gregi non residere in Ecclesia sibi credita pastorem.

Hæresis ab initio non suffocata desertione, & desidia pastorum prodigiosè in ruinam religionis Christianæ creuerunt.

[c] S. Hier. l. 3. comment. in epist. ad Galat. c. 5.

Similia.

Exclamatio patheti.

[d] S. Chrys. in cap. 1. epist. ad Galat.

[e] S. Innocent. 1. epi. ad Patres Carthagin. Concil. quæ est 91. inter epist. S. Aug.

Pullulantibus hæresibus cito occurrendum.

Expostulatio contra iniquos pastores suum gregem deserentes.

hanc sic concludendo reducit: *Præcidendum ideo est, quod velut puro, sanoque nimium corpori, vulnus oppressit, ne cum tardius abstergitur, impensis penè visceribus huius mali non exhaurienda post sentina consistat.* Proh funesta miseraque Gallia nimis! cuius è gremio ac sinu auulsos filios Dæmon absentia pastorum, contagione prius morum corruptionis, quam hereticæ prauitatis interemit. Quos vtraque peste lancinatos, impia pastorum semetipsos pascentium non gregem, desidia & imperitia voluntaria, & ideo magis execranda deseruit. Nec sic æternæ morti destinatos subiugatosque hac bina corruptione, vllo cordis tacti dolore intrinsecus, pastores illi nefandi miserando gemuerunt. Sed exultantes in funere suorum populorum spirituali, Ecclesiæ reditibus, qui pauperum bona sunt, ingurgitati, per incrementa hæreticorum, aliorumque impiorum, quotidie suam damnationem fabricantium, Diabolicæ dominationis amplitudine, dari in reprobum sensum, minimè à sua desidia, desertione pastorali, vitæque improbitate deterrentur. Interea suis absorpta querelis deserta relinquatur pia mater Ecclesia. [a] *In pace sua amaritudinem amarissimam sentiens* (& [b] *non sit*, qui consoletur eam) tanquam altera Rachel, [c] *plorans filios suos nolens consolari quia non sunt*: Non sunt, inquam, perfidia eorum, quibus eos credidit, iam sibi desertione sua desidiaque intolerabili pertinaciter obsistentibus: quos in dubiis salutis filiorum periculis sibi nunquam defuturos sperauerat, Nunc illis absentibus & sua officia negligentibus, omnia in gregibus suis turpari sentit & videt: ouesque suas à lupis rapacibus sine defensione deuorari, omni spe auxilii de illorum non residentium laboribus expectandi deposita, lamentatur & luget. Quæ enim spes absente pastore in rectum salutis ordinem oues Christi reuocandi sine miraculo esse posset? vt sanctus Chrysostomus obseruauit his verbis, de Flauiani Antiocheni Patriarchę absentia loquendo? *Quid hoc sit, fratres charissimi. Pastor abest, & tamen oues cum diligentia seruantes ordinem video?* Quasi diceret, id valde rarum contigit, nisi illi popu'ò à peruigili pastore sapienter instructo, eique suam præsentiam, non nisi raro denegante: cum euidens Ecclesiæ vtilitas, magnaque pro salute gregis principes laicos conueniendi necessitas efflagitat. [d] *Tunc boni illius pastoris id quoque effectum est*, inquit ille oris aurei Doctor, *vt non modo illo præsente, verum etiam absente, ouile, omne studium adhibeat.* [e] Sicut enim remiges cum cursum inhibuerunt, cessantes à mouendis remis, eundem tamen cursum nauis tenet, quem cum mouentur remi, sic assiduitate residentiæ, vigilantia & labore pastoris, in erudiendo ad pietatem, omnemque virtutem grege, populus tam rectè instructus & dispositus ad omnem virtutis actionem, vt pro breuitate temporis, quo pastor absens esse cogitur, eam semper retinet, nunquamque ab illius tramite virtutis exorbitet. Propter quod tantum præsentis ac vigilantis pastoris fideliter circa crediti sibi gregis salutem prosperitatesque bonum: sancti Ecclesiæ vniuersalis principes ac œcumenici pastores, cum religiosis doctissimisque Patribus, omnes suis rescriptis, sententiis & exhortationibus adeo pastores singulorum Chri-

[a] Isaiæ c. 48.
[b] Lamentat. c. 1.
[c] Hierem. ca. 31.

Mirabile absente pastore oues rectè continere in ordine suo. S. Chrysost. in exordio tractationum aduersus hæreticos Anomæos.

[d] Idem S. Chrysost. vbi supra.

[e] Cicer. l. 2. de orat.

Populus bona pastoris residentis institutus disciplina sem per constantius stabit in via mandatorum Dei etiam absente pastore.

A sti gregum ad exhibendam cum doctrina & charitate, comite prudentia suis ouibus residentiam compellando compellendoque prouocarunt: vt ab ea nunquam ne furentibus quidem contra eas persecutionum Austris desciscere debeant. Hinc illa præclara Nicolai 1. Papæ consulenti se Episcopo responsio, an Ecclesiam aduersis in eam ruentibus persculis, tempestatibusque naufragium gregi minitantibus deserere deberet. [f] *Si perniciosum est*, inquit, *proretam in tranquillitate nauim deserere, quanto magis in fluctibus? indecens est*, [g] ait ille, *prius soluere militiæ cingulum, quam cedat victori aduersitas præliorum.* [h] Ideo sanctus Ambrosius cum tyrannico impiæ Iustinæ iunioris Valentiniani imperatoris Matris iussu ab Eccle-
B sia recedere inuitus cogeretur, *Hoc ego*, aiebat quæstori Beneuolo, *sponte non faciam, ne lupis septa ouium tradere & prodere videar. Hic si placet occide: hoc loco mortem prona suscipiam voluntate.* [i] Neque sanctus Bernardus eius Episcopi factum probare vllo modo potuit, qui relicto sibi credito grege Hierusalem proficisci maturabat, vt hæ ad illum voces per Epistolam directæ manifestant. *Qua ratione*, inquit, *curam tibi creditam animarum exponere debeas, omnino non video. Quid enim blanditur depositæ sarcinæ libertas? sed charitas non quærit quæ sua sunt, fortè quietis prouocat & otij gustus suauior, sed euacuatur dispendio pacis.* [k] *Alligatus es vxori noli quærere solutionem.* Quod si quos pastores insanabile frequentandi curias principum cacoethes teneat, vt relicto grege huic
C conuersationi curiali inexplebili cupiditate inhiantes in mediis aulę principum fluctibus commorari conentur, sperantes se salutari propriæ tranquillitatis dispendio, nobilium animæ valde profuturos, illi sanè, meo quidem, imò sapientum iudicio vehementer errant, cum sic in vanum ad salutem animarum Aulicarum sudare sit in sterili, aridoque solo omnes corporis, animique vires miserè mancipare: Nihilque ex his haustis animi corporisque laboribus, quàm, non salus aulicorum, sed ipsorum inanium pastorum vitæ, contentiosis, conscientiæ, famæ, temporisque dispendium, iacturaque resultet. Vtinam ambitiosi isti vanique pastores, proprij desertores gregis, vt inani curiæ vento ridiculè, & cum animæ periculo pascantur, saperent & intelligerent, & ad ea quibus sapientissimus Cardinalis Petrus Damianus Monachos pios ac singulari eruditione insignitos ab aditu principum curiæ deterruit, pru-
D denter attenderent: [l] *Nolite*, inquit, *quasi Monachi, nolite sub Ecclesiastica compassionis specie, regum aulas irrumpere: nolite aures principum velut salutaria suggerendo fastidiosa importunitate pulsare. Credite experto, credite in huius gratiæ studiis non leuiter fatigato. Imperatoriæ namque maiestati sæpe quæ suggerenda videbantur expressimus: à summis Pontificibus innitati synodalibus Conciliis interfuimus: sed quis hoc tempore illa persequitur, tanquam si se mina crederet arenosis littoribus videtur.* Persequitur ita: *sæpe namque in Conciliis synodalibus positi, quosdam clam sibi scialiter conscios præsidere in numero sacerdotum vidimus, non modo de suis securos, sed vltro etiam ad alterum defendenda crimina impendenter accensos, qui nimirum, vt ferebantur, & cum Simone prius emerent, & cum Giezi post modum*

Cura gregis nunquam deserenda in aduersis. Mors optanda potius quam deserere gregem.

[f] Can. scifcitaris 7. q. 1.
[g] Cap. 1. extra de renuntiation.
[h] Nicephor. l. 12. c. 19. & histor. tripart. l. 9. c. 20.

[i] Epist. 82.

[k] 1. Corinth. 7

In vanum laboratur in aula principum pro salute animæ aulicorum.

[l] Petr. Damiā. de contēptu sæculi c. 30. 31.

Synodales conuentus pro sanctis principum autoritate congregati raro profuisse. Contra impios & magnarum sedium primates ac pastores non modo sua, sed etiam proximorum defendere conantes crimina.

charismatũ dona vendiderant, &c. Qui de maximis A
Gallici imperij calamitatibus querẽtes, ad illarum causas conniuere volunt illas dissimulando, malè queruntur: quia earũ causa cognita potius mirari deberent, quod non grauioribus miseriarũ infortuniorumque procellis nauis hęc Gallici status in hoc mari magno ac spatioso corruptionum cuiusque generis, obruta naufragetur. Sed ex omnibus malorum calamitatumque tempestatibus, nollas crudeliores & efferatiores esse sapiẽtissimi homines, suã rogati sententiam dicere, iudicarunt: quã quę ab iniqua impiorum imperitorũque ad gradus atq; dignitates pastorales & Episcopales promotione deriuatæ, in huius non modo regni, sed etiam Ecclesię Gallicanę caput effrenatius irrumpunt. Quibus per omne nefas licet à grege suo sẽper abesse, & pinguiũ multitudine beneficiorum etiam Episcopaliũ, eorumque fructibus incrassatos, dilatatos & impinguatos, sine vlla debiti offi- B
cij præstatione turpiter abundare, neque plus vni beneficio curæ animarum iuncto, vt Episcopatui, quam alteri eiusdem rationis, residentiæ prestant: sanctuarium Dei peius & indignius quam hæreditate possidentes. Quale illud, proh pudor, ac nefas! monstrum est, duo ab vno Episcopatus aut alia eiosdem sortis beneficia possideri? Quam illud sunt sanctissimi Patres maiores nostri scelus execrati: vt magnum hoc ac illustre Gallicanæ Ecclesiæ lumen Iuo Carnotensis ista ad Rothomagensem Archiepiscopum rescribens. [a] *Cum ab ipsa infantia mundi in Lamecho carnalis bigamia sit culpata, quomodo poterit in Sponsa Christi, quæ est Ecclesia laudari? Quæ & sacramento, & in veritate sacramenti vni debet viro desponsari? Eliminetur ergo de Lexouiensi Ecclesia Ranulphus Dunelmensis* C
Episcopus, vt bigamia non admittatur. Eliminentur pueri eius, vt Neophytorum hæresis extirpetur. De hoc scelere tanto atque monstro grauius expostulans, [b] ad Paschalem Pontificem huius nominis secundum literas misit, improbitatem Roberti Northmanniæ Comitis in opprimenda Ecclesia, eius leges violantis, duplicem Episcopatum Ranulpho tyrannica violentia sine iure, rationeque cooferendo, magno religionis domusque Dei zelo æstuans accusaturus. Hunc propterea comitem tantus Ecclesiæ contemptus & oppressio depressit victum ab suo fratre Henrico Angliæ Rege: qoem etiam obedientia Ecclesiæ præstita de fratre victorem fecit, quod iussis Ecclesiæ parendo S. Anselmum in suum Archiepiscnpatum teste Edinero, [c] hooorifice reuocauerit. Tanta residentiæ necessitas pro salute gregis, considerato peri- D
culo pernicieque desertionis pastoralis oues luporum rapacitati ferinæ subiugantis habetur: vt vexatio, persecutio, odia principum, aliæqoe anxietates in bono pastore eiurationem resignationemue parœchię seu Episcopatus minimè causari debeant. Propter hoc probro datum est Arnulpho Lexouiensi Episcopo, quòd propter odium Regis Angliæ, quod incurrerat, Episcopalis curæ cum dignitate sarcinam munusque deposuisset, seque illo priuatum in monasterio [d] S. Victoris vitam vsque ad obitum monasticam ducturus exonerauisset. Factum improbans Petrus Blesensis ita illum Arnulphum à suis Episcopatus abdicatione, Epistola ad illum deterrere, penitusque eius mentem auertere conatus est, In qua hæc inter alia. [e] *Habet equidem sanctorum*

A
Patrum institutio, vt Episcopis infirmis & senibus coadiutor addatur. Nam & [f] *Valerio Hipponensi Episcopo adiunctus est Augustinus. Quod si principis indignationem aut capituli vestri vexationes, aut alias huius vitæ molestias formidatis, & ideò pacem eligitis & quietem: hominem degeneris & deiecti animi decet hæc facere, non vos, quem constat præ cæteris cor magnificum, & munificum habuisse. Certe in hac requie non inuenireris requiem, & ecce in pace esset amaritudo amarissima, dum recoleretis, cum angustia spiritus gementes, vos ibi defecisse vbi fortius erat standum, abiectoque spiritu consilij & fortitudinis, videretis vos à pusillanimitate spiritus & modica tempestate subuersos.* Post hæc addit. *Ad resignationem Episcopatus nulla si mihi creditis vexatio vos inducet: Nam hæc omnia fortasse operatur Dominus, vt det vobis vexatio intellectum. Trituratur granum, vt reponatur* B
in horreo: Quadratur lapis vt sine sonitu mallei in templi ædificio collocetur. Mouetur turbo, vt Elias rapiatur in cælum. Qui sic Ecclesiam, eaque occasiooe suam deserit, pericula non effugit, cui se manifestiùs exponit. *Propter laboris angustias, aut persecutionis incursus non debes deserere sponsam tuam, cui desigendo manum apud extraneum te fide media copulasti, sciens quod beati sunt illi, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vitæ quam repromisit Deus diligentibus se,* [g] inquit Innocentius 3. [h] Vide Nauarrum tom. 1. libro 1. Consil. 1. tit. de Renuntiat. Consil. 1. num. 123. Memorabilis ad hanc rem [i] D. Augustini sententia ad Eudoxium. *Si qua*, inquit, *opera vestra Mater Ecclesia desiderauerit, nec elatione auida* C
suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis Post hæc subdit, *Neque otium vestrum necessitatibus Ecclesiæ præponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini, non inueniretis.* [k] Idem lib. 19. de Ciuitate c. 19. *Negotium iustum suscipit necessitas charitatis.* Et S. Gregorius in pastorali parte 1. c. 6. [l] *Tunc ante Dei oculos vera est humilitas, cum ad respuendum hoc quod vtiliter subire præcipitur, pertinax non est.* [m] Vide Diuum Thomam 2. 2. quæst. 185. art. 1. Nec licet Episcopo renuntiare Episcopatui sine iussu & licentia summi Ecclesiæ principis D. Papæ, iuxta illud Innocentij 3. ad Archiepiscopum [n] Calaritanum. *Qui verò in postulando cedendi licentiam institisti, tibi te duximus relinquendum, vt distinctis causis propter quas cedere oporteat, si propter aliquam vtilem & honestam in huiusmodi proposito perseueres, de licentia nostra cedas: alioquin cedendi licentiam auctoritate* D
Apostolica tibi scias esse penitus interdictam. Attende pulchram quæ sequitur rationem. *Quoniam*, inquit, *& si pennas habeas, quibus satagas in solitudinẽ aduolare, ita tamen astrictæ sunt nexibus preceptorum, vt liberum non habeas absque nostra permissione volatum.* Atque vtinam illi soli primatibus Ecclesiæ propter vitæ sanctitatem, & capacitatem doctrinæ salutaris dignissimi pastoralia munera ciurare optarent: quia vel relictis oneribus Ecclesiæ, beneficia simul Ecclesiasticosque reditus abiicerent: vel prę humilitate, suis diffidentes viribus, partim rogatu bonorũ, partim imperio superiorom in Ecclesia iustè dominantium, captiuantes intellectum in obsequium Ecclesię, ea in se Ecclesiæ onera dignitatibus honorata licet repugnante voluntate singularia Dei auxilia per eius miseri-

Miseria Gallorum longe eorum sceleribus minores.

Duos Episcopatus, aut alia duo curã vacantia animarum beneficia ab vno possideri, pro monstro est.

[a] Iuo Carnot. Epist. 178. ad Archiepisc. Rothomag.

[b] Idem Iuo Epist 181. ad Paschalem 2. Pontificem.

[c] Edinerus l. 2. in vita Anselm. apud Surium c. 2. diei 21. Aprilis.

Propter vexationem ac persecutionem bonus pastor renuntiare gregi non debet.

[d] Rogerius in Annalem Anno 1181. *Robertus in appendice ad Sigibertum.*

[e] Epist 44 Petri Blesensis ad Arnulphũ, ne Episcopatum relinquat.

[f] Possidonius in vita S. Aug.

N. Repudiare onera & dignitates Ecclesiæ non semper tutum.

[g] Innocent. 3. Epist. ad Archiepisc. Calaritanum.

[h] Nauarrus.

[i] D. Aug Ep. 81. ad Eudoxium.

[k] Idem Aug. l. 19. de ciuit. c. 19.

[l] S. Gregor. p. 1. pastoral. c. 6.

[m] S. Thomas 2. 2. q. 185. ar. 2. & 4.

[n] Innoc. 3. ca. nisi § vlt. in de renunt.

cordiam expectantes admitterent, vt nihil quicquam in his oneribus, honoribusque Ecclesiasticis, nisi honori diuino populique Christiani saluti seruiens, Spiritus sancti gratia suis in cordibus spirante, possent operari. Sed querela nobis est cũ indignissimis Ecclesiastico gradu, qui non beneficia præ officii Ecclesiastici magnitudine, quam non attendunt, à se propellere desiderant, sed ipsa officia & onera Ecclesiæ, voluntaria prauitate cõtemnendo deserunt, vt securius neglecta animarum suaque salute beneficiorum pinguedine saginentur. Isti sunt qui malè ad beneficia promoti & peius admissi, Ecclesiasticarum dignitatum sanctitatem sua vilitate & indignitate dedecorantes, voluntaria abdicatione à talibus Ecclesiæ beneficiis, si saperent, recedere deberent: ne salutis propriæ dispendium tenebrarũ principi, funestius immolarent, ipsique gemente cęlo, domnici sanguinis in ara crucis effusi pro se totoque mundo detrimenta lucrarentur. Quæ omnia præclarissimè supra dicta Epistola [a] Petrus Blesensis his verbis expressit. [b] *Porrò aliunde subesses legitima resignationis occasio. Cum enim scriptum sit: Quia proni sunt sensus hominis ab adolescentia in malum: dicitur quod ab adolescentia cæpisti Ecclesiasticos honores olfacere, & ad hunc honorem, qui nunc onerosus est vobis, obsequiis atque intercessionibus, & aliis ambitionis humanæ suffragiis aspirare. Currite ergo ad conscientiæ vestræ testimonium, & si inueneritis vos minus canonicum habuisse ingressum, sitis soliciti de egressu.* Nam ble resignatio habet locum [c] B. enim Gregorio teste. *Qui in ouile ouium non per ostium, sed aliunde ascendit, ad æternæ salutis brauium in vanum se fatigat, nisi honorem in quo deliquit, penitus derelinquat.*

Indignè & malè ad beneficia promoti ab illis se debent abdicare.

a Epist. ibi supra.
b Genes. 8.
c S. Greg. l. 9. Epist. 40.

Ergo considerata pastorum residentiæ pro salute ouium necessitate, pœnarum distinctiones & varietates, quibus Ecclesia in pastores gregis proprii desertores animaduertit, mirari non debemus. [d] In Concilio œcumenico Romę habito sub Leone 4. Anastasius presbyter Cardinalis à Patribus huius Concilii, sui Episcopatus priuationem iacturamque passus est: eo quod Ecclesiam suam, seu parochiam per quinque annorum spatium contra Canonum instituta deserendo contempsisset. Notæ sunt illæ animaduersiones ac pœnæ quibus sacrosancta Tridentina Synodus antiqua Ecclesię statuta renouando, omnes pastores inferiores atque maiores propter desertionem gregis commissi, absentiamque nulla legitima causa, rationeque fundatam plectendos mulctandosque decreuit. [e] *Si quis*, inquit, *à Patriarchali, primatiali, Metropolitana, seu cathedrali Ecclesia sibi quocumque titulo, causa, nomine seu iure commissa, quacumque ille dignitate, gradu, & præeminentia præfulgeat, legitimo impedimento, seu [f] iustis & rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam diœcesim morando abfuerit, quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ Ecclesiæ, pauperibus loci per superiorem Ecclesiasticum applicandorum pœnam ipso iure incurrat. Quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseuerauerit, aliam quartam fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente vero contumacia vt seueriori sacrorum canonum censura subiiciatur: Metropolitanus, Suffraganeos Episcopos absentes: Metropolitanum verò absentem suffraganeus Episcopus antiquior residens pœna interdicti ingressus Ecclesiæ eo ipso incurrenda infra tres menses per literas seu nuntium Rom. Pontifici denuntiare teneatur: qui in ipsos absentes, prout cuiusque maior aut minor contumacia exegerit, supremæ sedis auctoritate, &* [g] *Ecclesiis ipsis de pastoribus vtilioribus prouidere poterit, sicut in Domino nouerit salubriter expedire.* Atque has pœnas mulctasque in deserentes gregem pastores sine causa, sacrosancta Synodus [h] sub Paulo 3. sanciunt, quas postea nouis additis sub Pio 4. confirmatione sua roborauit. Atque huic confirmationi sanctæ finito Concilio, [i] Bulla sanctissimi Domini Papę Pii 4. super residentia prælatorum parochialium, & aliorum curam animarum habentium, & residere debentium suffragata est, sanctissimi Concilii statuta sua approbatione firmando, & pœnis contra contumaces Ecclesiæ creditæ desertores, decretis vires maximas auctoritate Apostolica pariendo. In qua Pater sanctissimus contra huiusmodi contumaces, sic inter alias statuit. [k] *Nos hanc illorum contumaciam alicuius etiam temporalis pœnæ metu frangendam seu conuincendam esse censentes, motu proprio & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus & singulis Patriarchis, primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis præfatis & aliis quibuscumque, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia præfulgentibus prædictas Ecclesias in commendam, vel administrationem aut alio quouis nomine obtinentibus: & aliis quibuscumque beneficiatis curam animarum habentibus, qui iuxta decreti super residentia in Concilio prædicto promulgati tenorem, personarum in suis Ecclesiis residentiam facere tenentur, in virtute sanctæ obedientiæ, & vltra pœnas in dicto decreto Concilii contentas, etiam sub priuationis eorum à regimine & administratione Ecclesiarum suarum ac aliis, nostro & pro tempore existentis Rom. Pontificis successoris nostri arbitrio imponendis pœnis districtè præcipiendo per Apostolica scripta mandamus, quatenus omni mora cessante in eisdem suis Ecclesiis iuxta formam & tenorem dicti Concilii personaliter resideant*, &c. Pœnas verò quibus minores Episcopis, vt parochi aliique animarum curæ vacare ex officio debentes, de sua à grege elongatione castigari merentur, eadem [l] sacrosancta Synodus cum sanctissimi Patris bulla Episcopis, aliisque maioribus prælatis eorum superioribus dispensandas remisit, vt pro maiori vel minori desidia atque negligentia horum minorum pastorum pœnarum modum in eos pro sua prudentia & charitate distringant.

4. Pars, de pœnis ab Ecclesia pastoribus suarum Ecclesiarum desertoribus, decretis.
d Concil Ro. sub Leone.
4. Anastasius Cardinalis sua priuatus Ecclesia, quod eã per annos 5. deseruisset ex Anastas. Biblioth. Anno 853.
Pœna in non residentes pastores à concil. Tridentino decreta.
e Concil. Trident. sess. 6 c. 1. de reformatione circa finem.
f Cap. ex tua de clericis nõ residentibus. Cap. quoniã §. porro vt à te non ante- stata est, &c.
Animaduersio Papæ in absentes à grege suo Episcopos aliosque pastores minores.
g Cap. ex parte de clericis non residentibus.
h Sess. 23 quæ est 7. sub Pio 4. c. 1. de reformat.
i Bulla Pii 4. super residentia &c. quę habetur post Concil. Trid.
k Bulla. post principium p. 614.
l Sess. 6. c. 1. de reformat pa. 31. & sess. 23 c. 1. de reform. p 114 cap ibi clades omnino

Causas verò quæ absentiam pastorum legitimè excusare possunt sancta synodus verbis breuiter complexa declarauit. [m] *Cum Christiana charitas, vrgens necessitas, debita obedientia, ac euidens Ecclesiæ vel Reipub. vtilitas aliquos nonnunquam abesse postulent & exigant: decernit eadem sacrosancta synodus, has legitimas absentiæ causas à Beatissimo Romano Pontifice, aut a Metropolitano, vel eo absente, suffraganeo Episcopo antiquiori residente, qui idem Metropolitani absentiam probare debebit, in scriptis esse approbandas: Nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus & officium Reipub. Episcopatibus adiunctum: Cuius quoniam causæ sunt notoriæ & interdum repentinæ, nec eas quidem significari Metropolitano necesse erit: Ad eundem tamen cum concilio prouinciali spectabit iudicare de licentiis à se vel à suffraganeo datis, & videre, ne quis eo iure abutatur:* [n] *& vt pœnis canonicis errantes puniantur,*

m Sess. 23. c. 1. de reform p. 113. Causæ iustæ absentiæ pastorum.
Cap. de cætero.
Cap. inter quatuor.
Ca. tuo & ca. relatum de clericis non residentibus.
Cap. ad supplicationem de renuntiat.
Cap quorumdam dist. 74.
n C. cum ex eo de elect in 6.

ſe tamen abſentia paſtorum pro cauſa iuſta ſacroſancta ſynodus indulſit vt hanc cautionem adhiberet, ne quid grex paſtoris abſentia detrimenti pateretur. [a] *Interea,* inquit ſynodus, *meminerint diſceſſuri, ita ouibus ſuis prouidendum, vt quantum fieri poterit ex ipſorum abſentia nullum damnum accipiant.* O ſalutaria, ô religioſa ſpiritus ſancti decreta, quamque orbi Chriſtiano fęlicia! ſi ea contumacium ſuperborumque rebellio in hoc ſęculo, prob nefas, impunè non contemneret! Tam funeſtum contemptus ſacrarum legum ſacrilegium, tantumque ocfas ſpretę ſancti ſpiritus ſenteotiæ in œcumenico Chriſtiani cleri conuentu Eccleſiaſtici paſtores plus ſæcularibus addicti negotiis, quã ſacris, plus valuis principum palatij, quam Chriſti Domini templis affixi miſerè cauſantur: qui ſacrata Eccleſię iura à temporalibus poteſtatibus violari facilè B abſentes à grege patiuntur: modo ſit in theſauris Eccleſię quod liberiùs per fraudes doloſque ſacrilegos in otio ludoque longè à cura paſtorali deliteſcentes languidis liquefacti voloptatibus heluẽtur. Hoc hoc malorum omnium fontem, quibus diu conflictata Gallia vehementer ingemuit, antiqui Patres Concilij Aquiſgranenſis ſub Ludouico Pio de his publico luctu grauiter expoſtulantes agnouerunt, agnitiſque ſalutaria remedia, religioſi principis ex conſcientia ferentis opem auctoritate roborati protinus adhibere curauerunt, ſic hanc tot malorum cauſam inter cæteras aperientes. [b] *Specialiter vnum obſtaculum ex multo tempore iam inoleuiſſe cognoſcimus, id eſt quia principalis poteſtas diuerſis occaſionibus interuenientibus, ſecus quam auctoritas diuina ſe habet, in cauſas Eccleſiaſticas proſilierit: & ſacerdotes partim negligentia, partim ignorantia, partim cupiditate in ſæcularibus negotiis & ſollicitudinibus, vltra quã debuerant ſe occupauerint, & hac occaſione aliter quam diuina auctoritas doceat in vtraque parte actum extitiſſe, non dubiũ eſt.* C Poſt hęc remedia tot confuſionibus regni ſtatuſque Eccleſiaſtici miſeris maliſq; publicis & priuatis radicitus euellẽdis ſalutaria ſub ſacra Pontificię protectionis auctoritate, fælicibuſque imperatoriæ pietatis auſpiciis Patres illi ſolicitè ſapienterque perſcrutantur & inquirunt. Vellem Deus immortalis hãc mẽtem paſtoribus illis dediſſet, qui ſæculari principi famulari malunt, quam Deo, ineſſe curię regum, quã Eccleſię Chriſti ſibi ab illo commiſſæ, adulari principibus quã ſeruire gregibus, vt æmulari præclariſſimũ S. Ludgeri Monaſterienſis in Saxonia Epiſcopi factũ pio deſiderio tenerentur: qui vocatus à Carolo Magno ſemel atque iterum vſque ad vicem [c] tertiam ad eũ principem maturare D renuit: donec preces Deo canonicas expleuiſſet, Religionem eſſe iudicans atque piaculum diuinas preces abrumpere, Eccleſiaque cedere, vt cõpellanti imperatori vocantique pareret. Quibus peractis ad imperatorẽ acceſſit, ipſique interroganti cur ad iuſſa ſui ſæpius iterata properare neglexiſſet, intrepido vultu, conſtantiorique mente reſpondiſſe fertur. *Ego imperator,* inquit, *tuum ſemper præceptum ita in omnibus exequendum putaui, vt tamen Deũ tibi vbique præferendum nõ dubitarem,* &c. Addens inſuper iſta continenter: *Hoc & ipſe mihi præcepiſti quãdo paſtoralis curæ ſolicitudinem mihi cõmendabas, vt Deo prius ſeruiendũ ſcirem, poſt hæc tuis conſequenter imperiis cognoſcerẽ eſſe obtemperandum hanc tui mandati auctoritatem, hanc diſcretionis regulam ſecutus, Deum tibi & cunctis in terra mortalibus præponendum non ambigo, nec tuum eſſe credidi quod*

a Ibid c.1. de reformat. ſeſs. 23.

Paſtores plus ſæculi quam Eccleſiæ rerum ſatagentes ſui obliti muneris grege neglecto funeſta multa Francorum regno cauſati ſunt.

b Concil. Aquiſgrũ. ſub Ludouico Pio Anno 836. ſedente Greg. 4 Pontifice.

Not. Dei ſeruitio prius parendum quã principum exequenda iuſſa.

c Factum memorabile S. Ludgeri Epiſcopi, ex eius vita à Monachis Vinodenſibus ſcripta Anno 809.

præclara reſponſio S. Ludgeri Carolo Magno.

A *huic iuſſioni & perſpicaciſſimæ rationi contrarium eſſet. Ideo non regiæ poteſtatis inhonorationem & contemptum, vt maleuoli criminantur, ſed potius propter tuam ſalutem, qua Deo debitum exoluere curaui, & ita conſequenter ad tuum expeditior ſeruitium veni.* Qua audita reſpõſione optimus imperator ardentioris inclinatione dilectionis in ſanctum propendens: *Gratias,* inquit, *habeo, Epiſcope, quia qualẽ te eſſe credidi ſemper, talem nunc te eſſe expertus ſum. Nam aliqui quidem fuerunt, qui hoc tuum factum aliter interpretandum & ad meam iniuriam retorquendum putarunt: ſed vtpote ſãctitatis tuæ inuidos minus deinceps gratos habebo, & nullius de cætero contra te accuſationem auditurum me Deo volente promitto: Tu, vt hactenus feciſti, Dei ſemper operare voluntatem, & ſimul nobis deuotus & fidelis pro noſtri imperij ſtatu orare memento.* B Hęc religioſiſſimus & inuictiſſimus imperator. Planè iuſta Dei ordinatione fieri ſolet, vt pii ſanctique paſtores dum Deo placere bene ſeruiendo gregi ſibi credito, nullius ſui obliti muneris, poſtpoſitis diuinæ voluntati principum ſæcularium imperiis, religioſè conantur, & ipſi Deo gratiſſimi, ab ipſis terræ principibus honorificè colantur. Contra deteſtabiles mercenarii aulæ ſęcularis aura, imò potius Euro furente tumidi, dum neglecto munere cum ouibus conuerſationis atque manſionis impatientes, dum adulari, blandirique principibus cum eorum pernicie ſalutis ſtudent & ſudant, à ſuo Deum conſpectu repellentes afflicti vitam in tenebris ignominiæ trahunt inglorii: Necnon, *nocte dieque ſuum geſtantes in pectore teſtem,* Maiorum calamitatum in altero ſæculo metu, quo non conuertuntur, tanto ſunt miſerio- C res, quantò hîc malè viuendo ſibi videntur beatiores: ſed hæc pro reſidentia aduerſus paſtorum deſertionem pernicioſamque deſidiam in contemnendo grege, dicta ſufficiant.

præclara Caroli Magni ad excuſationes iuſtas S. Ludgeri reſponſio tanto imperatore digniſſima.

Iuuenal. Satyra.

CAPVT X.

De cura atque vigilantia paſtorum circa Doctrinam moreſque ſuorum ſibi creditorum gregum ac populorum fidelium.

1. *Arduus honor paſtoralis & munus.*
2. *De cura paſtorum circa mores populorum.*
3. *Et circa Doctrinam fidei.*
D 4. *Quantum malum neglecta cura paſtoralis regimini Eccleſiæ Monarchico pernicioſum, ſicut animarum ouilis Chriſtiani paſtorumque ſui contemptorum muneris ſaluti peſtiferum.*

VI ſæcularium rerum curis addicti Reip. negotia prudenter & proſpere exequi conantur, dum id ſeriò agunt, prouincię difficilis ſibi creditæ grauitatem ſentiendo profitentur: ſed conditio aſperior eorum qui in Eccleſia Dei non corporum ſed animorum procuranda ſalute ſoliciti grauiter occupantur: quique paſtoralibus exercitati laboribus non caduca, ſed æterna ſibi datis ouibus inquirunt. Quod

Paſtori Eccleſiaſtico circa ſpiritualium quam ſæcularium maior incumbit.

a l.7. Epist. 1. 2. indict. 2.
Quam arduū est pastoris populum sapienter & deuotè ad salutem erudire.

A inculcare volēs[a] S. Gregorius Ianuario Calaritano Episcopo plus de sæcularibus quam de spiritualibus anxio dicebat: *Non terrenarum rerum curam, sed animarum te ducatum suscepisse cognoscas. Ibi ergo cor figere, ibi solicitudinem, ibi totum debes studium adhibere, atque de earum lucro diligentius cogitare.* Grauitatem pastoralis officij in sapienter atque deuotè populum ad salutem instruendo, D. Augustinus in persona sua sic ad Valerium scribendo gemens expressit. [b] *Sed dicet fortasse sanctitas tua: vellem scire quid desit instructioni tuæ? Tam multa autem sunt, vt facilius possim enumerare quæ habeo, quam quæ habere desidero. Audeo enim dicere, scire me & plana fide retinere, quid pertineat ad salutem nostram, sed hoc ipsum quomodo ministrem ad salutem aliorum, non quærens quod mihi est vtile, sed quod multis, vt salui fiant?* Quasi diceret, ista præstare non valeo, vt sequentia verba restantur.

b D. Aug. in libello suppli. ad Valeriū.

B [c] *Blanditur cathedra*, dicebat S. Bernardus ad Eugenium Papam, *specula est, vnde superintendit, sonans tibi Episcopi nomine, non Dominium, sed officium. Quidni locetur in eminenti, vnde prospectes omnia, qui speculator super omnia constitueris? Enimuero prospectus iste procinctum parit, non otium.* Vt pastor diligenter attendat si bene gregis sui animabus vitę pabula salutaria sempiternæ ministrare velit, de suæ vitæ reformatione, animæque sanctitate prius cogitare debere, sicque saluti gregis suam prosperè coniungat. *Electi siquidem & boni sic Lucra aliorum expetunt, vt sui nulla damna patiantur*, inquit [d] S. Gregorius, *Pleni quippe in seipsis sunt, effluentes aliis, & de abundantia sui sic aliis tribuunt, vt sua plenitudinis aliquid non amittant. Sic aliis prabere oleum nituntur, vt à se*

c l. 2 de considerat.
Eminentia dignitatis Ecclesiastica magnum secum trahit laborem & curam.
Pastor vt super gregem suum bene vigilet debet de sua salute anima esse solicitus.
d Com in l. 1. Regum c. 9. in hæc verba, *Erat vir de Beniamin nomine Cis.*

C *fomenta luminis non tollantur: vt dum illuminant alios se non extinguant.* Miserrimi omnium pastores animarum qui prodesse non quærunt, sed præesse ad insignia & pingues dignitatis pastoralis reditus, non ad onera & pericula obligationis respicientes: propter quæ in temporalibus multi principes ac reges gentium se suis sæcularibus abdicarunt imperiis, securitate vitę priuatæ delectati, vt contra Cadaloum pseudo Pontificem Magnus ille sanctæ Rom. Ecclesiæ Archiepiscopus Ostiensis Cardinalis[e] Petrus Damianus exemplorum inductione commemorat. Post quæ hac discursum conclusione finiuit. *Reges ergo gentium propter curarum ingentium tædium amplioris regiminis iura contemnūt, imperialium dignitatū apicem fugiūt. Et sacerdotes Dei qui hæc specialiter prædicare debuerunt, in superbiæ se cornibus eleuant, & non sacerdotalem, sed regalem, imò tyrannicam ferulam arripere super humanum genus anhelant.*

e Epist. 2. ad pseudo pontif. Cadaloū.

D *Illi concessa ordini suo arma deponunt vt quietis otio perfruantur: isti constipati legionibus armatorum velut hostium castra Christi Ecclesiam impetunt, & in gladio cornuentium sanguine, tanquam brutorum animalium sanguine saginantur.* Sed si omnes ambitiosi, pastores mercenario fastu suas despicientes oues eo furoris non irruant, vt illarum effuso corporis sanguine delectentur, tamen crudeliora sæpe moliuntur, dum non sanguinem corporis effundūt, sed animarum ruinam sua aut desertione aut socordia, aut improbitate vitæ Diabolo funestissimè cauponantur. Tales mercenarios gregis proprii ruinis inhiantes populorum à bonis pastoribus indignorum regi scelera persæpe mercātur, sicut S. Gregorius obitum S. Maximiani Syracusanæ ciuitatis Episcopi, sic ad Cyprianum Diaconum scribens lugendo

Multi seculares principes sponte sua abdicarūt principatu, contra ambitiosi Ecclesiastici Dominari in clero more Casarum insatiabili appetunt cupiditate.

A conquerebatur, [f] *Amarissimas tuæ dilectionis Epistolas de Domini Maximiani obitu mense Nouembri suscepi. Et quidem ille ad præmia desiderata peruenit: sed infælix populus Syracusanæ ciuitatis lugendus qui pastorem talem diu habere non meruit.* Et sæpe boni pastores populi videntes scelera omnem propter illius duritiam cordis medicinam respuentia tanto tædio contristantur, vt non expectata morte, hunc priusquam vita cedant deserere, ac tanquam omnino perditū repudiare coguntur. Quò igitur hæc S. Chrysostomi lamentabiles de corruptione sui gregis expostulationes ad populum prædicantis? [g] *Quis non & vos deploraret, & nos miseros diceret? vos inquam quia omnia quæ collegistis, simul effudistis, & ianuas mentis vestræ Diabolo aperuistis, vt facilis ei aditus esset ad effrendas omnes vestras spirituales diuitias, nos verò miseros quis iure dixerit, qui tam mortuis auribus concionamur, & tantam iacturam facimus:*

f S. Greg. l. 4. Ep. 19 indict. 13. ad Cypr. Diaconum.
Deus propter peccata populi bonum rapit Episcopum atque pastorem.
Boni pastores non expectata morte populum propter peccata eius deserere coguntur.
g Chrysost. homil. 6 in c. 1. Genes.

B *Quotidie seminamus & nullum percipere fructum possumus.* His dictis sequentia subiungit. [h] *Non enim hac sola de causa tam studiosi in dicendo sumus, vt aures vestras oblectemus, vel quod laudari à vobis cupiamus, nisi lucrum vobis sit ex sermonibus nostris, satius fuerit postea silere:* Quare hoc? Rationem optati hanc silentij reddit. *Nolo enim vobis maioris damnationis causa fieri.*

h Ibid.

Quod in primis pastor in sui functione muneris attendere debet, illud est vt quantum in se sit subditos sibi greges verbo & exemplo quam optimos efficiat, vt doctrina fidei salutarius in ipsis tanquam oleo lucernæ lumen bonis operibus nutrita conseruetur. Sic vtroque semine doctrinæ salutaris & probitatis fæcundas populorum Christianorum animas omni virtutis sterilitate vacuas,

2. Pars de cura vigilantiaque pastoris circa mores populi bene disponendos & ad virtutis regulas limandos.

C pingues & fortes efficiat, & ad fructus bonorum operum pariendos, & ad resistendum fortiter cū armis diuinæ gratiæ tenebrarum principibus, vt tandem à iusto iudice Christo post hanc vitā cum suo pastore gloria & honore consequentis æui coronentur. Talis animarum pastoris super gregē Christi strenuè ac generosè vigilantis typus atque figura in Patriarcha Iacob, sic Laban socero loquente inclaruit. [i] *Viginti annis fui tecum: Oues tuæ & capræ steriles nō fuerunt: Arietes gregis tui non comedi, nec captū à bestia ostendi, sibi ego dānum omne reddebam: quidquid furtim peribat, à me exigebas. Die noctuque æstu vrebar & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis, &c.* Hęc recolens atque apud se perpendens [k] S. Gregorius sic necessitatem laborandi vsque ad sanguinem pastorum animarum à minori ad maius inferebat: [l] *Si sic laborat & vigilat, qui pauit oues Laban, quāto labori quantisque vigiliis*

Figura vigilantis pastoris animarum in Iacob Patriarcha.
i Genes. 31.
k l. 7. Ep. 48. ad Anastasiū.

D *debet intendere qui pascit oues Dei?* Vt earum animas nō de pinguedine terrę, quæ corporis esca est, sed rore cęlestis gratiæ, quę est verus animarū cibus pie saginatas foueat ac roboret longè ab illis pastoribus alienus, hoc à Deo maledictionis ictus fulmine[m]. *Væ pastoribus Israel qui pascunt semetipsos: lac comedebatis & lana operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis.* Quātos infelicitas huius sęculi his maledictis similes nobis peperit pastores? quos nulla misericordiæ nec temporalis, qua corpora gregis fidelis, nec spiritualis, qua animæ pascuntur, opera tangunt: in hoc crudeliores immanioresq; pastoribus illis, de quibus [n] hæc Hugo Cardinalis. *Facto multi dicunt hodie illud* 1. Reg. c. 2. *Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem. Officium sacerdotale habet duas partes, vna est cura animarum, altera est sustentatio*

l Ezechiel 34.
Non pastores illi, sed impii mercenarii qui gregis alimoniam nec corporis nec animi curant.
m Hugo Cardin. in c. 3. Ep. S. Iacobi.
n 1. Reg. c. 2.
Sacerdotalis atque pastoralis officii dua partes animum scilicet & corpus alo re.
1. Principalis. 2. Accessoria.

A *temporalium: prima est principalis, secunda accessoria, sed de accessorio fit hodie principale.* At nostri mercenarij pastores nomine tenus pascentes semetipsos vtramque muneris pastoralis partem perfidia intolerabili peruertunt. *Dum plus*, vt loquitur [a] sanctus Bernardus. *Subditorum vacuandis marsupiis, quam vitiis, extirpandis inuigilant:* Quos omni persequendo execratione sanctus ille veram pastorum Ecclesiasticorum imaginem viuis depinxit coloribus, quippe qui morum optimorum claritate fulgentes subditorum corda similium virtutum moris irradiatione sublimiter illuminarent: quod iuxta sancti Gregorij dictum. [b] *Lux gregis flamma sit pastoris: Decet enim pastorem, decet dominicum sacerdotem moribus & vita clarescere: quatenus in eo tanquam in speculo vita suæ plebs commissa & eligere, quod sequatur, & videre possit, quod corrigat.* At cum plebi suæ spiritualia seminet, non erit à diuino alienum

a Serm 77. in Cantica.

b Greg. l. 6. epist. 2.

B mandato ab illa temporalia metere, [c] vt docuit Apostolus ita vt eum leuiter tondeat, non deglubat, nec vt alienus oues custos, vt ait [d] ille, bis in hora mulgeat. [e] Tiberius imperator Æmylio Recto Ægypti præfecto rescribebat κείρεσθαί μου τὰ πρόβατα, ἀλλ' οὐκ ἀποξύρεσθαι βούλομαι. Scilicet volo tonderi meas oues, sed non deglubi. Auctius dixit Christus Petro, inquit [f] sanctus Bernardus, *Pasce oues meas, sed non dixit mulge*, seu tonde: significare volens oues potius à pastoribus ali debere quam pastores ab ouibus: spiritualiter hoc pascere, verbo intellecto, quandoquidem etiam ad literam sumpto, si pastoris copiæ ex reditibus annuis suppetant: vt spiritualium ouium, scilicet populorum Christianorum necessitates temporales facultatum suarum largitionibus misericorditer expellant.

c 1. Corinth. 9. v. 11.
d Virgili. Eclog. 3.
e Xiphilinus è Dion. in Tiberio.

f In hunc locum S. Matthæi, ecce nos reliquimus.

C Sed quamuis populi afflicti & egeni necessitatibus occurrere, eiusq; voluntati cordique probitatis semina per bona facta & exēpla tanquam terris bene cultis & aratis veros productura fructus pænitentiæ mandar, esit vero pastori multum, non tamen satis nisi cum pietate eundem bene populum salutari doctrina perpoliat: qua verum Deum agnoscat, vt summè colat, omniaque fidei nostrę religionisque Christianæ mysteria, non curiosa, sed sincera, quantaque verum Christianum decet, intelligentia comprehendat, cum tanta veritatis perspicuitate & claritate, vt omnes errorum, impiorumque dogmatum contra fidei morumque doctrinam tenebras agnoscere, Agnitas verò intellectus sui bene purgati lumine, pioque bonæ voluntatis ardore dissipare valeat. Sic vigilando pastoribus super gregem suum omne feret honoris meritique punctum, quod in animis gregum suorum salutarem vitæ æternæ doctrinam sanctitati pietatique miscuerit. Hacque tanta in

Tertia pars. De pastoris vigilantia in bene salutari doctrina populum erudiendo.

D vtroque vigilantia & solicitudine Christum Dominum in medio gregis miserationibus affluētem gratiisque locat atque sistit: Diabolum verò ne zizania pestiferę doctrinę prauitatisque superseminet ab ouili suo longè lateq; propellit. Sicut socordia dormientis pastoris inimicum istum hominem humani generis osorē, omni fæda terraque maledictione munitum, omnis iniquitatis zizaniis fæcundum, necnon veneni pestisque animas perdendi horrore fætentem armatūque Christo relegato perditoque furenter immittit. [g] Hebræis cap. 13. dicebat Apostolus vt eos sui commonefaceret obsequii erga pastores suos. *Obedite præpositis vestris & subiacete eis.* Et in quæ subditi pasto-

Dormientibus pastoribus Ecclesiæ populum sincere erudire renuentibus venit Diabolus in medium ouile Domini superseminatum zizania.
g Hebr. 13.

A tibus præstare tenētur. Quibus postea quæ pastorum sunt incolcat, ne vnquam eorum pręceptis parere recusent: *Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Si somno grauentur oculi, quî fiet vt non totum simili corpus somno consopiatur? Quis autem nescit corporis mystici Christi Domini oculos esse Ecclesiæ pastores? Quibus dormientibus, atque circa veram doctrinam, probitatemque populo monstrandam conniuentibus, qua ratione populi à mortifero saluti suæ sopore se temperabunt? [h] *Cum dormirent homines*, inquit Christus Dominus, *venit inimicus homo & superseminauit zizaniam in medio tritici.* Hæc quid ostendunt, nisi dormientibus pastoribus animarum, veluti agrorum spiritualium cultui præfectis, inimicum hominum Diabolum hos spirituales agros, corda populorum Christianorum bono præceptorum diuinorum fęcundata semine,

Oculi Ecclesiæ pastores.

h S. Matth. 13.

B zizaniis corruptionis morum, doctrinæque pestiferæ superseminatis penitus infecisse & commaculasse? S. Matth. 28. [i] Militibus dominici sepulchri custodibus aiebant Iudæi. *Dicite quia discipuli eius furati sunt eum nobis dormientibus.* [k] In quæ S. Ambrosius, *Spiritualiter*, inquit, *intelligitur quia Christum omnes dormientes perdunt, vigilantes inueniunt.* Propter quod malum tam funestum & perniciosum gregibus Christi Domini socordia lethiferoq; pastorum sopore atrociter aduenens, Episcopi pastoresque heresibus in dięcesi sua alusque emissis Diaboli furore ex inferni faucibus, impietatibus immaniter erumpētibus omni sua fortitudine, cura, solicitudine studioque peruigili pro sui salute gregis nō resistentes, iusto Concilij œcumenici [l] Lateranensis decreto à sua sede deponi, beneficioque pastorali priuari meruerunt, vt hæc

i S. Matth. 28
k Serm. 15.
Nascentibus hæresibus in sua Diœcesi Episcopi non resistentes priuantur Episcopatu.

l Concil. Latera. generale sub Innocentio 3. c. 3.

C SS. Concilij verba declarant: *Si quis Episcopus super expurgando de sua diœcesi hęreticæ prauitatis fermēto negligens fuerit & remissus, cum id certis indiciis apparuerit, ab Episcopali iudicio deponatur, & in locum ipsius alter substituatur idoneus, qui velit & possit hāc etiam confundere prauitatem.* Quam Episcoporum dormitantium condēnationem Patres [m] Mileuitani Concilij multa ante sæcula sub Innocentio. 1. imperantibus in Oriente Arcadio & in Occidente Honorio diffiniuerant. Quod munus extirpandi hæreses, hæreticos condēnandi, aliaque impietatis dogmata in profundū ęternarum miseriarū pręcipitantia dissipandi funditusque destruendi, maiestati Pontificię præcipuè reseruari solet, vt Patres eiusdē Concilij Mileuitani his verbis S. Innocentio per Epistolam scribentes non dissimulando professi significarunt. [n] *Hæc insinuantes Apostolico pectori tuo*, scilicet post declaratas impietates & hęreses Pelagii ac Cælestij, *Non habemus opus multa dicere, & tantam impietatē verbis exaggerare, cum*

m Concil. Mileuit. c. 24. *Munus & auctoritas exterminandi hæreses præcipuè Rom. Pontifici incumbit.*

n Epist. Mileuit. Concil. ad S. Innocent. 1.

D *procul dubio te ista permoueant, vt ab eis corrigendis, ne latius serpant, multosque contaminent, vel potius interimant, dū sub nomine Christi à gratia Christi penitus alienant, omnino dissimulare non possis.* Ideoque Fabianus Papa martyrii laurea præcinctus erumpente ab inferis Nouatianæ hæreseos errore atq; furore, orthodoxos Ecclesiæ Episcopos, vt sibi ac gregi suo, ab immani, tetraque hæreticorum fraude, vigilantia pastorali cauerent, ita paterna Pontificalique auctoritate cohortabatur. [o] *Illud vos scire desideramus, quia nostris temporibus, præpedientibus quidem nostris peccatis, suadente antiquo hoste, qui sēper vt Leo rugiens circuit quærens quem deuoret superuenit Nouatus ex Africa, & separauit de Ecclesia Christi Nouatianū & quosdam alios Christi confessores, &*

o Epist. 1. Fabiani Papę ad omnes orthodoxos Epis.

Paſtoribus vigilantibus ſublimibus ſuper gregem vigilantibus maior diuina gratia fulgor affulget.

conuertit in prauam doctrinam, à quibus vos fratres auertite, & cauete ab omnibus qui alteram fidem & doctrinam tenent, quam Apoſtoli & ſucceſſores eorum tenuerunt, & docuerunt, ne (quod abſit) poſt eum abeuntes in laqueum ſatanæ cadatis; & compedibus eius detineamini. Fælices ſua vigilantia, & de ſalute gregis ſolicitudine paſtores, quos vitæ puritate, ſapientiaque ſalutari ſublimes, dum animis populorum piè, ac religioſè erudiendis ex charitate Chriſtiana vigilanter incumbunt, lux diuinæ gratiæ maxima circumfulget. In cuius rei fidem myſteriumque [a] S. Lucas de vigilantibus in Dominicæ natiuitatis nocte paſtoribus dixit, *Claritas Dei circumfulſit eos. Et merito quidem paſtores vigilantes bene claritas Dei circumfulget*, inquit venerabilis [b] Beda, *quia illi præ cæteris videre ſublimia merentur, qui fidelibus gregibus præeſſe ſollicitè ſciunt: dumque ipſi piè ſuper gregem vigilant, diuina ſuper eos gratia largius coruſcat.* Similia his habet [c] Gregorius homil. 8. in Euangelia, vel potius ex illis in ſuos hæc præclara commentarios Beda trãſtulit. Sic contra miſeros omni execratione inſectandos paſtores exclamare licet: qui ſe ſua prauitate, ſocordia ac ſui negligentia muneris, greges Chriſti ſanguine redẽptos infælices efficiunt, retinendo eos in ſua, aut prauitate, aut imperitia, aut ſi ſint adhuc foris, in ſua infidelitate. Quæ mala funeſta & grauia à paſtorum intolerabili negligentia profecta [d] S. Gregorius Ianuario in Sardinia Calaritano Epiſcopo grauiter exprobrabat, eũ oeqoiſſimæ negligẽtiæ ſic inter alia criminando. *Accidit autem aliud valde lugendum, quia ipſos ruſticos quos habet Eccleſia, nunc vſque in infidelitate remanere, negligentia fraternitatis veſtræ permiſit. Et quid vos admoneo, vt extraneos ad Deum adducatis, qui veſtros ab infidelitate corrigere negligitis? Vnde neceſſe eſt vos per omnia in eorum conuerſione vigilare. Nam ſi cuiuſlibet Epiſcopi in Sardinia inſula Paganum ruſticum inuenire potuero, in eumdem Epiſcopum fortiter vindicabo.* [e] Notum Hormiſdæ Papæ illud ad Poſſeſſorem Epiſcopum: *Ipſe impellit in errorem, quia non inſtruit ignorantem: nec quidquam aptius eſt ſtudioſo religionis, quàm inquiſitio veritatis: quando facilius deuium vitat, qui iter per quod graditur rogat.* Sed ſi non ſit paſtor quem ouis interroget? Aut ſi adſit, ſed deſidioſus, imperitus & improbus habeatur, quod remedium ouis errans, & ſuæ neſcia ſalutis habitura eſt, ne pereat? O crudelis negligentia paſtoris! ô funeſta imperitia! ô ſcelerata vitæ prauitas! à quibos tot calamitates in ouile Domini, oueſque eius, in ipſos denique paſtores deſidioſos & improbos de ſua infælicitate minus ſolicitos miſerè redundant? Vecordi illa deſidia, atqoe proprii muneris & vocationis odio Chriſtus Dominus de gregis medio aufertur, ablatus perditur, perditus in vltionem ſcelerum paſtoris & gregis omnia mala cauſatur. Feſtinatione contra zelo animarum accenſa Chriſtus amiſſus quæritur, quæſitus vigilantia

a S. Luc. 2.

b Beda in c. 2. S. Lucæ.

c S. Gregor. homil 8. in Euangelia.

4. Pars quàm mala ex neglecta cura paſtorali paſtoribus & ouibus pariatur.

d S. Gregor. ad Ianuarium Epiſc. Calarit. 3. epiſt. 26. ind. 12.

e Epiſt. Hormiſdæ Papæ ad poſſeſſorẽ Epiſcopum. Paſtor qui non inſtruit populum in errorem impellit.

Chriſtus deſidia paſtorum perditur, diligentia in charitate fundata quæritur, & quæſitus inuenitur, inuentuſque proſpero poſſidetur.

A prudenti delectabiliter inoenitur, & inuentus pio charitatis ardore in promouendo de virtute in virtutem fidelium animas magna fœlicitate poſſidetur, iuxta illud [f] S. Auguſtini, *Lætetur cor quærentium Dominum, ſed magis inuenientium, ſi enim tanta lætitia in quærendo, quantò maior in inueniendo.* Addam & illud S. Auguſtini verbis auctius: ſi tanta voluptas, ac fælicitas in inueniendo, quantò major in poſſidendo & fruendo! Feſtinantes paſtores Chriſtum natum, dum media nox ſuis omnia tenebris opacaret, ſed nihilominus ipſo ſole clarior lucente verbi incarnati [g] lumine fæliciter inueniunt: teſtante S. Luca, cap. 2. Nec mirum, [h] *Nemo quippe*, inquit S. Ambroſius, *cum deſidia Chriſtum quærit*: Nempe vt ſuauiter offendat, & eo proſperè potiatur. Cui Beda conſentiens. *Feſtinant*, inquit, *paſtores: neque* B *enim cum deſidia Chriſti eſt quærenda præſentia & ideo forte nonnulli quærentes, inuenire non merentur, quia deſidioſe Chriſtum quærunt &c.* O paſtor deſidioſe! O neglector vacationis! cui te non tam propria rectaque voluntas, quam ambitio vanaque gloria lucri cupiditate coinquinata indignè mancipauit! ſimilis es ſponſæ dormitanti, ſomnoque ſepultæ, quæ in principio dicebat, [i] *In lectulo quæſiui quem diligit anima mea: quæſiui eum & non inueni.* Sic tu in lectulo deſidiæ oſcitanter, ſomnoque conſopitus, negligentiæ atque tædij ouium tibi creditarum, Chriſtum quæris! Malè quæris, iniquè quæris: indignè quæris proptetea non inuenturus. Sed tu qui in principio deſidioſam ſponſam in lectulo pigritiæ dormitantem ſequi voluiſti, ſequere vigilantem à ſomno ſocordiæ expergiſcentem, mollis & delicati pertæſam C lectuli, ad quærendum ſponſum magnis curſibus maturantem, imitatione conſectare atque clamantem: [k] *Surgam & circuibo ciuitatem per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea:* Sicque diligenter Chriſtum Dominum cum ſponſa quærendo inuenies pro tua populique ſalute, quem ad æternæ gloriæ aſſecutionem tua debet anima diligere. Frigus aquarum correntium impetum cohibet, ardor ſuſpenſum curſum glacie liquefacta reſtituit: gelo pigritiæ concretum pectus ad faciendas Dei iuſtificationes immobile ſiſtitur, ac ſine motu riget: ſed incenſum charitate, diuinaque liquefactum deuotione, mirum, quam celeres, promptos ac diuina virtute corroboratos ad perfectè Chriſto Domino ſeruiendum, & ad ſibi creditas erudiendum animas D in paſtore Eccleſiaſtico curſus motuſque concitat. *Cum diuinus neſciat amor tardè moueri*, inquit [l] Caſſianus, *Ipſaque tarditas ad currendum in via mandatorum Dei nullius aut modici argumentũ amoris exiſtat.* Sed vt tractatui huic de paſtoribus inchoato, prope tamen abſoloto, extremum tandem faſtigium imponamus, de mercede honoreque bonorum paſtorum, déque turpitudine ac miſeria malorum breuiter ac pauca dicamos.

f S. Auguſt. in Pſal. 104. v. 3.

g S. S. Luc. 2.

h S. Ambr. in 2. S. Lucæ.

i Cant. 3. No. concep. Exortatio ad quærendum docenti feſtinatione Chriſtũ.

k Ibid Cãt. 3.

l Caſſian in 2. cap. S. Lucæ.

CAPVT XI.

Quanta boni pastores digni mercede propter bona quæ Dei Ecclesiæ pariunt, quanto contra supplicio mali propter aduersa quæ causantur.

1. *De prosperitate Christiana societatis à bonis profecta pastoribus.*
2. *Deque honore & amore populorum fidelium in eos.*
3. *Sic contra de funesto statu Reip. Christianæ à malis pastoribus, omni præterea ignominia & odio dignissimus.*
4. *Quos permittit ac patitur plerumque regnare Deus in vltionem prauitatis vitæ populorum.*

In sanctitate pastorũ ac sacerdotum salus imperij.

VERE ac præclarè magnus ille Iustinianus imperator in sacerdotum, pastorumque animarum puritate vitæ ac honestate imperiò sui salutem fœlicitatemque consistere sentiens, eorum sanctitatis, capacitatis & honestatis magno desiderio vehementer exarsit: inde prosperitates illas imperio, & iam à Deo largitas agnoscens, & venturas expectans, quas in nouella 6. his breuiter verbis expressit[a] *Credimus quia per eam*, scilicet honestatem viuendi pastorum, *maxima nobis dona dabuntur à Deo; & ea quæ sunt*, scilicet adepta, *firma habebimus, & quæ nondum hactenus venerunt, asquiremus*, Ad quæ respiciens imperator Basilius morti proximus Leonem filium vt omni honore ac obsequio Ecclesiæ matri se submitteret, pastoresque eius spirituales patres virtutibus ornatos plusquam carnales parentes veneraretur, in præclara illa ad eum admonitione hortabatur, in qua hæc inter alia,[b] *Sanam habe mentem in his quæ ad rectæ fidei doctrinam pertinent, & summo honore prosequere matrem tuam Ecclesiam quæ in Spiritu sancto te lactauit, & sapsti suo ad Dei per Christum laudem, imperij coronam mecum imposuit. Si enim quos natura tibi dedis parentes, debes venerari, multo magis eos qui te in Spiritu sancto genuerunt, omni pietatis officio debes colere. Illi enim duraturam ad tempus vitam liberis per generationem impertiuntur: illi vero æternam per regenerationem largiuntur. Honora ergo Ecclesiam Dei vt tu vicissim ab ea in honore habeare: & sacerdotes eius reuerere tanquam spirituales patres & deprecatores pro nobis ad Deum: honor enim qui sacerdotibus*, scilicet rectoribus, *habetur, in Deum refertur: & sicut propter te ministros tuos in honore habere iustum est: ita & propter Deum saserdotes eius magnificare, & in pretio habere sanctum: quemadmodum enim honor qui eis habetur ad Deum pertinet, ita eorum contumelia & contemptus longè etiã grauius eius iram prouocat.* Cum videlicet immaculato pastoralis vitæ calle, vestigia in via mandatorum Dei, eiusque sanctissimæ voluntatis purè sincerèque figunt, figendoque currunt, sicut in omnibus diuitiis. Quorum creatio & ordinatio Dei pacem non afflictionem parit Ecclesiæ,

[a] Iustiniani Nouel. 6.

Propter prosperitates quas bonu pastorum vita in imperio Christiano confertur, plus debetur illis honoris, quam carnalibus parentibus.

[b] Basilij imperat. ad filiũ. Leonem 6. imp. exhortatio extat to. 5. Bibliot. patrum Marga. de la Bigne in f. e 3.

Ecclesia sacerdotum & pastorum honor in Deum refertur

Contumelia sacerdotum in Deum refertur.

Creatio bonorum pastorum pacem parit

Angelis ipsis testantibus, quorum in creatione S. Leonis 9. hæ mirabili cõcentu harmoniaque auditæ voces[c] *Dicit Dominus, ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.* Dæmones fugat ne siue per fraudulentas insidias, siue per apertas suorum furorum irruptiones noceant. Quod facto Gennadii sanctissimi Constantinopoleos Episcopi comprobatum est:[d] *Cui cum noctu ad altare sacrificij orans astaret, & ad Deum vota precesque funderet, spectrum quoddam dæmoniacum apparuit: quod ille protinus signo crucis, velut emmisso cœlo fugauit: cumque recederet, hac est humana voce locutum: abeo & te viuente quiescam, reuersurum post obitum tuum & modis omnibus Ecclesiam furenter euersurum*, vt narrant sacrarum historiarum scriptores Theodorus lector, Nicephorus & alij. Et quidem in hoc minimè mentitum spiritum mendacem euentus ostendit. Quia sancto huic pastori Gennadio defuncto Acacius homo nefandissimus successit, ex præfecto Orphanor. Collegio ad sedem indignissimè Patriarchalem euectus, immanissimas diabolo ad interitum animarum suis sacrilegiis & nefandis facinoribos habenas perniciosissime laxando, Euagrio teste, mille Ecclesiam Dei tragœdiis ac cædibus cruentatam sceleratissimè fœdauit. Sed ligantes Sancti pastores dæmonum sua virtute furores, eneruantesque eorum sua de alto data fortitodine vires, ne amplius viua dominici corporis membra inflicto tentationis peruersæ vulnere cruentent: Sanctorum in cœlo cum Christo regnãtium potentias omnium vitiorum victrices, in terras pro salute suarum ouium, bonorum operum meritis, contra harum tenebrarum principes & spiritualia nequitia in cœlestibus euocant: vt populis fidelibus inexpugnabili protectionis diuinæ muro vallatis fœliciter opitulentur. Hoc[e] Venantius Fortunatus constanter affirmat, cum Eophronij sanctissimi Turonum Episcopi tempore, grandia à S. Martino in cœlo tunc æternæ gloriæ honorisque corona præcincto, miracula edita fuisse scribit, vt Ecclesiæ Toronensi quondam suæ, parta suis precibus diuina virtute succurreret: quæ non solum in salutem animarum, sed corporum sanitatem, vitæque prosperitatem temporalis persæpe deriuantur. Quod memorabili & miraculis illustri facto S. Galli Aroernensis dum viueret, Episcopi, S. Gregorius Turonensis sic illustrat:[f] *Cum grauissima lues inguinaria dicta in diuersas regiones desæuiret, & maximè tunc Arelatensem prouinciam depopularetur, S. Gallus Arernensis Episcopus non tantum pro se, quantum pro populo suo trepidus erat: cumque diu noctuque pro populo deprecaretur, vt viuens plebem suam vastari non cerneret, per visum noctis apparuis ei Angelus qui tam cæsariem, quàm vestem in similitudinem niuis sandidam efferebat:* & ait ad eum: *Bene facis ô saserdos, quod sis Domino pro populo tuo supplicas: exaudita est enim oratio tua: & ecce eris cum populo tuo in hac infirmitate liberatus, nullusque te viuente in regione ista ab hac strage deperibit.* Hæc ad S. Episcopum Angelus Dei apud Gregorium Turonensem: qui sic cõclosit.[g] *Vnde hanc non paruam censeo gratiam, qui hoc meruit, vt pastor positus oues suas deuorari defendente Domino non videret.* Tales pastores sunt verè à Deo dati, & nonnunquam populorum virtute ac vitæ probitate, talibus affluẽtes benedictionibos diuinitus efformati Propter quod S. Gregorius clerum Mediolanensem vna

Ecclesia Dei non afflictionem.

[c] Sigebertus in Chronico Anni 140

Bonis pastoribus regnantibus dæmones à grege Domini fugantur.

[d] Theodorus lector. l. 1. collect. Nicephor. l. 15. c. 23.

Regnantibus, bonis pastoribus sancti de cœlo magis Ecclesiam militantem iuuant.

[e] Venãt. Fortunatus in S. Euphronio.

[f] S. Gregor. Turon l. 4. histor. Franc. c. 5. & in vita S. Galli Anni 565.

Boni ac sancti pastores non solum salutem animarum sui gregis, sed etiam corporum sanitatem procurant.

[g] Ibid.

Secundum populi merita solet Deus pastores bonos dare.

A cum populo de creatione noui Episcopi valde solicitum grauirer hortabatur ad suos bene mores compooendos vitam in recto probitatis sanctitatisque tramite collocandam, vt dignum tanta sede pastorem nancisci ac eligere mereretur, hæc ipsis clero ac populo inter alia suggerendo. [a] *Sed quia iuxta meritum plebiũ solent superno iudicio personæ prouideri pastorum, vos spiritualia quærite, cœlestia amate, temporalia, vt fugitiua, despicite, & certissimum tenete, quia placentem Deo pastorem habebitis si vos in vestris actibus Deo placetis.* Fœlix populos cui pastorem à Deo datum habere contigit! à quo ipse pastor vna cum officio beneficium pastorale se recepisse iure cum modestia & humilitate in ipso Domino gloriari possit. Sic enim res bene cum Ecclesia eiusque filiis agetur, cum illius pastores ab ipso Deo Christo Domino beneficia, non ab imperaroribus accipiunt; quod facto generoso valdeque pio Henricus 2. imperator B indicauit, cuidam abbati, quem prius Abbatiali beneficio inuestiuerat, (à quo equum furtiuum ipso nesciente Abbate pro inuestitura acceperat) dicens: *Depone baculum regiminis pastoralis quem credis largitione mortalis hominis debere gestari.* Quẽ cum à se proiecisset, suscipiens illum rex imposuit dexreræ imaginis saluaroris, *Vade* inquiens Abbati; *& suscipe illum de manu omnipotentis regis nec vltra pro eo debitor sit alicui us mortalis, sed libere vtere eo, vt decet culmen tanti nominis &c.* [b] Hæc Glaber. Hoc facto insinuans imperaror optimus tum demũ beatas fore Christianæ ditionis Ecclesias populumque fidelem earum exceprũ gremiis, quibus pastores præessent, quos non imperialis aura fauorque principum ad fasces Ecclesiasticos extulisset, sed diuina Christi Domini gratia tanto dignos honore reddidisset, qui in clero populoqoe piè religioseque dominãdo non al- C terius vocem, regulam imperiomqoe quam ipsius Christi Domini sequereotur; vt postea ipsius pastoris vox & imperium non alterius quam ipsius Christi Domini à populo sapienter instructo esse iudicaretur: Sicque maiori cum veneratione & affectu populus grexque ad maiorem sui fœlicitatem, pastori iubenti tanquam Deo prõpsius obediret. Magnum illud mysterium à spiritu sancto in veteri lege declaratum: cum ipse Deus Samuelem vocaret voce magni pastoris atque pontificis Heli. Quam vocẽ audiens Samuel credens esse vocem superioris, summi scilicet pontificis, surgens protinus accurrit ad eum dicens, *Ecce ego, vocasti enim me.* Iteratoque huius vocis sono, voci Heli similis, Deus Samuelem quater appellauit, vt inde omnibus hoc mysterium historiamque sacram audientibus indicaret, pastoris boni verique vocem non aliam esse, quã Dei D cui propterea magno cum obsequio promptaq; voluntate subditi greges pro salute sua parere deberent. Cũ booi pastoris intentio in omnibos suis pro salute gregis exantlandis subeundisque laboribus, alia non sit quam omni conniti studio atq; cura, vt Deo Christo Domino, quam simillimus efficiatur. Hoc modo sibi tales Dei similitudinem per bona opera portantes in cordibus suis populos fideles verbo & opere, exhortatione & exemplo componat atque moliatur. Illod erat qood Antonini Pij imperatoris animo S. Iustinus hac inculcare sententia conabatur: [e] Τέλος τῦ φιλοσοφοῦντι ἡ κατὰ Θεὸν ὁμοίωσις κτ̃ τὸ δυνατόν. Ad verbum: *Finis Philosophantis similitudo ad Deum*

[a] S. Gregor. l. 2. Epist. 29. indict. 11.

[a] Christo Domino non ab imperatoribus beneficia sunt accipienda pastoribus vt boni sint.

[b] Glaber l. 8. c. 5. Anno 1047.

Vox pastoris vox Dei esse debet.

Mysterium magnum.

1. Reg. c. 3.

Dei similitudinem quam habet bonus pastor in cordibus populorum imprimere conatur.

[e] Iustinus Martyr apol. 2. ad Antoninum Pium.

A *secundum possibile*, vt sit sensus S. Martyris animi: qui verè sanctéque philosophatur, qualis est bonos pastor, cibo diuino ac spirituali creditum sibi populum nutriens, hunc sibi finem scopumque proponit, vt quoad fieri possit Deo similis euadat. *Si enim iustitiam colentes veram philosophiam non simulatam affectantur.* [d] vt dicebat imperator, quantò rectiùs philosophari illi dicendi sunt, qui iustitiam non ciuilem, sed diuinam, quæ est ad Deum & ad salutem populorum Christi redemptorum sanguine sempiternam, curas Ecclesiæ pastorales exercendo profitentur? Quibus ideò & propter præstaotiam dignitatis, & propter merita virtutis, honor & amor à fidelibus populis iure & fructuosè solent exhiberi. Et beati populi, quibus sic tales pastores veoerari placet. Laudi magnæ ac benedictioni Alexandrinis ciuibos tributum fuisse legimus, quod ipsi præ honore B amoreque magno, quo pastorem suum sanctum Athanasium vnicè complectebantur, pro illius conseruatiooe, propriæ vitæ aleam periclitari, vitamque cum morte commutare voluerint; hęc dicentes & conquerentes de crudelitate Arianorum duce Syriano apud [e] S. Athanasium: *Quod si, dictum principis est*, scilicet Coostantii, *vt persecutio in nos fieret, parati sumus omnes ad martyriũ subeundum: sin minus oramus præfectum maximum, cæterosque magistratus, vt à principe postulent, ne talia in posterum committantur: obsecramusque vt nostræ istæ preces ad eum perueniant, vt obtineamus ne illis liberum fiat alium Episcopum introducere. Quod ne fieret vsque ad mortem restitimus Athanasium reuerendissimum desiderantes, quem Deus ab initio nobis dedit secundum successionem patrum nostrorum, quem ipse Constantius Augustus cum literis iuramentisque huc misit.* Pari charitate & amore C Aotiocheni ciues in Episcopum suum S. Meletium magnopere ptopensi, ab eius consortio & familiaritate, dum ab impio præside in exilium iniustè pellebatur, nullu impendio malorum, etiã mortis cruento periculo diuelli potuerunt, testãtibus illis quæ de tanta eorum charitate S. Chrysostomus de hoc S. Meletio homilia descripsit. [f] *Quoniam vinculo charitatis eratis inter vos inuicem colligati, non illatæ tentationes, non impendentia pericula, non viæ longitudo, non diuturnitas temporis, neque quicquam aliud potuit vos disiungere à beati pastoris Meletij consuetudine, sed expellebatur quidem vt esset procul à filijs. Contigit autem contrarium. Magis enim vobis constringebatur vinculis charitatis; & cum secum vniuersam accepisset ciuitatem, iuit in Armeniam.* Hæc S. Chrysostomus. Honorem verò, beneuolentiam & amorem quo Constantinopolitani ciues pastorem suum S. D Chrysostomum complexi sunt, qui nisi sacrarum [g] historiarum nescius potest ignorare? qui eius pastoris per maximam iniustitiam atque tyrannidem à sua sede deturbati lugentes absentiã, Ecclesiam intrare deprecati, eum quocumque iret sequebantur, vt ab illo salutari suæ diuinæ eloqoentiæ pabulo, mysticoque sacramentorum cibo pascerentur? Sic Deus orationes S. Chrysostomi pro tam pio fidelique populo, tanto honoris ac beneuolentiæ pastorem suum affectu, venerante deprecantis exaudiuit, vt intelligamus quã vere illa post multos annos dicta sint à S. Gregorio Aldebertum regem Angliæ ad reuerentiam dilectionemque pastoris ac Episcopi instar Apostoli, quem ad eũ direxerat per literas exhortan-

[d] Iustinian. l. 1. ff de iustitia & iure.

2. pars de honore & amore fidelium populorum in bonos pastores suos.

Alexandrini pro S. Athanasio pastore suo mor voluntes.

[e] S. Athanas. epist ad solit. vitam agentes.

Charitas & amor Antiochenorum in S. Meletium pastorem.

[f] S. Chrysost. homil. de S. Meletio & Surius in eius vita to. 1 die 12. Februarij.

[g] Palladius in vita Chrys.

Amor & honor populi Constantinopolitani in S. Chrysost. à sede sua iniustissime eiectum.

a S. Gregor. l. 9. Epist. 60. indict. 4.

Pastorem bonum audiens à Deo exauditur, secus contemnens eius precibus non poterit adiuuari.

te atque dicente. [a] *Si vos eum in eo quod pro omnipotenti Deo loquitur, auditis, idem omnipotens Deus hunc pro vobis exorantem celerius exaudiet. Si enim* (quod absit) *verba eius postponetis, quando eum omnipotens Deus poterit audire pro vobis, quem vos audire negligitis pro Deo?* Vnde sicut obedientia populi bono pastori Deo est gratissima victima, sic contra rebellio eiusdem huic pio pastori parere recusantis, magna est abominatio ab hæreseos macula non immunis: secundum ea quæ S. Gregorius Turonensis mandauit de funesto & horrendo vitæ exitu, Arii Trinitatiorum antesignani interitui execrabili, persimili presbyteri cuiusdam perditi ac salutis deploratæ; quod aduersus Episcopum suum Sidonium Apollinarẽ rebellionem mouisset. De quo hæc inter alia S. Gregorius, [b] *Ingressus in secessum suum*, scilicet impius sacerdos, *dum ventrem purgare nititur spiritum exhalauit.* Et paulo post, *sed cum responsum dare differret, exanimis eleuato puer velo ostij reperit Dominum super sellulam secessus defunctum: vnde indubitatum est non minoris criminis hunc reum esse quam Arium illum, cui similiter in secessu fuere interna deposita per partes inferiores egesta. Quia nec illud sine hæresi potest accipi vt in Ecclesia non obediatur sacerdoti Dei* scilicet Episcopo, seu pastori, *Cui ad pascendum oues commissæ sunt &c.*

Rebellare contra pastorem nota hæresis est.

b S. Gregor. Turon. l. 2. c. c. 23. de gestis Franc.

Vna de præcipuis causis reprobationis populi Iudæorum, quod pastores ac sacerdotes non honorauerit.

c Cap. 4. lamentat.

d Aben Esra in lament. c. 4.

e Thargum Hebræorum.

Quod si in veteri lege Dominus Deus Iudæorum populum indignatione maxima repudiauerit, quod sacerdotes pastoresque suos non vt debuit, coluerit & honorauerit, vt flebili voce planctuque excelso Hieremias propheta lamẽtatur. [c] *Facies Domini diuisit eos*, scilicet ira Dei à se repulit eos, [d] ex Aben Esra expositione, *& non addet Deus vt respiciat eos.* Quare hoc? *Quia facies sacerdotum non erubuerunt*, seu, vt fert Hebræa phrasis, *facies sacerdotum non susceperunt*, id est, vt [e] Thargum Hebreorum interpretatur. *Non obseruauerunt, coluerũt & honorauerũt.* Certe si tãta Dei indignatio in antiqua lege ob suos ministros, pastores & pontifices non honoratos, quanto maior in noua lege ob despectos à populo Dei sacerdotes atque pastores? Sed de bonis pastoribus præsertim hæc dicta intelligenda veniunt propter magnas prosperitates ac diuino fauore benedictiones, quas sua salutari doctrina vitæque sanctitate suis gregibus erogando causantur. Quos propterea beatos & valdè etiam in hac vita honoratos exclamare decet, sicut contra miseros & infames pastores, quos inscitia, vecordia & improbitas miserrimè turpatos contaminatosque dedecorat. Ob ingentia mala & infortunia, quæ funestissimè in Ecclesias Dei resque publicas & priuatas Christianæ fidei mancipatas effundunt.

3. Pars. De funestis afflictionibus Ecclesiæ ac Reip. Christianæ à malis & imperitis pastoribus.

f Esay. c. 23.

g Ierem. c. 50.

h Esay. 56.

3. Quam ab imperitia improbitateque pastorum populi desperata salus! [f] *Erubesce Sido* ait Mare. Erubescat, doleatque prælatus præesse populo nec prodesse: docentis assumpsisse officium, & in doctrinis mutum esse. Verbum lamentatoris prophetæ est [g] *Grex perditus factus est populus meus: pastores eorum seduxerant eos:* [h] *Canes muti non valentes latrare, lupos à gregibus suis arcere debuerant, sed ipsi lupi sunt in suos, nec de sua suorũue salute curantes se cũ gregibus suis in foueam mortis æternæ præcipitant.* Hæc lugendo querendoque Petrus Blesensis tristè clamabat. Qui rursus vociferante dolore cordis intrinsecus, de iuuenum imperitorumque Episcoporum creatione gregem Domini perdẽtum expostulans, sic suos iterabat gemitus atque luctus.

Pet. Blesensis Epist. 23. ad Octauianum legatum Apostolicum.

i Idem Blesens. in eadẽ Epist.

Genes. 39.

[i] *Hodie in Episcopi dignitatẽ adolescentuli promouentur & molles: sic venditur Ioseph Putiphari Eunucho, dum Christi magisterium, dum dispensationem sacramentorum Dei sibi damnabiliter vsurpare præsumit infructuosus & mollis Episcopus.* Hanc pastoris molliciem & indignitatem doctrina pietateque carentem, vt fontem grauissimorum in republica & Ecclesia malorum detestatus religiosissimus atque Christianissimus Rex Francorum Robertus, magnam pietatem ac curam adhibebat in procurandis Ecclesiæ beneficiis dignitatibusque pastoralibus non nobilibus indignis, vt persæpe fit hodie, sed dignis atque per virtutẽ sapientiãq; idoneis licet familia obscuris, & à nobilitate sanguinis alienis; quod his verbis Glaber ostendit. [k] *Hic itaque Rex vt sapientissimus Dei cultor, fuit humilium amator, superborumque vt valuit, osor. Si qua enim pontificalis sedes in suo regno, proprio viduaretur præsule, cura erat maxima, vt vtilis pastor, licet genere infimus restitueretur Ecclesiæ, potius quam nobilitatis eligeretur persona sæcularis pompæ. Qua de causa etiam primates regni sensit plurimum contumaces, qui despectis humilibus, sui similes eligebant superbos.*

Pietas Roberti regis in prouidendo dignitates Ecclesiæ non nobilibus indignis sed dignis licet familia obscuris.

k Glaber. l. 3. c. 2.

Quam perniciosa Ecclesiæ Dei populoque fideli corrupta vita pastoris exemplo Pauli Antiocheni Episcopi probatur.

Quanta verò mala in Christiana republica miseriasque pariat corrupta scelerataque vita pastoris, exemplo esse poterit impius ille Paulus Antiochenæ Ecclesiæ patriarcha Seueri hæretici successor: qui prodigiis sceleratæ vitæ gregem Antiochenum deuastans, ac turpitudine vitiorum quamuis fraudulentæ Hypocrisis tectorum velamine fœdans, multorum Catholicorum corda impiis hæreticorum dogmatibus inquinauit; propinatoque à dæmone hęreticæ veneno prauitatis intoxicauit. Qui scelerum huius execrandi pastoris horrore, naufragãtes à fide, columnam veritatis Ecclesiam Catholicam Apostolicam & Romanam deserentes, ad hæreticorum partes miseri trãsfugæ migrauerũt. Vt huius rei testis fidelis [l] Epiphanius Constantinopolitanus patriarcha ad Hormisdã Papã epist. commemorat. Sed pastor execrabilis post corruptos tot populorum animos fideique lapsu necatos, tandem suorum scelerum fæcem bibit: cũ immani morte exituque vitę digno sceleratę horribili, staturus ante tribunal Dei viuentis, vt scribit [m] Euagrius, funestissimè descensurus ad inferos expirauit. Ex quo intelligimus quam ista S. Gregorius verissimè dixerit. [n] *Nullum puto, fratres charissimi, ab aliis maius præiudicium, quam à sacerdotibus, tolerat Deus, quando eos quos ad aliorũ correctionem posuit, dare de se exempla prauitatis cernit: quando ipsi peccamus qui compescere peccata deberemus.* Si horologium à recto sui legitimi tramite motus exorbitet, non ipsi horologio eiusque rotis, sed eius directori error imputatur: sic errata populorum ab improbis eorum rectoribus nata, & cum scelerato propagata incremento creduntur: vnde vtrosque æterna capit damnatio; sed hos quam illos iusto Dei iudicio potentius in inferno mulctatura. Vt non sine causa ipsemet animorum tortor diabolus, cuidam vita corrupto, scelerisque impuro Episcopo suam congreganti synodum, suæque diœceseos curatis rectoribusque tunc animarum sociato hæc scripsisse videatur, (Si sit libello huic [o] *Stella Clericorum* inscripto adhibenda fides) *Mandamus vobis, quod diligimus vos, quia quodcumque vobis committitur, multis conglomerationibus destinatis ad infernum.* Si lapis exiguus de monte labatur, ibi quò decidit

l Epist. Epiphanij Constantinopol. Episcopi ad Hormisdam Anno 521.

m Euagrius l. 4. c. 4.

n S. Gregor. homil. 17. in S. Lucam.

Similitudo.

o Stella Clericorum.

ſine vlla illico ruina ſiſtitur, at ſi ingens quædam rupes de alto ſummo immenſi ſcopuli vertice vi tonitrui atque fulminis auulſa fractaque ruens magno cum fragore voluatur, multa ſaxa, ſilices, ſtipites, arboreſque à radicibus eradicatas ſecum furioſè rapta trahit ſic cum quidam de plebe priuati corruptionibus vitæ de eminenti virtutum vertice cadunt, nihil aut parum ruinæ cæteris ſtantibus in Eccleſia vel Rep. cauſantur. Sed cum prælatus aliquis vel paſtor animarum propriæ ſalutis, famæ atque dignitatis oblitus, ſub vitiorum pondere ruit: proh! quot & quantas in populo ruinas Eccleſiaque Dei calamitates excitat? O miſerias omni exceptione maiores, nolique ſecundas! Dum prælati ſcelus ſimili populum iniquitatis cõtagione fœdans. [a] *Os inferni*, vt loquitur Eſaias, *aperit abſque vllo termino*. Vt in illud fortes de Rep. populi ſublimes, glorioſique deſcendant. Sed amabo? Ex quibus tandẽ hæ vitiorum contagiones prælatorum paſtorũque corda contaminantes niſi ex corruptæ flagitioſæque populorum vitæ, vocem Dei vt conuertantur, audire detrectãtium, in Eccleſiæ Reipublicæque Chriſtianæ perniciem ſæpe fontibus erumpunt? Quoniam Deus eorum malitiam videns, & obfirmatum impietatibus animum longa peccandi vetuſtate corroboratum, in vltionem tantorum ſcelerum plerumque eos à paſtoribus ſimili impietatum labe fœdatis regi gubernarique contra fas omne permittit. Quò ergo ipſa Ezechielis? Apud quem hæc dicit Dominus. [b] *Homo, homo de domo Iſrael qui poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam & venerit ad prophetã interrogans per eum me: ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum vt capiatur domus Iſrael in corde ſuo, quo receſſerunt à me in cunctis idolis ſuis.* Et poſt hæc inferius ſubiungit. [c] *Propheta cum errauerit & locutus fuerit verbum: Ego Dominus decepi prophetam illum*: Scilicet non permiſi; vt verum diceret, vel permiſi vt verba mendacii daret. Quas Dei Opt. Max comminationes non reuertente ad ſe per ſalutaris itinera pœnitentiæ populo, graui corde, duraque ceruice, effectu ipſo completas fuiſſe ſacræ teſtantur hiſtoriæ. Etenim Achab princeps impius & idolorum cultor congregatis fere quadringẽtis prophetis, cum ab illis fuiſſet ſciſcitatus an militaturus in Ramoth Galaad proficiſci deberet; poſtea cum de eodem negotio Michæam prophetam Dei conſuluiſſet, in has voces reſponſurus ipſe diuino ſpiritu Michæas afflatus erupit. [d] *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium ſuum, & omnem exercitum cœli aſſiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris*: Et ait Dominus: *Quis decipiet Achab regem Iſrael, vt aſcendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiuſcemodi, & alius aliter. Egreſſus eſt autem ſpiritus & ſtetit coram Domino & ait: Ego decipiam illum: Cui locutus eſt Dominus? in quo? Et ille ait, Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit Dominus: Decipies & præualebis: Egredere & fac ita.* Quid eſt hoc à patientiæ exemplari propheta commemoratum, [e] *Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi?* A ſanctiſſimo & ſapientiſſimo in aduerſis prophetæ huius æmulatore S. Gregorio magno huius oraculi intelligentiam veraciter hauriamus: dicente: [f] *Secundum merita ſubditorum tribuuntur perſonæ regentium, vt ſæpè qui videntur boni, acceptò mox regimine permutentur: ſicut ſacra ſcriptura de Saule ſcribit. Quia cor cum dignitate mutauit. Vnde ſcriptum eſt,* [g] *Cum eſſes paruulus in oculis tuis caput te conſtitui in tribubus Iſrael: ſic pro qualitatibus ſubditorum diſponuntur acta regentium, vt ſæpe pro malo gregis etiã verè boni delinquat vita paſtoris.* Quã ob cauſam per Oſeam prophetam dicebat Deus [h] *Dabo tibi regem in furore meo.* In quæ verba diuinitus more ſuo S. Gregorius eloquitur. [i] *Nullus qui malum rectorem patitur, eum quem patitur accuſet: quia nimirum ſui fuit meriti peruerſi paſtoris ſubjacere ditioni. Culpam enim proprij magis accuſet operis, quam iniuſtitiam gubernantis.* Nunquid propterea verum illud S. Anacleti Papæ martyris multis ſæculis S. Gregorij ætati præeuntis? [k] *Pro meritis plebis ſæpe paſtores Eccleſiæ deprauantur, vt procliuius corruant qui ſequuntur.* Quid verò Chriſtus Dominus his verbis ſignificare voluit. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepiſtis me: ſi alius venerit in nomine ſuo illum accipietis*; Niſi impios populos ſalutaribus ſanctorum paſtorum monitis iuſſiſque parere præ malitia detrectantes crudelium, immaniumque mercenariorum, vel potius luporum rapacium ad interitum ruinamque vtriuſque vitæ corporis & mentis, ſeueræ, cruentatæque non tam corporis, quam animarum cæde tyrannidi debere ſubiugari? Et S. Paulus de tali horum peruerſorum voluntariè populorum vltione propter ſcelera loquens, dicebat. [l] *Pro eo quod charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent, ideò mittet illis Deus operationem erroris vt credant mendacio.* Pergamus ad reliqua, vt anguſtis diſcorſus terminis, quod ſupereſt de præſente libro, concludatur.

a Eſai. c. 5. v. 14.

4. Pars. Prauis mores populi perſæpe prauos pariunt prælatos permittente Deo ſic ſcelera populi vlciſcente.

b Ezech. 14.

c Ezech. c. 14

permittit Deus mentiri prophetas vt decipiat vt populus impius in ſcelerum vltionem.

d 3. Reg. c. 22.

e Iob. c. 30.

f Gregor. l. 25 moral. c. 20.

g 1. t. Reg.

h Oſeę c. 13.

i S. Gregor. in Oſe. 13.

k S. Anaclet. Epiſt. 3. S. Ioan. c. 5.

l 2. Theſſal. c. 2.

CAPVT XII.

De honore & reuerentia magna à principibus, regibus ac imperatoribus Chriſtianis exhibita bonis Epiſcopis aliiſque animarum rectoribus.



VT nihil ſit quod in hac de paſtoribus Eccleſiæ ſub Rom. Pontifice in ſaluando Chriſtianarum animarum grege vigilantibus amplius deſideretur, aliquid de honore & reuerentia quæ bonis ouilis dominici paſtoribus religioſè Chriſtiani principes impertiuerunt, breuiter dicendum nobis eſſe videtur. Magnum profectò gloriæ meritum principes illi ſic adorando honorandoque Chriſtum Dominum, in ſuis miniſtris Eccleſiæ paſtoribus ſibi pepererũt, vt ſermo ipſius ſaluatoris ad patrem oratioque compleretur precantis, vt gloria ſibi debita per excellentiam, in Apoſtolos primos Eccleſiæ ſuæ patres, eorumque filios, ſcilicet Epiſcopos, alioſque futuros gregis & ouilis ſui paſtores deriuata pateſceret. Sic enim S. [m] Ioannis 17. vt eſt in Græco, locutus eſt Dominus ad patrem, καὶ ἐγὼ τὴν δόξαν ἣν δέδωκάς μοι δέδωκα αὐτοῖς. Ad verbum. *Et ego gloriam, quam dediſti, mihi dedi eis.* Quã gloriã & honorem vates regius à longè antequam venirent ſpiritu prophetico reſpiciens in perſona Apoſtolorum & paſtorum Eccleſiæ dicebat. [n] *Subiecit Deus populos*

m S. Ioan. c. 17. v. 22.

n Pſal. 48.

A *nobis, & gentes sub pedibus nostris.* Mittamus populos subditos de quibus supra: Principum regumque timendorum in proprios greges pietatem in præstanda ipsa pastoribus gloria consideremus; inter quos primus ordine temporis; sic dignitatis, virtutis & prosperitatis Constantinus Magnus, cæteris suæ pietatis principibus relinquens exempla prodibit: de cuius pietate in honorandis ad Concilium Nicænum venientibus Episcopis hæc Gregorios presbyter Cæsariensis apud Metaphrasten. [a] *Cum sancti patres non secus ac quædam apes è floridis pratis, vnusquisque ex proprijs Ecclesijs surgentes peruenirent Nicæam &c. Diuinus Constantinus cum audisset sacram & Angelis venerendam sanctorum Patrum venisse præsentiā statim ex vestibulo conuenientibus eos prosequitur honoribus.* De cuius studio ac munificentia in gratificandis Episcopis varietate munerum, eosque regali excipiendo conuiuio, hæc inter alia [b] Eusebius. *Inter Dei ministros iam pace conciliata ipse imperator conuiuium celebrare cœpit, & hoc tanquam sacrificium Deo valde accommodatū per illorum præsentiam obtulit. Neque quisquam ex Episcoporum numero ab illo regali epulo abfuit.* Et paulò post. *Vbi autem conuiuium magno cum splendore venit ad exitum, illud præterea quo omnes magnificentius & liberalius exciperentur, accessit: Quisque nimirum pro dignitate honorificè donatus fuit.* [c] Sozomenus addit hæc cum Theodoreto, præter conuiuium & munera ab imperatore religiosè largita: *Et cum videret dextros quibusdam effossos,* scilicet oculos persecutionis tempore, *Intellexissetque quod constantia pro pietate illis attulisset, labra vulneribus admouit pro certo persuasus osculo se benedictionem hausturum esse &c.* Quantò autem Episcoporum iudicium aliorumque præfectorum Ecclesiæ honore princeps optimus, non solum in Ecclesiasticis rebus, sed etiam ciuilibus extulit, fidem facit rescriptum eius ad Ablauium præfectum prætorio Constantinopoli, in quo hæc inter alia. [d] *Religionis est clementiam nostram sciscitari voluisse quid de sententijs Episcoporum vel ante moderatio censuerit, vel nunc seruari cupiamus Ablaui parens charissime. Itaque qui à nobis instrui voluisti, olim prorogatæ legis ordinem salubri rursus imperio propagamus. Sanximus namque sicut edicti nostri forma declarat, sententias Episcoporum quolibet genere prolatas, sine aliqua ætatis discretione inuiolatas semper incorruptasque seruari; scilicet vt pro sanctis semper ac venerabilibus habeatur, quidquid Episcoporum fuerit sententia terminatum &c.* Sed de hac religiosa Constantini magni pietate in venerandis Dei sacerdotibus, pastoribus & Episcopis honore magno multiplicique cumulandis, pluribus infra dicetur. Quem honorem varium, multiplicemque reuerentiam pastoribus Ecclesiæ præstandam magno prodigio Deus miraculoque cōfirmauit. Etenim cum Valentinianus senior S. Martino Episcoporum sui sæculi facile principi venienti assurgere dedignaretur, subitò è sella egressus ignis (mirabile visu) eum non assorgere modo, S. Pastori festinanter occurrere, eiusque manibus suum caput submittere coegit: sed etiam ad viri sancti genua procumbere adoraturum vultu in terram demisso compulit. Quod factum mirabile his Venantius Fortunatus versibus præclare cecinit.

Constantinus M. venientibus ad Concil. Nicænum Episcopis maximum illis præstitit honorem occurris.

a Gregor. presbyter Cæsar. apud Metaphrast. Iunij 10.

Munificentia Constantini in Episcopos pia valdè.

b Euseb. l. 3. c. 14. 15. de vita Constantini.

c Sozomen l. 1. c. vlt. Theodoret. l. 1. c. 11.

Constantinus M. cicatrices confessorum Episcoporum magna cum pietate deosculatur.

Iudicata ab Episcopis in vtroque foro nulla voluit Constantinus prouocatione infirmari

d L. 1. de Episcoporum iudicijs Cod. Theodos.

Honorē principibus sæculi pastoribus Ecclesiæ debitum miraculo confirmatur in persona S. Martini.

e Venant. Fortunat. l. 3. de vita S. Marti.

[e] *Hinc celer exilijt rapiens se Cæsar & ardens*
Martini genua amplectens, pedibusque volutans:
Sicque superbum hominē se agnoscere pœna coegit,
Vilia regna probans, & celsa cacumina curuans,
Imperiale caput sanctis ad vestigia subdens, &c.

Cui viro Dei mensæ accumbenti eundem honorem humillimumque obsequium, quod mulier illa [f] Euangelica, quondam in ciuitate peccatrix Christo Domino, Augusta Maximi imperatoris vxor exhibuit. Quod his verbis Seuerus Sulpitius descripsit. [g] *Cū interim diebus & noctibus de ore Martini Regina pendebat: Euāgelico illo nō inferior exemplo, pedes sancti fletu rigabat, crine tergebat. Martinus quem nulla vnquam fœmina contigisset, istius assiduitatem, imò potius seruitutem non poterat euadere. Non illa opes regni, non imperij dignitatem, non diadema, non purpuram cogitabat, diuelli à Martini pedibus solo strata non poterat &c.* Hæc illis Fortunati verbis historia comprobatur.

B [h] *Nec regina pedes cessat lacbrymosa rigare*
Sternens membra solo, suspendens gaudia voto.

Clotharij regis Francorum pietas fertur in cælum, quod S. Lupi pedibus, viro sancto supplicaturus pro magna reuerentia & honore, quem tāto Episcopo Senonensi humiliter, deuoteque præstare conabatur, prosterni voluerit. Quam pietatem sanctos Dei pastores & ministros honorandi magno deuotoque appetentes desiderio quondam [i] Hispaniæ reges, cum ad Episcoporū Concilium proficiscebantur præ magna religione ante ipsos Episcopos corpore toto in terram procumbere solebant, non prius assurgere volentes, quam illi è sedibus suis surgentes Episcopi reges ipsos suis circumfusos pedibus præ magna reuerentia & humilitate suis brachiis leuatos cum magna charitate clementer attollerent. Quem morē pietatis Hispaniæ regum erga suos Episcopos & pastores animarum [k] Leo Castren-
C sis se in vetustissimo codice S. Benedicti legisse tradit. Hanc reuerentiam honoremque principum sæcularium in suos pastores in primis Ecclesiæ sæculis vsu frequenti receptam fuisse satis apparet ex eo quod ait S. [l] Augustinus. *Ad Ecclesiam curris, Episcopum videre desideras, ad eius pedes volutaris.* Idque cōfirmatur D. [m] Ambrosij auctoritate fœcundiùs dicentis: *Honor igitur, fratres, & sublimitas Episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares & principum diademati, longè erit inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgorem compares: quippe cum videas regem colla & principum submitti genibus sacerdotū, & exosculatis eorum dextris, orationibus eorum credant se communiri.* Iā verò vt ad alios reges & imperatores Francorum & Germaniæ veniamus, quanti fecerit Carolus magnus rectores animarum, quantumque eorum iudiciis exempla præ-
D stantissimorum imperatorum, qoos vnquam suo fouit gremio Christiana religio, Constantini nēpe Magni, atque Theodosij senioris Magni pariter æmulatus, propria detulerit auctoritate, capitularia eius multis in locis sua testatione declarant. Nam sic optimus & Christianissimos imperator lib. 6. capitularium cap. 281. hæc Constantini Magni & [n] Theodosij imperatorū in fauorem Episcoporum pastorumque Ecclesiæ rescripta repetita confirmat. *Omnes itaque causæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, Episcoporum sententijs terminatæ perpetuo stabilitatis iure firmētur, nec liceat vlterius tractare negotium, quod Episcoporum sententia deciderit. Testimonium etiam ab vno licet Episcopo perhibitum omnes iudices indubitanter*

f S. Matt. 7. S. Luc. 7.

g Seuer. Sulpit. l. 2. dialog. c. 7.

Magna Augustæ pietas in S. Martinum instar S. Magdalenæ in Christum.

h Venant. Fortunat. l. 3. de vita S. Marti.

Clotharij Regis pietas erga S. Lupum. Annales Francorum.

i Reg. Hispaniæ pietas in suos pastores Episcopos.

k Leo Castrēsis comment. in Elayam.

Imperitiuna Ecclesiæ ipsi principes, bel. stantgenibus sacerdotum scilicet pastorū & Episcoporum colla submittebant.

l S. August. ser. 18 de verbis Apostoli.

m S. Ambros. l. de dignitate sacerdot. c. 2. to. 4.

Caroli M. pietas in honorando pastores Ecclesiæ.

n Carol. Magnus l. 6 Capitul. c. 281.

santer accipiant: nec alius audiatur; cum testimoniũ Episcopi à qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à sacrosancto homine conscientia mentis illibatæ protulerit: Hoc nos edicto salutari aliquando censuimus: hoc perpetua lege firmamus, &c. Hoc modo Carolus Magnus horum imperatorũ optimorum in honorem Ecclesiæ pastorum, sicut fuit pietatis æmulator, sic maxime illorum fœlicitatis hæres magnificusque possessor post à se triumphatos omnes Dei Ecclesiæque perduelles euasit. Hac pietate reuerentiaque in Sanctos Ecclesiæ Dei rectores atque patres animarum (quas quotidie Christo Domino instar Apostoli, parturiunt) Henricus primus Rex Germaniæ refulgens imperium orbis occidentis possidere meruit: qui in magna charitate & humilitate sanctis illis fidelium animarum genitoribus seruiendi, ac honores illis exhibendi maximos tanto flagrabat desiderio, vt S. Romualdi Abbatis Ratisponæ in Bauaria defuncti feretro portando humeros supponere voluerit. Aliis similiter sanctis Dei de animarum fidelium salute solicitis & anxiis quos cognoscere poterat, idem Rex factus postea imperator maximo famulari conabatur obsequio, eorum monita semper vt effectu compleret, audiendo, vt S. Popponis Abbatis Stabulẽsis. Quis factum miræ humilitatis & reuerentiæ in sanctos Dei ministros Episcopos Roberti Regis Francorum sine admiratione considerabit? Quod Helgaldus in vita ipsius Regis, eiusque scriptor tẽporis ita breuiter memoriæ scriptũ posteritati mandauit. *Colloquium cum Episcopis regni sui habens*, scilicet congregata Episcoporum Synodo, *Rex humilis inter colloquium vnum quemque aspiciens, videns quemdam eorum mole carnis grauatum pedes suos dependere ab alto, pietate ductus à longè quærens suppedaneum, reperit vnum quod manibus Deo & hominibus charus apprehendens, illud tanto pontifici offerre non recusauit, & sub pedibus eius offerre non est dedignatus. Erat autem hic Episcopus Lingoniensis, Lambertus nomine dictus, sciẽtia, religione & bonitate pollens.* Sed quod illo facto mirabilius est & ad maius gloriæ sempiternæ meritum, aliud sic idem auctor Helgaldus in ipsius Regis religiosissimi vita commemorat. *Post mensam vero præparans se ad Dei seruitutem Rex humilis ponebat vestimenta sua indutus ad carnem cilicio: adiunctoque clericorum collegio centum sexaginta & eo amplius numero ad exemplum Domini eorum pedes lauans capillis capitis sui tergebat, & ad mandatum Domini singulos eorum duobus solidis remunerans clero præsente, & diacono astante qui lectionem legeret secundum Ioannem in cœna Domini: dictam & factam.* Facta hæc principum tantorum tot fœcunda virtutibus, quibus tam piè religioseque pastores Ecclesiæ cum doctrina salutari integros vitæ scelerisque puros honorificarunt, non ætatis fragilisque pompæ, sed æternitatis præmio digna Christus Dominus iustus iudex reputans, hos pios reges ac principes tot bonorum in pios animarum fidelium cultores rectoresque operum factores, secum gloria potituros æterna, ad cælestes domos euexit. De quorũ tantis optimorum principum virtutibus, à quibus tot honores amoresque sinceri in vitam famamque bonorum pastorum deuotè redundarunt, quæ ætas, quæ natio fidelis, qui status hominum virtutis appetentium silere poterit? Quæ laudes earum vetustorum sæculorum obliterare valebit obliuio? Quæ memoria posteritatis obliuisci? Sed hæc pauca de honore amoreque principum Christianorum in pios doctosque pastores Ecclesiæ pro multis, quæ recensere longius esset, exempla sufficiant.

Galat. 4.

Pietas & humilitas Henrici Regis German. 1. postea imperatoris in portando S. Romualdi Abbatis feretro.

Rodolphus cenobi l. 2. miraculorum S. Emmeranni. Enerbalinus in vita S. Popponis apud Surium die 25 Ianuaris.

Magna humilitas & reuerentia Roberti Regis in S. Episcopum Lingonensem. Helgaldus in vita Roberti regis.

Robertus Rex lauans pedes Ecclesiasticorum præsertim animabus præfectorum, eos suis capitis capillis tergebat. Helgaldus in eius Regis vita.

CAPVT XIII.

De sancta regularium monachorumque institutione, societati Christianæ admodum salutifera, ad magnum pontificiæ monarchiæ ornamentũ relata.

1. *De antiquitate regularis ac monastici status per confirmationem Rom. Pontificis honorifice ac meritorie in Ecclesia subsistentis.*
2. *De excellentia eiusdem.*
3. *Déque immanibus contra hunc sanctum ac religiosum statum, hæreticorum odiis.*
4. *A quo magnus honos gloriaque in monarchia Ecclesiastica maiestatem redundat.*

SVperioribus capitibus huius libri 5. à primo ad hoc vsque caput de gradibus, officiis, dignitatibusque Ecclesiasticorum sæcularium quæ ad institutum nostræ de Monarchia Ecclesiastica disputationis satis esse putauimus, multa diximus. Nunc quoniam spiritualis hæc & Ecclesiastica Monarchia, sicut in sæcularibus ordinibus non mediocriter in regularibus ac monasticis institutis effulget atque clarescit, cum omnis regularis atque monastici status, laus, virtus, atque vigor ab Apostolicæ Romanæq; sedis (in qua huius spiritualis Monarchiæ maiestas radicata firmatur) auctoritate proficiscatur: iure optimo dicendorum series & legitimus ordo requirit, vt de sancto illo atque religioso regularium monachorumque statu, antequam præsentis libri finẽ faciamus, compendioso discursu nonnulla pro instituti nostri ratione commemoremus. Cuius status si quis antiquitatem scire desideret, audiat à spiritu Sancto sua in Ecclesiæ Synodis oracula pronuntiante, sanctum hunc monachorum religiosorumque ordinem ab ipso Deo inspiratum & ab Apostolis Christi Domini fundatum postea continenti successione & obseruatione à Sanctissimis Patribus excultum magna cum pietate floruisse. Hoc [a] à Meldensi Concilio; hoc [b] à Coloniensi 3. hoc ab antiquissimis doctoribus patribusque etiam ipsorum Apostolorum discipulis auditoribusque didicimus, hausimus, expressimus. Nam ipse Gallorum Apostolus [c] S. Dionysios post commemoratos pontificis, sacerdotis, Diaconi cæterorumque cleri sæcularis ordines, postremò hæc de sancta regularium monachorumque institutione atque consecratione breuiter effatur. *Porro initiandorum omnium excellentior ac sublimior ordo monachorum est sancta distinctio, expiatione omni, tota virtute atque exactissima suarum operationum castitate mundata. Omnis item (quantum licet tibi inspicere) sacræ operationis spiri-*

1. pars. Antiquitas monastici status & religiosi diuinitus instituti.

a Concil. Meldense c. 9.

b Coloniense 3. c. 1. parte 10

c S. Dionys. l. de Eccles. hierarch. pars. 1. c. 6.

Forma antiqua consecrationis monachorum se voventium Deo. Recens versio qua habetur in vocans edito Graa las Dionysio magis placet 1. part. c 6 circa finem p. 133. d. & 134.

tualiter speculatrix, & particeps facta, Pontificumque consummantibus virtutibus tradita: quorum fulgoribus & pontificalibus traditionibus conspecta pro ordine suo Sanctorum mysteriorum sacrificio edisgens à sacra eorum scientia ad exaltissimam perfectionem diuina ratione subuehitur. Vnde sancti praeceptores nostri diuinis eos appellationibus sunt prosecuti, partim Therapeutas, id est, cultores à sincero Dei famulatu atque cultu: Partim Monachos ab indiuidua & singulari vita appellantes: vt quæ illos sanctis diuisibilium complicationibus in diuinam & Deo gratam monadem, perfectionemque promoueat &c. [a] His dictis subiunxit mysterium monasticæ consecrationis. Quorum omnis solitariam vitam traducentium operatio in orationibus, diuinæ sapientię studiis & contemplationibus sita præcipuè religioso fulgore coruscabat, vt ista Magni Basilii ad S. Gregorium scribentis clarius ostendunt. [b] εὐχαὶ πάλιν τὰς ἀναγνώσεις διαδεχόμεναι νεαρωτέραν τὴν ψυχὴν, καὶ ἀκμαιοτέραν τῷ πρὸς Θεὸν πόθῳ κεκινημένην παραλαμβάνουσι. Scilicet, *Orationes iterum lectionibus succedentes, recentiorem animam & vegetiorem ad Deum desiderio motam recipiunt.* Ad has orationes assidua Deo deuotione profundendas, studiaque diuinæ virtutis & sapientiæ, solitudo & secessus à tumultibus mundi plurimum adiumenti conferebant, vnde nomen dictum Monachi, [c] μοναχὸς solitarius Grecè dicitur. Et μοναχία solitaria: sic μόνος solus & μονὰς vnitas. Hinc μοναχὸς ἐκ τῆς μοναχικῆς deductione facta à μόνος & ἀρχή. Ad verbum, *quasi solitarius* facilè. Siue vt alii volunt, à μόνος & ἄχος, à solitudine & tristitia, quod monachus sub tecto cellulæ solitarius ab omni hominum commercio semotus, habitu, facie, vitæque austeritate pro peccatis mundanæ conuersationis appetentium, [d] solus tristis & dolens esse videatur. [e] D. Augustinus ad vnitatem cordis & bonæ voluntatis inter multos pie gregatim victitantes, nomen Monachi reuocauit, hæc in psal. 132. dicens. *Quare ergo & nos non appellemus monachos, cum dicit psalmus. Ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum. Μόνος enim vnus dicitur: & non vnus quomodocumque: nam & in turba est vnus, & vnà cum multis vnus dici potest: μόνος non potest, id est solus: μόνος enim vnus solus est. Qui ergo sic viuunt in vnum, vt vnum hominem faciant, vt sit illis verè quomodo scriptum est vna anima, & vnum cor: multa corpora, sed non multæ animæ: multa corpora sed non multa corda, rectè dicitur μόνος id est vnus solus.* Ac sanctæ quidem illius monasticæ & religiosæ vitæ à mundanæ conuersationis familiaritate valde remotæ professionem adeò antiquam esse, ipsa ratio clamat, veritasque dictitat, vt in ipsa lege naturæ atque Mosaicæ ab ipso mundi primordio radices altas egisse, in ipsiusque veteris testamenti sanctissimis viris magnum suæ pietatis, religiosæque perfectionis exemplar expressisse cognoscatur; vt in persona Enos, de quo Genes. [f] 4. scribitur. *Iste cæpit inuocare nomen Domini.* Id est specialem aliquam seruiendi purius Deo religionẽ atque cultum vulgi religione sublimiorem instituere: cum ante ipsum Adam, Abel, Seth Deum puro communique religionis cultu coluerint, tamen vt patres, antiquique doctores obseruant, primus Deum inuocare cæpisse creditur, quod peculiari religionis deuotionisque voto Deum ab hominum commercio remotus adorauerit.

a Ibid.

b Epist. S. Basilii ad S. Gregor. Nazian. *Tota vita SS. Monachorum antiquitus in orationibus sacrarum literarum lectionibus occupabatur.*

c Monachi nomen Græcè vnde. *Ex derivatione.*

d Can. placuit. 16 q 3.

e D. August. in psal. 132.

professio monastica in veteri testamento ac lege natura adumbrata.

f Genes. 4. *Cur Enos dicitur primus inuocasse nomen Domini. Vide Vualdensem l. 3. doctrina fidei art. 1. c. 1.*

Apparuit item adumbrata perfectionis monasticæ [g] in Nazaræorũ viuendi ratione claritas; qui se totos in veteri lege Deo cõsecrauerãt. Similiter in Elia, Elizæo ac filiis prophetarum, qui aspero victu corpora nutrientes sine vxoribus atque diuitiis remoti à popularibus tumultibus vitã sunt Angelorum in corporibus humanis imitati, vt hæc S. Hieronymi ad Paulinum verba demonstrant. [h] *Noster princeps Elias, noster Helizæus: nostri duces filij prophetarum, qui habitabant in agris & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula prope fluenta Iordanis.* Qui polenta & herbis agrestibus victitabãt, [i] vt alibi dicit. Sic [k] Rechabitarum vota, asperitatesque viuendi [l] Monasticæ disciplinæ puritatem sanctitatemque figurabant. Multique S. [m] Patres originem monastici instituti ab ipso præcursore Domini S. Ioãne Baptista repetiuerũt, *Sicut sacerdotum principes sunt Apostoli, sic Monachorum princeps Ioannes Baptista est*, inquiebat [n] S. Chrysostomus. S. vero Hieronymus, ita monachorum anachoretarumque principem hunc sanctum præcursorem Domini constituit. [o] *Huius vitæ*, scilicet monasticæ, *auctor Paulus, illustrator Anthonius, & vt ad superiora conscendam, princeps Ioannes Baptista.* Hanc S. Hieronymi sententiam [p] Sozomenus, [q] Cassianus, SS. [r] Isidorus atque [s] Bernardus amplectuntur. Sed Christo Domino recenti triumpho super astra omnia in dexteram patris euecto, gloria & honore propter passionem mortis coronato, quantis ordo ipse monachorum diuinitus exurgens orbem terræ sanctitatis fulgoribus, virtutumque Christianarum radiis illustrauerit, ex amplissima grauissimaque Philonis Iudęi de primis religionis monasticæ professoribus sub S. Marco (quos ipse Philo ex ignorantia Christianæ fidei, vitæque nescius Essenos Iudæos, sicut credebat, appellabat) loquentis narratione comprobatur, in qua hæc de illis inter alia multa. *At illud hominum genus Therapeuticum semper in contemplatione diuinitatis proficiet: Etiam sole hoc sensibile præterito nec vnquam suum ordinem deseret, tendentem ad fælicitatem perfectissimam. Huic vitæ instituto qui se addicunt, non ex more aut rogati id faciunt, sed amore correpti rerum cælestium, & quasi furore diuino perciti, donec ad contemplationem illam desideratissimam perueniant. Deinde præ immortalis beatæque vitæ cupidine, quasi iam hac mortali defuncti, facultates suas relinquant liberis aut cognatis vltrò eis possessiones cedendo, atq; etiam sociis & amicis, si cognati desint. Oportet enim vt qui perspicaces diuitias adeptus est cæcas illas relinquat mentibus cæcutientibus.* Et longè his plura ad SS. prędicationẽ monachorũ adiungit, quæ breuitatis causa silentio sepeliũ. Occasionẽ antiquissimãq; condendorum monasteriorũ originẽ S. Augustinus in psal. 132. ita deducit: *Ista verba psalterii: Ecce quã bonũ & quã iucundũ habitare fratres in vnũ: iste dulcis sonus, ista suauis melodia tã in cantico, quam in intellectu, etiam monasteria peperit. Ad hunc sonum excitati sunt fratres, qui habitare in vnũ concupierunt, iste versus fuit tuba ipsorum. Ipsi primò habitauerunt in vnũ qui omnia quæ habebant vendiderunt: rerũq; suarum pretia ad pedes Apostolorũ posuerunt. Ex voce huius psalmi appellati sunt & monachi, ne quis vobis de isto nomine insultet catholicis &c.* Non igitur noua vitæ regularis monasticæque institutio, sed antiquissima ab ipsis nascẽtis Ecclesię primordiis, Apostolorũq; tẽporibus hausta, Ecclesiasticę inserta Monarchię.

g Numer. c. 6.

h S. Hierony. epist. 13. ad Paulinum loquens de monachis.

i Epist. 4 ad Rusticum.

k Hierem. c. 35.

l Ex D. Hieronym Epist. ad Paulinum.

m S. Gregor. Nazian. orat. in S. Basil.

n S. Chrysost. homil. 1. in S. Marcum.

o S. Hierony. epist. ad Eustochiũ de seruanda virgin.

p Sozomen. l. 1. hist c. 12.

q Cassian. collat. 18. c. 6.

r Isidor. l. de diuinis offic. c. 1.

s S. Bernard. de excellentia S. Ioannis Baptistæ.

Esseni à Philone descripti, fuerunt verè christianique ipse Iudæus ignorabat primi S. Marci discipuli. Philo Iudæus de vita contemplatiua.

Vnde origo excitatorum monasteriorum. S. August. in psal. 132.

a S. Hieron. epist. ad Pammachium contra errores Ioann. Hierosolym.

Quamuis enim, vt loquitur [a] S. Hieronymus, *Monachus exul mundi gloriosè prædicetur*, non tamen exturris Ecclesiæ Christi Domini in hoc mundo militantis, sed de gremio eius est, atque sub vexillo crucis cum cæteris clericis sæcularis ordinis, ductore exercitus Domini Rom. Pontifice Christiana generositate militant, atque ad huius nutum principis Monarchæque Ecclesiastici fortissimè præliantur.

2. Pars. De excellentia regularis monasticique status tam in vitæ probitate, quam in doctrina, mirum in modum Monarchiæ Ecclesiasticæ maiestatem extollente. Monasteria bene reformata Salinæ Ecclesiæ cur appellantur.
b Ezech c. 14 v. 11.

Quantū verò laudis & gloriæ Ecclesiastici Monarchæ maiestati sacer regularium ordo conferat, eius præstantia in sanctitate vitæ atque doctrinæ puritate radicata atque fundata cōtra omnes religionis Christianæ hostes tam paganos, quam hæreticos atq; schismaticos luce hac clarius ostendit. Quæ præstantia benecustodita tantis virtutibus in Ecclesia rutilat, tantisque inde fructibus salutaribus fæcundatur, vt non immeritò sacræ Monachorum regulariumque ac bene reformatæ mansiones Ecclesiæ Catholicæ mystico sensu Salinæ nominentur, de quibus Ezechiel [b] c. 47. quibus fidelium corda in eorum vitæ puritatem sapientiamque respicientium salubri aspersione condiantur. A quorum sanctitate viuendi multa salutaria facto ipso & exemplo discant, quorum obseruatione licet legibus Dei Ecclesiæque non præcipiantur, illi in perfectionis Christianæ portum recto limite deducantur. Nā teste [c] Seneca. *Multa legem non habent nec actionem, ad quæ consuetudo vitæ humanæ lege omni valentior dat aditum.* Huius vero monasticæ regularisque institutionis omnino à Rom. Pontifice vniuersalis Ecclesiæ pastore ac principe, instar cæterorum cleri sæcularis ordinum dependentis excellentiam perfectionemque præclare & appositè Sanctorum [d] Basilii meditationem in psalmum 1. [e] atque Bernardi secuti, cum scala quam in somnis Iacob patriarcha vidit, comparare possimus. Cuius scalæ spiritualis duo latera quibus gradus decem mystici innituntur, declinare à malo, & facere bonum [f] cum propheta rite nominantur: Quorum graduum primus est rerum terrenarum mundanarūque cū proposito Christum sequendi renunciatio, quem primi Apostoli calcarunt, dicentes per os sui principis Christo Domino. [g] *Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te.* Fœlices voluntarie pauperes ac terrenis nudatos opibus, qui ex D. [h] Cypriani præcepto, imò ipsius Domini, cū S. Laurentio ad cælestes thesauros terrena patrimonia, pauperumque bona transportarunt: quorum loco spirituales nullo vnquam seculo perituras opes sibi compararunt. *En quales diuitias Deus diligit*, dicebat [i] Saluianus; *En quas pignoribus recondi exigit opes, en quas parari imperat facultates, scilicet fidē, ac timorē Dei, modestiā, sanctimoniam, non terrena, non vilia, non perennia, non caduca.* Secundus, earumdem rerum exterrenarum à corde suo amoris abiectio quem Sanctus scandit Apostolus, qui dicebat, [k] *Quæ retro sunt obliuiscens*, ad cuius ascensum vnamquamque fidelium animam Christi Domini sponsam spiritus Sāctus apud regium prophetam hac diuina persuasione cohortatur. [l] *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui.* Tertius, eas terrenas diuitias ac opes adulterinas non veras, *tanquam stercora, atque detrimenta*, cum eodem [m] Apostolo reputare: ideóque has contemnere, auersari, odioque salutari abominari. Quartus, parentum, fratrum, propinquorum, filiorum, coniugum & amicorum se propter Christum affectu priuare, & dilectione potenter abdicare, si pro honore, amoreque Christi id fieri expediat. Quod hac mystica similitudine Dominus in Euangelio significare voluit. [n] *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum & proijce abs te.* Quintus, scalæ spiritualis ac mysticæ gradus est seipsum renuntiare, & animam vitamque suam propter Deum constanter odisse & perdere, vt eam in vitam æternam custodiat, mortem oppetat, & hac corporalis vitæ luce desiderat orbari, vt aliquando lucis æternæ pulchritudine potiatur. Huius perfectionis gradus meminit Dominus cum dixit. [o] *Si quis venit ad me & non odit patrem suum, & matrem, & vxorem, & filios: adhuc autem & animam suam non potest meus esse discipulus.* Vnde S. Basilius: [p] *Perfecta igitur*, inquit, *renuntiatio in eo consistit, si quis id assecutus fuerit, vt ne de vita quidem sua quicquam affectus sit omnino, etiam si habeat mortis responsum, ita vt nihil sibi confidat.* Sextus, abnegatio sui: Septimus, Quotidiana sui mortificatio: de quibus gradibus hæc Dominus. [q] *Qui vult venire post me abneget semetipsum & tollat crucem suam.* Octauus, humilitas. Nonus, mansuetudo: ad quorum ascensionem graduum virtutumque duarum semper inter se amica coniunctione sociatarum amplexum suo nos exemplo Dominus hortatur. [r] *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Decimus & postremus gradus est charitas regina virtutum, quæ [s] *est vinculum Christianæ perfectionis.* Quam virtutem gradum scalæ & monasticæ perfectissimum atque eminentissimum Christus Dominus sæpius suis commendauit discipulis, atque vt penitus in eorum cordibus altissimis obedientiæ radicibus insideret, magnopere suis iussis documentisque laborauit. [t] *Mandatum dedi vobis vt diligatis inuicem sicut dilexi vos.* [u] *Et ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur?* Cui gradui vltimo & perfectissimo Deus perfectè iungitur, sicut summitati scalæ Iacob inniti & copulari visus est, vt perfectissimam religiosæ animæ cum Deo per charitatem vnionem agnoscamus. Quam propterea Apostolus. [x] *Vinculum perfectionis*, appellauit, *super omnia hæc*, inquit, *charitatem habete, quod est vinculum perfectionis.* Hac virtute. [y] *Diffusa in cordibus iustorum per Spiritum S. qui datus est illis:* [z] *Adhærentes Deo vnus spiritus fiunt cum Deo.* Quia cum [aa] *Deus charitas sit, qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo*, vt iam cum Apostolo talis Deo plenus gloriando in Domino dicere possit, [bb] *Viuo ego, iam non ego, viuit vero in me Christus.* Vt iam amplius ipse humana virtute non tam agere, quam teste [cc] S. Dionysio, diuina agi mouerique videatur. Hac scala mystica scilicet professione regularis, monasticæque vitæ, piis ac sanctis virtutum operationibus diuinarum, tanquam scalæ gradibus exercitatæ itur in cœlum. Hac relictis terris fortunatæ cœlorum insulæ possidentur. Fælices qui in corde suo hanc talibus scalā diuinitus distinctā gradibus architectātur, sicut longè ante Regius propheta prædixerat. [dd] *Beatus homo cuius est auxiliū abs te ascensiones in corde suo facret, in valle lachrymarum:* Quatū gradius

c Seneca.
d S. Basil. in psal. 1.
e S. Bernard. serm. in hæc verba.
Ecce nos reliquimus omnia sermo in declamationibus pulchra perfectionis & excellentia monasticæ cū scala Iacob comparatio.
f Psal 33.
2. Latera scalæ columnarum. Scala 10. gradus.
g S. Math. 19.
1. Gradus renunciatio rerum terrestrium.
h S. Cyprian. serm. 4. de mortalitate in fine.
i Saluian. l. 4. ad Ecclesiam Catholicam p. 3.
2. Gradus.
k Philip. c. 3.
l Psal 44.
3. Gradus.
m Philip. 3.
4. Gradus.
n S. Math 5.
5 Gradus.
o S. Luc. 14.
p Basilius in Reg. fusius disputatis ad interrogationem 8. respōdens.
6. Gradus.
7. Gradus.
q S. Luc c. 9.
8. Humilitas.
9. Mansuetudo.
r S. Math. 11
10. Gradus charitas.
s Coloss. c. 3. vers. 14.
t S. Ioann 15.
u S. Luc c. 12. vers. 49.
x Coloss. 3 v. 14.
y Roman 5.
z 1. Cor. 6 v. 17.
aa 1. Ioan. c. 4.
bb Galat 2.
cc D Dionys. l. de Diuinis nominibus.
dd Psal 83.

non alij, quam variæ virtutes quibus subnixi homines in cœlum iustè merentur ascendere, vt sequentia prophetæ regi comprobant: *Etenim benedictionem dabit legislator:* [a] *Ibunt de virtute in virtutem: videbatur Deus deorum in Sion*, ibi tanquam scalæ [b] Iacob innixus. Ad cuius cacumen cælo immissum sancti religiosique viri his virtutum gradibus ascendendo semper aspirant; nusquam morantes in huius ascensionis itinere, ne in via Dei non progredientes, retro sublapsi ab vnione cum illo regrediantur. Hos pios verè monachorum, regulariumque conatus, affectus & ascēsus egregius illis S.[c] Bernardus sermonibus expressit. *Nunquam vir iustus arbitratur se comprehendisse: nunquam dicit, satis est, sed semper esurit, sititque iustitiam: ita vt si semper viueret, semper quantum in se est, iustior esse contenderet: semper de bono in melius proficere totis viribus conaretur.* [d] *Non enim ad annum, vel ad tempus, instar mercenarij, sed in æternum diuino se mancipat famulatui. Audi verbum iusti: in æternum non obliuiscar iustificationes tuas.* Itaque indefessum proficiendi studium & iugis conatus ad perfectionem, perfectio reputatur. Hæc monasticæ, regularisque institutionis excellentia atqoe perfectio, semper de virtute in virtutem ad elegantiorem eminentioremque Dei similitudinem potentius ascendere: propter quam S.[e] Chrysostomus pios de tali forte monachos Angelis ipsis, eorum verò mansiones & monasteria paradiso comparare non dubitauit. *Si quis*, inquit, *nunc ad Ægypti veniat solitudines, paradiso prorsus omnem illam eremum videbit digniorem, & innumerabiles Angelorum catus in corporibus fulgere mortalibus. Est enim cernere tota illa regione diffusum exercitum Christi, & admirabilem illum regium gregem, virtutumque cælestium conuersationem in terris micantem. Atque hæc non in viris solum, verum etiam in fœminis splendere conspicias. Non ita varijs astrorum choris cælum refulget, vt Ægyptus innumeris monachorum ac virginum distinguitur atque illustratur habitaculis.* Magna hæc atque mira à tanto viro aureæ diuinæque facundiæ de monachorum vereque religiosorum virtutibus edita præconia. Sed quid de his dicat in eandem laudum præconiorumque rationem sanctus doctorum vertex Augustinus, audiamus, qui libro primo de moribus Ecclesiæ, monachorum tam eremitarum, quam cœnobitarum vitam Manichæis de perfectione sui viuendi ritus superbè impudenterque gloriantibus, sicque sacrilego se mendacio polluentibus opponens aiebat: *Nihil de his dicam qui secretissimi penitus ab omni hominum conspectu, pane solo, qui eis per certa interualla temporum affertur, & aqua contenti desertissimas terras incolunt, perfruentes colloquio Dei, cui puris mentibus inhæserunt, & eius pulchritudinis contemplatione beatissimi, quæ nisi sanctorum intellectu percipi non potest. Nihil inquam de his loquar. Videntur enim nonnullis res humanas plusquam oporteret deseruisse, non intelligentibus quantum nobis eorum animus in orationibus prosit, & vita ad exemplum quorum corpora videre non sinimur. Sed hinc disputare longum & superuacaneum puto. Nam hoc tam excellens fastigium sanctitatis non sua sponte mirandum & honorandum videtur oratione nostra videri qui potest? Sed si hoc excedat nostram tolerantiam, quis non illos miretur, & prædicet qui contemptis atque desertis huius mundi illecebris in communem vitā castissimā sanctissimāque cōgregati simul ætatē agunt, viuētes in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, nulla superbia tumidi, nulla peruicacia turbulēti, nulla inuidētia liuidi; sed modesti, verecūdi, pacati cōcordissimā vitā & intentissimam in Deum, gratissimum ipsi munus offerunt, à quo ista posse meruerunt. Nemo quicquam possidet proprium: nemo cuiquam onerosus est. Patres verò non solum sanctissimi moribus, sed etiam diuina doctrina excellentissimi: nulla superbia consulunt his quos filios vocant, magna sua in iubendo auctoritate, magna eorum in obtēperando volūtate.* Post hæc sanctissimum illū Monachorū religiosorumque ordinem sublimiter efferendo admiratione potius, quam prædicatione præ virium ad talem prædicationem infirmitate, vt ipse loquitur, ita concludit. [f] *Hos mores, hanc vitam, hunc ordinem, hoc institutum, si laudare velim, neque digne valeo, & vereor ne iudicare videar per seipsum tantummodo expositum placere non posse, si per narratoris simplicitatem cothurnum etiam laudatoris addendum putauero.* His duorum Sanctorum Patrum auctoritatibus si quæ antiquior his doctor sanctissimus, & in defendenda Dei Ecclesia generosissimus (S.[g] Athanasiom intelligo) in SS. Monachorum ordinis prædicationem sincera veritatis fide profudit, adiungere voluerimus, quæ laus excogitari poterit non digna monachorum virtutibus? Ait quippe sanctissimus pater, & contra perduelles Dei Ecclesiæq; hostes immanissimos per quadraginta annos, & his amplius luctator pro Christi fide generosissimus. *Erant in monte monasteria, tanquam tabernacula plena diuinis choris psallentium, legentium, orantium: tantumq; ieiunandi & vigiliarū ardorem cunctorum mentibus sermo eius*, scilicet Antonij, *afflauerat vt futuræ spei auiditate ad charitatem mutuam, & misericordias indigentibus exhibendas iugi studio laborarent: Qui infinitam regionem quandam oppidum à mundana conuersatione seiunctum, plenum pietatis & iustitia videbantur incolere. Quis tantum monachorum agmen aspiciens, quis virilem illum concordia catum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio susurronis, sed multitudo abstinentium, & certamen officiorum erat, non in hanc statim erumperet vocem! Quam bonæ domus tuæ Iacob, tabernacula tua Israel!* Quid [h] Saluianus? Nunquid Monachos per Antonomasiā Sanctos Dei appellauit? *In monachis*, id est, *in sanctis Dei*, inquit, *Afrorum*, scilicet hæreticorum, *probatur odium?* & ante eum D. Augustinus Epistola 70. ad Bonifacium comitem. Quid [i] Lupus Abbas Ferrariensis Epistola 24. Annon hæc ipsius sententiæ in monachorum vitæ cōmendationē eximia? [k] *Nullus, ait, inter sanctam Ecclesiam ordo vbi certius promereri Dominum fidelis anima possit, quam si monasticæ disciplinæ studeat propositum integrè obseruare.* Et [l] Tertullianus in eorum persona aliorumque SS. Christianorum vitæ monasticæ austeritatis ardentium; *Nos*, inquit, *Ieiunijs aridi, & omni continentia expressi ab omni vitæ fruge dilati, in sacco & cinere volutantes, inedia cælum tundimus, Deum tangimus.* Propter excellentiam variarum virtutum, quibus in terra, licet à terrenis sæcularibusque rebus affectu, factoque ipso remoti, Angelorum instar in suis claustris exercebantur, eos varijs nominibus patres Græci decorauerunt, modò eos θεραπευτὰς & ἀσκητὰς: Modo ἱκέτας, φιλοθέους atque μοναχοὺς appellantes:

[a] Ibid. v. 2.

[b] Genes. c. 28 v. 13.

In via Dei non progredi, regredi est.

[c] S. Bernard. Epist. 253. ad Abbatem Garinum Alpheusem.

Vir iustus vult semper proficere in disciplina Christi, accrescere in virtutum actionibus nouis.

[d] Psal. 118.

Monachi pii Angelis similes, & monasteria bene reformata paradiso.

[e] S. Chrysost. homil. 8. in S. Matth.

S. August l. 1. de moribus Ecclesiæ c. 31.

D. Augustini mira de virtutibus monachorum præconia, tam anachoretarum, quam cœnobitarum.

Proprietas bonorum à monachis relegata.

O quanta antithesis inter abbates huius sæculi & antiquorum. In præfectis monasteriorum abbatibus antiquis summa doctrina & probitas admirabilis.

[f] D. August. ibid.

[g] S. Athanasius in vita S. Antonij eremitæ.

[h] Saluianus l. 8 gubernat. Dei.

[i] S. August. epist. 70.

[k] Lupus Abbas epist. 24.

[l] Tertull. Apol. 40.

Monachi sancti diuersis ab antiquis appellati nominibus ad exprimendā eorum excellentiam.

a S. Dionys. c. 6. Eccles. hierarch.
Monachi Therapeutæ dicti.

θεραπευτὰς vocauit [a] S. Dionysius, scilicet cultores Dei, quod ipsi super omnes Christianos Deũ cultu supremo puriùs sanctiùsque venerarentur; cumque honorifici nominis titulum ipsis monachis fuisse ab Apostolis impositum commemorat; simili eos appellatione Philo [b] Iudæus appellauit, & quod vnicè, perfecteque præter cæteros Deum adorarent: sic propterea [c] vt Cedrenus vult Therapeutæ dicti, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ λατρείας ὑπηρεσίας, καὶ θεραπείας, scilicet, à puto Dei ministerio & seruitio siuè cultu. Et quod etiam, vt castius puriùsque Deo famularentur, seipsos ab omnium vitiorum contagionibus morbisque sanatos, liberosque redderent. Duo quippe θεραπευτής. Cultorem scilicet medicumque significat.

b Philo Iudæus l. de vita contemplatiua.
c Cedrenus.

Ascetæ cur dicti.

Ascetæ dicti sunt, scilicet pugiles, & excitatores seu præliatores, quod eorum munus, officium, exercitiumque in campo palæstraque virtutum B contra vitiorum monstra; cæterasque corruptorum morum turpitudines furiasque dæmoniorum perstringendas occupentur. Propter quod S. [d] Basilius suos de rebus regularibus monasticisque discursus Asceticos appellauit. Item Ichetæ dicti, nempe supplices ab orando & supplicando Deo: cui muneri & occupationi præcipuè adiunctis Dei laudibus incumbunt. Idcircò à Philone [e] Monachi, l. de vita contemplatiua, supplices dicti reperiuntur. Hos verò propter eminentem diuinæ sapientiæ amorem desideriumq; eorum penitus animis insitum, firmissimisque deuotionis radicibus hærentem philosophos S. Chrysostomus sæpissimè nominauit. Illam verò monachorum, religiosorumque sanctitatem, diuinamque propè viuendi rationem nec ipse Deus Optimus Maximus dissimulare voluit, quin eam potius in persona SS. Pauli eremitæ, Antonij, C Macharii, Hilarionis, Benedicti, Bernardi, Francisci, Dominici & aliorum ferè præ multitudine innumerabilium, maximis miraculis ac signis naturæ insolitis, eiusque vires superantibus notam facere, mundo dignatus est. Quæ omnia non dico enumerare, sed solum commemoratione ac leuiter attingere nequidem vna valeret oratio, quamuis in immensam verborum molem excresceret.

d S. Basil. in Asceticis.
Ichetæ cur dicti.
e Philo iud: de vita contemplat.
S. Chrysost. in lib. contra vituperatores vitæ monasticæ.
Multis sæpissimè miraculis Monachorum suorum sanctitatem Deus expressit.

Ex quibus maximum licet argumentum deducere supremam in vniuersali Ecclesia Romani Pontificis monarchiam confirmandi. Quam tot Ecclesiæ sanctæ lumina, tot micantia diuinis virtutibus in cœlo Christiano sydera, tot cælestes homines, tot terrestres angeli, vita, professione, moribus, doctrina, obedientia, obsequio, cultuque summo sedi Apostolicæ exhibito comprobarunt. Qui in suis votis ac professionibus nihil aliud esse desiderarunt, [f] nisi quod eos D firmando, monasticæque eorum institutioni cõsentiendo saero-sancta Romani Pontificis maiestas esse voluit.

En professione & approbatione SS. Monachorũ Romani pontificis summa in vniuersam Ecclesiam monarchia probatur.
f Syluester verbo religio n. 7.
Omnium ordinum confirmatio à Rom. pontifice.

Hinc extrema hæreticorum omni tempore plusquam Vatiniana, imò non alia quam diabolica in sanctos monachos odia: qui vt maiestatem Ecclesiastici principis monarchicã cupiditate atque furore ab inferis excitato demoliendi ab omni ætate sæculoque crudeliter insaniuerunt; sic omnes sanctos hanc maiestatem omnibus virtutum neruis viribusque protegentes destruere scelerarè tentauerunt. Hæc enim atrocia & infinitis plena furoribus odia in cælestes illos monasticæ professionis homines (si verè homines, ac non potius Angeli nominandi

3. Pars. Extremũ hæreticorum omnium schismaticorumque odium in SS. Monachos, eorumque statũ religiosissimum.

A sint. Illi monstrosæ impietatis hæretici, à patre suo diabolo didicerunt, hauserunt, & ad actum reuocata immaniter expresserunt. Nam vt apud S. Athanasium dicebat suis religiosis cænobitis Sanctus [g] Anthonius; *Omnes quidem Christianos diabolus odit, sed probos monachos, Christique virgines tolerare nullo modo potest*: Et, vt apud Cassianum frequentibus alter religiosus Abbas Serenus sermonibus vsurpabat, [h] *In ipsis cænobijs in quibus commorabantur octo aut decem, ita dæmonum atrocitas grassabatur, & frequentes ac sensibiles sentiebantur aggressus, vt non auderent omnes pariter noctibus obdormire; sed vicissim alijs degustantibus somnum: alij vigilias celebrantes psalmis & orationibus, seu lectionibus inhærebant: cũq; illos ad soporem naturæ necessitas inuitaret, expergefacti ad eorum qui dormituri erant, custodiam, similiter excubiæ tradebantur.* B Cuius tetri immortalisque diaboli patris odii hæredes hæretici numquam à calumnia, blasphemiis horrendis, insidiis fraudulentis & apertis in SS. Monachos persecutionibus efferari cessauerunt. Quibus (quia cor eorum tumultuosum: [i] *Sicut mare feruens quod quiescere non potest*, inquit Esaias) Monachorum nomen displicet, eo quod illi nolunt habitare in vnũ cum fratribus; sed sequentes diabolum & ministros eius, vt hæresiarchas Magum Manichæũ, Donatum, Arrium, & vt in nostra descendamus tempora Lutherum, Caluinum, &c. Christum, vt verbis D. vtar [k] Augustini dimiserunt.

g S. Athanas. in vita S. Anthonij.
Immortale odiũ diaboli in sanctos monachos.
h Cassian. collat. 7. c. 23.
Hæretici patris diaboli hæredes odio SS. monachos immanissimè prosequuntur.
i Esaiæ 54.

Hoccine est bonos odiis monachos insectando, specioso saeroque catholicæ vnitatis nomini furenter insultare? Hoccine piis sæculi huius corrupti desertoribus inimicando, se ab Ecclesiæ sanctæ gremio maternaque communione præscindere? *Sacrilegij quippe genus est Dei odisse cultores*, dicebat [l] C Saluianus: *sicut enim si seruos nostros quispiam cædat nos in seruorum nostrorum cedit iniuriã: & si à quoquam filius verberaretur alienus, in supplicio filij pietas paterna torqueretur. Ita & cum seruus Dei à quoquam læditur, majestas diuina violatur.* Sicut [m] ex S. Anacleto Papa. *Iniuria sacerdotũ ad Christum pertinet cuius vicefunguntur.*

k S. August. in psal. 132.
Bonos monachos Dei cultores odisse sacrilegium est.
l Salman l. 8. de gubernat. Dei.
m S. Anaclet. epist. 1.

Quantis iniuriis & blasphemiis famam, quantis tumultibus turgisque pacem, quantis denique SS. Monachorum vitam Donatistæ, eorũque similes hæretici furoribus imperiuerint, pluribus ostendit D. [n] Augustinus. Idipsum rabie furens odium aduersus sanctos monachos Petiliani donatistæ, ipse sanctus his verbis expressit. [o] *Deinceps perrexit ore maledico in vituperationem monasteriorum, & monachorum arguens etiam me, quod hoc genus vitæ à me fuerit institutum.* De Lucio Episcopo Ariano in sacras monachorum societates insaniente, rabie- D que crudeliter efferato, hæc Ruffinus. [p] *Inde*, inquit, *ad monasteria furoris sui arma conuertit: vastat eremum, & bella quiescentibus indicit, ter mille simul & eo amplius viros per totam solitudinem secreta & solitaria habitatione dispersos oppugnare pariter aggreditur. Mittit armatam equitum ac peditum manum; Tribunos, præpositos & bellorum duces, tanquã aduersus barbaros pugnaturus elegit, qui cum venissent nouam belli speciem vident, hostes suos gladijs obiectare ceruices, & nihil aliud dicere, nisi amice ad quid venisti?* Crudelitatibus, odiisque furore vario in Sanctorum Monachorum ordinem accensis sceleratissimi imperatoris Arriani, Valentis, aliorumque simili percitorum,

1. Odia donatistarum in S. Monachos.
n D. August. in psal. 132.
o Idem l. 3. aduersus Petilian. c. 40.
2. Lucii Episcopi Arianorum.
p Ruffin. l. 11. c. 3.
S. Hierony. in Chronico.
3 Valentis imperat. Ariani.

A impietatis rabie commemorandis si narrationis laxandæ quærantur habenæ, quis finis dicendi foret? Si quis horribilem contra SS. Monachos, tanquam furiosam tempestatem, quam duo sceleratissimi Episcopi hęretici ambo in monachos, monasteriaq; Seuerus Antiochenus patriarcha, & Petrus Apamæorum Episcopus immaniter excitarunt, audire velit, legat libellum, quem monachi Apamæi ad Episcopos eiusdem prouinciæ miserunt. Cuius lectura facta legitur [a] actione 1. Synodi quintæ generalis Iustiniano Magno regnante, in quo hæc de immanitate plusquā barbarica horum hæreticorum, contra SS. Monachos monasteriaque religiosè culta atque pie gubernata scripta leguntur. *Quanta & qualia differenter in venerabili domo victoriosi martyris Antonini perpetrata sint quæ natura rationē habens sine lachrymis enarrabit? Ita enim in consuetudinem venerat interficiendi Monachos*, Scilicet Seuerus impius hæreticus Episcopus, *Magnum lucrum putans* B *quod cunctis hominibus abominandum est, quod per sequaces suos, quos iniquè conducebat, interfecit venerabiles & orthodoxos monachos, qui ibidem in honore peragendæ celebritatis congregabantur: sicque cruētis manibus astabat altari.* Qua audita crudelitate sacro-sancta Synodus hos execrabiles hæretica crudelique simul improbitate contaminatos Episcopos Anathematis fulmine perculsos, suis eiectos sedibus exterminauit. [b] Leonis verò Isaurici, Constantini Copronymi, aliorumque Iconomachorum imperatorum ac principum cum solertibus suæ impietatis satellitibus in sanctos monachos barbaricas immanitates quis longissima posset narratione commemorare. Sed si missis antiquorum hæreticorum horrendis in C sanctos monachos immanitatibus, blasphemiis, impietatibus, in recentiora descendere tempora voluerimus, quis non obstupescet? Quis non erectis horrore comis execrabiles Ioānis Voicleffi, eiusqoe sectariorum in sacros religiosorum ordines, calumnias, odia, maledicta, blasphemias non iustè detestabitur? Cuiusnam pij Catholici animus ista sceleratissimi hæresiarchæ blasphemiarum, iniuriarumque portenta non horrebit oeminisse? Omnes videlicet sacros monachorum, regulariumque religiosorum ordines omnes ad vnum à dæmone in Ecclesiam fuisse introductos? Atque sanctissimos patres Ecclesiæ Augustinum, Benedictum, Bernardum, (horribile dictu) [c] ad profundissima miserrimaque in- D ferorū barathra vltore Deo præcipitatos, si pœnitentia, execrandum facinus tantumque nefas, (quod Monachi, patresque Monachorum extiterint) non expiaoerint. Quantis verò mendaciorum, calumniarum, blasphemiarumq; in sanctos Monachorum ordines monstris prodigiisq; sua Lutherus nefanda & execrabilia scripta fœdauerit, quis nescire potest, nisi qui plane hospes ac peregrinus in eius detestandorum operum lectione versatur? An non ille sceleratissimus apostata in Epithalamio illo obscænissimo, turpitudinumque fœdissimarum maculis sordidato scripsit, eos qui cœlibem vitam in monasteriis ducunt, corpora sua idolo Moloch immolare? [d] Statumque religionis nihil omnino valere, sed planè Ethnicum, terrenum, sæcularem, immundoque luto similem esse? An his minus portentosa sunt iniuriarum, maledictorum, blas-

Seuerus Antiochenus patriarcha, & Petrus Apamæus Episcopus hæretici in S. Monachos crudelissimi.

a Act. 1. concil. 5.

b Iconoclastarum crudelitates in S. Monachos

Horrenda Voicleffi iniuriarum portenta in S. ordinem Monachorum.

c Hæc in articulis eius postremis à Constantiēsi Concilio cōdemnatis.

Lutheri maledicta & blasphemia in S. Monachorum ordines.

d Luther in Epithalamio in c. 7 Epist. 1. ad Corinth.

A phemiarumque in sanctos Monachos plaustra, quæ execrabilis ab Ecclesiæ Dei sinu transfuga Caluinus horribiliter euomuit? Minimè gentium! [e] Sed superiorum contumelias atrocesque in sanctos Monachos iniurias auxit: modo monasteria lupanaria vocitans; modo vota Monastica retia Sathanę; Monachos verò omnes sophistas cucullatos, illos ab ipso sanctæ Ecclesiæ gremio discessionem fecisse impudentissimè mentiens, seque totos diabolo consecrasse mordicus asserere non dubitans. Philippus verò [f] Melancthon Apologia pro confessione Augustana; numquid vota sacra Monachorum solemnia, sanctasque constitutionum suarum leges ac regulas modo fatuas obseruaoones, modo simulationes hypocriticas, modos Pharisaicas traditiones, Ma- B humetanasque iniuriosè nominaoit? At quantus horror in nefandas illas sacrilegasque calumniandi improperandique voces intendere: quibus sanctissimam Angelisque similem veterum Monachorum Eremitarumque vitam, resque eorum nihil mortale sonantes centuriatores iniuriosissimi calumniosè nimis, contumelioseque lacerando vulnerauerunt, ore cordeque fœtido ista minimè perhorrescentes euomere. [g] *Sed quis non hæc hominum monstra execratur vt inimicos humanæ societatis, & contra totam secundam tabulam delinquentes?* Dies prius deficeret quam stylus, si illa omnia iniuriarum blasphemiarumque ab hæreticis in religiosissimum Monachorum regulariumque statum effusarum vellem nomina percurrere: ex quibus vt maxima super omne nefas hæretico- C rum impietas, furorque clarissimè conspicitur, sic contra sanctissima Monasticæ vitæ pietas, diuinique feruor amoris apparet, cuius salua & incolumis disciplina saluat imperium sæcularium principum: at destructa perdit in ruinamque profundit, vt [g] Fulbertus Carnotēsis nondum Episcopus ad S. [h] Abbatem Abbonem Galliæ ruinam hac occasione sic lugendo scribebat. *O derelicta! ô mœsta! ô desolata Galliarum Ecclesia: quæ iam erit spes salutis interior? Vbi amplius afflicta Christiani anima respirabit? Hoc nempe solum vel nos confortare videbatur, quod si contingeret ruinas manuum suorum scilicet ô Gallia, resarciri non posse, liceret saltem ad firmum adhuc Capitolium monasticæ vitæ confugere: Quod etiam si furibus irreptare, aut impune qui-* D *buslibet ambitiosis inuadere licet, proh dolor! Funditus cecidisti!* Hæc expostulando lamentabatur occasione tyrannicæ violentiæ, qua furens & audax Theobaldus Comes Carnotensis cognomento fallax, impium Monachum Megenardum ac transfugam contra omne ius Ecclesiæ, per summum nefas Abbatem monasterij Carnotensis, omnibus monachis reclamantibus, suamque eligendi Abbatem libertatem violari querentibus, intruserat. Hæc habui quæ breuiter angustoque tractatu de regularium Monachorumque antiquitate, nomine, natura, præstantia, deque insatiabili in eos hæreticorum odio dicerem. Vt ab illis sicut à cæteris clericorum Ecclesiasticorumque ordinis sæcularis gradibus, dignitaobusque Monarchici principis in Ecclesia maiestatem exaltari; eiusque à Christo Domino institutæ veritatem contra

e Caluin. l. 4. instit. c. 13.

Melancthonis iniuria in S. Monachos.

f Melancth. in Apol pro confessione August. articulo deuotis.

g Centuriatores Centur. 4. c. 10.

h Fulbertus Carnot epist. 1. ad Abbonē Abbatē Floriacensem.

Euersione monastica disciplina Gallia, aut quauis alia regio Christiana perit.

omnia hæreticorum, schismaticorum, libertinorum, aliorumque impiorum Ecclesiæ hostium sacrilegia, mendacia, & alia eiusmodi iniuriarum, calumniarum, blasphemiarumque monstra firmari, potenterque corroborari videremus. Videntesque tantum veritaris Christianæ fideique robur minimè dissimulando taceremus: sed vt par est, verosque decer Christianos in obsequium sedis Apostolicæ deuota libertate captiuatos, pręnobis tantam veritatis dominicę lucem ingenuè profitendo veneraremur. Ad finem huius libri vnius capitis additione properemus. A

CAPVT XIV.

Omnes Ecclesiæ tam sæculares, quam regulares sanctitatem & sublimitatem pontificiæ Monarchiæ suis officiis clamant, atque profitentur. B

1. *Omnes gradus & ordines, tam secularium, quam regularium Ecclesiæ ministrorum omnino à Romano dependentes Pontifice, eique subditi eius summam in Ecclesia introductam à Christo Monarchiam verè ac legitimè clamant.*
2. *Huius veritas maiestatis clarior, & pulchritudo fulgentior, & virtus potentior hac graduum Ecclesiasticorum bene ordinata varietate conspicitur.*
3. *Qua considerata in tanta perfectionis excellentia summitateque posita Rom. Pontificis maiestate, omnes verè Christiani, cuiuscumque sint sortis siue clerici, siue laici eius principis imperiis, cum magna reuerentia, & amore parere debent.* C
4. *Ad quos religiosè, piéque omnes inuitati cohortantur.*



NON magis in politico statu, magistratus, optimates, aliique nobiliores Reipub. regnique temporalis ministri suas dignitates, officia, potestates à summo Reipub. principe Monarchico acceptas, earumque virtutem vigoremque mutuantur, vt sub illius authoritate bene præsint: quam in Ecclesia Dei prælati, præsules, aliique in vtroque ordine Ecclesiastico seculari atque regulari pastores, atque præfecti à sūmo Pontifice Christi Domini in terris vicario, atq; dominationis Ecclesiasticæ Monarcha omnem suæ iurisdictionis, authoritatisque vim, efficaciamque deducere, eique acceptam referre creduntur. D Vt quæ notæ, atque signa summi imperii in principe laico, atque temporali dignoscuntur, eadem in principe Ecclesiastico Rom. Pontifice ad summum illius demonstrandum spiritale regnum, & imperium clarius innotescant. Qui de sūmi imperii iuribus professores politicę disciplinę disputant in principe reip. secularis, laicique principatus summo, hæc meri, supremique imperii iura obseruare, & agnoscere consueuerunt.

Nota ac signa meri imperij.

Primum vniuersis, ac singulis ciuibus leges posse dare, ac statuta præscribere. Ecclesiasticarum legum, quibus omnes Christiani teneotur, conditores esse, nunquid pluribus supra Romanos Pontifices ostendimus? Quarum legum quia conditor Papa, sicut suo tempore generalia concilia suo capite firmata, nunquid & vindex, & vt ratio postulabit dispensator haberi debet? ª Quo igitur ista Leonis magni ad optimum imperatorem Marcianum. *Priuilegia Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicenæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. In quo opere auxiliante Christo fideliter exequendo necesse est me perseuerantem exhibere famulatum. Quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit reatum, si paternarum regulæ sanctionum quæ in synodo Nicena ad totius Ecclesiæ regimen spiritu Dei instruente, sunt conditæ, me quod absit, conniuente violentur, & maior sit apud me vnius fratris voluntas quam vniuersæ domus Domini communis vtilitas.*

Iura maiestatis politicæ quæ: quibus similia in Ecclesia Pontificia maiestati attribuuntur.

Bodinus l. 1. de rep. c. 10.

a S. Leo ad Marcianum Epist. 54.

Dispensatio omnium legū Ecclesiasticarum Rom. Pontifici credita.

Secundum meri imperii ius est indicere bellum, pacem inire. Hęc ad literam non adscribam Rom. Pontifici, qui vt pastor Ecclesiæ, ac monarcha vniuersalis, sicut ipsamet Ecclesia, nescire debet sanguinem: sed spiritali sensu recte Rom. Pontificis auctoritati deberi profitebimur: nēpe spiritalia bella contra spiritalis nequitię principes tenebrarū, eorumque ministros peccatores grauissimos decernere, dum ab Ecclesia relegatos vt indignos ipsius suffragiis anathematis fulmine percellit, dumque verè pœnitentibus pacis oscula relaxat: & si iuxta literę vigorem ius illud vsurpare liceat: recte quidem, ac vere poterimus asserere Romani Pontificis incumbere potestati catholicis principibus filiis suis imperando, rogandoque suadere, vt contra hostes Ecclesię Christiana generositate in armis assurgant, ne ab hostibus illis magnum animarum dispendium Ecclesia patiatur: & si quando hostes illi coofitentes errata, sceleraqoe respuerint, cum illis pro bono Christianæ societatis amica pacis coniuratione sociari.

Ius 2. meri imperij quomodo & ad literam & mystice Ro. attribuitur Pontifici scilicet indicere bellum, & pacem inire.

Tertium ius in creatione magistratuum, aliorumque reip. ministrorum vel depositione situm, quàm optime quadrare in sopremam Rom. Pontificis authoritatem cumulatè libris soperioribus exposuimus: cū de illius potestate nooos Episcopos pastoresque creandi, eosdēqoe pro causa legitima deponendi disseruimus. Nec in quarto meri imperii iure valde laboramus, scilicet ab omnibus iudicum sententiis postremo ad summum prouocare principem: cum etiam de appellationibus à sententia omnium Ecclesiæ prælatorum ad Pontificis Rom. tribunal nimis fortasse multa dixerimus.

3. Magistratus creare, aut deponere.

4. Ius.

Quintum ius est veluti quarti iuris appendix, vel potius pars quædam, iniuria nempe damnatos contra vim legum, iudiciorumque liberare. Quod ius Rom. Pontificem sopeerius iure optimo exercuisse pluribus exemplis aperuimus. Sextum ius in fidelitate, obsequioque consistit, quod principi summo subditi omnes Dei iussu præstare tenentur: de qua fidelitate, obsequioque supremo in terris secundum Deum Rom. Pontifici ab omnibus Christianis exhibendo si salui esse velint, etiam multa superioribus libris commemorauimus. Quę fidelitas, obsequiumque sine grauissimo scelere, parique calamitate vltore Deo

5. Ius.

6. Ius.

prætermitti, contemnique non potest. Huius vltionis diuinæ in rebellantes principi, patrique fidelium omnium communi Ro. Pontifici, locuples heo nimium testis esse poterit schismaticus impius ille Seuerus nomine, Aquileiensis Ecclesiæ Patriarcha, qui sancti Gregorij Pontificis parere mandatis, & in Romana synodo cum aliis schismaticis Episcopis ad S. Pontificis iussa sistere renuens, in eam rebellionis audaciam, contra sanctissimum principem patrem vniuersalis Ecclesiæ, ciues Aquileienses impiè prouocans, incendium flammamque vrbi per hostes immanissimos Ecclesiæ Longobardos caussatus est. A quibus infœlix schismaticus, patriarchali sede spoliatus, incensa ciuitate profugus ad summam redactus miseriam vitæ, turpiter mendicando, consulere compulsus est[a], sicque eum miserè viuere & miserius in schismate animam miseram multa rebellionis in sedem Apostolicam scelera exhalare coegere. Septumum, vectigalia, & tributa imperare, prout publica necessitas, & vtilitas regni, reique publicæ manifesta postulabit. Hoc ius quoties exercuit in Ecclesia Rom. Pontifex, cum authoritate Apostolica misit per orbem Christianum qui à fidelibus populis liberaliter pecunias, & opes acciperent, quibus exercitus fideles crucis signo signati, & vexillo corroborati contra infideles Turcas, Saracenos, hæreticos, schismaticos, aliosque dominationis infensæ ministros sustentati, & enutriti præliarentur: vbicumque causa Ecclesiæ defendendæ, eius grauis necessitas, libertas, salus, & honor efflagitarunt. Quo bonorum Ecclesiasticorum spectant alienationes, solius Rom. Pontificis (qui est dispensator omnium Ecclesiæ facultatum, vt fidelis seruus quem constituit Dominus super familiam suam (authoritate facta: vt Ecclesiæ necessitatibus subueniretur, eiusque hostium superbi immanesque in illius efferati oppressionem conatus bellica fortitudine potenter eliderentur, atque à radice fracti conuellerentur. Hæc sunt præcipua meri summique iura imperij, vnius principis dominationi subditi. Quæ cum Romani Pontificis authoritati tradantur, eiusque spiritali maiestati subdantur, quid causæ esse potest: cur huic de summa ipsius sanctissimi Patris, ac principis in Ecclesia Dei Monarchia veritati consensum præbere deprecabimur? Cuius equidem Monarchiæ spiritalis in Rom. residentis Pontifice veritas clarior, facies speciosa formosior & pulchrior, virtusque potentior hac præclara, beneque ordinata omnium graduum, dignitatum, officiorumque Ecclesiasticorum tam secularium, quam regularium varietate conspicitur, & apparet.

Quam miserū non obedire Ro. Pontifici.

[a] S. Greg. l. 11 Epist 31. indict. 10 7. lus meri imperij.

Alienationes bonorum Ecclesiasticorum pro salute Ecclesiæ & tributa Ecclesiis imperare solius est Rom. Pontificis.

2. Pars. *Hac varietate bene ordinata Ecclesiasticorum gradus, & officiorum veritas Monarchia Ecclesia clarior, pulchritudo maior & virtus fortior apparet.*

Quamuis enim Ecclesia Christi Domini multorum sit congregatio, quæ ex hominibus cuiusuis sexus, conditionis, & ordinis, clericalis & laici, & ex clero regularis, & secularis exurgat, nulla tamen in ea confusio,[b] velut in antiquo cahos, nulla rudis indigestaque insignis ad deformitatem moles agnoscitur: sed rectissimè[c] velut castrorum acies ordinata, ideo principibus tenebrarum, ac ducibus Erebi terribilis. Propter quam membrorum, graduumque Ecclesiæ vni principi summo ac capiti subditorum varietatem bene, pulchrè, ac fortiter ordinatam, multis à Spiritu sancto præclaris hęc speciosa Christi Domini sponsa nominibus expressa: atque in sacris

[b] Ouid. l. Metam.
[c] Cant. 6.

A literis nobilitata patescit.[d] Hinc regnum, hinc[e] ciuitas, hinc[f] templum,[g] hinc domus Hebræorum, hinc[h] tabernaculum Dei, hinc[i] hortus conclusus,[k] hinc castrorum acies ordinata, dicta sancta mater Ecclesia, hac sanctorum ordinum, graduum, officiorum, ministrorumque Dei in vtroque campo regularium, secularium que clericorum varietate conclusa ad laicos omnes fideles pia iussa reflectens, ab vno summo principe visibili, sub eminenti Christi Domini virtute regnante gubernata. In quibus omnibus, quantus ordo, quantaque commissura rectè compacta copulatorum appareat, si quis rationes, caussasque deposcat[l] Doctorum melioris notæ, doctrinæque sublimioris catholicorum fontes adeat. Sed super alia nomina quibus bene B ordinata graduum Ecclesiasticorum varietas exprimitur, mihi valde placet corporis nomen, ab quo sancta Christi sponsa mater nostra ab Apostolo insignitur nobilitatur. Quod Ecclesiæ sanctę nomen præclare impositum esse mihi fortis potensque ratio suggerit.[m] *Quemam sicut in vno corpore multa, ac varia sunt membra*, à capite vigorem sensuum animalium post vitales à corde somentia, *nec illa omnia tamen vnum actum habent.*[n] Inquit Apostolus. Ita in corpora Christi quod est Ecclesia omnes fideles ipsius membra viua, non sunt pares authoritate, non similes officio, non æquales dignitate, vt eiusdē Apostoli vox, & oratio monet, eius Diuinam intelligentiam S. Gregorio his verbis exponente Nazianzeno[o] *Sunt oculi in Ecclesia, sunt pedes, sunt manus, id est sunt qui ab aliis dirigi, & ab his doceri debeant; sunt* C *etiam qui alios doceant & regant, pastores, & doctores, quos dedit Christus Ecclesiæ, & in perpetuo conseruat ad consummationem sanctorum in opus ministerij donec occurramus omnes in vnitate fidei, & agnitionis in virum perfectum, vt iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia, ad circumuentionem erroris, vt verbis loquamur*[p] *Apostoli.* Quibus omnibus membris corporis mystici, Domini, & gradibus ministrorum Ecclesię, quæ est illud corpus mysticum Domini, præsidet vt Monarcha supremus, successor eius in Apostolica sede, cui dixit Dominus,[q] *Pasce oues meas, & agnos meos*, scilicet doctores, & discipulos, prælatos & subditos, pastores, & mysticas oues, agnosque, scilicet superiores & inferiores, præsides & deuotas plebes. Qua considerata Rom. Pontificis in omnes fideles authoritate, magna omnes qui salutem animę suę omnibus priorem du-D cunt obedientia, feruoreque sancti obsequij in omnibus quæ Dei gloriam, pacemque reipub. Christianæ, Ecclesiæque disciplinę splendorem respiciunt, vicario Christi Ecclesię vniuersalis Monarchæ parere, obsequique iura danti magnopere tenentur. Hoc lex Ecclesiastica per os Agathonis[r] Papæ prolata his concepta verbis ordinauit atque decreuit[s] *Sic omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius diuini Petri voce firmatæ sint.*[t] *Qui perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad pastores*, scilicet Romanos Pontifices successores suos, vt ait Symmachus Papa, id est S. Petrus ad hoc dotem bonorum operum transmisit,[u] *Vt essent successores sui sua heredes bonitatis.* Propterea à tantæ maiestatis decreto recedere summum nefas.[x] *Si enim Rom. Pontifi-*

[d] Matth. 13.
[e] Matth. 5.
[f] 1. Cor. 3.
[g] Hebræorū. 3.
[h] Psalm 45. v. 5.
[i] Cant. 4.
[k] Cant. 6.
[l] Vide Turrecrem. l. 1 de Eccles. ca 31.
Corpus christi Ecclesia dicta.
[m] Ephes. 1.
[n] Ephes. c. 2. & 4. 1. corint. 12.
[o] S. Nazian. orat. de moderatione in disputa. habenda.
[p] S. Paul. Ephes. c. 4. v. 13.
[q] S. Ioan. 21.
3. pars iubenti Rom. Pontifici omnes parere tenentur.
[r] Agatho Papa Ep. ad omnes Episcopos, &c. rcan. Sic omnes dist. 9.
Meritas. Petri in posteros redundant.
[s] cau. Non nos dist. 40. c. 1.
Ex Symmacho Papa.
[t] Gloss. ibi. cum hæreditate.
[u] ca Si Romanorum 1. dist. 19.

cum decreto, cæterorum opuscula tractatorum approbantur, vel reprobantur, [a] dicebat Nicolaus Papa, *itaut quod sedes Apostolica probauit* [b] *hodie teneatur acceptum, & quod illa repulit; hactenus inefficax habeatur. Quanto potius quæ ipsa pro catholica fide, professis dogmatibus, pro varijs, & multifarijs Ecclesiæ necessitatibus, & fidelium moribus diuerso tempore scripsit, omni debent honore præferri & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus discretione, vel dispensatione magistra reuerenter assumi?* [c] Iustissima ratio Papæ, velle suis scriptis pro fide catholica, Ecclesiæ disciplina, fideliumque moribus editis Apostolicam authoritatem suffragari, cum aliorum operibus per eam opitulari non dedignetur. Cum absurdum esse alius, & non sibi opitulari Iustinianus imperator suo ad Iulianum prætorio [d] præfectum rescripto indicauerit. Eminentiam dignitatis, atque primatus Rom. Pontificis ab omnibus Ecclesiæ gradibus, & Christianorum ordinibus summum desiderare, ac suo iure vendicare obsequium obedientiamque, ita alibi [e] Nicolaus Papa ad omnes rescribens Episcopos ostendit. [f] *Nemini est de sedis Apostolicæ iudicio iudicare: aut illius sententiam retractari, permissum, videlicet propter Romanæ Ecclesiæ primatum Christi munere in Beato Petro Apostolo diuinitus collocatum.* Hac eminentia supremæ in Romano Pontifice potestatis affectus, fretusque [g] sanctus Hieronymus solum Romani Pontificis iubentis, non disputantis iudicium, non argumenta requirebat: vt sibi dicendarum, vel tacendarum hypostaseon auctoritas, facultasque donaretur. Quod si ordinatione Diuina [h] in veteri testamento Iudaicus populus in dubia ac perdifficili controuersia summi Pontificis illo tempore regnantis iudicio stare, atque non argumenta, sed extremam rei iudicandæ sententiam expectare iuberetur: Quid mirum si Christi Domini iussu, fideles omnes in hac lege noua imperiis statutisque Romani Pontificis in omni de spiritalibus lite consentire, & acquiescere teneantur? Hoc Ludouico Crasso Francorum Regi sanctus Bernardus firma volens obedientia suggerere dicebat. [i] *Decreta illius* (scilicet Papæ) *seruanda sunt.* Iuo vero Carnotensis quid loquens Vrbano 2. de hac obedientia profitebatur. [k] *Non est meum*, inquit, *intrare aduersum vos in iudicium: malo Episcopatum renunciare quam iram vestram iuste vel iniuste sustinere. Hæc satisfactio si placuerit vestræ paternitati, placet & meæ paruitati. Hanc si placet accipite, si plus placet plus addite. Si desisto vester esse seruus*, scilicet Episcopatum relinquendo si iusseris, *non desistam vester esse discipulus*, scilicet vitam priuatam ab Episcopali sarcina liberatus agendo. Hæc insuper adiiciens: *Et sicut expertus sum ante Episcopatum, plus potero prodesse in Ecclesia exemplo priuatus quàm verbo prælatus.* At quam fuerit constans, & feruens in obseruanda hac æterna obediendi summo Ecclesiæ principi, rectorique disciplina, sanctus Bernardus hæc illius ad Honorium Papam præclara testantur eloquia. [l] *Tenendum irrefragabiliter quidquid præcipitis: Sperandum indubitanter bonum de omni re, quam decernitis.* Sciebat videlicet abbas religiosissimus, quid longè ante secula sua [m] sanctus Hieronymus Damaso Papæ dixerat, *Si quis cathedræ Petri*

[a] Nicol. 1. Ep. ad Archiepisc. & Episc. Galliæ.
[b] Can. hæc est fides 24 qu. 1. can. veniamus 35. qu. 9.
[c] Glossa in casu ibi.
[d] L. Nuper circa finē c. de naturalibus liberis.
[e] Nicolaus 1. ad omnes Episc. Epist.
[f] Can. Nemini 17. qu. 4.
[g] Epist. ad S. Damasū quæ est 57.
[h] Deut c. 17.
Argumentum à minori.
[i] S. Bernard. Epist. 47. ad Ludouicum Regem.
[k] Iuo Carnot. Epist. 68.
[l] S. Bernard. Epist. 50.
[m] Epist 58. ad

A *iungitur, meus est. Nam quod stipiti rami, quod capiti membra, quod radij soli, quod fonti riuuli, hoc Apostolicæ sedis eminentiæ debent Ecclesiæ omnes* (& qui his, vt matribus filij, subditi sunt fideles) *quas vbique terrarum religio Christiana fundauit*, [n] aiebat Petrus Blesensis. Quis sanè mentis, ac Christianæ cultor fidei, in omnibus huius Ecclesiastici principis, ac Monarchæ iussa capessere, vt effectu colat non magnopere pro sua salute desideret? In quem tot dotes animi, tot virtutes rectè dominandi, tot dona subditos saluandi, tot arma spiritualia, neruos, viresque hostes suos debellandi Christus Dominus deriuare, atque transfundere dignatus est? Quæ omnino sanctus Bernardus more suo diuinitus expressit sic Eugenium Papam, suum quondam discipulum reue-

B -renter affando. [o] *Considera te esse formam iustitiæ, sanctimoniæ speculum, pietatis exemplar, assertorem veritatis, fidei defensorem, doctorem gentium, Christianorum ducem, amicum sponsi, sponsæ paranymphum, cleri ordinatorem, pastorem plebium, magistrum insipientium, refugium oppressorum, pauperum aduocatum, miserorum spem, tutorem pupillorum, iudicem viduarum, oculum cæcorum, linguam mutorum, baculum senum, vltorem scelerum, malorum metum, bonorum gloriam, virgam potentium, malleum tyrannorum, regum Patrem, legum moderatorem, canonum dispensatorem, sal terræ, orbis lumen, sacerdotem altissimi, vicarium Christi, Christum Domini, postremo Deum Pharaonis.* Hunc in tot virtutum maximarum, potentiarumque vertice à Salua-

C -tore nostro collocatum contemnere, eius non revereri maiestatem, eiusque imperia detrectare, quale crimen! atque inde quam sit funestum & miserum, si quis se nescire dicat, audiat eundem Sanctum, mellifluumque doctorem, hæc in eodem capite terribiliter effundentem. [p] *Vultus eius super facientes mala, timeat spiritum iræ tuæ, qui hominem non veretur, & qui gladium non formidat: Timeat orationem qui admonitionem contempsit. Cui irasceris tu, Deum sibi iratum, non hominem putet. Qui te non audierit, auditurum Deum, & contra se paueat.* Audiant ista omnes principes terræ, & ad hæc cum honore & reuerentia paueant qui præsunt populis, vt cum prospere, & pacificè in terris sceptra possederint, in æternum postea in cœlis cum Christo regnare possint. Obedire Christo Domino in persona sui vicarij voluntaria promptitudine & ardenti charitatis affectu as-

D -suescant, atque sic suos omnes subditos exemplo magis quam edicto in hanc Pontificiæ maiestatis reuerentiam, obsequiumque deducant. Vt cum pastoribus animarum Ecclesiæ dignitates, & officia spiritalia possidentibus hunc Christi Domini vicarium summum in Ecclesia principem, maximumque suarum sicut omnium fidelium agnoscentes animarum Patrem, summoque prosequentes honore, sub vexillo scilicet crucis Christi Domini virtutibus armati, de omnibus Dei Ecclesiæque sanctæ hostibus prælia Dei Sabaoth generositate Christiana præliati, gloriose triumphent, victoriarumque sanctarum hic diu cum alta pace fructibus gauisi, post hanc vitam vna cum populis sibi in terra à Deo creditis diuina cœlestis & æternæ gloriæ corona decorentur. Sed tot, tantis-

[n] Epist. 200. *Pulchra descriptio perfectionum à Christo Domino suo collata, rum vicario Rom. Pontifici.*
[o] S. Bernard. l. 4. de considerat. ca. vlt.
Quantum crimen malumque Rom. Pontificem contemnere.
[p] S. Bernard. l. 4. de considerat. ca. vlt.
Exhortatio ad omnes fideles principes & populos vtriusque fori vt sanctissimum omnium fidelium patrem religiosissime colant.

Dicenda libro sequenti.

que sublimium virtutum elogiis, tot perfectionum præconiis, tot diuinis & immortalibus honoribus, quibus omnes verè Christiani vtriusque fori principes & populi Sanctissimum omnium fidelium parentem Christi Domini in terris vniuersalem quoad spiritualia vicarium spiritualium omnium Christianorum Monarcham, vt filij omnes obsequentissimi religiosissimè mactant, atque maxima cum pietate venerantur, quę enormia iniuriarum atrocissimarum, calumniarum blasphemantium, mendaciorum sacrilegorum, odiorumque immanium plaustra, monstra, portentaque sceleratissimi homines, Dei Ecclesiæque immortaliter inimici, publicæ pacis perturbatores infestissimi, non tam verbo, quam opere catholicorum regnorum hostes, opponant: quibus sanctissimam huius spiritualis fidelium omnium Monarchæ maiestatem iniuriosissimè prostituunt. Iam tempus est, vt diligenter attendamus, & huiusmodi impietatum fœtores, religionis interitum, pacisque publicæ immanissimè spirantes, aperiamus atque detegamus. Quod nos sequenti libro cumulatè facturos Deo benè propitio, atque miserante confidimus.



SECVNDÆ PARTIS

LIBER SEXTVS

CONTRA MONARCHOMACHOS Ecclesiasticæ Monarchiæ infestissimos, ac perniciosissimos hostes hæreticos, atque schismaticos, non minus Regiæ, quam Pontificiæ maiestatis læsæ reos, se vere Antichristi ministros, ac præcursores immanissimos exhibentes, dum Christi Domini vicarium, eius sponsæ Ecclesiæ caput visibile, atque œcumenicum Monarcham, odiis, iniuriis, blasphemiis, mendaciis, omnique maledicendi, nocendique furore persequuntur.

CAPVT PRIMVM.

Diabolus non prius introduxit hæreses, ac schismata in orbem terrarum contra Ecclesiam Dei vnicam Christi Domini sponsam immaculatam, quam eorum odium, ac bellum suo coniunctum, contra summum pontificem eiusque supremam in Ecclesia Dei dignitatem.

1. *Pro procemio, tempus loquendi contra hostes Dei vicarij Ecclesiæ eius, curque diabolus hæreticos, ac schismaticos à principio nascentis Ecclesiæ contra Rom. Pontificem crudelissimè concitauerit.*
2. *Diabolus hæreticorum, ac schismaticorum Pater, ex quibus hominibus hos conflauit, quorum in Romanam sedem eiusque pastorem execrabile semper fuit odium.*
3. *Hæretici, sicut schismatici semper infestissimi Romani Pontificis hostes fuisse perhibentur, & vnde tantum, tamque immane odium.*



AM cum superioribus libris sanctitatem supremæ in Ecclesia Dei potestatis, eminentem honorem, gloriam, virtutes magnas, atque multiplices, à Christi Domini diuinitate profectas, Ecclesiasticę maiestatis in Rom. Pontificis per-

A sona, ipsius Christi Domini decreto constitutæ quamplurimis dicendi rationibus, ac modis extulerimus. Causa Dei, atque Catholicæ, Apostolicæ, Romanæque Ecclesię defensio à nobis suo iure deposcere iubendo videtur: vt venenum aspidum sub labiis impiorum Dei, sponsæque eius hostium, odia videlicet, blasphemias, iniurias atroces, horrenda mendacia, sacrilegosque Monarchicam Rom. Pontificis, in interitum religionis fideique Christi Domini maiestatem furiosè destruendi conatus, mille dolis fraudibusque circumuallatos, oratione nostra, non immerito gemente, atque tot execranda, nefandaque commemorare perhorrescēte detegamus: quę solum animus meminisse horret luctuque refugit. Sed B quia agitur Dei, Christique Domini gloria, & voluntas, agitur Ecclesiæ eius sponsę deffensio, agitur vicarij Christi ac omnium fidelium parentis, maiestatem circa spiritualia Monarchicam protegendi necessitas, agitur Catholicorum regnorum conseruatio, agitur denique Christianorum populorum salus ab immanium diaboli ministrorum furoribus crudelitatibusque vindicanda: propterea minime nobis tacendi tempus est, sed loquendi, & vt cum magno [a] Basilio contra Eustathium apostatam, impiumque hypocrytam cuniculis Ecclesiam Dei persequentem tristè loquar. *Quoniam abunde satis silentium hactenus præcessit, opportunum deinceps erit, vt ad patefactionem eorum quæ ignorantur os nostrum aperiamus.* C Quod si antea ad hunc vsque diem [b] *facti, fuerimus sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones*, nunc crescentibus in dies nefandis contra patrem fidelium sanctissimum, contra sponsam Christi Dei immaculatam, contra augustiora nostrę sacra religionis, contra denique ipsius Christi Domini, Deique omnipoten-

Exprimendi necessitas scelera inimicorũ Ecclesiæ, & eius pastoris œcumenici magnum cordis paris dolorem.

1. *Æneid.*

a Epist. 76 ad Eustath.

b Psalm. 77.

Contra scelera improborũ Dei, Ecclesiæque hostium altius & vehementius loquendũ quàm vnquam.

tis honorem, ordinationem, iussaque, furoribus, & immanibus ausis, in profundũ pectoris dolorem, quem incussit Pontificiæ maiestatis oppressio inclusum tenere diutius non valemus. Si nos Galli [a] saperemus, & vt quondam, non tam nomine quam reipsa Christianissimi, nouissima prouidentes, renouati spiritu mentis nostræ ad thronum gratię Dei vitiis expurgati, mundatique salutari pœnitentiæ lauacro reuerteremur: hæc omnipotentis ac misericordia infinita fęcundissimi Dei, iudicia sub nomine Niniuæ sceleribus ingurgitatæ, contra meretricem spiritalem, hæresim horroribus schismatum, & aliarum improbitatum fętoribus nefariè sociatam, pro consolatione iustorum atque stabili regni Christianissimi prosperitate suauiter audiremus. [d] *Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam in gentibus nuditatem tuam, & regnis ignorantiam tuam, & proiiciam super te abominationes, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum. Et erit omnis qui viderit te, resiliet à te: vastata est Niniue* (id est hæresis magna carnalium meretrix) *quis commouebit super te caput?* &c. Sed quo res cumque cadent, sedet, æternumque sedebit in Ecclesia Dei vsque ad consummationem seculi Romani Pontificis authoritas, licet variis oppressa persecutionibus, ac semper cum Regio Propheta dicet, [e] *Paraui lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione, super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.* Opus diabolicum est non prius hęreses, schismata, aliasque impietatis factiones in orbem tanquam furias ex inferis erumpentes introducere, quam eas in sacrosanctam Christi Domini verbo potentissimè firmatam Pontificis Romani maiestatem furenter armare, quare hoc? Quia nimirum inimicus ille homo infernalis animarum prædo, Ecclesiam Christi Domini deuorandi perdendique insano desiderio, crudelitateque furit infinita, necnon insatiabili siti ouium Christianarum sanguinis efferatur. Quam immanissimis stragem excessibus nisi extincto gregis Dominici pastore, nisi amputato, atque contrito Dominici corporis, quod est Ecclesia capite visibili, se moliri patrareque posse diffidit. [f] Hoc vt agat, & ad votum crudeliter immanissimus animarum hostis, & carnifex operetur, horribilem aspectu vultum suum in angelum lucis transformare satagit, atque execrabiles hæreseos errores fallacibus schismaticorum, libertinorumque, pietatem Christianam fraude nefanda simulantium sermonibus aspergere, *ne*, vt loquitur Vincentius Lyrinensis, *fœtorem exhalent*, quo simplices Christianorum mentes à sui dominatus arceri tyrannide vereretur. At Palinuri apud Virgilium prudens experientia, tanquam cynosura animorum nostrorum limet oculos.

——— Mene huic confidere monstro?
Æneam quid enim credam fallacibus austris,
Et cœli toties deceptus fraude sereni?

Millies perire satius esset, quam huic monstro, eiusque ministris confidere.

Iam ferus Æthnæos Cyclopum Iuppiter ignes
Increpet, & vastos quatiat, vibretque fragore
Densa per attonitas rutilantia fulmina nubes.

Nihilominus potenti, ac principali Christi Domini virtute corroboratos, & à societate huius infernalis, teterrimiq; monstri disiunctissimos nos

a Deut. 32.
b Paul. Hebr. v. c. 4.
c Nahum. c. 3. v. 4.
d Nahum. c. 3. v. 5. 6. 7.
e Psalm. 131.
Opus diaboli est simul hæreses, & schismata in mundũ introducere & contra Rom. Pontificem eas armare.
f S. Paul.
Diabolus se in Angelum lucis efformat vt fallat.
Vincentius Lyrin. l. contra falsas hæreticorum nouitates.

A [g] *si fractus illabatur orbis impauidos ferient ruinæ.* Simulatque diabolus, atque Satanas Simonem magum, suum inter Hæresiarchas, hereticosque filium primogenitum, vt loquitur [g] sanctus Ignatius, erroribus ex abysso inferorum prodeuntibus inquinatum, suæ abominationi peperisset: hunc illico contra principem Apostolorum primum Christi Domini vicarium, atque Ro. Pontificem sanctum Petrum atrociter armauit, primò Samarię, deinde Romæ. Vt sicut in principio mundi. [h] *Factum est prælium magnum in cœlo sanctusque Michael cœlestis militiæ princeps, & Angeli eius præliabantur cum dracone, scilicet Lucifero, & draco pugnabat & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in cœlo*, &c. Sic in principio nascentis Ecclesię prælium magnum factum in terra inter hunc primogenitum Satanæ primum omnium Hęresiarcharum, & B principem Ecclesiasticæ militiæ sanctum Petrum, primum Romanum Pontificem, sed non præualuit Hęresiarcha hic Diabolicus, sed enixus volatum in aëra, oratione sancti Petri ex alto in terram delapsus pedibus cruribusque cõfractus, execrabilem animam postea confusus, & inops virium, non prauitatum fidei, non doli, sempiternas subituram pœnas exhalauit. De cuius apostatę primogeniti Satanę à sancto Petro deuicti mira sancti Patres [i] Clemens, [k] Cyrillus Hierosolymitanus, [l] Epiphanius cum [m] Eusebio & [n] Philastrio, [o] sanctus Augustinus Maximus [p] Taurinẽsis memoriæ prodidere. At destructo hoc primogenito Satanæ, & primo hæreticorum omnium Patre post Iudam Iscariotem (qui primus in Pontificis maximi futurorum bonorum Christi C Domini necem proditione diabolica erupit armatus, & hostis aduolauit) diuinis sancti Petri armis subiugato atque destructo non quieuit sceleratissimus humani generis inimicus, quin semper per filios suæ abominationis hęreticos, schismaticos, tyrannos, infideles, & alios solertes suæ impietatis satellites, rectores Ecclesię Dei in sede Apostolica, post sanctum Petrum regnantes feralibus armis adoriretur. Vt his destructis, & tanquam capite à corpore auulsis, facilius immaculatam Christi Domini sponsam omnium prole fidelium fœcundatam, veritatis columnam, fidei sequestram catholicæ, diuinæ fontem, scriniumque religionis, & vnicam humanæ arcam, salutis Ecclesiam in extremæ profundum ruinæ facilius ab ipsius incunabulis posset effuodere. Hoc illud est de quo sanctus [q] Clemens tertius post magistrum sanctum Petrum vniuersa-D lis pastor Ecclesię magno cordis dolore perculsus vehementer his verborum lamentis expostulabat. *Diabolus inuidens sanctæ Dei Ecclesiæ excitauit in nos ærumnas, & persecutiones, perturbationes, blasphemias, schismata, hæreses. Nam populum illum propter Christum interfectum sibi subegit, nos qui ab eius vnitate recessimus variis modis tentat vt olim* [r] *Beatum Iob. Nam & summo Pontifici Iesu filio Iosedec restitit, & nos sæpe cribrare voluit vt deficeret fides nostra, sed magister noster illum in iudicium adducens dicebat, increpet in te Dominus diabole, qui elegit Israel.* Quid vero alterius Apostoli Sancti, nimirum Ioannis discipulus S. Ignatius, eodem quo S. Clemens seculo viuens de eadem immanissima, & atrocissima Diaboli contra Ecclesiam Dei, eiusque œcumenicos pastores, aliosque diuersis in locis orbis

Cristiani

Simo magus Satanæ dictus primogenitus.
g Epist. ad Trallianos.
h Apoc. c. 12. v. 7.
Victoria S. Petri de Simone Mago præstigiis Dæmonũ in aëra volante.
i Clemens l. 6. const. ca. 9.
k Cyril Hier. catec. 6.
l Epiphan. hæres. 21.
m Euseb. l. 2. c. 14.
n Philast. de hæres. cap. 3.
o S. Aug. Ep. 86 ad casulanum.
p Maximus Taurin Ser. 5. in natali Apost. SS. Petri & Pauli.
Diabolus Pater hæreticorum, & schismaticorum quanta per eos sicut per tyrannos contra nascentem Ecclesiam & primos eius pastores S. Petri successores calamnitatum portenta excitauit.
q S. Clemens l. 6. const. c. 5.
r Iob. 1. & 2.
Nota Diabolum conari tentare, ac cribrare Rom. pontifices, vt S. Petrum, viuente adhuc domino tentarat.

Christiani sub illorum authoritate fidelium populorum saluti prospicientes persecutione per hæreticos, schismaticos, aliosque societatis humanæ carnifices tristè conquerendo iudicauerit: si quis intelligere desideret audiat ista ad Philippenses epistolæ: *Iudæis diabolus auxiliatur ad negationem crucis, Græcis ad calumniam magiæ, hæreticis ad imaginationem. Varius est enim malorum dux, animi seductor, inconstans sibi ipsi contrarius, & alia quidem suggerens, alia vero ostentans. Sapiens est enim ad malefaciendum; quod autem est bonum ignorat, ignorantia refertus est, voluntaria dementia. Quo enim modo eiusmodi non sit, qui ne rationem quidem, quæ sese palam ostentat cernat? &c.* Sed quam clare Tertullianus, antequam ad hæreticorum castra proditor fidei transuolasset, omnes hæreses, & schismata contra Ecclesiam Dei, eiusque sanctos pastores diabolum excitasse demonstrat, cum ait. [a] *Quæritur à quo intellectus interpretetur eorum quæ ad hæreses faciant. A diabolo scilicet, cuius sunt partes interuertendi veritatem, qui ipsas quoque res sacramentorum diuinorum in idolorum mysterijs æmulatur. Tingit & ipse quosdam vtique credentes, & fideles suos expiationem delictorum de lauacro repromittit.* Et post multa sic hæreseon omnium sicut idololatriæ ad perturbandam opprimendamque Ecclesiam Christi Domini patrem diabolum esse concludit: [b] *Et ideo neque à diabolo immissa esse spiritualia nequitia, ex quibus etiam hæreses veniunt, dubitare quis debeat? Neque ab idololatria distare hæreses, cum & authoris, & operis eiusdem sint cuius est & idololatria.* Tempore S. Cypriani contra sanctum Cornelium Romanæ sedis, & Apostolicæ præsulem in Africa Nouatum, & Nouatianum qui se Romanum Pontificem auso mendaci, & scelerato iactabat furentes audacia, scelus anhelantes, omnes perdendæ religionis contra Dei Ecclesiam eiusque pastorem visibilem machinas nefarie molientes diabolus excitauit. Vnde illa sancti Cypriani ad Cornelium Papam. [c] *Sed & Gentiles, & Iudæi minantur, & hæretici quotidie furiosa voce sectantur venenotam rabiem suam, & omnes, quorum pectora, & mentes diabolus obsidet. Non tamen idcirco cedendum est, quia minatur, aut ideo aduersarius, & inimicus maior est Christo, quia tantum sibi vendicat, & assumit in seculo, &c.* Cum autem hæreticos diabolus ad persequendum Ecclesiam Dei, eiusque pastores superbiæ rebellionisque semine progeneret, atque de hominibus quondam in Ecclesiæ gremio per fidem residentibus moliatur, si quis scire desideret de quibus hominibus ab ipso hæretici conflentur, vt nati suæ impietatis rabiem contra Christum, & sanctos eius vicarios, & pastores, fædius atque turpius euomant, adeat sanctissimi patris Augustini diuinæ doctrinæ fontes, in quibus ista ab illo exhauriet. [d] *Ex his hominibus hæretici fiunt, qui etiam si essent in Ecclesia nihilominus errarent.* Ex quorum improbitate, malisque intentionibus hoc Deus bonum expiscari solet, vt eorum rebellionibus, furiosisque conatibus, Ecclesiæ pastores ad vigilandũ super greges suos de profundo desidiæ somno expergiscant. Quod his verbis sanctissimus ille pater sequentibus ostendit. [e] *Cum autem foris sunt*, scilicet hæretici, *plurimum prosunt, non verum docendo, quod nesciunt, sed ad verum quærendum carnales, & ad verum aperiendum spiritales Catholicos excitando;*

S. Ignatius epist. ad Philippenses.

Diabolus hæreses & schismata in cordibus improborum ad interitum Ecclesiæ ac sedis Apostolicæ plantat.

a Tertul. l. de præscript.

b Tertul. ibid.

c S. Cypr. l. 1. epist. 3.

2. Pars. De quibus hominibus diabolus hæreticos conflare solet.

d D. Aug. l. de vera religione c. 8. t. 1 p. 303. d. 1.

Hæretici per occasionem nõ cogitando nec volendo quid boni causantur

e S. Aug. de vera relig. c. 8. 303. 1. d.

A *sunt enim innumerabiles in Ecclesia sancta Deo probati viri, sed manifesti non fiunt inter nos, quandiu imperitiæ nostræ tenebris delectati dormire malumus, quam lucem veritatis intueri. Quapropter multi, vt Dei diem videant, & gaudeant, per hæreticos de somno excitantur.* Post hæc sic concludit. [f] *Vtamur igitur etiam hæreticis, non vt eorum approbemus errores, sed vt Catholicam disciplinam aduersus eorum insidias asserentes vigilantiores, & cautiores simus, etiamsi eos ad salutem reuocare non possumus.* Sed vt eo vnde deflexi-mus redeamus, ab omni æuo crescentis Ecclesiæ ac in moltis terræ plagis propter incolarum scelera decrescentis, inimicitiarum, odiorum, calumniarum, furorumque hæreticæ factionis virulentus in Romanam Ecclesiam, sedemque Apostolicam, impetus, & ardor insa-
B niens apparuit: quo spirituales adulteri, sedem hanc maiestatis Ecclesiasticę destruẽtęs si possent, constantissimam Christi Domini sponsam non habentem rugam, nec maculam fœdissimis falsissimisque calumniis deturpando perderent. Quæ res clariori veritatis luce, quam hoc sancti testimonio Gregorij manifestari non potest. [g] *Quod sub quodam velamine abusiuum hæretici semper Ecclesiasticæ vnitatis bonum confuderint, hinc patet quia trium capitulorum occasione reperta* (scilicet damnatorum in quinta synodo œcumenica) *Ecclesiasticam disciplinam fugiunt, & de suis carnalibus actibus reprehendi pertimescunt, subesse sedis Apostolicæ præceptis nolunt, & nos quasi de fide reprehendunt, quam ipsi nesciunt; & dum neque in fide recti sunt, neque in bonis operibus intenti student, vt certare pro fide videantur, sic-
C que fit, vt quotidie deteriores fiant, dum in eis culpa grossescit, quæ quasi zelo feruoris videri etiam laudabilis appetit.* Sed apertius adhuc manifestiusque hanc hæreticorum rebellionem, & odium insanabile in Apostolicam sedem ante sanctum Gregorium [h] Gelasios primus expressit, hæc in commonitorio ad Faustum magistrum legatum Constantinopolitanum rescribens; *Non mirum si hæretici sedem beati Apostoli Petri blasphemare præsumunt, qui talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt, & nos insuper superbos esse pronunciant: & cum eis prima sedes quidquid est pietatis non desistat offerre, illi eam suo proterno spiritu subiugare se posse confidant. Sed captos mente ista facere non mirum est: sic phrenetici solent medicantes quosque velut hostes putare, vel cadere.* Et quamuis inter se ancipiti furoris con-
D tentione distracti de suis erroribus digladiari soleant; tamen animis peruersis concordes existunt, cum in sacrosanctum Ecclesiasticæ Romanæque maiestatis thronũ nefaria coniuratione conspirandum est. Quos omnes errorum contrarietate dissidioqoe pugnantes iusta execratione Ecclesia mater abominatur. *Non enim ideo*, dicebat Leo magnus, *excusabilis videri aliqua eorum falsitas potest, quia ipsi sunt in sua peruersitate contrarij. Nam cum Nestorium Eutychetis discipuli detestentur, & Eutychen anathematizent Nestorij sectatores (& sic de reliquis) Catholicorum iudicio pars vtraque damnatur, & ambæ simul hæreses à corpore Ecclesiæ resecantur, quia neutra falsitas nobiscum potest habere concordiam, nec inter est quo sacrilegio discordent, cum id quod prauissimè sentiunt nec authoritas Euangelij, nec ratio recipiat sacramenti.* Sed odiorum in sedem Apo-

f S. Aug. ibid.

Hæretici et schismatici semper Romanorum Pontificum hostes iniuriosissimi.

g S. Greg l. 7. regist. epi. 53. ad Secundinum.

h Gelasius 1. in commonitorio ad Faustum legatũ Constant.

Hæretici inter se discordes pro persequenda sede Apostolica, Ecclesiaque Christi Domini vniũtur, sed omnes execratur Ecclesia.

i S. Leo epist. 60. ad Maximum Antiochenum episcop. loquens de hæreticis.

Pars 3. Vnde tantum odium hæreticorum, & schismaticorum in Rom. Pont.

stolicam, Romanosque Pontifices, vnde causa tantorum in animis hæreticorum, atque cognatæ cum illis improbitatis schismaticorum tā altis semper radicibus insedit? Quia fuit semper Romani Pontificis proprium hæreticos toto terratum orbe grassantes Apostolicæ sententiæ fulmine conterere, eorumque errores, impiaque dogmata in infernum præcipitantia condamnando destruere. Huius rei testem appello S. Hieronymū, ita ad Demetriadem [a] virginē scribentē. *Dum esses paruula, & sancta ac beatæ memoriæ Anastasius Episcopus Romanam Ecclesiam regeret, de orientis partibus hæreticorum, sæua tempestas simplicitatem fidei qua Apostoli voce laudata est, polluere, & labefactare conata est: sed vir ditissimæ paupertatis, & Apostolicæ solicitudinis statim noxium perculit caput, & sibilantia Hydræ ora compescuit. Et quia vereor, imo rumore cognoui in quibusdam adhuc viuere, & pullulare venenata plantaria, illud te pro charitatis affectu præmonendam puto, vt sancti Innocentij, qui Apostolicæ cathedræ, & supradicti viri successor, & filius est, teneas fidem: nec peregrinam quamuis tibi prudens, callidaque videaris doctrinam recipias.* Sanctus Augustinus tantum authoritatis Romano Pontifici in damnandis hæreticorum erroribus tribuendum esse credidit, vt, quamuis in variis diuersarum prouinciarum conciliis Pelagiana hæresis, quæ toto fere orbe suæ pestiferæ impietatis in interitum animarum fætores exhalauerat, damnata conuictaque fuisset; illam tantum suo iudicio non euidenter ab Ecclesia separatam, penitusque pro hæresi confirmata conuictam esse credidit, donec Romani Pontificis sententia, supremi vigoris, in huius Pelagianæ hæresis, sicut aliarum extirpandæ condemnatione interuenisset. Sic enim in suæ confirmatione fidei, ac iudicij ad Hilarium Episcopum scribit. *Noua quadam hæresis inimica gratiæ Christi contra Ecclesiam Christi conatur exurgere, sed nondum euidenter ab Ecclesia separata est.* Quid ita? Quod nondum Romanus Pontifex sanctus Innocentius in huius hæresis interitum condemnationis decretum, sententiāque protulisset. Vnde hæc in eadem epistola subiunxit. [c] *Iam enim cum ista scriberem cognoueramus in Ecclesia Carthaginiensi aduersus eos*, (scilicet Pelagium, & Cælestium eorumque sectatores hac erroris contagione pollutos) *Episcopalis concilij conditum fuisse decretum, per epistolam sancto, & venerabili Papæ Innocentio dirigendam* (nondum scilicet) *& nos de concilio Numidiæ ad eandem Apostolicam sedem iam similiter scripseramus.* Sed & ante has Africanæ Ecclesiæ synodos in quodā Palestinæ concilio, cætuque orientalium Episcoporum ipsamet Pelagiana impietas pro hæretica conuicta, reprobataque fuerat, quamuis ipse Pelagius in hac synodo se absolutū esse gloriaretur, vt sanctus ibi memorat Augustinus, sed falso, nihilominus nondum fuit illa hæresis, vt loquitur sanctus Augustinus, *euidenter ab Ecclesia separata*, quia nec adhuc sedis Apostolicæ, Romanique Pontificis decretum ore supremi prolatū principis aduenerat. An non in huius rei confirmationem de nonnullis Pelagianis ab errore suo reuocatis, vt fama erat, inque gyrum matris Ecclesiæ reuersis, hæc scribit sanctus Augustinus? [d] *Nonnulli eorum antequam ista pestilentia manifestissimo etiam sedis Apostolicæ iudicio damnaretur, vo-*

a S. Hier. ep. 8. ad Demetr. virg. c. 9.

Ab omnibus hæreticos ab inferis erumpentes Pont. Rom. authoritas persecuta est, atque damnatos eorum detexit, & detectos conuulsit errores.

b S. August ad Hilarium Episc. ep. 94.

c S. Aug ibid.

d Epist. 104. ad Sixtum.

A *bis innotescere potuerunt quos nunc repente reticuisse perspicitis, sed vtrum sanati sint sciri potest. Satis tamen territos ipsa taciturnitas monstrat.* Tantū valuit Rom. Pontificis authoritas erga læsos in fide, vt solo Apostoli, Pōtificijque iudicij metu perterriti sua ora obstruxerint, ne amplius iniqua loquerentur, erroresque suos vel eiurauerint, vel saltem eos publicè defendere non præsumpserint. Vnde alibi de hoc Pelagianæ impietatis, errorisque hæretici fætore loquens Beati Innocentii literis [e] totam de ea re dubitationē sublatā esse dixit, tantāque veritatis catholicæ firmitatē in Romani Pontificis iudicio ad discutiendas, condemnendas, & extirpandas omniū pestiferas hæreticorū opiniones vir sanctissimus, & omniū Theologorū pater doctissimus inesse credidit, vt sensum [f] & fidē suam contra Pelagianos ex
B Apostolicæ sedis authoritate defendere nullo modo profiteri dubitauerit. Iamuero quanto Apostolicæ potestatis virtutisque robore in Pelagium, Cælestiūque discipulū teterrimos fidei Christianæ perduelles sanctus Innocentius Papa anathematis fulmen fuerit eiaculatus, vt eorum impias perfringeret opiniones, hæc epistolæ eius ad patres Mileuitani concilii directæ præter alia ibi scripta testantur. [g] *Quare Pelagium, Cælestiumque, id est, inuentores vocum nouarum, quæ sicut dicit [h] Apostolus, ædificationis nihilum, sed magis vanissimas consueuerunt parere quæstiones, Ecclesiastica communione priuari Apostolici vigoris authoritate censemus: donec resipiscant de diaboli laqueis, à quo captiui tenentur secundum ipsius voluntatem, eosque interim dominico ouili non recipi, quod ipsi
C peruersæ viæ secuti tramitem, deserere voluerunt. Abscindendi sunt enim qui vos conturbant, & volunt conuertere Euangelium Christi. Simul autem percipimus, vt quicūque id pertinacia simili defensare nituntur par eos vindicta constringat.* Et paulò pòst. *Hæc igitur fratres charissimi in supradictos maneat fixa sententia: absint atrijs Domini, careant custodia pastorali, ne duarum ouium dira contagia serpant forsitan per vulgus incautum, rapacique lupus corde latetur intra ouile dominicum tantas ouium fusas cateruas, dum à custodibus dissimulanter habetur vulnus duarum, scilicet Pelagij, & Cælestij. Prospiciendum est ergo ne lupos permittendo, mercenarij magis videamur esse, quam pastores, &c.* Hæc sanctus Innocentius. Ad hanc Romani Pontificis pro hæreticorum schismaticorūque condemnatione egregius sancti Cyrilli Alexandrini appositè,
D efficaciterque locus adueniet. Qui de Nestorio hæresiarcha (quem inscio Romano Pontifice condemnare non audet) ita ad sanctū Cælestinum Papam contra hunc nouum Satanæ ministrum pro veritate fidei Catholicæ rescripsit. [i] *Et quamuis res ita se habeat* (scilicet opinionē Nestorij omni dignā execratione) *nō prius tamē illius communionem confidenter deserere ausi fuimus, quam hæc ipsa suæ pietati indicaremus. Digneris proinde quid hic sentias declarare; quo liquido nobis constet an communicare nos cum illo oporteat, an vero libere eidem denunciare neminem cum eo communicare, qui huiusmodi erroneam doctrinam fouet, & prædicat. Porro tuæ integritatis mens, ac super hac re sententia non modo pijssimis, Deoque deuotissimis Macedoniæ Episcopus, sed totius quoque orientis antistitibus præcipuè per literas exponi debet. Nam cupientibus illis ansam dabimus, vt omnes vno animo, in vna sententia persistant rectæque fidei, quæ tam impugnatur,*

Hæretici Pelagiani solo iudicij pontificij, & Apostolici perterriti à publicandis erroribus abstinuerunt.

e S. Aug. l. a. c. 3 contra duas literas Pelagianorum ad Bonifacium Papā tom. 7.

f S. Aug in libello contra articulos falso sibi impositos.

S. Innocentius anathemate ferit Pelagianos.

g Epist. Innocentij 1. ad patres concil. Milenit. quæ est inter ep. S. Aug. 93. to. 2.

h 2. Ad Tim. 2. v. 29.

i S. Cyril. Alex. ad S. Cæl. papam cōtra Nestor. epist.

Conclusio totius cap.

A *opem ferant.* Hæc sanctus Cyrillus. Alia Romanorum Pontificum facta, exemplaque in recentioribus seculis plura quærere moderata capitis series, ac longitudo non patitur. Ex dictis solum concludamus dirarum causas irarum, odiorum, mendaciorum, blasphemiarum, rebellionum, atque certaminum sacrilegorum, quibus misera hæreticorum, schismaticorum, aliorumque diaboli ministrorum, contra sanctissimam Romani Pontificis authoritatem, maiestatemque monarchicam, mens, & animus bufonis instar intumuit, ac furiosiùs efferbuit, non aliunde fluxisse, quam à virtute, constantia, fortitudine, zelo diuini honoris, ac salutis Ecclesiæ Christi, summæ æstibus inflammato charitatis, supremaque in Ecclesia potestate, diuina authoritate confirmata. Quibus pater omnium fidelium sanctissimus illustratus, & ornatus, semper hos impios Dei, religionisque Christianæ reos, & hostes iustissima vindicta persecutus est, nec vnquam quoad potuit prosequi destitit, donec deficerent, aut conuerterentur. B Sed arieter in cœlum quantum poterit effrenatius gygantea ista hæreticis, schismaticis, alijsque inferni machinis conglomerata rabies, numquam tamen fortitudinis Ecclesiasticæ Pontificijque vigoris poterit per Dei gratiam vires, ac neruos elidere. A qua vt male feriati homines auellantur, liberenturque, ne Ecclesiæ perduelles fieri semper insistant, quo possumus affectu charitatis Deum vehementissimo precamur. Qui si à tanta rabie, furoreque auelli, distrahique renuerint; faxit Deus vt ista de illis, atque de virtute Gallicorum contra eos sacerdotum, pastorumque vere, sicut sanctus Cyprianus de hæreticis, schismaticisque, ac de constantia bonorum contra illos sui temporis sacerdotum pro solatio bonorum contra insanas perditorum hominum in rebus pessimis exultationes, dicere valeamus. [a] *Si in furore suo permanserint, atque in istis insidijs, ac minis suis parricidalibus crudeliter perseuerauerint, nullus Dei sacerdos sic infirmus est, sic iacens & abiectus, sic imbecillitate humanæ mediocritatis inualidus, qui non contra hostes, & impugnatores Dei diuinitus erigatur: cuius non humilitas & infirmitas vigore, & robore Domini protegentis animetur. Nostra nihil interest, aut à quo aut quando perimamur, mortis, & sanguinis præmium à Domino recepturi: Illorum flenda, & lamentanda concisio est, quos sic diabolus excæcat, vt æternæ gehennæ supplicia non cogitantes, Antichristi iam propinquantis aduentum conentur imitari, &c.* D Sed vlterius progrediendo omnes hæreses ac schismata à rebellione, contra Romani Pontificis à Deo firmatam authoritatem, summumque in Ecclesia imperium, & à iure obedientiæ ei diuinitus exhibendæ violato manare, proficiscique demonstremus.

Hæretici, ac schismatici in suo furore nunquam Ecclesia Dei virtutem eneruare, ac sedis Apostolicæ potentiam perfringere poterunt.

a S. Cypr. epi. 55. ad Cornelium Papam.

Ad impios libertinos supplicia æterna irridentes, aut saltem non cogitantes in flagitiorum suorum æstu & actu.

A

CAPVT II.

Hæreses & schismata ab odio contumaciaque nefanda in visibile caput Ecclesiæ nata, quàm nefaria, quamque fidelibus regnis ac alijs Christianæ fidei societatibus exitiosa.

1. *Hæreses, ac schismata ex inferis excitata idololatria peiora.*
2. *A rebellione, & violato obedientiæ filialis erga sanctissimum vniuersorum fidelium patrem Romanum Pontificem iure profecta, in regna, imperiaque Christianorum funesto fine redundant.* B
3. *Hinc ira Dei ad ea nisi resipiscant, de medio terra conterenda.*



ÆRESES, ac schismata, sicut alia opinionum, ac impiorum dogmatum contra veritatem fidei bonosque mores portenta suom ab inferis ortum duxisse nemo iure poterit inficiari; qui à sanctis patribus, catholicisque doctoribus, rebelles contra Christum Ecclesiamque eius hæreticos, schismaticosque S. Ioanni in raptu suo, sub nomine locustarum de fundo putei abyssi in terram exihentium cum furore, reuelatos esse didicerit. C Quorum doctrina fallax, & ferox veritatis puritati, adulterio mendacij & erroris insidians, atque ouium Christi obedientiam castam, humilemque pastori suo œcumenico sua rebellione, ac corruptione polluens, alia esse non potest, quam Luciferi lapsi de cœlo, & in profundo abyssi pro superbissimæ rebellionis præuaricarionisque merito residentis, ibique cum Angelis suis in æternũ rapacium ignium, vltriciumque flammarum supplicia sine misericordia subituri. Hoc enim de talium Ecclesiæ perduellium nefanda doctrina Apostolus iudicium tulit. [b] *Spiritus autem manifeste dicit quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide attendentes Spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum.* Quam doctrinam Tertullianus, [c] Origenes, [d] & sanctus [e] Hieronymus idololatriam appellare non dubitant. D Imo ipsa Paganorum idololatria fœdiorem, atque peiorem debere nominari censerique ipsa ratio proclamat. Cui rationi suffragando S. Chrysostomus [f] dicebat, *hæreticos gentilibus esse peiores nemo dubitat.* Quare hoc? *Quia gentiles per ignorantiam Deum blasphemant, hæretici* (addo, & schismatici quod sint cognatæ cum illis impietatis) *scientes tentant veritatem.* Propterea D. Augustinus, [g] *intolerabile, & à sana fide deuiũ esse iudicabat asserere hæreticorum,* sicut schismaticorũ, *qui à Catholica Ecclesia exeunt meliorẽ esse causam, quã Paganorũ, qui nunquam fuerũt catholici, cum peior vtique, sit desertor, & de desertore oppugnator*, qualis est hæreticus, & schismaticus, *quam qui numquam deseruit, quod numquam tenuit.* Ideo Petrus Cluniacensis, vt Eberardo magistro Tẽplariorum persuaderet hæreticorum schismaticorumque quorundam impie

a Apoc c. 9. v. 2.
Viegas in Apoc. ib.

Hæreticorum ac schismaticorum doctrina est dæmoniorum.

Hæresis, ac schisma peiores gentilium idololatria.

b 1. Timot c. 4. v. 1.

c Tertul. de præscrip.
d Orig hom. 12 in Ierem.
e S. Hieron. in Ezech c. 9
f S. Chrysost. hom 3 in Matth.

Hæretici, & schismatici peiores paganis.

g S Aug. l. 21. de ciuit. c 25.

A per terras Christianorum grassantium vexationem destructionemque, per suos Templarios hæc illi inter alia suggerebat.[a] *Sed quis magis à vobis, aut à vestris impugnandus est Deum nesciens paganus, an ipsum verbis confitens, & factis contra eum dimicans Christianus?* (scilicet nomine tenus Christianus qualis est hæreticus, & schismaticus.) *Quis magis persequendus ignorans, & blasphemans, an agnoscens, & impugnans.* Tritum illud sancti Epiphanij.[b] χείρων κακοπιστία τῆς ἀπιστίας. *Peior praua credulitas infidelitate.*

a Epist. Petri Cluniacensis ad Eberardũ magistrum tẽpleriorum li. 6. epist. 22.

b S. Epiphanij in Ancorato.

Christus Dominus quibusdam Iudæis alicuius inter alios nominis, vt Pharisæis dicentibus sibi.[c] *Numquid & nos cæci sumus?* Respondebat. *Si cæci essetis non haberetis peccatum; nunc vero dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet.* B Quænam est hæc Domini forma loquendi? *Ah! si non venissem*, inquit, *& locutus eis non fuissem peccatum non haberent.* Quare hoc? *Quia seruus sciens voluntatem Domini, & non præparauit, & non fecit secundum voluntatem eius, vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & fecit digna plagis, vapulabit paucis.* An non illud est propter quod dixit Christus Dominus in Apocalypsi Episcopo Laodiceo tepido, non frigido:[d] *vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus es, incipiam te euomere de ore meo.* Quid per frigidum nisi infidelem Christi per tenebras erroris paganici nesciom, in suis per ignorantiam factis peccaris excusationem aliquam iure prætexentem, qua cum illo in pœ- C nis misericorditer agatur, cum sancto Ambrosio,[e] Beda,[f] Richardo,[g] de sancto Victore, Diuo Thoma,[h] Arethaque,[i] magnis doctissimisque oraculorum diuinorum expositoribus intelligemus? Per tepidum vero deprauatum Christianum hæreticum, schismaticum, libertinumue quemcumque interpretabimur? In hoc longe infideli, paganoque deterior, quod sciens vidensque apertis oculis, vt alter Balaam,[k] voluntarios cadat in errores; no voluntatem Dei sciens flagitiosus peccator operetur iuxta illud regij Prophetæ.[k] *Noluit intelligere, vt bene ageret.* Hanc innuens veritatis intelligentiam Apostolus,[l] *Quanto putatis*, inquit, *deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit.* Cui illa sancti Petri[m] potenter astipulantur, *Melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem retrorsum conuerti.* Propter D hoc lugendo Ieremias, contra execranda Iudæorum scelera clamabat:[n] *Maior effecta est iniquitas populi mei peccato Sodomorum.* Quod de peccatorum grauitate, & atrocitate, non de eorum supplicio pœnaque contra Rabbinos Rabbi Salomonẽ, & alios cũ grauissimis Theologis intelligenda iudico. Confirmationem huius assertionis nobis Ezechiel[o] Propheta his verbis exhibebit ciuitatem Hierosolymitanam, impia spiritualis meretricis stercora secutam talibus insectando. *Iustificata est Sodoma soror tua ex te*, scilicet tuorũ cõparatione scelerum, Sodomorũ[p] in momento igne consumptorum flagitia vel nulla, vel leuia sũt. 2. Sed vnde meretrices illas spirituales idololatrias, paganicis longe tetriores fædioresque, vnde hydras istas tantorum scelerum, atque calamitatum res omnes publicas, & priuatas immanissimè deuorantium, hæreses nempe, atque schismata proficisci, erumpere, atque in æternæ

c S. Ioan. c. 9. in fin.

S. Ioan.

S. Luc. c. 12. v. 47.

d Apoc. c. 3. v. 15.

Per frigidum paganus, per tepidum hæreticus, schismaticus, aliusque prauus Christianus intelligitur.

e Ambros. serm. in Psal. 118.

f Beda in 3. Apoc.

g Richardus in eumdem locum.

h S. Tho. q. 3. de malo.

i Arethas in 3. Apoc.

k Numer. c. 22.

k Psal. 35 v. 4.

l Ad Hebr. c. 10 v. 28.

m S. Petri 2. 2. v. 21.

n Lament. c. 4. v. 16.

o Ezech. c. 16. v. 56.

p Genes. 19.

2. Pars. A rebellione in Rom. pontificem hæreses oriri, & schismata.

A perniciem salutis redundare, nisi à rebellione diuortioque supremam Romani Pontificis in Ecclesia Dei potestatem monarchicamque huius sanctissimi patris maiestatem proteruè, & arroganter eiurante, credere certa iustaque ratione possemus? si modo sanctorum patrum, doctorumque, præcipuorum Ecclesiæ Christianæ luminum sapientiæ doctrinæque dociles animos auresque præbere vellemus? An non vox illa Dei? an non oraculum illud Spiritus sancti? cuius antea meminimus, quod suo prodidit ore sanctus Cyprianus? *Non aliunde hæreses, aut schismata nata sunt in Ecclesia, quam quod Sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos & ad tempus iudex vice Christi cogitatur.* Hanc S. B veràq; de sũmo S. Cornelij Rom. tunc pontificis imperio super õnes Christi oues confessionẽ, grauissimus doctor, & martyr efferebat. *Cui*, inquit, *si secundum magisteria diuina ei obtemperaret fraternitas vniuersa* (audiant ista schismatici nostri) *nemo aduersus sacerdotum collegium quidquam moueret, nemo post diuinum iudicium, post coepiscoporum consensum iudicem, se non iam Episcopi iudicem, sed Dei faceret: nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet, nemo sibi placens ac tumens seorsim, foris hæresim nouam conderet.* Quid illa S. Hieronymi cõmemorata superius?[p] *Ecclesiæ salus in summi sacerdotis dignitate pendet: cui si non exors quadam & ab hominibus eminẽs detur potestas, tot in Ecclesiis efficientur schismata, quot sacerdotes.* Vultis vobis breuiter explicem, ô fideles Orthodoxi! C quid sit illa in Romanum Pontificem ouilis Dominici pastorem, atque vniuersalis Ecclesiæ principem rebellio, omnium hæreseon, schismatumque mater? Non potero id facere melius quam vobis Petrum Blesensem contra talem furiam regnorum fidelium, societatumque Christianarum incendiariam, hic Catholici zeli flammis ardendo iustè, atque grauiter inuehẽtem proponere.[q] *Hæc est illa sanguinaria meretrix, quæ de calice Babylonis aureo spiritum vertiginis hominibus* (scilicet hæreticis, & schismaticis) *propinauit. Hæc est illa Athalia, quæ fere omne regium genus extirpauit, hæc est lepra cicatricis in vlcere, hæc est bestia saltus quæ exercitum Absalon deuorauit. Hæc est ærugo & tinea, quæ omnem mentis ornatum deprauando consumit. Hic est elephas in libro Machabæorum qui Eleazar sua mole occidit. Hæc est sicaria illa, quæ in Psycomachia Prudentij vnam de virginibus interfecit.* Qui annales Ecclesiasticos, sacrasque histo- D rias attente, diligenterque replicare voluerit, manifeste cognoscet, hæreses ex schismate, id est à discessione superbè voluntaria, ab ipsius omniũ fidelium matris Ecclesiæ, firmamenti veritatis amplexu charissimo, gremioque castissimo, atque adeò à rebellione contra ipsius œcumenicũ pastorem Romanum Pontificem exitioso conatu procedere. Hoc exemplis Nouatianorum, sanctus Cyprianus, hoc Luciferianorum, D. Hieronymus, & aliorum hæreticorum, hoc Donatistarum sanctus Augustinus multis in locis clarissimè comprobant. Huius rei fidem faciũt apertam, solidamque sancti Cypriani[r] epistolæ ad Cornelium Papam, ad Rogatianum Episcopum, ad[f] Florentinum Pupianum, libri pariter de[t] vnitate Ecclesiæ, de zelo, ac liuore.[u] Eandem vero veritatis lucem sancti Hieronymi epistolæ ad sanctum Damasum, Demetriadem virginem, & ad alios, liber aduersus Luciferianos, cuius

Cypr. l. 1. ep. 3 quę est 55. ad Cornel. Pap.

p S. Hieron. aduersus Luciferianos to. 2.

q Pulchra rebellionis in Rom. pontificem descriptio ex petro Blesensi ep. 4.

Hæreses ne schismata scilicet rebellione contra Rom. Pontifice.

r S. Cypr. ep. 55. ad Corn.

f Ad Rogatianum Florẽt Pupianum.

t De vnit. Eccles. D. de zelo, ac liuore.

u S. Hieron. epist. lib. cõt. Luciferian.

mentio antea facta eſt, aliaque ipſius ſancti ſcripta teſtantur. At quot & quantæ huius rei probationes apud ſancti Auguſtini opera reperiri poſſent, diſquirere longiùs eſſet; ſufficiat nobis vnum aut alterum huius ſancti Patris teſtimonium benigno lectori proponere, qui Donatiſtas epiſtola 154. reprehendendo ſic eos alloquitur. [a] *Neque enim vobis obijcimus niſi ſchiſmatis crimen, quod etiam hæreſim malè perſeuerando feciſtis.* [b] Et ad Creſconium Grammaticum libro 2. capite 7. In principio inter ſchiſma, & hæreſim magis eam diſtinctionem approbare ſe dicit, qua dicitur *ſchiſma eſſe recens congregationis ex aliqua ſententiarum diuerſitate diſſenſio. Neque enim*, inquit, *& ſchiſma fieri poteſt, niſi diuerſum aliquid ſequantur, qui faciunt; hæreſis autem ſchiſma inueteratum.* Cui doctrinæ valde congruit illa ſancti Hieronymi [c] hæc Apoſtoli verba ad Titum 3. QVI EST A SEMETIPSO DAMNATVS. Sic exponentis. *Hæretici in ſemetipſos ſententiam ferunt, ſuo arbitrio de Eccleſia recedentes; quæ receſſio propriæ conſcientiæ videtur damnatio.* Et paulò pòſt. *Nullum ſchiſma non ſibi aliquam confingit hæreſim, vt rectè ab Eccleſia receſſiſſe videantur.* Quid Marcio! Numquid prius ſchiſmaticus, quam hæreticus euaſit? vel potius ex ſchiſmatico, in apertum hæreſeos furorem hoſtis Eccleſiæ Romanique Pontificis erupit? rabiéque rebellionis incenſus, quod in Epiſcopalis dignitatis apicem poſtpoſitus alteri, peruenire non potuiſſet, in ſuperbiam elatus: *Fiſſuram primò*, inquit ſanctus Epiphanius, [d] *effecit? hæreſimque ſtatim ſibi ſtabiliuit dicens: Ego ſcindam Eccleſiam veſtram, & mittam in eam fiſſuram in æternum.* Hac rebellione, & auerſione ſuperbiſſima ab Eccleſiæ immaculatæ matris obedientia, à ſanctiſſimi patris in throno ſancti Petri ſedentis obſequio, regna, imperia, reſpublicæ, aliæque Chriſtianæ ſocietates, ſchiſmaticis, hæreticiſque fætoribus inceſtantur. Indéque aliarum ſpiritalium fornicationum pollutionibus mortiferè contaminantur: diſſentionum, bellorumque tumultibus perturbantur: & omnium poſt hæc miſeriarum, calamitatumque fulmine conteruntur. Hinc fundi noſtri calamitas, hinc prima, & extrema mali noſtri labes; cæpitque ex illo tam nefandæ rebellionis, auerſioniſque fonte fluere, & retro ſublapſa referri ſpes non iam Danaum, ſed Gallorum, fractæ vires, auerſa Dei mens. *Hæc ſunt*, inquit ſanctiſſimus [e] martyr Cyprianus, *hæreticorum initia, & ortus, atque conatus ſchiſmaticorum male cogitantium, vt ſibi placeant, vt præpoſitum* Romanum nempe Pontificem *ſummo tumore contemnant. Sic de Eccleſia receditur, ſic altare prophanum foris collocatur; ſic contra pacem Chriſti, & ordinationem, atque vnitatem Dei rebellatur.*

a S. Aug. epi. 154. & alibi.

Hæreſis ſchiſma inueteratum, & ſchiſma recens ſeu naſcens hæreſis.

b S. Aug. l. 2. contra Creſconium Donatiſt. C. 7 in princip. tom. 7. pag. 170 c. 2.

c S. Hier. comment. in 3 ad Titum.

Marcio ex ſchiſmatico hæreticus.

d S. Epiph. hæreſ. 42.

e S. Cyp. l 3. epiſt. 9.

Hinc ira Dei grauiſſima ſuper regna, & reſpublicas, aliaſque ſocietates Chriſtianæ ditionis, indignantis contra reges, & principes hæreſeon, atque ſchiſmatum zizania creſcere ſua ſocordia conniuendo permittentes, atque ea abſcindere radicitus, cum poſſunt, & in ignem mittere, pietatis, atque fortitudinis Catholicæ defectu negligẽtes: Hinc [f] *ecce oculi Domini ſuper regnum peccans, vt conterat illud de medio terræ.* Hinc regnorum [g] *de gente in gentem à Deo facta translationes, propter iniuſtitias, & iniurias, & diuerſos dolos*, ab hac ſacrilega rebellione manãres. Hinc diſtrictus enſis, & gladius vtraque parte acutus non in ore ſolum, vt vidit in [h] Apocalypſi Euangeliſta Propheticus, ſed etiam in manu Dei primo clamantis, deinde voluntariè ſurdos, clamantem audire renuentes æterno vulnere ferientis. Vt apparuit in oriente, Heraclio Imperatore tot Dei beneficiorum ingrato, & immemore, per ſchiſmatis, hæreſeoſque Monothelitarum rebellionem, ab Apoſtolicæ ſedis, Romanique Pontificis obſequio infeliciter exorbitante, atque flagitioſiſſime recedente. De quo hæc Theophanes. [i] *Apparuiſſe ferunt in meridie cometem gladij formã præ ſe ferentẽ, Arabum, vt euenta declarabunt? inualeſcens imperium demonſtrantem.* Fitque à Dei voce de cœlo ſonus, iuxta illud Ezechielis, [k] *Mucro, Mucro euagina te ad occidendum; lima te, vt interficias, & fulgeas.* Nec exigentibus hominum peccatis, rebellioneque in Deum, in Eccleſiam, in Vicarium eius creſcente, iuſſus eſt ipſe diuini furoris gladius in vagina recondi, iuxta quod apud eum prophetam mox ſubſequitur. [l] *Reuertere ad vaginam tuam in locum in quo creatus es; in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam ſuper te indignationem meam; in igne furoris mei ſufflabo in te; daboque te in manus hominum inſipientium, & fabricantium interitum. Igni eris cibus, ſanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni traderis, quia ego Dominus locutus ſum.* Has ſtrages, hos crudeles vltoris gladij de manu iuſtitiæ diuinæ vibrati, propter ſcelera multa à ſchiſmate, hæreſique procreata effectus, has publicarum calamitatum flammas læſæ diuinæ, & humanæ maieſtatis vindices quieuiſſe numquam hiſtoriæ ſacræ teſtantur; Quouſque orientale illud imperium in Pontificis Romani monarchiam à Deo conditam, ordinatamque maieſtatem, ſanctitate, ac immaculata veræ fidei, puræque Chriſti Domini doctrinæ firmitate conſpicuam rebelle, Eccleſiæque Romanæ primatui, frementibus in illum ſchiſmatis, hæreſeoſque furore, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ patriarchis, inimicum, à barbaris immaniſſimis ferociſſimiſque Turcis, iuſta Dei contra illud irati vltione, ferro flammaque vaſtatum (vt infra cumulatius, apertiuſque monſtrabimus,) funeſtiſſime conciderit. Hoc ferrum flammamque diuini furoris ventura futurorum ſcelerum vltricia à ſchiſmaticis ſub Rege, ac principe impio Germaniæ contra Eccleſiam Dei, contraque caput eius viſibile patrandorum, Guntero cancellario Henrici ſecundi Imperatoris Germaniæ per ſtupendam viſionem, raptum que diuinitus præmonſtrata fuiſſe huius temporis ſcriptor Lambertus [l] his in hiſtoria ſua verbis poſteritati mandauit. *Hoc anno ſcilicet* 1056. *Gunterus tunc temporis Cancellarius Imperatoris viſionem vidit memoria dignam, Dominum in ſolio maieſtatis ſuæ reſidere, & eleuato in altum brachio diſtrictum gladium magno niſu vibrare, & circumſtantibus dicere.* [o] *Reddam vltionem hoſtibus meis, & his qui oderunt me retribuam, quam viſionem protinus mortalitas ſubſecuta eſt, ac principum regnum inuaſit.* Sed hæc mortalitas erat tantum initium dolorum, atque malorum venturorum à ſchi-

3. Pars, de ira Dei, & gladio furoris eius indignantis ſuper regna terra propter hæreſes & ſchiſmata.

f Amos c. 9.

g Eccl. 10. 6.

h Apoc. c. 1.

Incœpit diſſipari Romanũ imperium à Barbaris Saracenis, Arabibus propter ſchiſma, ac hæreſim Monothelitarum ab Heraclio Imp. defenſam, & amplexatam.

i Theoph. in Heraclio an 632.

k Ezech. c. 21. v. 28.

l Ezech. ibid. v. 30.

Schiſma, ac rebellio contra Rom. Pontific. Græcorum imperium orientale deſtruxit à Turcarum tyrannide ſubiugauit.

Viſio horrenda de futuris Germaniæ calamitatibus à rebellione ſchiſmaticorum contra Rom. Pont. profectis.

m Lambertus hiſt. Germanicæ ann. D. 1056.

n Deut. 32.

smate Henrici 3. Imperatoris contra Ecclesiam, sedemque Apostolicam proficisci debentium. *Eaque expleta*, scilicet mortalitate, *vidit eodem rursus schemate Dominum residere, & remisso iam in vaginam gladio, & super genua sua reclinato dicere circumstantibus: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima.* Quia Henricus ille schismaticus, hæresisque pariter contagione fœdatus, cum per multos annos odio insatiabili, ac rebellionis in Ecclesiam Dei, in pastorem eius, caputque visibile Christi Domini vicarium horrore furens, totam fere Germaniam ferro, flammaque vastauisset: Tandem miserrimus cum suis satellitibus sibi schismatica impiaque coniuratione fœderatis sine pœnitentia moriens, ad inferna damnatorum loca inextinguibiles cum diabolo, & Angelis eius ignes subiturus sine tormentorum fine migrauit. O deploranda peccatorum Ecclesiæ sanctæ, sedisque Apostolicæ hostium cæcitas! O execranda maxime rebellium in Deum, Christumque eius Romanum Pontificem surditas! vel potius voluntaria stupiditas! Et vt sic loquar malorum propter scelera impendentium insensibilitas! non posse, quia nolunt, diuinæ admonitionis coruscationes aspicere, minarumque tonitrua Dei viuentis audire, vt fugiant à facie arcus vltionis diuinæ, à qua vt auertantur, significationem se metuentibus ipse Deus misericors, & clemens dare, præbereque non cessat. [a] *Per tribulationes temporales*, inquit sanctus Augustinus, *significasti tuis fugere ab igne sempiterni furore: arcus est extensus; adhuc in comminatione est: & videte quid sit in arcu, nonne sagitta in priora immittenda est, neruus autem retro extenditur in contrarium? Et quanto plus erit extensio eius retrorsum, tanto maiore impetu illa currit in priora.* Tum doctor admirabilis per interrogationem hæc addit. [b] Ad exprimendum magis venturi iudicij diu dilati grauitatem. *Quid est quod dixi? Quanto magis differtur iudicium, tanto maiori impetu venturum est.* Nec est quod peruersa quorundam libertinorum iniquè de vera religione iudicantium præsumptio, ex contemptu Pontificiæ maiestatis, sacrarumque Ecclesiæ legum neglectu, vt furoribus hæreticorum, nefandum! scelerate blandiantur, pacem, resque secundas regno seculari conciliari posse confidat. Quia & sic ob hanc præsumptionem peruersa contra religionem Dei moliendo, suppliciorum in inferno perennium mortui seueritate mulctabuntur: nec viui in hoc mundo cum regni secularis incolis pace in abundantia rerum prosperarum temporali potientur. Sed speratis contraria triste sentientes, bellorum, discordiarum, factionum, seditionum, populationum, ruinarum, cæterarumque publicæ, atque priuatæ desolationis furiarum, virga Dei ferrea super populorum scelera vigilante, turbine percellentur, incendioque flagrabunt. Vt Decio Imperatori crudelissimo, Christianorum, Ecclesiæque sanctæ persecutori contigisse narrat Eusebius [c] *Cuius*, inquit, *scilicet Decij, cum regnum floreret totio, & cuncta ei ex sententia cederent, sanctos viros, qui pro pace regni eius Deo summo supplicabant, persecutus, cum quibus & prosperitatem suam fugauit, & pacem.* Audiant ipsa Prophetæ, Christianarum societatum rectores, vt sapiant, ac nouissima recordantes, suæ ac populorum saluti prouideant. [d] *Iuxta est dies perditionis & adesse festinant tempora, & iudicabit Dominus populum suum.* Nec vllum durationis vitæ præsentis tempus adeo longum est, quin tandem volubili mundi festinatione ad finem suum, terminumque properet. *Coram Deo mille anni sunt sicut dies hesterna quæ præterit*, nec vt aiebat Seneca *fata ordinem seruant vt seniores citius, & iuniores serius è medio tollantur: Cum nullum hac in re ordinem nisi inscrutabile diuinæ voluntatis consilium agnoscamus.* Sed me iam ne progrediar vlterius retineo, atque iusto dolori propter impendentia regno Christianissimo, patriæque meæ mala, funestaque pericula concepto, frenum impono. Et si quis me in hac parte prolixitatis nimiæ velit insimulare, meque in hac lugubri materia liberiùs euagatum sine causa criminari præsumat, huic cum religiosissimo Cardinale Petro Damiano respondebo, *mihi tanti esse proximorum meorum*, id est Gallorum Catholicorum, *salutem, vt non otiosum multorum lignorum pyram accendere crediderim*, qua Basiliscum illum, addam & auctius multorum hydram capitum, id est horrendum, & ingens schismatis, hæreseosque monstrum aduersus Dominum, & Christum eius, aduersus Ecclesiam, & visibilem pastorem eius, aduersus omnium denique salutem fidelium, incolumi Dei populo remanente penitus intereat, & iusto ad deceptorum conuersionem charitatis ardore consumatur.

Henrici 3. Imp. schismatici propter rebelliones suas in sedem Apostolicam, Ecclesiamque Dei finis funestus.

[a] Psal. 59. D Aug. in Psal. 59.

[b] S. Aug in Psal 59.

Contra eos regni rectores qui per violatas Ecclesiæ leges & neglectam Rom. Pont. authoritatem pacem regno volunt acquirere cum pax non sic debeat comparari, nec possit secundum leges diuinas.

[c] Euseb. l. 7. c. 1. hist.

[d] Deuter. 32.

Psal. 89.

Senec. in epi.

Petrus Damianus contra hæresim incestuosorum commentario.

CAPVT III.

De odio execrabili hæreticorum, schismaticorumque antiquorum, & recentium vsque ad Lutheri tempora; déque inde eorum furiosis conatibus, iniurijs, calumnijs, mendacijsque nefandis, quibus à Christo passo, semper augustissimam, sacratissimamque Romani Pontificis authoritatem, majestatemque vulnerare, & opprimere conati sunt.



ATERIAM longam, & ingratam luctus, querelarumque iustarum plenam, consolatione vacuam, recreatione sterilem aggressuris, non tam copia in scribendo, quam modus quærendus est: propter nimis copiosam innumerabilium prope exemplorum segetem, quæ se

multiplicatis hoſtium Eccleſiæ ſceleribus agmine preſſo ſua oobis ſponte præſentāt. Vt non omnia quæ poſſent huc induci horroris exempla referamus, ſed quædam de multis, cætera lectorum animis meditanda ſubijcientes breuiter, ſed oon ſine dolote maximo hac impreſſo noſtris mentibos relatione commemoremus. Vix enim Chriſtus Dominus ſuper omnes cœlos ad æterni dextram patris aſcenderat, cum ecce diabolico turbine concitatus Simon Magus incantationibus dæmonum, ſortilegijs, magiciſque armatus artibus, ſanctum Petrum primum Chriſti Domini vicarium ab eo ſupremum vniuerſalis Eccleſiæ, Iudaicas nec dum cunas egreſſæ paſtorem, principemque conſtitutum mille odijs, iniorijs, mendacijs, fraudibus inexpiabilibus, blaſphemiiſque furenter aggreditur.

1 Simonis Magi in S. Petrum odia & furores

Quo hæreſiarcha primo omnium poſt Iſcariotem Domini proditorem ſuperato, atque maledictioni ſubiugato: *Quod donum Dei exiſtimarit pecunia poſsideri*, Actor 8. v. 20. Sancto Petro triumphatori ſua diu frui victoria pacificè non licuit, propter nouum Satanæ miniſtrum, atque genimen inferni vipereum Cherinthum, qui buffonis inſtar rabie dæmonis intumeſcens ſummam [b] ſancti Petri datam diuinitus authoritatem monarchicique ſublimitatem miniſterij rebellione, maledictis, iniuriis, audacia effrenata ſceleratus adoritur.

b Cherinthus reſtitit effrenate S. Petro Act. 11.

De quo hæc ſanctus Epiphanius. [c] *Hic quidem*, ſcilicet Cherinthus, *vnus ex his fuit, qui reſtiterunt ſancto Petro, quando venit ad Cornelium, quando acerſiuit ipſum dignus factus viſione Angeli, & Petrus dubitauit, & vidit viſionem lintei, & quæ in ipſo erant, & audiuit à Domino, vt nihil inquinatum & immundum diceret. Hic igitur vbi Petrus reuerſus eſt Hieruſalem multitudinem circumciſorum commouit: dixitque quod ingreſſus eſſet*, ſcilicet ſanctus Petrus *ad viros præputium habentes. Fecit autem hæc Cherinthus priuſquam in Aſia prædicaret prædicationem ſuam, & in profundius perditionis ſuæ barathrum incideret. &c.*

c S. Epiphan. hæreſ. 28.

Durauit ſchiſma illud hæreticum diabolicaque Cherinthi rebellio in ſuis diſcipulis abortiuis inferni germinibus, aliorum hæreticorum furiata in Dei Eccleſiam coniuratione ſociatis etiam poſt ſancti Petri principis Apoſtolorum tempora.

Alij quamplurimi conglomerati hæretici in ſanctitatem pontificiam.

Dum creſcente credentium Romæ multitudine, & Apoſtolica cathedra per medios perſecutionum dirarum ignes Romanique Pontificis monarchica maieſtate magis, atque magis effulgente, hæreticorum oouorum à putridis veterum hæreſiarcharum impiæ doctrinæ footibus inceſtatorum rabies in ſanctitatem Romanæ Eccleſiæ, eiuſque puritatem fidei, fraudes in paſtoris eius authoritatem inexpiabiles concipiens, erecta ſoperbiæ ſuæ ceruice atrociter erupit. Cuius furioſæ rebellionis, & auſi nefandi ductores erant Florinus, & Blaſtus zizaniæ, praoitatiſque hæreticæ deteſtandi ſpiratores.

3. & 4. Florinus, & Blaſtus hæreſiarchæ an. D. 180. ſub Eleuthero Pap.

De quibus hæc Euſebius. [d] *Nonnulli Romæ vigebant, quorum Florinus Presbyteri Eccleſiaſtici gradu abdicatus, Blaſtus perſimili implicatus errore pariter cum illo principatum obtinuit. Iſti certe complures alios, quaſi ab Eccleſiæ complexu abſtrahentes in ſuam pertraxere ſententiam: quorum vterque ſeparatim nouam ſectam ad veritatem Eccleſiæ ſcilicet Romanæ euertendam excogitare laborauit.*

d Euſeb. lib. 5. c. 14.

A

Sedente in ſede Apoſtolica ſancto Victore anno 195. Egreſſus ab inferis ſolers, ac furens diaboli miniſter Theodotus multa ſecum blaſphemiarum ertotumque portenta trahens apparuit, quæ in ſanctam Chriſti Domini Eccleſiam, præcipue vero contra diuinitatē eius euomuit: negans cū execrabili audacia Chriſtum eſſe Deum, ſed purum ſolummodo hominem pertinaciter aſſerens, vt nefandum abnegati Chriſti Domini Dei, & hominis in perſecutione crimen tegeret, diſſimulatumque, huius diſſimulatione hęreſeos obruerer: horribili impudentia publice profitendo ſe non Deum, ſed purum hominem, Chriſtum videlicet, abnegaſſe.

5. Theodotus.

B

Propter quod execrabile hæreſeos ertoriſque nefandiſſimi ſcelus à ſancto Victore tunc in throno Petri ſedente anathematis fulmine percuſſus, eo rabiei, furoriſque peruaſit: vt ſanctum Victorem impiæ doctrinæ hæreticæque contagionis, nullo ſuffuſus pudote tanquam à vera Catholicaque Apoſtolorum, ſanctorumque patrum doctrina peregrinantem audacter inſimulauerit.

Excommunicatus à S. Victore Theodotus cum criminis hæretici contagione pollutum criminabatur anno D. 196.

Quam ipſe ſequi, tueri, atque defendere impudentiori faſtu mentiebatur. Quod mendacium pro veritate Theodotiani eius diſcipuli ſeelerate poſtea defendeotes his verbis ab Euſebio confunduntur. *Cum igitur ex tot annorum ſpatio doctrina Eccleſiaſtica vere annunciata fuerit: quomodo fieri poteſt vt illi fratres qui ad Victorem*

C

vſque vitam perduxerunt, ſic, vt iſti ſcilicet Theodotiani aſſerunt, *prædicarint? Aut quomodo non illos pudet hæc Victori tam falſo obiectare? Præſertim enim explorate cognitum habeant Victorem, Theodotum illum coriarium, qui prior Chriſtum ſolum hominem dicebat, ducem & quaſi parentem huius impiæ, & execrandæ à fide defectionis Chriſtum Deum pernegantis Chriſtiana communione interdixiſſe? Quod ſi Victor eadem cum illis ſentire viſus fuiſſet, ſicut deteſtabilis iſtorum docet calumnia, quo pacto, aut qua ratione adductus Theodotum huius erroris inuentorem ab Eccleſia eijcere in animum induxit?* Hæc Euſebius. Ante hunc Theodotum, eiuſque ſectatores Theodotianos, quamplurimos annos Marcion hæreſiarcha cum Valentino altero hæreſiarcha Eccleſiam Dei modo aperti, modo occulti hoſtes, modo conuerſi, modo ad vomitum reuerſi, modo Catholicam fidem verbo tenus ſimulata, fraudulentaque profitentes pœnitentia diuexarunt.

6 7. Marcio & Valentinus ab Eleuthero Papa excommunicati an. 180.

D

Donec circa annum Chriſti Domini 180. pro ſuis criminibus, & erroribos contra Chriſtianæ fidei veritatem, ſanctoſque mores ab Eleuthero Papa excommunicationis icti fulmine, in apertum rebellionis blaſphemiarumque furorem, contra Eccleſiam Dei, ſedem Apoſtolicam, Romanumque Pontificem effrenari proſilierint. De quibus hæc Tertullianus. [e] *Vbi tunc Marcio, Ponticus Nauclerus ſtoicæ ſtudioſus? Vbi tunc Valentinus Platonicæ ſectator? Nam conſtat illos neque adeo olim fuiſſe Antonini fere principatu, & in Catholicā primo doctrinam credidiſſe apud Eccleſiam Romanenſem, donec ſub Epiſcopatu Eleutheri benedicti ob inquietam ſemper eorum curioſitatē, qua fratres quoque vitiabant, ſemel, & iterum eiecti Marciō quidem* [f] *cum ducentis ſeſtertijs ſuis, quæ Eccleſiæ intulerat, nouiſſime in perpetuum diſsidium relegati venena doctrinarum ſuarum diſſeminauerunt. &c.*

e Tertul. de præſcr. c. 30. Ibi Pamelius annotat. 163. & ſeq.

f Scilicet 5. aureorū millibus ex Pamelio in hūc locum annot. 168.

8. *Tertulliani fidei desertoris in Rom. Pontificem iniuriæ atroces.*

A Hæc Tertullianus nondum per Apostasiam à fide Catholica, sinu egressus Ecclesiæ, sed factus postea transfuga, desertorque Christianę, Romanæque religionis, quid uon ausus est iniuriarũ in Romanum Pontificem (quem tam religiosè colendo Catholicus obseruauerat) maledicendo hæreticus effundere? Cuius rei testes sunt voces illæ nimis atrocirer acutæ [a] in Romanum Pontificem, quasi pudicitiæ construpratorem aduersariumque castitatis. Quod mæchis, & fornicarijs vere poenitentibus veniam, misericordiæque indulgentiam diuinæ spopondisset. *Audio etiam*, inquit, *edictum esse propositum, & quidem peremptorium.* Quale porro sit istud ita subdit. *Pontifex scilicet maximus Episcopus Episcoporum dicit.* [b] *Ego & mæchiæ, & fornicationis delicta, pœnitentia functis dimitto*, partem tameo edicti, non ipsum integrum, vt

a Tertul. l. de pudicitia. c. 1.

b Tertu. ibid.

B par est credere commemorat, in quod feruens ac furens insania maledicendi sic exclamando vociferatur. *O edictum cui adscribi non potest bonum factum! & vbi preponetur liberalitas ista? Ibidem opinor in ipsis libidinum ianuis sub ipsis libidinum titulis. Illic eiusmodi pœnitentia promulganda est, vbi delinquentia ipsa versabitur. Illic legenda est venia, quo cum spe eius intrabitur.* Peruerse salotare Pontificis edictum miser exponens saoctissimum Patrem, scilicet Zepherinũ Papam iniuriose criminatur, ista oblatrans adiungendo. *Sed hoc in Ecclesia legitur & in Ecclesia pronunciatur. Et virgo est? Absit, absit à Sponsa Christi tale præconium.* Proh oefas! tam spissis passionis tenebris adeo illustre hominis eruditissimi, maximique qoondam Catholici caligare ingenium, tamque atris iracundiæ æstibus incen-

C dere pertinacia, proprijque sensus abundantia potuit, vt quod Christus Dominus adulteræ mulieri, publicæque in ciuitate peccatrici misericorditer indulgere dignatus est: illud in Romano Pootifice Christi sui Domini vestigiorum sectatore, & factorum æmulatore criminari, atque detestari non exhorruerit? Quantæ Nouato, & Nouatiano Hæresiarchis sceleratissimis iræ, odia, furoresque in conculcando, atque dilacerãdo mille conuitijs, mendacijs atq; blasphemiis Romani Pontificis honore, & sanctitate creuerint: Quamplorimæ sancti [d] Cypriani multis in locis epistolæ sicut [e] aliorum scriptorum Ecclesiasticorum monumenta testantur.

c Ioan. 8.

9 *Nouatus &* 10 *Nouatianus*

d S Cypr. l. 1. ep. 3. & c. 55 & c.

e Euseb. lib 6. hist. c. 32. & alij.

11. *Arij & Arianorum in sedem Apostolicam, Romanũque Pont pugnæ, odia, furores sine numero.*

D Pognas Arij Arianorumque ortas, inceptas, contiuuatas, post intermissionem toties iteratas, altioris odij, liuorisque æstu, contra sedem Apostolicam eiusque præsolem vniuersalis Ecclesiæ pastorem coocitatas, maioribus in eum Christi D. vicarium iniurijs, mẽdaciis, calumniis, sacrilegis fædatas, & execratas per tot secula in suo furore, & insania perseuerantes commemorare, longius esset, quam vt vnius capituli termini capere possent. Cum sanctorum Patrum Athanasij, Basilii, Gregorii Nazianzeni, Chrysostomi, Ambrosii, Hieronymi, Augustini, aliorumque Ecclesiæ sanctæ luminum libri talium Ariani furoris, insaniæque rabidæ pugnarum commemoratione repleantur. Generaliter loqoitur Gelasius 1. cum rationem reddens, quare omnes semper hæretici Romanam Ecclesiam, cæterarum Christianæ ditionis

Sanctorum Patrum libri pleni commemoratione furorum Arianorũ.

Hæretici semper Rom. Ecclesiam eiusq; Pontificem persecutione dinexarunt, & cur.

f S. Gelas. in commonit. ad Faustum.

A matrem sanctissimam, eiusque pastorem suarum impietatum rabie, diraqoe persecutione à suis profecta furoribus exagitarint, hæc ad Faustum magistrum legatumque Constantinopolitanum in suo commonitorio rescripsit. [f] *Non mirum si hæretici sedem beati Apostoli Petri blasphemare præsumunt, qui talia portenta vel corde gerunt, vel ore diffundunt, & nos insuper superbos esse pronunciant: Et cum eis prima sedes quidquid est pietatis non desistat offerre, illi eam suo proteruo spiritu subiugare se posse confidant. Sed captos mente ista facere non mirum est, si phrenetici solent medicantes quosque velut hostes putare, vel cædere.* Hinc pia hæc sancti Petri Romanæ sedis erectoris, atque iussu Christi Domini fundatoris, de hæreticorum immanitate contra hanc sedem suumque successorem,

S. Petri expostulatio contra hæreticos suæ sedis Rom. osores & oppressores.

B eius sedis præsulem expostulantis querela manauit: quam Ennodius diaconos contra hæreticos, schismaticosque sui temporis iusto dolore prouocatus in Apologetico Symmachi Papæ huius nominis primi his verbis expressit. [g] *Possessionis meæ, ô hæretici! vt video claritas mouit inuidiam, quam simulata, vt mali possessores indignatione transfertis, dum desudatis impendijs arcem qua finstis conspicui, crebris labefactatam ictibus nisi obsisterem, vti proposuistis, subruere, & cælo stabilitam machinam quanta sit ostendere per ruinam. Nolite præstolari de clade vestra victoriam, nolite triumphum superando perdere meis laboribus, meo sudore quæsitum. Quidquid ad triumphum ducit obtinui: Quidquid vos illustres faceret in sede congessi, vobis tribuit claritatem fax ista, quam viperino liquore putatis extingui:*

g Ennodius Diaconus in Apolog. 8. Symmachor.

C *in perniciem propriam accenditur, qui sic sauit in gratia sua germina, vt plantas abscindat, & liberior iracundia plus quam alios lacessit auctorem. Quid auribus imperitis illuditis, & grauiorem vindictæ speciem facitis quam culpæ? Si odium debetis, excessibus vos mundate.* Et paulò pòst. *Quid hanc annitimini interrumpere quietem Ecclesiæ vestra schismatica, hæreticaque rebellione? Quid lædere vanis intentionibus fælicitatem? Excusationem non habet furor iste, quam creditis: non interest quibus itineribus ad mundi principem currat, qui à sancta vnitate discordat, & pingues hostias litat diabolo, qui contristat Ecclesiam. Varias ergo repudiate tendiculas: simplicem habet defensionem pacis affectus. Minus armatus est quilla, qua aduersarius concordiæ ministrat tela contemnit. Sufficit contra omnia tela iurgiorum, fidei*

Contra schismaticos sine causa pacem Ecclesiæ despecta pastoris admonitione interrumpere molientes.

D *nuda oppositio.* Hæc sanctus Petrus apud Ennodium. Has immanes iniurias hæc odia oefanda, blasphemiasqoe hæreticorum, schismaticorumque execrabiles in Apostolicam sedem, sanctamque Pontificis Romani maiestatem, sequentibus præter priora liceat exemplis illustrare. Græci circa annum 381. quamuis tunc noo hæretici iodicati; tamen quidam ex illis malitiose veritatem, concilii prætextu fallaci deprauantes, si non apertam, saltem occultam fraudulentamqoe schismatis rebellionem efferati cuniculis supremam, monarchicamque Romani Pontificis aothoritatem exagitare cæperunt. [h] Cum Episcopum Constantinopolitanum, qui antea ne patriarchæ quidem nomine dignabatur, tribus Orientalis Ecclesiæ patriarchis, Alexandrino, Antioche-

12. *Exemplum quod est Græcorum contra Rom. Pontificẽ rebellantium.*

h In concil. 2. gene. 1. Constantinop.; apparere cæpit rebellio Græcorum contra Rom Pontificem.

no & Hierosolymitano dignitatis ordine præire, primumque honoris gradum post Romanum Pontificem, ipsi contra fas omne, iustitiæque regulas attribuere, vendicareque voluerunt. Huius rei fidem faciunt, quæ canones concilij 2. œcumenici Constantinopoli celebrati leguntur. Sed cum peccatum pœnitentia minime deletum, grauius post se trahere soleat, vt ait[a] sanctus Gregorius; factum est anno circiter 451. vt ea Græci dignitatis vsurpatione minime contenti suum Archiepiscopum Constantinopolitanum dignitate priuilegijsque parem Romano Pontifici efficere conati sint. Etenim in concilio Calcedonensi post illud definitum, legatis sedis Apostolicæ à congregatione œcumenica iā egressis de suo Romā reditu cogitantibus eorum absentia legatorum occasionem aggressi, hoc schismatis horribile monstrū conflare curauerunt. Quo tanquā in consilio iam tamen dissoluto fraudulenta factione episcopum suum Constantinopoleos non modo priorem dignitate cæteris patriarchis orientalibus, atque à Romano pontifice secundum, sed etiam iisdem cum illo potiri priuilegiis statuere non dubitarunt. Ante concilium[b] Calcedonense diabolus suæ impietatis ministros in conciliabulum Ephesi coëgerat, quod nominatum est deprædatoria[c] synodus Ephesina, præside Dioscoro Alexandrinæ sedis patriarcha hæretico Eutychiano, & detestabili schismatico: qui multa cum suis in sanctam sedem Apostolicam, Romanumque præsulem conuitia maledictaque superbissimus euomuit, eóque protupit insaniæ, vt à sancto Leone Papa iustè propter scelera, ac impia contra fidem Christi Domini dogmata excommunicationis gladio percussus, suo, id est diaboli sanctissimum Pontificem bruto fulmine referire voluerit. Propter quod tam immane facinus superbum, & audax[d] à concilio Calcedonensi postea iudicio summo condemnatus, anathemate denuo contritus à patria eiectus, omnique Ecclesiasticæ dignitatis officio, & honore spoliatus, funesto miseram detestabilemque vitam exitu clausit, miseriùs in æterna supplicia migraturus. Propter eadem scelera, & maledicta in sedem Apostolicam Seuerus sedis Antiochenæ, & Petrus Apameæ inuasores hæreseos schismatisque nefandi peste contaminati in synodo 5. generali Constantinopoli sub Iustiniano Magno Imperatore, & Papa Vigilio, execratione percussi anathematis in æternam maledictionem infeliciter abierunt. Vt[e] Nicolaus primus Imperat. Michaeli sua ad eum epistola suggessit, quo illum à sedis Apostolicæ persecutione deterreret; cuius ardore furiosè torrebatur. Sed furor odii, indignationis, & iniuriarum Græcorum in Romanum Pontificem minime progressu temporis ademptus est, sed annorum prolongatione corroboratus eundo vires acquisiuit. Nam ætate Pelagij secundi, & sancti Gregorii eius successoris eo superbiæ, & impietatis extremæ contra Romanum Pontificem suam Græci schismatici indignationem, odiumque prouexerunt: vt iam suum non amplius patriarcham Constantinopolitanum honoris gradu, priuilegiorumque paritate Romano Pontifici coæquare

[a] S. Greg.

[b] Conc. Calced. act. 16.

Contra hoc schisma vide epistolas S. Leonis ad Marcianum imperatorem Pulcheriam, & Anatolium Patriarcham Constantinop.

[c] Synod Eph. 2. spuria, & deprędatoria dicta.

13. Exemplum Dioscori contra S. Leonem.

[d] Concilium Calced. Dioscorum damnat, & ferit excommunicationis gladio.

14. Seueri sedis Antiochenæ Petri Apameæ Ecclesiæ inuasorum condemnatio.

[e] Epist. Nicolai pr. ad Michael. Imp.

15. Exemplum Ioannis Constant. se supra Rom. Pontific. efferentis.

A voluerint, sed illo superiorem facere ausi fuerint; cum hunc suum Patriarcham œcumenicum, scilicet orbis terræ vniuersalem Episcopum appellare cœperunt. Quam impietatem diabolicam, ausumque nefarium detestando Sanctus[f] Gregorius multis ad ipsum Ioannem Constantinopolitanum, ad imperatorem Mauritium, & ad alios orientalis Ecclesiæ Patriarchas Epistolis confundere, & à Christianorum animis radicitus euellere conatus est. Huius schismatici hæreticique nefarij sectator, & hæres alius impius Constantinopolitanæ sedi Patriarcha præfectus nomine Michaël hæretica rabie, & fastu schismatico turgidus, in Romanum Pontificem circa annum circiter 1049. conuiciorum mendaciis scatentium aggere, cumuloque furebat. Contra quem

B multa ad refrænandam fœtidæ linguæ audaciam, impudentiamque sanctus Leo nonus, iusta indignatione, zeloque domus Dei, honorisque Pontificij commotus grauiter effudit. Vt cum inter alia sic eum Romanæ primatum Ecclesiæ reprobantem per epistolam non minus verè, quam grauiter affabatur.[g] *Romana Ecclesia adeo non est sola, vel sicut tu putas vna, vt in toto orbe terrarum quæcumque natio dissentit superbe ab ea non sit iam dicenda, vel habenda Ecclesia aliqua, sed omnino nulla: quin potius conciliabulum hæreticorum aut conuenticulum schismaticorum, & Synagoga Satanæ. Cessent ergo hæreses, & schismata, & diligentibus legem Dei iam non erit scandalum, sed pax multa. Quicumque gloriatur Christiano nomine cesset Romanam, Sanctam, & Apo-*

C *stolicam Ecclesiam maledicere, & lacessere; quia frustra patrem familias honorat, quisquis eius vxorem exhonorat: & frustra matris familias caput, & faciem magnificat, qui minimos filiorum eius impugnans tanquam digitos pedum illius conculcat.* Quot, & quantas postea sceleratus ille Photius hæresi, schismateque pollutus, Constantinopolitanæ sedis deprædator, & inuasor, legitimique Patriarchæ sancti Ignatij expulsor, per omnes orientalis Ecclesiæ regiones contra Augustam sedis Apostolicæ sanctitatem discordias, odijs, calumnijs, iniuriisque turgidas disseminauit, quotque tragedias bonorum sanguine madentes excitauit? Vt quam maximè offendo odio execrabatur sacrosanctam Romani Pontificis authoritatem scelerate deprimeret? Propter quæ aliaque plurima crimina,

D vt immanem Ignatij à sede Constantinopolitana depulsionem sacrosancta Synodus 8.[h] œcumenica hunc merito Ecclesiasticæ pacis incendiarium, dissidiorum, dirarumque discordiarum flammiferum, omni spoliatum dignitatis Ecclesiasticæ decore anathematis fulmine prostrauit. Quem antea Nicolaus primus in Romano concilio[i] indignissimum sede Constantinopolitana ob horrenda scelera iudicauerat, & anathemate perculerat: quem sic percussum omnes boni execrabantur. Authore[k] Anastasio bibliothecario, cuius anathematis gladio percussus rabidiùs furens, nequam & impurus hæreticus conciliabulum impiorum, malignantiumque coegit; (quod Satanæ à Nicolao primo cōgregatio, deprędatoriaque Synodus sicut secunda Ephesina dicta est) in quo, horrendum dictum; vt huius temporis auctor Nicolaus

[f] S. Greg. ep. ad Ioā. Cōst. epis. ad Imp. Mauriti. ad cæteros oriētis patriarch.

16. Exemplum Michael Episcop. Constantinop.

[g] Epi. 2. Leonis 9. quæ est ordine 5. inter epist. eius ad Michael. Constantin.

17. Exemp. Photij inuasoris sedis Constantinop.

[h] Sigebertus anno 1054.

[i] Lib. Pontif. Rom. concil. 2. & 3.

[k] Anast. bibliothec. in præfat. hist. ad 8. syn.

Nicetas in rebus gestis S. Ignatij Patriarchæ Constant. an. 867.

Ex eodem Nicolao an 867.

Conc. 8. general. c. 21.

18. Exsp. Græcorum circa an. 1054 blasphemia Rom. Pontificem hæreticorum appellantium.

commemorat, ausus est hunc sanctum Papam suo, id est Satanæ anathemate ferire. Quem postea mensura scelerum completa iterum in generali concilio 8. condemnatum, Satanæque per anathema traditum in infernum multæ maledictiones, imprecationesque præcipitarunt. Ab hoc scelesto nefarioque schismatico, & hæretico impia hæc hæresis blasphemiaque in posteros Græcos schismate nefando à sancta Ecclesia, Catholica, & Romana diuisos deriuata redundauit. Qua Romanum Pontificem impietatis, erroris que contra fidem & omnes cum eo eius veritatis sectantes vestigia Catholicos insimulabant, sceleratéque criminabantur. Quod diceret Romanos Pontifex cum omnibus fidelibus Spiritum sanctum à patre filioque procedere, particulamque, FILIOQVE, in symbolo Constantinopolitano addidisset: proindéque palam, & aperte Græci illi schismatici Romanum Pontificem hæretica deturpatum fœditate proclamarunt: Ac propterea de sui primatus in vniuersam Ecclesiam gradu excidisse, inque eius locum patriarcham Constantinopolitanum subrogatum, ex eo tempore principatus Ecclesiastici in toto orbe claritate refulsisse: vt sanctus[a] Leo 9. & [b] Sigebertus in chronico commemorant. Huius, inquam, blasphemiæ Græcorum in Romanum Pontificem scelestissimus iste Photius primus author esse perhibetur: vt eius calumniæ, blasphemiæque prætextu, cui crimen hæreseos affingebat, se ab Ecclesiæ Romanæ societate, communioneque seiungi, penitusque separari professus fuerit. A qua se non recipi ritè cognosceret, propter illius in Romanum Pontificem Nicolaum primum maledicta, impiaque ausa, propter alienæ sedis scilicet Constantinopolitanæ inuasionem, & ab ea tyrannicam sancti Ignatij legitimi pastoris expulsionem, aliaque scelera multa crudelissimè patrata. Cum ante hunc sceleratum pseudopastorem nullus Græcorum articulum illum fidei, QVI A PATRE, FILIOQVE PROCEDIT, vllius hæreseos non macula, sed ne suspicione quidem maculæ pollutum esse crediderit; sicut sanctus Maximus Philosophus Christianus magnus, & sua ætate præcipuus Theologus, mitissimus corde, humillimus mente, vt sua ipsius scripta, actaque testantur, & insuper martyrij corona gloriosè decoratus, qui ipsius Photij tempora præcessit, epistola ad Marinum Diaconum clarissime demonstrauit. Vt rubore, ignominiaque confundi debeant posteri Græcorum schismatici, se tam impium hominem in suo errore fuisse sectatos, quem tot ac tanta atrocia crimina deturparunt.

a Leo 9. epist. ad Leonem A drid.
b Sigebertus in chron. an. an. 1054.

Nullus ante impij Photij tempora asseruit esse hæresim dicere spiritum sanctū à filio sicut à patre procedere.

S. Maximus mart. epist ad MarinūDiac.

19. Armeniorū fœlus in despiciendo maiestatem Rom. Pontific.
Ex prateolo verbo Armeni & aliis circa an. 685 &c.
20 Berengarii in sedem Apostolicam ac Rom. Pontifie. odia aspera, & atroces iniuria

Mitto Armenios, qui inter errores suos illo maximè inquinabantur, quo Romani Pontificis summam in Ecclesia dignitatem aspernabantur, eiusque principatui honorem & fidem præstare, ac impertiri deprecabantur. Circa annum 1070. hostis generis humani afflata odia, iniurias atroces, maledicta, & horrendas blasphemias contra sponsam Christi Domini castissimam, Romanam Ecclesiam reliquarum orbis Catholici reginam, & matrem, contraque sanctissimi eius præsulis maiestatem,

A per Berangarij magni sacramentariorum Patriarchæ cor prauum, osque fœtidum ferociter exhalauit. Quibus turgidus ac tumens, cum impietatem doctrinæ suæ diabolicæque perfusionis à Romana, Apostolicaque sede sacro Pontificis ore condemnatam esse audiret, in eam cum maledictorum colluuie suorum dæmonis æstu ardoreque debacchari cæpit. Illam nullo blasphemiarum horrore[c] deterritus, malignantium Ecclesiam, concilium vanitatis, sedémque Satanæ vocitans, sanctissimum vero patrem eius præsulem non Pontificem, sed pompificem, atque pulpificem potius Satanæ satellitem, quam Christi Domini vicarium, per summam contumeliam, probrumque appellare minimè perhorruit.

c Lanfrancus & cæteri contra Berengarium script.

21. Vualdensium ann. 1180 carum in sedē Apostolicam, Romanumque Pontificem maledicta.

B Post eius tempora Vualdenses simili patre nati, cum execrabilis sectæ doctrinæque confirmationem à Romano Pontifice consequi non potuissent; qui contra, statim eam omni dignam maledictione, suo damnatam iudicio supremi anathematis execratione subiugauit; illico contra eum ad arma rebellionum, conuitiorum, calumniarum, mendaciorum, blasphemiarumque effrenatius aduolarunt. Palam, publicéque, sine fronte, pudoréque proclamantes nullis se Romani Pontificis teneri legibus, nullo ipsi obligari obsequio, eius decreta, statutaque vana, nullius reuerentiæ, nulliusque esse momenti; totum denique Romanæ Ecclesiæ statum, in capite membrisque freneticì cerebri erroribus, vitiisque scatentem, insania detestabili condemnarunt, ipsamque augustissimam sanctitate Romanam Ecclesiam C infami purpuratæ meretricis titulo dedecorarunt, vt[d] doctissimi doctores fide dignissimi memoriæ prodiderunt.

d Conradus Vspergens. an 1180.
Nicolaus Cymericus part. 2 q. 14.
Guido Carmelita de Vualdēsibus.

22. Gerardi Sagarens, & Dulcinus Nouariensis an. 1300 maledicta in Rom. Pont.

Circa annum 1300. duo solertes diaboli satellites Gerardus Sagarenus, & Dulcinus Nouariensis in apertum rebellionis, diffidij, odij, conuitiorumque campum aduersus Romanum præsulem, Apostolicamque sedem, omni pudore deposito, prosilierunt, multis suas pugnas contra Christum Domini visibile caput Ecclesiæ, flagitiosis imposturis, mendaciis sacrilegis & iniuriis aspergentes, atque refarcientes. Dicendo primum totam authoritatem à Christo Domino Romanæ traditam collatamque sedi hactenus, penitus exhaustam, & extinctam esse, omnemque propter malitiam prælatorum, pontificumque peruersitatem à D longo tempore cessasse, ac euanuisse. Deinde scelera sceleribus, maledicta maledictis accumulando, Ecclesiam Romanam quam Papa regit, quam Cardinales, Episcopi, aliique prælati sub illo gubernant, quam orthodoxi clerici, ac religiosi incolunt non esse, *Dei amplius Ecclesiam, sed Satanæ, non electam Christi sponsam, sed reprobatam impiorum congregationem esse*, mordicus asseuerarunt. Insuper prioribus blasphemus nouas adiungentes, nullum Romanæ Ecclesiæ Pontificem, aliquem posse à suis absoluere peccatis non minus falsò quam impudenter affirmarunt; *nisi eadem qua Sanctus Petrus claruit in vita sanctitate in propria persona polleat, cum omnimoda paupertate vitam traducendo, & omni bonorum temporalium proprietate carendo.* His falsis, impiisque

A

ſſertionibus illud ad maiorem principis, ac paſtoris fidelium animarum contumeliam extremæ blaſphemiæ portentum interpolabant, [a] *Romanam Eccleſiam illam eſſe meretricem, quæ à fide Chriſti apoſtatauit*, de qua ſanctus Ioannes in Apocalypſi [b] triſtia funeſtaque commemorat. Hæc nefanda maledictorum, iniuriarumque portenta, ijdem qui ſupra ſcriptores referunt.

a Nicolaus Eymer. part. 2. q. 11.
b Guido Carmelita de ſecto pſeudo Apoſtol. c. 1.

Et eodem ſeculo quo priores illi hæretici vixit Hermanus Italus, qui cum ſuis fratricellis, ſeu Beguinis venena errorum, ac maledictorum in auguſtiſſimam Romanæ ſedis puritatem ſpirans, ac lingua ſerpentina vibrans Romanam Eccleſiam, fœdam pollutionibus ſpiritalibus meretricem ore maledicto proclamabat, Romanoſque Pontifices poſt Syluestrum omnes fuiſſe impios bacchantis inſtar furioſi vociferabatur. Quod paupertatem non coluiſſent, proindéque indignos, quibus honor, reuerentia, obſequium, decimæque perſoluerentur. Alij duo diabolicæ tyrannidis aſſertores, & vindices circa annum 1320. Marſilius Paduanus, & Ioannes de Landuno furiis accenſi maledicentiæ ex inferis erumpunt, multa mendaciorum, iniuriarumque atrocium prodigia aduerſus ſanctitatem, firmitatemque pontificiæ dignitatis rabide arripientes aſſerẽdo. *Chriſtũ Dominum aſcendentem in cœlum vicarium in terris viſibili directione, & regimine ſuas in Eccleſia militante vices exercentem minime reliquiſſe, ideoque & ſanctum Petrum, & ſucceſſores eius Romanos Pontifices iniuſtos tantæ fuiſſe dignitatis vſurpatores. Nec vlla ratione alijs ſacerdotibus ſuperiores ab ipſo Chriſto Domino fuiſſe conſtitutos.* Huic inſuper impoſturæ aliud nefas adnectebant, *Romanum Pontificem ab Imperatore tanquam ipſo minorem poſſe retento iuſtitiæ ordine iudicari, ſicut Chriſtus Dominus à Pilato, & Cæſare condemnationis ſententiam, iudiciumque ſubijt.* Harum aſſertionum iniquarum ore talium hæreticorum peſtilenti exhalatarum [d] Cardinalis de Turrecremata, & Bernardus [e] Lutzemburgus meminerunt. Ante hos ſuas impietates, & blaſphemias odiorum, & inimicitiarum fœtus aduerſus Romanæ ſedis immaculatum ſplendorem, pontificiaq; maieſtatem Petrus Ioannis Petro-ioannitarum hæreticorum patriarcha œſtro dæmonis ictus euomuerat, qui multis hæreſeon contaminatus horroribus inter alios per Babylonem, perque illam magnam fœtidamque luxuriis Apocalypſeos meretricem, ſanctam Romanam Eccleſiam ([f] ad quam nulla vnquam impietatis, doctrinæque prauæ contagio accedere potuit) intelligi pertinaciter affirmabat, eamque charnalem immundiciis proſtitutam turpibus Eccleſiam, beſtiam, ſynagogamque Satanæ blaſphemando nuncupabat. Antichriſtum vero myſtice de ſanctiſſimo patre Chriſti Domini in hac ſancta Eccleſia vicario, horrendum dictu procaciter interpretabatur. 26. Sed Vuicleſum hæreſiarcham Anglum vnum è præcipuis hæreticorum noſtrorum patriarchis, quis iſta maledictorum monſtra contra ſacratiſſimam patris ſanctiſſimi maieſtatem, dignitatemque debacchantem audire non perhorreſcat? [g] *Romanus Pontifex radix eſt totius malitiæ: quoniam mendacijs à ſequela Chriſti degenerat; iſte eſt abominatio deſolationis in abſtracto.* 27. Huius ſectator, & promotor impietatum Ioannes Huſſus Huſſitarum pater circa annum 1400. in diaboli campo contra Eccleſiam Dei, eiuſque vicarium Apoſtolicæ ſedis antiſtitẽ militaturus apparuit. Cuius inter hæreticas impiaſque aſſertiones, iſtæ à Cochlæo notantur. *Papæ non imitantis Chriſti vitam poteſtas non eſt timenda, nec concedi poteſt quod ſit caput, vel cardinalis alicuius Eccleſiæ particularis vel vniuerſalis, niſi in vita Chriſto, & Apoſtolis conformetur: his non conformis non Chriſti, ſed potius Antichriſti vicarius eſt, & beſtia illa, de qua in Apocalypſi.* Inter articulos triginta impiæ huius hæreſiarchæ doctrinæ, à ſacroſancta [h] Cõſtantienſi ſynodo cõdemnatos ſex directe in oppreſſionem honoris & ſanctitatis Romani Pontificis contortos inuenio articulos videlicet 13. 20. 23. 24. 27. 28. Quorum primus ſub hac mendacium verborum formula conflatus eſt. [i] *Papa non eſt manifeſtus, & verus ſucceſſor principis Apoſtolorum, ſi viuit moribus contrarijs Petro, & ſi quærit auaritiam, tunc eſt vicarius Iudæ Iſcariothis.* 2. [k] *Papa, vel prælatus malus & præſcitus eſt æquiuoce paſtor, & vere fur, & latro.* 3. [l] *Papa non debet dici ſanctiſſimus etiam ſecundum officiũ, quia alias rex etiam deberet dici ſanctiſſimus ſecundum officium, & tortores, & præcones dicerentur ſancti; imo etiam diabolus deberet dici ſanctus, cum ſit officiarius Dei.* 4. [m] *Complectitur eas falſitates, & fraudes quas ſupra ex Cochlæo retulimus.* 5. [n] *Non eſt ſcintilla apparentiæ, quod oporteat eſſe vnum caput in ſpiritualibus regens Eccleſiam, quod ſemper cum ipſa militante Eccleſia conuerſetur, & conſeruetur.* [o] Sextus articulus quo Romanos Pontifices monſtroſa Eccleſiæ capita vocat, his verbis cõcipitur. *Chriſtus ſine talibus capitibus monſtroſis per ſuos veraces diſcipulos ſparſos per orbem terrarum melius ſuam Eccleſiam regularet.* Propter quas ſceleratiſſimas de ſanctiſſimo patre, ac paſtore fideliũ opiniones horrendis extumentes blaſphemiis adeo illius deſpiciebat imperiũ, vt diceret articulo 30. à [p] Conſtantienſi concilio ſeſſione octaua condemnato, *excommunicationem Papæ non eſſe timendam, quia eſt cenſura Antichriſti.* His blaſphemiis, & aliis impiis dogmatibus ab orthodoxo concilio condemnatis pertinaci dementia cum ſuæ impietatis conſorte Anthonio de Praga affixus, & hærens vltricibus tantorum ſcelerum flammis ſacroſancti decreto concilij viuus cum ſuæ abominationis ſocio coonſumptus eſt. Nouiſſimis temporibus funeſtiſſimæ Lutheri vicinis ætati, vt antiquioribus ſuperſedeam immites, ferini, & agreſtes populi Rotheni, alias Ruſſij, vel Moſcouitæ nuncupati, Liuoniæ vicini à multis annis Apoſtolicæ ſedi rebellare ſueti tandem diabolicis fraudibus, perſuaſionibuſque ad cor patefacientes aditum, omne Eccleſiaſticæ Romanæque ſedis iugum ſuaue, animarum ſaluti propitium, obedientiæ Chriſtianæ impatientes excuſſerunt. [q] Hanc primũ veritatem non minus pertinaciter, quã imperite videlicet, *ſanctum Petrum Romæ primum ſediſſe Pontificem improbantes, deinde Romanam Eccleſiã reliquarum fidei Chriſtianæ circo concluſarũ caput eſſe, atque principẽ penitus abnegãtes.* Sed ex mendaciorũ, blaſphemiarũ, maledictorũq; in ſacratiſſimã Chriſti D. ſpõſã Rom. Eccleſiã, inq; vicariũ eius viſibile huius caput Eccl. ab hęret. ſchiſmaticiſq; hauſtorũ gurgite pauca de multis tetigiſſe potius quã cõmemoraſſe ſatis.

63. Hermannõ Itali cum ſuis fratricellis an. 1300.
c Palmerius in chron. Ioannes de Turrecrem. l. 4. de Eccleſ. part. 2. c. 37.
64. Marſilij de padua Ioannes de Landuno.
d Ioannes de Turrecr. l. 4. de Eccleſ. p. 2. c. 37.
e Bern. Lut. l. de ſectis.
25. Exemp. Petri Ioannis circa an. 1199.
f S. Cypr. l. de vnit. Guido Carmelit. de erroribus Ioach. abb. & Petri Ioan. Gab. Prateol. l. 14. elench. hæreſ. verbo Petrus Ioan.
26. Exemp. 26. Vuicleſi.
g Vuicleſi en. 37 ſupra illud Euang. cum videritis abominationem deſolationis an. 1390.
27 Exemp. Ioan. Huſſi. Cochlæ. l. 3. hiſt. Huſſit. Genebr. in Greg. 12. Prateol. verbo Huſſita. Onuphr. ann. 1415. Sanderus hæreſi 170.
h Conſt. Cõc. ſeſſ. 15. 3. Tom. part. 2. ex 30. articulis erroneis Ioan. Huſſi.
Sex contra Papæ militantis authoritatem.
i 1. Qui eſt 13.
k 2. Qui eſt 20
l 3. Qui eſt 23.
m 4. Qui eſt 24.
n 5. Qui eſt 27.
o 6. Qui eſt 28.
p Conc. Cõſt. ſeſſ. 16.
28. Ruthenorũ impia dogmata & rebelliones in ſedem Apoſtolicam an. 1500.
Duo inter [illegible] Ruthenorum contra Romanam Apoſtolicam ſedem errores.
q Prateolus in verbo Ruthens.

B C D

Nam & longa tot scelerum commemoratione, & horrore stylus scribendi delumbatus hebescit, languetque defatigatus, acuendus nihilominus magis nouisque reparandus viribus, vt atrociora multò oefandioraque omnem supetantia execrationem, opera calami depromat, atque referet. Quæ nostri seculi hæretici, atque schismatici non alio quam dæmonis armati furore in sanctitatē œcumenici pastoris, & honorē in virtute & ordinatione Christi D. firmatum, radicatumque, nec non in inmaculatum Apostolicæ sedis splendorem, puritatemque fraudis, erroris, impietatisque hæreticæ nesciam, iniuriosissime profuderunt. Sed lassus stylus inania verba repellit, tci veritatem, dum paulisper respirat, serio aggredi meditatur.

CAPVT IV.

De odio Lutheri primi omniū nostri seculi hæreticorū patriarchæ diabolico, in sedē Apostolicā & sacrosanctam Apostolici, & Romani pastoris monarchiam, déque eius apostatæ erroribus, blasphemijs, calumniis, imposturis, atque mendaciis ex vnico solo operum detestabiliū eius volumine sexto videlicet haustis, & expressis: quibus eius execrabilis contra hunc sanctæ matris Ecclesiæ monarcham religiosissimum conflatur, & intumescit exercitus.

Ratio præcipua propter quam tam iuste omnes Catholici impios Dei hostes execrantur.

SI quæ ratio hominem ratione præditum iudicij mentisque participem, atque Christianæ gratiæ lumine fulgentem in odium detestationemque perditorum Dei, Ecclesiæque hostium commouere posset: ea mihi præcipua esse videtur, quæ istorum fraudes, conatus impios, insidias, furoresque eò conuratione sacrilega conniti, & conspirare demonstrat. Vt veritatem fidei, religionis Christianæ lucem, mendaciorum colluuie extinguere, immaculatam Ecclesiæ virginis ac sponsæ saluatoris nostri puritatem, confictis vitiorum sordibus adulterare, nec non dignitatis auctoritatisque supremæ, quam Christus Dominus suo in terris affixit vicario suæ capiti Ecclesiæ visibili sanctitatem, ementitorum scelerum cumulo, calumniis, mendacijsque fulto blasphemantibus obruere possint. Quod cum supra cæteros, qui vnquam contra inexpugnabilem Ecclesiæ Dei ac sedis Apostolicæ murum immaniter arietarunt hæreticos, nostri seculi reprobi circa fidem Lutherani, & Caluinistæ aggredi molitiue nullo non stipati scelere tentauerint. Non mirum si boni omnes, si verè Christiani, si verè Ecclesiæ sanctæ filij, si sedis Apostolicæ alumni charissimi, obsequij, & obedientiæ in sanctissimum fidelium patrem fidelitate conspicui, hos odio extremo, & abominatione veluti portentosa diaboli mācipia, satellitesque nefandos oō sine iusta imprecatione viuos mortuosque detesten-

Lutherani & Caluinistæ omnes priscos hæreticos impiorum errorum multitudine, & horrore superant.

A tur. Cum & multitudine impietatum, errorumque fidei Christianæ atrociter inimicantium, & eoountorom furentium, iniuriarum sacrilegarū, blasphemiarūque horrore, longe omnes priscos hæretica castra ductore diabolo secutos, maledicta infœlicique victoria superauetint. Qui cum ad opprimenda cætera religionis nostræ Christianæ mysteria mordaci, iniurioso petulātique stylo scribere, debaccharique soleant: cum ad immaculatam sedis Apostolicæ pulchritudinem, virgineamque sinceritatē omnis erroneæ hæreticæque doctrinæ nesciam, suis impuris, probris, & adulterinis eōtiis prostituendā assurgunt, cūq; ad sanctissimā Romani Pontificis communis omnium Catholicorum parentis authoritatem, atque maiestatem, irrisionibus, opprobriis, mendacijs, blasphemisque calumniis perfringendam,

Hæretici Lutherani & Caluinistæ in opprimenda Roman. Pont. authoritate omni omni humanitate diaboli immanitatem induunt.

B proscindendam, exterminandamque in suis immanibus votis, atque conatibus, accurrunt & aduolant: His rabidæ dementiæ, atque furoris æstibus inflammantur, vt Satanæ furiis agitari, nec solum hominis humanitatem prorsus exoisse, sed dæmonis immanitatem penitus induisse videantur. Quorum omnia blasphemiarum, conuitiorum, mendaciorumque portenta ordine commemorare oon est animus; quia & præ multitudine tantarum impietatum stylum vires scribendo deficerent, & tot blasphemiarum, sacrilegorumque mendaciorum monstra nimis lectorum mentes sua fœditate, atrocitate, horroreque perturbarent. Pauca de multis ex vasto & spatioso diabolicorum operum Lutheri, Centuriatorum, & Caluini gurgite hausta, expressaque referemus, atque in primis ad maledicta, mendacia, sacrilegaque blasphe-

C miarum spectra Lutheri portentaque veniamus. Non omnia commemoraturi, quæ spatsim fusa per septem illius volumina miris tumentia malis horribilem suæ execrationis fœtorem exhalant; sed solum vt nostra non tam copiam quam modum habeat oratio, quæ leuiter, breuiterque ex vnico illius volumine, sexto nempe (quod totum in deprauando, corrumpendoque adulterina expositione Geneseos libro consumitur) collegimus, in lucem, aurasque ventilari patiemur. Sic ex vngue Leonem, ex cornu taurum, ex gleba messem; ex scintilla incendium; ex torri bustum, id est, vt vno verbo dicam, ex paucis criminibus immensas scelerum atrocitate grauissimorum, multitudine innumerabilium facies, prudens fidelisque lector animo concipiet, atque meditanda cū detestatione memoriæ mandabit.

D *Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab vno Disce omnes.*

Atque vt intelligamus quam furiosè, & impudenter, sine vllo metu, pudoreque impurissimus apostata, crudelissimusque dæmonum ductor exercitus, horribiles inferni copias, id est mendaciorum, calumniarum sacrilegarum, blasphemiarumque furias aduersus sanctissimam Romani Pontificis auctoritatem atque majestatem spiritualibus splendoribus illustratam execrabili conatu deduxerit. Ista fuit obseruanda diligenter quæ ipse sacrilegus dæmonū[a] cultor in libello contra regē Angliæ non longe à principio, in contemptum mire superbum reuerentiæ Romano Pontifici deferendæ scripsit. *Christus*, inquit, *spiritum mihi suppeditauit, insignem contemptorem tam fraudis quā furo-ris*

Luther lib. cōtra regem Angliæ pt. blasphemia.

a Luther in c. 4. Geneſ.

rus papiſtici? [a] Qui in cap. 4. Geneſeos ſacra & ſalutaria religionis noſtræ catholicæ & Romanæ myſteria atque ſacramenta, quæ verè catholici ſub obſequio Romani Pontificis piè deuoteque colunt, venerantur, adorant. 2. *Papæ ſtercora non exhorrent appellare quæ*, inquit, *papiſtæ pro balſamo emunt, adorant, præfricant.* Hactenus blaſphemia ſcelerate delectatus vlterius linguæ venenatæ aculeos exaſperans, [b] *Papæ Eccleſiam* (ſcilicet Catholicam, Apoſtolicam & Romanam) 3. *Turpi Cainicæ congregationis titulo*, polluit atque ſic blaſphemãdo dedecorat. *Nullum igitur apud nos hodie eſt dubium, quin Papæ Eccleſia ſit Cainica, nos autem ſumus vera Eccleſia.* O præſumptio diabolica *ſicut enim Abel Caino non nocuit, ita nos non ſolum non nocemus eis, ſed patimur vexari, dominari, occidi nos ab Eccleſia Papæ.* Vox ſcelerata! diuinæ humanæq; leſę maieſtatis reos, Eccleſiæ ſãctiſſimæ, vnicæ Chriſti Domini ſponſæ in armis hæreticæ rebellioni obſiſtentes, diuina humanaque iura nouis impietatibus violantes, non minus imperatori politiçque ſeculari quam Papæ Eccleſiaſticæque dominationi per defectionis inſaniam, tot ſociatam ſceleribus reluctantes, quorum multandis criminibus mille tormenta non ſufficiunt, Innocentes aſſerere! atque tot perditorum generoſitate catholica perſecutores veros catholicos prælia Domini præliantes, homicidas impios ſceleratoſque Caini ſectatores appellare! Sic diſquirendo plenius & impia eius in Geneſim commentaria examinando eorumque replicando turpitudines & euoluendo, quid non ſemper horribile magis cõtra Pontificiæ ſanctitatem maieſtatis offendimus? nunquid iſte nefandiſſimus apoſtata [c] in c. 7. Geneſeos circa finem Romanum Pontificem, 4. *Satanæ mancipium*, Eccleſiæ Dei id eſt ſuę impietatis perſecutorem, non cultorem, defenſoremque per ſummam contumeliam vocando inuidioſè criminatur? Catholicos vero populos huius ſanctiſſimi imperij obſequentiſſimos quos per contemptũ, *Papiſtas appellat, Eccleſiã eſſe Satanæ* impudentiſſime mentiendo calũniatur? Sed quò dementiæ rabieique in conuitiando progrediatur, audiamus horrendas apoſtatæ voces non modo canonica anathematum ex auctoritate Pontificis in rebelles nefarioſque Eccleſiæ hoſtes contortorum fulmina deteſtantis, verum etiam eiuſdem ſanctiſſimi Paſtoris vitę futuræ per pœnitentiam obedientibus populis, catholica certitudine ſpondentis promiſſiones irridentis. [d] Quibus ab ipſo Papa nimium obedientes populos pręcipitari in infernum, abyſſoque damnationis æternæ ſepeliri iniurioſiſſimè, cum illa mendaciorum colluuie conteſtabatur. 5. *At inuenit*, inquit, *ſcilicet Papa, ſane populum (proh dolor) nimis obedientem. Quot enim hominum millia*, audite cæci inſanique Lutheri ſectatores horribiles veſtri doctoris impoſturas. *In hac obedientia, dum ſe recta via ad Cælum ire iudicabant, demerſa ſunt in infernum*, & paulo poſt. *Ad hunc* (ſcilicet infernum) *impleuit Papa mundum Satanica obedientia. Præcepit enim non quæ Deus iuſſit, ſed quæ ipſe*, ſcilicet Papa, *excogitauit: inde accidit vt tota eius religio non vera, ſed ficititia & electitia, ac mera hypocriſis eſſet.* Sed fœdo tetroque beſtię nomine gloriam ſplendoremque Pontificiæ ſanctitatis infuſcare Luthero delicię ſunt, *quam barbarus*, inquit, *is factus, quod etiam reges ad pedum oſcula beſtia cogat.* Sed quis non ſtupeat, cui non horrore comæ arrigantur, & vox faucibus hæreat, ad deteſtabilem

2. *Myſteria religionis Chriſtianæ Papæ ſtercora vocat.*
b In 4. Geneſ.
3. *Papa Eccleſiam Cainam.*
Præſumptio Lutheri Diabolica.
Vox ſceleratis Lutheri.
c 4. In cap. 7. Geneſ.
d 5. In cap. 11. Geneſ.
e Ibi.
6. *Obedientia Papæ Satanicam.*
7. Ibi.
Papam ſua non Chriſti iuſſa præſcribere eius religionẽ ſcilicet catholicam meram hypocriſim.
8. Ibi.
Papam beſtiam vocat.

A illam, quam facit Dæmoniacus calumniator, ſanctiſſimi Patris vnici Chriſti Domini in Eccleſia vicarij cum truculẽtiſſimo Chriſtianorum carnifice perduelli Turca collationẽ: 9. in qua vtrumque Antichriſtum appellans, Papam tamẽ verius Antichriſtum quam ipſum Turcam referre & (quod deteſtabilius eſt) ſanctiſſimum hunc Chriſtianę Eccleſiaſticęque cognationis parentem ipſo immaniſſimo Turca cane rabido, ſceleratiorẽ eſſe blaſphemat? Atque vt ſuas falſitates blaſphemiaſque cõfirmet ait. 10. *vterque enim*, ſcilicet Papa & Turca, *Verbum & cultum Dei non negligit ſolum* (ô Diabolicas impoſturas) *ſed odit & perſequitur.* 11. *Itaque extulit ſe Papa ſupra Deum, & conſtituit ſe in locum Dei, ita vt adoretur in locũ Dei oppreſſo verbo & ſeruiatur ei oppreſſo cultu diuino.* Nec dum aridæ fauces ſceleratiſſimi hęreticorũ nouorũ Patriarchæ, tetro infernalique blaſphemiarum liquore: B pergit amens iſte & inops animi, honorem ſanctiſſimi Patris virtutemque maledictis laceſſere, conuitiiſque proſtituere dicendo: 12. *Illum Chriſti Domini ſummam venerationem, ſupremam adorationem quæ illi ſoli cum Patre & Spiritu ſancto debetur, cultumque conculcare pedibus atque blaſphemare.* Rurſus vt nouis & ementitis criminibus quæ ipſe nefandè comminiſcitur ſacroſanctum Papæ nomẽ atque decus oneret & adulteret, mendacia mendaciis accumulando ibidem furioſe vociferatur, vt omnes Germanię orbiſq; Chriſtiani nationes exaudiant. *Romanum Pontificẽ 13. coniugium diuinitus inſtitutum non ſolum abſtuliſſe, ſed omnino cõtaminaſſe, ac ſi eſſet genus vitæ profanum & Deo diſplicens.* Inſuper creſcens ira & indignatione in ſanctiſſimum Patrem furoreque ei C nocẽdi magis ebulliens, cõglomeratis impoſturis & mẽdaciis enormibus quaſi intermiſſas pugnas, iterans horribili voce intonat. 14. *Papã ſacramenta Chriſti corrupiſſe, & mutilaſſe, contra fas calicem à ſacramento Eucharistiæ ſuſtuliſſe, & ademiſſe, teſtamentũ Chriſti cõmutaſſe in ſacrificiũ & quaſi noſtrum opus. Et vt ſemel*, inquit, *omnia dicam* 15. *Chriſtũ prorſus ſepeliuit & tribuit iuſtitiã ſuis traditionibus & cultibus præter & cõtra verbũ Dei conſtitutis*: his dictis epiphonemate inſano pro cõcluſione proclamat. 16. *Hoc vere eſt ſe eleuare ſuper omne quod Deus dicitur.*

Exponens poſtea quid ſit Deum relatiuè adoratum ait: *Deum autem intelligo relatiue adoratũ, ad quem vertimus faciem. Cui gratias agimus, quem inuocamus tanquã auctorem bonorum omnium corporalium & ſpiritualium, cui denique ſeruimus in charitate officiis erga proximum, dum paremus magiſtratui & parentibus: dum ſeruimus liberis alimoniam conquerendo & fidei inſtitutionem*, &c. D Quibus omnibus piis operibus & bonis contraria facere Papã & operari poſt hæc homo nequã veritatis hoſtis atque virtutis aſſerẽdo impudentiſſimè mentitur dicẽs, 17 *Hoc Papa ſcilicet, cũ Turca & Iudæis non facit, ſed ſuper Deum ſe eleuat contemnendo ipſa factus.* Quid eſt hoc quod Papaiſta bona non faciat ſed oppoſita plane? niſi quod Papa gratias Deo non agat, ſed acceptorum inſultet ingratus obliuione beneficiorum: Deum non inuocet, ſed offendat, Deo in charitate non ſeruiat, ſed eum odio proſequatur: non officiis miſericordię beneficentiæq; erga proximum placet, ſed irritet iniuriis, non parendum magiſtratui moneat ſed reluctari doceat: non parentibus ſeruire, ſed iraſci, non ex pietate paterna liberis alimẽta præſtare, eorumque ſuccurrere neceſſitatibus, ſed ex nouercali crudelitate lapidem pro pane, ſcorpionẽ pro ouo, pro piſ-

9.
f In c. 17 Geneſ.
10. Ibid.
11.
12. Ibid.
13. Ibi.
14. Ibi.
15. Ibi.
16.
Quid ſit Deũ adorare relatiue ex Luthero.
17.
Quam infelicem diuinis aduerſantia mandatis Papa cauſatur ſecundum Lutheri dæmonologiam.

A ce serpentem porrigi, darique suo præscribat imperio: non eus fidei institutione in viam salutis deducere, sed infidelitate doctrinaque dęmonis Euangelio Christi contraria perdere mandet? Nunquid bona hæc secundum dialecticam dęmonologiamque Lutheri ex oppositis illatio? Atque vt hanc scelerati hominis perditique fidei, religionisque Diuinæ desertoris mentem fuisse cognoscamus, sequentia consideremus in quibus continenti oratione blasphemat dicendo.[a]

a Ibi in c.17. Genes.

Papam propositā à Deo salutis viam fidemque in Christum deseruisse, aliasque sibi fidei in Christum planè contrarias delegisse vias. Sciscitantibus autē ab eo huiusmodi vias, *sacrificium missæ, vota religionis solemnia, consilia Euangelica & similia, Christianæ perfectionis opera*, quibus deuotè feliciterq; sublimiores sanctitate, Catholicorum animę Deo litare solent impudenter & enormiter apostata sacrilegus obtrudit.

In schola Lutheri magnū scelus est magna in catholica religione sanctitas secundum Deū.

B Vt illius iudicio pro crimine Innocentia, pro apostasia fides, pro impietate religio, pro fraude inexpiabili Christiana perfectio, proque scelere magnorum sublimiumque virtutibus catholicorum sanctitas habeatur. His maledictis quid potest excogitari nefandius? in quorum confirmationem nouarumque argumentum blasphemiarum[b] in cap. 25. Geneseos. *Papatum per extremam maledicentiæ nequitiam, dæmonum hominumque pessimorum congregationem appellans: Romanam curiam damnatam rem esse inferni sociam, quam omnes*, inquit, *cauere & detestari debent*: hæc continenter per cōclusionem diabolicam inferens: *quid igitur de fide & bonis moribus præciperet*, scilicet Papa & curia eius, *cum sit congregatio dæmonum & hominum pessimorum papatus.* Quid plura? horridę semper Hæresiarchæ maledici fauces, atros serpentinosque nouorum conuitiorum blasphemiarumque cruores sitiunt: quos tanquam mustum

b In c.25. Genes.

C hauriat, vt his inebriatus homo peccati, cum istorum crapulam edormierit ad opprimendam sanctissimi Patris famam & honorem eius fætores immanius exhalet. Quis fætor abominandæ maledictorum crapulę illo putidior inueniri potest? quo porcus iste in hara apostasiæ saginatus sanctissimam sedis Apostolicę Pontificięque maiestatis auctoritatem decusque fœdauit & incestauit? *Papatum horribilem damnationis inferniique voraginem qua mundus omnis ingurgitetur deuoreturque*, nominādo. Ita enim ex antecedentibus iniuriis, mendaciis, contumelüsque sacrilegis, execrabilem conclusionem more suo id est diabolico deducit.[c] *Videre igitur est: quantum sit periculorum & malorum in Papatu, quanta vorago scilicet damnationis & perditionis, qua horribiliter absorptus sit totus mundus, per primatum Papæ, ideo odio perfecto debemus illam bestiam odisse.*

c Ibi in c.25. Genes.

Iterum papā bestiam vocat.

D Quanta verò per gradus maledictionum blasphemiarumque ad culmen apicemque abominationis summę procacitate semper ascendens[d] in ca. 28. Geneseos ignita ardore nocēdi in exitium nominis, & auctoritatis diuini pastoris conuersa mendaciorum iniuriarumque acerbissimarum furibūdus tela odiorumque fulmina iaculatur? Cum passim sanctissimū beatissimumq; Christi Domini vicariū *Satanam & Belial*, appellat, quem Christo semper opponit? *Nolumus*, inquit, *admittere hostem iuxta Patrem familias: Non enim possunt simul eandem domum regere Christus & Satan. Quæ enim est Christo conuentio cum Belial?* Atque vt non ignoremus ab hoc execrabili diaboli ministro, Satanæ, & Belial nomine Papam fuisse intellectum: quæ

d In cap. 28. Genes.

A subdidit attēdamus, *Si igitur colendus est Papa, necesse est abnegemus Christum.* O furiosa & non nisi ex antro Luciferi deducta maledicta? pro ratione & causa non minoris abominationis mendaciū tale subiungit. *Non enim patitur is* (scilicet Christus Dominus) *Satanam*, id est vt ille interpretatur, *Papam regnare in sua domo. Si volumus habere Ecclesiam non oportet eam polluì & permisceri vlla Satanica* (scilicet Pontificia) *doctrina.* Tum quæ sit illa Satanica doctrina sic conglomeratis imposturis atque mendaciis exponit. *Sunt autem traditiones papisticæ impiæ & pugnantes contra verbum Dei, propter quod verbum solum Deus vult apud nos mansionem facere, ergo fugienda sunt traditiones illæ quia Belial & Christus non possunt vnius domus Domini aut Patres familias esse.* Sceleratissimus apostata multa mendaciorum conuitiorumque monstra pro veris as-

B sertionibus effundit, & nihil probat, solum tota illius probatio furor est sine teste volentis sibi credi, & cum sit instar Patris sui Diaboli mendacissimus, & in rebus Dei cum procacitate imperitissimus, vult tamen ad nutum fallacium verborum & rabidarum dementis animi iactationum, miserorum quos infelicissimè delusit consensum sibi prosterni tanquam αὐτὸς ἔφα. Quis credere potuisset Hæresiarcham illum tot hæreticorum Patriarcham eò sine sensu, ratione atque iudicio peruenturum audaciæ atque superbiæ, vt dicere sine confusione tandem aliquando præsumeret & auderet, blasphemando & conuitiando cum extrema mendacii impudentia,[e] *Papam & fanaticos eius fautores sectatoresque papistas* (sic ille loquitur) *primam mandatorum Dei tabulam contemnere, eamque sacrilego ausu temerare pedibusque conculcare?* In qua de suprema Dei vnius agitur adoratione, cui calumnię audacissimus mendaciorum artifex illud fictum ementi-

e In c.31.

C tumque crimen atrox nimium, si veritate niteretur, affinxit Papam dicere solitum: *Ego sum in prima tabula, ego soluo omnia quæ sunt secundæ*, quasi ipse sanctissimus Pater de copia facultateque dispensandi iure diuino arroganter contra fas datum proterueque gloriaretur. Quod nulla vnquam catholicorum auris audiuit.[f] Insuper in cap. 48. clementissimam Romani Pontificis pænitentibus remissionem peccatorum indulgentis benignitatem maximæ crudelitatis loco ducit, dum suo satisfaciens furori consolationes Papæ pro afflictis animis ob admissa contra legem Dei crimina maximę instar esse crudelitatis arguit, quod ab eis contritionem, confessionem, satisfactionemque pro peccatorum remissione requirat. Si crudelitas est tutò ac securè sic saluare animas, o felix & clemens crudelitas, o pietas in hac re esse crudelem? Sed quid

f Ibi in c.48. Genes.

Atrocissima Lutheri impostura.

D his prætereà sceleratus adiungit? mendacia multa, blasphemiarum graueolentiam fætide spirantia! *Papam videlicet suis fictis consolationibus & crudelibus remissionibus nihil de salute animarum ad sui nutum imperij pænitentium certi promittere, nihil illis felicitatis futuræ polliceri, sed eas in perpetua dubitatione relinquere, tandemque ad desperationem Deique odium eas adigere.* Vt in æternum cælo perituræ, pœnis in inferno sempiternis obnoxiæ, sine fine miserè viuendo moriantur. Nec præter hæc in idem caput rubore confunditur, sic audacter mentiri dicendo, Papam nec Euangelium nec legem Dei docuisse, sed veram Decalogi intelligentiam malitiosè sustulisse. Eius verba sunt ne dissimulatione aut retentione di-

25. Papam nec legem Dei nec Euangelium docuisse, sed sustulisse.

eendorum eius falsitates obruuntur. *Papa tamen traditiones suas obtrusit Ecclesiæ, nec legem nec Euangelium docuit, sed Decalogi quoque verum intellectum sustulit.*

26. Plaustra simul iniuriarum effundit in Romanum Pontificem execrabilis apostata. Verum non contentus singula comminisci, & cum mendacio horribili crimina in sacrosanctam œcumenici pastoris ac principis Ecclesiasticæ Hierarchiæ calumniando confingere, dum sæuior Dæmonis ira transuersum in amentiam furiosiorem apostatam vehementer exagitat: Dum eius rabie fera corda tument, crudelioresque diabolus odij & indignationis stimulos sub illius pectore vertit. Simul iniuriarum atrocium maledictorumque mendaciis blasphemiisque scatentium plaustra paucis verbis conficta, & per summum imposturæ nefas ementita in sacratissimam tanti principis in Ecclesia Christi Domini, sub illius authoritate regnantis, personam, nomen, decus, atque non violabile numen atrociter effundit, cum ita furibunde loquitur. [a] *Imprimis vero magnifice nos efferamus & urgeamus contra Papam, hanc gloriam nostram ad destruendum horribile illud regnum* (scilicet Papæ) *cuius monstra non mihi si centum linguæ sint oraque centum dicendo possim consequi, neque quicquam tam acerbum & vehemens in ipsum dici potest quod non impietas & abominatio illa stans in loco sancto superarit.* Post hæc, ad iram & odium contra Papam, omnes ad illum execrandum, maledicendum, exterminandumque hoc horrifico clamore vociferans adiurat. *Ideo irascatur, execretur & maledicat Papæ qui potest, plus enim nocuit regno Christi & bona Christianorum diripit & vastat, sed Papa longè crudelius vrget suum Alcoranum vt abnegetur Christus, vterque quidem hostis est Ecclesiæ & mancipium Satanæ, quia vterque abucit Euangelium, sed Papa vult adorari suos canones & decretales vt opprimatur & deleatur lux Euangelij.* His blasphemiarum portentis diram hanc subnexuit imprecationem. *Pereat igitur in æternum* (scilicet Papa) *& maledicant omnes Angeli & sancti huic portento. Nam mihi quidem percundum fuisset in spelunca illa latronum* scilicet vere catholicorū congregatione sancta Apostolica & Ro. *nisi diminitus liberatus essem*, &c. In caput vero 49. Geneseos per horribilem multiplicatamque mendaciis execrandis contumeliisque blasphemiam sanctissimum patrem Danitam serpentē & diabolicum, Antichristum videlicet natum ex vera Babylone Ro. nempe (iuxta fallacē impiamque eius interpretationē) monstrumque turpissimum iniuriosissimè sceleratissimus Satanæ minister appellat. [b] *Hic est Dan*, inquit, *Diabolus qui extinxit legibus suis Euangelium Dei, qui veneno suo & vi necat ambulantes in se, scilicet sectatores sui, qui extinxit & basit Ecclesiam præsertim adulterum, eorumque animas corpora & res perdidit, & quæ Deus voluit esse bona salutaria & libera ea fecit noxia & damnabilia.* Heu quanta in vno loco, diabolicarum blasphemiarum mendaciorumque horribilium venena ab isto apostata, Tartareo buffone sparsa sunt ac fœtore sacrilego euomita? quibus conforme est monstrum illud horrendum ingens, quod multis hisque execrandis compactum maledictis, blasphemiis, horrendisque conuitiis impius [c] in suis resolutionibus apostaticis Hæresiarcha tot reproborum damnato-

a In cap. 48.

27. Omnes contra eū ap. stato- I Papa execrationem, odiū, maledictionem & ruinam.

Ibidem.

28. Horribilis blasphemia Papam plus nocere regno Christi Ecclesiæ quam Mahometh.

29.

30. Dira Lutheri in SS. Pontificem imprecatio cum aliis blasphemiis.

b In c. 49. Genes.

31.

32.

c Lutherus in suis resolutionibus anno 1520.

A rumque Patriarcha, parturiuit atque hoc fœdissimo verborum detestabilium semine progenuit: *potestas Papæ est Lerna & Tartarus sentina libidinum, pomparum, cædium, reliquarum, quæ abominationum in Ecclesia.* Quot verba, tot monstra mendaciorum horribilium, tot blasphemiarum nefandissimarum portenta. Quis Dæmon putidiora & detestanda magis posset euomere? plura similium impietatum prodigia hominis sceleratissimi partus ac fœtus nimis execrabiles recensere atque commemorare stylus & charta perhorrescunt. Si tot ex vno operum diabolicorum huius apostatæ volumine calumniarum, conuitiorum, mendaciorum detestabilium, blasphemiarumque genera eruere nobis & explicare licuit: si alia sex huius Hæresiarchæ perditissimi volumina à nobis euoluerentur, vt ex fœdissimis illorum antris & speluncis, latrocinantium atque deprædantium immaculatam sanctissimi Patris vitam, famam & honorem maledictorum, opprobriorum, calumniantium imposturarum, blasphemantiumque mendaciorum Lernas atque furias, in apertam styli labore ac industria lucem veritatis educeremus, quis tandem scribendi finis esset? Sed ne Christianus fidelisque lector impudentissimam nostri apostatæ dementiam nimium miretur, tantis ausi sanctissimum Christi Domini vicarium charissimum clementissimumque omnium catholicorum parentem contumeliis atrocibus virulentisque maledicentiæ diabolicæ spiculis adoriri. Cum inaudītis nefandissimis, & quæ propter nimiam abominationem recenseri sine horrore tremoreque maximo non possunt, ipsum Dominum gloriæ plenum gratiæ & veritatis, [d] Saluatorem mundi, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, Iniuriis, sacrilegiis, conuitiorum portentis, blasphemiisque diabolicis aggrediendo proscindere, adulterando polluere, prostituendo dilaniare non exhorruerit? Nihil sioe probatione moueo, nec execrādo satelliti Sathanæ sine iustissima ratione irascor. Nonne in furioso illo tot scatente errorum impietatumque fœtoribus in 3. c. Epistolæ ad Galatas cōmentario hæc verba exponens: Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum, scripsit Christum Dominum vt pro nobis sponderet fuisse, *Omnium hominum qui vnquam in hoc mundo vixerunt maximum latronem, prædonem, homicidam, adulterum, sacrilegum, blasphematorem, & cæterorum scelerum ministrum patratoremque?* &c. Horribilium criminum in Christo furere debentium, hanc rationem adducit. [e] *Quia fuerit hostia pro peccatis totius mundi, non potuit esse persona Innocens & sine peccato, nec esse filius Dei natus de virgine, sed maximus peccator, qui habet & portat peccatum Pauli, qui fuit blasphemus, persecutor & violentus, Petri, qui negauit Christum, Dauidis, qui fuit adulter, homicida & blasphemare fecit gentes nomen diuinum*, &c. Atque his blasphemiis nondum suo adhuc furori satisfaciens, in eodem loco infra inexpiabilia in Christum Dominum blasphemando crimina concepit, asserēs, *Christum Dominum coactum fuisse pro omnibus fieri peccatorem, &c. & vnicum peccatorem in terra adeò vt non alius*

B

C

D

Nota bene.

Lutheri in Christum D. execrabiles blasphemiæ.

d Cantus Ecclesiæ.

Horribiles Lutheri blasphemiæ in Christum Dominū commenti. In c. 3. Epist. ad Galat. v. 13.

e In eodem commentario.

sit in toto mundo peccator quam ipse Christus. O blasphemias & scelera portentosa quę nulla vnquam piacula, sempiternaque inferni tormenta resoluent.

CAPVT V.

De odio, atrocibus iniuriis, mendaciis enormibus, blasphemiisque Centuriatorum in sedem Apostolicam Romanumque Pontificem ex sola Centuria 8. detractis.



NTER Martini Lutheri discipulos ętate & impietate pręcipuos, quos suę pestiferę doctrinæ contagione fædauit, Centuriatores Magdeburgenses numerantur. Qui vestigiis scelerati magistri insistentes eius scelera, impietates, flagitia, consectati, miris inferni furoribus accensi, sacrosanctam & Apostolicam sedem, sanctissimum Rom. Pontificis Christi Domini vicarij nomen, honorem, Monarchicumque à Deo stabilitum principatum, hórrendis odiis, contumeliis, mendacibus, maledictis, opprobriis atque blasphemiis vsque ad vltimam vesaniæ insaniæque suæ molitionem vexare, deturpare, & opprimere conati sunt. Nec vnquam ab hac contumeliosa scelerataque oppressione quieuerunt, quousque execrabiles eorum animas à corporibus per mortem temporalem auulsas in profundum abyssi manus Dei viuentis illorum detestabilia flagitia flammis æternis vltura protruserit. Quas iniurias, calumnias, blasphemias, maledicta, conuitia sacrilega, horribiles odiorum & inimicitiarum fætus, quia in immensam molē nimis excrescunt, omnia quæ passim per duodecim eorū centurias sparsa ac disseminata leguntur, recensere multò longiùs esset, quā non vt vnius capitis sed totius libri, aut magni cuiusdam operis termini capere possent. Propterea satis nobis fore iudico ad plenam istorum perditorum hęreticorum abominationem nonnulla ex multis colligere, quæ vna tamen eorum centuria, octaua scilicet, expressimus. Ex quibus planum erit lectori catholico, longe plura blasphemiarum portenta colligendo meditari, & meditando detestari: quæ in aliis Centuriis nimio cumulo conglomerata reperiuntur. Atque vt ordiamur à principio capitis primi huius Centuriæ, audiant pij catholici, nec sine horrore lectores strepitum multiplicatarum & paucis verbis turbatim effusarum calumniarum blasphemiarumque tanquam armatarum furiarū, virtutes Christianas, pietatem, religionem, deuotionem, diuinumque cultum pro atrocibus superstitionis & idololatrię criminibus detestantium: quaque rabie in sanctissimos Apostolicæ sedis antistites debacchentur, diligenter attendant.

a Cent. 8. c. 1. circa principium.
1. Blasphemia centuriatorū calumniosa, &c.

[a] 1. *Pontifices Romani*, inquiunt, *Antichristi in loco Dei sedentis mancipia seu vicarij cultum Deorum alienorum instituunt: & Christo æterno nostro Pontifice remoto, sanctos mortuos intercessores pro genere humano decernunt, eosque inuocatione statuarum & imaginum erectione, templorum & altarium extructione, & consecratione, reliquiarum translatione, auro argento, gemmis, missis, candelis, suffitu, geniculatione honorari & coli præcipiunt.* His verbis omnes sanctas ceremonias detestantur quæ vt corpus religionis eam in Christianorum cordibus deuotè custodiunt. Interim obseruanda cæca istorum hęreticorum impietas, qui dum Romanos Pontifices iniuriis calumniisque lacessunt, totam religionem Christianam, catholicam & Apostolicam toto orbe diffusam sceleratissimè calumniando proscindunt. Apud quam non Christo æterno nostro Pontifice remoto, vt illi sceleratè blasphemant, sed retento & ad maiorem illius gloriam, sancti cum illo regnantes in cælo humani generis intercessores fidei certitudine agniti, magna veneratione coluntur, honorificè à fidelibus inuocantur, in eorum honorem erectæ sanctæ imagines magna reuerentia dignātur, templa & altaria in gloriam Dei sanctorumque illius seruorum memoriam magnificè erecta religiosè consecrantur. Venerabiles sanctorum reliquię pia translatione decorantur. Thecis ferculisque aureis argenteis gemmarum margaritarumque multitudine & excellentia cælatis ornatisque inclusæ à Christianis fidelibus honorantur. Sacrosanctum tremendumque missæ mysterium sacrificium quotidie in sacris templorum altaribus pro salute mundi celebratur, aliaque Diuinæ pietatis officia religiosè peraguntur, quibus Deo Patri, Filio & Spiritui sancto pro fideliū Christianorum salute prospere litatur, suprema latriæque adoratio defertur, non abominatio: doctrina cęlestis obseruatur non corrūpitur: sacramēta à Christo Domino instituta meritoriè maxima cum deuotione tractantur, non traditionibus humanis contaminantur: vt isti Diabolici calumniatores his venenatæ linguæ vocibus blasphemando conuitiantur. 2. [b] *Doctrinam cælestem corrumpunt, sacramenta vt baptismum & cænam à Domino instituta, traditionibus humanis contaminant & in alios vsus transferunt.* Quam facile est impio calumniari sine veritatis vmbra, & iustos criminari, accusatos iniustè non conuincere.

Romani Pontifices mancipia & vicarij Antichristi idololatra, Dei cultus destructores. Impia hæreticorum iactatio qui proscindentes iniuriis & calumniis Ro. Pontificem nō vident se vniuersam religionem Christi Ecclesiamque conuitiando persequi crudeliter.

2 Romani Pōtifices doctrinā cælestem corrumpere, sacramenta Christi contaminare.
b Ibi num. 37.
3. Horrenda calumnia Ro. Pōtifices vaal idololatriam & doctrinam dæmoniorum sequi, &c.
c Ibi n. 40.

Sed quæ dira post hæc blasphemiarum monstra in medium protrahant, audiamus. 3. [c] *Ritus Ecclesiasticos ad ædificationem institutos in superstitiosum Baalismum conuertunt, abiecto & neglecto munere, purè & sincerè doctrinam cælestem propagandi: Dæmoniorum doctrinam de nuptiis vetitis & ciborum discrimine, venditant, sub prætextu insignis pietatis & cultus: & cœnobiis virorum atque mulierum complent vniuersum mundum, qui fœdis suis libidinibus omnia contaminant, & iram Dei orbi terrarum accersunt.* Christianos populos excutere iugum secularium principum decreto Pontificum vt ipsi imperiis soli dominentur, hac serie verborum impudenter mentiuntur: [d] *Ab obedientia imperatorum & legitimi magistratus totius occidentis populos, vt seditiosi spiritus auellunt, & vectigal, censum, & tributum Cæsari dare vetant: & oppressis Longobardis per Francos Italiam & regna huius mundi ac gloriam eius, hoc est potestatem transferendi imperium sibi rapiunt, ac Dominos eius hoc modo se se, Diabolico ausu, contra Christi edictum (vos autem non sic) constituunt, & maiestates non modo contemnunt, sed adeo dementant, & sibi subiiciunt vt ped. s*

d Ibid.
4. Impostura & impudens mēdacium Ro. Pontificis christianos populos ab obedientia principum secularium auel...re contra christi edictū ipsos regnent.

suos osculentur. O salutaris dementia tantum honoris Christi Domini propter ipsum vicario humiliter elargiri! sic contra hos fætidos calumniatores, aut itur ad astra. In eodem capite 2. non longe à calce, calumniantes optimos christianosque principes Pipinum & Carolum Magnum eius filium,[a] *periuros appellant*, qui ob accepta à *Pontificibus ille regnum Francorum, hic occidentale imperium gratitudinis ergo, meretricem* (*scilicet Romanam Ecclesiam*) vt ipsi interpretantur, *adorant, & caracteres eius suscipiunt, eamque exaltant.* Hæ centuriatorum calumniosæ voces in cap. 2. quod est, *de ampliatione Ecclesiæ.* Verbo, Reformationes,[b] conuersionem Germaniæ, aliarumque regionum populorum factam per sanctum Bonifacium Anglum à Gregorio 2. ad has orbis occidentalis oras missum velut Apostolum per summam nefandamque contumeliam, *iniquitatis mysterium fraudisque Pontificias appellauere.* Capite vero de persecutione inscripto suum immane odium atque liuorem in Romanos Pontifices dissimulare non valentes, *eos iure per Longobardos in pœnam criminum suorum fuisse vexatos.* Quamuis secundum rei veritatem vexationes istas barbarorum & immanium Ecclesiæ hostium martyrio vero sancti Patres adscribant. Sed isti nebulones Satanæ captiui hęc in opposita vertentes impudenter inficiantur dicendo:[c] *Eas clades quas Romani Pontifices à Longobardorum regibus circa hac tempora acceperunt historici Pontificij inter persecutiones & martyria referunt. Sed si quis rem ipsam recta via repuect, facile intelliget non de vera religione, neque de piis & honestis operibus Romanos sacerdotes esse oppugnatos: sed propter raptum alienorum bonorum & dominatus ambitionem.* Cap. 5. titulo de hæresibus vetularum, Romanorum Pontificum candorem nominis ac famæ, impietatis ac tyrannidis fuligine denigratum iniuriosissimè conspurcarunt, *quod hæreticos, schismaticos, aliosque Dei Ecclesiasticarumque legum contemptores*, Excommunicationibus, censuris, aliarumque pœnarum & animaduersionum Ecclesię iustarum seueritate comprimerent, vt sic coerciti ad cor suum redirent, saniorem que mentem contriti conuerterentur.[d] Capite 6. de cęremoniis inscripto titulo ritus adorandi Antichristum Romanum Pontificem, ad instar magistri Lotheri mira rabie insaniunt, & inflati maledicendi insania extra se positi furoris equuleo torti contra sanctitatem Romani Pontificis immaniter efferantur: quod in signum summę obedientię & honoris imperatores, reges ac principes Christiani, ipsius Patris sanctissimi pedes propter Christum, cuius in Ecclesia personam gerit religiosè deosculentur. Sic enim de Romano Pontifice blasphemant. *In odium ac detestationem religiosissimæ venerentiæ ipsi à Christianis principibus oblata, reges & principes se se humiliare coram Romanis Antichristis cœperunt, eosque vt Deos adorare, & pedes eorum exosculari.*[e] In eodem capite Titulo ritus circa nuptias, fraudes multas dolosque malitiosos in odium Romani Pontificis comminiscuntur, quos calumniosè ipsi sanctissimo Patri ad interitum honoris affingunt vt cum de Stephano Papa hæc falsò scribunt. *Stephanus Papa in Epistola ad Carolum & Carolomanum ostendit non licere regibus Francorum sine auctoritate Romani Pontificis ex alia gente quam Francorum ducere vxores: & non modo dissuadet, sed etiam dissoluit, vt impium & contra promissiones sibi datas, initum cum Longobardis matrimonium: at fuerunt sane illi obesæ naris homines, qui non potuerunt olfacere fraudem. Metuebant enim ne Longobardi & Franci sibi inuicem reconciliati, ea quæ Pontifices moliebantur, impedirent.* Legatur caput 7. eiusdem Centuriæ num. 5. & 10. de politia Ecclesiastica inscriptum, quid nisi horrendi multarum iniuriarum, conuitiorum, maledictionum, mendaciorumque clamores ad non enetuandam solum Romani Pontificis sanctitatem & innocentiam, sed etiam per tales clamores furoribus accensos, omni conatu perfringendam & opprimendam, audientur? In primis Rom. Pontifices fictis fabulis & excogitatis mendaciis perfidos fidei datæ adulteros pactique constupratores, fœderis impudentia horribili proclamare & proclamando malitiosè criminari non dubitarunt dicendo. *Nullam cuiquam fidem seruare, sed simulando & dissimulando decipere etiam reges solebant*, scilicet Romani Pontifices, & ad huius mendacij confirmationem spuria falsaque exempla conglomerant. In eodem cap. col. 497. nu. 10. &c. Atque ne atrocitatis iniuriosæ in Romanos Pontifices solitarium virus elabi patiantur, Principibus Christianissimis secularis politiæ nullo modo parcunt. Vnde in eamdem criminis detestationem vocatos Zachariam Pontificem & Pipinum Francorum Regem duos magnos sceleratosque prędones sine vllo veritatis respectu perfide criminando vocauerunt: *obseruatu*, inquiunt, *dignum est quomodo duo isti prædones nimirum Pontifex & Pipinus mutuas operas tradiderunt. Franci detulerunt Pontifici arbitrium declarandi reges quasi is sit per quem reges regnant, &c. vicissim Romana sedes hoc præstitit beneficium Domino Pipino vt regium nomen haberet, & deinde Carolum ad imperiale culmen promexit.* O cæci in rebus gestis Gallorum! o quàm miserè in clara veritatis historicæ luce caligant! vt vtrique optimo principi Ecclesiastico & seculari tantum criminis inurant? quos vt orbi magis execrabiles reddere conentur, illis omnes impios, infideles, Turcas, Saracenos, hæreticos, schismaticos, omnesque socios improbitatis multis in locis eiusdem capitis anteponunt, eisque in odium Pontificis Romani, multa laude cumulatis flagitiosè patrocinantur. Et cum magistro Luthero hoc contumeliæ fętore maledictum os incestant, fornicationum & libidinum Ro. cleri Pontifices Patres catholicorum religiosissimos castissimosque falsò patronos esse criminantes & quę sanctissimè à Romanis Pontificibus Dei spiritu affulgente sancita sunt isti execrabiles calumniatores cum Patre suo diabolo, decreta impia nullo deterriti pudore vocauerunt.

Adde impudentissima istorum mendacia circa decreta friuola quę à Romanis Pontificibus fieri & ordinari fabulantur. *Qualia sunt*, inquit, *de tempore quando lardum sit comedendum: quod equi morbo regio infecti, ab aliis separandi, & si curari nequeant in puteum proiiciendi, aut in foueam: quod animalia à rabidis lupis & canibus lacerata debeant ab aliis seiungi, ne mordeant alia!* ô fabulæ, ô mendacia Centuriatorū improbitate dignissima!

7. *Pipinum regem periurum & Romanam Ecclesiam meretricem Antichristi scilicet Papæ vocant.*
a Ibi cap.
b Cap de ampliatione Ecclesiæ, verbo reformationes. col. 29 n. 30. & 40.
c cap. 3. col. 39. n. 40. & 50
e Cap. 5 tit. de vetularum hæresibus.
7. *Impios ac tyrannos Romanos Pontifices quod hæreticos exterminauerunt.*
d Cap. 6. de cæremoniis.
8. *Antichristū Rom. Pontificem more magistri Lutheri vocant.*
e Ibi tit. ritus circa nuptias.
9. *Calumniæ fraudes & doli Rom. pontificum affecti perfide à Centuriatoribus.*
10. *Perfidiæ Rom. Pontificēs insimulāt.*
11. *Zachariam Pontificem & Pipinum regē duos prædones appellant.*
Nota.
12. *omnes impios, Turcas Iudæos hæreticos &c. Rom. pontifice Zacharia & Pipino rege meliores esse mentiendo scribunt.*
13. *Romanos Pontifices fornicationum & libidinum Romani cleri patronos esse mentiuntur.*
b Ibi 503. nu. 10.

Papam contra ius diuinum dispensare.

Et quod magis execrandum, ausi sunt impostores scelerati, quid enim cum sua arrogantia & impietate non auderent? omni sublato conscientiæ stimulo Romanum Pontificem asserere dispensationes passim contra ius diuinum decernere, ipsamque imposturam falsis suppositis exēplis defendere conantur. *Rom. Pontificis principatum, tyrannidem & opus antichristi in regimine Ecclesiastico vocauere.* [a] Quas iniurias pro titulo posuerunt articuli in cap. 2. de politia Ecclesiastica: cuius articuli ambitu, tot mendacia, iniuriæ, probra, maledicta & calumniæ nefandæ detestabilesque contra auctoritatem Ro. Pontificum, sanctitatem, sapientiam, doctrinam, probitatem, pios mores, religiososque continentur: vt si ea omnia omnis generis maledicta mendaciaque in paginas nostras opera styli descripta redigere compelleremur, multorum capitum laboribus ea minimè exhaurire possemus. Et inter tot portentosa serpentinę atque venenatæ mendacia linguæ, si quæ vera narrent, maximæ sunt virtutes, præclara pietatis & eminentis deuotionis exempla, necnon illustria Christianę religionis, perfectionisque Euangelicæ facta & opera, vt infidelium conuersiones, hæreticorum castigationes, impietatum contra doctrinam catholicam bonosque mores, extirpationes, schismaticorum dissipationes, tyrannicæ hostium Ecclesiæ dominationis, per optimos Christianissimosque principes Pipinum, Carolum magnum & alios similis pietatis auidos compressiones, templorum in honorem Dei & memoriam sanctorum extructiones, magnificæ monasteriorum nouorum institutiones, antiquorum reformationes, disciplinæ Ecclesiasticæ restaurationes, maximæ in pauperes operum misericordiæ largitiones, ieiuniorum ac supplicationum publicarum in Ecclesia pro Christianæ societatis necessitatibus iussiones, pro retinendo, augendoque cum bene ordinata directione cultu diuino sacræ legum canonumque sanctiones & editiones, & cætera id sanctitatis genus, quæ illi nefandissimi inferni regnique Satanici præcones pro maximis sceleribus criminibusque detestantur. Adeò cæci in suis calumniandi maledicendique furoribus, vt quorum famam sinceram, vitamque in rectè factis sanctissimè traductam atrocibus iniuriarum spiculis, linguaque aspidum veneno commaculata vulnerauerant, illico sine sensu iudicioque non cogitantes, eos optimorum relatione scriptorum laudibus in cœlo ponunt: nihilque aliud ipsa compressi veritate vt has laudes maledicentiæ suæ litura circumducant, respondere possunt, quam quod scriptores illi in sic Romanos Pontifices mactando laudibus, assentationis morbo laborauerint. Vnum pro multis exemplum proferre sufficiat. Quàm furiosè isti longoque tractu verborum mille fœtentium mendaciis & iniuriis nomen & gloriam [b] Zachariæ Pontificis optimi maledicendo cruentarunt! nihilominus quæ maxima prædicationis encomia in honorem charissimarum huius Romani Pontificis virtutum Burchardus Vuirtzburgensis Episcopus edidit, minime commemorare destiterunt. Addita assentationis voce qua Burchardum iniustè lædant, vt ipsius ita læsi præconia de optimo illo Pontifice magnifica non minus verè quam piè prolata apud posteros fide nutarent, vique calumniarum dissimulata obruerentur. Ita Burchardus apud [c] Paulum Æmilium, libro 2. de gestis Francorum, Zachariam magna cum reuerentia alloquitur. *Nulla orbis terrarum pia regio est, cuius Pater sanctissimus non sis, cuique magnitudo & felicitas tua charior sua esse non debeat & pericula eius sacrosanctæ sedis felicitudinem non inuitant. Item: Te in hac arce & præsidio, tanquam in terrarum specula Deus collocauit*, &c. Sed quis artectis horrore comis non obstupescat, ad nefandissima istorum diaboli ministrorum deliria & prodigiosa procacissimæ & iniuriosæ linguæ maledicta? quibus inebriati homines flagitiosissimi videntes Romanos Pontifices propter mirabiles virtutes quibus fulgebant coram Deo & hominibus, maximis à præstantibus fidei optimæ scriptoribus, honoribus, prædicationibusque celebrari, eò isti dementiæ eruperunt, vt istas veras maximasque heroicarum virtutum prædicationes atque laudes, notas esse atque signa Antichristi nulla calumniæ mendaciique turpitudine perterriti mordicus asseuerare voluerunt. Audiantur quid isti de vitæ sanctimonia Gregorij 2. & aliorum Pontificum, virtutum maximarum splendoribus clarissimorum ex fideli optimorum auctorum relatione loquantur. [d] *Maurianus*, inquiunt, *& alij commendant eum scilicet Gregorium 2. & castitate & sapientia. Bergomensis virum optimum, & sanctissimum vocat. Sed si specillis ex verbo Dei adhibitis notas quibus Antichristi vicarium refert, obseruassent, dirè eum potius denotassent quam laudassent.* His dictis, sic furiosam & diabolicam conclusionem rabie blasphemandi percìti atrociter intonant. *Commendationes ergo huius, scilicet Gregorij 2. & aliorum Pontificum quæ passim occurrunt in scriptoribus, æstimandæ sunt, ex Antichristi probitate, cuius personam gesserunt, si qua interdum videntur bene egisse, prorsus hypocrita & simulata, & ad pellem ouillam pertinent: qua isti lupi fuerunt induti, aut ad templum Dei, in quo Antichristus sedens quædam volens nolens coactus est saltem ad speciem & simulatè laudabiliter agere: ne à quouis aduersarius Christi agnosceretur ante tempus reuelationis à Deo præfinitum.* O execranda inferni ora? Quis vos tandem obstruet turbineque diuinæ iustitiæ præfocabit? ne tot amplius blasphemiarum, mendaciorumque horribilium in interitum veritatis, sanctitatisque verorum Christi seruorum atque vicariorum, Domini sui vita & doctrina vestigiis insistentium fœtores exhaletis? Quò porro grauéolens hæretici spuma furoris eructauit? Cum Romanum Pontificem [e] vt potè Zachariam sanctis Monachis corruptæ turbulentæque seculi vitæ eiurationem professis, vt sanctius Christo Domino famularentur, signum bestiæ & anti-Christi characterem impressisse blasphemarunt? Quod eis præcipuè regibus ac principibus vt Carolomanno & aliis tam sanctum arduumque opus aggressis benedixerit, eorum vota Deo facta promouerit, atque ad perfectiorem Christi Domini imitationem concitauerit? quid plura? apparitiones sancti Petri reuelationesque Dei per eum pro bono religionis Christianę Romanis Pontificibus factas, præstigias fuisse dæmonum, atque pro sancto Petro draco-

Marginal notes:

a In eodem c. tit. de Rom. Pontificis principatu quem vocāt tyrannidem seu opus Antichristi.

Quæ immortalem gloriam virtutum opera merentur nouatoribus maxima crimina sunt.

Contra Zachariam Papam maledicta.

b cap 7 tit de Rom Pontificis principatu multis ibi lucis.

c P. Æmilius l. 2. de gestis Francorum. *Burchardi verba.*

Nefandissima Centuriatorum maledicta virtutes Pontificum & honores talibus consecratos virtutibus notas Antichristi appellantium.

d Cap. 10. de Episcopis & doctoribus Tit. de vita Greg. 2 sanctimonia.

Antichristi characterem benedictiones sanctis datas Monachis à papa vocant.

e cap. 10. tit. Zacharias sub Constantino Copronymo.

11. Reuelationes Dei & apparitiones 8. patris Romanis pontificibus Dæmonum præstigiæ appellarunt.

a Huius Centuriæ c. 13. de miraculis titulo Præstigiæ diaboli.

nem infernalem diabolumque substitutum, illis apparuisse cap. 13. huius 8. Centuriæ multis contestati mendaciis execrationibusque proclamatunt: & qualiter? his verbis attendamus. a *Stephanus scilicet secundus* (aiunt) *ad Hilfulphum dicit, sibi Beatum Petrum mandasse, vt ad Pipinum iret, lib. de vita Crodegangi cap. 11. idem pontifex in epistola qua extat apud Reginonem lib. Chronicorum, nugatur Petrum & Paulum & Dionysium sibi ægrotanti apparuisse in monasterio Parisiensi & pristinam valetudinem recuperauisse cum de vita sua medici desperassent:* Post hæc vt fidem his tollant miraculis, subiungunt mendacia & blasphemias: *Hæc oportuit illum fingere, ne sine diuino auxilio videretur auxilium Francorum implorasse, & Pipinum remoto Rege Hilderico, seu Childerico, cum filiis suis reges inaugurasse: per quos Romana sedes supra magistratum, sicut antea per Phocā super omnes Ecclesias exaltata est.*

Tot mendacia quot verba.

His mēdaciis has adnectūt blasphemias: *Porro non fuisse Petrum, sed ipsum draconem & diabolum qui Romanos pontifices ad hæc facinora adegit!* Quo teste hoc dicunt? Quibus consiliis has blasphemias nisi diaboli ipsorum patris effundunt? Sed plures referre blasphemias, conuitia, iniorias, mendacia, ac imposturas istorum perditorum Dei, eiusque Ecclesiæ sanctissimæ perduelliom, in Apostolicæ sedis odium, Romanique Pontificis sanctissimi à Deo vniuersalis Ecclesiæ Monarchæ constituti detestationem, calamus atque charta perhorrescunt. Ad truculentissimi Ecclesiæ Catholicæ hostis, maximi hæreticorum Galliæ patriarchæ, crudelissimique animarum carnificis Caluini, mendaciorum, maledictorum, blasphemiarum, odiorum inexpiabilium contra sanctissimum omnium fidelium pastorem furias, ordine quem nobis in principio præscripsimus recto veniamus.

CAPVT VI.

De Caluini odio furioso, indeque calumnijs atrocibus, conuitiis, mendaciis atque blasphemiis in sedem Apostolicā Romanumque pontificem.

DVobus præcedētibus capitibus hactenus diximus de rabie profūda Lutheri, Centuriatorūq; in maledicendo & cōminiscendo detestādis mēdaciis fraudibusq; calūnias atroces sacrilegasque blasphemias in Romanum Pontificem, propter execrabile odium, quo illum suarum mastigem exterminatoremqoe impietatum sunt semper furiosissimè prosecuti, relicto suæ diabolicæ doctrinæ sectatoribus exemplo, vt sui ferocis odii furorisque vestigia sequantur: & quidem breuius atque mollius quam rei tam execrabilis atrocitas horrorque dici debuit. Nunc vt promissum capite 4. fideli mente persoluam, restat vt de nefandis iniuriis, impudentibus mendaciis, conuitiis atque blasphemiis atrocioribus immanioribusque, quam humana dementia, liuor indignitasque patiantur, Caluini ab eius insatiabili, implacabili, verèque diabolico profectis odio in sanctissimum sedis Apostolicæ pastorem breuissimè, atque considerratis innumerabilium eius mendaciorum, blasphemiarumque non aliunde quam ex inferni gurgite spiratarum, portentis exitialibus, leuissimè sermocinemur.

Luthero & Centuriatoribus Caluinus impietatum atque hæreticorum dogmatum sceleribus detestabilior.

Dictum de Nerone à Rom. historicis & Tertulliano.

Qui vt Lothero primisque eius discipulis dogmatum hæreticorum multitudine superior, atrocitate immanior, sic & scelestibus linguæ serpentinæ, cordis à maligno spiritu dementati, operisque impietatis mysterium longè lateque propagantis, multo flagitiosior execrabiliorque iudicatur. De quo quoties cogito, toties illud à scriptoribus Romanæ historiæ Tertullianoque dictum de Nerone Matricida, crudelissimoque religionis Christianæ profligatore venit in mentē: *Qui Neronē nouit, satis intelligit non nisi grande aliquod bonum ab eo damnari potuisse.* Hoc quidem motato Neronis nomine, hæresiarchæ tanto totque criminū execrabilium patratori, ad perdendas hæreticorum Galliæ, aliarumque Europæ prouinciarum animas, quas vt nefandissimè sic & miserrimè dementauit, accommodans auctius supra hæc adiungo. Qui Caluinum nouit satis intelligit non nisi ab eo ex inferis horribilia nefandissimorum scelerum criminumque monstra excitari potuisse. Non mihi labor necessarius immensa omnium huius execrabilis hæresiarchæ sceleratorum operum volumina replicare & euoluere, vt ipsius atrocia maledicta, probra, conuitia, mendacia, calumnias, iniurias, blasphemiasque stupendas in sacratissimam sedis Apostolicæ Romanique Pontificis maiestatem & auctoritatem diuinitus institutam euomitas in claram hominum lucem aspectus & ora producam. Hoc enim longo opere & volumine fieri non posset, cum plena sint illius perditi Satanæ ministri talibus maledicendi fætoribus opera; sed ex vno non dico opere, sed vnico solum libro maledictarum institutionum, quarto nempe, longe plura eaque atrocissima maledictorum blasphemiarumque portenta nobis depromere licet, quam vt castæ pudicæque catholicorum aures sustinere valeant.

Ex quatuor solum capitibus 4. institutionum 7. 8. 11. 18 Caluini odii maledictorum, blasphemiarum, in adacios a fatores, furoresque deprompta.

1. Impostura blasphemiaque Caluini.

b In tit. c. 7. l. 4.

Quid caput 7. lib. 4. institutionum! quot mendaciorum, iniuriarum, blasphemorumque mendaciorū fœtoribus contagiisque fœdatur? b In fronte capitis 7. *Romanum papatum per incrementa aucta vsurpataque potestatis libertatem Ecclesiæ oppressisse, omnemque rectæ disciplinæ viuendi moderationem eneruisse* mētiendo proclamat? §. 9. *Flagitiosa Romanum Pontificem impudentia*, ipse omnium hæreticorum impudentissimus malitiosè criminatur.

2. Flagitiosam Rom. Pontificis impudentiam vocat §. 9. 4. 7.

Cum fraude Sardicensem Synodum pro Nicæna supposuisse Romanum Pontificem, sicque turpiter in manifesta fallitate deprehensum fuisse contestatur. Qua in calumnia, an Caluinos imperitior Ecclesiasticæ historiæ, an fraudulenta dissimulatione nequior dubitari potest. Quæ sanctissimi patres fidelissimique scriptores de Sardicensi Concilio prorsus conformitate decretorum, Nicæno simili (quod pluribus supra notauimus) memoriæ prodiderunt, apertè probant Caluinum in historiarum sacrarum penitus veritate peregrinari.

Sardicense Concilium ab antiquis doctoribus cum Nicæno confunditur contra Caluini imperitiam & imposturam.

Si vero duo ista concilia pro vno sumpta à sanctis antiquisque doctoribus Ecclesiæ catholicæ vexilla sequentibus non ignoret, & tamen dissimulet, nequiter peccat, Romanum Pontificem imo ipsam immaculatam Christi Domini ecclesiam, quæ hanc cum Rom. Pontifice veritatem præ se tulit, flagitiosa fraudulētaque impudentia denigrasse. Quod Sardicensem

Ca. placuit 2.q 6.

Synodum pro Nicæna supposuerit, id est vt verè sancti patres exponunt, Sardicense Concilium pro Nicæno susceperit. Sed fraudes istæ atque iniuriæ fallaces mendacio turpi subnixæ, Caluini præ aliis statim referendis crimina leuia sunt. Hic Pontificiæ gloriæ bonæque famæ deprædatur in eodem paragrapho crescens in impietate, furoreque maledicendi percitus, summæ Romani Pontificis auctoritati principatuique à Christo Domino constituto, in veritate patrocinantes vt Gratianum, vel potius sanctam Ecclesiam, colũnam firmamentumque veritatis, in cuius corpus canonicum redacta est Gratiani sententia bestias sensu communi carentes appellando flagitiosè conuiciatur. *Quid facias, inquit, istis bestiis, quæ adeò sensu communi carent, vt illud vnum à lege excipiant, cuius causa legem esse positam nemo non videt: Siquidem concilium cũ transmarinas appellationes damnat, hoc tantum prohibet, ne quis Romam prouocet!* Qua in calumnia mendacioque quantis imperitiç tenebris mens Caluini caliget, testantur plurima quæ ad claram de sententia Gratiani totiusque Ecclesiç consensu, veritatis illustrationẽ supra copiosè retulimus. Vbi inter alia ex patribus & Conciliis Africanis non presbyteris aut aliis inferioris gradus clericis propter quos decretum, de non prouocando ad transmarina factum est, Sed Episcopis ab hac decreti regula exceptis ad Romanum Pontificem prouocare licuisse demonstrauimus. Adde quod hic calumniator audacissimus, insanabili maledicendi cacoethe laborans non animaduertit: cum Gratianum, bestiam sensu communi carentem, præ summa inscitia iniuriosè vocauit, non tam Gratianum quam vniuersam Ecclesiam in Concilio Sardicensi œcumenico congregatam hac tanta iniuriæ atrocitate lacessiuisse. Cum Gratianus hanc exceptionem (scilicet nisi forte Romanam sedem appellauerit) non alia fretus quam Concilii Sardicensis auctoritate fecerit.[a] In quo Osius Episcopus, legatus Iulii Papæ dixit: *Placuit autem vt si quis Episcopus accusatus fuerit & iudicauerint congregati regionis huius, & de gradu suo eum deiecerint, si appellauerit qui deiectus est & confugerit ad Episcopum Romanæ vrbis, & voluerit se audiri, si iustum putauerit, vt renouetur vel discussionis examen, scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnino requirant, & iuxta fidem veritatis definiant.* Et quæ sequuntur &c. Ex quibus luce hac clarius apparet semper Episcopis ex omnibus christiani imperii oris ad Romanum Pontificem prouocare licuisse: quod longe ante Concilium Sardicense ab ipso Apostolorum temporum factitatum superioribus libris ex longa Ecclesiæ praxi probauimus. Sed Caluini calumnias, imposturas, mendacia non tam refutatione firma confundere, quod præ longitudine capitis vnius imò iusti voluminis termini non caperent: verum ea solum notare, eorumque turpitudinem patefacere in hoc capite scopus nobis propositus est.

3 Bestias vocat sensu communi carentes auctoritatis Rom. pontificis à Deodata defensores.
Inf. § 9. c. 7. l. 4. instit.

Caluinus vniuersam ecclesiam bestiam omniquo sensu communi carentem in concilio Sardicensi congregatam appellat dum hac iniuria Gratianum lacessit.
C. can. placuit § nisi forte 2. 6.
Et can. si quis Epis. ibid.
a Concilium Sardicense sub Iulio primo cap 7. 20. p concil. pa. 415. vide ibi notas ex Baronio pa 442. 6 c.

4 Rom. Pontifices antichristos dementia, cæcitate, nequitiaque pollutos conuiciatur.
Cap. 7. §. 20.

Eiusdem capitis 7. §. 20. Romanos Pontifices dementia, cæcitate, nequitia, captos contaminatosq; Antichristos, ita plenis detractione buccis calumniæque atratis ægritudine vociferatur: *Sed oportuit scilicet eo dementiæ ac cæcitatis prouehi istos Antichristos, vt omnibus sanæ mentis hominibus, qui modo oculos aperire volunt, conspicua esset ipsorum nequitia,* quare hoc? Audiatur impudẽtissimũ quo suas blasphemias fulcire atq; firmare cõtendit mendaciũ. *Quia,* inquit, *rescriptum ediderunt,* scilicet Rom. Pontifices, *sub nomine Anastasij Patriarchæ Constantinopolitani, in quo testatur antiquis regulis fuisse sancitum, ne quid vel in remotissimis prouinciis ageretur, quod non ad Romanam sedem prius relatum foret.* Hoc rescriptum ab Athanasio patriarcha Constantinopolitano Felici 2. Papæ verissimè missum vt Epistolæ pontificum, inter quas hæc Anastasii Epistola & aliorum Patriarcharum Epistolæ reperiuntur, annalesque sacri testantur, spurium & à Rom. Pontificibus confictum fuisse superba mentitur impudentia: quod nullo teste huius rescripti veritatem euertere conetur, nulla ratione probabili, sed sola confidentia mentis insana, in meridiana luce palpitare ac cæcutire volentis. Sic malitiosus ignorans iuxta[c] S. Iudæ oraculum, cum ingenti salutis interitu voluntariè blasphemat. Quid insanus ac miserabilis cõscientiæ sicut mentis inops contra sacro-sancta Pontificum rescripta diuinosque sedis Apostolicæ canones immanissimè postea debacchetur audiamus.[d] *Decretales autem epistolæ à Gregorio nono congestæ, item Clementinæ & extrauagantes Martini, apertius adhuc & plenioribus buccis immanem ferociam, & veluti barbarorum regum tyrannidem vbique spirant.* Multa conuiciatur impius multum clamando & nihil probando. In fine huius §. 20. Romanum Pontificem idolum per execrabilem contumeliam nuncupat, cui canonistas atque Theologos (quos stultitiæ nomine dedecorat) applaudere & adulari mẽdaci affirmat eloquio. *Taceo,* inquit, *ineptias multo absurdiores quas stulti canonistæ in scholis suis deblaterant: quibus tamen Romanenses Theologi non modo assentiuntur, sed etiam applaudunt, vt idolo suo adulentur.* O virum sapientem, si diis placet, Satanæ ministrum, qui Ecclesiasticæ disciplinæ professores, atque sacrorum huius canonum doctos fidelesque interpretes stultos appellat? Doctas eorum magna prudentiæ experientiæque longæ claritate, eruditionisque luce illustratas decisiones, ineptiarum fœditate deturpat? Cuius opera scriptaque omnia non modo futilibus ineptiis, verum quod longè scelestius est, horrendis blasphemiis, detestandis imposturis, mendaciis & eiusdem generis aliis sacrilegiis impietatibusque denigrantur. Horret animus multum colluuiem mendaciorum, iniuriarumque quas in turba contra sedem Apostolicam, Romanique dignitatem Pontificis impudenter effundit, memoria refricare. Qui sui temporis, sedis Apostolicæ & Romanorum Pontificum occupationes, cum his quibus vetustorum priorumque temporum vt SS. Gregorii & Bernardi, Pontifices exercebantur, per mendacem antithesim contrarietatemque fallacem comparans ait.[e] *Quid simile inter se habent? scilicet præsens sedis Apostolicæ administratio, & Romanorum huius temporis Pontificum occupationes cum antiquis? Hic nulla sunt conciones, nulla disciplinæ cura, nullum Ecclesiarum studium, nulla spiritualis functio: nihil denique nisi mundus. Perinde tamen laudatur,*[f] *Hic labyrinthus quasi nihil inueniri queat magis ordinatum & dispositum.* Sed extremam continenter nostri hæresiarchæ diabolicam malitiam & in eodem loco contradictionem maximam audiamus, modo blasphemantis, omnes sanctos papatus sanctitatem, id est, vt ipse execrabiliter exponit, deprauationem, corrup-

Can. antiquis 9. q. 3.
c S. Iudæ epist. v. 10.
5. Contra sacros canones decretaque Pontificum debacchatur.
d Eodem c. 7.
6 Idolum Romanum Pontificem criminatur.
C. 7. § 20. in f.
7. Colluuies mendaciorum & iniuriarum per antithesim
§ 20.
e Cap. 7.
8 Sedem apostolicam eut labyrinthum vocat.
f Ibidem.

9. Blaſphemia & contradictio ſimul Caluini ſtupenda omnes SS improbaſſe Papatum & eum tamen ignoraſſe.
a Ibidem.

tionemque improbauiſſe, modo ipſum papatum illis ſanctis omnino fuiſſe incognitum his verbis aſſerentis.[a] *Quæ eſt iſta improbitas, non modo pertinaciter tueri, velut ſacro-ſanctum ac diuinum,* ſcilicet Papatum, *quod vno ore ſancti omnes ſemper improbarunt. Sed eorum quoque teſtimonio abuti ad defenſionem Papatus, quem conſtat fuiſſe illis prorſus incognitum?* O impoſtura! ô pugnantia ſtupenda! Quis poteſt aliquid improbare quod neſcit? Et notetur à pio lectore diligenter, [b] fraudulenta diabolicaque impii calumniatoris nequitia, omnes peruerſorum homioum corruptiones, & impietates, S. Gregorii ſæculo commiſſas, omnes crudelitates, perſecutiones, abominationes, ſacrilegia ſacrarum rerum vaſtationes, mores perditorum turpiſſimos, ſceleraque omnia quæ tunc ab immaniſſimis truculentiſſimiſque Dei Eccleſiæque perduellibus & hoſtibus conatu ac impetu horribili patrabantur, ſedi Apoſtolicæ nefandiſſimo conuitio attribuentis, eaque omnia nefandiſſima, corruptionem ſtatus Papalis appellantis: quem ſanctis viris ſcilicet Gregorin, atque Bernardo magnopere diſplicuiſſe aſſirmando impudentiſſimè mentitur.

10. Omnium nium perditorum ſcelera ſtatui papali Caluinus attribuit.
b Ib. § 22.

11. Negat Romanam Eccleſiam eſſe Eccleſiam & Rom. Pontificem eſſe Epiſcopum.
c Ibr. § 23.

Quodnam præterea hic acer in arma maledicentiæ furens, calumniatot vomitu iterato blaſphemiarum virus effundit? [c] Nunquid Romanam ſedem cæterarum matrem Eccleſiarum prorſus Eccleſiam eſſe negat? Nunquid Romanum Pontificem Epiſcopi nomine & honore indignum eſſe proclamat? Sed quò Deus immortalis! rabiei furoriſque nefandiſſimum omnibus ingurgitatum ſceleribus calumniatorem diabolus violento motu perduxit; vt tot in ſacratiſſimam Chriſti D. Eccleſiæ ſedem, Romanique Pontificis auctoritatem, ſanctitatem, ſpiritualeque datum diuinitus imperium conglomerata tam execrandorum maledictorum, iniuriarum, mendaciorum, blaſphemiarumque ſacrilegia ſimul euomeret? Et quæ à verè Catholicis deuotiſque Chriſtianis religioſiſſimæ catholica fide virtutes eſſe creduntur, eas vt nefandiſſima crimina vitiorumque portenta contumelioſiſſimè deteſtaretur, ſerpentinæque ſubiugata linguæ conculcaret? Ecquis iſta per rabidam inſanientis ore exclamationem prolata ſine horrore audire poterit?

12. Contumelia multis conglomerata mendaciis & blaſphemiis.

Horribiles caluini voces mendaces blaſphemiiſque furentes.
§. 24. huius cap 7 l 4.

Sed hic ô Deus, inquit *Vnde incipiam? à doctrinane an à moribus: quid dicam, aut quid tacebo? Vbi deſinam? hoc dico cum mundus hodie tot peruerſis impiiſque doctrinis refertus ſit* (catholicas & Apoſtolicas quas ſedes SS. Eccleſiaque Romana docet intelligit) & quæ ſequuntur, *tot ſuperſtitionum*, ſcilicet deuotionũ piarum ſanctarumque generibus plenus, *tot erroribus* (ſcilicet veritatibus fidei Catholicæ) *Excæcatus in tanta idololatria demerſus*, ſcilicet in puritate, Chriſtianæ religionis, *nihil vſpiam iſtorum eſſe, quod non illinc*, ſcilicet ex Romana Apoſtolicaque ſede, *vel emanarit, vel ſaltem fuerit confirmatum.* O blaſphemiæ intolerabilis horror! tot ſanctiſſima ſanctæ Dei Eccleſiæ ornamenta atq; decora pro flagitiorum fœditate ſumere, & Romanum Pontificem qui tot virtutum cultor, promotor & confirmator eſt, deteſtabilium ſcelerum auctorem faciendo malicioſè промociterque criminari? Atque incepto demens inſiſtens furori ita proſequitur: *Non alia eſt cauſa cur tanta rabie ferantur Pontifices in renaſcentem Euangelii doctrinam*, ſcilicet horribilem Caluini hæreſim & apoſtaſium à Chriſtiana catholicaque fide diaboli-

13. Omnia ſcelera malaque à Romano Pontifice profecta blaſphemat quæ virtutes ſancta verè dicuntur.

14 Rabie ferri maxima Rom. Pontificem in renaſcentem doctrinam Euangelii blaſphemia duplex.

A cam, *Ad eam opprimendam, Caluini hæreſim omnes neruos ſuos intendant, reges omnes ac principes ad ſæuitiam accendant:* ſcilicet ad morte ſupplicioque extremo hæreticos Caluiniſtas Lutheranoſque iuſtiſſimè mactandos, vtque eorum impietates enſe reſcindant, ne pars catholicorum ſincera ad eorum impietatum venena mortifera traheretur. *Niſi quod collabi ac corruere totum ſuum regnum vident, vbi primum Chriſti euangelium obtinuerit.* His dictis ita in tres Pontifices ſuæ ac Lutheri abominabilis hæreſeos doctrinæque nefandæ ab inferis exortæ deſtructores, Leonem 10. Clementem 7. ac Paulum 3. calumniarum conuitiorumque armis accinctus inſanit. *Crudelis fuit Leo, ſanguinarius Clemens, truculentus eſt Paulus, ſed non tam natura eos ad impugnandam veritatem impulit, quàm quod vna hæc illis ratio erat tuendæ ſuæ potentiæ.* Hic nouam adiungit contra omnes patres omnium Catholicorum fideliumque ſanctiſſimos contumelioſam

15. In tres Romanos Pontifices Leonem 10. Clementem 7. Paulum 3. atroces inuectiæ.

16. Pontifices ſaluos non poſſe viuere niſi Chriſto extincto quam in hac impoſtura & blaſphemia.

B impoſturam atque blaſphemiam hac ſerie concluſam verborum. *Salui igitur cum eſſe non poſſent, niſi profligato Chriſto, non aliter laborant in hac cauſa quàm ſi pro aris & focis ſuiſque ipſorum capitibus pugnarent.* Nondum ſaturatus & inebriatus iniuriis atque blaſphemiis ita proſequendo per interrogationes magno accenſas odio vociferatur 17. *Quid ergo? num illic nobis erit ſedes Apoſtolica vbi nihil cernimus niſi horrendam apoſtaſiam* 18. *Erit Chriſti vicarius qui furioſis conatibus*, ſcilicet zelo diuinæ iuſtitiæ ac religionis Chriſtianæ *Euangelium*, id eſt ſceleratam Caluini doctrinam, *perſequendo Antichriſtum*, ſcilicet verum Chriſti Domini vicarium, *ſancti Petri ſucceſſorem ſe eſſe palam profitetur* 19. *Erit Petri ſucceſſor, qui ad demoliendum* (ſcilicet ad conſeruandum) *quidquid ædificauit Petrus, ferro & igni graſſatur*, ſcilicet per

17. Apoſtolicam ſedem horrendam vocat apoſtaſiam

18 Papam Euangelii perſecutorem antichriſtum & à Petro ædificatorum deſtructorem calumniatur.

C ſeculares principes impiam diabolicamque doctrinam eiuſque ſectatores ferro flammâque delere procurat? 19. *Erit caput Eccleſiæ qui Eccleſiam à Chriſto vero ſolo capite reſciſſam ac truncatam in ſeipſo diſcerpit & lacerat.* 20. *Fuerit ſane olim Roma omnium Eccleſiarum mater: verùm ex quo Antichriſti ſedes fieri cæpit, deſiit eſſe id quod erat.*

19. Deſtructorem Eccleſiæ Dei Rom. Pontificem calumniatur.

20. Romam Antichriſti nunc ſedem appellat.

21. Sed quod ad impudentiam & nequitiam magis inſigne, hic ſceleratus diaboli ſatelles ac miniſter, ex falſis mendacibus, & horribiliter ſacrilegis ſine teſte ac probatione, & cum enormi teſtimoniorum [d] Danielis Prophetæ & [e] ſancti Apoſtoli alteratione, adulterinaque expoſitione præmiſſis, hanc falſiſſimam mendacioque fœdiſſimam concluſionem §. 25. elicuit in fine.[f] *Quum ergo conſtet.* Ex quo vero? nempe puris mendaciis & impoſturis pro axiomatibus à Caluino more aliorum hæreticorum poſitis.

21 Ex falſis præmiſſis & confictis ſine probatione aſſertionibus falſa malitioſa & impia concluſio.
d Daniel. 7. v. 25.
e 2. Theſſal. 2 64.
f In fine §. 25. c. 7 l 4. p. 420 22. 23.

D *Pontificem Romanum impudenter ad ſe tranſtuliſſe.* O impudentiſſima nefandiſſimaque mendacia, *quod Dei vnius & Chriſti maxime proprium erat, dubitandum non eſt quin impii & abominandi regni* (id eſt Chriſti quod eſt Eccleſia) *dux ſit & anteſignanus.* Paucis verbis blaſphemia & execrabilis impoſtura duplex 1. *Romanum Pontificem ad ſe quod proprium eſt Dei ac Chriſti Domini tranſtuliſſe.* 2. *Eccleſiam Dei cuius caput eſt Papa ſanctiſſimus impium & abominandum regnum eſſe Antichriſti.* Et ſemper maledicendi virus ſceleratius in pectore animoque deteſtabilis hæreticorum Gallorum patriarchæ huius intumeſcens, execrabilem hominem hæc impia rurſus euomere coëgit:[g] *Proinde ſic loco alligare*

1. Papam quæ Dei ſibi vſurpare.
2. Eccleſiam Dei regnum impium & abominandum, eſſe Antichriſti.
g 24 § 26 10.

Iste iniuria verius diabolis sunt quam puro homines.
1. Papam esse infestissimum Christi hostem.
2. Summum Euangelii aduersarium
3. Maximum Ecclesiæ esse vastatorem ac dissipatorem atque crudelissimum SS omnium mactatorem & carnificem.

honorem primatus, vt qui reuera infestissimus est hostis Christi, summus Euangelij aduersarius, maximus Ecclesiæ vastator ac dissipator, crudelissimus sanctorum omnium mactator & carnifex vicarius, nihilominus Christi Petri successor, primus Ecclesiæ antistes habeatur, tantummodo quia sedem occupat, quæ olim prima omnium fuit, id verò magis ridiculum est & ineptum. Quis ista maledicta considerans, & maturè prudentique iudicio Christi Domini in constituendo visibili in locum suum Ecclesiæ suæ principe atque pastore decretum apprehendens, denique immaculatum & ab omni crimine doctrinæ atque morum sedis Apostolicæ decus sanctitatemque suspiciens non continuò has diaboli non hominis voces esse confiteatur?

B

Et ne quis credat Caluinum solummodo personæ, non verò dignitati à Deo constitutæ pontificis inimicari, aperto ore hoc verbum impietatis eructat. [a] *Neque hic accuso hominum vitia: sed Papatum ipsum ex diametro cum Ecclesiastica ratione pugnare demonstro.*

a In fine § 26. Non cum vitiis pontificum personalibus sed cum dignitate Papatus Caluinus decertat.

Sed quæ omnem excedunt improbitatem atque maledicendi furorem, ista sunt quæ contra sedem Apostolicam Romanorum Pontificum sanctissimam maiestatem, quæque contra immaculatum Romanæ Ecclesiæ splendorem virgineumque huius fidei cādorem sine vllo veritatis respectu debacchatus est. Qui postquam Leonem 10. Clementem 7. & Paulum 3. execrabili contumelia. *Atheos* proclamauisset, nihilque aliud de Christo tenuisse, *nisi quod didicerant in schola Luciani*, procaciter affirmauisset. Ista horribilia blasphemiarum mendaciorumque portēta, fætido faucium meatu ab execrabilis antro cordis expectorauit.

25. SS. Pontifices eos Leonem 10. Clementem 7. Paulum 3. atheos vocat.

C

Sed quid tres aut quatuor Pontifices enumero? quasi verò dubium sit, qualem religionis speciem professi sunt, iampridem Pontifices cum toto cardinalium collegio & hodie profiteantur. 26. Primum enim arcana illius Theologiæ, quæ inter eos regnat caput est. Nullum esse Deum 27. Alterum quæcunque de Christo scripta sunt ac docentur mendacia esse & imposturas. 28. Tertium doctrinam de futura vita, & vltima Resurrectione meras esse fabulas. Quid his annectit blasphemiis in fine [b] paragraphi huius pro tot detestandarum blasphemiarum coronide? 29. *Romanos videlicet Pontifices ita ad extremum improbitatis venisse, vt neque Deum timeant, neque homines reuereantur.*

26. Super alios horribiles blasphemias tricep 27. 28.

b In fine § 27
29. Romanos pontifices neque Deum timere neque homines reuereri.

Sed nec dum furia diaboli in Caluino tot inebriato blasphemiis maledictisque languet. In tam putido & execrabili mendaciorum calumniarūque Satanicarum cæno versari Caluino placet: iamque tot dictis euomitisque nouas adiungere iniurias probraque detestabilia Dæmonis insania spirituq; Luciferi tumidus magnopere delectatur. Hinc illæ inexpiabiles blasphemiæ scilicet Romanos Pōtifices Christi religione carere, eos potius se impietatis monstra, quàm homines? [c] *Iampridem*, inquit, *Romani Pontifices aut omni prorsus carent religione, aut maximi sunt religionis hostes*, Et paulò post: *Quod autem ipsi cum sua familia cum toto fere Cardinalium collegio, cum toto cleri sui grege ad omnem nequitiam, obscænitatem, spurcitiam ad omne scelerum & flagitiorum genus adeò sunt prostituti, vt monstra referant magis quam homines: in eo sane produnt se nihil minus esse quam Episcopos.* Quis credere potuisset vnicum capitulum libri 4. institutionum tot calumniarum, mendaciorum, blasphemiarumque monstris portentisque fædati? Præter hæc in [d] capitis 8. titulo, ait, *Romanum Pontificem, potestatem Ecclesiæ, ad omnem Ecclesiæ fideique puritatem vitiandam, effreni licentia traxisse.* Quæ latent Caluini maledicendi crimina in hoc cap. 8. quæque fædissimum calumniandi in illo putorem exhalāt, operta recludere, & eorum graueolentem euentilare fætorē meus horret animus. Hic impius Romano Pontifici inimicitias & odia potētiorū orbis terræ principum insano pariendi conflandique desiderio flagrans, hunc sanctissimum omnium patrem fidelium, regnorum imperiiq; deprædatorē per summum nefas iniuriamque criminatur. *Qui*, [e] inquit, *scilicet Romanus Pontifex mediocribus satrapijs non contentus, regnis primum, deinde imperio quoque manum iniecit.* Quam calumniam in §. 14. postea quatuor, atrocibus imposturis mendaciisque corroborat atque sustentat. *Primum est eum temporis progressu Romanos Pontifices non cessasse, nunc fraude, nunc perfidia, nunc armis in alienas ditiones inuadere secundum pro potentia in regnis Christianis tyrannicè vsurpata, retinenda & augenda Christianum orbem ita ducentis annis turbasse, vt propemodum perdiderint. Tertium eosdem Romanos Pontifices totos ducentos annos nihil aliud fuisse meditatos quàm prælia, sanguinis effusionem, exercituum interitus, vrbium direptiones, aliarum excidia, gentium clades, vastationes regnorum: tantummodo vt aliens dominijs manum iniiciant. Quartum nihil eos minus quærere quàm Christi gloriam, sed vna dominandi cupiditate cæcos præcipitesque ferri nihil saluum esse putantes nisi cum austeritate, vt ait* [f] *Propheta, & cum potentia imperent!* quot verba tot mendacia.

Fidei doctrina que Christi corruptorem & adulterum Romanum Pontificem vocat Caluinus.
d 31. In titulo cap 8.
32. Deprædatorem imperii & regnorum Papam appellat.

e Cap. 11 l 4. institut. §. 11. in princip.

§. 14 c. 8. l 4.
33 Quatuor alia calumnia atque contra Romanum Pontificem mendacia.

34.

35.

36.

f Ezech 34 c. 4 18 19 cap. 18. l 4. instit.

In principio capitis 18. §. 1. ait Papam Romanum Antichristum, sic enim sanctum contumelioso nomine pontificis passim numen exulcerat, *ac eius Prophetas*, scilicet Cardinales, Episcopos, pastores ac doctores Ecclesiæ Catholicos, *praua totum mundum opinione imbuisse, nempe missam esse opus quo sacerdos qui Christum offert, & alij qui in oblatione participant, Deum promererentur vel expiatoriam esse victimam, qua sibi Deum concilient.* Cuius opinionis verissimæ & sanctissimæ (quam tamen fallissimam & nequissimam sceleratus autumat, & similium (quæ sinceram religionis Christianæ veritatem retinent) *Inuentis Satanam fuisse conatum*, velut offusis tenebris sacram Christi cœnam infuscare & inquinare, impius ipse Satanæ minister atque mancipium in huius capitis 18. principio confidenti superbia blasphemat. Sed hæc tot ac tanta mendaciorum, calumniarum, conuitiorum, blasphemiarumque prodigia, ex tam paucis hominis diabolici scriptis collecta nimia sunt, quàm vt pudicæ catholicorum aures & sensus non stupendo ac sine horrore maximo vlterius sufferre valeant. En quò impietatū multiplicatarum iris rabie percitis, mendaciis execrandis, nefandisque blasphemiis tumidatum, effrenatus odii, inimicitiarum, inuidiæque furor, animarum in æternum damnatarum carnificem hæresiarcham perduxit miserum!

37 Satanam per prauas Romani Antichristi scilicet Papa opiniones tenebras infucasse & inquinauisse sacram Christi Dominicam.

D

30 Rom. Pontifices religione carere monstra potius impietatis quam homines esse ob nefanda crimina.
c §. 19.

CAPVT VII.

Quod ſupra dicta execrabilis hæreſiarchæ maledicta, licet præ abominationis horrore ſtupenda maximè, non tamen ita mira videbuntur: conſideratis horribilibus omnem abominationis exceſſum ſuperantibus blaſphemiis cõtra SS. Apoſtolos non ſolum, ſacroſancta religionis Chriſtianæ myſteria, immaculatam Chriſti ſponſam Eccleſiã, ſed etiam contra ipſum Deum Patrem, Filium & Spiritũ Sanctum ab ore cordeque furioſi illius pleni dæmone Caluini ſerpentino euomitis & eructatis. Vt breuiter ſequens caput cum iuſta indignatione contra tot ſcelerum deteſtabiliũ monſtra declarabit.

Blaſphemia I. Caluini in Apoſtolos.



Atqve hæc quidem omnis abominandæ dementiæ furoriſque portentoſa maledicta, in ſupremam diuinitus è cælo miſſam Romani Pontificis auctoritatem ſanctitatemq; debacchata, nunquam dignè ſatis diris inferni deuouenda cruciatibus, non admodum illis mira videbuntur: qui diligentius ad ea quæ ipſe homo peccati Caluinus in SS. Apoſtolos, in Eccleſiam Chriſti Domini ſponſam immaculatam, in ſacro-ſancta religionis noſtræ myſteria præcipua, in ipſum denique Deũ opt. C max. patrem, filium, ac ſpiritum ſanctum blaſphemiarum venena, diaboli furiis agitatus euomuit, attendere voluerint. Caluini huius in hac parte, pro omnibus huius ſeculi hæreſiarchis Luthero, Centuriatoribus, Confeſſioniſtis, Anabaptiſtis, Melancthonio, Petro Martyre, Bucero, Beza, cæteriſque Satanæ ſatellitibus miniſtris atque nefandiſſimis mancipiis, impietatum blaſphemiarumque abominationes, vt conſulamus breuitati nobis referre ſufficiat. Ipſe eſt calumniator antonomaſticus, qui ipſos Chriſti Domini Apoſtolos indignis oppreſſit iniuriis; ipſos inquam primos omnium SS. doctorum patres. *Eccleſiarum principes belli ac certaminum duces Dei triumphales, ſpiritu S. repletos, quibus omnia quæ à patre ſuo didicit Chriſtus Dominus nota facere dignatus eſt, quos virtute indutos ex alto ſpiritus S. omnem docuit veritatem*, Aliquid nihilominus D præter omnia Chriſti ore peregrinantis adhuc in terris prolata oracula loquentes, garrire ad libitum & fines ſui mandati excedere ſcriptis affirmare conteſtarique non erubuit. [a] *Nempe*, inquit infelix hæreſiarcha, *Si Apoſtoli ſunt ne garriãt quidquid collibitum fuerit, ſed mandata eius à quo miſſi ſunt, bona fide perferant*. Ac ſi illi pleni Dei ſpiritu, aliter Domini ſui voluntatẽ quã bona fide prædicare potuerint; ſic ſanctũ Paulũ garitus inſulſi & inſolentis contra Dei mandata turpiter inſimulauit, quod iſta de vidua dixerit. [b] *Beatior erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſilium: puto autem quod & ſpiritum Dei habeam*. Qui toties eoſdem ſanctos Apoſtolos immunes eſſe à peccato negauit, imò & grauiter eos deliquiſſe, vt S. Petrum

a Caluin. l. 4. inſtit. c 8 § 4.

b 1. Cor. 7.

Erraſſe S. Apoſtolos à die Pentecoſtes

A & ideo iuſtè à S. Paulo reprehenſum, & à via diuinæ voluntatis exorbitaſſe pertinaciter aſſeruit. [c] Ipſe Conciliorum œcumenicorum contemptor atque deriſor, quorum decreta fidei certitudine fulciri ſemperque niti veritate prorſus inficiatur. Propter quam deteſtabilem mentis erroneæ perſuaſionem hæc ſuperbiſſimus affatus eſt. *Nulla Conciliorum, paſtorum, Epiſcoporum nomina nos impedire debent, quo minus omnes omnium ſpiritus ad diuini verbi regulam exigamus, & verbo Domini examinemus, ac probemus, num ex Deo ſint*. Hic videlicet Goliath exprobrans exercitibus Dei viui in explicando Dei verbo præfert ſe ſpiritui ſancto præſidenti in conciliis œcumenicis, & infallibili virtute ſanctorum illic patrum decreta confirmãti. Sic miſer ac demens quidquid faciat, decernat, definiat ſpiritus ſanctus in conciliis B œcumenicis: vult tamen iterum illud examinari, an non aliquo erroris lapſu fœdatum ſit. Sic enim ſuperius loquebatur. [d] *Quoties Concilij alicuius decretum profertur, expendi primum diligenter velim, quo tempore habitum ſit, qua de cauſa habitum, & quo conſilio, quales homines interfuerint, deinde illud ipſum de quo agitur ad ſcripturæ amuſſim examinari: idque in eum modum vt Concilij definitio pondus ſuum habeat, ſitque inſtar præiudicij*. Notandum hoc non determinationis, *neque tamen examen quod dixi, impediat*. A quo porro illud decreti ſpiritus S. in conciliis conditi examen fiet? A ſcilicet Caluino qui melius illud ad ſcripturarũ amuſſim, quã in cõciliis fecerit Spiritus ſãctus examinabit. O ſcelerate diaboli ſatelles & vere Antichriſti præcurſor! qui non inſaniendo perhorreſcis illud quod Spiritus S. ſua inuiſibili præſentia in Concilio œcumenico potenti infallibilique gratiæ virtute ſanciuit, refellere atque niſi tu ipſe prius examinaueris ad ſcripturarum amuſſim, id eſt ad tui ſpiritum erroris atque vertiginis, contemnere? Sed & capitis eiuſdem paragrapho 10. Vetuſtis purioribuſque vniuerſalis Eccleſiæ Synodis, vt Nicęnæ primæ, impuritatis, falſitatis, imperitiæque maculas grauiſſimas inurere ſuperbiſſimum Eccleſiæ Dei hoſtem non pudet, cum ita loquitur. [e] *Quanquam in illis quoque antiquis & purioribus eſt quod inure deſideres, vel quod eruditi alioqui & prudentes viri qui tum aderant præſentibus negotijs diſtricti, multa alia non proſpiciebant; vel quod grauioribus & magis ſeriis occupatos nonnulla leuioris momenti ſubterfugiebant, vel quod ſimpliciter vt homines imperitia falli poterant, vel quod nimio affectu nonnunquam præcipites ferebantur*. Et ita iudicio Caluini Spiritus Sanctus in conciliis vel oſcitat vel conniuet, imo potius dormitat, aut ipſe cum prælatis hic aſtantibus errat, aut ipſemet patres concilii fallit ac decipit, vt in errores inducantur. O præclara reformatæ Eccleſiæ à Caluino hoc eſt corruptorum perditorumque Theologia. [f] Atque vt mendacia mẽdacius aſtruat Nicænæ Synodi exemplo magna falſitate confićto ſuas calumnias impoſturaſque ſtabilire firmareque contendit. [g] Atque hunc blaſphemum magiſtrum erroris diſcipulus par ſcelere magiſtrum ſequitur qui non aſſerere, exhorruit *ambitionem, ignorantiam, improbitatem in Epiſcopis priorum temporum adeò magnitudine ſceleris & erroris excreuiſſe, vt cæci ipſi poſſint animaduertere in eorum conciliis Satanam præſediſſe!* Quid præterea hic execrabilis Geneuæ non ita pridem Patriarcha de putrido magiſtri fonte exhauſtum ore

Caluinus mẽtitur.

3. Concilia œcumenica contemnit ac inſita eorumque fidei negat eſſe blaſphemus

c Cal. l. 4. inſt. 9 § 12.

4. Caluinus iudicium ſuum praefert determinationi S. ſpiritus SS. in Conciliis g.

d Caluin. inſt. l 4 c 9 §. 8.

5 Maculatoris ac imperitia œcum. conciliis inurit.

e l 4 c 9 § 10 inſtit.

f Ibid §. 10.

g Beza in prefatione noui teſtamenti ad principem Condæum anno 1567.

protulit impio? Nimirũ S. Patres Concilii sacrosancti Nicæni primi, *Sedis magnæ meretrices* (qua sanctissimam sedem Romanam & Apostolicam intelligit.) *Fundamenta iecisse, quæ super septem montes scilicet Romanæ ciuitatis thronum suum fixit, cathedramque locant.* Hic maledictus impostor, & Christianæ veritatis adulter Caluinus sicut habuit discipulum suæ impietatis sectatorem Bezam, & posteros similis abominationis discipulos,[a] sic & magistrum in hac impietate Lutherum diris modis locisque operum pluribus, sanctitatem puritatemque conciliorum atrociter execrantem habuit vt tom. 3. editionis Ienensis fol. 261. & 4. tomo eiusdem editionis fol. 97. & lib. contra regem Angliæ, lib. de Conciliis, in Concilio Nicæno, & lib. 500. articulorum art. 115. Quantis autem conuitiis, iniuriis, mendaciis, maledictisque sanctissimam Dei sponsam, totam pulchram, maculam non habentem sine ruga malitiæ aut erroris, firmamentum atque columnam veritatis, Christi Domini Ecclesiam prosciderit, fœdauerit, deturpauerit, quis prolixè dicendo satis digne possit exprimere? 8. Quoties illam erroribus improbitatibusque maledicendo prostituit? Quoties illam errauisse atque cum vitiorum pollutionibus sordibusque fornicatam fuisse proclamat? 9. Quoties illam ecclesiam Dei esse, desiisse & in fœdissimam Antichristi meretricem, adulterinis inferni poculis inebriatam, conuersam esse horribiliter blasphemando vociferatur?

a Caluinus Lutheri in blasphemando contra œcumenica concilia sectator infalix.

Blasphemia Caluini in ecclesiam immaculatam Christi Domini sponsam.

Calu. in præfat. instit. & pr. sect. 12. 13 & seq. & cap. 2 sect. 1. 2. 3. &c. Et alibi.

Sed quis diabolus vel ipse Lucifer qui solutus erumperet ab inferis, execrabiliora nefandioraq; blasphemiarum monstra contra sacro sanctum Missæ sacrificium mysteriorum nostræ sanctæ religionis mysterium, posset armare, & furiosius effundere quam ipse armauit Caluinus & suis euomuit armata furoribus? Deus immortalis! quorumnam Catholicorum ambæ aures ad ista stupenda non tinniant, non hebetentur ac obstupescant?[b] *Quid superest*, inquit sacrilegus calumniator, *nisi vt cæci videant, surdi audiant, pueri ipsi intelligant hanc missæ abominationem? Quæ in calice aureo propinata, omnes reges terræ & populos à summo vsque ad nouissimum, sic inebriauit, sic percussit sopore ac vertigine vt brutis ipsis stupidiores, proram & puppim suæ salutis in hac vna exitiali voragine statuerint. 12. Certe nulla vnquam validiore machina Satan incubuit ad oppugnandum expugnandumque Christi regnum. Hæc est Helena pro qua veritatis hostes, tanta hodie rabie, tanto furore, tanta atrocitate digladiantur. Et verè Helena, cum qua spirituali fornicatione, quæ omnium est maxime execrabilis, ita se conspurcant, &c.* Et in fine paragraphi huius insaniendo atque debacchando vociferatur. *Missam in selectissima sua & qua maximè venditari potest integritate acceptam, à radice ad fastigium, omni genere impietatis, blasphemiæ, idololatriæ, sacrilegij scatere.* Ad has horrendas stupendasque blasphemias super omnem perditorum hominum rabiem efferatas, quid atrocitatis ac feloniæ diabolus in suis immanioribus furoribus truculentior adiungere posset? Sed in tot sanctissima religionis diuinæ mysteria, in ecclesiam Christi Domini sponsam immaculatam, in sanctos Apostolos, in sacratiora diuiniora que opera Dei forere Caluino non sufficit: sed ad ipsum Deum optimum ac præpotentem, omnium bonorum largitorem, omnium

Horribiles & vera diabolica blasphemia Caluini contra sacramentum sacramentorum verum Christianorum sacrificium sacrosanctum Missæ mysterium.

b Lib. 4. insti. cap. 18 §. 18.

In fine §. huius 18.

14. In spiritum sanctum blasphemus Caluinus.

A patrem luminum, blasphemiis impetendum furiata mente progrediendum illi est. Ipse spiritui sancto tanquam creaturæ præscripsit modum Apostolis afflandi, vt nihil eos doceat nisi quod Christus viua voce in terris existens docuerat: cum ait l. 4. instit. cap. 8. §. 8. *illa restrictio attente notanda est vbi partes Spiritui Sancto assignat Christus, suggerere quæcũque ante ore docuit.* Hæc in spiritum sanctum blasphemando, non videt impius se Christum Dominum magni insimulare mendacii & criminari, qui contraria falsæ Caluini propositioni discipulis suis sic loquendo spoponderat: *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem.* Hunc spiritum veritatis, spiritum erroris mendaciique, si non verbo saltem facto ipso Caluinus appellat. Quid enim aliud re ipsa asserere est, exempli causa

B sanctissimos antiquosque patres ante mille & trecentos annos (quo tempore iudicio ipsius Caluini, spiritus S. eos totamque Christi Domini regebat ecclesiam) *quod ipsi orandum esse pro mortuis crederent atque docerent, omnes in errorem abreptos*, quam ipsum Spiritum Sanctum à quo regebantur illos omnes fefellisse, vt sic in errorẽ ruerent, antrumque doctrinæ fallacis præcipites laberentur? Sed nec plus reuerentia Christi Domini verborum, quam spiritus sancti sacrilegus hæresiarcha mouetur, non plus veritati ore Christi prolatæ quam spiritus sancti occultæ inspirationi confidit. Quid enim contra Lutheranos ipsa Christi Domini verba vrgentes. *Hoc est corpus meum*, vt tropum figuramque Caluini penitus exploderent: ipse respondet Caluinus.[c] *Vt cumque Christi verborum reuerentia tangi se queritentur, quominus figuratè intelligere ausint, quæ apertè sunt*

C *dicta, non est tamen hic satis iustus prætextus, cur omnes quas contra obiicimus rationes ita respuant.* O scelerati hæretici audaciam incredibilem, ô impudentem præsumptionem arrogantemque confidentiam? Qualis hæc Deus immortalis, religiosa verborum Christi reuerentia? Contra quę vult impius quantumuis apertè dicta, suas quas contra obiicit rationes audiri? Abnegat religionem verborum Christi, satis iustum prætextum esse, cur rationes à seipso prolatæ respuantur: non denique pati potest, vt verborum Christi reuerentia Lutherani tangantur. Sed quis attenta abominationis consideratione has super omnem execrationem nefandissimas sine deliquio sensuumque defectu blasphemias putrido Caluini ore euomitas tetroque eius stylo à dæmone fabricato exaratas posset audire?[d] *Christum D. in cruce desperasse*[e] *de salute sua dubitasse, à Deo patre*[f] *se derelictum eiusque priuatum amore credidisse.*[g] *Atque*

D *tandem cruciatus inferni damnatorumque spirituum tormenta pertulisse:* Quid verò tam impium, immane atque crudele dici, fingi excogitarine potest, quam Deum ipsum fontem totius bonitatis, iustitiæ, atque misericordiæ, omnium scelerum flagitiorumque[h] auctorem, asserere, eius[i] nudo arbitrio quosdam homines citra proprium demeritum in æternam mortem prædestinari? At hæc horribilia stupendaque blasphemiarum prodigia cum Petro martyre asseruit[k] Caluinus. Qualis est ista Caluini vox non tam hominis quã Dæmonis,[l] *dico esse à Deo creatos quos ad exitium ituros sine dubitatione præsciebat, idque ita factum quia sic voluit? Qualem misericordiarum & to-*

tius

L. 4 instit. c. 8. §. 8.

15 Christum arguit mendacii.

S. Ioan. c 16. versu 12. & 13

16. Caluinus spiritum sanctum spiritum erroris appellat.

Caluin. l. 3. instit. c. 5. § 10

17. Verba Christi Domini Caluinus contemnit earumque realem sensum fallaci tropo malitiosè adulterat.

c Caluinus l. 4 instit. c. 17. § 20.

Blasphemia Caluini contra Christum Dominum super omnem abominationem execrabilis.

d L. 2. instit. c. 16.

e Ibid.

f § 11.

g § 12.

h In harmon. in cap 27. S. Matthæi.

Caluinus Deum facit immanissimis tyrannis immo dæmonibus crudeliorem asserens Deum propria sua voluntate homines quosdam protrasisse vt sine sua culpa damnarentur.

i Calui pri. instit. c. 18 §. 4

k l. 3 instit. c. 32 § 2

l Petrus martyr in comment. l. 2 regum.

23. Deum impoſsibilia præcepiſſe.
a L. 2. inſtit. c. 7. §. 5. Et in antidoto Concilii Trident. ſeſſ. 6. c. 12.
b 24. Deus impellit & cogit homines ad peccandum vt damnentur.

tius benignitatis conſolationiſque patrem nobis Deum effingit Caluinus? [a] *Quem* vult *dare hominibus præcepta obſeruatu impoſsibilia*, vt his non obſeruatis in infernum æternaliter damnandi præcipitentur? Quem totius bonitatis ſapienoæque fontem, nobis Deum fabricat? [b] *Nimirum occulta quadam vi mouentem ac impellentem ac neceſsitate inuiſibili cogentem homines ad omnia perpetranda flagitiorum ſcelerumque genera*, vt poſtea in vltionem tantorum criminum æternarum pœnarum abſorpti gurgite in inferno ſine miſericordia torqueantur? Quid ergo inter alia multa Caluini dicta hanc horribilem impietatem mordicus defendentia iſta ſibi voluit? [c] *Homo inſto Dei impulſu agit quod ſibi non licet.* Quid porro eſt quod homini facere non licet niſi blaſphemare, Deum negare, ſanctitatem religionis eiurare, hæretica fœditate ſe coinquinare, Dei leges Eccleſiæque iura contemnere, mentiri, furari, adulterare, occidere, parricidio ſe polluere, aliiſque ſimilis abominatioois vitiorum, contagionibus ſe contaminare & ingurgitare? Ad quæ omnia miſeri ſolo Dei impulſu atque vi occulta coacti rapiuntur? Et tamen ſic neceſſitate compulſi viqoe prouocati, excuſationem nullam quominus æternaliter in inferno puniantur prætexere poterunt, atque hac neceſſitate tanta ab impulſu Dei manante ſuas impietates iuxta Caluini Theologiam excuſare minimè valebunt? En verba illius quæ huic rationi noſtræ ſuffragabuntur. [d] *Excuſabiles peccando haberi volunt reprobi, quia euadere nequeunt peccandi neceſsitatem, præſertim cum ex Dei ordinatione ſibi iniciatur huiuſmodi neceſsitas.* Ad hæc quid reſpondet impius? *Nos vero*, inquit, *inde negamus ritè excuſari &c.* Sed quid! ſi dixero vobis Caluini iudicio, Deum optimum maximum cuius natura bonitas eſt [e] ex ſancto Dionyſio, ipſo ſatana diaboloque peiorem immanioremque eſſe? Com ſit malorom peccarorumque omnium (quorum contagione fœdati reprobi æternis cruciatibus immolantur) principalis agens, diabolus verò illi tantum inſtar inſtrumenti ſubſeruiat? A quo vrgetur, incitatur efficaci potentia, vt miſeros homines ad peccatorum præcipitia potenter impellat? Videte ſi teſtimonio atque ſcelerata prodigioſi huius calomniatoris doctrina, non ſit Deus principalis auctor patratorque ſcelerum non ipſe diabolus. [f] *Quidquid agitant homines (vel Satan ipſe) Deus tamen clauum tenet vt ad exercenda ſua iudicia conuertat eorũ conatus* [g] *ne quid videlicet aggredi poſsit, niſi volente Deo*, vt ante dixerat, §. 2. [h] *Dei impulſu Satan ſuas partes agit & perficit.* Infra: [i] *Dicitur Satan excæcare infidelium mentes, ſed vnde hoc niſi quod à Deo ipſo manat efficacia erroris.* Quid iſta aliud ſonant: quam Deum peccati eſſe principalem agentem? Diabolum verò impulſum à Deo volente, tantummodo huius erroris peccatique inſtrumentariom eſſe motorem, euanidom plane, niſi ad motum impulſumque Dei principalis agenos impellatur? Vnde [k] l. 2. inſtitu. c. 4. §. 2. *Satanam appellat inſtrumentum iræ Dei, qui pro eius nutu ac imperio huc atque illuc ſe inflectit, ad exequenda eius iudicia.* [l] Et §. 5. *Porro Satanæ miniſterium intercedere ad reprobos inſtigandos, quotiès huc atque illuc Dominus prouidentia ſua eos deſtinat, vel ex vno loco ſatis conſtiterit?* Et paulò poſt [m] *Spiritus ergo impurus, Dei ſpiritus vocatur, quia ad eius nutum potentiam-*

c Calui. l. 2. inſtit. c. 18. §. 2. & 4. No. hæc.
d Lib. 3. inſtitu. c. 23. §. 9.
e S. Dionyſius c. 1. de diuinis nomin. οὐσία ἀγαθότητος, eſſentia bonitatis. S. Thomas l. de ſacram. altaris, c. 26. circa finem.
25. Deus iudicio Caluini diabolo peior & crudelior & imr.
f L. pr. inſtit. c. 18. §. 1.
g Ibi § 1. circa principi.
h Ibi. §. 2.
i Ibid. No.
k L. 2. c. 4. §. 2.
l §. 5. eiuſdem c. & lib.
m Ibi §. 5.

A *quæ reſpondet, inſtrumentum magis ipſius in agendo quam à ſe ipſo auctor.* Ex quibus omnibus doctrinæ Caluinianæ nefandiſſimis pernicioſiſſimiſque fœtibus, apertè conſtat Deum tantò Dæmone Satanaque eſſe peiorem, quantò potentior eſt ad mali patrandi effectum principalis agens, quàm inſtrumentum, niſi ab illo agente principali motum prorſus operari neſcium & inualidum. Sed quamuis in tot blaſphemiarom ſacrilegiorumque monſtra ſit maximus horror intendere, ea nihilominus oportuit dicere: vt non pii catholici lectores valde mirarentur, Si cum tot maledictorum, mendaciorum, diabolicarumque blaſphemiarum furoribus aduerſus Romanum Pontificem ſedemque Apoſtolicam tanta fuerit odii rabie debacchatus. Cum tot iniuriarum ſuper omnem execrationem deteſtabilium tot conuitiorum blaſphemiarumque ſuper omne nefas
B enormium, monſtra atque portenta, non modo contra omnes ſanctos ſanctorũq; patres Apoſtolos, contra ſacroſancta religionis Chriſtianæ myſteria, contra immaculatam caſtiſſimamque Chriſti Domini ſponſam omnium fidelium matrem Eccleſiam, verum etiam contra ipſum Deum, totamque ſacratiſſimam Trinitatem, patrem, filium & ſpiritum ſanctum diabolico vomitu furiatus effuderit. Ex hac diabolica Caluini blaſphemandi conuitiandique furia veriſſimè dictum à S. Leandro Hiſpalenſi Epiſcopo fuiſſe videmus: *Os nempe hæreticorum iniuriis, mendaciis, blaſphemiiſque fatidum os inferni Dæmoniorumque iure vocari*: Hæc quamquam omni digna execratione ſcelera quæ vix ipſi Dæmones patrare auderent, in hominum licet perditorum animis inſidere potuiſſe iuſtè miramur; Tamen longe mirandum
C magis vel obſtupeſcendum potius, quod in tantis ſceleribus humanam tentationem ſoperantibus homines nefandiſſimi Lutherus, Centuriatores, Caluinus, Beza & cæteri eiuſdem dementiæ diabolicique furoris præcones, profeſſoreſque, ſectatoribus eluſis abundare potuerint. Cogor ego de Caluino eiuſque anteceſſore Luthero, & Beza eius diſcipulo ſicut S. Bernardus de ſcelerato illo quondam hæreſiarcha Henrico, noſtrorum in multis erroribus hæreticorum Patriarcha, vehementer & quidem iuſtius exclamare. [n] *Quanta audiuimus & cognouimus mala, quæ in Eccleſiis Dei fecit & facit quotidie Henricus hæreticus, verſatur in terra veſtra ſub veſtimentis ouium lupus rapax; ſed ad Domini deſignationem, à fructibus eius cognoſcimus illum. Baſilicæ ſine plebibus, plebes*
D *ſine ſacerdotibus, ſacerdotes ſine debita reuerentia ſunt, & ſine Chriſto denique Chriſtiani.* O quam verè iſta omnia de Caluinianis & de Lutheranis licet effari? Poſt hæc ſanctus deuotuſque pater ita ad maiorem noſtrorum ſectariorum vitæ ſceleratæ, doctrinæque impiæ expreſſionem quaſi pro noſtro ſæculo diuino afflatus ſpiritu vaticinans proſequitur. *Eccleſiæ ſynagogæ reputantur, ſanctuarium Dei ſanctum eſſe negatur, ſacramenta non ſacra cenſentur, dies feſti feſtiuis fruſtrantur ſolemniis: moriuntur homines in peccatis ſuis, rapiuntur animæ paſſim ad tribunal terrificum, heu nec pœnitentia reconciliati, nec ſacra communione muniti, paruulis*

Non mirum ſi Caluinus tam ſæuus in calumniando Rom. Pontificem fuerit, cùm tam furioſus blaſphemus in Deum ipſum, Dominum gloriæ extiterit.
S. Leander Epiſcopus Hiſpal. Os hæreticorum os inferni.
Res digna admirationemaxima vel ſtupore potius tot tamque ſceleratos ſatana miniſtros ſectatoribus abundare potuiſſe.
n Bernardus epiſt. 240. ad Ildephonſum comitem S. Ægidii in principio. No.
Hic S. Bernardus deſcribendo ſcelera Henrici hæreſiarchæ noſtrorum hæreticorum errores ac ſcelera ad viuum expreſſit. No. hæc omnia.

Christianorum intercluditur vita dum baptismi negatur gratia: nec salutis propinquare sinuntur, Saluatore licet clamante pro eis. [a] *Sinite*, inquit, *paruulos venire ad me*. Et post detestationem impietatum errorumque ipsius hæresiarchæ ipse sanctus piusque doctor tot monachorum pater mirando, tantum iniquitatis ministrum in suis execrandis sceleribus abominandisque dogmatibus tot post se trahere potuisse sectatores exclamat: & nos cum ipso, de Luthero, Caluino, Beza & aliis nostræ ætatis impostoribus, feralibus prauitatis hæreticæ buccinis, cum gemitu & lachrymis exclamando querimur: [b] *Proh dolor! auditur tamen à pluribus, & populum qui sibi credat habet? ô infelicissimum populum ad vocem vnius hæretici, siluerunt in eo omnes propheticæ & Apostolicæ voces quæ de conuocanda in vna Christi fide è cunctis nationibus Ecclesia vno veritatis spiritu cecinerunt. Ergo fefellerunt diuina oracula, falluntur omnium oculi & animi, qui quod legunt prædictum, intuentur impletum. Quam certe manifestam omnibus veritatem solus ipse stupenda & iudaica cæcitate aut non videns aut inuidens adimpletum, simul nescio qua arte diabolica persuasit populo stulto & insipienti.* (Sicut nostro sæculo Lutherus & Caluinus Germanis & Gallis enormitate criminum Deo & cælo inuisis.) *De re manifesta nec suis credere oculis, fefellisse priores, errare posteros, totum mundum etiam post effusum Christi sanguinem perditum iri; & ad solos quos decipit, totas miserationum Dei diuitias & vniuersitatis gratiam peruenisse.* Hæc sanctissimus Abbas Deo plenus eiusque gratiarum intrinsecus irradiatione refulgens, in nefandissimum hæresiarchã pathetici affectus æstibus efferẽdo, nos docuit eadem in Lutherum, Caluinum, aliosque nostri funesti sæculi nouatores cum maximo ob perditas quotidieq; pereuntes eorum fraudibus animas dolore cordis effundere. O funesta nunc Gallorum natio tot per tales animarũ carnifices immersa vitiorum fœditatibus? Tam turpiter per eos in limo profundæ corruptionis infixa! Quid non querar atque expostulem pro te misera, hæreticorum dogmatum proh! nimium prauitatibus fœdata, ac spiritualibus per eorum præcones Antichristi præcursores incestata pollutionibus? Quæ ideo fœdus in magna parte tuorũ hæretica peste spiritualiter extinctorũ, cũ morte, cum inferno, cum principibus tenebrarũ voluntariè pepigisti, vt Dei tui iram grauius exasperares? Operdita tot propter scelera, nisi citò pænitentiæ lachrymis ea fructibusque delere cogites festinesque, tantis furiarum istarum infernalium hæreseonque fraudibus, digna falli!

[a] S. Math. 19.

[b] Ibi exclamatio sancti Bernardi.

Apud nouatores N. qui saluari eos solos asserunt quos sua peste hæreseos infitiunt.

Pathetica lamentatio pro conclusione.

CAPVT VIII.

De luctu & tristitia piorum Catholicorũ, nostri sæculi, hæreticorum & schismaticorum cæcitatem voluntariam lamentantium, in sectando impios hæresiarchas Lutherum, Caluinum & cæteros huius temporis, in Romanũ Pontificem insanientes.

1. *Voluntaria hæreticorum schismaticorumq; cæcitas lugenda maxime, quia perniciosa nimis, abominationes hæresiarcharũ à quibus decepti sunt, videre renuentium.*
2. *Iusta piorum Catholicorum lamentatio propter rebellantes in ecclesiam S. eiusque pastorem œcumenicũ schismaticos, tantò miseriores, quantò minus suam à praua profectam rebellione miseriam volunt agnoscere.*
3. *De quorum obstinatione hæreticorumque furore victrix ecclesia tandem, & Apostolicus Christi Domini thronus per eius virtutem gratiamque triumphabit.*



NVNC euolutis erroribus, impietatibus, blasphemiisque hæreticorum priscorum atque nostri sæculi & soli, contra Deum & vicarium eius, sacraqoeomnia religionis nostræ mysteria, breuius quam res tanta dici potuit, commemoratis: ad luctum & lachrymas stylus nostraque properat oratio. Vt nomine ecclesiæ bonorumq; catholicorum magnam miseramque cæcitatem obstinatumque schismaticorum cum hæreticis in sua rebellione fœderatorum animum expostulando, cumque querelis iustissimis irascendo lugeamus. Qui propriæ obliti salutis rebellione voluntaria (quam in multis à corde malè ante actæ vitæ actiones expresserunt.) Caput Ecclesiæ Christi visibile pastorem patremque fidelium omnium, ditionis Ecclesiasticæ principem omnisque spiritualis auctoritatis verticem gratis opprimentes, non se eos sequi hæreticorũ Patriarchas intuentur, quos propter extremas erroribusque nefandis cumulatas impietates boni omnes execrantur. Qui cum maxime Reipublicæ Christianæ pacique Ecclesiasticæ nocuerint, cum mille in Christiano solo tragœdias bonorum catholicorum internecione cædibusque cruentatas excitauerint; id nihilominus aut per se, aut per suæ fautores improbitatis egerunt, vt viri boni à delusis deceptisque populis tanquam crediti nominarentur. Sic tales reipublicæ Ecclesiæque pestes facesque rebellionis in caput Christianæ religionis infirmorum animos infatuant, sic in parentem fidelium omnium seditiosos eiusque contemptores Monarchiæ dementant. Sic soporifero suæ fraudulentæ persuasionis fallacisque doctrinæ melle libertinos suis pastoribus obedire nescios insensatosque fascinant. Melle inquam longe illo nocentiore, quod prope [c] Tra-

Cæcitas & obstinatio maxima schismaticorum in opprimendo suis rebellionibus Rom. Pontificem sceleratissimos hæreticos eorumque patriarchas sequentium.

[c] Arist. lib. ἀπὸ θαυμασίων ἀκουσμάτων. *De mirabilibus auditionibus.*

Pezontem ciuitatem teperrum suo tam acri extraneoque odore edentes illud ex sanis ægrotos, ex prōptis alacribusq; stupidos, hebetes omni sensu prope vacuos iudicioq; reddebat. Cū doctrina pestiferi erroris ac furiosa rebellionis in Deom eiusque præcipuos in ecclesia ministros persuasio, per blandos sermones verbaque mendacii populorū quos malitiosè fallant non corpora, sed corda peste sua contaminent, non sensus externos sed interiores conscientiæ recessus eludant, non de sanitate corporis sed salute animæ eam nundinatione turpissima perdendo cum principe mundi, omnis spiritualis magistro nequitiæ funestissimè negotientur. Similes his turpibus Bacchi sacerdotibus qui apud [a] Liuium, in suis fædissimis orgiis atque nefandis bacchanaliorum sacris clangoribus tubarum tympanorūque strepitu tectum omne replebant : ne virginum puellarumque in quarum pudorem floremq; virgineum stupro detestabili bacchabātur, lamenta, clamores vocesque lachrimabiles, de sui raptu pudoris expostulantes audirentur. Ita diuini numinis nominisque blasphematores, sacratissimorumque religionis Christianæ mysteriorum violatores hæretici, prædicantes mendaciorū, calumniarū, maledictorū, errorum, fidei, optimorumq; morum regulæ contradicentium, blasphemiarumque clamoribus tumultibusque, miserorum schismaticorum libertinorumq; ingenia mentesque perturbāt & obtundunt, vt violatæ conscientiæ, spiritualis virginis, de suo crepto constupratoq; fidei morumqoe pudore grauissimè conquerētis gemitus, clamores lugubres, vocesque lamentabiles audire non possint. Sed væ vobis malesuadæ deceptorum animæ, atque suauissimo sanctæ matris Ecclesiæ seruire iugo indomitæ! Sicut enim virgines illæ paganicæ fortis, si noctu turpissimis illis temulenti Dei nempe diaboli per verecundiam sibi sacris interdixissent suæ pudicitiæ castitatisque florem honoremque minime perdidissent. Ita & vos fallacibus fidæ nimium Dæmonis illusionibus, si cum peccatorum tenebris pacisci, atque in nocte corruptionis vitæ, immania, hæreseos atque schismatis Orgia prauo consensu frequentare noluissetis: harum profecto dirarum inferni furiarum execrabiles ministri atque sacerdotes hæretici vestræ virginitatis decorem, id est fidei Christianæ morumq; puritatem & obedientiæ Christo eiusque vicario nitorem, stupro iniquarum persuasionum spirituali, pollutioneque neutiquam adulterauissent. Etenim per pia veritatis charitatisque plena sanctæ matris Ecclesiæ monita, tales animarum constupratores contra Christum, signū Christi portare & contra Euangelium de ipso Euāgelio gloriari, cum magno [b] Augustino cognouissetis. Vt eum eo sancto patre magis eos execraremini, eoque magis, quod cum innumerabilia prope mala aduersaque orbi & ecclesiæ miseriis publicis & priuatis, calamitatibusque tumentia funestissimis per suæ nefandissima vitæ crimina, errores, fraudesque inexpiabiles effuderint; nebulonibus tamen minime careant suæ impietatis sacrilegiiq; sectatoribus, qui eos præ magnitudine laudum recteque factorum horrendo confictorum mendacio, soper astra prouehant, apotheosi donent, Deoq; simillimos, prostituta veritate profiteantur. In manibus est exemplum singulare in Caluino, quem cum sceleratorum diaboli ministrorum longè flagitiosissimum ex factis dictisque ipsius supra non tam oratoriè quam verè probauerimus: Hunc nihilominus Beza discipulus infelix, par scelere magistro, *præcipuum Dei instrumentum ad ædificandam ecclesiam, validum omnium hæreseon antiquarum & recentium destructorem, fidelem & irreprehensibilem Dei seruum, atque ministrum, verum prophetam & os Domini*, intolerabili adulatione incredibilique mendacio appellare nullo rubore confusus exhorruit. Siccine simplicium insidiari auribus, siccine infinitæ bonitati atque patientiæ læsæ toties illudere impune licuerit? Sed eò magis deflendos mæstiorique lamentatione lugendos schismaticos sedisque rebelles Apostolicæ iudico quò cum perditorum Ecclesiæ sanctæ hostium facta imitentur, funestos eorum exitus non perhorrescant.

a T. Liui l. 39. *Hæretici blasphemando prædicantes Bacchi sacerdotibus similes in constupranda animarum virginitate.*

No. hæc.

b S. August. epist. 61. ad Dulcitium: *Execrandi hæretici qui contra Christum signum Christi portant.*

Horrenda Bezæ mendacia de laudibus virtutibusque ementitis Caluini.

In vita Caluini.

Cur magis flendi schismatici sedis Apostolicæ rebelles.

Nullus nisi qui plane in sacris litteris peregrinatur, ignorare potest maximam Dei indignationem, terribilemque ab ea profectam cōtra schismaticos in populi principes Deique sacerdotes summos Moysem & Aaron murmure, factione, seditioneque rebellantes Chore, Dathan & Abiron diuinæ vltionem iustitiæ: qui ducētis quinquaginta viris synagogæ proceribus comitati in solennibus populi comitiis principatus monarchici in popularē democraticumque mutationē à diuina institutione alienam extraneamque molientes, orto tumultu ita in faciem Moysis & Aaron resistere ausi dixerunt: [c] *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus, cur eleuamini super populum Domini.* Tūc iratus est iusta indignatione Dominos, & exemplari eaque formidabili vindicta, quanta sibi seditioli populi præsumptio esset inuisa, & eorum qui popularis prætextu libertatis præsomptæque sapientiæ, iustum obediētiæ dulceque iugū à monarchico regimine seditiosè deturbare meditabarur, ostēdit. *Tunc enim disrūpi terrā iussit sub pedibus eorum, quæ diuina iussa peragens aperiens os suum deuorauit eos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorum, descenderuntque in infernum viuentes hiatu absorpti terræ, perieruntque de medio multitudinis:* Nec dum satiata tot rebellium funeribus ira Dei quieuit. *Sed & ignis egressus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros*, qui incensum propria auctoritate presentabant de eorum grege schismaticorum, qui destructo monarchiæ principatu, statum Aristocratiæ democratiæue moliebantur. Cumque sequenti die murmure seditioneq; multitudo omnis in Moysem Aaronque desæuiret, cum querela dicendo. *Vos interfecistis populum Domini, increscenteque seditiosæ multitudinis tumultu cūm Moyses & Aaron suæ fuga saluti consulentes, in tabernaculum fœderis confugerent, rursus egressa à Domino est ira, & plaga desæuit, & incendium vastabat multitudinem.* [d] *Donec Aaron assumpto thuribulo ad iussum Moysis, & hausto igne de altari cucurrit ad mediam multitudinem quam vastabant incendia, & obtulit Thymiama, & stans inter viuos & mortuos pro populo deprecatus est, & plaga cessauit:* Quod si tanta Dei ira in exterminandis tam stupenda horribiliq; vindicta veteris Ecclesiæ schismaticis extiterit; quantas pęnas atrociaque tormenta à diuina vltione iraque deducta, schismaticos, hęreticos, rebellesq; in principem spiritualē Ecclesiæ nouæ atque Christianæ manere creditis? Quos vere in veteri testamento fuisse reprętentatos pec

Vltio diuina in schismaticos contra Moysem & Aaron rebellantes magna fuit, quanto in schismaticos hierarcho principi Rom. pontifici resistentes eadem vindicta maior futura est.

c Numer. c. 16.

d Numer. ca. 16.

hos seditiosos rebellesque in Moysem & Aaron schismaticos nobis erit facile collatione facta demonstrare. Quid enim aliud hæretici sunt ac schismatici, quàm Core, Dathan & Abiron?[a] *Vt enim hi sub prætextu pietatis, dominandi libidine ac ambitionis æstro exagitati, principatum ei adimere conabantur, Moysi scilicet, cui Dominus crediderat extraordinaria potestate, ita nostri illi hæretici atque schismatici sanctæ Ecclesiæ Dei corpus disiungere conantur, dum caput eius à summo Deo constitutum imminuere, lacerare, maledictis dedecorare, impijsq; calumnijs non cessant. Neque aliud ab his in summum illud caput quàm à Core, Dathan & Abyron in Moysem tentatum est. Genus hominum miserabilissimum ac perniciosissimum, qui sub prætextu nostrarum corrigendarum improbitatum infinitam attulere malorum syluam per vniuersum terrarum orbem, pessimos disseminauerunt errores, adeóque processit audacia & gygantina immanitas, vt eis nec calumniam sufficiat in quod sua sceleratissima lingua virus euomant, ore impiissimo blasphement, dilacerent, dum eius incolas tantis probris atque mendacijs dehonestant. Sed videbit omne genus humanum eorum interitum, & sempiterna obliuione eos sepeliendos miserrimo hiatu terræ patefacto absorptos fuisse cognoscet.* Hæc Eugubinus recens quidem, sed doctissimus, Catholicaque pietate clarissimus Antistes. A quorum tabernaculis nisi vos quos mea compellat oratio schismatici, sedis Apostolicæ perduelles, ad cor per salutaris itinera pœnitentiæ redeundo recesseritis, Deus vos cum Corith illis æternis supplicijs viuos mortuosque mactabit. Sed huic diuinæ indignationis furorisque tempestati, vestra conuersione resistite resipiscendo: lachrymas piæ matris ecclesiæ quas malè viuendo & eius pastori monarchico in armis obsistẽdo rebellionis, expressistis, obedientia verè filiali renouati spiritu mentis vestræ siccate. Nolite permittere vt corrupi à nequissimis sedis Apostolicæ osoribus & hostibus, perseuerantes in schismatico cum illis fœdere, illud de vobis antea sanctissimo patri fidelitatem obedientiamque sincere præstantibus, occinatur.[b] *Quomodo obscuratũ est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij, in capite omnium platearum? filij Sion inclyti & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea opus manus figuli?* Certe cum omnis peccatoris vita digna sit fletibus atque lachrymis, tum illius præcipuè, qui cum maxime delinquat, tamen aut aliena fraude, aut propria præsumptione adeò in errore crimineque agnoscendo voluntariè cæcus hebetatur: vt vitia sua in virtutũ loco ponat, & pro malè factis opera meritoria, suo deceptus miserè iudicio se moliri confidat. Tantò propterea miserabilior quantò sibi videtur beatior. In hunc cæcitatis abyssum facti præcipites nostri Monarchomachi à primis hæreticorum doctoribus elusi confidenter peccant, seque sacrificium Deo gratum obsequiumque præstare arbitrantur: si suis machinis quas ab illis hæresiarchis mutuati sunt, aduersus inexpugnabilem diuinæ protectionis murum potenter arietent: vt turrim Christianorum fortitudinis, sedem videlicet apostolicam, asylum religionis, fideique catholicę, sacratissimam Rom. Pontificis auctoritatem ipso circumuallatam muro, si possint, omni suo conatu demoliantur.

In Rom. Pontifices rebellantes hæretici & schismatici nostri sæculi pulchrè in personis Core, Dathan & Abiron figurati.

a Hæc ex Augustino Steucho Eugubino Episcopo in ca. 11. Deuteron.

2. Pars. Luctus Ecclesiæ & piorum Catholicorum propter rebellantes in Rom. Pontificem schismaticos.

b Thren c. 4.

Peccator ille magis eò deflendus quò per magnam cæcitatem meatis minimè cognoscit culpam suam.

O Galli (deceptos intelligo) quorum tanto quondam maiores Apostolicæ obedientiæ septi robore gloriaque cumulati claruerunt!

Quo vobis mentes; rectæ quæ stare solebant
Antea, dementes se flexere ruina?

His videlicet hæresiarcharum dæmoniorumque fascinatæ sortilegiis.

Ne pueri ne tanta animis assuescite bella,
Ne patriæ validas in viscera vertite vires.

Quoniam in patrem societatis Christianę communem, visibilem saluatoris nostri in Ecclesia vicarium assurgere rebellionibus armati non potestis, quin eodem impetu pacem optatam cum temporalibus bonis, patriamque vestram charissimam funestissimè destruatis.

Ætheream seruate Deam (obedientiam dico Apostolicam) *seruabitis vrbem.*
Imperium secum transferet illa loci.

Ad hanc veritatis lucem palpitant Pontificiæ maiestatis inobedientes, qui voluntariè cæci; quos lugeo, se in sua rebelli miseria nõ agnoscere miseros, miseriores in hoc quod sui ipsorũ in isto calamitatis statu iacentiũ minimè misereãtur! O funestissima mentis cæcitas! ô ignorantia sui errorumque propriorum crassa & affectata miserrima![c] *Quid enim miserius misero non miserante seipsum*, Quia se talem esse nescit?[d] *& non vult intelligere vt bene agat?* & hac ignorantia crassa voluntariè laborans perditam in sua rebellione salutem non requirit? *Quam se perdidisse nesciendo non credit,*[e] *non quærit redimi, qui se nescit esse captiuum.*[d] *Factus est Ephraim quasi columba non habens cor. Sola columba*, inquit S.[e] Hieronymus, *ablatos pullos non dolet, non requirit.* Sic miserè seducti à principibus tenebrarum, dum cæci contra Deum, eius S. vicarium thronumque in terris Romæ fixum gloriæ eius, rebellionibus armantur, nec amissam in isto sæuo conatu licet irrito salutem non lugent, nec eam lugendo quærere maturant; quod se non amisisse præsumant. Sic eos, nisi diuina misericordia potenti virtute suæ gratiæ irradiatione illorũ oculos illuminet, vsque in senium iniquitas rebellionis schismatisque comitabitur: & non apprehendent quia cæci sunt & sectatores cæcorũ, atque eos, quod miserius est, ingredientes tumulum non deseret: indeque descendentibus in lacum miseriæ sempiternæ funestissimum comitatum exultantibus inferorũ furiis dæmonibusque præbebit. *O Ephraim pulueris terræ populus appetens*, & contagionis mundi inimici Deo sectator, quam miserabilis & immundus! *Quia comederunt alieni robur eius, & ipse nesciuit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit.* Alieni verè dicti sunt hæreticorum principes atque rectores, qui extra Ecclesiam Dei positi cõtra ipsam, contra eius pastorem principẽque monarchicum pugnantes, robur huius populi fidelis quondam, & sedi Apostolicæ obedientis comederunt: & gratiam Dei virtutesque Christianas, ab eius auulsas animo dissiparunt: dum hunc suis exemplis & execrandis instructionibus ad rebellionem contra sanctissimam sedem diuinumque maiestatis Pontificiæ decus excitarunt. Et ipse miser nesciuit populus, per crassam voluntariamque inscitiam, & nisi huic inscitiæ morbo voluntariè Deus clementissimus secundum magnam misericordiam suam medeatur, futurum est vt ad senectutem vsque his ignorantiæ affectatæ laqueis implicatus miserè perueniat, atque ita in illa miseriùs rebellis in patrem sanctissimum animam impiam schismaticus exhalet. Sed in-

Cæcitas mentis voluntaria & delictorum propriorum crassa & affectata ignorantia funestissima.

c D. August. l.1. confess. c. 15.

d Psal. 37. v. 4.

e S. Bernard. epist. 190. ad Innocentium Papam.

d Oseæ c. 17.

e S. Hierony. Comment. in Oseæ 7.

Schismatici in Romanum Pontificem rebellantes similes tribui Ephraim & eius.

Oseę cap. 7. No. concept.;

terea patitur iustus! & dum obstinatorum exitus funestus expectatur, quia conuersionis vitæ spes nulla: sanctissima & charissima mater ecclesia in morte ac rebellione prauorum filiorum acerbo doloris saucia vulnere, dum grauissimè à suis ingratis filiis, nihil quàm extremum suæ vitæ halitum interitumque spirantibus oppressa conflictatur: sua calamitate afflictioneque bonos omnes verè adoptionis æternæ filios tristissimè percellit. Afflictio quippe Ecclesiæ omnes & singulos fideles tangit. Pro qua ab hostium apertorum & clandestinorum persecutione liberanda omnes orthodoxi debent generose contendere, longe iustiùs quam [a] omnes tribus Israel pro vltione mortis vxoris Leuitæ inter libidinosos adulterorum Beniamitarum concubitus, excessusque nefandæ promiscuæque prostitutionis atroces vita lapsæ & extinctæ. *Obsecras igitur omnes vos*, ô verè sedis Apostolicæ Romanique pastoris obsequentissimi filii, [b] *Vt ita animos vestros commoueat rerum indignitas* (qua scilicet sedes Ecclesiastici imperii tamdiu contemnitur) *quasi non ipsa sedes Apostolica omnium ecclesiarum mater tantummodo*, sic enim vos verbis S. Athanasii lubet affari, *Sed ipsi quoque iniuriam accepissetis, quò quisque vti læsus opem in commune conferat: ne paulatim Ecclesiastici canones & ecclesiæ fides*, qua cum animæ lucro summa sedis Apostolicæ Pôtificiæque maiestatis data diuinitus auctoritas creditur, *Corrumpantur quæ ambo in periculum veniunt, nisi Deus vestra opera quàm celerrimè delicta castiget, & ecclesiam vindictæ compotem reddat*, &c.

Afflictio ecclesiæ omnes tangit fideles.

a Iudicum c. 19

b S. Athanas. epist. ad orthodoxos.

Exhortatio ad omnes orthodoxos vt ecclesiam SS. Catholicam & Rom. ab omni seditionis peste defundant.

A

Atque quò maior est feritas, immanitas & impia hostium sanctissimæ sedis vicariique Christi D. atrocitas, eò eorum obstinatorum culpa maior, qui istos in tam impio & sacrilego certamine consectantur: & maior laus atque merces defendentium vtrosque patrem & matrem animarum nostrarum à tantis hostibus vexatos acquiritur. Quantò conatus Nouatianorū in Rom. Pontificem S. [c] Cyprianus iniquiores atque ferociores animaduertebat, tantò contra illos pro huius principis patrisque maiestate defendenda firmius stabat atque constantiùs: aliosque veræ fidei professores, ad parem virtutis fortitudinisque constantiam facto & cohortatione concitabat. *An ad hoc*, inquit, *deponenda est catholicæ Ecclesiæ dignitas & plebis intus positæ fidelis atque incorrupta maiestas, & sacerdotalis quoque auctoritas, vt iudicare se velle dicant de Ecclesiæ præfecto extra ecclesiam positi, de Christiano hæretici, de sano saucij, de integro vulnerati, de statu lapsi, de iudice rei, de sacerdote sacrilegi?* Et pauloante de his hostibus Ecclesiæ puta Nouatianis loquens ait, [d] *Cæterum si exciderint à fide* (scilicet hostes Ecclesiæ & pastoris œcumenici. *Nunquid eorum infidelitas fidem euacuabit? Absit! in extremis enim temporibus superbi & contumaces & ecclesiæ Dei hostes, aut de ecclesiis recedent, aut contra eam facient.* Horum hæreticorum in ecclesiam Dei eiusque visibile caput scelera atque furores æmulantes quidam nefarii, sanctissimi patris & Apostolicæ sedis osores hæretici S. Bernardi sæculo per varias orbis oras fœdo venena spargentes halitu grassabantur: quos sic omni dignos imprecatione ipse [e] Sanctus ita depingendo detestatur. *Quidam videntur fœdus percussisse cum morte, & cum inferno fecisse pactum. Ecce namque Christus Dominus In-*

3. Pars.

Feritas & impietas atrox hæreticorum aliorumque ecclesiæ hostiū magis catholicarum ad defensionem eius inflammare animos debet.

c S. Cypr. epist. 55. ad Cornelium Papam.

B

C

d S. Cypr. ibi supra.

Bellantes contra Romanum Pontificem fœdus cum morte percutiunt & cum inferno pasciscuntur.

e S. Bernard. epist. 124. ad Hildebertum Turonensem Archiep.

D

nocentius Pontifex, scilicet secundus, sic & nostris schismaticis & hæreticis, hodie Gregorius 15. *positus est in ruinam? & in resurrectionem multorum. Nam qui Dei sunt libenter iunguntur ei: qui autem ex aduerso stat, aut Antichristi est, aut Antichristus.* Et post multa: *Velit nolit peccator qui videt & irascitur magnificatur*, scilicet Innocentius Papa, dicamus & nos Gregorius 15. *In conspectu regum portans coronam gloriæ. Nunquid omnes principes cognouerunt, quia est verè Dei electus? Francorum, Anglorum, Hispanorum, & postremo Romanorum Rex, Innocentium in Papam susceperunt, & recognoscunt Episcopum animarum suarum. Solus adhuc ignorat* [f] *Achitofel suum iam patefactum & dissipatum consilium.* Scilicet schismaticus vt Gerardus Angolismensis, qui Innocentium Papam agnoscere, atque honore quo debebat reuereri deprecabatur. Et illi impio iuncti fœdere schismatis, iniquè cum hæreticis in ruinam maiestatis Pontificiæ conspirantes. *Frustra molitur miser, suum supra populum Dei malignare consilium & cogitare aduersus sanctos, sanctos scilicet Pontifici Romano, firmissimè adhærentes & contemnentes curuare genu ante Baal*, scilicet pseudo-Papam Anacletum Innocentii 2. legitimi Pontificis riualem & procum non Penelopes, sed sanctissimæ cathedræ Apostolorum principis iniustissimum. At quod in hac insolenti tetraque contra Christum Domini principemque vniuersalis Ecclesiæ, grauius & acerbius est maioribus dignum lachrimis atque querelis, est obstinatio cæcorum, grande nefas, quo se fœdant intueri atque cum iudicio considerare nolentium. Quos doleo similes fieri perfidis illis Dei Ecclesiæ hostibus hæreticoque sortilegio dementatis contra quos ista S. Bernardus expostulando clamabat. [g] *Quantum ad istos nec rationibus conuincuntur, quia non intelligunt; nec auctoritatibus corriguntur, quia non recipiunt: nec flectuntur suasionibus, quia subuersi sunt: probatum est, mori magis eligunt quam conuerti, horum finis interitus, horum nouissima incendium manet. Gens sine consilio & sine prudentia atque conscientia.* [h] *Vtinam saperent, & intelligerent, & nouissima prouiderent.* O magnas Christiani hominis virtutes, quibus benè in illius animo radicatis hæresis, schisma, omnisque ab eo iniquitas extirpata diuelleretur: *Saperent*, quæ? *præterita, bonum amissum, malum commissum & tempus perditum: intelligerent quæ? præsentia, vitæ scilicet breuitatem, saluandi difficultatem, saluandorum paucitatem.* Quid præterea? *Et nouissima prouiderent, quæ porro ista? Mors qua nihil est miserabilius: Dei iudicium quo nihil est terribilius: Inferni pœnæ quibus nihil est intolerabilius.* Quorum omnium seriem maturamque meditationem vellem Deus immortalis altissimis considerationis piæ apprehensionisque viuæ radicibus in nostrorum Monarchomachorum mentibus insidere faceret. Hodie profecto sceleratissimorum diaboli ministrorum impia secuti dogmata non cum patre sanctissimo, fidelium animarum in æterna cælestis gloriæ pascua ductore, minime de summo illius imperio honoreque toties rebelli contentione distracti dimicarent. Sed vt filii charissimi illi omne obsequiū, obediētiā, honorēq; vitæ prioris rebelliones

Romano resistens pontifici Antichristi ac diaboli minister est.

f 2. Reg 17.

Rebellium schismaticorum, lugenda obstinatio.

g S. Bernard. serm. 66 in cantic. cantic.

h Deut 32.

Imitatio meditationis S. Bernard. in hæc Deutero. verba.

His similia idem Doctor habet serm. 2. de omnibus SS circa finem sed fusius.

Victrix tandem Ecclesia sancta sponsi sui Christi virtute de cunctis hostibus triumphabit.

a Ieremię cap. 9. v. 1.

Veritas de omni calumnia & iniquitate licet odiosa imperio per Christi virtutem victrix triumphauit.

b Terentius in Andria.
c Ad Galat. 4.
d S. Hierony. in comment. in 4. ad Galat.
e S. Hierony. epist ad Marcellam.

f S. Ioan. 14.
g Esdræ 1. c.
h Consuetudo dist. 8.
i Fraternitatis c. de frigidis & maleficie.
k L. illicitas §. veritas ff. de officio præsid.
l. L. in rebus eod de iure domi.
Can. 2. c. dilectorum de test. cogend.
Spes victoria Ecclesia S. de suis hostibus. 4. cot. 5.

A cunctaque schismata detestari præstarent. Non sanctissimæ matris Ecclesiæ dolores, lachrymas, gemitusque rebellione sua tamdiu multiplicarēt, sed illius acriter gementis misericordiam auxiliumque à filiis lugubri voce flagitantis miserarentur. Illius charissimæ matris simul ac virginis sponsæ Christi castissimæ fletibus, singultibus suspiriisque mouerentur: ne illius primariæ & Apostolicæ sedis supremam gloriam & è cælo demissam auctoritatem, prædonibus inferni furiisque Dæmonum, eorumque ministris infidelibus, hæreticisque prostituendam, suis schismaticis turpissimè factionibus exponerēt. Quod si in isto maledicto cū hæreticis fœdere ad oppugnādam Ecclesiasticæ monarchiæ maiestatem perseuerare volent: dabunt quidem [a] capiti suæ sanctissimæ matris Ecclesiæ aquam & oculis fontem lachrymarum, vt eorum spiritualia die ac nocte B funera ploret. Sed sciant se, dum ab illius oculis lachrymas, ab ore gemitus, à pectore suspiria, à corde dolores grauissimos extrahent; ounquam tamen ab illius animo spem constantiamque erepturos. Quarum munita armataque præsidiis in virtute sponsi sui saluatoris nostri victricem se de hostibus suis fore confidit. Et ipsa veritas (pro qua in defendendo Monarchæ Ecclesiastici Christi Domini vicarii honore sanctoque principatu verè catholici Christiani vsque ad sanguinem digladiari contra Monarchomachos hæreticos, schismaticosque parati sunt) quamuis iuxta [b] comici dictum, *odium pariat*: Licet propter eam Apostolus. [c] *Inimicus factus sit Galatis, verum di-* C *cens*, licet eius conditio sit, testimonio sancti Hieronymi. [d] *Vt eam semper inimicitiæ persequantur sicut per adulationem perniciosa animæ conquiruntur, licet ipsi [e] corrupta naturæ amara sit*: nihilominus tamen de omni mendacio, calumnia, probro, maledicto, blasphemiaque perditorum hominum victrix per virtutem conditoris Christi Domini, qui est ipsa [f] veritas gloriose triumphabit. Qood per eum fit, [g] *Potentissima semper viuens & [h] vincens*. Quæ secundum [i] D. Augustinum est, *incommutabilis panis mentis qui reficit & non deficit.* [k] Quam propterea, *calare peccatum est, negare scelus persequi parricidium*, quid dicam eius cultores in crucem tollere? Itaque arietent iam in cœlum etiam atque etiam, quibus potoerunt machinis gigantes isti Monarchomachi maiestatis diuinæ & humanæ perduelles. Erunt Ecclesiæ fulmina à summo cælo de manu [l] Dei D iaculata, quæ in eorum caput elata consceleratam obstinatæ mentis immanitatem incendio expiabunt: quæ proiectam extremamque istorum impietatem summa corroboratam audacia, iustæ vindictæ turbine & conflagratione vlciscentur. Quibus & viuis & mortuis nulla Deus relinquet spatia temporis quo manes eorum à seuerissimis tormentis doloribusque conquiescant: nisi ante funera suæque occasum vitæ tristitia quæ secundum Deum pœnitentiam in salurem stabilem operatur, maxima, grauissimoque dolore conterātur. Ne illi postea rerum sacrarum contemptu & contra has iniuriis inquinati, exitiis enutriti publicis, sanctorum catholicorum oppressionibus delectati, Christi gloriam, S. matris Ecclesiæ, Apostolicæ sedis auctoritatē, monarchicam beatissimi patris, Christi Domini vicarii maiestatem, splendorem, atque decus impune videantur elusisse. Eritque aliquando & elucescet illa dies (sicut

A diuina misericordia, sanctitas Apostolicæ sedis ab impiis oppressæ & bonorū pro hac S. sede generose pieque dimicātiū causæ iustitia catholicorū bene nos sperare iobent) in qua populi catholici salos, quæ hoc funesto quo viuimus sæculo tam laboriose variis erroribus acta constringitur, per viscera tandem misericordiæ Dei nostri eluctabitur: & maleuolorum odio depressa sanctissimæ sedis aoctoritas, regnique Christianissimi splendor pietatis emerger, veritatisque catholicæ defensio toties interclusa respirabit. Sed iam ad cōquerendum de nostris schismaticis gloriæ & honoris sanctissimi patris inuidis, deque eorum in ipsum iniqua rebellione, hæc satis. Nunc ad eos pro salute sua mouendos & ex charitate Dei cohortandos nostra properet oratio.

B

CAPVT IX.

Exhortatio ad Monarchomachos schismaticos sub nomine catholico, catholicæ paci fideiq; Christianæ dolosis artibus insidiantes, vt agnoscant culpam suam & dissidium, quod faciunt cum domo patris æterni, quæ est Ecclesia, hæreticorum societati prauis opinionibus adhærendo.

C 1. *Exhortatione, in Christi charitate radicata Monarchomachi ad suæ defectionis criminisque agnitionem cū eius detestatione compellātur vt Deus illis clementissimè misereatur.*

2. *Quàm perniciosum & execrandum cùm hæreticis & aduersus Deum eius in terris vicarium spiritualemque Ecclesiæ sanctæ monarchiam scelerate fœderari.*

3. *Salutaris schismaticis in domum patris æterni quæ est Ecclesia cath. Apost. & Romana reditus pia deprecatione persuadetur, vt integer spiritus Dei in eis corpus animāque sanctificet, & sanctificando glorificet.*

D CVm satis abūde super afflictione fratrū nostrorū ab obedientia Apostolica sedis & agnitione supremi honoris summo Ecclesiæ principi Christi Domini vicario debiti vagantium exorbitantiumque gemuerimus. Sequitur ordine recto, vt ad eosdem summa vi charitatis exorandos, deprecandos, obtestandosque, nec non per Christi Domini viscera misericordiæ, in quibus nos exalto visitauit adiurandos accingamur: vt à prioribus recedentes erroribos & elusionibus Dæmonum in domum patris æterni, ecclesiam nempè catholicam, apostolicā Romanāque meritoriè reuertātur. Quod via faciliori consequētur, si se grauiter hac in S. patrem rebellione peccasse cognoscāt, peccatiq; sui fœditatem, oculis suæ mentis cordisque subiiciant: vt grauius tristiusque illud abominantes, citiùs ab illius reatu pœnaque liberentur. Felices in suo lapsu peccatores illi, qui cum vate regio, tristè lugendo, verè dicere possunt. [m] *Iniquitatem meam ego cognosco & peccatum meum contra me est*

Felix peccator qui forte culpam agnoscit vt magis quatenus offensum Dei detestatur.

m Psal. 50.

ſemper. Contra id eſt coram in Græco ἐνώπιον. Sic tu peccator Schiſmatice à domo patris tui cum prodigo periculoſa auerſione elongate agnoſce tuæ rebellionis atrox facinus, vt cum tanto principe corā oculis animæ tuæ propoſitum fletibus meritoriè diluas & expungas. *In confeſſione,* dicebat S. Chryſoſtomus, *Dauid tanquam in imagine peccatum habebat depictum, & per ſingulos dies videbat putredinem eius, ideo dicebat peccatum meum coram me eſt. Ego illud video, tu Deus ne illud conſideres, ego illud ſcribo, tu quaſi Dominus dele,* &c. O magna fiducia pænitentis, ita peccatum videntis & deteſtantis! quam leue eſt aboleri, ſic cum deteſtatione viſum & agnitum! *Contra ſe ſtare dicit Dauid delicta quaſi quamdam figuratam imaginem,* inquit Caſſiodorus: Nam reuera qui polluit iniquitatibus animam, ſi earum illum pæniteat, illas quantum poteſt accuratè ſuis depingit coloribus vt earum turpitudinem, fœditatem, formamque horribilem videns & intuens efficacius execretur, quò agnitas à peccatore, illi Deus clementius ignoſcat, atque remittat, & poſt tergum ſuum eas reiciat. Quia prius ipſe peccator pænitens ante ſuos illas mentis oculos ſtatuerat. Quod expertus feliciter Ezechias Rex Deo gratias agendo dicebat. *Proiecisti poſt tergum tuum omnia peccata mea,* ſic noſtris naufragantibus ab obedientia ſedis Apoſtolicæ non habeotibus in hoc coſcientiam dicam cum ſancto Auguſtino piè & ex charitatis affectu. *Sit ante te quod non vis eſſe ante Deum, ſi autem poſt te feceris peccatum tuum retorquet illud tibi Deus ante oculos tuos,* &c. Si vos criminum fætore Chriſtum Dominum rebellando contra ſuum in terris vicarium offendiſſe non putatis, ante veritatis ſolem hebetamini, & peccatum veſtrum obſtinatione ingraueſcit, ſi vero in iſta rebellandi freneſi crimina agnoſcitis, à cordibus auulſa veſtris euanuere. *Initium quippe ſalutis eſt notitia peccati qui peccare ſe neſcit, corrigi non vult, deprehendas te oportet, antequam emendes. Inquireſ in te, accuſatoris primùm partibus fungere, deinde iudicis, nouiſſimè deprecatoris.* Hæc quidem ethnici Senecæ Philoſophi ſunt, ſed verè Chriſtum digna ſequentibus quæ aotea verè dicta æmulatus D. Auguſtinus non in regione vmbræ mortis, ſed in clara veritatis Euangelicæ luce ambulans hæc affatus eſt. *Peccata noſtra indices nos ſentiant, non patronos, accuſatores ſuos non defenſores eſſe cognoſcant.* Hæc ſi ex charitate moniti contemnere perſceveretis, cauere ne dum Chriſti virga directionis, dulcedinis, & ſuauis imperii caſtigari renuitis, eius virga furoris & exterminij conteramini. Sunt enim hæ virgarum ſpecies in manu ſaluatoris vt prædictum eſt à propheta, inquit Clemens Alexandrinus. *Virga,* inquam, *paidagōgikē id eſt admonitiona & diſciplina apta, & quæ imperij & τοῦ ἐξουσιαστικοῦ ſumma poteſtatis, illi enim qui ratione perſuaderi non poſſunt, minus ſanari ſolent, quibus ſi nihil proſint minæ, virga ad ſalutem adminenda eſt.* Scilicet ſalutaris correctionis in hac vita dulcis & paternæ. Modica quippe filij correctio Patri ſatis, vt ſic Chriſtus. *Saluator mundi Pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis nobis innatus benigne conſerat adiumenti* ſic *faciat.* Et vt loquitur S. Gregorius Nazianzenus, *per externum internum purget hominem.* Subdit poſt hæc Clemens: *qua ſi nihil conferat adiumenti ſcilicet virga correctionis ad ſalutem. Igne ſceleratos*

S. chryſoſt. in pſalm. 50. *Qui peccatum agnoſcit Deus ei ignoſcit.*

a Caſſiodorus in Pſalm. 50. *Deus proiicit poſt tergum ſuum peccata pænitentium ponentium ea ante oculos ſuos.*

b Eſaiæ c. 38.

c Tract. in S. Ioan 12. *Initium ſalutis notitia pec. cati.*

d Seneca 28.

e Seneca Epiſt. 28.

f S. Aug. ſer. 87. de tempore.

g L. 1 pedagog. c. 7.

h S Paul

i Ep ad Eudoxium quæ eſt inter Ep S. Baſilij 120.

A *adurere neceſſe eſt.* Quod eſt terribilis virga furoris Domini, ſummæ poteſtatis & exterminij effectus. Quam exercebit tunc Saluator mundi. *Quando in maieſtate ſua cum Angelis ſuis adiudicandum venerit. Quando ignis in conſpectu eius exardebit & in circuitu eius tempeſtas valida mormorabit.* Quam virgam poſt longam Dei deſpectam patientiam ſuper peccatores perditos nimium vigilantem furentemque, Deus, quod precor, vt à vobis auertat, nolite primam illius ac ſecundam, in repellendo veſtrorum agnitionem peccatorum ſuperbè contemnere. Sed potius præclaram S. Cęleſtini Papę ad Neſtorium Hæreſiarcham ſceleratiſſimum, vt à ſuis nefandis reſipiſceret erroribus admonitionem in vobis effectu reuerermini. *Expergiſcere tandem quia non B ſunt iſta dicenda vigilia quas non exhibes cuſtodia, ſed rapina: velimus te in hoc quod prædicas dormire, & vigilare in hoc quod impugnas: lenius certe ferremus, ſi in vtroque dormires: Nemo tibi perditus eſſet, nemo quæſitus, nullo animarum diſpendio mæreret Eccleſia, nullo compendio lætaretur.* Sic profecto tolerabilius eſſet vos in honorando S. Patre Romano Pontifice conniuentes ſomno conſopiri, quam in calumniando hæreticorum more vigilare. Sed lex Dei clamat. *Declina à malo & fac bonum* *odite malum & eligite bonum:* *quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere.* Propterea contumeliis, inuriuſque ſanctiſſimam paſtoris œcumenici maieſtatem hæreticorum perditiſſimorum religionis ſanctæ hoſtium ſigna ſecuti, deturpauiſſe plorate, & oppoſitos prioribus iniuriis eiuſdem ſanctiſſimi noſtrarum animarum C parentis dignitati principatuique ſummo, honores ſanctiſſimos exhibete. Fœdera atque pacta cum hæreticis inita, quę vos diſſidiis contra S. ſedis Romanique paſtoris auctoritatem contumacibus armarunt, tanquam flagitioſiſſima in æternum cum dolore triſtitiaque maxima deteſtamini. 2. Agnoſcentes nihil eſſe pernicioſius execrandumque magis quam contra Deum, contra ſanctam eius Eccleſiam, contra eius viſibile caput, aliiſque orthodoxos miniſtros & paſtores animarum, hæreticorum factionibus erroribuſque fœdari. Cum quorum contagionibus dogmaticis viuendo & conſentiendo, oomen Catholici Chriſtiani retinere atque profiteri, nec non ſub ſancto nomine iniquitatem nutrire, ad maximam Deum prouocat iram, quę maximas ciuitates funditus euertit. Exemplo Antiochiæ hoc illuſtriſſimo Theopoleos noomine decoratæ, quæ ſub hoc ſancto nomine cum hæreticis fœdetata D mille in dies iniquitatum rebellionumque contra Deum, contra eius vicarium, contra S. Matrem Eccleſiam eiuſque decreta de excelſo ſactata fœtores exhalaret: primo terræ motu cōcuſſa, atque in multis ſui corporis partibus diſſipata, poſt ira Dei vſque ad terribilis vltionis extrema furente, à Coſrhoe Perſarum Rege ſub Iuſtiniano imperatore, præſertim eo tempore quo ipſo imperātē principe omnia vbique terrarum in imperio florebant, capta funeſtiſſimè ferro flammiſque vaſtata eſt. Vt intelligamus malè viuere, iniquitatum pollutionibus obleċtari, hæreticorum contagia ſectari, & ſanctiſſimo, Chriſtiani Catholici nomine gloriari, eſſe rem ſceleratiſſimam: quæ eò ad iracundiam Deum ardentius exaſperat, quò nominis ſanctitas grauius factorum vitæque prauitate polluitur. Propter

k Matth. cap. 25.

l Pſal 49 v.

m Ep. caleſti ni papæ ad Neſtorium.

n Pſal. 36. v. 27.

o Amos c. 5.

p Eſaiæ ca. 1.

2. Pars. *Quam ſit pernicioſum & execrandum contra Deum & Eccleſiam ſ hæreticis fœderari.* *Iniquitas nutrita ſub ſancto nomine Dei ad iram prouocat maximam.*

Antiochia dicta Theopolis propter ſua ſcelera, hæretis fœtata, miſerrime vaſtata.

Quam ſcelera sum in perner ſo viuendo ſan cto catholici Chriſtiani nomine gloriari.

quod iratus Angelis percutientibus dicebat Dominus, *à sanctuario meo incipite*, vt attendatur illud Apostoli diligenter, *Tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum Iudæo primum & Græco*. Quare priùs Iudæus, quàm Græcus, fidelis quàm ethnicus, torquebũtur? nisi quod sua professione, vocatione à Deo, electione, sanctoque nomine his congruente, ingrati diuinæque obliti miserationis abutantur? Quod si vt idem ait Apostolus, *Non est acceptio personarum apud Deum*, nec nominis, nec loci aliqua ratio esse poterit, nisi ad ingratos puniendum magis: ideo Esaias Propheta clamabat: *In terra sanctorum iniqua gessit &* (propter hęc scilicet) *non videbit gloriam Domini*. Quò istæ lachrymę fletusque Hieremię. *Proiecit Deus de cælo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris*. Quamobrem quò sanctius est nomen Catholici Christiani eò iure gloriari non nisi optimo Christiano fas est. Ita hoc sancto digna nomine pro honore Dei, pro defensione S. Ecclesiæ & Apostolicę sedis operantes, perniciosissimam ac sceleratissimam hæreticorum pestium confæderationem, societatemque vitatem, & longe à vobis in extremas inferni oras, diris addictas imprecationibus amandate. Quid in hæreticorum detestationem, & contra venenata eorũ colloquia pro exhortatione nostra dicat S. Cyprianus, audite: *Declinent autem de cætero fortiter & euitent dilectissimi fratres nostri verba & colloquia eorum, quorum sermo vt cancer serpit*: Quid insuper post hæc? *Nulla cum talibus commercia copulentur, nulla cum malis conuiuia vel colloquia misceantur, simulque abeis tam separati quàm sunt illi de Ecclesia profugi*. Et sanctos fidelesque Catholica vnitate sociatos erudiens lib. de vnitate Ecclesiæ, quam ad viuum perniciem, pestem atque venena intoxicandis animis colloquiorum hæreticorum expresserit, hæc ipsius verba testantur. *Vos autem cauete (Ecce prædixi vobis) omnia: vitate quæso eiusmodi homines, & à latere atque auribus vestris perniciosa colloquia velut contagium mortis arcete*. *Quomodo enim potueramus nos cum simus serui Dei, vos verò serui Diaboli in vnum conuenire?* Dicebat Lucifer Calaritanus adhuc Catholicus nondum transfuga factus ad hæreticorum castra, imperatori hæretico Constantio. *Quando sit inter nos & vos separatum esse voluit Deus, quomodo inter lumen & tenebras, inter vitam & mortem, inter dulce & amarum, quomodo inter sanctos Angelos Dei, (qui sunt semper eius magnificantes clementiam) & inter illos Apostatas, quos in æternum tecum visurus es torqueri, nisi temet eripueris ab eis?* Præclaram verò sancti Augustini sententiam nostræ confirmatricem assertionis hanc tanti fecit Ecclesia, vt eam inter suos sacros canones retulerit. *Omnis Catholicus illam partem detestatur cui Ecclesiam vniuersalem Apostolicis sedibus roboratam non communicatione cognoscit: illi ergo repellendi sunt, quia se ab vniuersali Ecclesia diuiserunt: non habemus partem cum iis qui faciunt partem*. S. Antonius cum hæreticorum vt Arianorum consuetudinem societatemque semper habuisset horrori, moriens ita sui in eos odij hæredes relinquere discipulos suos percupiens hac admonitione confirmabat: *Hæreticorum & schismaticorum venena vitate, meumque circa eos odium sectamini. Scitis ipsi quod nullus mihi nec pacificus sermo cum eis vnquam fuerit*. Vincentius Lyrinensis quam perniciosa execrandaque Catholico societas hæretici esse deberet, vt ostenderet, illum viperę scorpioni, basilicoque comparare non dubitauit. *Deuita*, inquit, *hæreticum vt viperam, quasi scorpionem, quasi basiliscum, ne, te solum tactu, sed etiam visu afflatuque perimat*. Quam grauiter ac religiose hanc ante hos hæreticorum confæderationem tanquam mortem animarum Philadelphienses docuit detestari S. Ignatius, declarant ista quæ in Epistola scripsit ad illos: *Nolite errare fratres si quis separantem à veritate sequitur, regnum Dei non possidebit hæreditarium, & si quis non recedit à falsiloquio concionatoris in gehennam condemnabitur. Neque enim à piis recedendum, neque cum impiis pacescendum est. Si quis in alienam sententiam pedibus eat, hic non est Christi, neque passionis eius particeps, sed vulpes est vineæ Christi corruptor. Cum tali ne commisceamini, ne vna cum eo pereatis, ne si pater sit, seu filius, seu frater, seu propinquus aut familiaris*. Quanta mala ex hoc commercio colloquioque hæreticorum in Catholicorum redundant animos his S. Cyprianus suos breuiter instruendo verbis expressit. *Admoneo pariter & consulo ne perniciosis vocibus temerè credatis, ut fallacibus consensum fallacia commodetis, ne pro luce tenebras, pro die noctem, pro cibo famem, pro potu sitim, venenum pro remedio, mortem pro salute sumatis: Nec ætas vos eorum nec auctoritas fallat*. An ista parui exitij sunt vt pro his contagiosa hæreticorum fœdera auertere ac detestari non debeamus? O quantis & qualibus horroris maledictionisque titulis atque nominibus in sacra scriptura spiritus Dei hæreticorum scelera, fallacias, dolos, impietatesque ad interitum animarum quas fraudulenter infatuant, per os Apostolorum & calamos expressit? Quid enim ipse sanctificator animarum de tabum nefarius impietatibus iudicauit, iudicandumque fidelium mentibus inseuit. *Cum eos modo inimicos crucis Christi, ventris mancipia & seruos, iræ ac ignominia vasa homines corruptos mente, reprobos, circa fidem naufragos, attendentes doctrinis Dæmoniorum spiritibus erroris in hypocrisi, loquentes mendacium, cauteriatam habentes conscientiam cum magna indignatione nominat? modo homines se ipsos amantes, cupidos, elatos, superbos, blasphemos, parentibus non obedientes, ingratos, scelestos, sine affectione, sine pace criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proteruos, tumidos, voluptatum amatores, magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes appellat? quos ait malos esse homines, seductores, in peius proficientes, errantes & alios in errorem mittentes*. Sed istis impietatis titulis istos abominari spiritui sancto nondum satis. Alibi vocat *Magistros mendaces, qui introducunt sectas perditionis & eum qui, emit eos Dominum negant superinducentes sibi celerem perditionem*. Quorum luxurias multi *sequuntur per quos via veritatis blasphematur, & qui in auaritia fictis verbis de salute animarum perdenda negotiantur*. His adiungit eos, *esse fontes sine aqua, nebulas turbinibus agitatas, quibus caligo tenebrarum reseruatur. Qui superba vanitatis loquentes pelliciunt in desideriis carnis Luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cùm ipsi serui sint corruptionis*. Quid insuper diuinus spiritus? eos

a Ezech. 9. ca.
b Rom. 2.
c Ibi. Rom. 2.
d Esaiæ 26.
e Thren. c. 2.
Commertia & colloquia hæreticorum fugienda.
f Epist ad Cornelium.
g S. Cyprianus de vnitate Eccle.
h Lucif Calar. ad Constantium imper.
Catholici serui Dei non possunt commisceri cum hæreticis seruis Diaboli.
i In Can. Schisma 24. q. 1.
Horrorem hæreticorum discipulis sanctus Antonius moriens admonendo persuadet.
k S. Athanas. in vita S. Anthonij.
Vincentius Lyrinensis in suo commonitorio. Quam mistifera contagio hæretici commercij.
l Epist ad Philadelphienses.
Not. Nunquam est hæretico commiscendum quicumque ille sit.
Quanta mala in animos ex colloquio commercioque hæreticorum redundant.
m L. 1 Ep. 8. ad plebem vniuersam.
Multis hisque horribilibus nominibus impietates hæreticorum in scriptura SS. spiritus sanctus expressit.
n Philipp. c. 3. v. 18 & 19.
o 1. Timoth. c. 1.
p 1. Timoth. 4. v. 1. & 2.
q 2. Timoth. 3. v. 2. 3. c. 4. &c.
Viuo ac pulchro hæreticorum impietatis descriptiones ex scripturis sanctis.
r 2. Timoth. c. 3. v. 13.
s 2. S. Petri c. 2. 1. 1.
t Ibid. v. 2.
u Ibid. v. 17.

a Epiſt. S. Iudæ v. 4.
b Rom. 1. v. 2.

A

ait eſſe impios. [a] *Dei noſtri gratiam transferentes in luxuriam, & ſolum Dominatorem & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum negantes,* [b] *nam confitentes ſe noſſe Deum factis verò negant.* Atque hi legitimos ſuos Dominos veroſque principes aſpernantur, niſi cum reſiſtere potentiæ à Deo in terra firmatæ non poſſunt, hoc eſt quod idem ſpiritus Dei per os Apoſtoli Iudæ & plura adhuc his verbis indicauit. [c] *Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant.* Illorum autem ſterilitatē & ariditatem ſpiritus in producendis operibus bonis, & in malis luxurioſam fœcunditatem ita poſtea deſcripſit. [d] *Hi ſunt in epulis ſuis maculæ conuiuantes, ſine timore ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales infructuoſæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones, ſydera errantia quibus procella tenebrarum ſeruata eſt in æternum.* Sed nunquid & hęc omnia ſatis ad plenam viuamque impietatis & abominationis hæreticæ exprimendam effigiem? alios præterea viuos prioribus colores addidit, cum hos veritatis chriſtianę Apoſtolicæque ſedis oppugnatores, oſoreſque perfidos, [e] *Falſos prophetas, lupos rapaces, veſtimentis ouium indutos,* [f] *petulantes ac procaces hædos,* [g] *ſeminatores ac ſatores zizaniorum,* [h] *canes, beſtias,* [i] *Antichriſtos denique* [*] *filioſque diaboli nuncupauit.* Quæ talium perditorum tot inquinatorum ſceleribus per tot nomina à Spirito S. ſignificatis cum fidelibus veréque catholicis ſummo obſequio, reuerentia, obedientiaque filiali Eccleſiæ ſanctæ, Apoſtolicę ſedi, Chriſtique Domini vicario, prelatorum omnium orthodoxorum Domino ac principi conſecratis, poteſt eſſe conuentio atque ſocietas? qui eiuſdem ſpiritus ſancti teſtimonio, [k] *Filij ac* [l] *ſerui Dei,* [m] *filij lucis,* [n] *filij promiſsionis,* [o] *gens ſancta, populus acquiſitionis, regales Dei ſacerdotes,* [p] *fideles Dei templa,* [q] *hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti,* in ſcriptura ſacra nominantur? Si poſſit eſſe Chriſti ad Belial conuentio, ſi lucis ad tenebras, licita tunc ac minimè perniciosa catholicorum cum hæreticis Eccleſiæ Dei atque ſedis Apoſtolicæ grauiſſimis, vetuſtate ac improbitate corroboratis hoſtibus ſocietas atque conſpiratio reputabitur. Secus nunquam: potius Deus tellurem effundet in vndas.

c S. Iudæ v. 8.
d Ibid. v. 12. 13.

B

e S. Matth. 7.
f S. Matth. 24. & 25.
g h Matth. 13.
h Philipp. 3. v 2.
* S. Ioan 8.
i 1. h. Ioan. 2. v. 18. 22. & c. 4. v. 3.
Pulchra epitheta quibus fideles catholicos ſpiritus ſanctus in ſcriptura ſacra condecorauit.
k Ioann 1.
l Rom. 6.
m S. Ioan. 12.
n Ad Galat 4.
o 1. S Petri 2.
p 1. Corinth. 3 & 2 Corinth 6.
q Rom 8.

C

Imperio miſcens cælumque in tartara ſoluet.

Ad magnam impietatem deique offenſā catholicorum cum hæreticis aliiſque anathemate damnatis iniquitatis commercia exercentur, non ſine diuina vltione.

Quam illi tam iniqua fœdera coniurationeſque malignę poſſent arridere. Mihi quidem præclare dixiſſe videtur recens auctor Chriſtianus Platonicus Ficinus cum ſuis in Platonem argumentis ſcripſit. [r] *Ad impietatem etiam pertinere familiaritatem & omnem communicationem, ſeu in cibis, ſeu in verbis cum his iunctam qui ob nefaria ſcelera à ſacris arcentur, qui & contaminati, cæteros quoque vel ipſa propinquitate contaminant, inde ira Dei ſuper peccatores huiuſmodi peſtilentem ſocietatem minime fugientes grauiſsima ruit. Tanta enim,* [ſ] inquit S. Cyprianus, *Indignatio Domino extitit aduerſus illos qui ſchiſma fecerant, vt etiam cùm homo Dei ad Ieroboam miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere & aquam bibere vetaretur: quod cùm non cuſtodiſſet, & contra præceptum Dei prandiſſet, ſtatim diuina cenſuræ vltione percuſſus eſt, vt inde digrediens, à leone in itinere necaretur.* Poteſtne qui in ſinu ſuo baſilicum aut alium

r Marſil Ficinus in argumento Dialog. 10. de legibus.
ſ Epiſt 76.

D

cuiuſuis ſpeciei venenatæ ſerpentem portat ab eius mortifero dente non vulnerari? poteſtne aliquis picem tangere, & ab [t] ea vt ſcriptura loquitur non inquinari? poteſtne quiſpiam hominem peſte fœda, mortalique tactum, contaminatumque ad ſuam menſam, cubiculum, familiareſque conuictus admittere, & graſſantis peſtilentiæ tabo teloque non vlcerari? denique vt cum [u] S. Hieronymo loquar, *Alligabit quis in ſinu ignem, & veſtimenta eius non comburentur? aut ambulabit ſuper carbones ignis & pedes illius non ardebunt: Quo vultu,* [x] dicebat Petrus venerabilis, *qua conſcientia ad altare ſaluatoris accedere, qua fronte ad colloquia piæ matris ipſius venire tentabo: cum blaſphemis hoſtibus eius blanditus fuero?* ô crudelis ſocietas cum hoſtibus Dei! ſceleratiſſimus Hęreſiarcha & ſacrilegus Arius Alexandrię ſua peſtifera conuerſatione, atque familiaritate, pietatis ſpecie velata ſanctimoniales ſeptingentas, Deo ſolenni voto conſecratas tantis eluſit dolis fraudibuſque fefellit, vt omnes hæreticę veneno prauitatis intoxicauerit. Quas, ne alias virgines ſuæ conuerſationis peſte contaminarent, Eccleſiaſtica ſanctio à ciuitate Alexandrina cum ſuo Ario relegauit ac pepulit: [y] *ô veritatis inimici,* exclamabat Chriſtianiſſimus imperator Conſtantinus iuſta hæreticos obiurgatione compellando, *hoſtes vitæ, internecionis auctores, & Conſiliarij omnia apud vos veritati contraria, turpibus conſentientia, maleficiis, ineptiis, & commentitiis fabulis exultantia! quibus certe mendacia ſtruitis, premitis inſontes, fidelibus veritatis lucem denegatis. Nam falſa viſione & ſpecie pietatis ſemper delinquentes omnia contagione veſtra contaminatis, conſcientias integras & labe vacuas lethalibus plagis vulneratis, ipſum diem pene dixerim hominum oculis adimitis.* His & ſimilibus piis in hęreticos obiurgationibus dictis hanc edidit ſanctionem tanto dignam imperatore: *Sit igitur ratum ſtatutumque vt poſt hunc diem nullo in loco vel publico vel priuato nefarij veſtri conatus in vnum coire audeant.* His ergo conſideratis altaque mente meditatis, vos Dei Eccleſiæque legis præuaricatores ad hoc Moyſis ſalutare monitum, aurium animorumque veſtrorum docilitatem pro ſalute veſtra reflectite: [z] *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent ne inuoluamini in peccatis eorum.* [a] Sic Samaritanos commixtos infidelibus, leones à vigilante Dei virga admiſſi prodigioſo furore deuorarunt, atque ſtrangularunt. Sicut cum ipſis Samaritanis bina impietate paganica & hæretica contaminatis, catholicos Iſraelitas conuerſari nefas erat. [b] Atque hæc cum hoſtibus Dei veritatiſque perduellibus fœdera nec ſemper ignorantia excuſat. Propter magnum periculum perniciemque animarum quæ ab illis orta Eccleſiam Dei, Remque publicam nefariè vulnerant. Nam magnus ille Paphnotius cum Maximum epiſcopum ſimplicitate quadam animi ignarum quid ageret inter hęreticos verſari & conſidere vidiſſet, ad eum acceſſit & manu apprehenſum his verbis caſtigauit. [c] *Non patiar epiſcopum adeò venerandum in cathedra peſtilentiæ ſedere, & cum impuris hæreticis ne verbo quidem communicare.* Notabilis epiſtola Alexandri Patriarchæ Alexandrini ad orthodoxos vt à ſocietate Arij Hæreſiarchæ ſe tanquam à peſte contagioneque animarum mortifera ſubducerent addens hæc inter alia. *Nam par*

t Eccl. 13.
u Epiſt. ad Euſtochi. virg. de virgini cuſtodia ſ. 1.
Blandiens hoſtibus Dei, indignus accedere ad altare.
x b Petrus Cluni l. 1. c. de miraculis ca. 15.
Arius ſua familiaritate multas ſanctimon. alas perdidit & infecit.
x h. Epiphanius hęreſi 69.
y Euſebius lib. 3 c. 61 & 62. de vita Conſtant.
Quanta mala cauſantur hæreticis, & quantas animarum ſtrages teſtimonio magni Conſtantini.
Sanctio Conſtantini contra hæreticos.
z Numer. ca. 16.
a L. 4. Reg. c. 17.
b S. Ioan. 4.
Non tractant Iudæi Samaritanis.
c Socrates li. 1. c. 3.
Exhortatio ad orthodoxos pulchra Alex. Epiſcopi Alexandrini de vitando Ario.

a Socrat. ibi supra.

b S. Ioan. Ep. 2.

[a] *est vt nos qui sumus Christiani, omnes qui contra Christum loquantur animoque sint ab eo alienato tanquam Dei hostes & corruptores animorum deuitemus. Neque id genus hominibus (sicut* [b] *pracepit S. Ioannes) vel aue dicamus, ne quando illorum peccatis communicemus.* Hæc nobis attentè profundiorique cogitatione meditantibus tantò funestior miseriorque status conditioque Gallorum catholicorum videri debet, quantò minus licet illis hæreticorum infestissimorum Ecclesiæ sedisque apostolicæ hostium vitare commercia. Peccata siquidem toto orbe Gallico nimis immanè sceleratéque grassantia suæ vomitu doctrinæ pestiferę in cælum spumantia atque in Deum ipsum conditorem restauratoremque mundi suas impune nimium ceruices arrogantius erigentia, hunc nobis calamitatis in hoc regno fundum lugente ac fremente fidelium catholicorum grege pepererunt: vt à Dei gratia destituti per edicta regum christianissimorum, ea pro necessitate regni rerumque suarum facere coactorum, societates atque negotiationes hæreticorum sustinere compelleremur. Sed si edicta regia, hęreticorum cōmercia in secularibus & temporalibus rebus pro bono pacis ad tempus quoad meliora Deus indulserit: tamen cum illorum impietatibus hæreticorum, dogmatibus execrandis, rebellionibus in Deum, in Ecclesiam, in sedem Apostolicam, in sanctissimum animarum nostrarum patentem, in ipsum denique Regem christianissimum inire fœdera, pacisci consensus, atque earum contagione fœdari, adeò diuina iura reclamando minitandoque prohibent: vt nisi has extrema cum bonis omnibus abominatione detestemur, omnes simul cum illis Dei Ecclesiæque perduellibus in æternum pereuntes simus gehennæ infernique tormenta subituri. 3. Sed iam vos quicumque estis Galli qui hæretici haberi deprecamini, qui nominis catholici titulo decorari desideratis, qui extra Ecclesiam Dei cum pernicie animarum vestrarum vagari nolle vos verbo profitemini, hoc facite vita & opere. Vt redeuntes in domum Patris æterni, quæ est Ecclesia, (à qua vos per schismata rebellionesque contra sanctissimum Romanæ Ecclesiæ primatum improbis miserè scripturientium opinionibus adhærendo segregastis) per reconciliationis ianuam tutasque salutaris pęnitentiæ vias aditusque, certam vobis in sanctuarij cælestis tabernacula vocationem per bona opera faciatis. Et quantò peiùs ocętiùsque monarchomachorum duces in isto bello contra cunctarum matrem Ecclesiarum, sedem Apostolicam Christi Domini vicarium, Ecclesiasticæque Monarcham ditionis, cum pertinacia sequi voluistis, tantò meliùs feliciusque ab istorum schismaticorum hæreticorumque recedentes tabernaculis, in gremium Ecclesiasticæ pacis vnionisque cum magna diuinæ misericordiæ fiducia confugite. Confugientes in Patrem omnium fidelium sanctissimum, bonæ voluntatis inclinatione summique honoris, obsequij, beneuolentiæ, amorisque consecratione, toto corde, mente, viribusque propendite. Hæc tuta via & efficax: quæ vos ab vtraque seruitute animi & corporis, culpæ & pænę, criminis atque miseriæ liberabit. Ob quam seruitutis captiuitatisque duplicis liberationem Carolus magnus Hispanos graui veréque regia oratione vt in Ecclesiæ sanctæ matris catholicæ,

3. Pars. Exhortatio ad schismaticos, eorumque sectatores vt in domum Patris æterni scilicet Ecclesiam Catholicam Apostolicam & Romanam pro salute sua redeant.

Reuersio per obedientiā & pænitentiam in gyrum Ecclesia liberat redeuntes ab vtraque seruitute corporis & animi.

A Apostolicę Romanæque redirent, hortabatur. In qua hæc inter alia. [c] *Nunc (inquit) duplici pro vobis afficimur mœrore, diabolica fraude deceptis in corde, & inimica seruitute oppreßis in corpore, sed redite obsecro ad vnitatem sancta matris Ecclesia, vt vos eruat de angustia seruitutis terrena*, scilicet Sarracenorum crudelitate, *qui vos per baptismi gratiam à vinculo liberauit originalis peccati. Expoliastis veterem hominem, quomodo iterum fraude decepti maligna induimini illum? adoptionis filij Deo Patri facti estis per eum, qui non est adoptiuus sed proprius. State per fidei inuiolabilem confeßionem in libertate filiorum Dei & nolite infidelitatis iugum subire. Expellite vincula diabolica deceptionis de cordibus, quatenus Deus Christus qui soluit compeditos, excutiat catenam gentis inimica de manibus vestris.* &c. Et paulò post, [d] *Certißimum*
B *namque erit diuina miserationis auxilium, vbi vnà est totius Ecclesia charitas & vna vera fidei confeßio.* O vtinam ista pręclara planeque aurea magni illius quondam principis ac regis vestri christianissimi monita ipsi vos non modo docili attentione audiretis, sed etiam quasi vobis dicta esse iudicaretis, vt sic praxi honorifica in vobis illa factoque ipso decoraretis. Profectò calamitates sub quarum pondere triste in hoc regno tamdio gemimus, priuatas publicasque per infinitam Dei nostri misericordiam hodie nullas haberemus. Neque vos vnquam ad gremium matris vestrę sanctissimæ rediisse pigebit, cum sitis ex illius charitate amplexu meliores beatioresque futuri. Est enim ager ferax & in bonum fœcundus Ecclesia: qui zizania in medullas tritici & frumentum electorum cōmutare solet, id est ex hypocritis vere
C pios, ex hęreticis catholicos, ex schismaticis vnitatis Ecclesiæ cultores, denique ex rebellibus filiis Patri sanctissimo, *Charißimos, obedientißimos fabricare atque efformare consueuit: Sunt enim virtutes qua casu & calamitate hominibus accidunt in Ecclesia?* [e] Dicebat S. Porphyrius Gazæ in Palestina Episcopus piis illis catholicis, qui illos gentiles per metum extremi supplicij aut alterius grauis infortunij ad Ecclesiam confugientes recipiendos esse negabant. Sed quod saluti pænitentium literatorum pollutione schismatis inquinatorum maximè expedire iudico illud est vt in Ecclesiæ sinum per obedientiam eiurationemque rebellionis reuersi, illos quos exemplo suæque prauæ professione opinionis corruperunt, salutari illustratos eruditione ad Deum Ecclesiamque communem societatis parentem Christianę conuertant. Sic Marcioni Hæresiarchæ copia ad Ec-
D clesiam redeundi facta est, pacem recepturo, *Si quos*, inquit [f] Tertullianus, *perditioni erudisset, Ecclesia restitueret.* Hoc sensu S. Hieronymus Esaiæ illud exponit, [g] *Cum exaudiero eos dabo eis virtutem Spiritus mei, & implebo eos iudicio meo & fortitudine.* Vnde Dauid postquam à Deo summis precibus reditum diuinæ gratiæ postulauisset, dicens, [h] *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Addidit pro tanti agnitione beneficij atque satisfactione delictorum præteritorum. *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.* Quod sanctus Apostolus in se ipso diuinitus ad Christum Dominum conuersus quotidie in saluandis populis obseruans dicebat, *Væ mihi si non Euangelizauero.* Quodque ipse facto præstitit, aliis faciendum hac verborum serie demonstrauit. [i] *Sicut exhibuistis mem-*

c Caroli Magni Epist. ad Elipandum Toletanę Ecclesiæ primatem hæretica lue infectum & ad alios in hac perfidia socios, anno D. 794.

Hortatur Carolus Magnus Hispanos ad vera fidei obsequium & Ecclesia matris obedientiam vt ab vtraque seruitute liberentur diaboli & Sarracenorum.

d Ibid.

Ecclesia bonus campus qua ex malis facit nibus bonos facit filios ex peccatoribus iustos.

e Ex Marco Diacono in narratione de destructione templi Marnei anno D. 401.

Schismatici aliique peccatores Ecclesia per pænitentiam reconciliati, quos suo exemplo & praua doctrina corruperūt, tenentur pro virili parte conuertere.

f Tertullian. de præscript.

g Esaię ca. 37.

h S. Hieron. in cap. 3 Michea.

i Cap. cum exaudiero dist. 50.

bra vestra seruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. [a] Hanc Apostoli admonitionem, in ædificationem lucrumque salutis animæ suæ deducens Meletius ex hæretico catholicus verè factus in conuersionem aliorum, quos ante peruerterat multos atque optimos pænitentiæ fructus egit. [b] Vnde postea multis iisque grauissimis persecutionis procellis tempestatibusque vexatus, furente Constantij imp. hæretici catholicos opprimendi rabie, relegatus, sibi ad æternitatem gloriæ cælestis felicem viam aditumque salutarem per opera meritoria patefecit. Nec est quod peccator ad Deum quem grauiter vitæ sceleribus offenderat, redire pertimescat. Qui enim à Dei irati conspectu malè viuendo recesserat, ad eum per pœnitentiam redeundo hunc valde pacatum pro salute sua nouique cum illo fructu fœderis experietur. Nec tanto paternæ beneuolentiæ, in amplexus filij prodigi reuertentis pater affectu proruit, quanto

a Rom 6. v. 19.

Meletius post hæresim conuersus ad Deũ magnus euangelij concionator atque piscator animarum.

b Theodor. l.2.c.31.

B peccatorem ad se redeuntem per salutares pœnitentiæ vias patentibus misericordiæ suæ visceribus Deus amplectitur, vt ad Dominum redire post errores suos qui peccarunt, tacti veræ dolore pœnitentiæ minimè terreantur. Nec est quod à Deo pati repulsam redeundo formident, longè quippe Deus mitius clementiusque cum anima peccatrice ad se per gementis itinera pœnitentiæ reuertente agit, quam maritus cum adultera vxore, cui receptione vxoris in domum post libellum repudij datum thorumque adulterio pollutum ciuilia iura apud multas gentes interdicunt. [c] Scribit Calchondilas apud nonnullos populos magnam hanc esse execrandamque imprecationem. *Vt quis repudiatam vxorem iterum recipiat.* [d] *Illa quippe*, inquit D. Hieronymus, *quæ vnam carnem diuisit in alium vel alios, retineri non debet, ne maritus fiat sub maledicto.* Et iuxta

Plus diligit Deus peccatorem ad se reuertentem quam redeuntem filium prodigum diligit pater.

Mitius & clementius agit Deus cum anima peccatrice quam maritus cum adultera vxore.

c Calchond. l 3. de rebus Turcicis.

d Io c.19. S. Matth.

C legum imperialium tenorem, [e] *Qui vxorem adulterij conuictam damnatamque crimine, domum prioris sociam thalami reduxisset, lenocinij crimen incurrisset.* At peccator non sic apud Deum! Cui multis inquinato criminibus, si illorum tangatur pœnitentia clementissimè miseretur, & ad se redeunti copiam gratiamque largitur, vt iustior resurgat, quam ceciderat. [f] *Et non modo vitam habeat, sed abundantius habeat.* Indeque ab ipso Deo Patre misericordiarum maioribus donis refulgens, melioribus quoque diuinæ gratiæ delicijs in hac vita potiatur. Quid igitur, ô diuinæ irritatores indignationis & patientiæ Dei tam longanimiter ad pœnitentiam vos expectantis illusores, cunctamini? quid moramini? quid tamdiu ad

e L. castitas C. ad legem Iuliam, de adulterijs l 2. §. vnde ff eodem.

f S. Ioan. c. 10. v. 10.

D Dominum proficisci reuertique tardatis? quare non omnes moras abijcitis? Cum semper in via Dei nocuerit differre paratis? quæ vos tam sera moratur segnities? quamdiu in ista, in qua iacetis immundi, auersione à Deo & ab Ecclesia manebitis, in peiora vitæ extorris à gratia Dei crimina ruetis. Nunquid talibus propheticorum oraculorum vocibus vestras vndique aures circumsonare sentitis? [g] *Longè à peccatoribus salus*, [h] *qui elongant se à te peribunt*, [i] *non est Deus in conspectu eius. Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* [k] *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* [l] Nunquid quotidie, *perit mundus & concupiscentia eius*? Cuius dilectores heu! in deteriora iniquitatum miseriarumque barathra labuntur! Qua-

Conclusio exhortatoria vt etiõ auersi à Deo & à domo eius elongati ad ipsum redeant.

g Psal. 118. v. 155.

h Psal. 72. v. 27.

i Psal. 10 v. 5.

k Psal. 72. v. 27.

l S. Ioan. Ep. 1. c 2. v 17.

A re hoc? nisi quia extra sunt domum Dei, quæ est Ecclesia turpitudine ac rebellione scelerum suorum cõtra intemeratam illius arcem thronũque dimicantes? Audite hæc Petri Damiani memorãda dicta ad coepiscopos suos Ecclesiæ Lateranensis post multa, ista subiungentis: *Videtis itaque dilectissimi quia totus mundus pronus in malum, per lubrica vitiorum in præceps ruit: & quantò fini suo iam iam vicinius appropinquat, tantò grauiorum super se quotidie criminum moles exaggerat*, &c. At contra in dies eorum vita crescit in melius qui conuersione vitæ & auersione à mundo & sordibus eius, Deo purius & diligentius propinquare festinant: & ad eius sanctuarium tabernaculumque, in quo habitat in terra cum hominibus, Ecclesiam videlicet sanctissimam firmamentum, columnamque veritatis proficisci maturant. Ne cum ruente mundo in profundum corruptionis contagiosæque prauitatis & amatoribus eius, spiritu diuinæ benedictionis extinguantur: sed vitæ

Mundus quotidie in peius ruit, quia elongatus à Deo extra Domum eius quæ est Ecclesia.

Petrus Damianus Epist. ad coepiscopos suos Lateranensis Ecclesiæ.

B corruptę contagia vitantes ad istam domum non manu factam diuinæ fortitudinis Sion ne pereant, magna concussi vitiorum turbine, confugiunt. O quàm bene feliciterque cum talibus sic ad Romanam Ecclesiam confugientibus agitur. [a] *Cùm inter hæc tam profunda periclitantis mundi naufragosa discrimina*, inquiebat Magnus Archiepiscopus Ostiensis & Cardinalis, Petrus Damianus, *Inter tot immane patentes humanæ perditionis vorągines. Vnicus & singularis portus Romana pateat Ecclesia, & (vt ita fatear) pauperculi piscatoris sit parata sagena, quæ omnes ad se sincere confugientes, de procellarum intumescentium fluctibus eripit, & in littore salutaris quietis exponit.* Verè quies salutaris in Ecclesia sola, extra quam dissentionum, irarum, discordiarum turbines, perturbationum

Omnes perouantes ad se confugientes saluat Ecclesia Romana.

a In eadem Epist.

Sagena sæpe pro naui ab auctore vsurpatur vt Hæ…

C que tonitrua terrificant animos eorum, qui rebellione sua extra Ecclesiam funestissimè iactantur. Quas animorum iactationes turbulentas nulla mundi statio male fida saluti atque quieti, sed vnicus Ecclesiæ S. tutissimus tranquillitati animarumque fidelium prosperitati portus sedare poterit: vt his verbis S. Augustinus Manichæo Honorato significauit. [b] *Si iam satis tibi iactatus videris, finemque huiusmodi laboribus vis imponere, sequere viam catholicæ disciplinæ* (scilicet quæ in Ecclesia Romana obseruatur & exercetur) *quæ ab ipso Christo per Apostolos ad nos vsque manauit, & adhuc ad posteros manatura est.* In summa, nisi vos per abnegationem errorum rebellionumque vestrarum quibus catholicæ pacis amœnitatem turbastis, tandem ad hunc sacratissimum vnionis Ecclesiasticæ portum per viam reconciliationis, animo pacato redire volueritis, omnes simul peribitis. Quod omen Deus auertat! [c] cum ex-

In sola Dei Ecclesia vera pax, salus & felicitas.

b S. Aug. lib. de vtilitate credendi ad Honoratum Manichæum.

D tra Ecclesiam Catholicam, Apostolicam & Romanam nulla salus esse possit. Magnum præter S. Martyrem Cyprianum, audite Augustinum de fontibus saluatoris more suo diuinæ promentem eloquentię sapientiæque flumina, hæc Spiritus sancti fundentem oracula. [d] *Extra Ecclesiam catholicam totum potest homo præter salutem, potest habere honorem, potest habere sacramentum, potest cantare alleluya, potest respondere amen, potest Euangelium tenere, potest in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti fidem & habere & prædicare, sed nunquam nisi in Ecclesia catholica salutem poterit inuenire.* Sed si me pro vobis orantem spreueritis, at non magnum illum Augustinum. Itaque finite

c S. Cypria de vnitate Ecclesię.

d S. August. serm. ad plebem fidelem de Emerito Donatista 107.

Extra Ecclesiam catholicam, totum potest homo præter salutẽ.

me vltimam capiti præsenti lineam tanti doctoris verbis addere, quibus immensam Dei nostri Iesu Christi misericordiâ pro salute vestra efficaciter obtestari ac interpellare valeam.[a] *O Christe qui es pax nostra, qui fecisti vtraque vnum, fac nos vnum*, scilicet Catholicos cum auersis à sede Apostolica schismaticis, sed tandem ad eam vera pænitentia conuersis, *vt rectè cantemus*, [b] *ecce quam bonum & quam iucundum habitare fratres in vnum: introduc concordiam, pelle discordiam, introduc te ipsum in titulos tuos. Tu mane, non alter possideat, & de tuis titulis fallat. Tu multa illos contradictores qui vna hora in cruce mutasti latronem.*

a S. August in eodem sermone.
b Psalm. 132.

CAPVT X.

Impiorum mendacia iniuriis blasphemiisque scatentia in Deum, eius vicarium, resque sacras maximè horrenda, in maledicta calumniasque contra pios catholicosque principes iniuriosissimè desæuiunt. Ex quibus impunè patratis grauissimæ calamitates in regna resque publicas ditionis Christianæ redundant.

1. *De horrore magno mendacij, maiore, iunctis calumniis & detrectationibus in bonos, sed maximo, coinquinatis blasphemiis in Deum eius in terris vicarium, resque sacras à Deo institutas & sanctificatas.*
2. *Quarum blasphemiarum rabies contra Deum eius vicarium resque sacras in iniurias & maledicta contra principes seculares catholicos piosque despumat.*
3. *Ex quorum grauissimorum criminum contra Deum & sanctos eius impunitate, calamitas à bonis omnibus in catholica regna vindice Deo iniustissimè læso maxima timetur.*

OMNIVM criminum grauissimum fuisse mentiri apud Persas scripsit Herodotus.[c] *Et duo coniurata & conspirata dæmonia mendacium & iniquitatem*, [d] S. Cyprianus appellauit, *nihilque interest*, vt aiebat ille, *inter periurium & mendacium: nam qui semel à veritate deflexit, hic non maiore religione ad periurium quam ad mendacium perduci consueuit.* Hinc illud rectè vates regius ad Deum Psalm, [e] *Odisti*, inquit, *omnes qui operantur iniquitatem, & perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Et vtrumque confudit [f] Iob iuxta sancti Gregorij expositionem dicens, *Donec superest halitus in me, & Spiritus meus in naribus meis non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium!* In quæ verba hæc sanctus Gregorius. [g] *Quod dixit Iob prius iniquitatem, id postmodum repetens mendacium dicit, nam & omne mendacium iniquitas est, & omnis iniquitas mendacium: quia profectò ab omni æquitate discrepat, quidquid à veritate discordat*, &c. Vnde Spiritus S. talem per os sapientis funestum mendacis exitum finemque prædixit. [h] *Suauis est homini panis mendacij, sed postea os eius implebitur calculo:* [i] *Et qui congregat thesauros lingua mendacij vanus & excors, & impingetur ad laqueos mortis.* Propter quod à priscis ethnicorum scriptoribus valde iureque laudata Neoptolemi, non indignæ Achile prolis, [k] apud Homerum responsio βούλομαι δ' ἄναξ καλῶς δρῶν ἐξαμαρτεῖν, μᾶλλον ἢ νικᾶν κακῶς, *malo si ita expediat, à conatu & ausu meo deficere, ac labi benefaciendo*, scilicet verum dicendo, quàm iniquè mentiendo vincere. Non sine causa sic monuit Ephesios Apostolus, [l] *Propter quod deponentes mendacium loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo*: & sanctus Ioannes ait. [m] *Omne mendacium non est ex veritate*, scilicet non est ex Deo qui est ipsa veritas, [n] *sed ex diabolo*, qui Pater dicitur mendacii, *qui homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit.* Salutares illæ Dauidis orationes ad Deum: [o] *Et non auferas de ore meo verba veritatis vsquequaque.* Et filij Salomonis, [p] *verbum mendacij longe fac à me.* [q] *Quia abominatio est Domino labia mendacia.* Et ideo, vt dictum supra ex Regio vate, [r] *Odisti omnes qui operantur iniquitatem, & perdes omnes qui loquuntur mendacium.* Propter quem mendacii omni iure prohibiti horrorem omnis schola [s] Theologorum asseueranter affirmat ita Deo omne inuisum & execrabile mendacium, vt sacris Domini scripturarum oraculis fulti teneant ac credant, nunquam etiam pro saluanda proximi vita licitum esse linguam & os mendacii verbis inficere. Notanda in hanc rem præclara hæc Innocentii tertii sententia nonnullos reprehendentis eo fine exercentes vsuras vt inde captiuos redimere possent. [t] *Cum vsurarum crimen*, inquit, *vtriusque testamenti pagina detestetur super eo dispensationem aliquam posse fieri non videmus. Etenim cum scriptura sacra prohibeat, etiam pro alterius vita mentiri: multo magis prohibendus est quis, ne etiam pro redimendis captiuis, vsurarum crimine inuoluatur.* Hæc ille: & ante ipsum sanctus Gregorius [u] *Summopere cauendum est*, inquit, *omne mendacium: quamuis nonnunquam sit aliquod mendacij genus, leuioris culpæ, vt si quis vitam alis præstando mentiatur. Sed quia scriptum est Sap. 1.* [x] *Os quod mentitur occidit animam.* [y] Psalm. 5. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium: hoc quoque mendacij genus perfecti viri magnopere fugiunt, vt ne vita quidem cuiuslibet, per eorum fallaciam defendatur. Ne suæ animæ noceant, dum præstare vitam carni nituntur alienæ*, &c. Sed si tantus horror mendacij præsertim malitiosi non officiosi, quanto maior censeri debet eius mendacij quod iniuriæ, detractiones, calumniæ, in integras vitæ scelerisque puras optimis præditas moribus personas incestant atque contaminant? Quo pollutus crimine maledicendi atque detrahendi in bonum proximi nomen latrando, candoremque famæ calumniis atratis prostituendo, apposite in veteri lege cani comparabatur. Iuxta illud de calumniatore illo in regem Dauid Semei dictum [z] *quare maledicit canis moriturus Domino meo regi?* Sed auctius addidit sapiens, cùm ex eodem Spiritus sancti fonte peiorem cane serpentem appellauit [a] *Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit.* In quę verba sanctus

c Lib. 1.
d S. Cyprian.
Mendacium peccatorum grauissimum apud Persas.
e Psalm 5.
f Iob ca. 27.
g L. 8. moralium in c. 27 Iob.
h Prou. c. 20. v. 17
i Prou. c. 21. v. 6.
k Pirrhi Filij Achillis dictum.
l Ephe 4.
m S. Ioan. 1. Ep. c. 2.
n S. Ioann. 8.
o Psal. 118. v. 43.
p Prouerb 30.
q Prouerb. 12.
r Psalm. 5.
s Vide magistrum sent. l. 3. dist 38. & ibid. doctores.
Non licet mentiri pro conseruanda alterius vita.
t Innocent 3. in titulo de vsuris c. 4 super eo.
u Lib. 18 moralium in ca. 27.
x Sap. 1.
y Psalm. 5.
Mendacium detractionibus calumniisque in bonos fœdatum, prior [illegible] fandius & eius maior horror.
Calumniator non solum cani, sed & serpenti similis.
z 2 Reg c 16. v 9.
a Ecclesi 10.

c S. Hieron. in c.iii. Eccl.

ſanctus Hieronymus. [c] *Serpens*, inquit, *& detractor æquales ſunt, quomodo enim ille mordens venenum infert, ſic iſte detrahens pectoris virus ſui in fratrem effundit, &c.* Impius rei nobilioris, quam fortunæ bonorum, nimirum famæ deprædator quam iuſtè Spiritus ſancti decreto ab omni eſt bonorum ſocietate remouendus, dicentis. [b] *Remoue à te os prauũ, & detrahentia labia ſint procul à te &c.* Aſperè ſcilicet triſtique vultu à nobis alienæ famæ dente canino corroſores repellendi ſunt, tanquam ſocietatis humanæ peſtes atque faces, ſi eiuſdem Spiritus Dei has voces audierimus. [e] *Ventus aquilo diſſipat pluuias & facies triſtis linguam detrahentem, &c.* Hæc animo retinens S. Hieronymus Nepotianum diſcipulum ſic inſtruebat. [d] *Non minus auribus quàm lingua fugias detractionem: Nam detractor dum te videt non libenter audire, non facile poteſt detrahere, &c.* [e] *Nemo quippe inuito auditori libenter refert detractoria, ſagitta in lapide non infigitur, ſed reſiliens percutit dirigentem*: & ad Ruſticum, [f] *detractor cum triſtem faciem viderit audientis, imò non audientis, ſed obturãtis aures ſuas, ne audiat ſanguinem, illico conticeſcit, pallet vultus, hærent labia, ſaliua ſiccatur, &c.* Propterea ſapiens ſuadet ſpinarum ſepibus munire & circumuallare aures, quibus calumniantium & iniqua contra bonam iuſtorum famam loquentium linguæ pungantur. [g] *Sepi*, inquit, *aures tuas ſpinis, & linguam nequam noli audire.* Quod detractionis virus, tãtò furto latrocinioque nefandius, quantò fama nomenque bonum omnibus opibus facultatibuſque fortunæ pretioſius habetur: iuxta ſapientis illud. [h] *Melius eſt nomen bonum quam diuitiæ multa.* Cuius propterea ad vnumquemque hominum mentis iudicijque capaciũ hæc exhortatio eſt. [i] *Curam habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi & magni.*

b Prouerb. c.4. Detractores nõ audiendi, ſed generosè à nobis repellendi, & ad eorum calumnias aures obturanda.
e Prouerb. 25.
d S. Hieron. epiſt. ad Nepotianum.
e Ibi. S. Hier.
f S Hier. ad Ruſticum.
g Eccleſ. 28.
Detractio cur furto nefandior.
h Prouerb. 22.
i Eccleſ. 41.

[k] Quamobrem Athenienſes ſeueriùs acerbiuſque in detractores alienæ famæ raptores, quã in diurnos nocturnoſque fures animaduertiſſe monumenta Græcorum verſantibus apertum eſt. Nec calumniatores malè fictis fabulis poëtæ depinxiſſe feruntur, fingendo Cadmum dentes ſerpentinos ſeminauiſſe. Ex quibus nati milites armati ſe ipſos illico mutuis confodientes vulneribus necauerunt. Si quid dentes illi ſerpentini nobis ſignificent, intelligere cupiamus: Moyſem in Deuteronomio iſta in perſona Dei minitantem peccatoribus ingratiſque populis audiamus. [l] *Dentes beſtiarum immittam in eos, cum furore trahentium ſuper terram atque ſerpentium*: Per quos ſerpentium dentes ſacri doctores, murmuratores, calumniatoreſque alienæ famæ ac nominis boni raptores & oppreſſores interpretantur. *Et meritò quidem*, [m] inquit Caſſiodorus, *quia dentes dicti ſunt à demendo*: Ideò pulchrè, *lingua detrahentium dentes vocantur, quia ſicut illi ciborum partes demunt, ita & iſti opiniones hominum corrodunt.* Et quoniam plus ſæpe nocet lingua nequã quàm gladius ad effundendum ſanguinem, ad cædes, ad interneciones hominum, ideo Dauid de talibus impiis detractoribus ac bonæ famæ vulneratoribus dixit. [n] *Dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Et Ezechiel. [o] *Viri detractores fuerunt in te ad effundendum ſanguinem.* At quamuis mendacium illud detractionis horrendum ſit admodum, multoque priori nefandius: tamen multis execrandis & horribilibus abominationibus à tertio mendacio, quod eſt blaſphemia in

k Vtinus l. de legibus.
Fabula Cadmi de ſeminatis ſerpentis dentibus.
l Deut. ca. 32. Detractores dentes ſerpentium cur dicti.
m Caſſiodorus ſuper Pſalmos.
n Pſal. 56.
o Ezech. c.22.
Tertia ſpecies mendacij duobus prioribus nefandior & execrabilior, eſt blaſphemia

A Deum, S. Eccleſiam, paſtorem eius vniuerſalem, ſanctos, reſque ſacratas à Deo ſanctificataſque furoris ſuperatur. Illa eſt immaniſſima furia quæ ab inferis per dæmones excitata, ſummam Dei gloriam honoremque ſupremum, quantum in ſe eſt corrodit & lacerat: quæ eius ſanctos præſertim ſanctiſſimum patrem, Chriſti Domini vicarium, deteſtandis iniuriis, conuitiis, maledictiſque indigniſſimè vulnerat: quæ omnia ſacra, dignitates, honores, prælaturaſque Eccleſiaſticas, præcipue vero ſanctiſſimam ſedis Apoſtolicæ auctoritatem, omni probro, contumelia, mendacio, irriſioneque ſacrilega proſcindit, conculcat, infamat, & adulterat. Hæc enim contumeliarum maledictorumque portenta contra Deum reſque ſacras ſancti Theologiæ [p] doctores huic inferorum furiæ, blaſphemiæ, accepta referunt. B Vnde blaſphemare Græce βλασφημεῖν nihil aliud eſt proprie loquendo quam conuitiari, execrari, maledicere, atque deteſtari, præcipue res diuinas ac ſacras, vt ſanctos, prælatos Eccleſiæ primarios, dignitates Eccleſiaſticas quæ propius ipſius Dei cultui honorique propinquant, ipſum denique Deum optimum maximum. Vnde mendacium illud 3. omniũ pernicioſiſſimũ, & flagitioſiſſimũ, [q] blaſphemia. *Importat*, inquit Diuus Thomas, *quandam derogationem, læſionem, oppreſſionemque alicuius excellentis bonitatis, præcipuè vero diuinæ videlicet negando aliquid Deo quod ei conuenit, vt quod ſit omnipotens, optimus, ſapientiſſimus, maximè miſericors, vel quod ei non cõuenit tribuendo, vt crudelem eſſe impotentem, ignarum, malitioſum, mendacem, mortalem, &c.* id genus. C Quæ competere Deo aſſerere maximus extremæ ac portentoſæ blaſphemiæ diabolicas omnes ſuperantis horror eſſet: Simile iudicium eſt de aliis ſacris dignitatibus & excellentiis, quas in Eccleſia ſua Deus conſtitutas certis perſonis ſuo conſecratis obſequio credere voluit. Quibus honorem, auctoritatem, poteſtatemque, quæ Deus dedit adimere vel eiſdem, vitia, infirmitates, imperfectiones, defectuſque virtutum quæ Deus longè ab illis abeſſe voluit, malitioſè atque turpiter affingere, non communis detractio conuitiumque, ſed atrox execrandaque blaſphemia cenſeri debet. Qua blaſphemiæ atrocitate primarios Eccleſiæ paſtores, præcipuè vero Romanum Pontificem lædere atque vulnerare, hæreticorum, ſchiſmaticorumque proprium germanũque eſſe ſolet. De quibus hæc S. Iudas [r] *ſimiliter & ij carnem quidem maculant, dominationem* D *autem ſpernunt, maieſtatem autem blaſphemant*, Græce pro maieſtate, δόξας habetur, *ſcilicet glorias*, quibus verbis *dominationis maieſtate*, ſancti Eccleſiæ prælati atque principes à Chriſto Domino conſtituti, creati, atque ſanctificati communi Theologorum calculo (abſtractorum vocabulis pro concretorum acceptis) intelliguntur. Cui intelligentiæ Græca ſcolia conſentiunt, dum δόξας Eccleſiaſticas dignitates exponunt. In eumdem ſenſum hæc ſancti Petri de hæreticis, ſchiſmaticiſque loquentis rectè eruditéque traducunt. [f] *Dominationem contemnunt audaces, ſibi placentes ſectas non metuunt introducere blaſphemantes.*

p S. Thomas 2.2. q.13. art.1. βλασφημεῖν quid.
q D. Thomas ib. ſupra. Blaſphemia quid propriè.
r S. Iudas ep. verſ.8.
f S. Petri 2. Pars 2. Execrabilis blaſphemiarum in Deum, eius vicarium & Eccleſiam ob honorem eminentiorum furor inuriarũ, maledictorum, rebellionumque in principes Catholicos redundat.

Sed de ſtupendis execrandiſque hæreticorum tam veterum quàm recentium contra Deum, contra eius Eccleſiam, contra eius in terris vicarium, Romanum Pontificem, alioſque ſub illo in

partem solicitudinis ad directionem Ecclesiarum Christi Domini vocatos pastores atque prælatos maledictis atque blasphemiis dicta hactenus multa satis: quamuis ex innumerabilibus blasphemiarum harum maledictorumque portentis atque plaustris pauca tantum collecta in medium lucemque produxerimos. Verom illud attentissimè obseruandum ad maiorem hæreticorum aliorumque Dei Ecclesiæ; sedisque Apostolicæ hostium detestationem, quod illarum blasphemiarum in Deum Christumque eius œcumenicum Ecclesiæ pastorem (quarum supra fætores horroresque delibauimus magis, quam amplè commemorauimus) rabies in conuitia, maledicta, iniurias rebellionesque contra bonos B principes Catholicosque seculares odio iniustæ vltionis insatiabili despumare soleat. Quod tam enorme periculosumque nefas hac luce clarius exemplis demonstrari ostendique potest. Neque me in hac parte prolixitatis tædia verentem, enormia antiquorum extraneorumque hæreticorum facta exemplaque morabuntur, quod recentibus domesticisque Nouatorum nimium proh dolor abundemus. Vidistis supra, ô pij Catholicique lectores, quanto furore percitus, quanta rabie tumens, ac spumans, primus Nouatorum sectariorumque nostrorum patriarcha, sceleratissimus apostata Lutherus, enormibus in sanctissimum omnium Catholicorum patrem debacchatus iniuriis blasphemiisque sæuierit. Conspicite nunc egredientes ex illa C blasphemiarum rabie, iniuriarum, conuitiorum: contumeliarum, rebellionumque spumas in maiestatem secularium Catholicorumque principum, omni honore gloriaque ciuili suspiciendam decorandamque furentes. Hos pios Christianosque principes hæreticæ, schismaticæ, & cuiusque mastiges ac vltores impietatis, modo stultos & stolidos, modo bestias & feras immanes, modo Dei veritatisque hostes contra Christi Domini Euangelium efferatè debacchantes & diaboli satellites, modo Antichristi mancipia, ministrosque diaboli sceleratissimos, humanæ societatis carnifices sanguinarios, Ipsis Turcis peiores ac truculentiores, omni execrationi subiugandos, atque bello, discordia, subditorumque rebellione fatigandos mulctãdosqoe iniuriosissimè nominãdo vociferãtur. Ista sunt huius execrabilis apostatæ libro de potestate seculari verba his fętẽtia maledictis.[a] *Principes mundani sunt: mundus autem inimicus est Deo,* D *idcirco & ipsos quoque facere oportet, quod Deo contrarium, mundo autem consentaneum sit. Vt scilicet non fiant infames, sed principes mundani permaneant: ne mireris igitur, si contra Euangelium furunt & fatuè agunt.* Fluxum spumarum horrendè ac fœtide maledictis execrandis scatentium rabies hæc illa Lutherana persequitur: *Oportet illos titulo nominique suo satisfacere, & scire debes quod ab initio mundi admodum rara auis est princeps prudens: adhuc multò rarior princeps probus*: Quare hoc? Quia Christianus, quia Catholicus, quia Lutheranæ impietatis osor, quia sanctissimo patri Romano Pontifici in his quæ fidei sunt & disciplinæ Ecclesiasticæ summo famulantur obseqoio. Profluere pergit spuma furoris: *Sic communiter maximi fatui aut pessimi nebulones super terram, quapropter semper pessima quæque ab ipsis expectanda sunt,*

Ex furore blasphemiarum in Rom. Pont. Lutheri quanta spuma iniuriarum ac rebellionum in Catholicos principes.

a Luther. lib. de potestate seculari.

Plaustra iniuriarũ Lutheri contra Catholicos principes.

A *& parum boni sperandum est, præsertim in rebus diuinis, quæ ad salutem animarum pertinent. Ipsi enim sunt lictores & carnifices Dei, quibus vtitur ira diuina.* Post hæc *si princeps prosperatur, vt sit prudens, probus aut Christianus.* Scilicet vt intelligit sceleratus, sit hæreticos suæ impietatis defensor atque professor, sedis Apostolicæ & sanctissimi patris hostis infestissimus. *Hoc è magnis miraculis vnum est & preciosissimum signum diuinæ gratiæ, super eam prouinciam,* vt nunc super Angliam, Scotiam, Germaniarumque regiones, in quibus Lutherani ac protestantes principes dominantur, &c. Et infra iterando iniurias: *Admodum pauci sunt principes, qui non habeantur pro fatuis aut nebulonibus,* B *&c.*

In libro verò quem inscripsit duo, *Cæsarea mandata discordantia & contraria, &c.* prope finem ita infido rabici cornu subditorum cordibus rebellionem contra suos principes Catholicos intonat: *Oro*, inquit, *omnes pios Christianos, vt dignentur simul precari Deum pro eiusmodi miseris & excæcatis principibus, quibus nos Deus tribulauit: In magna proculdubio ira, ne sequamur eos ad proficiscendum, aut ad contribuendum contra Turcas, quandoquidem Turca* (ô horrenda contumelia.) *Decies prudentior & probior est principibus nostris.* Et paulò inferius: *De his conqueror ex imo corde, cunctis probis Christianis* (scilicet hæreticis, rebellibus, poculo suæ venenatæ pestiferæque do- C ctrinæ intoxiatis.) *Vt mecum commiserentur super eiusmodi stolidos, fatuos, insanos, furiosos & amentes moriones.* Post hæc horum principum Catholicorum neci funeribusque crudeli desiderio votoque inhiando conclusit. *Deus nos ab ipsis liberet, aliosque nobis ex gratia det regentes, amen*: Hic seditiosissimus apostata prius iugum suaue Ecclesiasticæ directionis, & imperij Ecclesiastici à se rebellione superba repulerat, omnemque patri sanctissimo, sapientissimoque pastori obedientiam obsequiumque audacissimo ausu perfregerat: antequam plebes perditas populosque suæ impietatis præstigiis insensatos fascinatosque rebellare contra suos principes exemplo suo prouocaret & incenderet.[b] *Quo iure*, aiebat superbissimus apostata, *Papa super nos leges constituit? quis ei dedit potestatem captiuandæ libertatis nostræ, per baptismum nobis donatæ? Cùm neque* D *Papa, neque Episcopus, neque vllus hominum habeat ius vnius syllabæ constituendæ super Christianum hominem, nisi fiat de eiusdem consensu?* Easdem rebellionis & blasphemiæ voces[c] libro de libertate Christiana à Clitoueo nostro lib. pr. anti Lutheri refutato, &[d] articulo 27. assertionum à Leone 10. condemnatarum, postea à Ioanne Roffensi confutato, impius & furens exhalauit. Magnus ille Imperator bellica virtute & Christiana pietate clarissimus Carolus Quintus in edicto Vuormaciensi quod principibus vniuersis imperij præsentibus edidit anno 1521. Hæc inter cætera de conuitiis, maledictis, rebellionibusque Lutheri expostulando dixit;[e] *Obedientiam & regimen omne tollit, vnde populi ad defectionem & rebellionem à suis tam spiritualibus quàm temporalibus Dominis faciendam, ad rapinas, cædes, incendia, cum magno & manifesto Christianæ Reipub. discrimine prouocentur. Qui-*

Lutherus lib. inscripto duo Cæsarea mandata discordantia & cõtraria.

Ad rebellionem subditos contra principes suos inflammat ne eos illos in bellum contra Turcas sequantur aut subsidijs iuuent.

Mortem Catholicorum principum optat & quærit.

b Luther. l. de captiuit. Babylonic. cap. de Baptismo.

d Luther. l. de libertate Christiana & Art. 27. assertion.

Expostulatio Caroli Quinti Imp. de maledictis atque rebellionibus Lutheri.

e In edicto Vuormaciẽsi facto an. 1521.

A *nimo eùm vitam quandam ſolutam, licentioſam, atque ab omni lege explicitam, & vere ferinam inducere conetur. Ita exlex homo, leges ipſas omnes damnat & contemnit: vt decreta ſanctorum Patrum & ſacros canones publicè igne comburere non formidauerit, facturus peiora iure ciuili, ſi non magis ſeculi gladios, quam Pontificis excommunicationes, & cenſuras timuiſſet.* Sed qua ſeditionis rebellioniſque tuba, prouocati ad arma & ſaga Germaniæ plebes ruſticæ contra principes ſuos inſanierunt, niſi Lutheri? quarum Lutheranæ impietatis ſortilegio dementarum rabie breuiſſimo tempore in vna Franconia ducentæ nonaginta quinque nobiliuoi arces atque caſtella à fundamentis euulſa dirutaque corruerunt. [a] Atque harum poſtea plebium ruſticorumqua populorum, cædes & interneciones funeſtiſſimæ ſecutæ, ſanguine iſtorum ſupra centum millia cæſorum duB ctore ruſtici exercitus Thoma Muncero ſolertiſſimo Lutheranæ furiæ ſatellite, qui ſe Gedeonem Germaniæ vocitabat, Alemencaniæ campos terraſque cruentarunt.

Ingentem ruſticorum numerum contra ſuos principes in Germania rebellione teliſque Lutherus armauit.

a Cochl. in actis Lutheri.

Caluinus Luthero multitudine errorum & hæretici furoris impietate ſceleratior, quanta rebellionum & contumeliarum in principes Catholicos rabie ferox, ac inſania nocendi tumidus ad ſimilem ſuo exemplo rabiem furoremque alios armauerit, quis neſcire poreſt niſi qui nihil quidquam de eius execrandis factis & ſcriptis audiuit? En qualiter huic Chriſti Domini mandato: [b] *Quæcumque dixerint ſeruate & facite*, contradicens Eccleſiæ prælatorum, vt Papæ leges probro ac ludibrio vulnerat: [c] *Papiſtis ſatis eſt titulo prælatos eſſe, ac leges occupare, qui leges imponunt. Hæc enim torquent verba Chriſti quaſi neceſſe ſit obedienter recipere quidquid mandant ordinarij Eccleſiæ præſides.* Quid addit ſuper hunc legum Eccleſiaſticarum contemptum, ſacrilegus hæreticorum Patriarcha? horreodam execrabilemque contra Chriſti Domini iuſſa blaſphemiam ea calumniæ titulo denigrantem: cùm ait. [d] *Atque ſatis ſuperque hæc calumnia* (ſcilicet quæcumque dixerint ſeruate & facite) *refellitur altero Chriſti edicto, vbi à fermento Phariſeorum recedere iubet.* Impius blaſphemiæ blaſphemiam accumulans, ac ſi Chriſtum Dominum ſibi ipſi cootradiceret, iobendo contraria ſimul & voluntariè malitioſeque ſtupidus diſſimulans, aliud eſſe ſeruare & facere quæ iubent Eccleſiæ prælati ex cathedra docentes, & aliud impios paſtorum prælatorumque mores vitæque improbitatem non imitando ſectari.

Blaſphemia atque rebelliones Caluini contra mandata Chriſti & Eccleſiæ leges.

b S. Matth. 23.

c Calvin. in harm. Euang. in c. 23.

Caluini blaſphemia contra Chriſti iuſſa.

d Ib. Caluin.

Quot verò blaſphemiarum iniuriarumque telis ac verbis tanquam furiarum tædis ſacras Eccleſiæ ſanctæ leges, ſanctumque magna charitate affabilitateque conditum Papæ aliorumque ſub illo principe ſummo militantium ſpirituali diſciplina prælatorum, imperium dilacerat, laceſſit, exagitat: maledictæ atqoe furibundæ illius multis in locis inſtitutiones oſtendunt. [e] Nunquid horror iſte maledicentiæ, *Verè os inferni puteuſq; abyſſi nominādus eū* ſacras Eccleſiæ leges, (quas per contemptum traditiones humanas appellat,) *laqueos ad ſtrangulandas miſeras animas*, ſcilicet pias & fideles Catholicas, *Crudeles carnificinas & eſſe criminatus eſt quæ videntur omniū maximè tolerabiles, tyrannicè nihilominus conſcientias prementes:* ſanctū vero datūq; diuinitus imperium Papæ & aliorum ſub illo Chriſti DoA mini vicario legitimè in Eccleſia pro ſalute fideliom dimicantium prælatorum, *tyrannicum, crudele, Barbarum, eoſque gregis Dominici paſtores,* ſæuiſſimos carnifices horrenda contumelia, blaſphemiaque nuncupauit: mitto cætera blaſphemiarum conuitiorumque prodigia non minus atrocia, cauſa breuitatis:

e Caluin. l. 4. inſtit. c. 10. §. 1

Atroces Caluini iniuriæ in SS. Eccleſiæ leges.

Ex qua rebellionum blaſphemiarumque contra ſacras Eccleſiæ leges, quæ Dei ſunt, & contra legitimos illarum conditores atque cuſtodes Romanum Pontificem alioſque ſub illo Eccleſiæ præſides ſcaturigine, ipſius execrabilis hæreſiarchæ in optimos ſecularis politiæ principes ſincera Catholicaqoe fide preditos ſeditioſi tumultus rebelliones atrociſſimæ, contumeliæ, probra, iniuriæque redundarunt. Deus bone, qui fundus rebellionis, quæ putrida horrendarum contumeliarum in bonos B principes ſcaturigo hæc, cùm ipſe impius ſoperbiſſimè & iniurioſiſſimè ita loquitur. [f] *Quando principes*, ſcilicet verè Catholici Eccleſiæque Dei defenſores, vindices atque contra omnium amentiam perditorum propugnatores *Dei manifeſtati reſiſtere volent.* Id eſt Caluini impietates hæreſeſque confundere, *plus quam ſibi licet aggredi audebunt*: Id eſt in impios hæreticos alioſque ſanctæ Catholicæ Apoſtolicæ Romanæque Eccleſiæ hoſtes animaduertere, vt de medio Eccleſiæ cancer ille hæreticus ne ſerpat loogius, funditus extirpetur. *Si eo vſque ſuas ceruices erigant, ſator, ſator! Illi nihil aliud quàm ſtercus, impuritia atque ſpurcitia ſunt.*

Caluini in Catholicos principes, rebelliones & atroces contumeliæ à fonte blaſphemiarum eius in Rom. Pontific. alioſque prælatos Eccleſiæ deriuata.

f Caluin. ſer. 9. ſuper Dan. Rupellæ impreſſo anno 1565.

Sed quid prætereà demens & freneſi maledicēdi rebellandique Catholicis principibus agitatus adiunxit? [g] Quando principes contra Deum conſurgent, id eſt diaC bolum Caluinianæ hæreſeos opificem oportet, *vt illi de gradu ſolioque principatus ſui deijciantur*, vitaque cadant, atque non pluris illi fiant, quam ſoleæ detritæ. Hoc quid aliud eſt ſenſu Caluiniano niſi principes illos omni gloria, principatu, vitaque priuandos, & ſubditorum pedibus tanquam res ſordidiſſimas, vt detritas ſoleas eſſe indigniſſimè crudeliſſiméqoe conculcandos, niſi hæreticorum Caluiniſtarum impietatibus, immanibus votis, atque furoribus contra ſacram eius religionem Catholicamque fidei profeſſionem in omnibus obſequantur? quid vero huius impietatis hæres nefandus Beza diſcipulus rebellionis nefariæque contumeliæ in principes Catholicos, præcipuè vero in regem Franciæ Carolum IX. debacchatus euomuit. Cum fideles, vt vocat, GalD los, ſcilicet hæreticos exhortatur maledicendo, *vt nunquam ad pacem fœduſque obedientiæ cum rege Franciæ redeant*, quem borribilis vocabuli maledicto, *Satanam appellare non exhorruit.*

g Caluin ib. ſerm 9. ſuper Daniel.

Beza rebellio & in principes Catholicos præſertim regem Franciæ horribilis iniuria.

Epiſtola Bezæ ad hæreticos quos Gallos fideles appellat.

O ſi tiobis replicare atque euoluere liceret omnes illos fanaticos libidine calumniandi atque maledicendi miniſtrorum hæreticæ factionis inſaniæque libellos, aduerſus religioſam Catholicorum principum, regumque Chriſtianorum famam candoremque boni nominis, quos noſtra ætate rabies ac furor dæmoniorum per ora ſcriptaque hæreticorum tanquam viuas animataſque furiis rebellionis faces atque Reipub. Chriſtianæ peſtes ab inferis exhalarunt. Quinam piorum Catholicorumqoe ſenſus, oculi, aures, & corda, teterrimom peſtilentiſſimumque ingentium maledictorum, calumnia-

rum, iniuriarumque detestabilium fœtorem, vlulatum horribilem, strepitum furiosum, execrabilesque turpitudines, ex talibus libellis tanquam ex antris inferi scaturientes sentire, cernere, andire, atqoe sine extremo horrore execrationeqoe concipere possent? Cuiosmodi sunt furiosi isti libelli dicti [a] Iunius Brutus, de potestate principum, signum ferale atqoe bellicum trucidantium, Gallicè, [b] *Le toxin des massacreux*, [c] Epistola Bruccij suppositi, scilicet Bezæ, [d] furor Francorum, [e] Alithia, [f] Concilium sacrum, Nero Gallicus: quo trucolento nomine heroicas Regis Christianissimi Caroli 9. virtutes Nouatores secundorum Franciæ tumultuum iniuriosissimè macularunt. Aliique quam plurimi velut igniti rebellionum seditionumque torres atqoe faces ad Catholicorum regnorum excidia crudelissime flagrantes, in contumelias, maledicta, iniuriasque regum ac principum Catholica fide, religioneque sincera coruscantium, fætide sceleratéqoe fumigantes. Sed omissis tot pestilentibus hæretici prostibuli libellis, in publicas Regnorum Catholicorum ruinas anhelantibus, vt horrori nimio nostra taciturnitate parcamus, vnum pro multis rebellionis Hugoooticæ, maledicẽtiæque in supremum principem atque regem è libris hæreticorum acceptum, & ab hæretico authore sine nomine scriptum citemus exemplum. Iosigne sanè ad impietatem rebellionis, conuitij & improperij bæreticorum in soosprincipes exemplom. Cum Henrici 3. è Polonia in paternum regnum redeuntis imperio atque iussu Liuroniense oppidum ab hæreticis per nefas occupatũ obsidione premeretur: *obsessi* (scilicet hęretici, inquit scriptor hæreticus sine nomine) *audientes regem stare cum matre sua regina non ita longè à muris ciuitatis illius protinus multitudine densarum bombardarum tonitruque impetunt & adoriuntur, postea pleno gutture oreque altisono conclamare, boare & vociferari inuitis præfectis ducibusque suis incipiunt, mille iniurias, scommataque in regem reginamque euomentes cum tanto clamore, vt facile ab omnibus audirentur.* Hæc auctor hæreticus de suis reformatæ, id est rebellis, sacrilegæ atqoe hæreticæ factionis fratribus flamma, ferro, rebellione, odio, pertinacia, maledictisque suo principi furenter obsistentibus memoriæ scripta prodidit. Sed recentiorũ hæreticorũ nostræ nationis Gallicanæ, propter execrationis hæreticæ veoena, per illius viscera multis in locis impunè serpentia, hodie proh dolor, funestissime, si liceret horrendas auribus contra principes regesque fideles, ipsumque Christianissimum regem (cuius ne quidem honori & reuerentiæ ipsi calumniatores hæretici parcunt) contumelias, detestabilesque iniurias percipere, quantus oostro pectori cordique dolor adhæreret? qui dum detestabilem Romani Pontificis majestatem, suis blasphemiis mundo reddere moliuntur, execrabiles fraudes criminis læsæ maiestatis contra honorem reuerentiamque inuiolabilem Catholicæ puritatis principum Christianorum furore inexpiabili concipiunt. Respicite Plæssæum io suo iniquitatis mysterio cuius ipse sceleratus est promotor & artifex, qui dum horrore blasphemiarum, mendaciorum, imposturarumque diabolicarum in sanctitatem Romani Pontificis, sopremamque illius in Ecclesia Dei datam diuinitus auctoritatem insaniens, arietat. Quid non atrocitate detestabilium contumeliarum, maledictorumque in principes secularis fori Christianos pios, religiososque debacchatur? Dum ipse reges ac principes verbis compellar, atrocibus eosque dementatus odij libidine & furore vltionis hortatur, *vt belluam illam* (scilicet, vt ipse nefandissimè interpretatar Papam, Papatumque) *desolatam & nudam faciant, carnem eius deuorent, ipsam igne comburant; eos ebrios, & inebriatos poculo magnæ meretricis* (scilicet sedis Apostolicę ac Põtificię dignitatis) *venenato, atque impios fornicatores scortatoresque cum hac tetra immanique bellua, cum meretrice Babylonica, cum Sodoma spirituali miseros ac infames* appellat. Qua iniuria cootumeliaque diris execranda maledictionibus tamdiu scilicet deliciari & fornicari cum hac detestabili, bellua Babylonicaque meretrice (qua blasphemando contumeliosissime sanctissimam Romani Pontificis majestatem eiusque sacratissimam monarchiam vult intelligi) omniom scelerum cumolus colluuiesque comprehenduntur Qoo quid grauius, quid atrocius, quid nefandius contra pios veréque Christianoa principes regesqoe dici aut excogitari potest? quam eos palam & publicè scortatores fornicatoresque non cuiusuis meretricis infamis, sed belluæ Tartareæ, sed matris abominationum, sed meretricis Babylonicæ, sed Sodomæ spiritualis diabolicæque contumelia intolerabili vocitare, atque vocitando sceleratissimè conuitiari, calumniari atque criminari? Qui eius abominatiooum poculo ingurgitati, huius tanti calumniatoris satanici iodicio furioso, grauiter inebriantur, atqoe Deo & cælo facti abominabiles, spiritu mentis suæ destituti, saluti perditæ mortuæque conscientię quotidie funestissimè parentantur? Certe totum mysterij iniquitatis Plæssæani opus, si quis animi oculis diligenter & attente collustrauerit: non poterit illud aptiori vocabulo quam omnium mendaciorum, maledictorum, iniuriarum, imposturarum, conuitiorum blasphemiarumque in Deum, Ecclesiam ipsam, veritatem, sedem Apostolicam Romanum Pontificem, ipsos denique religiosos principes, Ecclesiæ obedientissimos filios veræ sinceræque fidei Catholicæ professores ac vindices colluuiem cloacamque nuncupare. Vere cloaca & omnis putrefactionis spiritualis sentina & fœtidæ impietatis abyssus in quem perditus desperatusqoe Apostasię Caluinianæ minister omnes pestilentes omnium maledictorum sordes fœtoresque conjecit atque deriuauit: quæ vnquam contra sanctissimam sedem, eiusque beatissimum pastorem sceleratissimi priscorum recentiumque seculorum hæretici, schismatici, alijqoe impij scriptores, doctrinæ defensores dæmoniorum, comminisci commentarique mentiendo blasphemandoque potuerunt. Mysterium verè iniquitatis, sed Plessæanæ in quo se Antichristi satellitem præcursoremque ad viuum cum centuriatoribus & aliis Lutheranæ Caluinianæque iniquitatis defensoribus sectatoribusque depinxit. A quibus omnia mendacia, impo-

[a] Iunius Brutus.
[b] *Toxin des massacreux*
[c] Epist. Bruc. suppositi.
[d] Furor Frãc.
[e] Alithia.
[f] Conc. sacrũ.

Nefariorũ rebellium & maledicentium hæreticorum erbis Liurenij in Henricum 3 exemplum.

[g] In lib. hist. rerum memorabilium sub Henrico 3 ab hæretico ministro sine nomine Gallice scripto anno 1575.

Atrocis Plæssæi Morn iniuria contra Catholicos principes.

Plæssæi epistola ad Catholicos & in ep. ad Regem Angliæ.

Catholicos principes sedi Apostolicæ sanctissimoque patri obedientes, execrabiles scortatores meretricis Babylonica & spiritualis Sodoma Plæssæus appellat.

Quid propriè mysterium iniquitatis Mornai.

A quibus impiis scriptoribus suum exhausit iniquitatis mysterium Plessæus.

dacia, impoſturas blaſphemiaſque, quibus ſuum iniquitatis myſteriũ conflauit cum extrema audacia omni pudore ſublato furatus eſt. Hoc ideò myſterium valdè conforme ſimileque vnguento huic ſortilegæ Medeæ conſtat eſſe, quod hæc miſera magicis ſordidata præſtigiis videns meliora probanſque deteriora ſecuta, ex ſerpentis carne Lybici, ex bubonis capite, ex Lycaonis lemurumque viſceribus, & aliis ſimilibus rebus horrorem ſpirantibus compoſuit. Quia ſi quid impius hæreticus aut ſchiſmaticus aoctor vnquam conuitiorum, iniuriarum, blaſphemiarumque contra ſanctiſſimum vniuerſalis Eccleſiæ principem, atque monarcham, ſcriptis mendacibus effuderit: Id totum cum additamento malitiæ & impoſturæ blaſphemantis, in ſui compoſitionem myſterij coaceruatum, conglomeratumque velut monſtrum horrendum, ingens, ſpectrumque calumniarum impoſturarumque compilauit. Sed ſi ab hoc iniquitatis myſterio tot mendaciorum, maledictorum, blaſphemiarumque portentis prodigioſo, recedamus: quod tot eruditiſſimi religioſiſſimique viri doctores Catholici Latinis Gallicíſque veritatis Chriſtianæ machinis, cum æterna ſcriptoris vel potius conſarcinatoris interpolatoriſque mendaciſſimi confuſione & ignominia, deſtruxerunt, contriuerunt, penituſque ad nihilium redactum pro Catholicorum conſolatione & errantium conuerſione confuderunt; quid non in aliorum eiuſdem impietatis hæreticæ ſectariorum ſcriptis, iniuriarum, rebellionom, contumeliarumque, contra bonos pioſque principes ab illis hæreticis ſchiſmaticiſque ſcriptoribus euomitarum indigniſſimè, comperiemus? vnum pro multis Gallicorum hæreticorum miniſtris Molineum in reges principeſque Catholicos, imo & ipſum Chriſtianiſſimum Galliæ regem iniuriis contumeliiſque enormibos furentem debacchantemque conſideremus. Nunquid ipſe eſt qui primum regem Francorum Chriſtianum [a] Clodoueum, immitem ferinumque natura & moribus, atque in ſummo gradu ambitioſum ſuperbumque malitioſè criminatus eſt? Quot vero ſcommata, irriſiones, ſales ridiculos, iniuriis probriſque permixtos, ad denigrandam [b] Dagoberti huius nominis Francorum regis memoriam honoremque inimicus cum ſuis eiuſdem cathedræ peſtilentiæ irriſorumque complicibus hæreſiarcha deblaterat? Cuius animam, fabulas aniles inaneſque conſectatus, dæmonum manibus tortionibuſque ſubiogatam hiſtrionum more inſolenter ridendo mentitur. Quo in loco, horribili dum irridet terrenum regem, [c] regem regum & Dominum dominantium Chriſtum ſcommate ſubſannat dicens, ô execrabilis impietas! *Eſſe credibile Chriſtum cum cœnam adminiſtrare voluit ſub menſa furtiuè celaniſſe atque condidiſſe aliquem maxillæ aſini Sanſonis dentem (vt ſcilicet ſuos diſcipulos) poſt acceptum panem caninum, ſitientes fortè potaret*: Sed hæc iniuria in reges noſtros Chriſtianiſſimos omnem ſuperat impudentiam, [d] qua mentiendo audacter aſſerit omnes reges Francorum, *Ab obitu Ludouici Pij, filij Caroli magni fuiſſe homines imperitos, rudes, in pietate virtutéque hoſpites, planéque in vera*

Molinei miniſtri in reges principeſque Catholicos iniuria & calumnia.

1. Contra Clodoueum regem pr. Chriſtianũ Francorum lib. pr. c. 7.
2. De peractione propheticarũ Gallica, accompliſſement des propheties.
3. Cõtra Dagobertum regem.
b Idem l. 2. art. 17.

c Horribilis blaſphemia Molinei in ChriſtumDominum.

d 3. Molinæi l. 3.

A *fide religioneque Chriſtiana peregrinantes.* [e] Idem ipſe cùm ſuæ impietatis hæreticæ conſortibus minimè à tam abominanda in reges noſtros contumelia, regiæque contemptu majeſtatis abhorret, dicendo; *reges noſtros fuiſſe eos, qui Papam Antichriſtum fecerunt, hierarchiam Romanam exaltantes, poſt grauiſſimas plagas imperio Romano à Longobardis inflictas.* Sed quid his mendaciis contumeliiſque blaſphemiæ iniurioſus religionis hoſtis, læſæque majeſtatis reus adiungit? [f] Nimirum *profeſſionem religionis Catholicæ eſſe Antichriſti characterem*, addens continenti maledicto, *Papam quæcumque in Italia poſſidet*, [g] *à Pipini regis Francorum liberalitate fatua, indiſcreta & imprudenti, donata recepiſſe.* Quem cum Pleſſæo in ſuo iniquita-
B tis opere, *Francorum* [h] *vſurpatorem imperij, raptoremque liliorum iniurioſè calumniatus eſt.* In eodem lib. loquens de ſuprema Chriſti Domini in ſacramento altaris adoratione, quam ipſe cum ſuæ ſortis ſacrilegis, diris deuouendo imprecationibus execratur. [i] *Tandem*, inquit, *præualuit mendacium ſupra veritatem noſtris regibus Papa (ſcilicet in iſta*, vt loquitur & ſentit, *idololatria impietate) præſtantibus opem manuſque auxiliares poſcenti largientibus.* Inſanus qui dum blaſphemando contra ſupremam ſacroſanctæ Euchariſtiæ venerationem, reges noſtros tanquam promotores propugnatoreſque huius adorationis ſupremæ iniurius, turpibuſque maledictis conatur opprimere, eos præter intentionem inuitus ho-
C norat: atque vt veros diuinæ huios ſupremæque huic ſacroſancto myſterio, ſacramentoque ſacramentorum Euchariſtico adorationis debitæ protectores defenſoreſque veneratur. Quamquidem adorationem huic auguſtiſſimo ſacramento nullus niſi diabolus eiuſque miniſtri impiique cultores diabolicæ tyrannidis inuidere poſſunt. Et nihilominus hic tot effuſor blaſphemiarũ in ſanctos ſacraque Dei, & in principes Catholicos iniuriarum prodigus, huius adorationis occaſione ſcripſit Centuriatorum augendo blaſphemias, *Catholicos populos principeſque non Deum, ſed diabolum adorare.* His addidit *eos omnes, qui Eccleſia Catholicæ Apoſtolica & Romanæ fidem profitebuntur, populos ac principes æternis in inferno ignibus arſuros.* Sed diabolicis his contra Catholicos pioſqoe reges ac principes maledictis iniutuſque nondum finis? quid prætetea miniſtet impietatis
D Caluinianæ in hos Chriſtos Domini debacchatur? *Omnes nempe Chriſtianos reges, excepto rege Angliæ* (quia cum eo eamdem hæreſeos impietatem amplectitur) *bellum contra Chriſtum gerere, eſſeque deteſtabiles idololatras ſenſu inflatos tumidoſque carnali, languidie liquefactos voluptatibus, ſtupidos craſſoſque contra religionem errores curare recuſantes, aut Chriſti Domini Euangelium*, ſcilicet Caluinianam abominationem, *in ſuum cor mentemque recipere cum Babylonica meretrice*, id eſt, vt ipſe ſceleratus exponit, *cum Eccleſia Romana fornicantes*, vt honoribus, diuitiis, pace ſecuritateque perfruantur. Atque vt omnes intelligant raram eſſe in miniſtro hæretico conuitiandi maledicendique ſine ſumma rebellione crudelitateque dementiam, quid ipſe furoris ac ſæuiendi libidi-

Reges Galliæ à Ludouico pio omnes fuiſſe imperitos & in vera religione plane peregrinos.
e Ibid.
4. Reges Frãciæ Papam feciſſe Antichriſtum.

5. f Horrenda Molinei blaſphemia.
6. g Cõtra Pipinum regẽ. Ibid.

h Molin. cum Pleſſæo & aliis eiuſdem factionis hæreticis Pipinũ tyrannum vocans vſurpatorem regni Gallici.
i Ibid.
7. Condemnat reges Franciæ ex quo ſummam gloriam præmiumque merentur.

8. Molinæi ſtupenda blaſphemia.
Ibid.
Adoratores Euchariſtiæ eſſe non Dei, ſed diaboli cultores.
10 Cultores ſ. deiprinc. & populos Romanæ Eccleſiæ in æternum damnatum iri.
Omnes principes Chriſtianos bellare contra Chriſtum excepto rege Angliæ quia hæreticus: omnes idololatræ, & proſtitutos meretrici Satanicæ.

ne percitus in Catholicos effundat audiamus. [a] *Cum certitudine*, inquit, *certoque euentu expectari potest homicidas* (Catholicos intelligit) *trucidatum iri, paremque feueritatem illos perpessuros qua nos persequuntur*. Atque ne quis crudelitates immanitatesque in Catholicos populos principesque ab hæreticis exercendas patrandasque, quas ipse perditionis filius cum suis pari diaboli spiritu tumidis non fine extrema vitionis ardore desiderat atque voto insano præstolatur, paruas exiguasque fore putet: audiat, quid ille persequendo dicat. *Sanguis atque cruor internecionis* (scilicet Catholicorum) *tantus erit vt inde fluuius sanguinis ad spatium centum leucarum suam extentens latitudinem exundabit adeò profundus, vt ipsi trucidatorum hominum equi in ipso cruoris flumine vsque ad frænos immersi natabunt*. Potest ne qui talia scripsit in suum bene affectus esse principem atque eum aliquo honore, dilectione fidelitateque venerari? Quis furor! ò demens, quę tanta licentia ferritá verbis ad verbera, à mendaciis ad rebelliones, ab iniuriis ad cædes, à maledictis & odiis ad bonorum Catholicorum trucidationes, ab occultis insidiis in apertum sacrilegium bellumque contra legitimos, religiosisque principes toto orbe, fide Catholica venerabiles furibundis affectibus rabidisque conatibus aduolare? Respicite ex hoc vnius ministri hæreticorum Galliæ ferali, contumelioso, blasphemoque stylo, quam sit hæreticorum lingua ad maledicendum prodiga, quam effræna lubricaque ad conuitiorum vomitum, quam ad blasphemandum furiosa, vt fluat semper, & æstuet colluuione verborum, maledictorum, atque nefandorum teterrima, quæ pro atramento, sanguine bonorum Catholicorum peroptato immanissimè cruentantur? Hæc quidem ab alicuius animo scelerati, proficisci non possunt: nisi cui mens & voluntas est, *flectere cùm nequeat superos*, cum Virgiliana Iunone.

Acheronta mouere, nisi qui
Luctificam Alecto (scilicet diabolum) *dirarum à sede sororum,*
Infernisque ciet tenebris: cui tristia bella,
Iraque insidiæque, & crimina noxia cordi.
Nisi cui facem Satanas eoniecit, & atro
Lumine, fumantes fixit sub pectore tædas.

Quibus inflammatus hæreticus diaboli minister, contra Deum, contra Ecclesiam, contra sedem Apostolicam, contra sanctissimum Christianæ religionis pastorem, diuinæ sequestrum fidei, contra optimos Catholici gregis principes, omnesque fideles populos, oues Christi Domini immaculatas.

Arma amens fremit, arma toro tectisque requirit,
Sæuit amor ferri, & scelerati insania belli.

Atque hæc quidem rebellionum contumeliarumque in reges ac principes verè Christianos flagitia ex blasphemiis in sedem Apostolicá, inque Romani Pontificis datam à Christo saluatore nostro diuinitus auctoritatem, atrociter erumpentia, publicè scriptis euentulantur, typis in aperto traducuntur, in lucem conspectumque hominum vbique terrarum Gallico circumscriptarum imperio prodeunt: Imò & in ipsa Francorum Metropoli ciuitate proh facinus indignum! lugentibus Catholicis & irrita querela expostulantibus impune veneunt emptionique mandantur. Et credimus Deum hæc non videre? aut videndo conniuere? aut conniuendo dissimulare? aut dissimulando hinc non irasci grauiter imperio? In quo per diuersa loca, in quibus rabies hæretica furit, tam miserè iustitia religioque percelluntur & opprimuntur, & non est nisi rarus qui gementes querentesque eas his in locis adiuuando consoletur? illarum vero violatores & oppressores exultatione nefaria sine suppliciorum metu triumphant? Quis potest cum ratione putare bonorum timorem esse vanum, panicumque, quo vehementer afflictantur & pauent? ne ex tot criminum, maledictorum, blasphemiarumque ab hæreticis schismaticisque in sacratissimam principis Ecclesiastici maiestatem, eiusque Apostolicum thronum coniectarum (à quibus in principes seculares eorumdem impiorum maledicta, calumniæ rebellionesque scaturiunt) impunitate, in regnum Galliæ calamitates multæ, necnon fæuæ miseriarum priuatarum publicarumque procellæ à Deo iniuriosissimè læso, iustissimè contorqueantur & effundantur? Quod si Ethnicus ille Poëta iure hæc dixisse feratur.

[b] *Dy multa neglecti dedere,*
Hesperiæ mala luctuosa.

Quantò iustius orator ille Christianus ex eo [c] neglecti veri Dei eiusque religionis atque ministrorum Ecclesiæ fundo ac fonte calamitatum sicut scelerum facies mundo ingruentes deriuari iudicauit? Cum dixit, *Ideo mala omnia rebus humanis quotidie ingrauescere, quia Deus mundi huius effector & gubernator derelictus est, quia susceptæ contra quam fas est impiæ religiones*. Quid verò hæreses, quid impia contra sacrosanctam Ecclesiam, sedem Apostolicam, eiusque pastorem schismata, rebelliones, contemptus, iniuriæ, probra, blasphemiæ & cætera id genus criminum portenta, aliud quam impiæ religiones sunt & appellantur? Nicæna ciuitas in qua fides Catholica de Arianorum dementia rabieque contra saluatoris nostri diuinitatem gloriosè triumphauerat, postea contagione eorumdem hæreticorum contaminata, terræ motu concussa, deturbataque corruit. [d] Et mirabimur, si propter tam diras & horrendas maledictorum, blasphemiarum, hæreseon schismatumque contra præscripta Christi Domini ordinationesque diuinas, grassantes spumantesque furias, hodie tot in orbe Christiano ciuitates nationesque variis miseriarum turbinibus, percellantur ac titubādo de suæ statu salutis auulsæ prolabantur? Inter præcipuas causas quibus impulsus Deus Iudæorum populum reprobatione maledictioneque percussit, illa fuit, quod minimè vt decuit sacerdotes propheta sque coluerunt, vt satis claré his verbis Hieremias ostendit. [e] *Facies Domini dimisit eos, quia facies sacerdotum non erubuerunt*. [f] Id est, vt Thargum exponit, sacerdotes Dei non honorauerunt, obseruauerunt atque coluerunt. At in lege Euangelica veteri longe nobiliori sacerdotum principis contemptum contumeliamque tyrannide, vt loquitur [g] sanctus Cyprianus aliaue calamitate Deus non vlciscetur atque ulcis.

Margin notes:

a Ibid Molin. Impietatem maledicendi in hæreticis sequitur rebellio & crudelitas.

Ibid. Magnam Catholicorū internecionem ac in principes legitimos Ecclesiæ filios rebelliones Molinæus minatur & optat.

Tertia pars. ea impunitate tot flagitiorū in Papam & Regem, in Ecclesiam & Rēp. Beni non fine causa maximarū calamitatum hinc regno & aliquo Catholico venturum valde permetum est.

b Horatius.
c Lactantius l. 5. c. 8. Inst.

Nicæna ciuitas in Bithynia infestata Arianorum pollutione terræ motu periit.
d Socrates 4. c. 10. ann 368.

Iudæos Deus præcipuè ob nō honoratos à se sacerdotes reprobauit.
e Lament. 4. v. 16.
f Thargum Iudæorum.
Contemptum sacerdotum præsertim Papæ Deus tyrannide vindicat.
g S. Cyprian. l de vnit Ecclesiæ.

A vindicabit? & eum sacrilegij genus esse dicat [a] Saluianus, Dei odisse cultores, quanto magis eius cultorum principem atque parentem Romanum Pontificem? *Sicut* [b] *enim si seruos nostros quispiam cædat, nos in seruorum nostrorum cæde iniuriam: & si à quopiam filius verberaretur alienus, in supplicio filij pietas paterna torqueretur: Ita & cum seruus Dei*, præsertim maximus seruorum Dei, qualis est Papa, *à quoquam læditur, maiestas diuina violatur*: Inde maximæ animis cælestibus iræ: *Et* [c] *cum iniuria sacerdotum ad Christum pertineat*, aiebat sanctus Anacletus, cuius vice funguntur, certe multo magis maledicta, iræ, odia, probra, iniuriæ, blasphemiæque in principem sacerdotum summum Pontificem, altiùs indigniusque in cor diuinæ maiestatis ascendunt. Propter quæ Deus tantorum auctores B scelerum hæreticos, schismaticos, aliosque Apostolicæ sedis hostes humanæ diuinæque læsæ maiestatis reos seuerius, nisi ante funera resipiscant, æternis supplicijs viuos mortuosque mactabit. Vos igitur hæretici infideles, schismatici, libertini, omnesque vos Ecclesiasticæ secularisque monarchiæ Osores & Irrisores per viscera misericordiæ Dei nostri resipiscite! redite præuaricatores ad cor! consueta maledicta, iras atroces, iniurias, blasphemiasque, quibus Papam cum sacro clero regesque Catholica religione sublimes dedecorando, vestros animos polluistis, & polluendo necauistis, extremo odio, tacti dolore contriti cordis maximo detestamini! atque ne in æternum pereatis.

Discite iustitiam moniti & non temnere diuos.

a Saluianus l. 8 de gubern. Dei.

b Ib. Saluian.

c S. Anacleti Papæ ep. 1.

Exhortatio ad impios, vt resipiscant.

CAPVT XI.

Monarchiæ Ecclesiasticæ rebelles, eiusque sacrilegi calumniatores, quanta mala Ecclesiæ Dei, regnisque, Catholicis adferunt. A pijs propterea principibus iustè castigandi, vt sic castigati ad Deum prosperè conuertantur.

1. *Ecclesiæ sancta Dei, œcumenico pastori ac principi sua rebellione maledicendique libidine resistentes, ipsam Ecclesiam remquepublicam Christianam valde perturbant, magnaque premunt afflictione.*

2. *Quos ideo principes Christiani tolerare non debent, sed vt omne malum ab Ecclesia requepublica auferatur.*

3. *Ni resipiscant varijs castigando pœnis mulctisque subiugare tenentur, vt correcti salui fiant.*

4. *Hinc Catholicorum principum prosperitates & trophæa.*



NON sine magna ratione bonos omnes pietate iudicioque pollentes, maximas præuidendo calamitates, in Christianorum societates cætusque religione Catholica sociatos, ex rebellionum, maledictorum, blasphemiarumque in Romanum Pontificem vniuersalis Dei Ecclesiæ pastorem impunitate grauiter vehementerque pertimescere ad calcem superioris capitis ostendimus. Et merito quidem. Contemptus enim huiusmodi rebellione, odio, contumelia, blasphemiaque turgidus, dum supremam Ecclesiæ Dei in tanto B principe Ecclesiastico potestatem majestatemque despicit, eique omni iniustitiæ conatu resistere tentat, non levi calamitatum malorumque cumulo ipsam Dei Ecclesiam, resque Christianorum publicas opprimit. Si potestatem despicere secularem, tantam rerum omnium ruinam in medio humanæ ciuilisque societatis confusione omnia permiscente perturbanteque causetur: quanto maiorem hac ruina calamitatem rebellio contemptusque in Ecclesiasticum monarcham contumelijs, odijs, blasphemijsque furentes, in ipsis Ecclesiæ sanctæ reipublicæque visceribus ad mortem vsque procreabunt? Sanctus Basilius maximarum sui sæculi miseriarum desolationumque causas diligentius attentiusque animo suo sciscitans: tandem has non aliunde, quam ex sceleribus homi- C num Deum, Ecclesiam sanctam, eiusque ministros præsidentes in ea magno fastu superbiaque despicientiũ deriuari cognouit. Vt his præter cætera clarissimè significauit. [a] *Cum hac animi iactatione diu fluctuarem causasque harum hodie dissentionum cupidè & anxiè peruestigarem, venit mihi in mentem illud libri iudicum: vnusquisque quod sibi rectum videbatur, illud faciebat*: Simul etiam causam cur id ita fieret declarat his verbis paulo superius positis, *in diebus illis non erat rex in Israel, hoc igitur cum mihi in mentem venisset illud etiam de rerum statu in quo nunc sumus capi cogitare: quod ex aspernatione rerum omnium præpotentis regis & Dei magni, hodie in Ecclesia dissentio pugnaque* (scilicet enim tot hæreticis, Arianis, Macedonianis, Aëtianis, Eunomianis & aliis diuersorum errorum D impiis) *Esset excitata quod scilicet relicta vnusquisque Christi doctrina, rationes ac regulas quasdam propria sibi auctoritate*, neglecto nempe principis Ecclesiæ atque pastoris imperio, *afferat, malitque contra Domini præcepta ipse imperare quam illi parere.* Hæc quidem magnus ille pater Græcæ eloquentiæ sapientiæque vertex, quibus ista paulò pòst subiungit. [b] *His adductus argumentis constare iudicabam mutuam inter nos ipsos multorum dissentionem, inde originem deducere quod nosmetipsos indignos reddiderimus qui à Domino regeremur.* Qui enim despicit fidelem seruum ac dispensatorem, quem constituit Dominus super familiam suam, sanè illi procliue est ipsum contemnere Dominum. Est quippe tanta plerumque subditorum peruersitas, vt Dominis sæpe principibus legitimis horror sit

A rebellione & contemptu in Pontificem maximum quanta mala.

a S. Basilius in tractat. de iudicio Dei.

b Idem Basil. ibid.

Tædet sæpe bonos Dominos gubernationis subditorũ improborum

ad obedientiam iussa præscribere: non loquor solum de temporalibus Dominis, sed & spiritualibus, imo & de ipso Dominorum Domino Deo optimo maximo. Qui aliquando pertæsus, hominũ propter nimiam improbitatem dominationis atque regiminis esse solet. Sic enim (vt non solum sacris, sed & prophanis moueamur exemplis) à [a] Platone accepimus aliquando euenire secula tantis infecta corruptionibus, in quibus Deus hominom regimen proptet nimis attocia eorum scelera, suscipere dedignatur. Quales sunt illi qui in lege Euangelica Dei ministris in eius constitutis Ecclesia prælatis præcipuè prælatorum maximo patete deprecantur. Quod impie facientes non ipsum Dei Christique domini vicarium, sed ipsummet Christum Saluatorem mundi despiciunt, spernunt atque spernendo blasphemant, iuxta hoc saluatoris oraculum, *Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit*, atque eiusdem Domini in antiqua lege ad Samuelem de populi murmuratiooe rebelli querentem responsum, *non te spreuerunt, sed me.* Et sic scelus hoc rebellionis in Vicarium Christi, in religionis iniuriam redundat: indéque in reipublicæ Christianæ calamitates effunditur. Hæc considerantes pij religiosiqoe Imperatores Arcadius, Honorius & Theodosius iunior, edicto suo æternam laudem merente huiusmodi rebelles contumacesque in religionem Dei perniciosissimos, omni societatis Christianæ ciuilisque aditu prohibuerunt: iudicantes eos non solum bonorum priuatione, sed etiam pænarum acerbitate dignissimos talia scribendo.

a Plato Dialogo de regno.

Qui ministros Dei vt Papã præcipue despiciut Deum spernit.

S. Luc. 10. v. 16.

1. Reg c. 8.

Arcadij, Honorij, Theodosij edictum contra rebelles Ecclesia ac Papa hæreticos Cod. de hæreticis & Manichæis. L. Manichæos.

Manichæos & Donatistas (hi scilicet hæretici Romano Pontifici semper infestissimi inter cæteros fuete) *meritissima seueritate prosequimur: Huic itaque hominum generi nihil ex moribus, nihil ex legibus commune sit cum cæteris. Ac primum, quidem volumus esse publicum crimen, quia id quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriã, quos bonorũ etiam omnium publicatione prosequimur. Ipsos quoque volumus amoueri ab omni liberalitate & successione quolibet titulo veniente. Præterea non emendi, non donandi, non vendendi, non postremò contrahendi cuiquã conuicto relinquimus facultatem: in mortem quoque inquisitio extendatur. Nam si in criminibus maiestatis, licet memoriam accusare defuncti, non immerito & hic debet tale subire iudicium.* Et paulò pòst contra fautores ac receptores eorum hæreticorum. *In eos etiam auctoritatis nostræ aculei dirigantur, qui eos domibus suis damnanda prouisione defendunt. Seruos insuper extra noxam esse volumus, si Dominum sacrilegum euitantes ad Ecclesiam Catholicam seruitio fideliori transilierint.* Certè Deus ipse significare volens quantum detrimenti perturbationisque Ecclesiæ, cœtuique sæculari subditorum rebellio in principes, præsertim Ecclesiasticos, ex rigore pænæ consequentis adferat, in veteri lege sanciuit, [b] *vt qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis ille homo moreretur, vt sic malum ab Israel auferretur.* Si maximo legis antiquæ sacerdoti obedire recusantem tanta pæna Dei decreto perculit, quantò major rebellione conuitiisque cum Romano Pontifice, maximo legis Euangelicæ sacerdote hellantem pæna suppliciumque diuina sanctione mulctabunt? vt omne ab Ecclesia Re-

Ib in eodem edicto.

b Deut. 17. v. 12.

A publicaque Christiana malum arceatur, ne vtraque sæuientibus in eius viscera impune perditorum rebellione atque contumacia, aduersitatum grauitate interturbata grauiter concussaque prematur. *Quod si Idololatria ita Deus indignetur,* inquit sanctus [c] Cyprianus, *vt præceperit etiam eos* [d] *interfici qui sacrificare & seruire idolis suaserint.* Cuius præcepti & vigoris memor [e] Matathias, *interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si ante aduentum Christi circa Deum colendum & idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt; quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt: quando ille veniens non verbis tantum nos hortatus sit, sed & factis?* Hæc dixit Pater sanctus glorioso nobilitatus martyrio, vt ostenderet hæreticos, schismaticos, aliosque perditos rebellione superba & B pertinaci, Dei vicario, Ecclesiæ principi, & aliis sub illo sacræ plebis, ouiumque Christi sanguine redemptarum pastoribus reluctando Ecclesiam Christianam, congregationem, cœtumque perturbantes non impunè laturos, sed graues suæ in sedem Apostolicam omnium Ecclesiarum matrem rebellionis vltrices pœnas subituros: cum aduersos impios legis antiquæ contemptores, rebellesque maximo sacerdoti extrema Deus supplicia, mortisque tormenta decreuerit? Quàm in huius confirmationem assertionis aduersus Manichæos super omoes hæreticos, sæuissimos Apostolicæ sedis hostes exclamando, interrogationibusque variis exaggerando sanctus dixit præclarè Damascenus? [f] *Quid ais Manichæe? Deusne bello lacessitur? Deusne abscinditur? O me miserum! non eos morte afficie-* C *mus? Non flammis absumemus? Cum his consuetudinem habebimus? hos ad communionem recipiemus? Quisquis cum eis communicat, eorum est similis, partisque eorum, tum in hoc æuo, tum in futuro erit. Fratres, communio dicitur: at mortem prius optamus, quam vt Manichæos ad communionem admittamus.* [g] Vnde Optatos Mileuitanus calumniæ hæreticorum ægerrimè ferentium duos ex suis pacis Ecclesiasticæ sæcularisque rebellione sua, dogmatumque venenatorum perditionem animarum nefariè molientium defensione perturbatores, à Macario præfecto interfectos esse respondens: *Videtis*, inquit, *à Moyse & Phinees & Helia & Macario similia esse facta, quia ab omnibus vnius Dei præcepta sunt vindicata.* Quæ cum dico de hæreticis, dico etiam simili intentione & mente de schismaticis, liber- D tinis, aliisque in Apostolicam sedem insigni cæcitate malè animatis, qui dum in hoc sacratissimum Ecclesiasticæ Monarchiæ soliũ rebelliones & odia moliũtur, diuinas malitiosa interpretatione leges adulterando, deplorandis pacis publicæ salutisque funeribos, mirum in modum perniciosissimè suffragantur. Quos propterea pij omnes bonique principes Catholica religione sublimes in imperio suo tolerare nulla ratione ferreque debent: sed prius omni ope, labore, industria, auctoritate conniti, vt mansuetudinis via atque lenitatis eos in officium suum debitũque cõpellant, vt suum agnoscentes errorem detestentur, & opposita virtutis munera exercitiaque in salutarem erroris vltionem satisfactionemqoe patrati criminis operentur. Sed quia, vt S. Hilarius Papa ad Vienneosis prouin-

A minori ad maius argumento probatur Christianam Ecclesiam Rem q publicam rebellando in Christum eiusque vicarium turbantes puniri debere.

c S. Cypr de exhortat. martyr. c. 5.

d Deut. 13.

e Machab. c. 2.

f S. Damasc. Dialog aduersus Manichæos.

g Optat. Mileuit l. 3. contra Parmenian.

2. Pars. Principes Christiani rebelles in sedem Apostolicam Monarchiamque Ecclesiasticam ferre non debent, sed interrestatim per viam primò mansuetudinis, vt resipiscant.

ciæ Epiſcopos in Archiepiſcopum Metropolitanumque ſuum nimis aſperè ſtatim animaduertere cupientes ſcribebat, *Praua medendi ſemper auſteritatis eſt lenitas: nec omnis ferro ſtatim culpa compeſcitur.* Ideò principibus illis primò ad eiuſmodi ſeditioſorum rebelliumque correctionem manſuetudinis tentanda via eſt; cum vt ait ille:[a]

In correctionibus via manſuetudinis procedendum.
n S. Hilar. Papa epiſt. ad Viennenſis prouinciæ Epiſcop.
a Claudianus.

Peragat tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit, mandataque fortius vrget
Imperioſa quies.

Vt quæ ſanari poſſunt, quacumque dulcedinis ratione ſanare valeant. Verum, quæ reſecanda erunt, ne ad perniciem Reip. Eccleſiæque manare patiantur.[b] Aliter, *Populos ſibi commiſſos à Deo regere rectè non poterunt, niſi eos qui ſunt perditores & perditi*, vt loquitur S. Leo Manichæos in vrbe latitātes ſciſcitans, *Zelo fidei dominicæ inſtitiaque perſequantur: & à ſanis mentibus, ne peſtis hæc latius diuulgetur, iuſto quo poſſunt gladio ſeueritatis abſcindant.* Et ſtatim quidē ac ſine mora dum paruulum malum eſt, ne in cancri modum ſerpens omnis impatiens remedij creſcat enormiter: Præclara illa vox Chriſtianorum Imperatorum Valentiniani 3. atque Martiani ad Palladium prætorio præfectum:[c] *Quoniam principalis prouidentiæ eſt omne malum inter initia opprimere, & ſerpentem morbum legum medicina reſecare.* Et rectè quidem. Nam vt ait D. Hieronymus,[d] *Doctrina peruerſa ab vno incipiens, vix duos vel tres primum in exordio reperit auditores, ſed paulatim vt cancer ſerpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium, vnius pecudis ſcabies totum commaculat gregem. Igitur ſcintilla ſtatim vt apparuerit, extinguenda eſt, & fermentum à maſſa vicinia ſemouendum: ſecandæ putridæ carnes, & ſcabioſum animal à caulis ouium repellendum, ne tota domus, maſſa, corpus & pecora ardeat, corrumpatur, putreſcat, intereant.* Quod Arrij ſic illuſtrat exemplo: *Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quia non ſtatim oppreſſa eſt, totum orbem eius flamma populata eſt.* Idem de Luthero, Caluino: idem de ſchiſmaticis impio auſu maieſtatem pontificiam, ſupremamque throni Apoſtolici à Chriſto Domino per ſanctum Apoſtolum Petrum fixam Romæ dignitatem impunè adortis licebit nobis nec ſine dolore maximo luctuque dicere.[e] *Dum paruulus hoſtis eſt, interficiendus eſt, vt eius nequitia elidatur in ſemine.* An non illud eſt quò ſpectabat præclara illa grauiſque admodum S. Innocentij 1. ad Concilium Carthaginenſe tanto digna pontifice exhortatoria vox, & oratio perſuadendo imperans, & imperando perſuadens,[f] *Sanandum, inquit, eſt celerius, ne longius execrandus animis morbus inſerpat: vt ſi medicus (cum viderit huius terreni corporis aliquem eſſe languorem) magnum ſuæ artis æſtimat documentum eſſe ſi iſto quis illius interuentu deſperatus euadat: vel cum putre vulnus aſpexerit, adhibeat fomenta vel cætera, quibus illud poſſit, quod natum fuerat, vulnus obduci, ac ſi id manens ſanari non poterit, ne corpus reliquum ſua tabe corrumpat, ferro amputet quod nocebat, quò reliquum integrum ſaluet & intactum. Præcidendum ergo id eſt, quod velut puro ſanoque nimium corpori vulnus obrepſit, ne cum tardius abſtergitur in ipſis pene viſceribus huius mali non exhaurienda peſt ſentina confidat, &c.* Et paulò pòſt de reſecandis à ſocietate fidelium peccatoribus, hæretica ſchiſmatica-

Cicer. 2. Catil.
b S. Leo ep. 2.
Dum paruulū malum eſt reſecandum.
c Valentin. & Mart. reſcrip. ad Pallad. contra Eutych.
d S. Hier. in c. 5. ad Galat.
e S. Hier. epi. ad Euſtoch.
f S. Innocent. 1. epiſt. 31. ad Conc. Carth.

A caque lue contaminatis ita pergit,[g] *Auellendi ſunt longius & ab Eccleſia procul remouendi viſceribus, ne diutius multa occupans inſanabilis poſt error increſcat. Si enim diu fuerint in hac impunitate verſati, neceſſe eſt multos in hanc ſua prauitatem mentis inducant, decipiantque innocentes, vel potius imprudentes qui fidem Catholicam non ſequuntur. Putabunt enim eos rectè ſentire, quos adhuc vident in Eccleſia perdurare.* Quales ſunt noſtræ ætatis ſchiſmatici & libertini arroganti præſumptione cæcati, impiorum libellorum, atque ſeditioſorum contra ſanctam Romani Pontificis auctoritatem liberius propter impunitatem & iniuſtius editores, tandem ita concludit pater ſanctiſſimus,[h] *Separetur ergo à ſano corpore vulnus inſanum, remotoque morbi ſaucientis afflatu, cautius quæ ſunt ſincera perdurent, &* B *grex purior ab hac mali pecoris contagione purgetur.* Hæc ipſe. Cuius ſapienti ſalutarique doctrinæ magnus ille Leo poſtea in eadem in qua ille ſedens cathedra conſentiens, ita ad detegendum hæreticorum virus Manichæorum Romæ occultorum fideles Chriſtianos hac hortatione concitabat:[i] *Illud quoque obſecrans moneo; vt ſi cui veſtrum innotuerit vbi habitent Manichæi, vbi doceant, quos frequententt, noſtræ ſolicitudini fideliter indicetis. Contra communes hoſtes pro ſalute communi vna communis debet eſſe vigilantia, ne de alicuius membri vulnere etiam alia poſſint membra corrumpi: Et qui tales non prodendos putant, in iudicio Chriſti inueniātur rei de ſilentio etiam ſi non contaminentur aſſenſu.* Indignatus ſiquidem Deus fert iniquo animo hæreticos, ſchiſmaticos, alioſque ſuæ religionis hoſtes & Eccleſiæ contumaces tolerari. C Indéque ſic iracundiæ diuinæ furit æſtus, vt magnis plerumque ſtragibus, calamitatibuſque publicis ingentes populos ciuitateſque conſternat. Exemplo erit ciuitas Conſtantinopolitana in qua cum Neſtorius licet damnatus inter Catholicos liber viuere ſineretur, portentoſa effecta clade triduano incendio magna ex parte conſumpta perijt: Cuius conflagrationis Proſper meminit in chronico anni 433. his verbis,[k] *Maxima vrbis regiæ pars ſeptentrionalis per tres dies incenſa collapſaque eſt menſe Auguſto.* Eadem quoque[l] Marcellinus in chronico & Socrates. Inuiſa quippe Deo eſt illa maximè bonorum cum malis, hæreticorum cum Catholicis, ſchiſmaticorum cum obſequentiſſimis ſedis Apoſtolicæ filijs permixtio, quod ea valde Eccleſiæ ſplendor, religionis puritas, Reip. pax, populorumque ſalus altere- D tur.[m] *Quemadmodum enim*, vt alloquens Arcadium Imperatorem dicebat ſanctus Chryſoſtomus. *Si quis coronæ tuæ pretioſis & fulgentibus gemmis micantis, vitri partes, aut viles lapillos admiſceat, pretium & ſplendorem minuet: ita ſi in eadem Eccleſia Catholicis hæreticos coniunxerit, quos vel errorem recognoſcere, vel ciuitate exturbari oporteat, fulgentem eiuſdem coronam vitiabis.* Propter quā religionis reique publicæ perniciem atq; turpitudinem à tolerantia hæreticorum & aliorum Eccleſiæ, ſediſque Apoſtolicæ inimicorum in imperio Catholico profectam, Conſtantinus Magnus iuſtitiæ ſeueritate, atque zelo diuini amoris in omnes illos religionis ſocietatiſque humanæ peſtes, procul à ſe, imperioque ſuo relegans ita in ſcelera eorum inuectus exclamabat.[o] *Cognoſcite iam per legem hanc quæ à me ſancita eſt Nouatiani, Valētiniani, Marcioniſtæ, Pauliani,* qui-

Venienti occurrendum morbo, ne ſerò medicinæ ſint inutiles.
g S. Innoc. ib.
h S. Innoc. ib.
i S. Leo ſerm. 5 de ieiunio decimi mēſ.
Hæreticos, ſchiſmaticos alioſque religionis hoſtes Deus ægrè fert tolerari: hinc vrbium interitumque efficitur calamitates publicæ.
Conſtantinopolitana ciuitas triduano incendium iuſto Dei iudicio propter toleratum Neſtorium magna ex parte conſumpſit anno 433.
k Proſper Aquitan. in chron. an. 433.
l Marcellin. in chronico & Socrat. l. 7. c. 38.
m Sozom. l. 8. c. 4.
n Metaphr. in vita S. Chryſ. apud S. Chryſ. to 5.
Permixtio hæreticorum, ſchiſmaticorumque cum bonis Catholicis Eccleſiæ pacem reiq; publicæ ſalutem adulterat.
o Euſeb de vita Conſt. l. 3. c. 62.

que Cataphrygum nomen vsurpatis, & omnes omnino qui per conspirationes à vobis conflatas, hæreses ac sectas etiam atque etiam augere conamini. Cognoscite inquam quibus mendacijs vestra doctrina inanitas implicata teneatur; & quatenus pestiferis quibusdam venenis vestra vsque eo inficiatur disciplina, vt per eam integri & valentes ad morbum, viui autem ad sempiternum interitum abstrahantur. O veritatis inimici, hostes vitæ, internecionis auctores & consiliarij. Omnia apud vos veritati contraria, turpibus consentientia, maleficiis, ineptijs & commentitijs fabulis exultantia. Certè mendacia struitis, premitis insontes, fidelibus veritatis lucem denegatis. Nam falsa visione & specie pietatis semper delinquentes, omnia contagione vestra contaminatis: conscientias integras & labe vacuas, lethalibus plagis vulneratis, atque ipsum diem (pene dixerim) hominum oculis adimitis: Quantam Deus immortalis, pestem, contagionemque animis Catholicorum talis confœderatio impiorum cum fidelibus posset afferre? O Christe Saluator talem terris pestem auerte ac detestare! ex quo contagiosæ confœderationis horrore menti atque cordi Christianissimi Imperatoris Theodosij senioris insito, hæc illius præclara nata lex: [a] *Hæreticorum polluta contagia pelli, vrbibus vicinis perturbari, ac nullos penitus iubemus patere conuentibus. Ne quoquam sacrilega cohors talium hominum colligatur: Nulla eorum peruersitati vel publica conuenticula, vel latoria erroribus secreta tribuantur.* Idem sanctissimus Imperator alta quadam religionis pietatisque diuina mente præditus, quantum diuinæ maiestati cordi esse omnium impiorum religionis Ecclesiæque hostium ab omni Christianorum cœtu exturbatio intelligens, ad solidiorem spem fiduciamque victoriæ contra Eugenium religionis Christianæ transfugam bellaturus [b] edictum aduersus omnes hæreticos, sedisque hostes Apostolicæ Imperatoria generositate charitateque sanciuit. Cuius pietatem deuotionemque Imperatoriam filius Arcadius amplexatus, sic aduersus hæreticos, omnesque alios à vera fide Ecclesiæque doctrina deuios nisi ad saniorem mentem redirent, pœnas suppliciaque decreuit. [c] Omnes pœnas, cuncta supplicia quæ sanctionibus diuinæ *Recordationis genitoris nostri aduersum hæreticorum sunt pertinaces spiritus constituta, nostro etiam decreto reparantes decernimus, quidquid etiam his est contra meritum delinquentium, spe correctionis, speciali quadam sanctione concessum, id irritū esse.* Atque eos omnes generali vocabulo hæreticos appellauit Imperator, [d] *Quicumque vel leui argumento à iudicio Catholicæ religionis & tramite fuerint deflecti deuiare.* Quo nomine schismatici omnesque sedis Apostolicæ rebelles intelliguntur, quos omnes imperatoria sanctio voluit legum contra hæreticos latarum seueritati succumbere. Occultos verò omnes insidioséque latentes Ecclesiæ religionisque hostes diligenter detegi mandat idem Imperator, vt ab omni militiæ ciuilisque conuersationis honore repellantur, cum ita ad Marcellum magistrum officiorum mense Nouembri rescripsit: [e] *Sublimitatem tuam inuestigare præcipimus, an aliqui hæreticorum vel in scrinijs, vel inter agentes in rebus, vel inter palatinos cum legum nostrarum iniuria audiant militare: quibus exemplo diui Patris nobis denegata est militandi facultas:*

Pulchra hæreticorum descriptio.

Theodosius ab imperio omnes pellit hæreticos tanquam Ecclesiæ & Reip. pestes

a l. 20. de hæretic. in Cod. Theodos.

b l. 2. de hær. Cod. Theod. & l. 2. eodem.

Arcadij paternæ pietatis æmuli leges aduersus hæreticos.

c l. 26. de hær. Cod. Theod.

Quinam hæretici existimentur Arcadij Imper.

d l. 28. de hæreticis Cod. Theodos.

e l. 29. de hæreticis Cod. Theodos.

Contra hæreticos aliosque Ecclesiæ hostes sub callide occultantes.

A *Quoscumque autem deprehenderis culpæ eius affines cum ipsis, quibus & in legum nostrarum & tu religionum excidium conniuentiam præstiterint, non solum militia eximi, verum etiam extra mœnia vrbis iubeas arceri, datum 8. Cal. Decembris Olybrio & Probino Coss.*

Atque hæc quidem bonorum religionisque Catholicæ luce fulgentium Imperatorum ac principum in hæreticos aliosque Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ & Romanæ hostes tam diuinæ quam humanæ maiestatis reos edicta prius viam mansuetudinis ingressa sunt, vt leniori remedio aberrantes à fide obsequioque sedis Apostolicæ, Ecclesiæque matris in se reuersi errores suos sincera pœnitentia purgarent. Sed vbi leniora medicamenta nil profecerint, atque illis obstiB nati peccatores imitati resipiscere contempserint, seueriora potentioraque ad sanandum boni illi principes coacti sunt edictis suis legibusque tentare, dicentes [f] cum Tullio de Catilinarijs loquente coniuratoribus. *Non est lenitati locus: seueritatem res ipsa postulat,* Et cum S. Cælestino Nestorium suæ impietati immobiliter adhærentem, & in ea summa corroboratum pertinacia alloquente. [g] *Cauterium præparamus & ferrum, quia vltra non erunt fouenda vulnera, quæ merentur abscindi: scimus certè maiora vitia maiore semper dolore sanari.* Propterea S. Hieronymo valde alijsque sanctis viris nimis Theophili Alexandrini Episcopi indulgentia & lenitas displicuit; qua demulcendo diuersos hæreticos, aliosque religionis hostes sperabat eos facilius in gyrum matris Ecclesiæ reducere. C Sed sua frustratus spe eorum vulnera errotesque sua conniuente mollitie & indulgentia se potius fouisse, quam amputasse cognouit: quod indignè ferens Hieronymus, ita scripsit ad eum: [h] *Quod de Canonibus Ecclesiasticis mones, gratias agimus. Quem enim diligit Deus corripit; & flagellat omnem filium quem recipit. Sed tu scito nobis nihil esse antiquius quam Christi iura seruare, nec patrum transferre terminos, semperque meminisse Romanam fidem Apostolico ore laudatam: cuius se esse participem Alexandrina Ecclesia gloriatur. Super nefaria hæresi quod multam patientiam geris, & putas Ecclesiæ visceribus incubantes tua posse corrigi lenitate, multis sanctis displices, ne dum paucorum pœnitentiam præstolaris, nutrias audaciam perditorum, & factio robustior fiat.* [i] Hac alijsque rationibus D. Augustinus permotus multis in locis operum suorum docet proprium esse piorum regum principumque Catholica fide beatorum suis arD mis Dei Ecclesiam defendere, seuerisque pœnis legum suarum vigore decretis hæreticos, schismaticos, aliosque vita & doctrina perditos ab Ecclesia damnatos coërcere atque cōpescere: Qui respondens obiectionibus eorum qui Ecclesiam Dei ad sui defensionem hostiumque suorum castigationem armis & fortitudine sæcularium principum vti debere negabant, in hæc verba difficultatem quæstionis obiectæ dissoluit. [k] *Non inuenitur exemplum in Euangelicis & Apostolicis literis aliquid petitum à regibus terræ pro Ecclesia contra inimicos Ecclesiæ. Quis negat non inueniri? sed nondum implebatur illa prophetia: Et nunc Reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite Domino in timore: Ad huc enim implebatur, quod in eodem Psalmo paulo superius dicitur.* [l] *Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania, astiterunt reges terræ; & principes conuenerunt in vnum aduersus*

3. Pars. Si hæretici, schismatici, aliiqui sediciosi hostes Ecclesiæ reguntque Catholici eum dari ne resipiscere recusent principes Christiani eos debent varijs mulctare pœnis, vt omne malum ab Ecclesia & Reip. auferatur.

f Cicero 2. Catilinar.

g S. Cælestin. ep. ad Nestor.

h S. Hieron. epist. 68. ad Theophilum Episcopum Alexandrin.

Alexan. Ecclesia gloriatur se esse participem Rom. fidei.

i S. Aug. epist. 46. ho. 129. 165

k S. Aug. epist. 48. ad Vincēt.

l Psal. 2.

Dominum & aduerſus Chriſtum eius. Verumtamen ſi ſacta præterita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorum, in rege illo qui appellabatur Nabuchodonoſor, vtrumque tempus figuratum eſt, & quod ſub Apoſtolis habuit, & quod nunc habet Eccleſia. Temporibus itaque Apoſtolorum & martyrum illud implebatur, quod figuratum eſt, quando rex pios & iuſtos cogebat adorare ſimulachra & recuſantes in flammas mittebat: Nunc autem illud impletur, quod paulò pòſt in eodem rege figuratum eſt, cum conuerſus ad honorandum verum Deum, decreuit in regno ſuo, [a] *vt quicumque blaſphemaret Deum Sidrach, Miſach & Abdenago pœnis debitis ſubiaceret. Prius ergo tempus ſignificabat priora tempora regum infidelium, quos paſſi ſunt Chriſtiani pro impijs: Poſterius verò tempus illius regis ſignificauit tempora poſteriorum regum iam fidelium quos patiuntur impij pro Chriſtianis.* Hanc ſecuritatis viam cogendi hæreticos, ſchiſmaticos & alios religionis virtutiſque Chriſtianæ rebelles & hoſtes in officium ſuum, obedientiamque Eccleſiæ præſtandam ſibi olim diſplicuiſſe idem S. Pater teſtatur: Sed poſt libratis vtrimqoe rationum ponderibus, & cõſiderato rerum euentu ſalutari, illam ſibi magnopere arriſiſſe commemorat. [b] *Duo ſunt libri mei, quorum titulus eſt contra partem Donati, in quorum primo libro dixi non mihi placere vllius ſæcularis poteſtatis impetu ſchiſmaticos ad communionem violenter arctare: Et verè tunc mihi non placebat, quia nondum expertus eram, vel quantum conferre poſſet diligentia diſciplinæ.* Quod epiſtola ad Vincentium præclaro de multis Donatiſtis exemplo comprobat: quos conuerſos ab impietate ſua in obſequium fidei veræ, obedientiamque matris Eccleſiæ Honorij Imperatoris iuſta legum piarum ſeueritas reuocauit: Hæc enim ibi inter alia recenſet. *De multorum iam correctione gaudemus, qui tam veraciter vnitatem Catholicam tenent atque defendunt, & à priſtino errore ſe liberatos eſſe lætantur, vt eos cum magna gratulatione conuerſos videamus, qui tamen neſcio qua vi conſuetudinis nullo modo mutari in melius cogitarent, niſi hoc terrore perculſi ſolicitam mentem ad conſiderationem veritatis intenderent.* Et paulò pòſt. [c] *O ſi poſſem tibi oſtendere ex ipſis circumcellionibus quàm multos iam Catholicos manifeſtos habeamus damnantes ſuũ priſtinam vitã, & miſerabilem errorẽ quo ſe arbitrabãtur pro Eccleſia Dei facere quidquid inquieta temeritate faciebant, qui tamen ad hanc ſanitatem non perducerentur, niſi legum iſtarum, quæ ſibi diſplicent, vinculis tanquam phrenetici ligarentur:* Et poſt multa ſubdidit hæc: *His omnibus,* ſcilicet hæreticis, ſchiſmaticis, &c. *Harum legum terror, quibus promulgandis reges ſeruiunt Domino in timore ita profuit, vt nunc alij dicant, iã hoc volebamus; ſed Deo gratias qui nobis occaſionem iamque faciendi & dilationum morulas amputauit: alij dicant: Hoc eſſe verũ iam ſciebamus, ſed neſcio qua conſuetudine tenebamur: Gratias Domino qui vincula noſtra dirupit, & nos ad pacis vincula tranſtulit: Alij dicant: Neſciebamus hic eſſe veritatem, nec ea diſcere volebamus: ſed nos ad eam cognoſcendam metus fecit intentos, quo timuimus ne fortè ſine vllo rerum æternarum, lucro damno rerum temporalium feriremur: Gratias Domino qui negligentiam noſtram ſtimulo terroris excuſſit, vt ſaltem ſolliciti quæreremus, quod ſecuri nunquam noſſe curauimus. Alij dicant, nos falſis rumoribus terrebamur intrare, quos falſos eſſe neſcire-*

a Dan. 3.

Vi ac legum ſeueritate hæreticos, ſchiſmaticos & alios impios ad obedientiam Eccleſiæ compellere placuit S. Auguſtino.

b l. 2. retract. c. 5.

Legum Imperatorum ſeueritas ſaluauit, quos indulgẽtia prodidiſſet S. Auguſtinus epiſt. ad Vincentium.

c Ibid.

Diuerſorum poenitentium hæreticorum, ſchiſmaticorũ aliorumque Eccleſiæ hoſtiũ ingenua & ſalutaris confeſſio ſeueritate legum principum ſaculo conuerſorum.

A *mus, ſi non intraremus, nec intraremus niſi cogeremur: Gratias Domino qui trepidationem noſtram flagello abſtulit, expertos docuit, quam vana & inania de Eccleſia ſua mendax fama iactauerit. Hinc iam credimus & illa falſa eſſe quæ auctores huius hæreſis triminati ſunt, quando poſteri eorum tam falſa & peiora finxerunt. Alij dicunt, putabamus quidem nihil intereſſe vbi ſedem Chriſti teneremus: ſed Gratias Deo qui nos à diuiſione collegit, & hoc vni Deo congruere, vt in vnitate colatur oſtendit.* Hæc doctiſſimus pater S. Auguſtinus, qui [d] epiſtola 50. ait. *Multis profuit (quod experimẽto probauimus & probamus) prius timore vel dolore cogi, vt poſtea poſſẽt doceri, aut quod iam verbis didicerant, opere ſectari.* Recteque ſcriptum [e] ab Euſebio in vita Conſtantini legimus multos perditos obſtinatos ac rebelles Eccleſiæ

B hoſtes cum ea, legum huius Imperatoris ſeueritate, in gratiam rediiſſe: vnde S. Leo, [f] *Meritò,* inquit, *patres noſtri ſub quorum temporibus hæreſis nefanda prorupit per totum mundum inſtanter egere, vt impius furor ab vniuerſa Eccleſia pelleretur: quando etiam principes mundi ita hanc ſacrilegam amentiam deteſtati ſunt, vt auctorem eius ac pleroſque diſcipulos legum publicarum enſe proſternerent. Et profuit iſta diſtrictio Eccleſiaſticæ lenitati, quæ & ſi ſacerdotali contenta iudicio cruentas refugit vltiones, ſeueris tamen Chriſtianorum principum conſtitutionibus adiuuatur, dum ad ſpirituale nonnunquam recurrunt remedium, qui timent corporale ſupplicium.* Oppoſitum lenitas & manſuetudo nimium indulgens principum erga impios plerumque cauſatur: quos non inflectit, ſed in ſuis iniquitatibus ex hac lenitate regia ſibi impunitatem promit-

C tentes corroboratos audacia obfirmat, & indurat. Quod verom ſe experientia cognouiſſe his verbis ſanctus Nazianzenus Olympio præfecto hæreticorum, ſchiſmaticorum, aliorumque Eccleſiæ perturbatorum caſtigationem perſuadẽs, oſtendit: *Canities quoque nonnihil eruditur, nec ſenectus, vt video, talis omnino eſt, quæ prudentiæ opinionẽ, fidemque mereatur. Ego cum omniũ maximè Apollinariſtarum cogitationem & impietatem perſpectam haberem, ac ferendam eorum audaciam cernerem, exiſtimabam tamen fore vt lenitate mea manſuetos & placidos eos redderem, ac paulatim emollirem; atque hoc mihi ſpe fingebam; verum vt apparet illud minime animaduerti me peiores eos effeciſſe, ac per intempeſtiuam hanc philoſophiam Eccleſiæ detrimentum. Nec enim prauos homines lenitas inflectit.* Et certè perfidorum Eccleſiæ ſediſque

D ſanctiſſimæ hoſtium impietates tolerate, cum extirpare poſſis iuſtarum legum diſtrictione, quid aliod eſt quàm eorũ perfidiam tacitè cõprobare, fidei verò noſtræ religionique diffidere? Hoc illa Orientalium Epiſcoporum ad Agapetum Papam contra hæreticos hoſteſqoe religionis Chriſtianę ſcribentium verba teſtantur. [h] *Ipſos* (ſcilicet hæreticos &c. *Accipere poteſtatem congregandi aut permittere ipſos talia audere, nihil aliud eſt quam vera verè putare, quam dogma noſtrum, ac valentiores facere contra nos.* Inde Dei contra imperia & regna, eorumque principes ac populos iræ, indignationeſque cũ effectibus ſuis, ærũnis nempè publicis priuatiſqoe redundãt. Propter qoæ Imperatores Theodoſius iunior & Valẽtinianos ſano quidẽ iudicio, rectaq; fide præditi hæc nunquã ſatis dignè laudãda protulerũt eloquia. [i] *Tutũ nõ eſt negligere tam deteſtandam diuinitatis iniuriam, & impunitũ relinquere ſcelus, quo non ſolũ corpora deceptorũ ſed*

d Ibid S. Aug. epiſt. 50.

Multis ad ſalutem profuit legum principum mundi.

e Euſeb. l. 3. de vita Conſtant. in fine.

f S. Leo epiſt. 93 ad Turbiũ Aſturicẽſem Epiſcop.

Obſtinatis impios lenitas & manſuetudo principum non mollit ac conuertit, ſed potius obdurat impios.

g S. Gregor. Nazianz epi. 1. ad Olymp.

h Epiſt. orient. Epiſcop. ad Agapetũ Papam, quæ extat in 5. Concilio generali act. 1.

Principes impietatis Eccleſiæ hoſtium, ſi poſſunt extinguere, tolerantes ſuam famam & fidem lædunt, & malo multo Reip. regnoque ſuo pariunt irato Deo.

i Nouell. tit. 2. de Manich.

A minori argumento nõ esse in regno Catholico nouatores tolerandos quasi publicæ turbatores.

etiam animæ inexpiabiliter polluuntur. Quidni Nouatores fidei puritatem & sedis Ecclesiasticæ obedientiam honoremque in publicæ pacis interitum malitiosè adulterantes, in Catholico Regno imperioque coërcebuntur, cum rerum nouarum in politia ciuili contra bonum temporale inuentores auctoresque extremo iure supplicio torqueantur? [a] *De negotijs ciuilibus si quid statuitur nemo putat esse violandum, & præceptum de religione calcabitur?* dicebat sanctus Ambrosius ad Imperatorem Valentinianum iuniorem. Ipsi etiam veræ religionis prorsus ignari Ethnici in suis sacris, licet vanis ac superstitiosis tantillum quid attentantes nouatores varijs sine misericordia tormentis pœnisque torquebant, eosque vt loquitur Iosephus, [b] *Qui verbulum modo effarentur præter leges de dijs receptas sine vlla venia puniebant.* Quid ipsi Romani? dum superstitionis infidelitatisque apud eos regna manebant: [c] *Quoties*, inquit Liuius, *Patrum, auorumque ætate negotium magistratibus dederunt, vt sacra externa fieri vetarent*: Rationem bonam veramque huius interdicti, licet in falsa religione auctor hanc adfert: *Iudicant enim prudentissimi viri omnis diuini humanique iuris, nihil æque dissoluendæ religionis esse, quã si non patrio, sed externo ritu sacrificaretur.* Quod pagani in sua superstitione infidelitateq; sunt execrati: Christiani in vera sua religione admittere nõ perhorrescẽt? Ideóq; illud Concilij 4. Toletani decretum immortaliter encomijs feretur in cælum, quo SS. Patres cauerunt & sanciuerunt: [d] *Vt quisquis succedentium temporum regni thronum sortiretur, non ante conscenderet regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta polliceretur, non siturum se degere in regno suo eum qui non est Catholicus*, qualis est hæreticus, schismaticus, sedis Apostolicæ honoris, ac dignitatis inimicus, &c. *Si verò postquam ad regni gubernacula accessisset, huius ipse temerator existeret promissi, esset anathema Maranatha in conspectu sempiterni Dei, & pabulum efficeretur ignis æterni.* Non sine causa piis sanctus Ambrosius exultauit gestiuitque gaudiis propter magnam Gratiani Imperatoris pietatem summa corroboratam generositate, quod hæreticorum ora atque corda suis edictis obstruxisset. His siquidem verbis Imperatorem lætabundus affatur: [e] *Scit ipse nostri arbiter*, scilicet Christus Dominus, *quem fateris, & in quem piè credis refiri viscera mea, tua fide, tua salute, tua gloria: meque non solum officio publico debitas pendere preces, sed etiam amore priuato. Reddidisti enim mihi quietem Ecclesiæ, perfidorum ora, atque quod vtinam, & corda clausisti, & hoc non minore fidei, quam potestatis auctoritate fecisti.* Hæreticos namque dicebat Tertullianus: *Compelli, non illici dignum est: duritia vincenda est, non suadenda*, iuxta illud saluatoris nostri, *Compelle intrare*, prout sancti Patres [f] Gregorius Nazianzenus, Augustinus, alijque declararunt. *Fælix necessitas quæ ad meliora compellit.* Quamuis enim, ait idem S. Pater, respondens obiectionibus hæreticorum suæ ætatis (sicut nos nostræ Nouatoribus eius auctoritate respondemus: [g] *Ad fidem quidem nullus est cogendus inuitus, sed per seueritatem, imò & per misericordiam Dñi tribulationum flagellis solet perfidia castigari: Nunquid quia mores optimi libertate voluntatis eliguntur, ideò mores pessimi non legis integritate puniuntur? sed tamen male viuendi vltrix disciplina præpostera est, nisi cum præcedens bene viuendi doctrina contemnitur. Si qua igitur aduersus vos leges constitutæ sunt non eis bene facere cogimini, sed malefacere prohibemini.* Quamobrem sanctus Leo Anatolium Constantinopolitanum Patriarcham vehementi acrique reprehẽsione culpauit: quod perniciosa quadam patientia hæreticos aliosque Ecclesiæ perduelles non comprimeret: eumque pontificia iussione cohortatus est, vt ab Imperatore Leone scilicet opem auxiliumque contra eos coercendos refrænandosque flagitaret, hæc dicens. [h] *Illud sanè plurimum displicere mihi significo, quod inter dilectionis tuæ Clericos, quidam esse dicuntur qui aduersariorum conniuent prauitati, & vasaira vasis misericordiæ misceantur. Quibus inuestigandis, & seueritate congrua coërcendis, debet diligentia tua vigilanter insistere; ita vt his quibus prodesse non poterit correctio, non parcat abscissio*: Et quibusdam interpositis, ita eum ad implorandum Imperatoris auxilium contra hos Reipub. Ecclesiæque perturbatores inuitat: [i] *Quantum itaque opportunitas innotat officij, religiosissimum principem*, scilicet Leonem Imperatorem, *dilectio tua studeat frequentare: & non solum Regiam, sed & sacerdotalem ipsius mentem precibus meis obsecrare persiste: vt memor communis fidei, quam Spiritu sancto docente suscepimus, omnia hæreticorum machinamenta confringat. Neque quidquam illis in Ecclesiis Christi licere patiatur; ne in eorum potestate sint diuina mysteria, quibus in domo Dei, pro scelerum suorum magnitudine, nec habitandi ius residet nec orandi.* Quam Imperatorum principumque Catholicorum manum & brachium fortitudinis sæcularis, sanctam Ecclesiam fidelium Matrem contra omnes suos hostes, persecutoresque rebelles semper implorauisse testatur sanctus Augustinus lib. 2. contra epistolam Gaudentij, sic huic hæretico eiusque loquens consortibus factionis iniquæ. [k] *Quandiu ergo vos non tenetis Ecclesiam, quam prænuntiauerunt piscatores, Apostoli plantauerunt, tandiu Reges, qui eam tenent rectissimè ad suam curam iudicant pertinere, ne vos aduersus eam rebelletis impunè.* Eandem sanctus Pater veritatem comprobans alibi dixit: [l] *Mirantur autem*, scilicet hæretici, *quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores Ecclesiæ: Cur non mouerentur? Et quomodo redderent rationem de imperio suo Deo? intendat charitas vestra quid dicam: quia pertinet hoc ad reges sæculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint Matrem suam Ecclesiam, vnde spiritualiter nati sunt.* Hanc fœlicis seueritatis rationem ad saluandas perditorum Ecclesiæ hostium iusta conuersione animas, Deus in veteri testamento sibi placere significauit, cum ita per Prophetam ad populos rebelles effrænatosque peccandi libidine loqueretur: [m] *Viuo ego, dicit Dominus, quia in manu forti & brachio extento, & in furore meo regnabo super vos & subijciam vos sceptro meo, & inducam vos in vincula fœderis mei*, id est, vos qui tempore prosperitatis me Regem Deumque vestrum agnoscere deprecamini, currentes post Deos alienos, quos non cognouistis, vos ipsos meæ indignationis, iustitiæque flagellis percutiam, vt temporaliter castigati æternaliter non pereatis: sed vexatione vobis dante intellectũ, ad me patrẽ regemque vestrum per salutares pœnitentiæ vias iugum meũ suaue & onus seruitij mei leue subituri, reuertamini. Propter quæ dixit S. Aug.

[a] S. Ambros. epist. ad Valentinianum iuniorem.

[b] Ioseph. l. 2. contra Appionem.

[c] Liuius l. 39.

[d] Concil. 4. Toletan. ann. 348.

Iuramentum Hispaniæ regũ in sacro suo.

[e] S. Ambros. epist. 26. ad Gratianum, hæc est ante lib. de fide ad Gratianum Imper. to. 4.

Hæretici & alij à vera sedis Apostolicæ obedientia deuij pro salute sua in Ecclesiam redire sunt cõpellendi si fieri possit.

[f] S. Greg. Nazianz. epist. 77. D. Aug. in illud S. Matt. *Compelle intrare.* & epist. 48.

[g] Idẽ l. 2. contra Petil. literas to. 7. c. 83.

[h] S. Leo. epist. ad Anatol. ep. Const.

Iubet S. Papa Anatolium implorare opẽ Imperatoris ad cõprimẽdos hæreticos Ecclesiæ imperijque perturbatores.

[i] Id. S. Leo.

[k] Aug. l. 2. cõtra ep. Gaud. c. 34. to. 7.

[l] Tract. 2. in Ioan. to. 9.

[m] Ezech. c. 20. *Deus seueritate afflictionum ad se conuertit peccatores.*

a S. August. l. 2. contra Ep. 3. Gaudenti c. 81. & Epist. 50. ad Bonifac.

S. Augustinus. [a] *Dedit quidem Deus homini liberam voluntatem, sed nec bonam infructuosam, nec malam impunitam esse voluit. Cur ergo non cogeret Ecclesia perditos filios vt redirent, si perditi filij coegerunt illos vt perirent?* Sic S. Doctor egregius & incomparabilis vulgarem hæreticorum neminem cogi debere in conscientia ad fidem Ecclesiæque obsequium mordicus asserentium obiectionem alibi his verbis dissoluit. [b] *Vbi est quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere, vel non credere: Cui vim Christus intulit? quem coegit?* Cui obiectioni ita respondet, *Ecce habent Paulum Apostolum: agnoscant in eo prius cogentem Christum & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. Mirum est autem quomodo ille qui pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit.*

b Idem. Ep. 50. ad Bonif.

4. *Pars propter orationem.*
En castigatione impiorum Ecclesia Respublicaque perturbatorum multa in pios principes populosque eorum à Deo prosperitatos deriuantur.

Hæ autem animaduersiones castigationesque à bonis principibus decretæ in impios Dei Ecclesiæ, sedis Apostolicæ & rerum publicarum Christiana fide animatarum perturbatores, vt resipiscant, ac in saniora consilia redeant magnas Dei benedictiones his principibus pariunt, à quibus multæ in eorum imperium cętusque populurum iure religioneque sociatos prosperitates deriuatæ cumulantur. Quod quidem minimè Theodosius iunior in quodam aduersus Nestorium edicto tacere atque dissimulare voluit, cum inter alia dixit, [c] *Hac enim ratione futurum est, vt & religio sanctissima fides intacta in mentibus hominum perseueret, & regni nostri felicitas religione munita quotidie magis magisque floreat.* Quam assertionem veritatis esse potentem duobus aut tribus imperatorum exemplis, vt longiores capitis discursus, prolongationesque sistamus, nobis breuiter ostendere sufficiat. Arcessam à Constantino Magno, de quo propter summam illius in Deum, eiusque præfectos Ecclesiæ, vt inter omnes, Romanum Pontificem, pietatem atque venerationē Ecclesięque Christi contra omnes impios perditosque defensionem hæc [d] S. Augustinus l. 5. de ciuitate Dei c. 25. recensuit. *Bonus Deus, ne homines qui illum crederent propter æternam vitam colendum has sublimitates & regna terrena existimarent posse neminem consequi, nisi qui dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus in talibus multum valerent, Constantinum imperatorem non supplicantem dæmonibus, sed ipsum verum Deum colentem tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet.* De summa Theodosij senioris propter illas diuinas heroicasque in defendenda Ecclesia Dei sedeque Apostolica cootra omnes illius hostes turbatoresque virtutes, fælicitate atque gloria, à qua magna pax atque prosperitas in Orientale imperiū populosque huic subditos imperatori redundauit, ista Orosius. [e] *Vniuersæ Gothorum gentes Rege defuncto,* scilicet Atharalico, *aspicientes virtutem benignitatemque Theodosij Romano sese dediderunt imperio. In hisque etiam diebus Persæ, qui Iuliano interfecto, aliisque imperatoribus sæpe victis, nunc etiā Valente in fugam acto, recentissima victoriæ satietatem cruda insultatione eructabant, vltro Constantinopolim ad Theodosium misere legatos, pacemque supplices poposcerunt. Ictumque tunc fœdus est, quo vniuersus Oriens vsque adhuc tranquillissimè fruitur.* Sed quid quod Deus benedictiones suas in optimum illum imperatorem tot victoriarum prosperitatumque operatrices tam ingentibus voluerit ostendere miraculis? Quæ etiam poeta Ethnicus

c In actibus Concil. Eph.

Constantini Magni prosperitas ob defensionem Ecclesiæ contra omnes impios.

d L. 5. c. 25 de ciuitate Dei

Theodosij senioris fælicitas.

e L. 7. c. 34.

A dissimulare non potuit, cum Honorium imperatorem filium magni illius Theodosij his versibus [f] alloquitur.

f Miraculosam de Eugenio victoriā Theodosij Magni versibus Claudianus descripsit in Panegy. ad Honoriū in 3. eius Consulatu.

—— Victoria velox
Auspiciis effecta tuis, pugnasti vterque
Tu fatis, genitorque manu. Te propter & Alpes
Inuadi faciles, cauto nec profuit hosti
Munitos hæsisse locos: spes irrita valli
Concidit, & scopulis patuerunt claustra reuulsis.
Te propter gelidus Aquilo de monte procellis
Obruit armatas acies, reuolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte Deo, cui fundit ab antris
Æolus armatas hyemes, cui militat æther,
Et coniurati veniunt ad classica venti.

Caroli Magni maxima fælicitas & gloria ob defensam Dei Ecclesiam sedemque Apostolicam contra omnes illius hostes catholicæ societatis perturbatores. Ex Eginhardo.

His religiosissimis imperatoribus propter diuinas heroicasqoe virtutes fortunatissimis tertium imperatorem simul ac regem Francorum Christianissimum B Carolum nempe Magnum adiungamus. Cui nulla breuior securiorque ad summā gloriam fælicitatemque via terræ vndique prosperitatibus & cæli benedictionibos affluenti extitit, quam Christiana pietas ac in Apostolicam sedem religio, quam defendendæ atque ab omni tyrannorum oppressione vindicandæ spiritualis Monarchiæ, maiestatisque Pontificię deuotus ardor: quam summa bonæ voluntatis, obsequij filialis & obedientiæ Christianissimo Rege & imperatore dignissimæ principi Apostolorum, & eius successoribus Romanis Pontificibus inclinatio. Quo ex omnibus Regibus nullus fælicior atque porentior, quia nullus illo Ecclesiasticæ dignitatis amantior, nullus sedis Apostolicæ votis obedientior, nullus ad seruiendum œcumenico C omnium fidelium pastori, eique ab impiis in ditione Ecclesiastica vexato opitulandum promptior. Cui fuit, quoad vixit, proptium longè à suo regno bellare, & propugnaculis imperij, Ecclesiæ fortunas, hostes eius debellando superbos non sua tecta defendere. Qui ter maximi nomine propter heroïca facta resque pro Ecclesiasticæ Monarchiæ principatusque defensione præclare gestas insigniri coronarique meruit. Ter inquam maximi bellica fortitudine, doctrina, (Qua non magis Martem quam Palladanorat) atque Christiana in sanctissimam sedem, vicariumque Christi Domini pietate maxima. Quem tanquā exemplar Christianissimi inuictissimique virtutum heroïcarum diuinarumque cumulo principis perfectissimum, omnibus Christianis regibus principibusque ad imitandum Pontifices Romani proponere consueuerunt: in primis Hadrianus Papa D imperatoribus Constantino & Irenæ Matri. *Vt super omnes,* inquit, *Barbaras nationes B. Petro principe Apostolorum vobiscum comitante, sitis in triumphis victores, sicut filius spiritualis noster Dominus Carolus Rex Francorum & Longobardorum, patriciusque Romanorum, quod nostris monitis obtemperauerit, & in omnibus sedis Apostolicæ religioso cultu voluntates adimpleuerit.* O Reges principesq; Christiani orbis sanctissima horum imperatorum æmulamini charismata, vt hic & in cælo cum populis vestris æterna coronati gloria cum Christo Domino fælicissimi regnetis.

Epist. ad Constantin. & Irenem impp.

CAPVT XII.

Pia deprecatio & humilis affectu animata charitatis, ad Christianiss. regem, ne iniurias Christi Domini, Ecclesiæ, nec nõ huius œcumenici pastoris inultas esse patiatur: vt ab ipso Christo Domino vota eius & opera benedicente, prosperitatem sibi ac populo fideli tẽporalem sempiternamque consequi mereatur.

1. *Quam sit iniustum ac perniciosum imperio Catholico, principem iniurias Dei, vicarij eius Ro. Pontificis, & Ecclesia Christi Domini sponsæ non vlcisci cum possit, magnam impiis illecebram peccandi, impunitate largiente.*
2. *Bonus princeps, vereque Catholicus maiori zelo Dei iniurias, Ecclesia, & eius capitis visibilis Roman. Pontificis, quam suas vindicare debet.*
3. *Obstinatos Ecclesia regnique Catholici hostes castigare, Ecclesia Dei, regno, castigatisque salutare.*
4. *Ecclesia Christi sanctitatem & spiritualem eius pastoris œcumenici maiestatem ab omnibus inimicorũ iniuriis oppreßionibusque Rex Christianiss. vindicado, virtutibus crescet celerius quam annis, temporales in hac vita prosperitotes, & in altera sempiternas in cælo, ipsi, populoque fideli pariturus.*

NVNC vt præsentem librum hoc capite, tanquã postrema linea in orbem acta prospere claudamus, ad te, Ludouice Henrici Magni dignissima proles, Rex Christianissime, tua Innocẽtia, pietas, mãsuetudo, generosa religio, heroicaque virtus me cõfugere supplicaturũ humiliter & tuę cõsiderata bonitate naturæ cõfidenter inuitant. Vt si propter obstinatam rebellium vtriusque maiestatis lęsæ, diuinę & humanę reorum audaciam, lenitatis, clementiæq; regiæ vires exhaostæ deficiãt: accingere gladium iustitiæ soper femur tuum potentissimè digneris. Qoo tot iniuriarũ, oppressionũ, persecutionum, blasphemiarumque in Christum Dominum, vicariumque eius omnium fidelium, & tuum speciali priuilegio ac diuina prouidentia Patrem spirituałẽ, tot in te paternę charitatis affectibus propendentem, contortarum effusarumque monstra destruas, perfodias, extermines, zelique diuini armatus amore tot Dei, Ecclesiæ, eiusque rectoris sanctissimi iniurias magis quã tuas vlciscaris. Vt honorem Dei, eiusque vicarii in terris auctoritatem Christianissimo vigore vindicans, saluti tuę, subditorumque tuorum fælicitati, gloriæque sempiternæ consulas. Neue vnquam improbos, sicut Ecclesiæ, ita regni tui perduelles in rebus pessimis spe impunitatis exultare nimium, bonos verò ac fideles Ecclesię filios tuæque maiestatis obsequentissimos populos, sub oppressione malorũ

A gemere diotius, atque inultas tamdio S. Matris Ecclesiæ, Apostolicæque sedis iniurias, contumelias, vexationesque lamentari patiaris. Semper sublimibus hæreat pectori tuo fixum radicibus illud Constantini Magni dictum. *Magnam esse in principe prauitatem & impietatem, iustos & innocentes impiorum iniuriis, nocendique libidinibus sinere subiugari. O rem absurdam,* exclamabat optimos imperator:[a] *Vah quanta quotidie calamitates per inuidiam omnia miscentem existunt, vnde fit vt populus Dei infamia laboret? Quo igitur iustitiæ fides recessit? Cum tantarum tenebrarũ caligine obuoluamur? Neque id tam ex errore, qui multiplex est, quam malignorum hominum vitiis, dum propugnatores verecundiæ sustinemus, & eos qui æquitatẽ & veritatem profligant, etiam cum id sensibus nostris percipiamus, negligendos patemus. Quodnam id genus nostræ peruersitatis, si inimicos non reprehendimus, sed latrocinio nos comites damus? Vnde fit vt viam quandam sibi facillimè strauerit, nemine repugnante, perniciosissima*

Magna in principe prauitas pati Innocentes iniustos ab impiis afsligi & opprimi iniuriis: quanto magis ipsammet Ecclesiam Matrem in pastore suo.

a Ex literis Magni Constantini ad omnes Ecclesiæ Alexandrinæ populos apud S. Athanasiũ Apolog. 2.

B *fraus.* Intelligat maiestas vestra ex optimo eloquentiæ Romanæ parente.[b] *Magnam esse illecebram peccandi spem impunitatis.*[c] Hinc illa superba, confidens & audax Neratio cuidam apud Gelliũ, noeendi, conuitiandi, lædendique ex impunitate libido creuit, qui obuios lubens pugnis, alapis, verberibusque lædebat, *Quod 25. assium persolutione liberatus tam facili impunitate lætaretur.*[d] *Est quippe,* inquit S. Bernardus, *impunitas incuriæ soboles, insolentia mater, radix impudentię, transgressionũ nutrix.*[e] Quod verum esse intelligimus testimonio Ammiani Marcellini, licet Ethnici scriptoris, qui in criminum impunitatem excandescens, scribit eam magiæ nefandas artes, diabolicasque præstigias oon fouisse modo Romæ, sed & enormiter corroborauisse, dum de actis Aproniani vrbis pręfecti loqoens inter alia hæc ait. *Sed tempore*

b Cicer. pro Milone.

c Gellius l. 10. c. 1.

d S. Bernard. l. 3. de consid. c. 5.

Descriptio pul chra impunitatis.

e Ammianus Marcellinus l. 26. imp. Iuliani a. Anno 365.

C *secuto longana impunitas nutriuit immania, vsque eo grassante licentia, vt imitatus Hilarium,* scilicet Magum, *quidam senator, seruumque suum modo non per syngrapham, arcanis piacularibus imbuẽdum commisisse doctori malarum artium, consultatus supplicium redimeret,* scilicet mottis seueræ, *opima mereede, vt crebrior fama vulgarat,* &c. Dum aotem hæc scelerum impunitas impiis nullo virtutis amore ad non peccandum prouocatis, ad omne nefas habenas atque retinacula relaxat: principis honor hebescit, maiestas regia turpitudinis sibi notas inorit: dumque conniuente eius auctoritate, iustitia in sceleleribus hominum maximis obruitur: iniorię in omnes bonos & innocentes vsque in sacratiora religionis Christianæ mysteria, ipsasque Ecclesiasticis dignitatibus officiisque pręfectas in Ecclesia sublimioribus personas,

D ipsum denique personarum Ecclesiasticarum principem Ro. Pontificem turpissimè debacchãtur. Quorum omnium scelerum criminumque auctores, principes coram Deo pænas luituri maximas accusabuntur, quod ad tanta crimina, quibus resistere facilè poterant & obsistere ne patrarentur, conniuendo dissimulare voluerint. Com verum sit illud Saluiani.[f] *Potestas quæ inhibere scelus potest quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari. In cuius enim manu est vt prohibeat, iubet agi, si non prohibeat admitti.*

Hæc scelera, ne vlterius committantur ab improbis, impunitatis spe contra Deum, Ecclesiam, Romanumque Pontificem Patrem maiestatis vestrę spiritualem (qui te in Christo genuit) quiduis

f Saluian l. 7. de prouidentia.

n. Pars. princeps vere Christianus Dei, Ecclesia, ac Rom. Pontificis, vt omnium fidelium Patris & pastoris iniurias maiori zelo quam suas vlcisci debet.

flagitij audentibus aggredi, tuum est (Rex Christianissime) virtute, pietate, iustitiæque tuæ robore prouidere. Semper illud cogita, maneatque alta tua mente repositum, potestatem Regiam principibus à Deo Christianis fuisse cõcessam & creditam, vt suæ subdita, Ecclesiæ iurisdictionem Ecclesiasticamque libertatẽ, vbi necessitas vrgeret, armorum suorũ pręsidio viribusque vindicaret. Atq; ne Pontificiæ maiestatis & auctoritatis acies hebesceret, ne eius honor & sanctitas improborũ odiis, calũniis iniuriisque deturpata premeretur, brachio suæ fortitudinis obsisteret. Quemadmodum [a] Homerus Martem ἀρωγὸν δικαίων appellauit: quoniã quæ iustitia ęqua & prudenti iudicii æquitatisq; lance librata & examinata fieri iubet, si obediẽtiæ religio contemnatur, Martis viribus, id est potentiæ sæcularis armis ea fieri compressa malorũ rebellione compelluntur. Ita si Ecclesię leges ab improbis negligantur, si Rom. Pontificis auctoritas & iussa paruiducantur, si eius sanctitas sacrilegorum contumeliis alteretur: si animarum salus miserè periclitetur, totaq; Christi Domini religio in fabulas indignissimè ludibriaque traducatur, Christiani principes apprehendere arma & scutum fortitudinis suę debent, iura ac robora regiæ maiestatis contra insensatos Ecclesiæ, Romani Pontificis, suosque hostes armare. *Quorum crimina plectant.*

Homerus in hymno Martis auxiliatorem iustitiæ ac vindicem eur vocauit illum.

Armatæ leges gladiis, & vindice ferro.

Si mansuetudinis via ad perditorũ rebelliumque vtrique maiestati diuinæ & humanæ conuersionẽ nil amplius omnino possit. Sic Constãtinus Magnus, [a] *Insurgere leges & armari iura dixit.* Ipsimet Ecclesię præsides ac pręfecti, eorumque princeps Ro. Pontifex, cũ suarum legum vigore impiorũ crimina Ecclesiasticorum Laicorũque retundere, eorumque impetus ac iniurias ab Ecclesiasticæ libertatis, Pontificiiq; splendoris oppressione repellere nõ possunt, has Catholicorũ principũ suppetias armatas ad istorũ sceleratorum audaciam improbitatẽque perfringendam implorare solẽt. vt id fecisse sẽper eos superiori capite demõstrauimus: Et huiusce rei pleni sunt Ecclesiastici Annales exẽplis. Quo iure Ecclesia Gallicana nunquã vti recusauit. Pręclara huius rei [b] Can. 41. Cõcilii Turonensis Carolo Magno regnante cõgregati cõstitutio talibus verbis concepta legitur. *Incestuosi, parricidæ homicidæ multi apud nos (proh dolor) reperiuntur. Sed aliqui ex illis sacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per sæcularis potentiæ disciplinam à tam praua consuetudine coërceri, qui per salutifera sacerdotum monita noluerunt reuocari.* Præclarũ tibi propono zeli domus Dei, iustæ vltionis æstu, in puniẽdo religionis sedisq; sanctissimæ rebelles inimicos inflammati, simul & magnæ clementiæ in propriarũ iniuriarum relaxatione exemplũ, in persona Magni Theodosij quod æmuleris. Qui tãto pietatis ad persequẽdos exterminãdosque Dei Ecclesię, sedisq; Apostolicæ nefarios hostes ardore ferebatur: vt tot leges, edicta, cõstitutiones, sanctionesque sanctæ huius religiosissimi principis contra hęreticos, schismaticos, aliosque proteruos Ecclesiæ rebelles perduellesq, testantur: quæ passim in Codice Theodosiano, Iustinianoque leguntur. At cũ de proprię personæ maiestatisq; imperialis læsæ reis quæstio agitabatur, magna ad illis ignoscendũ clementia lenitateq; mouebatur. Testis est huius imperialis clementiæ lex illa mansuetudinis splendore ma-

a L. cum vis. C ad legem iul de adulteris.

Qua lex Ecclesiasticanõ potest crimina extinguere sæcularis principum debet.

b Can 41. Turon. Concil. sub Carolo Magno.

Pietas ac clementia Theodosij M. in hostes Dei & Ecclesiæ seueri, in proprios mitis.

A gnifica, quã in suo ad bellũ Eugenianum apparatu clementissimus imperator edidit, in qua magnum illum Theodosium in sago militari summè & Christianè philosophantẽ atque ita loquentem licet admirari. [c] *Si quis modestiæ nescius aut pudoris ignarus improbo petulãtique maledicto nomina nostra crediderit lacessenda, ac temulẽtia turbulẽtus obtrectator nostrorũ temporũ fuerit, eũ pœnę nolumus subiugari, neque durũ aliquid nec asperum sustinere: Quoniã si id ex leuitate processerit, contẽnendũ, si ex insania, miseratione dignissimũ: si ab iniuria, remittendũ.* Eius imperatoris nepos Theodosius iunior aui sui virtute prouocatus, mira in vita sua, & zeli Dei ad eius hostes confundendos, debellandosque superbos, & clementiæ ad parcendũ subditis, priuatęq; personæ obtrectatoribus errati veniã petentibus specimina protulit. Sciens Christianos principes B magis de regno Dei, quod est Ecclesia, debere esse solicitos, quam de tẽporali imperio, vt illud piè religioseq; conseruantes, hoc felicitatis incremẽtis amplificẽt: atque ita cũ gloria & prosperitate terreni principatus sartã tectã populorum salutẽ cũ sua in æternã vitã custodiãt. Sicut sapiẽter grauiterque dictũ à S. Cælestino Papa didicerat, in Epist. quã ad hunc imperatorẽ pro Cõcilio Ephesino sãctus ille direxerat, in qua hæc inter alia. *Maior vobis fidei causa debet esse, quã regni, ampliusque pro pace Ecclesiarũ clemẽtia vestra debet esse solicita, quã pro omnium securitate terrarũ; subsequũtur enim omnia prospera, si primitus quæ Deo sunt chariora seruẽtur. Abrahã fide floruit, omnẽque orbem gloria suæ prosperitatis impleuit. Moyses populi liberator se zelo Domini cõtra eos si quos à Dei cultu recessisse probarat, armauit. Dauid regẽ sua præcepta seruantẽ in regno vt* C *ille inimicos suos subderet Dominus custodiuit.* Quibus productis exẽplis, ita post imperatorẽ ad eorũ imitationẽ deuotè cõpellat: *His rogo exẽplorũ vallatus præsidiis, fide, obseruatione, virtute, vniuersalis Ecclesiæ in Deũ nostrum pissimũ cultũ, ne sibi aliquid dissensio vindicet custodite. Pro vestri enim salute imperij geritur, quidquid pro quiete Ecclesiæ vel sanctæ religionis reuerẽtia laboratur.* Cui tãti pręsulis œcumenici exhortationi liceat mihi Rex Christianissime, aliã alterius magni Pontificis Hormisdæ admonitionẽ ad Anastasiũ imperatorẽ, eum ad vltionẽ inimicorũ Dei sanctæq; Ecclesiæ (ne peccantiũ impunitas maiora mala causetur) exhortantis adnectere. *Sola*, inquit, *ante Acacium Alexandria perfidia sua fœditate sordebat: Respicite quantas iam partes emendatio neglecta polluerit? Quousq; pateris mi fili, Ecclesiã Dei diuisione suorum mœrere mẽbrorum? Anticipẽt beneficia tua, ad Deũ peruẽtura suspiria: assume tibi curã & vexillũ salutis attollens in er-* D *rores ab Israele remouẽdos, velut Ezechias alter exurge: fas tibi laude nouorũ operũ titulos æquare priscorũ. Ille dissipauit excelsa, tu superbiã erectæ prauitatis inclina. Ille simulacra cõtriuit, tu dura infidelium corda confringe. Ille memoriam ænei serpentis sustulit, tu virus præsentis effunde. Offer recta Deo quæ fecit, & spera dona quæ meruit. Fidelis est enim Dominus qui reddit singulis secundum opera eorum.* Quam hæc digna sunt, quæ principi Christianissimo suggerantur! vt omnia de regno Dei ac suo scandala tollat, radices æternæ damnationis, maledicta, scilicet iniurias, cõtumelias, blasphemiasque contra Ecclesiæ sanctitatem, fidei Christianæ puritatem, honorem, auctoritatemque Pontificię maiestatis à perditis superbisque hominibus euomitas funditus suæ potentiæ gladio (si leniora nil prosint remedia) conuellat. Vt sic restituto Eccle-

c L. vnica Cod si quis imperatori maledixerit. *Lex Theodosij M. ad Ruffinũ præfectum prætorio.*

Reges Christiani magis debent curare regnũ Dei, quam terræ.

S. Cælestini Papę Ep ad Theodos. seniorem.

Prosperitas regnorum à conseruatione & defensione Ecclesiæ quæ est regnum Dei.

Hormisdæ Papæ ad imp. Anastasium Epist 2.

Impunitas magnorum causa malorũ. Exhortatio ad imperatorem.

A siæ, prælatis, prælatorumque principi reuerentiæ honorisque splendore, pace, prosperitateque tẽporali, ęternæ præuia fælicitatis cum populo suo iucundissima perfruatur. Hanc pacem prosperitatemque vt suo Theodosius iunior imperio pareret, grauissimasque à barbaris, à peste, fame, bello, terræ motibus illatas calamitates, sub quarum pondere diu Orientale gemuit imperium, placato Deo exterminaret: diuersa contra hæreticos, gentiles, schismaticos, hęreticorũ fautores, aliosque rebelles Ecclesiæ, sedisque contemptores Apostolicæ edicta fecit. Quibus tãquam potentibus iustitię machinis eorum omnium errores impietatesque confunderet, omnes gẽtilium, hæreticorum, schismaticorum, aliorumque hæreticæ prauitatis rebellionisque in Ecclesiam & prælatos eius, libros ignibus vstulandos, vt Porphyrij libros, commentarios contra [a] S. Cyrilli Alexandrini Patriarchæ sanctitatem iniuriosè B conscriptus, aliosque impietatis cognatæ mandauit: eorumque auctores varijs castigationibus exagitauit. Vt ex eius edicto cõstat quod inter acta Cõcilij Ephesini legitur; in quo contra calumnias blasphemiasque scribentium impiorum aduersus Deũ & sanctos eius pręfectos Ecclesiæ hæc inter alia imperator edixit. *Siquidẽ omnia scripta quæ diuinam in nos irã prouocant, piosque animos offendunt, ea ne audiri quidem volumus.* Recordare atque generosæ innocentique menti tuæ attenta consideratione præsenta, Rex Christianissime, horribiles illas, & maximè super omne nefas execrabiles nouatorum hęreticorum, nostri viri nrũ excessibus immanis sæculi, Lutheri, Centuriatorum, Caluini, Bezę, Mornæi, Molinæi cæterorũque religionis C Christianæ, Ecclesię Catholicę Apostolicæque sedis sanctissimæ osorum, perduellium, parricidarumque calumnias, maledicta, iniurias, blasphemiasque; quorum supra compendiosè breuiterque meminimus. Quorum turbine omnes illi furore dæmoniaco bacchãtes sacrosanctam vicarij Christi Domini Ro. Pontificis auctoritatem maiestatemque opprimere conati, ipsius Christi Domini saluatoris nostri gloriam & honorem nefandissime vulnerarunt. Quantis miseriarum, ærumnarum, vastationumque publicarum æstibus incendiisque regnum tuum quondam Catholicæ fidei sinceritate florentissimum, nullis impietatis hęreticę monstris fædatum, hac maledictorum, blasphemiarũque impunitate cõflagrasse credis? Quorum incendiorũ, æstus asperius contra regni tui incolumitatem splendoremque furentes, vt tuæ regiæ maiestatis virtute, pietate, fortitudine D citius extinguantur, imperatoris huius Theodosij iunioris, aui imitatoris Christianas virtutes æmulare. Qui imperij firmamentum sinceram Christianæ religionis, immaculatamque Catholicæ Apostolicæ & Romanæ fidei obseruationem esse iudicans, omnem impietatem huic tantillum in suis furoribus obsistentem, quantum potuit, imperatoriæ generositatis robore viribusque destruere conatus est. Vt suo ad præsides omnium prouinciarum edicto omnibus fidelibus notum esse voluit. Quo fulti præsides illi volũtatem imperatoris religiosam mandato publicè proposito significarunt, in quo hæc inter alia: [b] *Piissimus imperator noster non ignarus legum*, iustæ scilicet politię, *firmamentum, orthodoxam religionem esse, peculiari edicto omnem impietatis occasionem præscidit; eos quidem qui ea laborant moderata castigatione sanans, cæteris verò omnem honestæ vitæ rationem ostẽ-*

Theodosius iunior offensum numen placando edictis in religionis sedisque Apostolicæ hostes, calamitates imperij exterminat.

a Edictum Theodosium in Concil. Ephesino edit. Pet. t. 5. c. 59.

3. *Bene custodita religio est imperij firmamentum prosperitatis.*

b Io Concil. Ephesin. edit. vlt. t. 5. c. 2. hoc edictũ Theodosij atque mandatum præfecti prouinciæ haberus.

A *dent*, &c. Nam & si maiestati principum mansuetudo honestius, aptius, tutiusque quam seueritas conueniat, tamen cum [c] *In morbis desperatis nulla remedia tam faciant dolorẽ, quam quæ sunt salutaria:* Cumque, [d] *immedicabile vulnus, ense rescindi debeat*, vt ait ille, *ne pars sincera trahatur.* Quid mirum si tot perditorum hominum crimina, vetustate & impunitate corroborata clementissimi principes ferro iustitiæ suæ, pro salute bonorum, & pace Reip. pro reuerentia religionis, Ecclesiæque sanctæ conseruanda dignitate, à radicibus amputare cogantur, cum lenitatis clementiæque medicamento horum vulnera criminum magis ac magis in perniciem corporis ciuilis Ecclesiasticique recrudescant? [e] *Si oleo perunximus, si emplastris mitigauimus, si malagmate molliuimus, nec tamẽ cedit tumoris durities, solum superest remedium dissecandi.* Quæ attentè alta mentis acie considerans S. Ana-B choreta Baradatus virtutibus ac tolerantia laborum pro Christo mirabilis, Leonẽ imperatorem ad vltionem inimicorum Dei & Ecclesię hæreticorum contra Deum sanctamque eius sponsam giganteo more bellantium pulchra Leonis allegoria proposita, concitabat his verbis. [f] *Audiuimus quomodo incedunt lupi super greges & rapiunt oues ab ouilibus suis, & non metuunt à voce pastorum. Qua propter repente amice, Leo rugiens, fiasque illis valde terribilis, vt præ metu Leonis impetum fugientes, quod abripuerunt, de suo reddãt. Sic ergo vestram condecet facere pietatem, vt sicut nomen est imperij vestri, ita prædicetur in toto mundo terribile pietatis vestræ decretum, cum scriptum sit,* [g] *sicut nomen tuum Deus, sic & laus tua. Sed & Salomon David filius ait,* [h] *similis est ira regis furori Leonis: Et Dominus omni-C potens glorificauit nomen Leonis super omnia quæ in terra sunt, vt subiiciat omnes volentes extolli contra timorem Dei.* [i] Hæc S. Anachoreta, qui postea persistens in eadem allegoria, quod sicut Leo vindex mandatorum Dei surrexit aduersus prophetam qui Dei præceptum fuerat præuaricando transgressus, ita ipse imperator Leo nomine, aduersus præuaricatores Catholicæ fidei, transgressoresq; Dei Ecclesię eius sponsæ mandatorum armatus exurgat. [k] *Sic decet*, inquiens, *nomen pietatis vestræ terribilia ferre præcepta in omni terra contra eos qui præsumunt diuina mandata corrũpere*, &c. Nunquid ipse Pelagius Papa sua Pontificia auctoritate exhortationeque paterna Narsetem Iustiniani imperatoris ducem exercitus contra schismaticos Ecclesiasticos armauit? Qui sua rebellione & cõuitiis Ecclesię sanctæ Romanique Pontificis auctoritatem, dignitatemque summam cõtumelio-D sè sceleratèque persequebantur? vt vindicatis Ecclesiæ prius quam imperij iniuriis palmam victorię cum temporali fælicitate, coronãque postea gloriæ sempiternæ sibi Dominoque suo imperatori mereretur acquirere? Quod talia faciẽdo diuinarum humanarumque legum præscripta obsequio, grataque Deo obedientia veneraretur. [l] *Hoc enim*, dicebat Pater sanctissimus Narseti, *& diuinæ & humanæ leges statuerunt, vt ab Ecclesiæ vnitate diuisi, & eius pacem nequissimi perturbantes à sæcularibus etiam potestatibus comprimantur. Nec quicquam maius est, vnde Deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, vt hi qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci.* Quales scilicet erant Euphrasij quondam Episcopi Antiocheni, terræ motu ac fulmine propter sua scelera extincti, sectatores, Paulinus Aquileiensis Episcopus, & alij

c Cicero ad octauum Ep.

d Ouid. metamorph. 1.

Vbi remedia mansuetudinis ad curãda peccata non prosunt, seueritatis capienda sunt.

e Origen. Homil. 7. in Iesu.

S. Baradatus Anachoreta Leonem imp. ad vltionem inimicorum Dei Ecclesiæque obstinatorum prouocauit.

f Ep. S. Baradati ad Leon. imp quæ extat t. 2. Conc. inter acta Concilij Calcedon.

g Psalm. 47.

h Prou. 19.

i 3. Reg. c. 13.

k Ibid.

Pelagius Papa Narsetem ducem exercitus Iustiniani in Italia hortatur ad vlciscendas iniurias Ecclesiæ & Rom. Pontifici à schismaticis Ecclesiasticis per rebellionem suam inflictas.

l Epist. 5. Pelag. 2. t. 2. Ep. Pontif. anno 557.

rebelles Ecclesiastici ipsius schismati consentientes ab Apostolica sede auersi, Romanoque Pontifici contumeliosi. [b] Et Epistola 4. ad eundem ducem imperatorij exercitus. *Auferte tales*, scilicet contumeliosos schismaticos in Apostolicam sedem Pontifici Romano renuentes obedire, eumque iniuriosè despicientes, *Ab ista prouincia: vtimini oblata vobis à Deo opprimendi perfidos occasione.* Atque ne istorum hominum hæreticorum, schismaticorum, aliorumque sedis Apostolicæ, id est Christi Domini rebellium inimicorum, tuique Christianissimi regni pacem quietemque perturbantium clamoribus querelisque mouearis, iniustè expostulantium se pati persecutionem, dum atrocissimas illorum iniurias sacrilegasque blasphemias contra immaculatam sanctissimæ Matris Ecclesiæ virginitatem Romanique Pontificis eius pastoris ac presulis sacrosanctam diuino munere Maiestatem, regia vestræ iustitiæ manu comprimendo refrænandoque castigas. Audi quid contra vanas similium hominum querelas idem Pater sanctissimus dixerit, dum Narsetem pium religiosumque ducem rebelles schismaticosque corrigere, Quia, scilicet Ecclesiastici essent ordinis, trepidantem sic instruendo concitat. *Non vos hominum vaniloquia retardent, dicentium quia persecutionem Ecclesia faciat, dum vel ea quæ committunt, reprimit vel animarum salutem requirit: Errant huiusmodi rumoris fabulatores; non persequitur nisi qui ad malum cogit: qui verò malum vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur ipse, sed diligit.* [c] *Nam si nemo vt illi aiunt, nec reprimendus à malo, nec retrahendus à malo ad bonum est, humanas & diuinas leges necesse est euacuari, quæ & pœnas malis, & præmia bonis iustitia suadente constituunt. Malum autem schisma esse, & per exteras etiam potestates huiusmodi homines debere opprimi, & canonicæ scripturæ auctoritas, & paternarum regularum nos veritas docet.* Magnæ charitatis atque misericordiæ est tales obstinatos in malo & sua rebellione, atque schismatico ab Ecclesia sancta Christi sponsa diuortio æternam sibi damnationem parientes, & Patri animarum suarum sanctissimo Christi Domini vicario contumeliam iniuriamque facientes, iusta potestatis sæcularis seueritate comprimere: vt conuertantur, cum Ecclesiasticæ disciplinæ, correctionisque lenitate minimè moueantur. Cum hoc regiæ castigationis factum [d] Diuus Augustinus inter opera spiritualis eleemosynæ misericordiæque reposuerit, hæc dicens. *Qui emendat verbere in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, & tamen peccatum eius, quo ab illo læsus est aut offensus dimittitur ex corde, nō solum in eo quod dimittit atque orat, verum etiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat quia misericordiam præstat.* [e] Quam misericordiam ita clarè persequendo demonstrat. *Multa enim bona præstantur inuitis quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati: quia ipsi sibi inueniuntur esse inimici: Amici verò eorum potius illi, quos inimicos putant & reddunt errando mala pro bonis, cum reddere mala Christianus non debeat pro malis.*

Magna te manet, Rex Christianissime, in cælo cum subditis tuis gloriæ sempiternæ corona: si plenior virtutibus, quam annis, vt temporalibus affluas prosperitatibus, Ecclesiæ paci, sedis Apostolicæ securitati, atque tui parentis spiritualis, qui te sacro fonte, Christo Domino parturiuit, sapientissimi Romani Pontificis honori, venerationique Monarchici à Deo dati principatus, omni tua fortitudine regiaque potestate opitulando suffrageris: eumque contra omnes calumniantium blasphemantiumque hominum furiosos impetus Christianissimi pectoris sceptrique robore defendas. Nec te ad iram iustæque indignationis acerbitatem prius quam ad misericordiam lenitatemque regiam oratione mea compello, si huius misericordiæ dulcedine homines vtriusque maiestatis læsæ rei refrænari valeãt. Scimus enim plerumque mansuetudine principis carbones coniici super caput delinquentium populorum, vt ardore charitatis incensi recedentes ab impietate sua resipiscant. Laudique maximę datum est Valentiniano seniori quod ista clementiæ magnæ specimina ad Ampelium præfectum vrbis de indulgentia Vrsicini rescripserit. *Iure mansuetudinis nostræ sensibus vel diuinitus datum est, vel tranquillitati natura, ne enim delinquentium facinore legum seueritate certemus, ac spe emendationis futuræ mitiorem esse volumus correctionis iniuriam, quam prouocat meritum,* &c. Sed si hæc imperatoria regiaque lenitas ad extirpandos de peccatorum pectoribus errores nihil profecerit, vide quid in eodem rescripto imperator his verbis asserendo mandet ac iubeat. *Quod si quispiam ex memoratis sacrilega intentione statutum mansuetudinis nostræ transgrediendum putauerit, non iam vt Christianus, sed vt legum ac religionis ratione seclusus seueritatem publicæ animaduersionis agnoscat.* Salutem regni sui honorem sedis Apostolicæ S. Ludouicus esse credidit: ab obedientia sanctissimo Patri exhibitę suam populique sui prosperitatem diuturnitate venerabilem, diuinis affluentem benedictionibus scaturire & exundare iudicauit. Sicut contra impunitate contumeliarum conuitiorumque blasphemantium in ipsius Apostolicę sedis, sanctissimique Patris sacrosanctam dignitatem & honorem, maxima regna florentesque populis ac opibus Resp. conuelli, dilabi, penitusque confundi. Vnde quod semper religiosissime in vita præstitit, honorem, obedientiam, obsequiumque Ecclesiæ sanctissimæ, eiusque summo pastori deuotissimum, filio Philippo suæ hæredi Regiæ dominationis exhibendum, moriens Pia paternaque iussione mandauit. Omnesque blasphemias contra Deum, eius vicarium, immaculatam Ecclesiam, omnesque sanctos, cum omnibus impiorum hæreticorumque dogmatum contagionibus incorrupto persequeretur imperio, vltioneque meritoria cōfunderet. Vt temporalibus bonis à diuina benedictione profectis, se regnum suum subditosque cū magna securitate cumularet. Quem tu Ludouice Rex Christianissime meliorē ipso tuo atauo Rege super omnes Christianos principes religiosissimo ad imitandum tibi proponere posses? vt securitatem prosperitatis & diuinę benedictionis, à qua bona cuncta procedunt, in regno tuo plantes ac ędifices? Et ea cum diutius tu cum subditis tuis in hac vita, potitus fueris, optimè factorum splendoribus, heroicarumque virtutum, bonitatis varietate inter se amicè coniurantium, charitate Christiana, perfectionis vinculo in tuo pectore generose sociatarum operationibus, tanquam gradibus in æterna cælorum tabernacula gloriosissimè possis ascendere. Hac bonis via

[a] Ex Marcellino Anno 525.
[b] Idem Pelagius Epist. 4.

Narsetem concitat Pelagius vt rebelles schismaticosque Episcopos comprimat vt conuertantur.

[c] Epist. 3 Pelagij PP ad Narsetem ducem, quę est in tom. 1. Ep. Ro. Pontif.

Persequitur qui ad malum cogit: contra diligit qui malum punit, aut ne fiat impedit.

Castigatio regia ac sæcularis in rebelles peccatores Ecclesia iussa contemnentes species spiritualis eleemosyna.

[d] In Enchir. c 72 1 3.
[e] Cap. Et qui emendat dist. 45.

D. August. Ibi Magister l 4 sentent dist 15 c His respondetur.

Pars. Rex virtutibus & prosperitatibus in hac vita crescet post cum subditis æterna beatitudine fruiturus si sedis Apostolicæ patrisque sanctissimi defensorem contra omnes impios blasphemosque huius diuinæ auctoritatis hostes susceptas.

Mansuetudine principis peccatores leniter correcti plerumque facilius conuertuntur.

Valentiniani senioris rescriptum ad Ampelium præfectum vrbis Romæ sedante Episcop. Rom. Pontif.

Valentin. imp. Ibid.

Abstentes mansuetudine principis seuero puniri debent.

Pietas S. Ludouici in honorando S. sedem & Rom. Pontificem.

Ioannes historicus & Nangius in vita S. Ludouici.

A principibus itur ad astra, post temporalium bonorum fæcunditatem, vt imperatori Marciano. Qui primordia imperij sui à persecutione hæreticorum, aliorumque Ecclesiæ imperijq; Christiani pertubatorum, sicut ab honore maximo, & obedientia promptissima, quæ Rom. Pontifici tanquam Patri suo in spiritualibus sanctissimo magna humilitate pietateque largitus est. Quibus stabilem in imperio suo sæcularium bonorum fęlicitatem altissimis defixit radicibus, & æternam in cælis sibi peperit. Persecutionis in hæreticos, aliosque sedis Apostolicæ inimicos, testis est illa huius imperatoris constitutio, quam ipsis Calendis Augusti biduo vel triduo ab electione sua pius edidit imperator. *Eos*, inquit, *qui Catholicarum Ecclesiarum clerici vel orthodoxæ fidei Monachi relicto veræ orthodoxæ religionis cultu Apollinaris vel Eutychetis hæresim & dogmata abominanda secuti fuerint, omnibus pœnis, quæ superioribus legibus aduersus hæreticos constitutæ sunt, iubemus teneri, & extra ipsum solum Rom. imperij repelli, sicut de Manichæis præcedentium legum statuta sanxerunt.* [a] Hanc verò temporalis vitæ prosperitatem, æternæque in cælo beatitudinis consecutionem in summum Romano Pontifici exhibendo honorem, conseruando & augendo, eiusque sanctis ad Deum orationibus & precibus inclinatam recumbere, hunc credidisse semper, ac præ se tulisse, verba ipsa Epistolæ ipsius ad sanctum Leonem Papam manifestius ostendunt, quam vt aliqui cum iusta ratione dubitare possint. [b] *Ad hoc maximum imperium venimus Dei prouidentia, & electione senatus excellentissimi cunctaque militiæ: vnde pro reuerenda & Catholica religione Christianæ fidei, cuius auxilio virtutem nostræ potentiæ confidimus gubernari, tuam sanctitatem principatum in Episcopatu diuinæ fidei possidentem, sacris litteris in* C *principio iustum credimus alloquendam: inuitantes atque rogantes, vt pro firmitate statuque nostri imperij æternam diuinitatem tua sanctitas deprecetur. Vt tale propositum atque desiderium habeamus, quatenus omni impio errore sublato per celebrandam synodam te auctore maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholicæ fiat ab omni scelere pura & intemerata consistens.* Hunc profectò optimum imperatorem, sicut cęteros principes huic similes sanctæ Ecclesiæ pacis, sedis Apostolicę dignitatis, Romanique præsulis conseruandi principatus & honoris appetentes & auidos, quos tibi, Rex Christianissime, proposui imitatione colendos optatę fælicitatis bonorumque sæcularium & spiritualium, temporalium & æternorum spes minimè fefellit. [c] Nam si quondam Esaias propheta diuino afflatus Spiritu de Cyro Persarum Rege D futuro Iudaici populi liberatore, tametsi à vera Dei cognitione venerationeque peregrino ista prædixerit, *Hæc dicit Dominus Christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo, & gloriosos terræ humiliabo. Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros & arcana secretorum.* Hæc tanta si Ethnico principi propter morales virtutes, & quia futurus erat populi Iudaici à captiuitate Babylonica liberator fælicitatis tēporalis augmenta Deus conferre dignatus est, quantò plura principibus Catholica fide præter heroicas virtutes illustribus, non Iudæorum, sed Christiano-

Marcianus imperator imperij sui ab hæreticorum persecutione sumpsit exordium.
a L. vlt. Cod. de apostatis.
b Epist. Marciani imp. ad S. Leonem Papam, quæ est 1. Concil. ante Concilium Calchedonense.
Marcianus imperat pacem & fœlicitatem sui imperij diuina dari prouidentia, atque gubernari in precibus ad Deum S. Leonis credit consistere.
c Esai. 45.

A rum: non synogogæ, sed Ecclesiæ Euangelicæ, vnicæ Christi sponsę castissimæ: non templi Hierosolymitaoi, sed sedis Apostolicæ, non magni legis antiquę sacerdotis, sed vniuersalis Ecclesiæ Christianę principis, pastoris, summique Pontificis defensoribus, honoris, dignitatisque in Ecclesia supremæ vindicibus, protectoribus, adoratoribusque, Deum prosperitatis humanæ bona, fęlicitatis æternæ arrhabones & pignora & iam cumulatè profudisse, & postea daturum similia facturis, tibique inter alios tantorum principum virtutis ac pietatis æmulo largiturum affluenter, pio cuique credendum est? Interea dum tu sic bene viuendo regendoque sempiternę gloriæ coronam in cælo bene confidenterque præstolaris? Sed si perturbatores pacis publicæ, quia Ecclesiæ sāctæ blasphemos, si tuę maiestatis Chri- B stianissimæ contemptores, quia Apostolicæ sedis oppressores; si tui læsi honoris regij reos, quia sanctissimi Patris tui in spiritualibus Rom. Pontificis osores & contumeliosos impunè furere, grassarique, quod absit, conuitiando blasphemandoque patereris, ô plaga immedicabilis! ô vulnus exitiale! remedij impatiens te tuosque subditos, ni tantum Deus omen auertat, in æternum perdere, totumque à sedibus imis imperium demoliri sufficiens! Propterea seditionum turbines isti nisi ad cor sanamque mentem redire voluerint, puniantur à te, [d] *ne tu pro illis puniaris. Numquid melius est vt pereat vnus, quàm vt pereat vnitas?* [e] inquit sanctus Augustinus. [f] *Diuersarum religionum alibi, atque alibi diuersa pœna est, sed vbique aliqua*, dicebat moralis Philosophus. Nunquid clementiæ locum hîc C esse crederes, pro conseruando putrido membro totum corpus exitio mortis euidenti subiogare? [g] Nunquid melius Rom. orator consuluit? *Vre, seca, vt membrorum potius aliquod quam totum corpus intereat; præsertim* [h] *cum quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam*, dicebat optimus ille sæpius cum honore commemoratus à nobis Theodosius imperator. [i] *Cuius publici criminis patratores non modo bonorum omnium publicatione prosequi, eos amoueri ab omni liberalitate & successione quolibet titulo venientе: Præterea non donandi, non emendi, non vendendi, non postremò contrahendi cuiquam eorum conuictio facultatem relinqui. Denique in eorum mortem inquisitionem* decreuit *intendi.* Huius tu princeps Christianissime imperatoris, & aliorum, de quibus supra, religiosissimorum, pręcipuè verò maiorum, atauorumque tuorum Catholica sectare vestigia: viam vitæ illorum qua in beatas D cælorum insulas Deo fruituri immortaliter auolarunt, ingredere. Via hæc regia est defensio & obedientia sanctæ Matris Ecclesię & filialis Patris sanctissimi reuerentia. Hoc iter veritatis quo itur ad gloriam Deitatis fælicissimam. Age itaque Rex Christianissime: [k] Age serue Dei, age fili sanctæ Dei Ecclesię primogenite, tutam hanc atque certam cælos ascendendi regulam bonorum principum tritam vestigiis, opere, praxique disce. Regiam hanc veritatis pietatisque Christianæ viam immaculato obedientię calle constanter incede. Ne maleuolorum vocibus, verbisque in calumniando fraudulentis ab hac recta veritatis charitatisque via retrahi vsquam te patiaris: [l] *Quorum erronei gressus, acclinis collis*, vt cum sancto Epiphanio loquar, *adulterata*

Principes malefactores non punientes pro illis puniuntur à Deo.
d S. Cyprian. de vtilitate pœnitentiæ.
e D. Aug. Ep. 50.
f Seneca l. 3. de benefic. c. 6.
g Cicero 8. Philipp.
h L. 4. Cod. de hæretic.
i Verba sunt imperatoris in eadem lege 4. Manichæi.
k Inuitatio & vsurpatio verborum S. Epiphanij hæres. 59.
Oratur rex vt à sedis Apostolicæ, principisque Ecclesiastici obtrectatoribus blasphematoribus que abhorreat eorum detestando maledicta.
l S. Epiphan. Ibi.

intelligentiæ magna iactant & parua ignorant ; *libertatem promittunt, cum ipſi ſint ſerui peccati*: [a] *nullus prorſus accipiatur ſermo eorum, qui per fallaciam tuæ Maieſtati blandientes*, linguæ vitio, ſanctitati ſedis Apoſtolicæ, principatuique Rom. Pontificis furenter obſtrepunt, obſtrepenteſque non minus ſaluti animæ tuæ, quam tui regni proſperitatibus inſidiantur. Et dum te noſque obſequētiſſimos tuæ Maieſtatis ſubditos, vt à religioſiſſimo huius ſanctiſſimi patris obſequio, ſi poſſint, auertant, alienis à Chriſti Domini doctrina, impiiſque adoriuntur dogmatis: viam veritatis rectæque fidei regiam relinquentes, in profunda mendacij, impietatis, rebellionis, blaſphemiæque barathra funeſtiſſimè reuoluuntur. Vſque adeò miſerum eſt vicarij Chriſti Domini atque patris fidelium regum ac populorum ſpiritualis famam candoremque ſanctitatis maledictis opprimere! Quos maledicendi morbo furentes liceat S. Auguſtini verbis affari. [b] *Mira ſunt quæ dicitis, noua ſunt, falſa ſunt. Mira*, ſcilicet atrocia, *ſtupemus, noua cauemus falſa conuincimus*. Atque quod ſceleſtius eſt principis Chriſtianiſſimi patientia atque clementia impudenter abutentes. [c] *Contra Chriſtum ſignum Chriſti portatis, & de ipſo Euangelio contra Euangelium Eccleſiamque gloriamini*. Siccine religioſiſſimi regis auribus inſidiari? Siccine Chriſtianiſſimæ Maieſtati impune ſemper illudere licuerit? At boni ſubditi: tui verè Catholici, typici Iſraëlitæ: *filiique Abrahæ ſecundum ſpiritum*, tecum viam Chriſtianæ obedientiæ pietatiſque gradentur, donec huius vitæ terminos tranſierint. Tuque ductor illorum cū longo temporis interuallo in hac vita eos per ſemitas iuſtitiæ atque veræ religionis in via mandatorum Dei deduxeris, vt alter credentium pater Abraham pergens de virtute in virtutem, ſemper vadens, & vltra progrediens vſque ad meridiem ardore charitatis Chriſtianæ æſtuantem, meritorio prouentu peruenies. In quo perfectionis ſtatu, dabit tibi Dominus pro defenſione ſuæ gloriæ, pro Eccleſiæ vicariique honore tuendo fouendoque.

Compoſitum ius faſque animi ſanctoſque receſſus
Mentis, & incoctum generoſo pectus honeſto.

Vt ſit vita tua [d] *Quaſi lux ſplendens quæ procedat & creſcat vſque ad perfectum diem*, conſequentis æui. In quo duplici tuæ coronæ tertiam gloriæ ſempiternæ pro tuarum heroicarum virtutum Chriſtianiſſimarumque præmio Chriſtus Dominus rex Regum & Dominus dominantium refulgentibus affluentem bonorum omnium margaritis, lapidibuſque pretioſis, vt miſericorditer, ſic & abundanter adiunget.

[a] Imitatio S. Cyrilli Alexand. initio lib. 1. dialog. cum Hiere.

[b] S. Auguſt. l. 3. contra Iulianum Pelagian.

[c] Idem epiſt. 62.

Num 21 v. 22

Geneſ. 12.

[d] Prou c. 4.



SECVNDÆ PARTIS

LIBER SEPTIMVS.

QVI TOTVS IN EXPOSTVLATIONE & lamentatione consistit, contra schismaticos nouatoribus in Catholicæ religionis interitum fœderatos; & contra ipsos præcipuè nouatores Lutheranos, & Caluinistas verè propter scelera multa Antichristi veri præcursores, illius mysterium iniquitatis enormiter operantes.

CAPVT I.

Perniciosum valdè & indignum est sub sancto nomine, Dei, eius Ecclesiæ, regnorumque fidelium hostibus, iniquo prauarum opinionum consensu sociari.

1. *Quam impium atque luctuosum Catholici nomine gloriari, Ecclesiaeque filiorum, & sub huius vmbra sanctissimi nominis per sceleratum cum hæreticis consortium sancta membrorum Ecclesiæ vnitatis cum capite visibili ruinam interitumque moliri.*

2. *A qua impietate, vt ipsi schismatici rebellesque sedis Apostolicæ consideratis enormibus hæreticorũ blasphemiis atque flagitiis auertantur, Christiana charitate rogantur.*



SATIS opportunum idoneumque videbatur, partem operis suscepti secundam in exhortatione deprecationeque ad regem Christianissimum, contra tam nefarios vtriusq; Maiestatis Ecclesiasticæ sæcularisque læsæ reos ac perduelles optato fine conquiescere: neque vltra librum sextum ipsiusque materias valde copiosas extendere. Nisi expostulatio simul atque lamentatio iusta grauiterque luctuosa bonorum veréque Catholicorum, alterius libri septimi, nempe seriem confectionemque legitimam, meritò à nobis efflagitauissent. In quibus exprimendis atque repræsentandis præsentis libri tenor, sicut in exultatione bonorum pro defensa vindicataque Ecclesiæ libertate; Romanique Pontificis Monarchica dignitate, octaui libri discursus occupabuntur; vt huic secundæ generalis operis parti extremum tan-

A dem fastigium, solidius atque copiosius singula rerum materiarumque pondera, locum suum in his tractatibus sortita decenter, imponant. Atque vt à principio iustæ querelæ ordiamur: cui potest esse obscurum, impium illud esse maximè, luctuosumq; grauissimè ingentibus plenũ dignumque lachrymis, Ecclesiæ sanctæ viscera charissimæ matris ab ingratis filiis dilaniari, disrumpi, lacerari; patrisque sanctissimi honorem & imperium contemni, prostitui, funestari? Ab his inquam filiis, heu! nimium rebellibus & ingratis, qui sub Catholici nomine de societate fidelium gloriantes, fœdere cum prauis hæreticorum opinionibus iniquo sociati, vtriusque patris & ma-

B tris spiritualis interitum funusque rebellando moliuntur. O Catholica pectora, si diis placet! Hoccine est patris æterni saluatoris animarũ mãdata sequi? [a] *Qui vos audit, me audit: qui vos spernit me spernit.* Hoccine veri Christiani animum induere? Hoccine charitate perfectionis vinculo colligatos, pacis, fidei, societatisque vnitatem Catholicæ seruare? An non potius Marcionis quondam virginitatis ac fidei veræ professoris, sed postea vtriusque eiuratoris, & contra patrem sanctissimum Ponti Episcopum Ecclesiamque matrem rebellione furentis improbitatem sectari, atque cum illo impia ista minando vociferari? [b] *Ego findam Ecclesiam vestram, & mittam fissuram in ipsa in æternum.* Quantum scelus sub vmbra sancti nominis, insidias Dei religioni struere, & ad interitum Christianæ salutis impio infidelitatis, hæreseosque monstro suppetiari? Quantum hoc tertius immaniusque scelus illorum flagitio iurisconsultorum, de quorum crudelitate præsertim Domitii Vlpiani Lactantius lugubrè queritabatur, quod illa tumidi isti Christianę religionis osores infideles populos sola Catholica fide beatos mirũ in modũ sub specie iustitiæ desæuirent. Quin etiam sceleratissimi homicidæ. *Contra pios impia iura condiderunt*, inquit fa-

C

a S. Lucæ c. 10.

Schisma rebellium Rom. Pontifici Marcionis schismata non inferius.

b S. Epiphan. hæresi 42. de Marcione

A cundus ille Chriſtianus poſt recenſitas diras Chriſtianis in odium Chriſtianæ religionis illatas vexationes. [a] *Nam & conſtitutiones ſacrilegæ & diſputationes iuriſperitorum leguntur iniuſtæ. Domitius*, ſcilicet Vlpianus, *de officio proconſulis lib. 7.* [b] *reſcripta principum nefaria collegit, vt doceret quibus pœnis affici oporteret eos qui ſe cultores Dei confiterentur.* Quid his facias? Ius quivocãt carnificinã veterum tyrannorum aduerſus innocentes rabidè ſæuientium, & cùm ſint iniuſtitiæ crudelitatiſque doctores, iuſtos eſſe ſe tamen ac prudentes videri volunt, cæci & hebetes, ſacræ veritatis ignari. *Adeo ne vobis ô perditæ mentes, iniuſta iuſtitia, vt eam ſummis ſceleribus adæquetis? Adeò ne vobis apud vos perit innocentia, vt ne morte quidem ſimplici dignam iudicetis, ſed ſupra omnia facinora habeatur, nullum facinus admittere, pectuſque purum ab omni ſceleris contagione præſtare.* Quid

a Lactant. l. 5. c. 11. & 12. Crudelitas antiquorum iuriſconſultorum vt Vlpiani in Christianos.

b Vlpian. l. 7. de officio proconſulis.

Lactant. ibid.

B non grauius & iuſtius ſchiſmaticis iſtis ſedis Apoſtolicæ, huiuſque ſanctiſſimi præſulis oſoribus rebellibuſque, quam infidelibus illis iuriſprudentiæ Magiſtris iraſcamur, cum majus iſtorum quam horum ſcelus & crimen eſſe conſtet? Etenim hi paganicæ infidelitatis ſuperſtitioniſque profeſſores aperti deorum ſuorum, dæmonum nempe cultum contra omnes ab omni interitu, erroribus imperitiaque veræ pietatis eluſi, vindicare nitebantur: iſti pietatis Chriſtianæ exterius aſſertores, interius oppreſſores, Eccleſiæ ſanctæ, quam verbo tenus matrem vocitant, viſceribus inſultant & funeribus inhiant. Hi pagani & infideles alieni à Chriſti religione paganorum, Ethnicorumque ſuperſtitionem contra veros ac Dei cultores impigrè grauiterque tuebantur: iſti foris Catholici, hæreticis impietatibus contra

Schiſmatici hæreticis ſceleſtiores opprimentes Eccleſiam Dei ac eius vicarium Rom. Pontificem peiores ſunt paganis iuriſconſultis Chriſtianos perſequentibus.

C ſacras Eccleſiæ leges ſtatutaque Apoſtolica malitioſè ſuffragantur. Hi pro ſynagoga dæmonum ſtabant, quos illorum cæci fraudibus Deos ſuæ ſalutis procuratores arbitrabantur: iſti hæreticorum fœderibus inquinati contra thronum Dei ſedem Apoſtolicam, arcam Chriſtiani fœderis, omnium Eccleſiarum Catholicarum Reginam audaciſſimè digladiantur. Hi Chriſtianos tanquã ſuæ ſuperſtitioni inimicos & hoſtes perſecutionibus agitabant: iſti Chriſtianorum parentem viſibile Eccleſiæ caput ac principem, Chriſti Domini vicarium in honore, fama, gloria ac principatu ad hæreticorum vota conuitiis, ſycophantiis, contemptu, rebellionibuſque concutere atque vexare non ceſſant. O paſſio crudelis! Patrem Matremque ſanctiſſimos lædere, vt eorum inimicis perduellibuſque blandiaris! *Etenim* [c] *ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique*, ait Dominus: ſed dolorem perſecutionis

Comparationes inter Ethnicos Eccleſiæ oppreſſores ac perſonas ſchiſmaticos perſecutores fraudulentos & occultos.

c Pſal. 54. v. 13. 14.

D auget, quod, *Qui dulces in domo Dei capiebat cibos, magnificauit ſuper eum ſupplantationem*, ſcilicet ſuper Chriſtum eius Romanum Pontificem. Quàm hac occaſione occultè tibi inſultantium, ſanctiſſima Mater, illud propheticum in dolore tuo potes occinere! [d] *In pace mea amaritudo amariſſima*, [e] *Amara in morte martyrum, amarior in conflictu hæreticorum*, ſed profectò, *in falſis fratribus*, id eſt ſchiſmaticis, occultiſque religionis hoſtibus, *Exiſtit amariſſima.* [f] *Quis luctus idoneus? quis planctus celſior*, vt cum D. Auguſtino loquar, *inueniri poteſt?* Quando ſic malorum Catholicorum ira & liuor in thronum honoris & gloriæ Dei in terris, atque Maieſtatis Eccleſiaſticæ culmen exarſit, vt cum morte fœdus inire,

d Eſai. 38

e S. Bernard. ſer. 77. in Cantic.

f S. Auguſt. ſer. de tempor. 5.

A cum hæreticorum erroribus paciſci, & impiis eorum conatibus ſuas iungere dextras non exhorruerint: modò patris ſanctiſſimi, Eccleſiaſtici Monarchæ decus, auctoritatem, famam, principatumque ſanctiſſimum non leuiter alterare, deprimere, atque labefactare poſſent? Modo ſit in illius auguſtiſſimi ac hierarchici principis honore, quod rapiant, quod auferant, quod inficiãt; nihil ſibi ad votorum complementa defuturum arbitrantur? De quibus mihi iure verbis [g] S. Bernardi liceat expoſtulare, quibus Romanos ciues, quod ab obedientia Eugenij Papæ ſeditioſorum iniqua perſuaſione quorundam defeciſſent, magnopere reprehendendo criminabatur. *Cur Regem terræ, cur Dominum cœli furore tam intolerabili quàm irrationabili in vos pariter prouocatis, dum ſacram & Apoſtolicam ſedem diuinis regalibuſque*

g S. Bernard. epiſt. 242. ad Romanos quando diſceſſeruot a Domino Papa Eugenio 3. Contra rebelles ſchiſmaticos Rom. Pontificis ſuo honore & imperio ſpoliare molientes grauis ac pathetica querela ex verbis S. Bernardi.

B *priuilegijs ſingulariter ſublimatam auſu ſacrilego inceſſere, ſuoque minuere honore contenditis, quam vel ſoli contra omnes, ſi oportuiſſet, defendere debuiſtis? Sic fatui Romani*, Galli ſchiſmatici, *non iudicantes neque quod honeſtum eſt diſcernentes caput veſtrum atque omnium, quod in vobis eſt deturpatis? pro quo magis nec veſtris ipſis ceruicibus parcendum à vobis foret, ſi neceſſitas exegiſſet? Patres veſtri vrbi orbem ſubiugauerunt: vos vrbẽ properatis orbi facere fabulam.* Similia dicam Gallis ſchiſmaticis; Reges veſtri Romanæ Eccleſiæ omnium fidelium matri tot gentes immites, infideles, & barbaras; tot Chriſtianorum tyrannos Chriſtiana fortitudine ſubiugarunt; vos rebellione veſtra in ſanctiſſimum Eccleſiæ hierarcham Galliam properatis orbi facere fabulam? *En Petri hæres, Petri ſede & vrbe & honore à vobis expulſus eſt: En rebus & domibus ſuis veſtris manibus ſicut quondam Romano-*

S. Bern. Ibid.

C *rum ſi non facto, ſaltem voto ſpoliati ſunt Cardinales atque Epiſcopi miniſtri Domini. O popule ſtulte & inſipiens!* [h] *O columba ſeducta non habens cor! Nonne ille caput, & illi*, ſcilicet Cardinales, *Oculi tui erant? Quid ergo Roma*, & tu Gallia in ſpiritualibus, *Niſi ſine capite truncum corpus, ſine oculis frons effoſſa, facies tenebroſa? Aperi gens miſera*, congregatio ſchiſmaticorum, *aperi oculos & vide deſolationem tuam, iam iamque imminentem.* Væ genti peccatrici, populo graui ſceleribus, in cuius ſinu hæc ſchiſmatum rebellionumque in patrem fidelium monſtra fouentur. Miſera tu Gallia, quæ hæc in tuis viſceribus graſſari impune conniuendo oſcitandoque tamdiu ſuſtines. Omnes in te tuoſque redundant ex illo ſchiſmatum fonte dolores. Quæ tot annos his hæreſeonque monſtris caruiſti: nunc tuis ſordidata ſceleribus, poſtquam immane illud & horrendum hæreſeos monſtrum cum dæmonibus peccando fornicata peperiſti;

h Oſeæ c. 7.

D illud hoc ſchiſmatum rebellionumque contra ſedem Apoſtolicam, arcam fœderis Chriſtiani, aram propitiationis æternæ germine foues, furentibuſque bacchantibus impunè corroboras. Sic perniciofo inſtamus operi, Dei beneficiorum priſcorum immemores, *cæcique furore: Et monſtrum infœlix ſacrata ſiſtimus arce.* Quæ cæcitas furorque malitiæ adeò obſtinatorum, ſediſque inimicorum Apoſtolicæ mentes peruaſit, animoſque faſcinauit? Vt mala omnia ſub quorum pondere tamdiu Gallia oppreſſa gemit, quæ iuſta Dei indignatio de alto iaculari non ceſſat, non à ſuis ſceleribus, non ab hæreſeon furiis, ſed à iuſtis ſacriſque honoribus ſuo iudicio corrupto immeritis, quos pia Catholicorum corona ſanctiſſimo

Magna ſchiſmaticorum cœcitas miſeriae Galliæ non ab hæreſibus ſuiſque peccatis, ſed ab honore venerationeque SS patrono hiberſolitis redundare querentium.

pastori Christi Domini vicario exhibere ac religiosè immolare solet, exundare atque scaturire iniuriosissime conquerantur? Nunquid phrenesis hæc talia credentiũ & vociferantiũ, furore atque dementia impiorum paganorum reputanda est inferior? Quorum obstinata mens obducto iniquitatis callo tantùm abest, vt culpas agnosceret, propter quas tempore S. Cypriani calamitates conglomeratæ orbi vniuerso mortem ingruentes intentabant: quin potius eas omnes Christianæ aduentu religionis acceptas malitiosissimè referret. Hinc illa S. Cypriani contra Demetrianum Africæ proconsulem querela, hæc inter alia ad illum in Apologetica oratione scribentis. [a] *Oblatrantem te, & aduersus Deum qui vnus & verus est ore sacrilego & verbis impiis obstrepentem frequenter Demetriane contempseram, verecundius ac melius existimans errantis imperitiam silentio spernere, quam loquendo dementis insaniam prouocare.* Et post aliqua, hoc subiunxit. [b] *Sed cum dicas plurimas conqueri quod bella crebrius surgant, quod lues, quod fames sæuiant; quod imbres & pluuias serena longa suspendant nobis*, scilicet Christianis, *imputari: tacere vltra non oportet, ne iam non verecundiæ, sed diffidentiæ esse incipiat quod tacemus: & dum criminationes falsas contemnimus refutare, videamur crimen agnoscere &c.* Talis est hæreticorum schismaticorumque dementia, non suæ apostasiæ, rebellioni, sceleribus vitæ, turbulentos Gallicarum calamitatum motus, publicorumque malorum iactationes, sed obedientiæ catholicorum, & honori summo fraudulenter imputant: quem ex præcepto Christi in Monarcham Ecclesiæ religiosissime transfundunt. Et sic dum ab improbis impunè Dei vicarius negligitur, salus religionis periclitatur, dumque à capite visibili sponsæ Christi honor præcipuus auellitur, ipsa castissima Christi sponsa blasphemiis prostituta funestissimè dilaceratur. O contumelia sic facta Ecclesiæ Dei sceleratior, prostitutione [c] Leuitæ vxoris. Hac siquidem Beniamitæ scortatores non marito necem intentabant, sed solum illius adulterando turpiter vxorem suas exsaturare libidines ardentius optabant. At dum capitis Ecclesiæ visibilis honor & maiestas Christi Domini beneficio sublimiter sanctificata, schismatica hæreticorum sociata blasphemiis fœditate conspurcatur, immaculatum Christi Domini corpus quod est Ecclesia, omni honoris, spiritus, sanguinis virginei, puritatis, innoxiæ vitæ vigore succoque spoliatur. Vt iustius quam prophetæ nobis lamentari liceat; [d] *Et egressus à filia Sion omnis decor eius:* [e] *Obscuratum est aurum, mutatus est color optimus*, honoris & vitæ, *facta est* non *quasi vidua*, sed mortua, [f] *Domina gentium, princeps prouinciarum*, Christiano circo conclusarum. Quid enim interest inter acephalam Ecclesiam & nullam? Quid inter sponsam Christi suo capite visibili rectoreque destitutam, & mortuam? Quid porrò inter caput Ecclesiæ visibile Christique Domini vicarium sublimitate principatus, dignitatisque Monarchicæ carentem, & inane potestatis nomen principemque imperii viribus vitaque defunctum? Hoc funere contumelioso, quo schismaticorũ rebelliones, lædoriæ, iniuriæ, sales contumeliosi, iunctæ cum hæreticis sceleratè, vires & odia, spirituali omnium Catholicorum pastori, visibili Ecclesiæ capiti, quotidie parentari conantur, quanto grauior Catholicorum

Schismatici gentilibus similes vel in obstinatione peiores.

a S. Cyprian. ad Demetrianum Africæ proconsulẽ.

b Ibidem.

Comparatio schismaticorum caput Ecclesiæ visibile contumeliosis rebellionibus prostituentium cum Beniamitis vxoris Leuitæ constupratoribus.

c Iudic. 19.

d Thre. 1. v. 6

e Cap 4. v. 1.

f Cap. 1. v. 1.

Capite visibili ecclesia orba sponsa Ecclesia.

A plaga, quam Leuitarum in illius Leuitæ prostitutione mulieris? Nam vt S. Athanasij verbis vtar. *Tunc vna mulier iniuriam passa est, & non nisi vnus leuita erat, ad quem vis illa referebatur. Nunc verò vniuersa Ecclesia iniuriâ affecta est*, eius scilicet capite visibili tam superba rebellione conculcato, *& sacrarium*, nempe sedes Apostolica, *contumeliosè habitum. Et quod majus est, pietas ab impietate persecutionem perpetitur. Tunc singulæ tribus singulis partibus mulieris visis attonitæ constitere, stupentes, nataque ferebantur.* At nunc in Christiana societate & imperio, huius sacrosancti capitis visibilis oppressione, totius Ecclesiæ membra diuulsa sunt. Verùm quî potest istorum membrorum à se inuicem, & à capite ipso diuulsio atque distractio, sine totius corporis morte fieri?

B Hæc tot tantaque malorum portenta vniuerso Christianorum cætui his in sacrosanctum visibile Ecclesiæ sanctæ caput rebellionibus ingruẽtia altius profundiusque multò considerans, quid non euitar atque contendam? Vt efficaci persuasione deceptos rebelles, malè cum salutis propriæ periculo in sedem Apostolicam principemque Ecclesiasticæ congregationis animatos commoueam? Quò contraria præteritis malis opera facientes, omnia hæreticorum aliorumque Ecclesiæ hostium fœdera, pacta, conuenta resipiscendo detestentur, Ecclesiamque sanctissimam cum capite rectoreque suo, omni ope, studio, obsequio, labore defendant, honoreque prosequantur. [g] *Obsecro igitur vos*, lubet enim S. Patris Athanasij vos verbis affari, *vt animos vestros commoueat rerum indignitas, quasi non nos tantummodo*, scilicet Catholici veri Pontificiæ dignitatis obseruatores atque cultores, *sed ipsi quoque*, vos qui Catholici nomine, atque vtinam facto gloriamini, C *iniuriam accepissetis; quo quisque vt læsus opẽ in commune conferat.* Vos enim inobedientia rebellioneque vestra, sedis Apostolicæ Romanique Pontificis iussa contemnendo, scitote famam salutemque vestram non leuiter vulnerauisse. *Ne paulatim Ecclesiastici canones & Ecclesiæ fides corrumpantur.* Quæ ambo in periculum veniunt nisi vos per Dei gratiam pœnitentia, veraque conuersione quàm celerrimè delicta vestra, ausaque rebellia castigetis: & sic Ecclesiæ sanctę eiusque rectoris summi honorem & gloriam in tutum tranquillitatis portum, à quo diri hæreticarum schismaticarumque prauitatum flatus auulserant cum bonis omnibus reducere nitamini. Quid Theologorum vertex Augustinus dixerit attendite. [h] *Non personæ in prælatura esse attendendam corruptionem, sed dignitatis puritatem & excellentiam animo retentam honore magno, reuerentiaque suscipiendam.* D *Quantò maiore reuerentia ea dignitas in summo potestatis principatusque vertice collocata, & sanctitati adunata personæ decoranda venit? De præpositis malis*, inquit eximius Doctor, *securam fecit Dominus plebem suam, ne propter illos doctrinæ salutaris cathedra deseratur, in qua coguntur etiam mali bona dicere: Neque enim sua sunt quæ dicunt, sed Dei qui in cathedra vnitatis doctrinam posuit veritatis: Etiamsi in illum ordinem Episcoporum*, [i] inquit alibi S. Pater, *qui ducitur ab ipso Petro vsque ad Anastasium*; dicamus nos, vsque ad Gregorium 15. *Qui nunc eandem cathedram sedet, quispiam traditor*, scilicet iniquus, *per illa tempora subrepsisset, nihil præiudicaret Ecclesiæ & innocentibus Christianis, quibus Dominus prouidens ait de malis*

Grauior plaga catholicorum ex honore pontificis prostituta, quam Leuitarum ex constuprata muliere Leuita.

S. Athanas. epist. ad orthodox.

2 Pars. Exhortatio ad rebelles schismaticos & sedis contemptores Apostolicæ vt respuant fœdera omnesque impias hæreticorum opiniones execrando.

g S. Athanas. epist. ad orthodox.

Propter dignitatem persona etiam polluta virtus honoranda, quantò magis virtute prædita, sceleribusque pura.

h S. August. Epist. 166.

i D. August. epist. 165.

præpoſitis: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt nolite facere. Sed cum ſummo principatui, ſublimitatique poteſtatis Pontificiæ, innocentiam vitæ, ſanctitatem, caſtitatem, ſapientiam, charitatem, aliarumque præſtantiſſimarum virtutum cumulum, hoc maximè tempore in beatiſſimo fidelium omnium patre ac principe vniuerſalis Eccleſiæ Monarchico, felici mortis cum vita cõmutatione nuper à terris egreſſo Paulo 5. ſicut nũc in Gregorio 15. eius ſucceſſore copulari ſociarique videamus: quæ cauſa tantorum motuum, turbulentorumque ſeditionis rebellioniſque turbinum tenebriones quoſdam, ſuis errorum arietibus, in ſacroſanctam Pontificis Rom. Eccleſiæ vniuerſalis hierarchæ Maieſtatem, niſi ſua ipſorum malitia, liuor impietaſque potuit impellere? Vt tantò bonorum omnium iudicio ac execratione miſeriores ſint, quantò Patri ſanctiſſimo eiuſque ſacratiſſimæ cathedræ inimicando ſibi videntur beatiores? Aperite oculos in horribilibus nefandiſque ſceleribus eorũ hæreſiarcharum diaboli ſatellitũ, quos in multis ad opprimendã, violãdãq; reuerentiã, obedientiã & gloriã ſũmo Chriſtianorũ præſuli debitã ſectari videmini. Iſti ſunt errorum rebellionũque veſtrarũ Patriarchæ, vel potius animarum veſtrarum carnifices tortoreſque, niſi vocem Dei, ſanctæque Eccleſiæ matris audientes, veſtræ ſaluti præcaueritis, Lutherus, Caluinus, Beza, cæterique diaboli miniſtri, Antichriſti præcurſores, ac prædicatores. Quorum furias infernales in maledicendo, mentiendo, calumniando, blaſphemandoque contra S. Petri cathedram, (ad quam nulla vnquam impietas, læſioque fidei potuit accedere) eiuſque in ea ſedentes ſucceſſores Rom. Pontifices libro ſuperiore breuius quam res tam indigna ſceleratáque dici valuit, expreſſimus. Audite rurſus execrabiles Lutheri minas atque blaſphemias præter ſupradictas, quas contra S. Patrem inſaniendo debacchabatur.[a] *Tu peſtis eram viuendo, ô Papa, ſed moriendo ero mors tua:* Quem non puduit profiteri, ſchiſma, ſuæque impietatis portentum, *non propter Deum incepiſſe, nec propter Deum finiturum.* Annon poteſtis ad horribilia hæc ipſius verba non obſtupeſcere? *Omnibus viribus, conatibuſque hanc pietatis,* ſcilicet hæreſeos ſceleratæ, *doctrinam defendemus. Offendat ſiue cælum, ſiue Tartarum:* Quæ prodigioſa contradictio appellare doctrinam pietatis, quæ cælum poſſit offendere? Et cum hoc pietatis nomine, ſuam reuera apoſtaſiam, enormemque hæreſeos nefandiſſimæ monſtrum intelligat, qui poteſt eo tartarus offendi? Vos quidem exanimare atque interimere præ dolore & iuſta indignatione deberent, ſi quis religionis veræ ſuper animi veſtri pectus halitus erret, hæ huius Apoſtatæ contra S. Chriſti Domini vicarium. Blaſphemæ voces (ne dictas ſupra repetã)[b] *Deus dedit nobis decimatæ Rom. Turca crudeliores magiſq; ſanguinarios,* Romanos Põtifices intelligẽs, *qui nos contra Turcas armare volunt, ipſis meliores: & qui habet aures audiendi audiat; abſtineatque à bello contra Turcam, quo vſque Papæ nomen fuerit ſub cælo penitus extinctum.* Alibi inſanias diabolicas contra hunc S. paſtorem iterando exaſperans, euomuit iſta:[c] *Regnum Papæ & ſectatorum eius Turcarum imperio ſceleratius eſt.* Quid non blaſphemiarum Caluinus cum ſuæ impietatis ſigna portantibus in Chriſtianam religionem, Eccleſiæque Catholicæ ſacroſancta myſteria, ipſum denique Chriſtum in odium Papæ debacchatus eſt? Nonne Euangelii Chriſti Domini veritatem ſuarum corruptionum, mendaciorum, falſarumque expoſitionum adulterio fœdauit? Nonne œcumenica ſanctæ Eccleſiæ Concilia firmamenta veritatis, dæmonum conciliabula calumniando vocauit? Nonne omnes SS. Patres, doctoreſque ſanctitate, doctrinaque admirabili clariſſimos, tanquam fatuos, inſanos, imperitos, anilium fabularum cultores ſugillando damnauit? Nunquid omnes principes ac populos Chriſtianos, præcipuè Regem Chriſtianiſſimum, catholica religione auguſtiſſimos, apoſtaſiæ atque idololatriæ fœditate & horrore ab obſequio ſeruitioque Chriſti, in execranda Antichriſti mãcipia, ſcortaque degeneraſſe; ipſumque ſanctæ crucis ſignum ipſius hominis peccati, eſſe characterem conuitiando conteſtatus eſt? Nonne Eccleſiæ ſacramenta gratiam ex opere operato mentibus inſtillantia à Chriſto Domino ſolo inſtituta, falſitatis, fatuitatis, impietatis inſimulauit? Nonne vniuerſam ſponſæ Chriſti caſtiſſimæ ruga, omnique macula carentis Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ & Romanæ doctrinam falſam, erroneam, Sataniçamque ex diſſipatis atque graue-olentibus inferni ciſternis atque paludibus impuris exhauſtam ſepius blaſphemando criminatus eſt? Et vt omnia illius blaſphemiarum prodigia vno verbo complectar, nonne ſaluatorem noſtrum Dominum gloriæ, omnium gratiarum fontem, *In quo omnes theſauri ſcientiæ & ſapientiæ Dei ſunt abſconditi*, in diabolum transformauit? O blaſphemia nulli ſecunda! Quid eſt enim aliud dicere catholicos magna cum religione, deuotioneque Chriſtum Dominum in ſacroſancto altaris ſacramento adorantes, nihil aliud quam ipſum diabolum enormiter adorare; quam ipſum Dominum gloriæ Ieſum Chriſtum eſſe diabolum. Quid[d] Molinæus Gallus? Quid[e] Napeirus Scotus genimina viperarum, Lutheri, Caluinique nepotes? Nonne ſacra bella glorioſa Chriſtianorum, præcipuè verò Chriſtianiſſimorum regum certamina, quæ impulſore hortatoreque Rom. Pontifice tot annos contra Saracenos pro terra ſancta fideque Chriſtiana geſſerunt, luctationes dæmonum, Antichriſtique prælia contumelioſiſſimè vocauerunt? Audite impias blaſphemantium voces: *Exercitus Gog & Magog, quos diabolus ducit ac impellit ad bellum, exercitus ſunt Papiſtarum atque Turcarum, qui ſe mutuis conflictibus pugniſque tempore ſexta tuba cruentarunt.* Subiunxit mercedem præmiumque his Chriſtianis heroibus deſtinatum, æternitatem nempe tormentorum gehennæ, infernique pro tot tantiſque laboribus, atque ſudoribus: quos ipſi principes verè Chriſtiani pro defenſione religionis Eccleſiæq. Chriſtianæ contra iſtos diaboli exercitus cũ proprij effuſione ſanguinis exãtlarũt. *Hos,*[f] inquit, *quia diabolus excitauit ad pugnam deſcendent omnes illi,* ſcilicet Catholici principes ac heroes, *Cum diabolo in infernum perpetuos ſubituri cruciatus.* De Pleſſæo quid dicam? Nulla aut multa, ſed ſatius nulla quam multa dicere: Etenim permagni atque ſuperflui laboris eſſet: Cum de illius ſcriptis execrandis mendaciorum, conuitiorum, læſioriarum, maledictorum, falſificationum, ſcommatum, iniuriarum blaſphemiarumque fœtore putrefactis, ac ſacrilega fœdatis turpitudine, tam multa, eaque pro veritate contra mendacii por-

Laus Pauli 5. & Greg. 15.

[a] Luther. in diſputatione Lipſica. *Lutheri tumentis odiis & furiis horribiles minæ atq; blaſphemiæ contra S. Patrem ac ſedem Apoſtolicam.*

[b] Roffenſis artic. 34. *Luther. to. 2. de bulla Leonis 10. & in aſſert. articul.*

[c] Luther. de votis.

Caluini & eius ſectatorum execrabiles blaſphemiæ in vniuerſam religionem Chriſtianam odio Papæ.

Coloſ. v. 2.

Caluinus Chriſtum in diabolum transformat.

[d] Molinæus in præfatione prophetiarum.

[e] Napeirus Scotus propoſit. 33.

Verba blaſphema Napeiri.

[f] Idem Napeirus ibid.

Cur de mendaciis, impoſturis, falſificationibus Mornæi nil dicendum putet auctor.

tenta fœditatesque solidissima, doctissimi, religiosissimique viri Theologi ad eorum funditus destructionem, æternamque scriptoris blasphemi confusionem, ignominiamque dixerint. Vt si conscientiam habuisset ab impietate sua permagna tactus intrinsecus contritionis amaritudine resipiscere; aut si cor, cum oon animum conversionis, coram Rege Christianissimo confusus, quia conuictus erroribus, præ dolore atque desperatione expirare, vitaque cedere misera debuisset. Sed in obstinato abyssus cõfusionis abyssum superbiæ & confidentiæ maioris inuocauit, in voce blasphemiarum multarum; vt iacturam nominis & famæ quam fecerat in funestissima operis contra sacrosanctum Myssæ mysterium nefandissimi defensione: alterius monstrosi partus verè pro scriptoris impietate mysterij iniquitatis appellati prostitutione magis quam editione resarcire niteretur. Quod iniquitatis opus vndique imposturas, dolos, mendacia, iniurias blasphemiasque spirans fœtidè, si sicut aliud cõtra tremenda Missæ sacratissimæ mysteria euomitum coram Rege Christianissimo, regnique proceribus præsens ipse publicæ concertationi examinique non scripto sed verbo pro legitimo veritatis partu subicere voluisset; sine dubio non minorem infamiam, ignominiamqoe ex hoc quã ex illo cum æterna imposturæ nota, calumniandique macula retulisset. Se namque erroribus, falsificationibus, imposturis, pseudologiis, mendaciis, blasphemiisque à me notatis ab illostribus doctrina pietateque singulari facultatis oostræ doctoribus & aliis eruditissimis religiosissimisque Theologis vtroque idiomate verissimè sicut elegantissimè prælo mandatis supra noogentorum numerum, tanquam spiculis, telisque maledicentiæ veneno tinctis obrui coofodique persensisset. Isti sunt calumniantium pseudologorum, irrisorum, blasphemantium ductores exercitus, quos in oppressione Pontificiæ reuerentiæ in campum erroris atque rebellionis egressi sectamini. Isti sunt qui dum vos in suæ coniurationis & apostasiæ consortium simulata pietate recta fraudibus impellere moliuntur, in palladium Christianæ religionis arcam noui testamenti, sedem Apostolicam, & in illa diuino iure sedentem diuinaque salotaris doctrinæ cælestisque ex ea fundentem oracula Rom. Pontificem viui & mortui verbis scriptisque enormibus insaniendo debacchantur. Isti sunt qoi plenis ac crepanoibus buccis in hunc S. Patrem omne sceleratæ mentis virus exonerant. Isti sunt qui salutem vestram cum sua perpetui gurgite interitus obruere atque demergere machinantes in hunc militantis Ecclesiæ Monarcham atrocem calumniandi stylum acuunt, & vibrant, iacula maledicti calami spargunt: atque guttur inflantes iniuriis faucesque blasphemiis aperientes sputamenta nefandi execrabilisque pectoris eructare oon cessant. Quos auertere perfecto odio ac detestari debetis si salui esse velitis. Si vos ad id coocitandum minus virium meæ exhortationes habere videãtur, ab illis patheticis deuotisque S. Bernardi sermonibus persuasionis meæ robur educam. [a] *Obsecramus pro Christo reconciliamini Deo; reconciliamini & principibus vestris (Petrum loquor & Paulum) quos vtique in vicario & successore suo Eugenio* (Gregorio 15.) *suis sedibus & ædibus effugare, hæreticorum in hoc signa secuti, conamini. Reconciliamini inquam orbis principibus, ne forte incipiat pro eis pugnare orbis terræ contra insensatos. An nescitis quia his offensis*, scilicet Petro & Paulo, *nihil omnino valetis: his propitijs nihil omnino timetis?*

Pulchra blasphemantium hæreticorum crudelissimorum Apostolicæ sedis hostiũ descriptio.

a S. Bernard. ibi supra in fine epist. ad Romanos ciues.

Errorum, culparumque vestrarum, neglectæq; conscientiæ, bona non mala confusio vos apprehendat, oe quod male factum agnoscitis, emendare pudeat: sed horrore peccãti confusi ad criminum piacola salutisque portum per pœnitentiæ viam & iter accurrere festinetis. *Est quippe confusio adducens ad peccatum; & est confusio adducens ad gratiam & gloriam.* Dicebat cum [b] sapiente Ecclesiastico D. [c] Augustinus ad Vincentium Donatistã præ pudore malo hæresim eiurare recusantem scribens. *Confusio adducit ad peccatum cum erubescit quisque prauam mutare sententiam, ne aut inconstans putetur, aut diu errasse seipso iudice teneatur. Ita descendunt ad infernum viuentes, id est perditionem sentientes,* [d] *quos Dathan & Abiron & Chore hiatu terræ absorpti tantò ante futuros figurauerunt. Confusio autem adducit gratiam & gloriam cum erubescit quisque de propria iniquitate, & pœnitendo in melius commutatur; quod te facere piget illa perniciosa voluntate separatum. Quid ergo* [e] *pro anima vestra confundimini dicere verum?* Quid ad Deum per conuersionis ianuam confugere tardatis? An quia peccauistis illius vultum horretis? At ipse venit [f] *peccatores saluos facere*, si semel se fuisse criminibus obnoxios ingemiscant. Innocentes coram iudicibus mortalibus se sistere meritò persæpe metoere debent, quod plerumque in talium prætorio ira, libido, incoostantia, passio, ignorantia, iniustitiaqoe dominentur. Rectéque dicebat ille Romanæ princeps eloqoentiæ. *Omnes quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant quid possit is cuius in ditione ac potestate sunt, quam quid debeat facere.* [g] Et Alcibiades Magnus simul dux & orator Græcorum capitali mortalique quamuis se premi accusatione immeritò sentiret, nunquam adduci potuit vt in iudicium innocentiam demonstraturus suã defensurusque veniret, dicentibus illis. [h] *Cur Alcibiades non fidis patriæ, & ciuibus de innocentia tua iudicaturis?* Respondens *cætera omnia lubenter; sed de capite meo ne matri quidem, ne forte pro albo atrum calculum imprudens iniyciat.* At similia in foro Dei minimè timenda sunt; qui vt potentissimus, sic sapientissimos & optimus est: apud quem crimina cum contritione confessioneque detegere confitentis salus est. Quando igitur verè cũ regio propheta in illius infinita freti misericordia clamabitis. [i] *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* Et cum altero rege. [k] *Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Quia salutis peccaroris initium est agnoscere crimina: At consummatio est illorum coram Deo confessio: qui verè confitentibus omnia relaxat scelera, quorum ruinam exitiumque vult non mortem peccatorum. Cuius charitatem æmulantes sancti Martyres in [l] Apocalypsi clamabant ad illum. *Quo vsque sanctus & iustus non vindicas sanguinem nostrum?* Qua prece volebant S. Martyres, inquit [m] S. Chrysostomus, *vt in præsenti miracula faceret Deus, & confunderet fortitudinem aduersariorum Christi*, vt scilicet hac confusione, *tanquam abysso horum peccata absorberentur, & salus animarum non periret.* Vt clarius post hunc patrem cloquentissimum S. Augustinus his verbis expressit.

Confusio bona & mala, illa ad detestanda scelera impellit, hæc retardat.

b Ecclesi. c. 4. v. 25.

c S. August. epist. 48. contra Donatistas in fine.

d Psal. 56. v. 16 Num. 16.

e Ecclesi. c. 4. v. 25.

f S. Matth.

Coram mortali iudice innocentes sæpe sisti timent, at coram æterno iudice Deo ipsi peccatores sua crimina confitentes & agnoscentes sisti consolantur, & gaudent cur hoc.

g Cicero. pro s. Quintio.

h Plutarch. in Alcibiad.

i Psal. 31. v. 6.

k Esay. 38.

Non optanda peccatorum mors sed eorũ versio & criminũ extirpatio.

l Apocal. c. 6.

m S. Chrys. homil in psal 9. v 19 in hæc verba.

Pars pauperum non peribit in finem.

expreſſit. *Quis audeat affirmare cum illi ſancti candidati ſe vindicari petierunt, contra ipſos homines non contra regnum peccati petiiſſe? Nam ipſa eſt ſincera & plena iuſtitia vindicta Martyrum, vt euertatur regnum peccati; quo regnante tanta perpeſsi ſunt. Ad cuius etiam euerſionem mittitur Apoſtolus dicens:* [a] *non ergo regnet peccatum in noſtro mortali corpore.* Hæc magnus doctor. Sed iam finem loquendi omnes vos, quos longior fortaſſe ſermo ad meliora prioribus factis, dictiſque compellauit, vt à rebellione tandem veſtra in ſalutare ſedis Apoſtolicæ obſequium reſurgatis ex S. [b] Bernardi exhortationibus efficaciter audite: *Annuntiaui iuſtitiam, prænuntiaui periculum, veritatem non tacui, hortatus ſum ad meliora: ſupereſt, vt aut de veſtra citius correctione lætemur, aut de iuſta imminenti damnatione certi inconſolabiliter lugeamus, areſcentes & tabeſcentes præ timore & expectatione eorũ quæ ſuperuenient vniuerſæ* non *vrbi*, non regioni, ſed ſchiſmaticæ factioni veſtræ.

a Ad Roman. c. 6.

b S. Bernard. Epiſt. 24. ad Roman. ciues rebell. in fine.

CAPVT II.

Odium Nouatorum in Rom. Pontificem execrabile, hanc atrocem euomuit calumniam, nullum in orbe Chriſtiano malum eſſe, quod non fecerit Rom. Pontifex; cui qui applaudũt ſchiſmatici, in propriæ exitium ſalutis armantur.

1. *Vnde tam atrox ac furioſum odium hæreticorum in Rom. Pontifices.*
2. *Quod odium, horribilem impoſturam blaſphemiamque progenuit, ſcilicet Romanos Pontifices auctores omnium malorum eſſe, quæ fiunt in orbe Chriſtiano.*
3. *Huic impoſturæ blaſphemiæque falſi fratres applaudentes, diuque in hoc ſchiſmate perſeuerantes, hæreſeos macula fœditateque ſordidantur.*



RECTE quidem atque verè à D. [c] Auguſtino dictum illud eſſe conſtat euétuque comprobatur, hæreticorum animoſitatem inquietam ſemper eſſe, quia eorum [d] *cor eſt veluti mare feruens*, malitiæ nocendique veritati libidinis tempeſtatibus turbinibuſque iactatum: quod in oppreſſione fidei pietatiſque Chriſtianæ quieſcere non poteſt. Cum enim [e] *ſuperbia eorum qui Deum oderunt aſcendat ſemper*, quouſque in profundum vitiorum venerint; vbi non prius finem peccandi, quam viuendi ſiſtere ſolent. Aſcenſio hæc per varios operum nefandorum gradus ſine magnis impietatis furoriſque animorum iactationibus fieri non poteſt, quibus ipſi reprobi circa fidem, à qua non habentes conſcientiam iam diu naufragauerunt; in altum ſuperbiæ extremæ tolluntur; qua iura diuina humanaque cõtemnunt: vt lapſu poſtea perditionis ęternæ grauiore ruant. Hinc eſt quod iſti ſatanæ miniſtri, coniurati veritatis hoſtes, eum palladium Chriſtianorum, cæſis ſummæ Catholicæ fidei cuſtodibus arcis, aſylum religionis Chriſtianæ, fœderiſque æterni cum Deo arcam, ſedem videlicet Apoſtolicam, ſuorum armorum feritate atque rabie deſtruere: atque vt [f] myſta Salmurienſis, vel illius potius ore, turba impia loquitur, *ſubrutam ſuccenſis imam tigillis*, funditus euertere demolirique non poſſunt: ad procacitatem inſaniãque iniuriarum, pſeudologiarum, maledictorum, mendaciorum, blaſphemiarum, cæterorumque impuri pectoris, ac deteſtabilis animi ſputamentorum, quæ vndequaque iniquitatis miniſtri calumniando ruſpantur, contra huius ſanctiſſimæ ſedis præſulem principemque omni impetu furenter erumpere conantur. Cauſas iniuriarum tantique odij quæritis? Quia ab ipſis Apoſtolorum temporibus, vbi primum S. Petri ſedes Romæ locata eſt, Rom. Pontificis ſanctitas & auctoritas malleus ſemper hæreticorum extitit, eorum obſtinatæ & induratæ impietatis conterens petras. Quod & ſuperioribus libris clarè monſtrauimus, & pluribus adhuc præter commemorata, ab ipſo Apoſtolorum ſæculo ad noſtra vſque tempora veteres & antiquas repetentes hiſtorias clarius ſolidiuſque nobis oſtendere liceret: ſi in tam longa diffuſaque materia non tam copia quam modus quærendus eſſet. Propterea [g] S. Baſilius damnationem Apollinaris hæreſiarchę Rom. Pontifici non Metropolitano Cappadociæ detulit: ſicut anteceſſores ſuos Catholicæ fidei doctores Eccleſiarumque toto orbe diffuſarum paſtores orthodoxos ex antiquis ſcriptorum traditionumque monumentis in hæreticorum damnatione, eorumque impietatis extirpatione feciſſe didicerat. [h] Sic Patres Mileuitani Concilij S. Innocentio I. hæreſes impiaque hæreſiarcharum Pelagij & Cæleſtij dogmata, vt ea Pontificiæ auctoritatis falce reſecaret amputaretque præſentarunt. Et S. Fabianus Papa Martyr, erũpente ab inferis Nouatiana hæreſi, ſciens Rom. Pontificis eſſe munus omnium errorum contra mores & fidem, hæreſeonque zizania de agro Dominico conuellere & eradicare, omnes Eccleſiæ ſanctæ paſtores orthodoxos & Epiſcopos, ad ruinam interitumque ſceleratę Nouatianæ furiæ recens ab inferis excitatæ, ſic per Epiſtolam ſuadendo iubendoque compellabat. [i] *Illud vos ſcire deſideramus, quia noſtris temporibus præpedientibus quidem noſtris peccatis, ſuadente antiquo hoſte, qui ſemper vt leo rugiens circuit quærens quem deuoret, ſuperuenit Nouatus ex Africa, & ſeparauit de Eccleſia Chriſti Nouatianum & quoſdam alios Chriſti confeſſores, & conuertit in prauam doctrinam, A quibus vos, fratres, auertite, & cauete ab omnibus qui alteram fidem & doctrinam tenent, quam Apoſtoli & ſucceſſores eorum tenuerunt & docuerunt, Ne (quod abſit) poſt eum abeuntes in laqueum Satanæ cadatis & compedibus eius detineamini, &c.* Plura dicam? ita ſemper officio dignitatique ſui vicarii Chriſtus Domi-

c D. Auguſt. ep. 119. *Animoſitas hæreticorum ſemper vt noceat inquieta.*

d Eſai. 54.

e Pſal. 73. v. 23.

1. Timoth. 1.

f Pleſſæus in fronte myſterii iniquitatis.

Cauſa tanti odij hæreticorũ in Rom. Pontificem.

Auctoritas Pontificis malleus hæreticorum ab omni æuo.

g S. Baſil. epiſt. 74.

h Ex epiſt. Concilii Mileuitani ad Innocentium Papam.

i Epiſt. 1. S. Fabiani martyris ad orthodox. Eccleſiæ Epiſcopos.

nus hæreticorum damnationem, eorumque penitus impietatum dissipationem coniunctas esse voluit, vt Pontifices Romanos segnius ad istarum furiarum interitum properantes, plerumque de medio lucis huius cita morte sustulerit, in eorumque locum solertissimos ad illud pietatis opus suæ voluntatis ministros fine mora sufficerit. Huius rei fidem facit Siricij Papæ exitus, cui quod Ecclesiæ, errorum Origenis occasione, valde periclitanti non velociter occurreret, vnà cum vita cathedram S. Petri, thronum suæ majestatis ademit, & illam acerrimo hæreticorum Origenistarum oppugnatori Anastasio 1. credidit. Hinc hæreticorum ab omni æuo in Romanos Pontifices odia, hinc iræ, furores, insidiæ & omnia cuiusque malitiæ & improbitatis machinamenta ad sanctissimam illorū Ecclesiæ principū potestatē maiestatemq; per tales conspirationes si possent, & ex scelerato istorū voto perfringendā, auso superbissimo, & immanissimo fulminarunt. Nullumque scelus isti veritatis adulteri quantumuis detestabile perhorrescunt, nullum periculum quantumuis inimicum vitæ refugiunt, modo per illud Romano Pontifici nocere, eiusque culmini principatus insidiari possint. Quidam iurisperitus quondam rogatus sententiam dicere, num fructum pirri sub pomi nomine comprehendi censeret? Ita inquit, *modo in Vatinium*, quem extremo prosequebatur odio, *hunc liceat iaculari*. Maior est hæreticorum in sanctissimos Rom. Apostolicæque cathedræ, Ecclesiæque Catholicæ pastores odii furor, & eorum destruendi honoris famæque diripiendæ libido: vt ea quæ impiæ suæ fidei confessioni reluctari palam ac manifestè profitentur, pro veritate audacter assumāt: modo his crimina affingere Rom. Pontificibus, in eosque conspuendi maledicta robur assumere valeant. O liuoris & odii nefandissimi furor & horror incredibilis! Vnū aut alterū in hoc rei confirmationem, ex detestabili plessæanæ iniquitatis mysterio exemplū depromamus. Dum omnes imposturas maledictaque, qua mysta Salmuriensis omnium veterum hæreticorum, schismaticorumque mendaciorum consarcinator in Innocentium 4. excogitare potest, vndequaque comminiscitur & ementitur: refert ex Matthæo Paris Anglo scriptore Rom. Pontificum inimicissimo Robertum Lincolniensem Episcopum post mortem Innocentio IIII. apparuisse, eumque grauissimis obiurgationibus impetiuisse, atque pastorali baculo in latere percussisse: vnde pleuresi Pontificem tactum immedicabiliter vt loquitur calumniator Matthæus laborare cæpisse, tandemque huius morbi violentia expirasse. Hanc fabulam, si contra Rom. Pontificis sanctitatem non esset, si infamiam, iniuriamque illius honori non inureret, plenis bucis magna irrisione prosequendam Plessæus cum suæ factionis iniquæ complicibus arbitraretur: qui omnes quantumuis sanctas diuinitus missas apparitiones fabularum nomine inuidiosè malitioseque criminantur. Sed quia conficta à Matthæo Parisiensi apparitio famæ laudique Rom. Pontificis non mediocriter detrahit, illam pro reformata veritate Plessæus è tenebris tenebricosi malitiosique scriptoris educit: vt aliam ab eodem [a] Matthæo confictam & ementitam de eodem Innocentio 4. ad Dei tribunal post interitum vocato, sicut Matthæus ipse comminiscendo calumniatur. Omnia deliria, ficta commenta, hæreticis placent, dum modò Rom. Pontificis honori famæque notas maculasque turpitudinis aspergant. Omnibus Pontificum calumniatoribus non credere apud eos religio! sancta, pia, maximæque pietatis elogia: de illis verè narrantibus assentiri nefas! Quid hoc facit? Odium, liuor, & insatiabilis vindictæ cupiditas! quibus incensi hæretici nulli rei vehementius atque truculentius inhiant & incumbunt, quam interitui Monarchiæ sacræ ac Ecclesiasticæ, ruinæque dominantis in ea. Vt nullum in toto orbe malum calamitatesque conspiciantur esse, quas non hominum criminum flagitiaque causari, sed auctoritatem Monarchicamque potestatem à Deo datam Roma. Pontifici eiusque vitam, alioqui sanctissimam Christique Ecclesiæ salutarem maximè, parturire passim isti veritatis osores ac rei, palam publicèque nefariè clamitent, atque blasphemando vociferentur. Quare hoc? Quia nimium malorum flagitiorumque diabolus artifex:

Cui nomina mille.

Mille nocendi artes.

Hanc hæreticorum, quos æternæ gehennæ orcoque peperit, furiosam animositatem, turbulentamque sceleribus libidinem mentibus infecit, vt quacumque ratione possent Rom. Pontificem propter suas ab eo damnatas impietates erroresque nefandissimos omnibus iniuriis, criminibusque ementitis opplerent atque confunderent; vt sic criminando, blasphemandoque se suasque hæreses ac impia falsitatis dogmata, de illo patre sanctissimo vindicarent & vlciscerentur. Nunquid hoc fecerunt Donatistæ? Qui teste S. [b] Augustino in Romana Synodo, à Melchiadis Papæ iudicio victi & coodemnati, Cæcilio Carthaginensi Episcopo malitiosè ab his accusato, innocente ab eodem Pontifice iudicato, eundem Melchiadem crimine traditionis accusarunt. Hic fert spiritus vertiginis hostium veritatis Catholicæ, eorumque animus efferatis obrutus affectionibus, nihil moderabile chartæ, linguæ, cordi committere; quo quid immanius? Cum Iustinianus dixerit imperator. [c] *Nimis impium esse, nimisque indignum flagitijs præsidia quærere & petulantiæ seruire?* Insania procax & iniuriosa hæreticorum in Rom. Pontificem similis, nec minoris improbitatis, si non maioris, dementiæ gentilium paganorumque crudeli in omnes Christianos totamque religionem fidemque Christi Domini, omnia mala, funestos, variosque calamitatum publicarum euentus, huic religioni ipsisque eius cultoribus accepta iniuriosissimè referentium, vt in eos immanius efferati desæuirent. De qua impostura calomniaque truculentissima Tertullianus ita grauissimè dolendo queritabatur. [d] *Aduersus sanguinem innocentium conclamant prætexentes, sanè ad odij defensionem, illam quoque vanitatem quod existiment omnis publicæ cladis, omnis popularis incommodi Christianos esse causam. Si Tiberis ascendit in mænia, si Nilus non ascendit in arua: si cælum stetit, si terra mouit, si fames, si lues statim Christianos ad Leonem. Tantos ad vnum?*

Christus segnes Pontifices suos vindicios in oppugnandis hæresibus priuare vita cito & cathedra solet vt Siricium Papam.

Odium hæreticorum in Rom. Pontificem Vatiniano crudelius.

Apparitionibus quas ex confessione sua fidei reijciunt hæretici vtuntur ad conuiciandum & maledicendū Rom. Pontifici.

Plessæus in mysterio Iniquitatis 4. pag. circiter 395. Ex Matthæo Parisiensi.

a Matth. Paris & plessæus ibid.

a. Parr. Nullum malum in orbe Christiano cuius auctorem Rom. Pontificem hæretici blasphemando non faciant.

Vetus hæreticorum mos Rom. Pontificem post datā ab eo aduersum se sententiam calumniandi.

b August. l. 2. c. 5 contra epist. Parmenian. to. 7.

c L. Legem Anastasij C. de naturalibus liberis.

Insania hæreticorum in Rom. Pontifices similis nec minoris improbitatis, insania ethnicorum in omnes Christianos, scilicet eos omnium malorum causas esse.

d Tertull. Apolog. c 40.

Cootra quos immites crudeleſque calumnias gentilium etiam vſque ad tempora Chriſtianorum imperatorum perſeuerantes Arnobius ſeptem libris pro Chriſtianæ innocentiæ ſanctitatiſque defenſione inſurgere coactus eſt, vt eas veritatis Chriſtianæ robore perſtringeret. Has immanes gentilium impoſturas in Chriſtianos ſibi hos libros edendi occaſionem dediſſe in principio horum librorum ita ſcribit. [a] *Quoniam comperi nonnullos qui ſe plurimum ſapere ſuis perſuaſionibus credunt, inſanire, bacchari & velut quiddam promptum ex oraculo dicere. Poſtquam eſſe in mundo Chriſtiana gens cœpit, terrarum orbem periſſe multiformes malis affectum genus humanum; ipſos etiam cælites derelictis curis ſolemnibus, quibus quondam ſolebant inuiſere res noſtras terrarum ab regionibus exterminatos. Statim pro capite & mediocritate ſermonis contraire inuidiæ, & calumnioſas diſſoluere criminationes, &c.* Eandem pro Chriſtianis contra has execrandas impoſturas ſuæ copioſè loquentis ſapientiæ ſtylum [b] S. Cyprianus exacuit, & veritatis armis inſtruxit: quem poſtea in iſto genere defenſionis Chriſtianæ [c] S. Auguſtinus in opere de ciuitate Dei, & [d] Oroſius in hiſtoriis ſunt imitatione ſectati. Hanc tantorum malorum funeſtorumque caſuum molem in imperiũ Romanum occaſione Chriſtianorum, Chriſtique religionis ortu flagitioſiſſimus Chriſtianorũ perſecutor Maximinus erupiſſe efferatus amentia querebatur, vt poſtrema hæc huius edicti apud Euſebiũ verba teſtãtur. [e] *Quæ quidẽ mala omnia hiſque multo grauiora, nemo eſt qui ignoret ante hoc tempus ſæpenumero obtigiſſe: atque iſta vniuerſa acciderunt ob perniciosſum illum & vanum errorem hominum nequam, & improborum videlicet errorem: qui quidem cum in eorum animos illaberetur, vniuerſum prope dixerim orbem terrarum confuſione quadam oppreſſit &c.* Iulianus imperator à fide Chriſti factus Apoſtata, ad vomitum contagionis paganicæ reuerſus [f] Epiſtola 7. ad Artabium contra Chriſtianos, quos per contemptum & iniuriam Galilæos vocabat, hac verborum contumelia blaſphemabat. *Galilæorum amentia propemodum omnia afflixit & perdidit.* Id omnes paganicæ ſuperſtitionis ſcriptores fætidis calumniarum vocibus Chriſtianos inſecuti, conqueſti ſunt; inter cæteros Zoſimus, qui nullam aliam ſcribendæ hiſtoriæ mendacis rationem penitus iniuit, quam vt Chriſtianorum erroribus imperium Romanum fuiſſe collapſum doceret: vt quando ait l. 2. ſui inſtituti cauſam referens? [g] *Cum Polybius expoſuerit quo pacto imperium perexiguo tempore Romani acquiſiuerunt: Ego quo pacto temporis non magno ſpatio ſuis delictis iidem*, Chriſtianos Romanos vt imperatores Conſtantinum & filios eius Conſtãtinum & Conſtantem alioſque intelligens, *perdiderunt, indicaturus ſum.* Quod autem paganorũ inſania in Chriſtianos omnes præſertim imperatores ac principes Chriſtiq; Domini religionem immaniter atque ſceleratè de calamitatibus Romano obortis imperio calumniabatur, illud ipſum hæreticorum priſcorum atque recentium blaſphema ſacrilegaque dementia in Rom. Pontifices totius Eccleſiaſticæ hierarchiæ principes ſedemque Apoſtolicam immanius ac ſceleratius debacchata ſemper, quotidieque debacchari non ceſſat, non quieſcit: nec hoc debacchandi labore præ odij in Rom. ſedis ſanctitatem feruore atque furore defatigatur. Nolo quamuis iuſtè conſultóque poſſem beneuolum piúmque lectorem multitudine lectionis hæreticæ grauare, vt veritatem aſſertionis meæ ex hac fætidæ ſacrilegæque lectionis colluuie facilius apprehenderet & aſſequeretur: non eum ad turbidos mendaciorum loco priſcorũ hæreticorũ fontes remittere cupio, qui iamdudũ in propriis illorũ libris penitus exareſcunt, atque ſiccantur. Sed in SS. Patrũ monumentis ſolũ quædã aquæ iſtorum fontium putridæ ſtagnantur; non ad nouatorum cloacas paludeſque venenatas Lutheri, Melanctonis, Buceri, Centuriatorum, Petri Martyris, Caluini, Bezæ, & cæterorum nouatoriæ impietatis profeſſorum mea perſuaſione conducere deſidero; quod vnicum pro multis opus copioſiſſimè ſufficere poſſit: myſterium nempe Pleſſæanæ iniquitatis; in quo ſexcentis in locis reperire facilè licet, teſtimoniorum, textuum, ſententiarum, hiſtoriarum falſificationes, alterationes, truncationes, additiones mendaces, immutationes, ſuppoſitiones, & cætera id genus mendaciorum, impoſturarum, blaſphemiarumque portenta ab auctore tantæ abominationis conſcripta; vt his calumniis, & pſeudologiis diabolicis, Ro. Põtifices tanquam omnium malorum calamitatũque publicarum, quæ vnquam Chriſtianum orbẽ grauiſſimè diuexarũt, auctores, artificeſq; malitioſiſſimè criminaretur, & eos inflicto ſanctitati famæque ipſorum ſinceræ blaſphemiarum vulnere cruentaret. Nunquid ſcelus illud hæreticorum iudicari debet atrociſſimum, criminationibus ementitis, impoſturis, & confictis flagitiis venerandum, ſanctitate atque religione conſpicuum, maximèque primæ gradu dignitatis auguſtum, viſibile ſanctiſſimæ matris Eccleſiæ ſponſæ Chriſti Domini caſtiſſimæ caput inquinare, conſpurcare, fœdare? Cum Magnus ille Conſtantinus imperator caput ac vultum hominum propter crimina miſerorum ſtigmate ac inſcriptione fœda propter honorem cæleſtis numinis, cuius iſti portant imaginem maculari vetuerit? Præclara hæc principis optimi ſanctio: [h] *Si quis in ludum fuerit, vel metallum pro criminum deprehenſorum qualitate damnatus, minimè in eius facie ſcribatur, dum & in manibus & in ſuris poſsit pœnam damnationis vna ſcriptione comprehendi, quo facies quæ ad ſimilitudinem pulchritudinis cæleſtis eſt figurata minimè maculetur.* Vt non immeritò propter has atroces in ſacroſanctum viſibile Eccleſiæ ſanctæ caput contumelias hæretici maledicti ac inceſtus ſpiritualis turpitudine cõmaculati maledicto [i] Ruben filio Iacob, qui inceſtuoſo concubitu thorum patris deturpauerat, iudicio Ruperti ſimiles eſſe videãtur, in hoc diſſimiles quod flagitia eorum longè inceſtum Ruben enormitate ſuperet; quod thorũ atque cubile longè ſanctius, purius & caſtius, nempe Chriſti Domini, thoro Iacob Patriarchæ inceſtuoſis atq; ſacrilegis mendaciis, iniuriis, maledictiſque polluerint & adulterauerint. Et quia illis germanum eſt atque proprium mentiri, calumniari, blaſphemare, S. [k] Anthonius ſermones eorum ſerpentibus deteriores eſſe dicebat, eoſque ſub hac enormitate deteſtabatur. Atque tot tantaque maledicta, probra, cõuitia, mẽdacia, iniurias, blaſphemiaſque, in ſacroſanctũ Eccleſiæ vultũ caputq; viſibile, nouatores, patrem ſectati diabolũ, maioreſque ſuos abominationis antiquæ conditores atque profeſſores, expuũt & ore fœdiſſimo horribiliter expectorãt: vt in planũ

a Arnob. in præfat. l. aduerſus gentes.

Arnobius 7. libros contra gentilium in Chriſtianos calumnias ſcripſit.

b S. Cyprian. aduerſus Demetrianum & l. de idolorũ vanitate.

c S. Auguſt. l. de ciuitate Dei.

d Oroſius in hiſtoriis.

Maximinus Galerius omnia imperii mala Chriſtianis attribuebat.

e Euſeb. l. 9. c. 6.

f Iulian. apoſtata epiſt. 7. ad Artabium.

Zoſimo ſcriptori ethnico ſcribendæ hiſtoriæ occaſio fuit odium Chriſtianorũ.

g l. 2. Zoſimi.

Quæ mala Chriſtianis paganica dementia attribuit, eadem hæretica blaſphemia Rom. Pontificibus.

Quantum ſcelus viſibile Eccleſiæ caput fœdare calumniis cum etiã improborum vultus fœda inſcriptione maculare Cõſtantinus vetuerit.

h L. 2. de pœnis cod. Theodoſ. l. 9. tit. 40.

i Rupert. Abbas in c. 49. Geneſ. v. 3. & 4.

Hæretici fœdantes & opprimentes caput Eccleſiæ inceſtuoſi ſunt deteſtabiliores filio Iacob Ruben.

k S. Athanaſ. in vita S. Anthonij.

bases & fulcimenta Christianæ religionis effundant, sedis Apostolicæ inconcussa à Deo Romæ posita firmamenta demolhantur, salotemque fidelium Catholicorum per enormem ab obedientia, obsequioque Rom. Pontificis (quem omnium malorum fontem nefandissimè calumniantur) defectionem rebellionemque, si possint, penitus extinguant. Et ita Christi Regnum, sub oomine Christi, quod ore colunt, corde blasphemant, verbis profitentur, factis execrantur, de medio terræ extrudere relegareque moliuntur, vt habitatoribus terræ, quos Christi Euangelium ciuitatis supernæ iure donauerat, in æternum regni cælestis aditus, ianuæque claudantur. In hoc Apostatæ Iuliano noo modo similes, sed longè nequiores: qui religionē Christianam maledictis incessendo eam omnium malorum in Ægypto fontem calumniosè vocando Alexandrinos ad huius sanctæ religionis eiurationem detestationemque quantum poterat: prouocare, sic eos affando conabatur: *Me verò per Deos pudet, si quis Alexandrinorum se Galilæum esse profiteatur; Hebræi siquidem eorum patres Ægyptijs olim seruierunt,* [a] *vos verò nunc contra, viri Alexandrini Ægyptiorum Domini (vester enim fundator Ægyptijs imperauit) ijs qui vestra patriæ dogmata contempserunt, voluntarium quoque pro veteribus legibus vestris seruitutem seruire sustinetis. Neque in memoriam reuocatis veterem illam fælicitatem, cum ijdem essent vobis dij, qui & toti Ægypto, quot fruebamini bonis: At qui nouam hanc religionem introduxerunt, cuiusnam boni causa fuerunt, dicite mihi quæso vos?* Hæc quidem atrocia io veros vnicæ atque sanctæ religionis Dei veri cultores ab Apostata Christianæ religionis atque transfuga principe contorta maledicta, vt his à vera Dei religione in impia Dæmonum sacrificia, cultusque nefarios degenerando fideles auerterentur.

Hæretici maledicendo Rom. Pontifici Christianos nitentes ab eius obedientia reuocare similes Apostatæ Iuliano, imò peiores qui sic Alexandrinos à Religione Christiana reuocare conabatur.

Iuliani Apostatæ epist. ad Alexandrinos.

a Socrates l. 3. c. 12.

At quantò atrociora truculentioraque his non maledicta solùm sed potius maledictorum monstra omnem immanitatem barbariemque superātia. Quæ Nouatores nostri (vt antiquos hæreticos silentio præteruolem) Lutherus, Caluinus, Centuriatores, Beza, nouissimè Mornæus, Molinæus & cæteri putridi lacus Geneuensis meretricis, hæreseosque potatores, illo fætidius ebrij, quam musto, in sanctissimum Ecclesiæ Catholicæ solium, in aram salutis æternæ, in cathedrā Christianæ veritatis, in sedem spiritualis Monarchæ, in thronum Apostolicum, & in illos qui in eo vsque ad consummationē sæculi diuina ordinatione Pontifices ioculpatæ doctrinæ sedebūt, vndique collecta innumerabilium prope mendaciorum blasphemiarumque colluuie atque sentina debacchando profuderunt? Vt fideles omnes quantum conniti furore potuerunt, ab hac sanctissima sede tuto viatorum salutis, gratiæque pignoris hæreditatis ęternæ portu, & à fidelitate obedientiaque salotari sanctissimi pastoris, horrendo schismate diuellerent? At quo turbine rabidarum vocum terribiliumqoe verborum id aggredi conati? O mites tyrannorum voces! ô moderatæ imperatoris Apostatæ in Christianos iniuriæ! considerata Nouatorum in conuiciando blasphemandoque atrocitate verborum! Vt à Catholica communione vicariique Christi Domini sanctissimi Ecclesiæ pastoris œcumenici fidelitate, vnitate, consortio, obsequioque filiali in

A suæ synagogam pestilentiæ spiritualis auertere niterentur! Nonne hæc illa trita sunt apud illos hortamenta furiosa passim, necnon horribiles persuasiones, atqoe nihil præter flammas, ferrū, sanguinem, cædes, interneciones, trucidationes tragicosque spirantes exitus, impulsiones: *Recedite de Babylone*, scilicet de Ecclesia Catholica: *Purpuratam meretricem*, scilicet sedem Apostolicam, *detestamini: Belluam illam atque bestiam fætentem blasphemijs, & scatentē abominationibus*, scilicet dignitatē atq; sanctitatē Pontificiā, *horrete: Execrabilem illum Anti-Christum*, scilicet Papā, *monstrū trisulcum, tricipitem cerberum omni odio, horrore, abominatione vehementer execramini: illius monstri belluaque sceleratissimæ & immanissimæ sanguinem sitite, Eius effusionem studio vltionis inflammata procurate: Ad arma, ad saga, ad faces, ad ignes, ad*

Horribiles hæreticorum persuasiones vt Catholicos auocent à fidel iate Papæ & sedis Apostolica.

B *gladios, ad fulmina belli contra hoc immane monstrum alatis pedibus aduolate.*

------ Ite,
Ferte citi flammas, date vela, impellite remos,
----- Nam qua tam sera moratur
Segnities?

Quid statis tota die otiosi? Trucidate sanguineam illam belluam idolum Pontificum, bestiam diabolicam, super septem montium vertice sua sabbatha & idololatrias in honorem dæmoniorum celebrantem: hanc destruite, in partes secate, lacerate, eius carnes deuorate, eius cruore inebriamini: vestrasque manus in eius sanguine, Deo, scilicet principi dæmoniorum Lucifero *consecrate: quia nullus illi ludus acceptior est, quam cædes, quam cruor, quam internecio huius Antichristi, Romani Pontificis.* Plura de talibus hæreticorum furoribus & insanijs nimium vera: scribera meus horret animus. Atque

C ad considerationem tantorum scelerum mentis acies hebetatur. O dæmones! ô inferni furiæ! Quid his maledictis atque rabidis ad omne nefas hortamentis immanius, execrabilius, truculentiusqoe contra Deum saluatorem mundi, contra Ecclesiam eius, salotemque Christianorum excogitare, è vestrisque cauernis & antris eruere potestis? Inter arma innoxios quandoque vexari si vtcumque sit tolerabile atque ferendum patienter, cum inter hæc, leges ipsæ innocentium propugnacula silere soleant; sed inter ipsas innocentię ipsius oppressionem etiam in priuatis personis intueri quam indignum est, & iustissimis querelis obnoxiom? *Incisæ sint licet leges duodecim tabulis*, aiebat S. Cyprianus, *& publico ære præfixo iura præscripta sint, inter leges ipsas delinquitur, inter iura peccatur; innocentia nec illic, vbi defenditur, reseruatur.* At quantò illud indignius, funestius, & intolerabilius, in regno Christianissimo, in qun sum-

Inter leges opprimi innocentiam cum sit indignum, quanto indignius in regno Christianissimo patris sanctissimi Pontificis Rom. dignitatem & honorem impune vexare & conculcari permittere.

b Cyprian. l. 2. Epist. ad Donatum.

D ma religionis Christianæ defensio atque tutela esse deberet, ipsius principem charissimum, sanctissimumque omnium Christianorum parentē, in booore, fama, dignitate, principatuque soo impunè lædi, contemni, opprimi & indignissimè conculcari? Et si oppressores hoius sanctitatis hæreticos quæramus ad pænam, non est qui eos ob illud crimen diiudicet, impiæ sectæ pro innocentia scelere se defendentes. Quia in Gallia impium esse & à vera religione extra Dei Ecclesiam exorbitantem sine metu castigationis euagari licet. Vonam non magno Catholicæ religionis scandalo, & Reip. Gallicanæ infortunio impunitas hæc indulgentiaque nimia mercaretur! Et nihilominus post tot iniurias atq; flagitia contra vicariū

A Chriſti Domini, ſanctique cathedram Petri, innocentiam vitæ nocentiſſiomæ, & æquitatem ſectæ veſtræ iniquiſſimæ, ô miſeri, atq; circa fidem Catholicam, Apoſtolicam, Romanamque reprobi, iactare non erubeſcitis? Nunquid aliquando illud Saluiani legiſtis. [a] *Argumentum reatus eſſe innocentiam iactare poſt culpam?* Quid faciam dolens propter cæcitatem, pertinaciam, atque veſtrã in malo perſeuerantiam vetuſtate corroboratam? Lugebo propter vos, an vobis iraſcar? Madeſcam lachrymis, an indignationis ardore ſiccabor? Vtrumque licet. Primum propter cæcitatem veſtram: alterum propter pertinaciam; qui, vt cum propheta loquar, [b] *Per diem tenebras incurritis*, quia mens veſtra cum de ſanctitate Pontificiæ dignitatis affligitur, quaſi de radio lucis obſcuratur: *Et cum ſæpe aperta bona*, Pontificis Rom. *conſideratis*, vt S. [c] Gregorij verbis vtar, *ſi* B *qua mala eius, vt priuatæ perſonæ, lateant, inueſtigatis: & ſollicitis inquiſitionibus laboratis, vt quod in eo accuſare poſsitis, inueniatis. Sana quidem membra ipſius in conſcientia conſpicitis, ſed clauſis cordis oculis per infidelitatem, vulnus in illo palpantes quæritis. Peruenire ad aliqua crimina quæ in Pontifice Romano reprehendatis, ſatagitis, & aliquem detractionis aditum quæritis. Sed quia in rei veritate hunc inuenire non valetis, cæci exterius interiuſque circuitis; & impiorum in morem in circuitu ambulatis.* Quod non ſine myſterio in perſona Loth & Sodomitarum exprimitur. [d] *Cum enim Loth progredientibus Angelis*, inquit S. [e] Gregorius, *in domum reducitur, Sodomitæ autem domum eius intrare conantes, cæcitate percuſsi oſtium eius inuenire non* C *poſſunt. Quid eſt quod malis aduerſantibus intra domum Loth reducitur & munitur, niſi quod iuſtus*, Chriſtianæ hierarchiæ Pontifex, *& rectus corde, dum prauorum*, hæreticorum ſchiſmaticorumque, *inſidias ſuſtinet, ad mentem reuertitur*, virtuteque S. Petri cathedræ contra has inſidias impetuſque inimicorum Eccleſiæ furioſos imperterritus manet. *Sodomitæ autem oſtium Loth inuenire nequeunt, quia corruptores mentium hæretici*, contra ſanctitatem dignitatemque Rom. Pontificis, *Nullum accuſationis aditum deprehendunt: Percuſſi enim cæcitate*, ſedem Apoſtolicam, *Quaſi domum iuſti circumeunt, dum inuidentes bonis* Pontificis *operibus, eius dicta factaque perſcrutantur, ſed quia ipſis de vita* Sanctiſſimi patris, *fortis vndique ac laudabilis actio obuiat, errantes nihil aliud quam ſuæ obſtinationis obduratæque perfidiæ parietes palpant, vt de illis [f] Iob propheta bene dixerit, tanquam in nocte ſic* D *palpabũt in meridie. Quia dum bonũ quod vident accuſare nequeunt*, inquit [g] S. Gregorius, *Cæcati malitia malum quod non vident ad accuſationem quærunt.* At vos à via veritatis & obedictiæ Chriſtianę grauiter aberrantes, quos io eam noſtræ exhortationes redocere conantur, cogitate apud vos attentius impia facta dictaque hæreticorum, vt ea magis atque magis execremini, execranteſque ſuauis ac ſalotaris veræ conuerſioois guſtus vos capiat. Excutite iogũ horrendi ſchiſmatis, quod vos viuos mortuoſque à Dei benedictione conſortioque immortaliter arcebit. Nolite amplius fieri falſi fratres diuortij cum S. Patre ſcelerati promotores & auctores, vt nefariè hæreticis applaudentes pacem diutius Eccleſiæ, ſalutemque Reip. Gallicanæ turbetis. Scitote vos in iſto deteſtando ſchiſmate

a Saluian. de prouid.

Pathos.

b Iob. c. 5.

Heretici in calumniando Rom. Pontifice, similes Sodomitis domũ Loth intrare conantibus, & per cæcitatem non valentibus.

c S. Gregor l. 16. Moral 16.

Applicatio & accommodatio verborum S. Gregorij paucis mutatis & inuerſis.

d Geneſ. 19.

e S. Gregor. ibi ſupra.

f Iob. c. 5.

g S. Gregor. ibi ſupra.

3. Pars. Exhortatio ad ſchiſmaticos ne rebellionibus applaudant hæreticorum contra Rom. Pontificem non tandem impietatis foueam cum illis incidant.

A perſeuerantes ab immani tetroque hæreticæ prauitatis monſtro longius abeſſe non poſſe; cum minimè conſentientes cum Eccleſia, ſedique non parentes Apoſtolicæ hæreſeos labe pollutos ſacri canones, legeſque Pontificiæ denuntient. Hinc illa Iulij Papæ ad orientales Epiſcopos admonitio. [h] *Nolite errare fratres mei charisſimi, doctrinis varijs & extraneis nolite abduci. En inſtituta Apoſtolorum & Apoſtolicorum virorum canones habetis. His fruimini; his circumdamini, his delectamini; his armamini: vt his freti, circundati, delectati, armati contra cuncta inimicorum iacula perſiſtere valeatis.* Quem locum amplians locupletanſque S. [i] Anſelmus hanc addidit rationem: *Satis enim indignum eſt quemquam vel Pontificum*, ſcilicet Epiſcoporum, *Vel ordinum ſubſequentium hanc regulam* B *refutare; quam B. Petri ſedem & ſequi videat, & docere.* Omnes ſiquidem qui Catholici nominis participes eſſe & haberi volunt in id præcipuè debent incumbere, vt bene in omnibus cum ſedis Apoſtolicæ decretis inſtitutiſque conoeniant. [k] *In qua Dominus*, vt loquitur Canon Eccleſiaſticus, *Eccleſiæ totius poſuit principatum.* Nolite vobis nimium blandiri ſi in omnibus huic ſanctiſſimæ omnium Eccleſiarum Matri non pareatis, ſi illius detrectare iuſſa præſumatis: ſi ad hæreticorum ſcelera contra illius auctoritatem conniuentes, eius ſupremom in omnes fideles imperium agnoſcere recuſetis, neutiquam Catholici eſſe poteſtis. [l] *Fidem quippe violat*, dicebat Nicolaus C iunior Mediolanenſibus per legatum ſuum Petrum Damianum, *qui aduerſus illam*, ſcilicet Rom. [m] Eccleſiam, *agit, quæ mater eſt fidei.* Quam S. [n] Ambroſius, *ſe in omnibus tanquam aliarum Dominam magiſtramque fidei, vt tuto ſuæ ſaluti conſulat*, ſequi profeſſus eſt. Quid enim 3 credins in ſchiſmate eſſe fidem? Negat hoc idem ſanctus hæc de Lucifero Calaritano, ſchiſmate à corpore Chriſti, quod eſt Eccleſia, ſedeque diuiſo Apoſtolica ſcribens. [o] *Lucifer ſe à noſtra tunc temporis communione diuiſerat: & quanquam pro fide exulaſſet, & fidei ſuæ reliquiſſet hæredes, non putauit tamen*, ſcilicet frater meus Satyrus, *Fidem eſſe in ſchiſmate. Nam & ſi fidem erga Deum tenerent*, ſcilicet hæredes, ſeu Sectatores Luciferi, *tamen erga Dei Eccleſiam non tenebant, cuius patiebantur velut quoſdam artus diuidi & membra*, inter D ſe ſcilicet, & à capite, *lacerari. Etenim cum propter Eccleſiam Chriſtus paſſus ſit, & Chriſti corpus Eccleſia ſit, non videtur ab eis exhiberi Chriſti fides, à quibus euacuatur eius paſsio, corpuſque diſtrahitur.* Sicut vos diſtrahitis, cum corporis Chriſti, Eccleſiæ ſcilicet, caput viſibile in plena ſua poteſtate & honore ſummo, qualem Deus eſſe voluit, non agnoſcitis, & pro tali minimè veneramini, illi multa de excellenti ſua ſupremaque à Chriſto Domino data poteſtate cum hæreticis adimentes: & ita in dubium à ſaluatore ooſtro ſtabilita, atque in fauorem gloriamque ſui Vicarij definita reuocantes, magno vos ſceleri proſtituitis [p]. Si enim Imperatores, quamuis ſceleratiſſimi Eccleſiæ Chriſtianæ perſecutores, in edicto contra Manichæos promulgato Diocletianus & Maximianus Herculeus maximi criminis eſſe di-

h Cap. 3. Can. Nolite diſt. 11 & can. 1. omnes diſt. 11 aa. Iulius papa ad Orientales Epiſcopos epiſt. 1.

Ab inſtitutis Romanæ eccleſiæ reliquarum capitis, membra, ſcilicet particulares Eccleſias, recedere ac diſſentire non licet.

i S. Anſelm. l. 5. c. 4.

k Can Nolite diſt. 11. in fine.

l Nicolai 2. epiſt ad Mediolanenſ.

m Can. omnes in fine.

n S. Ambroſ. l. 3. de Sacramentis. c. 1.

o Idem vtat. in funere fratris Satyri.

Definita à Chriſto Domino in fauorem ſedis Apoſtolicæ in dubium reuocare magnum crimen.

p Edictum imperatorum Diocletiani & Maximiani contra Manichæos, in codice Gregor.

Pithoeus in coll. legum Mosaicarum & Roman. tit. 15.

xerunt retractare quæ semel antiquitus tractata A & defuncta sunt, quæque statum & cursum tenent & possident. Vnde isti principes pertinaciam prauæ mentis nequissimorum hæc ipsa alterare & variare molientium punire, ingens sibi fuisse studium testantur. Quantò flagitiosius, quantóque maiori plecti supplicio dignius crimen non ab antiquis patribus atque primis Ecclesiæ prælatis ordinata, sed ab ipso Deo saluatore nostro statuta, atque in firmando per S. Petrum primum vicarium suum, summo regni imperijque sui Romæ throno promulgata, non modo in dubium reuocare, sed & illa respuere, atque tanquam non à Deo sed à maligno profecta repudiare? Hoc quid aliud est quam gigantum more contra Deũ bellare, & contra decreta fidemque ipsius arietare? Quod longè grauius est quam corruptione vitæ bonis moribos insultare. [a] *Videte ne quis vos seducat*, dicebat Dominus; *Malum quidem est*, in- B quit [b] Origenes, *inuenire aliquem secundum mores vitæ errantem: multò autem peius arbitror esse in dogmatibus fidei aberrare, & non secundum verissimam regulam scripturarum Ecclesiæque sentire.* Custodite ergo vos ab omni errore falsorum dogmatum, & immaculati in via morum ambulantes, audite eum qui dixit. [c] *Non declinabis ad dexteram aut ad sinistram.* Ab eo qui dixit. [d] *Ego sum via, veritas & vita.* Nec vltra vos à coniuratis Ecclesiæ Catholicæ, sedisque Apostolicæ perduellibus & hostibus seduci, in mortisque pericula sempiternæ hæreticorum fraudibus illidi patiamini. Sed potius vigilate à rebellione vestra contra patrem sanctissimum penitus auersi, ne quis vos fallat eorum sanctissimæ sedis hostium [e] *Qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Isti fraudulenti [f] *Nunquam vos fallant animi sub vulpe latentes.* Et sub C nomine Christi, saluti animarum vestrarum crudeliter insidiantes dicendo. *Ego sum Christi: doctrina nostra Christi est, non Papistica: Nos veritatis sapientiæ Christianæ verique salutaris doctrinæ luminis cultores, sectatores professoresque sumus.* Cũ errorum fidei, morumque tenebris immersi penitusque consepulti teneantur. Hos si perfecto odio detestari volueritis, atque amantissimo vestrarum animarum Patri, sanctissimo Ecclesiæ pastori per veram à prioribus vestris rebellionibus auersionem contritionemque reconciliari: *Erit vita vestra quasi lux splendens, quæ procedet & crescet vsque ad perfectum diem*, fælicitatis æternæ.

Prius est errare contra fidem, quam contra mores.
a S. Matth. 24.
b Origen. tractat 27 in S. Matth.
c Deuter. c. 5.
d S. Ioan. c. 14.
e S. Matth 7.
f Horat. de arte poeti.
Prouerb. 4.

CAPVT III.

Quanta sit, quamque intolerabilis hæreticorum prauitas & impudentia, sacras scripturas, sanctorumque patrum doctrinam adulterantium in Catholicæ veritatis, Ecclesiæ sanctitatis, Pontificiæque Maiestatis exitium.

1. *Diabolus auctor hæreticis ad corruptionem SS. scripturarum, & doctrinæ SS. Patrum, vt suas impietates & falsitates mortiferas saluti animarum astruant.*
2. *Vt Catholicas veritates destruant.*



VAM præclara & vera illa S. [g] Hieronymi vox & oratio: *Omnes hæretici sibi aliisque cælestia repromittunt, & pollicentur ingentia, & tamen à dæmonibus conculcantur:* qui eos suis insaniis fascinantes, ad puritatem sacrarum scripturarum, sinceritatemque doctrinæ SS. Patrum falsificationibus deprauationibusque polluendam, sine vllo conscientiæ scrupulo non minus furenter quam impudenter impellunt; vt suas execrabiles imposturas, falsitates, dolos, impietatesque per eos ad interitum animarum super veritatis Catholicæ funera fraudolenter ædificent. Quò vt facilius ad votum contendere possint: hæc miseram hæreticorum mentibus persuasionem dolis assoetis ingenerãt; C vt sua impia dogmata, hæreticasque dementias fætidè mortiferum damnationis æternæ virus exhalantes, purissimis diuinorum oraculorum verbis tegant, ne in fætore suo dignoscantur. Quod vt verè sic eleganter [h] Vincentius Lyrinensis obseruauit, hisque sermonibus posteritati significauit. *Vbique scripturæ verbis opiniones suas tanquam quodam aromate aspergunt, ne fætorem exhalent.* Hoc modo [i] *contra Christum Christi signum portant, & contra Euangelium, de ipso Euangelio gloriantur.* Ideò antiqui Patres Christianorum magistri, hanc fidelibus cautionem dederunt ne terrerentur, vt in errorem fidei laberentur, testimonijs S. Scripturarum ab hæreticis productarum. Tunc enim sic infectæ atque pollutæ scripturæ ab ore mendacij prolatæ non sunt amplius verba Dei, sed potius diaboli iudicandæ, qui per hæreticos loquitur. *Si quando testimonia de* D *scripturis audiueris*, inquit [k] Origenes. *Vide ne statim loquenti acquiescas, sed considera illum qui loquitur, cuius sententiæ, cuius voluntatis sit, si enim sententia hæreticus est, & sub omni pelle lupus latitat, diabolus in eo loquitur: nihil ad eum scriptura pertinet*, Ob eamque causam, *despici debet*, aiebat [l] Tertullianus. *Cui competat possessio scripturarum, ne is admittatur ad eandem, cui nullo modo competit.* Et paulò post, [m] *si hæretici sunt, Christiani non sunt. Ita non Christiani nullum ius capiunt Christianarum literarum.* Atque vt post eos dicebat S. Athanasius, [n] *Tametsi voces suas è sacris literis hæreticus mutuetur, nihilominus suspectus animoq; corruptus, audiet à spiritu sancto,* [o] *Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?*

g S. Hierony. in cap. 18. Esai.
Dæmones hæreticorum impulsores ad corruptionem veritatis pro stabiliendis suis impietatibus.
h Vincent. Lyrinẽsis lib. contra falsas hæretic. nouit.
i S. August. epist. 62.
Scripturæ sanctæ quas diabolus per os hæreticorum loquitur non sunt amplius Dei verba sed diaboli.
k Origen. homil 31. in S. Lucam.
l Tertul. l. de præscript.
m Idem.
n D. Athanas. l. de synodis Ariminij & Seleuciæ.
o Psal. 49.

Ad quem finē Diabolus & hæretici ſcripturas verbaque proferant veritatis.

Quia non in alium finem hæreticus & eius Pater Diabolus S. Scripturæ teſtimonia profert: veritatemque Euangelij loquitur, quam vt ipſam ſcripturā adulteret, & ſub veritatis vmbra ſua ſtabiliat mendacia, vt per ea tandem ipſam veritatis Euangelijque lucem à credentium cordibus pernicioſiſſimè auferat. Hoc S. Chryſoſtomus agnouit cum dixit. [a] *Diabolus ipſe aliquando veritatem dicit: primum vt verum ordinem confundat, deinde vt auferat Apoſtolorum dignitatem: Poſtremò vt multitudini perſuadeat ſibi attendere.* [b] Vt fallat ſcilicet eam atque miſerè decipiat. Quæ ne fierent, etiam vera dicentium dæmonum ora Chriſtus obſtruxit, ſicut ſponſa eius Eccleſia columna atque firmamentum veritatis, omnium hæreticorum fauces & linguas ſub grauis interminatione ſupplicij, implorata optimorum Catholicorumque principum manu compeſcuit. Quod proferendo verba veritatis in malam mentem, ſua corroborare mendacia, atque ipſam veritatis religionem à fundamentis ſolicitare penituſque, quantum per eos fieri poteſt, de fidelium cordibus eradicare conſueſcant. [c] Hoc ſiquidem S. Gregorius hæreticorum proprium eſſe docet. *Vt veris falſa permiſceant, & bonis mala. Nam ſi ſola falſa & mala dicerent, ab omnibus repellerentur; ſi ſola vera & bona, hæretici non eſſent. Itaque omnia miſcent, vt ex malis bona inficiant, & per bona, mala ſua abſcondant.* Nec vllo maiori errores ſuos fundamento, quam ſcripturarum diuinitus inſpiratarum adulterinis interpretationibus applicationibuſque pollutarum teſtimonio fulciri deſiderant. Vt non malè in caput ſuum maledictæque doctrinæ confuſionem ſceleratus Apoſtata Lutherus, [d] *Sacram ſcripturam hæreticorum librum eſſe* dixerit. *Hoc eſt*, inquit, *talem librum in quo hæretici potiſſimum ſuum præſidium collocent. Nullum enim alium librum reperiri, quo tantopere abutantur ſectarij, & quod plus eſt, nullum extare, quo magis glorientur: neque vllam ſectam tam rudem & agreſtem vnquam extitiſſe, quæ ſe ſcripturæ oraculis comere & fucare non tentauerit.* Hæc Lutherus ſe proprio ore, ſuoſque aſſeclas hæreticos eſſe veriſſimè iudicans. O diuina prouidentia, æternaque bonitas! quæ ſic tuorum ſaluti fidelium proſpicis, vt impios ipſius hoſtes veritatis adulteros ipſam veritatem in ſuæ ſacrilegæ ſectę, ſceleratæque factionis condemnationem proferre, atque vltrò confiteri compellas! Qui dum ex ſacris diuinitatis oraculis [e] digito Dei, ſpiritu ſancto in vtroque teſtamento diuinitus exaratis, praua corruptaque intelligentia conſpurcatis, ſuarum impietatum, errorumque fulcimenta deducere conantur, venenum mortis æternæ componunt: quo dum aliorum mentes, quarum corruptionibus inhiant, inficere curant, miſerè ſeipſos intoxicant, vt ſic in æterna damnatione poſtea ſuorum ſcelerum ſine remedio fæcem inebriando ſe potantes interimantur. [f] *Sic enim Deus*, inquit Rupertus abbas, *taliter ſuam ſcripturam condidit, per quam illaqueentur peccatores & hæretici iuxta illud*, [f] Pſalm. 68. *fiat menſa eorum, id eſt, ſcriptura ſacra verbi diuini, cibum continens, coram ipſis in laqueum, & in ſcandalum.* Dulciſſimę ſunt verbi Dei epulæ ac ſalutares: ſed hæretici & Iudæi ex his deprauato ſtomacho receptis venena ſibi ſugunt, erroribuſque ſuis fulcimenta quærunt. O ſuperbum hominum ſtomachum! qui ſacroſanctæ Matri Eccleſiæ, magnique Petri ſolio caput ſubſternere recuſant, ſalutares illi verbi Dei eſcas corrūpunt, æternamque ſibi mortem ex vitali alimento comparant. Nec ſolum ſcripturas ſacras hæretici ad ſuam ipſorū perniciem, in odium Chriſtianæ veritatis, & Catholicæ communionis adulterant, ſed etiam SS. Patrum teſtimonia libros & opera ſimili prauitate corrumpunt. De quibus S. Auguſtinus expoſtulando dicebat. [g] *Non eſt mirum ſi Pelagiani dicta noſtra in ſenſus quos volunt, detorquere conantur: quando quidem de ſcripturis non vbi aliquid obſcurè dictum eſt, ſed vbi clara & aperta teſtimonia, id facere conſueuerunt, more quidem hæreticorum etiam cæterorum.* Et cum ad ruinam Eccleſiaſticæ poteſtatis & interitum regni Chriſti in terris (cuius ſolium Romæ firmatum eſt vſque ad conſummationem ſæculi) hæc SS. Patrum ſcripta, ſicut oracula diuina miſerrimè deprauauerint, ore nihilominus mēdacijs contaminato audent ſe ſuam doctrinam ex SS. Doctorum fontibus exhauſiſſe impudentiſſimè gloriari atque ſuperbiſſimè iactare. Vt SS. Patres Lateranenſis Concilij ſub Martino 1. his verbis ſignificarunt: [h] *Mos eſt hæreticis ſic fari hæc prìuatis, dogmata tradiderunt, nobis ab initio facti ſpeculatores & miniſtri verbi Dei, & ſequentes diſcipuli & miniſtri eorum, id eſt ſanctæ & vniuerſales quinque ſynodi venerabilium Patrum, atque per hanc allocutionem ſimpliciores ſurripientes, doloſè perſuadent malum vti bonum complecti, per Patrum & ſynodorum ſuauem nominis appellationem. Hoc enim facere ſimiliter ſibi proprios diſcipulos ab initio ſerpens edocuit per fictos mores & blandos ſermones*, &c. Hoc qui priſcorum hęreticorum fecit ſceleroſiùs quam noſtri nouatores Lutherus, Caluinus, Beza & cæteri: nouiſſimè Pleſſæus in ſuo iniquitatis myſterio impudentius flagitioſiuſque moliti ſunt? Vt Romano Pontifici ab illis flagitioſiſſimè in Antichriſtum motato, ſanctitatem, honorem, principatúſque deprędarentur? diſcuſſoque omni Pontificiæ reuerentiæ obſequiique iugo ęternum populis principibuſque exitium ſtruerent atque machinarentur? Sit hoc vnum hæreticę nouatoriæque in falſandis SS. Patrum, ſicut ſcripturarum teſtimonijs abominationis exemplum. S. Bernardus Epiſtola 124. de crudelibus Eccleſię oppreſſionibus expoſtulans quas per ſchiſmaticos aſſeclas ſuos Antipapa dictus Anacletus 2. immaniter exercebat, hæc contra iſtum ſceleratum Apoſtolicæ ſedis inuaſorem lugens effundebat. *Cernitur abominatio ſtare in loco ſancto, quem vt obtineret incendit igni ſanctuarium Dei*, ſcilicet Anacletus 2. *Perſequitur Innocentium, & cum eo omnem Innocentiam.* Nouatores noſtri quid ad hæc? ſceleratiſſima eorum audiatur impoſtura, hunc S. Bernardi locum perfidè & mendacio horribili vſurpantium, & illo abutentium omnino de abominatione ſedente in loco ſancto, vt inde Romanum Pontificem Antichriſtum eſſe comprobent: ſed furioſè delirantes, neſcientes ſeu potius neſcire diſſimulantes non iſta de legitimo Romano Pontifice, [i] S. Bernardum fuiſſe locutum ſed de impio ſchiſmatico, pſeudo Pontifice Anacleto; cum legitimum Papam Innocentium 2. non Antichriſtum, ſed ſanctum, vereque Chriſti vicarium, immo Chriſtum Domini magna cum reuerentia aſſeueranter appellet: Cum ipſa de beatiſſimo illo Papa Innocentio paulò ſuperius enuntiauerit. [k] *Ecce Chriſtus Domini Innocentius poſitus eſt in ruinam &*

Marginal notes:

a Homil. 29. in 1. ad Corinth.
b S. Luc. c. 4.
c L. 5 Moral. c. 11.
Hæretici falſa veris & mala bonis miſcent omnia.
S. Scriptura liber hæreticorū Lutheri teſtimonio, ſic ſe proprio ore, ſectatoreſque ſuos hæreticos eſſe iudicantis.
d Luther. in poſtilla Eccleſ. dominicæ 8. poſt trinitatem.
e Exod. c. 31. v. 18.
Hæreticis ex ſacris literis à ſe corruptis peſſimeque intellectis virus hæreſeos, venenumque mortis æternæ ſugunt.
e Rupert. abbas in S. Lucam 2. in hæc verba & non cognoſcebat eam donec peperit.
f Pſalm. 68.
Hæretici ſicut S. Scripturæ ſic & doctrinæ Patrum corruptores.
g l. de ſecundis nuptiis & concupiſc. c. 31.
h Concil. Lateran. cola. 3.
Ad quid hæretici impudenter iactitant ſuam doctrinā eſſe à SS. Patribus hauſtam, quos multiſ modis eorum puni. 2. Pars.
Veritates Catholicas conſictis mendacijs hæretici deprauant in ruinam maieſtatis ſanctitatiſque Pontificiæ.
Nouatores pſeudo Anacletū 2. quem S. Bernard. Antichriſtum vocauit pro legitimo Papa Innocent. 2. vſurpātes eumque dictum à S. Bernardo Antichriſtum impudentiſſimè mentiuntur.
i Epiſt. 124.
k Epiſt. 124.

A *in resurrectionem multorum. Nam qui sunt Dei libenter inuguntur ei: qui autem ex aduerso stat, aut Antichristi est, aut Antichristus.* Non ergo S. Bernardi testimonio Ro. Pontifex Antichristus est, sed vnctus Domini vicarios Christi: Et contra qui huic sanctissimo præsuli resistunt Antichristi vocantur, vt sceleratus ille pseudopōtifex Anacletus sacrilega schismaticorum turba stipatus, de quo idem sanctus Epistola ad Gaufredum hæc habet, veris hunc execrabilem [a] veri Pontificis hostem Antichristi coloribos depingentia. [b] *Bestia illa de Apocalypsi, cui datum est os loquens blasphemias, & bellum gerere cum sanctis, Petri cathedram occupat,* scilicet eiecto legitimo Pontifice Innocentio secundo, *tanquam leo paratus ad prædam.* De eodem Apostolicæ sedis inuasore, & crudeliter in eam intruso ista rursus ad Episcopos Aquitaniæ sanctus deuotusque Pater ait. *Velimus nolimus, impleri quandoque necesse est veritatem Spiritus sancti, fierique illam, quæ prophetico Spiritu prænuntiata legitur in scripturis discessio: sed væ homini per quem venit. Quis verò ille nisi homo peccati, qui super electum* (scilicet Innocentium 2.) *à Catholicis Catholicum & canonice locum sanctum inuasit?* Quem locum, scilicet sedem Apostolicam, hunc flagitiosissimum Apostatam schismaticum & Antipapam non propter sanctitatem quam horrebat, sed propter summitatem sublimitatemque principatus quam ambitiosissimè ac superbissimè deperibat, ardenti ambiuisse cupiditate scribit his verbis. *Quem scilicet locum sanctum, non quia sanctus, sed quia summus affectauit.* Similis insaniæ & impudentię Nouatorum licet imposturam deprehendere, qui vt statum Romanæ Ecclesiæ, vt corruptissimum malitiosè calumniarentur, detestabili mēdacio atque pseudologia vsurpant atque corrumpunt S. Bernardi querelas & increpationes contra hęreticos Arnoldistas Romanam Ecclesiam & ciuitatem perturbantes, atque Romano Pontifici Eugenio tertio crudelis rebellionis armis obsistentes, ac si S. Pater contra Catholicos Romanos Ecclesiæque ministros eas eiibrasset, cum reuera his querelis ac increpationibus iustè in hæresiarcham Arnoldum, & in seditiosos quosdam Romanos ciues, quos execrabilis ille suę hęreseos insania dementauerat, solummodo Pater religiosissimus excanduerit. Cuius veritatis testes sunt literæ ipsius ad illos Romanos ciues sceleratè ac infæliciter ab ipso nefandissimo animarum corruptore seductos, in quibus hæc inter alia Ecclesiæ Romanę oppressionem, & seductorum Romanorum cæcitatem deplorando grauiter effundit. [d] *Dimittite proinde, quæso, dimittite vt plangam paululum apud vos dolorem meum: nec meum tantum, sed & totius Ecclesiæ. Nonne ipsius vox est hodie per vniuersum mundum? caput meum doleo, caput meum doleo,* scilicet Ecclesiam Romanam ab Arnoldistis oppressam, quæ est caput omnium Ecclesiarum Christianarum. *Quis namque vel nouissimus Christianorum in toto sit orbe, qui non glorietur hoc capite,* Romana Ecclesia, *quod ambo illi gloriosi principes terræ alter amisso, alter demisso in cruce capite suo triumpho extulerunt, suo sanguine ornauerunt. Ad omnem quippe spectat Christianum iniuria,* scilicet Romanæ Ecclesię orbis Christiani capiti inflicta, *& sicut in omnem terram exiuit sonus eorum, sic læsio eorumdem ab omnibus vsquequaque sentitur, vsquequaque plangitur, & dolentur, &c.* [e] Atque hæc in transcursu dicta sint: vnum pro multis sufficiat exemplom vt studiosus lector veréque Catholicus impostura ab vna Nouatorum discat omnes, quas tanto in cumulo numeroque colligere licet in eorum malè feriatis operibus aduersus Ecclesiasticę Monarchię principem, vt ex nouissimis in Plessęanæ impietatis mysterio (quod est insignis prætet cæteros ad abominabiles imposturas blasphemiasque liber) ita vt eas omnes recensere præ multitudine durum nimisque laboriosum esset. Atque hoc illi faciunt, vt à tramite antiquorum hęreticorum, patriarcharum suorom obliquo, sceleratisque commaculato erroribus minimè exorbitare videantur: qui vt Ecclesiam Dei tumultibus perturbationibusque perniciosis concutiant, eius statum Monarchicum ad conuulsiones interitus impellant, & ita simpliciores fallendo perdant, vocibus quidem, vti quæ ab orthodoxis piè dicuntur, rectum autem earum intellectum & expositionem ad suam impietatem transferre
B solent, sicut imperator Iustinianus ad calcem confessionis suæ, quam Ioanni 2. misit Romano Pontifici, declarauit. [f] *Quibus illud semper studium fuit diuinas scripturas & sanctorum Patrum testimonia proponere, & flagitiosè temerare atque corrumpere, vt cum erectione suæ factionis & improbitatis, Christianæ fidei, Catholicæque veritatis fundamenta, bases, fastigiaque demolirentur.* Quam hoc appositè illustrique similitudine Magnus ille Lugdunensis Episcopus [g] S. Irenæus expressit. *Cum sit igitur,* inquit, *illorum argumentum, quod neque prophetæ prædicauerunt, neque Dominus docuit, neque Apostoli tradiderunt, quod abundantius gloriantur plus quam cæteri, cognouisse de his quæ non sunt scripta legentes, & quod solet dici, de arena resticulas nectere affectantes, fide digna aptare conantur his quæ dicta sunt, vel parabolas dominicas, vel dictiones propheticas aut sermones Apostolicos, vt figmentum illorum non sine teste esse videatur: Ordine quidem & textum scripturarum supergradientes, & quantum in ipsis soluentes membra veritatis. Transferunt autem & transfigunt: & alterum ex altero facientes seducunt multos ex his, quæ aptant ex dominicis eloquiis malè composito phantasmati. Quomodo si quis Regis imaginem bonam fabricatam diligenter ex gemmis pretiosis à sapiente artifice, soluens subiacentem hominis figuram, transferat gemmas illas & reformans faciat ex illis formam canis vel vulpeculæ, & hanc malè dispositam. Dehinc confirmet & dicat hanc esse illam regis imaginem illam bonam, quem sapiens artifex fabricauit, ostendens gemmas, quæ bene quidem à primo artifice in regis imagine composita erant: malè verò à posteriore in canis figuram translata sunt, & per gemmarum phantasiam decipiat idiotas, qui comprehensionem regalis formæ non habeant, & suadeat, quoniam hæc turpis vulpeculæ figura illa est bona regis imago. Eodem modo & hi aniculárum fabulas assumentes post deinde sermones & dictiones, & parabolas hinc inde afferentes vt aptare volunt fabulis suis eloquia Dei.* Eiusdem S. Irenęi tempore sedente in solio D. Petri sancto Victore similis manię violentia percussi hęretici nescio qui Theodoti coriarij sectatores, adeò in S. scripturarum corruptionem, in odium & interitum Catholicæ communionis sæuiebant, vt dum se eas interpretari verè impudenter gloriabantur, suis falsis opinionibus erroribusque deprauatis nefandissimè prostituerent. De quibus hæc Eusebius. [h] *Diuinas scri-*

Resistens Rom. Pontifici Antichristus vocatur: scilicet Antichristi minister atque fautor & imitator vt Anacletus 2.

a S. Bernard Epist. 125 ad Gaufredum.

b Apoc 13.

c S. Bernard. ibi supra.

Alia nouatorum impostura S. Bernardi rursus testimonium in Ecclesia Rom. contumeliam corrumpentium.

d Otho Frisingensis in Friderico Anno 1144.

e S Bernard. ad Romanos ciues miserè ab Arnoldo seductos 243. Epist.

Luctus S. Bernardi ob Ro. Ecclesiæ ab Arnoldistis oppressionem & eorum cæcitatem ac seductionem.

Ex vna nouatorum impostura omnes colligi possunt.

Mos hæreticorum SS. Scripturas patrumque SS. testimonia in sua scripta deducere vt ea corrumpant ad ruinam fidei Catholicæ & salutis animarum

f Iustinian. imper. confessio. Ioan. 2. Papæ missa.

g S. Irenæus l. 1 contra hæreses Valentini & similium c. 1.

Superbia consueta hæreticorum gloriari se plus scire quam omnes. Similia habet S. Gregorius Nyss.

Pulchra & illustris similitudo exprimens fraudulentiam & malitiam hæreticorum SS. scripturas patrumque testimonia deprauantium in ruinam Catholicæ fidei.

h L. 5 c. 25 scilicet vt hist. Eccles.

pturas abſque vllo timore contemnerant, & corrumpentes eas emendare ſe dicunt. Verum ne quis me putet falſa aduerſus eos proferre, palam eſt omnibus noſcere. Si quis vult exemplaria eorum accipere, & cum aliis nihilominus eorum exemplariis conferre, inueniet etiam inter ſe ipſa multum diſſonare, quia vnuſquiſque vt ſibi videtur emendat, &c. Huc referri debet iuſta Origenis contra hæreticos operum ſuorum corruptores expoſtulatio, hæc ad amicos ſuos Alexandriæ commorantes ſcribentis. [a] *De hæreticorum verò temeritate, vt credi iſtud ſcelus facilè poßit, illa res maximum crudelitatis præſtat exemplum, quod abſtinere impias manus etiam à ſacroſanctis quidem Euangelij vocibus non potuerint. Apoſtolorum verò vel actus, vel Epiſtolas qualiter polluerint, qualiter corroſerint, qualiter in omnibus maculauerint vel addendo impia, vel auferendo quæ pia ſunt, ſi quis vult plenius ſcire ex his libris Tertulliani quos aduerſus Marcionem ſcripſit, pleniſſime recognoſcet.* [b] Qui quidem libro de præſcriptionibus ita de inſanabili hæreticorum ſcripturas deprauandi cacoëthe loquitur. *Alius manu ſcripturas, alius ſenſu expoſitiones interuertit. Neque enim ſi Valentinus integro inſtrumento vti videtur, non callidiore ingenio, quam Marcion manus intulit veritati*, &c. [c] Ideò S. Ambroſius, *Hæretici*, inquit, *hi ſunt qui per verba legis, legem impugnant. Proprium enim ſenſum verbis aſtruunt legis, vt prauitatem mentis ſuæ, legis auctoritate commendent. Sciens enim impietas auctoritatem multum valere, fallaciam ſub nomine eius componit, vt quia res mala per ſemetipſam acceptabilis eſſe non poteſt, bono nominis commendetur.* [d] S. Hieroymus demonſtrare volens hæreticos ideò in SS. Scriptorarum pollutionem deprauationemque furere, vt Ecleſiam Chriſti Domini (quam Hieruſalem ſpiritualem vocat) cum ſuo rectore, eiuſque regimen à Deo conſtitutom deſtruere poſſint, interpretando hæc verba Ezechielis: *Et ſumens de veſtimentis tuis feciſti tibi excelſam*, ait: *noſtra Hieruſalem, quæ interpretatur viſio pacis, ab hæreticis ſcinditur, quando vnum aut alterum teſtimonium ſcripturarum de propriis carpentes locis conantur aſſuere, his quibus non queunt coaptare. Ad quos & ſupra dictū à propheta legimus. Væ his quæ ceruicalia ſub omni cubito manus ponunt, & faciunt operimēta ſuper caput vniuerſæ ætatis.* [e] Quos ſcripturarum diuinarum corruptores ſcribit alibi, *non vti teſtimoniis ſcripturarum ſibi cohærentibus, ſed conturbare omnia*, vt ſcilicet, *impietatem ſuæ doctrinæ atque falſitatem pro pietate & veritate Catholica ad illudendum perniciosè ſibi præbentibus aures obiiciant.* Quam ad viuum talis impudens & ſuperba hæreticorum peruerſitas à [f] D. Auguſtino depicta deſcriptaque eſt, cum ſic impios Manichæos, eiſque ſimiles hæreticos alloquitur: *Videtis hæretici id vos agere, vt omnis de medio ſcripturarum ſanctarum auferatur auctoritas, & ſuus cuique animus auctor ſit, quid in quaque ſcriptura probet, quid improbet, vt non auctoritati ſcripturarum ſubiiciatur ad fidem, ſed ſibi ſcripturas ipſe ſubiiciat: non vt ideo illi placeat aliquid, quia hoc in ſublimi auctoritate ſcriptum legitur: ſed ideo rectè ſcriptum videatur, quia hoc illi placuit.* Hoc quid eſt aliud attentare ac emoliri, quam omnem Eccleſiæ eiuſque paſtorum auctoritatem ſupprimere, totumque in animas elidere principatum? Cui ſoli à Deo datom, veros, recluſoſque inuolutos in verborum cortice SS. Scripturarum ſenſus, ſecun-

a Origen. Ep. 4. ad ſuos charos Alexandriæ.

Hæretici à corruptione S. ſcripturarum non poſſunt abſtinere.

b Tertul. l. de præſcriptionibus.

c In ca. 3. Ep. ad Titum.

d L. 4. comment. in Ezech c. 16.

e Hieron. l. 10. commēt. in Ezechiel. c. 32.

In hæc verba leoni aſſimilatus eſt, & draconi qui eſt in mari.

f L. 3. contra Fauſtū c. 19.

A dum ſpiritus ſancti intelligentiam intentionemque fideliter euoluere ac eruere? propterea in hos falſarios, læſæque veritatis, oppreſſæque dignitatis Eccleſiaſticæ reos idem Pater doctiſſimus exclamat. *Quò te committis anima miſera, infirma, carnalibus nebulis inuoluta? quo te committis?*

CAPVT IV.

Has SS. ſcripturas doctorumque orthodoxorum teſtimonia, ſine teſte & interprete bono adulterinis corrumpunt expoſitionibus, vt Eccleſiaſticæ Monarchiæ ſanctitatiſque robur inexpugnabile elidant, ſed fruſtra.

B

1. *Eò ſceleratior & impudentior hæreticorum prauitas in falſa expoſitione corrumpendis SS. ſcripturis, falſificandiſque Patribus in interitum Eccleſiaſticæ poteſtatis, ſalutiſque animarum, quod nullum bonum ſumant auctorem quem in exponendis ſcripturis ſequantur: niſi prius à ſe deprauatum.*
2. *Quæ corruptione ſcripturarum ad calumnias & blaſphemias contra ſanctitatem roburque Eccleſiaſticæ Monarchiæ atque principatus inexpugnabile, incitati inflammatique furore feruntur.*

C

3. *Sed robur hoc ſanctitatis & auctoritatis Eccleſiaſticæ immotum contra has furias manet in æternum.*



ERE' profecto atque ſapienter à Salomone dictum illud. [g] *Vbi non eſt gubernator populus corruet; ſalus autem vbi multa conſilia.* [h] Quæ verba S. Dorotheus exponens ait. *Cauere nos admonet diuina ſcriptura, ne noſmetipſos informemus, ne nos ſciolos habeamus, ne perſuadeamur eſſe nos ſatis nobis ad regimen noſtrum. Opus enim nobis eſt auxilio præter Deum, opus coadiutoribus. Nihil eſt miſerabilius, nihil quod citius expugnari queat, iis qui nullos duces, nullos auctores habent ad viam Dei.* Talis eſt miſeria & infælicitas hæreticorum à ſumma impudentia malitiaque profecta, in exD ponendis ſacris literis, veriſque doctrinæ SS. Patrum ſenſibus eruendis, auctorem bonum fidelemque eloquiorum diuinorum interpretem, ſequi deprecantiom. Vt ſui inanis cerebri dementiæ credentes, alterando adulterandoque diuinas illas paginas, naufragantes à fide ſecum ſeductos à ſe in eandem impietatis miſeriæque foueam præcipitent: atque totam Eccleſiæ ſanctiſſimæ œconomiam Monarchiamque confuſione deteſtabili perturbent. Sic dum has diuinas ſcripturas fideles verbi Dei voluntatiſque eius ſequeſtras, ſe impudenter ſectari gloriantur, impropeando veritati, iuſtis ac ſanctis Eccleſiæ Patribus, principibuſqoe calumnias inurendo ſuos peſtiferos in æternæ pericula mortis conſectantur errores: vt clariſſime [i] D. Aoguſtinus ad Conſentium Epiſtola demonſtrat. *Quia*, inquit, *& ipſæ*

g Prouerb. c. 11.

h S. Doroth. ſerm. 5.

Quam miſerū ſine bono auctore ſcripturas velle interpretari.

i D. Auguſt. Epiſt 222. ad Conſent p. 128

ſcriptura ſancta, quæ magnarum rerum ante intelligentiam ſuadent fidem, niſi ea rectè intelligas, vtiles tibi eſſe non poſſunt. Poſt hæc ſubiungit. *Omnes enim hæretici qui eas in auctoritate recipiunt, ipſas ſibi videntur ſectari, cum ſuos potius ſectentur errores, ac per hoc non quod eas contemnant, ſed quod eas non intelligant, hæretici ſunt.* Sic illi miſeri: quare hoc? Quia magis ſui cerebri debilis ac ſenſu bono vacui per ſuperbam præſumptionem vertigini fidere malum, quam optimo maximéque erudito doctori credere. [a] *Sic de intelligentia hæreſis eſt, non de ſcriptura: ſenſus non ſermo fit crimen.* [b] *Sic non aliunde nata ſunt hæreſes & quædam dogmata peruerſitatis illaqueantia, & in profundum præcipitantia, niſi dum ſcriptura bona intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur etiam temere & audacter aſſeritur.* [c] Sic rectè monuit S. Hieronymus, *Vt non putaremus in verbis ſcripturarum eſſe Euangelium, ſed in ſenſu non in ſuperficie, ſed in medulla: non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.* Quod quidem cum per ſe hæretici penetrare neſciunt, contemnentes per arrogantiam, audaciamque ſtupendam bonæ ſubſidia doctrinæ, à SS. Patrum doctorumque Catholica fide, ſapientiaque illuſtrium fontibus hauſtę, in horribilis inſcitiæ perditioniſque barathrum cum ſeductis à ſe funeſtiſſimè reuoluuntur. Quid illis miſeris voluntariè cæcis facias? [d] *Via ſtulti recta in oculis eius: Qui autem ſapiens eſt*, qualis eſt ſalutis ſuæ cupidus humilis Catholicus, *audiet conſilia.* Atque vtinam ſtulti atque dementes hęretici non eſſent, vt ad ſalutem animarum ſuarum legitimum verumque SS. Scripturarum ſenſum à ſancto aliquo doctore ab Eccleſia ſedeque Apoſtolica firmamento veritatis approbato dociliter audire vellent, qualem his verbis S. deſcripſit Ambroſius. [e] *Talis debet eſſe qui conſilium alteri dat, vt ſeipſum formam alijs præbeat ad exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, vt ſit ſermo eius ſalubris & irreprehenſibilis, conſilium vtile, vita honeſta, ſententia decora*, & cap. 8. eiuſdem libri, cui doctori ſalutem noſtram credere debeamus ita docet. [f] *Huiuſmodi viro ſalutem noſtram, & exiſtimationem committimus qui ſit iuſtus & prudens: facit enim iuſtitia vt nullus ſit fraudis metus, facit etiam prudentia vt nullius ſit erroris ſuſpicio.* O vos inſenſati & propter intolerabilem ſuperbiæ & audaciæ obſtinationem miſerabiles hæretici qui in turbido cerebri veſtri cœno, fontem aquæ viuæ, ſcilicet puræ ac verę ſcripturarum intelligentiæ quæritis, & aures ad audienda veritatis oracula præ nimia confidentia præſumptioneque non habẽtes, ad has huius S. Patris voces non attenditis! [g] *Quis in cœno fontem requirat? quis è turbida aqua potum petat? itaque vbi luxuria, vbi intemperantia, vbi vitioſa confuſio, quis inde ſibi aliquid hauriendum exiſtimet? Quis vtilem cauſæ alienæ iudicet quem videt inutilem vitæ ſuæ? Degeneres animos vita arguit. Quomodo enim eum potes iudicare conſilio ſuperiorem, quem vides inferiorem moribus? ſupra me debet eſſe cui me committere paro. An verò idoneum eum putabo, qui mihi det conſilium, qui non dat ſibi?* Alios ſalutaria docere vos fingitis aut pręſumitis, qui veſtras animas contagione peruerſæ perſuaſionis opinionumque hęreticarũ portentis inficitis, infectaſque æternæ damnationi mancipatis? Sed quem vos directorem magiſtrumque in exponendis SS. Scripturis ſequi velletis? vos qui

Scriptura nõ bene intellecto non proſunt ſed potius plurimum nocet. De intelligentia ſcripturæ non de verbis fit hæreſis.

a S. Hilar. l. 2. de trinitate.

b S. Auguſt. tractat. 8 in S. Ioannem.

c Comment. in Epiſt. ad Galat. c. 1.

d Prouerb. 12.

e S. Ambroſ. l. 2. offic. c. 17. Qualis debet eſſe doctor quem in intelligendis ſcripturis beneque viuendo ſequi debemus.

f Idem S. Ambroſ. c. 8. l. 2.

g S. Ambroſ. l. 2. offic. c. 12. Nouatores, vt Caluinus, Patribus, œcumenicis Concilijs, totique Eccleſiæ interpretandi ſcripturas auctoritatem cuiſque ſceleratè adimunt.

A ipſas interpretandi ſanctis priſcorum ſæculorum Patribus, concilijs œcumenicis, ipſique columnæ veritatis Eccleſię auctoritatem iuſque denegare præ enormi veſtra ſuperbia non perhorreſcitis? Nunquid veſtri Patriarchæ Caluini, cuius blaſphemiarum, errorumque venena ſuxiſtis, portentoſa vox eſt, [h] *Hoc perpetuum eſſe nego, vt vera ſit & certa ſcripturæ interpretatio, quæ Concilij ſuffragiis fuerit recepta.* Huius improbæ arrogantiſque negationis hanc paulò ante rationem non minus impiam produxerat. *Dum numerantur*, inquit, *non appenduntur ſententiæ: meliorem partem à maiore vinci ſæpius neceſſe fuit. Certe multas impias ſententias protulerunt.* O ſceleſtum hominem! ô blaſphematorem impium! ô in ſpiritum Dei viui contumelioſum Hæreſiarcham! vbi Spiritus ſanctus, ſi quę effutit Caluinus vera eſ-
B ſent? ſi pręſens œcumenicis Concilijs, vt fide Catholica credimus, qua ratione Patres illi quos ipſe Dei S. Spiritus intus alit, *Multas impias ſententias*, in ſacro illo Eccleſiæ vniuerſalis conſiſtorio proferre potuerunt? Nunquid ſi aliquis à Patribus ſic in nomine Chriſti congregatis prolatus ſit error, acceptus Spiritui ſancto referendus eſt? Nunquid ſi à veritatis luce in mendaciorum tenebras illi Patres abrepti ſunt, Spiritus ſanctus decepit eos? O rabida ora! ô furioſi, non mente præditi! ô dæmonis, non hominis vocem! Nunquid his & ſimilibus conſideratis hæreticorum blaſphemiis, hęreticos non modo veritatis adulteros, ſed etiam interfectores ſine cauſa [i] Tertullianus appellauit libro de carne Chriſti? Quanto ſapientius & fidelius nos S. Auguſtinus edocuit, neminem quantumuis eruditum ſi-
C ne Eccleſiæ ſanctę Matris auctoritate, directione & approbatione ſacras debere ſcripturas exponere? Hanc doctrinam Honorato Manichæo factionis hæretico ſuperbè glorianti ſe ſcripturas per ſe ſatis intelligere, diuinaque ſecreta certa ratione carpere facillimè poſſe, imprimere ac inculcare conatus eſt, talia inani iactanti proteruia reſpondens. *Et ſi facto tibi non noceбis, noceбis tamen exemplo cæteris: itaque ordo iſte & ratio ſeruanda, quæ ſine cuiuſque periculo ſeruari poteſt*: ſcilicet cum in SS. Scripturarum intelligentia Eccleſiæ Matris conſulitur auctoritas. *Quod quidem facile ſit, etiam hi qui volare poſſunt, ne cui ſit periculo exemplum, pauliſper cogantur incedere, quia etiam cæteris tutum eſt.* Hęc prouidentia veræ religionis, hoc iuſſum diuinitus, hoc à beatis maioribus traditum, hoc ad nos vſque ſeruatum. Hoc perturbare velle atque peruertere nihil aliud eſt, quam ad veram religionem ſacrilegam viam
D quęrere. Qua directionis via, quia hęretici nolunt incedere, iudicio [k]. S. Cypriani corruptores Euangelii atque interpretes falſi nominantur. *Qui*, inquit, *extrema ponunt, & ſuperiora prætereunt partis memores & partem ſubdole comprimentes, vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſunt, ita capituli vnius ſententiam ſcindunt.* Eſau piloſus, ferus & agreſtis cibos de venatione ſua Patri ſuo Iſaac propria manu induſtriaque parauit, & pro labore huius apparatus ciborum, paternam perdidit benedictionem. At Iacob cibos eidem Patri bene coctos, apparatos & cõditos non ſua induſtria atque labore, ſed matris Rebeccæ manibus, opera, labore, paternæ fælicitate benedictionis abundauit. Sic hęretici Eſau reprobi ſectatores ſibi formant & condunt ſua ſuperba pręſumptione

h Caluin. Inſtit. patu c. 8. art. 167.

i Tertul. l. de carne Chriſti c. 5.

k S. Auguſt. l. de vtilitate credendi ca. 10.

l Cypr. l. de vnitate Eccleſię. In exponendis SS. ſcripturis ſenſus quem dat Eccleſia ſequendus eſt qui ſecus faciunt reprobantur vt Eſau.

m Geneſ. 27. Not. concept.

Hæretici Eſau reprobo ſimiles: Catholici Iacob audienti vocem Matris Rebeccæ comparati.

de ſcripturis prauè falſoque intellectis pernicioſas, mortiferaſque intelligentias, tanquam peſtiferos animorum cibos, qui illis æternæ damnationis maledictionem cauſantur. At boni Catholici ſpiritualis Rebeccæ filij, id eſt Eccleſię ſponſæ magni Iſaac, qui eſt Chriſtus Dominus, riſus & delitiæ generis humani, ex ſcripturis ſenſus puros & legitimos accipiunt: non quales proprij ac particularis ſpiritus labor adinuenit, ſed quos ſpiritualis Rebecca Eccleſia, firmamentum & columna veritatis, fidelium Catholicorumque mater ſua virtute, induſtria, ſapientia à Spiritu ſancto profectis tanquam ſalutares, regias, cæleſteſque dapes bene conditas apparauit. Ex quibus obedientes illi filij ſponſę Chriſti Catholici, Iacobi ſpirituales, ſcilicet vitiorum vitæ, errorumque fidei ſupplantatores, cumulatam fœcundamque bonis omnibus ſibi benedictionem æterni Patris acquirũt, ſfructuque illius poſtea in cæleſti patria, ſempiterna fælicitate copioſiſſime potituri. Veri

Catholici audientes vocem Eccleſiæ in ſcripturis exponendis agno manſueto ſimiles.

B ac myſtici agni Chriſti Domini fideles illi, qui alienis vberibus, vt meretricis Babylonicæ, hæreſis nempe, doctrinæque dęmoniorum veneno mortis æternæ tumentibus, os mentis apponere deprecantur: ſed ſolius matris ſuæ Romanę Eccleſiæ mammillas diuino lacte redundantes ſugere deſiderant, ſicut illius vocem, vt agni manſueti, audiendi religioſa cupiditate ſapienter inflammantur. Præclara & appoſita quidem conceptio S. Ambroſij doctrinę fundamento ſubnixa, iſta dicentis. [a] *Agnus lactis materni notos ſibi fontes requirit: quamuis cibi deſiderio teneatur & potus, transcurrit tamen aliena vbera grandia, licet humore lactis exundent. Solam matrem requirit, ſolius ſibi materni vberis pauperes ſuccos ſignificat abundare.* Item ex eodem S. Patre, *Agnus multis licet verſetur in millibus ouium recognoſcit vocem parentis,* C *feſtinat ad matrem.* Talis eſt vetè Catholicorum conditio, & propter dictas rationes dilecto Iacob ſimilium, & agnus manſuetos imitantium. Non ſic hæretici, non ſic: ſed hædis non immerito à SS. Patribus propter fœtorem doctrinæ mortiferæ comparantur, & ſanguinario crudelique Eſau ab vtero Matris maledictioni diuinæ propter ventura vitæ corruptiſſimæ ſcelera ſubiugato, ſimiles eſſe iuſtiſſimè perhibentur. Propter horribiles auſus, machinationes, rebelliones, ferinos impetus, ſacrilegaſque liuoris, odij extremi, malitiæ, errorumque deteſtabilium iactationes: quibus ſe contra Deum & Chriſtum eius, & contra diuinam eius religionem, contra vicarium eius in terris œcumenicum omnium fidelium parentem, contra ſponſam Chriſti Eccleſiam Catholicam, Apoſtolicam, & Romanam D. Matrem chariſſimam: quæ eos in Chriſto per lauacrum regenerationis genuerat, perfidiſſimè, omni depoſito ſenſu pudoris & humanitatis armarunt. Nam de ſceleribus Eſau reprobi ſic S. Chryſoſtomus loquitur. [b] *Quid Eſau malignius? Quid illius impudentius nequitia? Nonne fornicator erat & immundus?* Vt ait Paulus, *Non matricida & patricida? non fratricida, quantum in ipſius fuit propoſito?* Quæ ſcelera vere nouatoribus attribui quis inficias ire poteſt? Nonne quantum in ſeipſis, eorumque vindictæ cupiditate rabida ſitum eſt, Patrem Chriſtianorum fidelium quondam ſuum, ſanctiſſimum Romanum præſulem, Matrem quoque omnium in Chriſto regeneratorum Eccleſiam Catholicam & Romanam, ſe-

[a] L. 6. Hexameron c. 4. t. 1.

Hæretici Eſau reprobo & parricidæ, atque fætido hædo ſimiles.

[b] Homil. 80. ad pop. Antiochen.

[c] Ad Hæbr. 12.

Quomodo hæretici patricidæ, matricidæ & fratricidæ ſicut Eſau appellantur.

A demque Apoſtolicam, omneſque fratres eiuſdem Patris & matris ſpiritualium filios Catholicos ſæuiſſimæ demittere neci, ſuoque cruore ac funere exterminare inflammatis furore deſideriis incenduntur? Qui in eum præcipuè finem ſcripturas diuinitus inſpiratas deprauatæ interpretationis adulterio cõſtuprare, puroſque ac immaculatos SS. Patrum doctrinæ fontes veneno ſuæ impietatis inficere conantur: vt Patris ſanctiſſimi vicarii Chriſti, Eccleſiæque Catholicæ Apoſtolicæ & Romanæ fidelium matris amantiſſimę, aliorumque in ea animarum rectorum, atque principum Catholica fide pietateque clariſſimorum auctoritatem, honorem, virtutem, poteſtatemque funditus euertant. Vnus pro multis Nouatorum noſtrorum Patriarchis legatur Caluinus! In mille locis inuenietur blaſphemator diuiuina mendaciis deprauatiſque expoſitionibus oracula contaminare, ſanctorumque Patrum teſtimonia falſificationibus impoſturiſq; temeraret: B vt Eccleſiam Dei Catholicã, ſedemque beatiſſimi Petri atque eius ſucceſſoris Rom. Pontificis vicarii Chriſti Domini, principatum blaſphemiis, iniuriis atrocibus, maledictiſque ſuis grauatum, oppletumque, quantum Sathanico conniti furore potuit, delere exſcindere, proſternere, atque in planum à radicibus effundere niteretur. Ne beneuolus Catholicuſque lector in eius nefarii Satanæ miniſtri operum lectione nefanda fatigetur, accipiant vnicum ipſius inſtitutionum caput: puta caput [d] 9. libri 4. §. 6. 7. 8. 9. &c. in paruo chartæ circo atque ſpatio horrebit ipſe pius lector, & obſtupeſcet, videns tam enormiter à Caluino impietatis blaſphemiæque prodigio ſacroſancta prophetarum, Apoſtolorum, Euangeliſtarumque oracula falſificata, truncata, mutiC lata, in prauum omnino ſpiritui ſancto contrarium ſenſum horribili impoſtura, fallaciaque detorta. Qualia ſunt prophetarum Eſaiæ, Ieremiæ, Ezechielis, Zachariæ, Michææ, librorum Regum, Paralipomenon, Euangeliorum, actorum Apoſtolicorum, Epiſtolarum Ss. Petri, Pauli aliorumque ſpiritu ſancto locutorum teſtimonia. Quæ ideò commentis adulterinis ſceleratiſſimus hæreſiarcha conſpurcauit, vt tales blaſphemias ſcommatis atque pſeudologiis permixtas, tanquam ſagittas furoribus ardentes, infectaſque maledicentiæ ſacrilegæ veneno in ſanctiſſimum Chriſtianę religionis ſanctuarium, S. Petri cathedram, in rectorem vniuerſalis Eccleſiæ, reliquoſque ſub ipſo in Chriſtiana ſocietate rerum ad regimen Eccleſiæ animarumque ſalutem ſatagentes paſtores, impetu rabie hæretica cæcato iacularetur. [e] *Papa cum toto Epiſcoporum ſuorum* D. *grege non alia ratione, niſi quia paſtores nominantur, excuſſa verbi Dei obedientia, volunt omnia verſantque pro libidine, interim perſuadere contendunt ſeſe luce veritatis deſtitui non poſſe, Spiritum Dei in ſe reſidere: Eccleſiam in ſe ſubſiſtere, & ſecum emori: quaſi verò iam nulla ſint Domini iudicia, vt eodem pœnæ genere in mundum hodie animaduertat, quo populi veteris ingratitudinem aliquando vltus eſt: nempe* [f] *vt paſtores percutiat cæcitate & ſtupore. Nec intelligunt ſtolidiſſimi homines eandem ſe canere cantilenam, quam canebant olim illi qui cum verbo Dei belligerabant: ſic enim ſeſe contra veritatem inſtruebant hoſtes Ieremiæ.* [g] *Venite & cogitabimus contra Ieremiam cogitationes: quandoquidem non peribit lex à ſacerdote, nec conſilium à ſapiente, nec verbum*

2. Part. Hæretici in eũ præcipuè finem corrumpunt ſcripturas vt Papæ, Eccleſiæ aliorumq; ac eius paſtorum deſtruant auctoritatem.

Deprauat Caluinus ſacras ſcripturas, vt ſanctitatem & ſupremam Rom. Pontificis auctoritatem, aliorumque Eccleſiæ paſtorum dignitatem deteſtabilem oſtendat.

[d] L. 4. inſtit. cu. 9. §. 6. 7. 8. 9. &c.

Caluini horribiles iniuriæ in Papam & alios Eccleſiæ ſanctæ paſtores l. 4. c. 9. § 5.

[f] Zachar. 10.

[g] Ierem. 18.

Prodigiosa scripturarum applicatio à Caluino in odium papæ & bonorum Catholicorum atque ministrorum Ecclesiæ.

a Caluin l. 4. instit. c. 9 §. 7.

b S. Ioan. c. 11.

à propheta. Quæ prodigiosa hæc scripturæ accommodatio? in odium Papę & aliorum orthodoxorum Ecclesiæ ministrorum sub ipso in campo militantis Ecclesiæ pro salute fidelium contra immanitatem perfidorum Dei Ecclesięque hostium fortiter generoséque dimicantium? Quot verba, tot maledicta: quæ iterans & multiplicans contra Papæ, prelatorum sub illo, conciliorumque Ecclesię dignitatem & honorem, sic ca. 9. §. 7. eiusdem libri loquitur. [a] *Concilium sacerdotum, Pontificum & scribarum aduersus Christum Hierosolymis* [b] *coactum iussu summi sacerdotis, ibique sacerdotalis ordo summo Pontifici assidebat, ut quid desideraremus, quod ad vniuersalium Conciliorum externam speciem attineret: damnatur tamen illic Christus, & eius doctrina è medio profligatur.* Post hæc exclamat Caluinus quasi canens triumphum ante victoriam, ac si rectè ac necessariò ex funesta illa congregatione impiorum sacerdotum, legis veteris contra Dominum, obliquitatem, erroneamque Conciliorum Christianæ religionis œcumenicorum decisionem deduceret, quæ suæ infallibilitatis securitatem & certitudinem in verbo Dei promissionibusque Christi fundatam firmatamque retinent.

c Caluin. l. 4. inst. c. 9 §. 7.

d. Thessal. 2. c. 2.

[c] *O suspiciendum Patrum concilium! I tu nunc, & inclusam in vniuersali concilio Ecclesiam iacta: sit tibi facinus illud documento pro conciliorum maiestate. Et quis nunc, rogo, nobis fidem fecit, quod nihil euenset, vbi ventura defectio speratur, quam prædixit Dominus per os Pauli, quæ venire non potest quin primi pastores ipsi à Deo desciscant?* [d] Deinde suum maiore iracundia stylum exasperans sic increpando prosequitur. *Quousque hic in exitium nostrum tam sponte cæcutimus? Quousque in re tanta vana securitate torpescimus? Quare nullo modo*, ait Caluinus, *concedendum est in pastorum cœtu Ecclesiam consistere, quos Dominus nusquam recepit bonos perpetuò fore: malos autem interdum futuros prænuntiauit.*

Infallibilitatem Conciliorum œcumenicorum Caluinus nefariè & multa cum falsitate improbat.

e Vide Hosantium l. 2. c 18 locorum Catholicorũ.

Hæc Caluinus fęcunda mendaciis, imposturis ac pseudologiis, vt Romani Pontificis sanctitatem & principatum, Conciliorum œcumenicorum rectitudinem ac infallibilitatem in decernendo, [e] Monarchicumque totius Ecclesiæ inuiolabile numen atque regimen effundat in interitum, maledictorumque cumulo nequiter obruat & opprimat. Quam imposturarum fętidorumque mendaciorum putredinem ore Caluini blasphemo exhalari non valde mirum: cum sit hæreticorum germanum omnium non modo pastores Ecclesię optimos, pręcipuè pastorum principem, sed etiam religiosissimos sæcularis Reip. principes, quos suis seorsum impietatibus aduersari, maledictis incessere, atque eximias eorum heroicasque virtutes calumniarum atrocissimarum colluuie, eiusque pro viribus extinguere. Quod clarissimum fieri posset enumeratione exemplorum, ni prolixitatis metus obstaret: sed pro multis vnum illud nefandissimorum Nestorianorum commemorare sufficiat.

Mos hæreticorum pastores ac principes Christianos suis obsistentes impietatibus calumniari. Atrocissima calumnia Nestorianorũ in Theodosium iuniorem & S. Pulcheriam sororem eius.

Qui cum pręter spem omnem quam conceperant, animaduertissent Theodosium imperatorem S. Pulcheriæ virginis opera à Nestorio suæ Patriarcha abominationis hæreticæ maximè abalienatum esse animo, suamque sectam diabolicam illi maximo esse horrori, in Catholicos contra, summæ charitatis, beneuolentię atque benignitatis inclinatione affectuque paterno ipsius sanctę virginis sororis persuasione propendere. Hoc indignissimè ferentes in vtrosque fratrem & sororem Augustos furiosissimè concitati, quod aliter suæ execrabilis impietatis exitium auertere non poterant: calumniis, iniuriis, probrisque horribilibus vtriusque famam, honorem, vitæ candorem, sinceritatemque atrocissimè vulnerarunt. Rabie enim hæretica perciti hęc pręter alia nefanda de illis iniuriosissimè spargere in vulgus atque iactare non dubitarunt, quæ his verbis narrat Suidas.

f Suidas in Nestorio.

Marcellinus in chro.

[f] *Nestorio autem adeo infensa fuit Pulcheria, vt qui illũ adamabant*, scilicet huius sectatores impietatis *Nestoriani, rumorē spargerent, ideo inuisum esse Pulcheriæ Nestorium, quod illam incestus cum fratre Imp. Theodosio criminatus esset.* Hęc scelestissimi hæretici. Sed quid mirum hos in sanctam Christi virginem sociam fratris in imperio propter admirabiles diuinasque virtutes, *facto hactenus intentato*, (vt loquitur Marcellinus) hæreticos insaniuisse. Cum in virginum virginem, virginumque Reginam sanctissimam Dei genitricem tantis efferati blasphemiis æstuarint? At dum tot maledicta conuitiaque in sanctos Dei seruos ac ministros in vtroque foro vt eorum nomen bonum & auctoritatem inter populos destruant, furiosæ linguæ & calami spiculis eiaculantur: sibi speciem probitatis & sinceritatis in doctrina aliquam, sed fallacem fraudulentamque comparare conantur.

Calumniando sanctos principes Ecclesiæ & Reip. Christianæ hæretici sibi nomen bonum speciemque probitatis acquirere nituntur non solum sibi attribuendo scripturas corruptas à se, sed etiam SS. Patrum doctrinam simili fraude deprauatam.

Non modo in sensus suos scripturas deprauatas obliquè, dolo & arte Pelasga detorquendo; sed etiam SS. Patrum doctrinam professionemque fidei simili fraude contaminatas & adulteratas sibi attribuendo. Vt ementita simulataque non recedendi ab hac SS. Patrum fide doctrinaque professione viri boni atque veri religionis Christianę, cui maximè nocent & inimicantur, defensores, vindices, ministri, professoresque nominentur: sicque cuniculis, tectisque hypocrisi atque fraude machinis, diuinam fidei Catholicæ, salutisque fidelium structuram facilius perniciosiusque demoliantur. De qua dolosa fraudulentaque hæreticorum improbitate querelam supra D. Augustini vidimus. Hanc sacrosanctæ synodi, sanctique Patres sæpius detexerunt, & cum anathemate condemnauerunt.

g Concil. Constantin. 2. generale 5. collat 8.

[g] *Solent*, inquit Concilium 5. œcumenicum, *hæretici, quod à Theodoro Mopuestiæ hæretico Episcopo factum legimus, quædam ex his quæ sancti Patres scripserunt circuncidentes, quædam etiam falsa ex semetipsis componentes & confingentes sanctæ memoriæ Cyrilli Epistolam conabantur quasi ex testimoniis Patrum prædictum impium Theodorum ab anathemate liberare.* Qui quos Patres corrumpere & erroris, falsificationisque poterat adulterio polluere, suos esse dicebat: quos non poterat hæreticos appellabat. Ita Cyrus Alexandrinus Episcopus, Sergius Constantinopolitanus, [h] aliique hęresiarchæ, vt scribitur in Concilio Lateranensi sub Martino primo, superbissima præsumptione ac impudentia ad confirmandas hæreticas suas impietates sanctorum Dionysij Areopagitæ, Cyrilli, aliorumque orthodoxorum Patrum abuti testimoniis prius enormi fraude deprauatis non dubitarunt.

h Concil 5. œcumenicum ibid. & Hesych. presbyter Hierosoly. in Ep Ecclesiastica.

i Concil. Lateran. sub Martino 1. consule. 3. t. 2. Concil.

[i] Propter quam fraudem in deprauandis Sanctorum Doctorum scriptis ad suæ impietatis robur, sancti in eo Concilio congregati Patres, proferente spiritus sancti decretum Martino primo hos execrabiles Hierusalem spiritualis, quæ est Ecclesia, oppugnatores eum Hierusalem terrestris hostibus eam

grauí

cum Hieruſalem terreſtris hoſtibus eam graui obſidione prementibus appoſita conformitate in hæc verba compatarunt. *Qui ſpiritalem expugnant Hieruſalem, id eſt Catholicam Eccleſiam, imitantur eos qui terrenam expugnarunt Hieruſalem: & feſtinant vt ipſi abuti quodammodo doctrinis, ſicut Rapſaces patria voce contra Iudæos abuſus eſt, vt difficilè nequitia eius potuiſſet ſentiri: ſicut & iſti propriam fingunt, nec in bono. em patrum, ſed in deceptionem ſimplicium, ſicut ille Iudæorum, hoc callidè peragere nituntur: Verumtamen ſicut Dominus ait, ex fructibus eorum cognoſcetis eos: & quoniam hi ſunt ſimiles ſepulchris dealbatis, quia foris apparent hominibus ſpecioſa, ſicut & hæretici, quaſi paternis velati doctrinis: Intus verò pleni ſunt oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia, id eſt mortalibus & fœdis dogmatibus: nec enim ſimpliciter proferunt ſermones, ſicut teſtatur Cyrillus,* [a] *ſed cum dolo atque verſutia.*

Hæretici Eccleſiæ ac ſedis Apoſtolicæ oppreſſores cum obſidentibus Hieruſalem comparati

In eodē Cōc. Lateran.

Hæretici ſimiles ſepulchris dealbatis.

a S. Cyrillus Alexand In eodē Concilio.

Quos ſceleratos hæreticorum dolos conſiderantes, impenſeque ad calculum rationis examinantes SS. Patres iſta addiderunt. *Quod vtique & nos veraciter cognoſcentes non debemus omnino timere opprobriū hominum iſtorum, neque exprobrationibus vinci: quoniam hoc nobis Dominus iubet per Eſaiam Prophetam, dicens:* [b] *Audite me qui ſcitis iudicium: Populus meus in quorum corde lex mea eſt, nolite timere opprobrium hominum, & blaſphemias eorum ne timeatis, &c.* Malitiam poſt hæc, verſutias fraudeſque hæreticorum in peruertendis ſanctorum Patrum doctrinis, ſcriptiſque ad interficiendum in occulto rectos corde magis ac magis exprimentes patres illi aiunt doctrinas, monumentaque illorum S. Eccleſiæ magiſtrorum eſſe velut foramina petrarum, in quibus proditoria calliditate hæretici latitant, vt per eorum deprauationem ſimpliciorum ſalutem immaniſſime ludificentur. [c] *Sunt enim,* inquiunt, *foramina petrarum ipſa ſanctorum Patrum de Chriſto myſticæ traditiones: Conantur namque & in his foraminibus doloſè abſcondere ſe hæretici, vt putentur ſanctiſſimi & non ſceleroſi paruulis. Qui ſi verè ſcripturas animaduerterent, nunquam ad talem iniquitatem proſilirent, id eſt, immutationem, & interemptionem paternarum traditionum & dogmatum.* Sic Paulus Epiſcopus Conſtantinopolitanus Monothelitarum contagione contaminatus ſcribens, ad Theodorum Papam huius nominis primum, impudentiſſimè in aſſerenda vnitate voluntatis & operationis Chriſti Domini, ſe ſacrarum Scripturarum & patrum doctrinam ſequi, eorum fidei inſiſtere veſtigiis aſſerebat. [d] *Non,* inquit, *ſurgialiter ſtamus, non ad contradictionem, non fauorem inanem amplectimur, ſed in verbo Dei propoſita huiuſmodi requiſitionis reſolutionem feciſſe dignoſcimur, &c. Et pro illa fide,* ait, *alapas ſuſtinemus & exprobrationes.* Qua alia verborum formula, quam iſta noſtri Nouatores Catholicis reſpōdēt in ſua mordicus improbitate defendenda? Per alapas & exprobrationes quarū ſeueritate ſe pro fide, ſcilicet hæreſi ſua, hæreſiarcha premi patienter aſſerit, erant illæ ſanctæ, piæque exhortationes & admonitiones, quibus ſancti illi patres hūc ab hæreſeos ſuæ cōtagione eripere Chriſtiana charitate eius ardore ſalutis incenſi nitebantur. In qua nihilominus pertinaciter reſiſtens ſanctorū Patrum monitis, ſanctoque ſpiritui permanſit, iuſtè propterea à Concilio condemnatus. Quod de aliis hæreticis ipſa ſubiunxit: *Mos eſt hæreticis ſic fari: Hæc pietatis dogmata tradiderunt nobis ab initio facti ſpeculatores & miniſtri verbi Dei & ſequentes diſcipuli & ſucceſſores eorum, id eſt ſanctæ & vniuerſales quinque ſynodi venerabilium Patrum, atque per hanc allocutionem ſimpliciores ſurripientes doloſè perſuadent malum vt bonum complecti per patrum & ſynodorum ſuauem nominis appellationem. Hoc enim facere ſimiliter ſibi proprios diſcipulos ab initio ſerpens edocuit, per fictos mores & blandos ſermones ſibi extranea reuelantes. Quod vtique deſpicere non eſt nobis ſine periculo; quibus credītæ ſunt à Domino rationabiles paſcere oues, vt lupos expellamus & proiiciamus, ne à feris captum quicquam de ouibus Catholicæ eius Eccleſiæ per noſtram negligentiam inueniatur.* Hoccine eſt diuinas ſcripturas ſanctorumque Patrum doctrinam mendacio ſibi vendicare? Hoccine eſt dolo ac periniqua fraude in earum deprauationem pollutionemque furere? vt ſancta Chriſti fides his tenebrionum erroribus extinguatur, Pontificiæ auctoritatis acies hebeſcat, & fidelium ſalus iſtarum inſaniarum limo lutoque fœdata penitus aboleatur? Sic per ſanctas Scripturas male intellectas deprauataſque Marcion ad fidei de humanitate carneque Chriſti extirpationem funoſque tetendit. [f] *His opinor conciliis,* inquit Tertullianus, *tot* (ſcilicet ſcripturas de Chriſti carne *originalia inſtrumenta Chriſti delere Marcion auſus eſt, ne caro eius probaretur. Ex qua, oro te auctoritate? ſi propheta es, prænuntia aliquid: ſi Apoſtolus, prædica publicè: ſi Apoſtolicus, cum Apoſtolis ſenti: ſi tantummodo Chriſtianus es, crede quod traditum eſt: ſi nihil iſtorum es merito dixerim, Morere. Nam & mortuus es qui non es Chriſtianus, non credendo, quod creditum Chriſtianos facit: & eò magis mortuus es, quo magis non es Chriſtianus; qui cum fuiſſes excidiſti, reſcindendo quod retro credidiſti:* Sed cum adulterio diuinorum eloquiorum & corruptione ſanctorum Patrum doctrinæ ipſi veritatis falſarij maledicta, probra iniuriaſque Catholicis quod ſecum falſa non ſentiant, inurere ſolent, vt eorum nomen bonum famamque deſtruant, ſibique hac pollutione famæ, apud omnes ſpeciem probitatis adipiſcantur; quo facilius & callidius impietatis ſuæ malitiæque virus deceptorum pectoribus effundant. Hoc præclaris illis in Concilio Lateranenſi ſub Martino primo verbis Maximus Aquileienſis Epiſcopus expreſſit. [g] *Studioſi ſunt hæretici, vt Catholicorum nomen fœtere faciant, vitia ante omnium oculos,* commentitia atque ſuppoſita ſcilicet, *ingerere & ſuam iuſtitiam commendare. Nos irrationabiliter calumniantur, ſuam ex hoc cooperire dementiam properantes, quatenus per mendacium, veritatem valeant obumbrare, & ex hoc patrem mendacij cognoſcunt, per eos propriè contra fidem opera inſtituentem, &c.* Atque hoc tam verè atque manifeſte de noſtris Nouatoribus comprobatur, vt illud pluribus illuſtrare præter ea, quæ tot iam locis ſupra recenſuimus, non minus ſuperfluum videretur, quam ad illuminandum facem in meridie circumferre. [h] Iudæis imprecationi maledictionique datum quod præcepta Dei legemque ſimul & prophetarum vaticinia prauo carnalique ſenſu ad placitum interpretantes adulterarent, vt ventri & abdomini dediti carnalia deſideria complerent. Quantò maior hæreticos imprecatio maledictioque percellere, pœnaque poſtea grauior in eos iuſto Dei indicio irruere debet? qui vt Deum eiuſque ſanctos blaſphement, fidem Catholicam eneruent, excelſum ſanctitare, virtute, benedictione diuina,

Scripta SS. Patrum ſunt foramina petrarum in quibus latitant hæretici ad decipiendos ſimpliciores.

c Ib. in Conc. Lateran.

d In eodem Concil. conſultat. 4 Pauli Monothelitæ Epiſcopi Conſtantinopolitani impudens aſſertio epiſt. ad Theodorum Papam 1.

e In eodem Concil.

Mos loquendi hæreticorum in fallacia & mendacio.

f Tertull. l. de carne Chriſti cap. 2. *Marcion per corruptas ſcripturas maleque intellectas fidem de Chriſti humanitate abolere conatus eſt.*

Hæreticus Chriſtianus non eſt & verè ſpiritu mortuus.

Hæretici Catholicorum famam tam ſolicitè deſtruere ſatagunt. g Maximi Aquileienſis Epiſcopi dictum de hæreticis.

h Iſychij l. 7. in Leuit. c. 26. *Hæretici in deprauandis ſcripturis ſceleratiores Iudæis.*

Ecclesiæ Catholicæ thronum concutiant, atque A
de eo principem Christianæ Monarchiæ omni spoliatum potestate spirituali turpiter violenterque deturbent: omnes tam veteris, quam noui testamenti scripturas, sanctorumque Patrum scripta Catholicasque doctrinas detestabili corruptione, ac alteratione pestifera à sincero veritatis portu abreptas in mendaciorum syrtes atque scopulos atrociter illidunt. Sed his tot abominationum, mendaciorum, deprauationum, blasphemiarum hæreticorum, aliorumque Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ, atque Romanæ hostiũ ingruentibus tempestatibus, procellisque numquam fidei veritas infirmabitur, nunquam S. Petri nauicula submergetur: numquam immota sublimisque auctoritatis Pontificiæ rupes excutietur atque nutabit. Nam, vt scribebat Sixtus Papa ad S. Cyrillum Alexandrinum hæreticorum B
calumniis vehementer agitatum. [a] *Nouimus frequenter patere calumnijs veritatem, nec tamen vnquam posse falsitate superari: votiua sunt semper fidem molestia prædicanti. His namque cum beatitudine copiosa merces paratur in cælo, quibus propter iustitiam maledictiones, persecutiones, & omne malum præcipitur sustinere:* Propter quæ ad majorem ipsius S. Cyrilli consolationem hæc Pontifex Romanus adiunxit, [b] *Passus es falsitatem, vt victricem faceres veritatem: & ideò nunc insultandum est falsitati, quia nullus perire potuit veritati.* His igitur longa oratione deductis, diligenter & attente consideratis, penitusque animo perpensis, quis Catholicorum fideliumque Ecclesiæ sanctæ Catholicæ & Romanæ filiorum Nouatores istos, *Mendaciorum loquacissimos*, vt Tertulliani verbis vtar, *nullius frontis homines in maledicentia sua obfirmatos*, C
pertinacia atque vetustate malè viuendi corroboratos non exhorrescit. Quis sectas illas hæreticorum nouorum, academias sacrilegorum, Lutheranorum popinas & crapulas non execratur? Quis Caluiniana seductarum & rebellium matri suæ Ecclesiæ castissimæ, quæ eas Christo in sacro baptismatis fonte parturiuerat atque pepererat, animarum lupanaria non extremo detestatur odio? In quibus purissima virgo, fidei veritas, ac sedis Apostolicæ sanctitas, per maledicta & improperia dæmoni ipsi, spiritali adultero fædissimè prostituitur? Quis denique omnes istos philomoros, & vt vno verbo complectar turpissimos Christianę fidei probitatisque constupratores non abominatur? Quibus, [d] *Nihil interest*, vt loquitur Tertullianus, *licet diuersa tractantibus, dummodo ad vnius veritatis expugnationem conspirent.* D
Liceatque nobis pro fine cum Constantino magno aduersus tot religionis faces, Reipublicæque pestes exclamare. [e] *O rabida ora! O Antechristi metatores! O diluuia & Cataclysmi impuritatum malorumque nostri orbis: apprehendite* [e] *quam sit horrendum incidere in manus Dei viuentis*, quæ vos nisi ad salutaris pœnitentiæ portum maturè cucurreritis, æternis supplicijs viuos mortuosque mactabunt.

3. Punct. *Instar perorationis veritas Ecclesiæ ac authoritatis Pontificiæ sanctitas semper immota manebit contra omnes omnium Dei hostium procellas.*

a Epist. Sixti Papæ ad S. Cyrillum Alexand.

b Ibid.

c Tertull. in Apologet. de Tacito & alijs paganorum scriptoribus.

d Tertull. l. de præscript.

e *Constantini Magn. oratione in Concilio Nicæno habita*

e S. Paul Heb. c. 10. v. 3.

CAPVT V.

Hæretici turbulenti semper & inquieti non pacifici, eò magis detestandi quo SS. Scripturas frequentiùs citant: quòd eas vitiis obstantibus non intelligentes enormiter inficiant & corrumpant.

1. *Pax vera cum hæreticis stare non potest.*
2. *Obstacula veram SS. Scripturarum intelligentiam hæreticis obstruentia quatuor præcipue. 1. Infidelitas. 2. Impietas.*
3. *Superbia.*
4. *Morum prauitas.*



Ovatores igitur nostri & eorum patres antiquorum temporum insani superbia, impietate, malitia hæretici, spiritu laborantes erroris atque vertiginis in adulterandis Spiritus sancti scripturis sanctorumque doctorum libris, in interitum religionis Christianæ destructionemque Ecclesiasticæ monarchiæ, secundum sua immania vota: audiant hæc Spiritus sancti contra se dici, quæ illius instinctu in C
persona Domini, contra falsos Prophetas Ieremias propheta loquebatur. [a] *Clamat & dicit Dominus, Nolite audire sermones pseudoProphetarum, quoniam visiones cordis sui frustrantur eos. Loquuntur, sed non ab ore Domini dicunt eis qui abijciunt verbum Domini; Pax erit vobis.* [b] *Pacem nunc offerunt*, inquit S. Cyprianus, *qui ipsi non habent pacem.* Non quæritur pax oppressione fidei, non animæ quies firmatur destructione legitimi scripturarum sensus, quæ loquũtur. [c] *Pacem ad eos qui conuertuntur ad cor*; annuntiantque regnum Dei, [d] *Qui posuit fines suos pacem*, his qui merito non numero in spirituali habitant Hierusalem, quæ est Ecclesia Christi Domini in terra militans, nondum in cœlo triumphans. [e] *Pacem reclamatis, & vbi pax?* dicebat contra Donatistas Optatus Mileuitanus: *Quid salutatis de quo nihil habetis? Quid* D
nominatis quod iam diu vestris defectionibus exterminastis? scilicet vnionem Ecclesiæ, quæ in vnius Monarchæ visibilis auctoritate firmata maximè conquiescit. [f] *Quid grande est pacem voce prætendere & opere destruere*, vt cum S. Hieronymo loquar? [g] *Concordia hæreticorum non est pax, sed impietatis vnitas*, dicebat contra Auxentium S. Hilarius: quam concordiam vitiosam vocabat S. Nazianzenus, [h] *Qua meliorem esse dicebat contentionem pietatis causa susceptam.* Quos propterea Ecclesiasticæ pacis sua rebellione, defectione, calumnijsque perturbatores [i] S. Gregorius execrabatur: quod pacem hanc in Ecclesia perturbantes Reip. sæcularisque societatis in regno Christi temporali pacem salutemque popularentur. Cum pax Reip. ex vniuersalis Ecclesiæ pace pendeat. [k] *Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Quod est hæreticis germanum; Quorum duplex

Hæretici, vt falsi prophetæ nullo modo audiendi.

a Ierem. c. 23.

b Cypr. ep 40

Nulla pax hæreticis qui suis rebellionibus & imposturis pacem Ecclesiæ destruunt.

c Psal. 84.

d Psal. 147 v. 3

e Optat. Mileuit. l. 3. contra Parmen.

f S. Hierony. ep 62.

g S. Hilar. cõtra Auxent.

h S. Greg Nazianz orat. 1. de pace.

i S. Greg. l 4. ep 32.

k Esaiæ c. 5 v. 20.

A

genus; alterum eorum qui ſibi errant & ſapiunt, propriæque ſalutis interitũ ſolũmodo cauſantur: Alterum eorum qui de profundo cordis impuri putrefactionem fætoremque impietatis & erroris exterius exhalantes, aliorum hac fætoris hæretici contagione tactorum ſaluti crudelius inſidiantur, vt eam funditus euertant. Huiç annuit diuiſioni Clemens Alexandrinus dicens. [a] *Ex ijs qui declinant à veritate alij ſeipſos ſolos; alij vero propinquos quoque conantur fallere. Atque ij quidem qui appellantur δοξόσοφοι*, id eſt opinione ſapientes, *qui ſe veritatem inueniſſe exiſtimant, nullam habentes veram demonſtrationem, ij ſeipſos decipiunt: quorum non parua eſt multitudo, & quæſtiones declinantium propter confutationes, & doctrinam vitantium propter condemnationem. Qui autem eos qui accedunt decipiunt, hi ſunt valde callidi & aſtuti. Qui etiam ſi ſatis ſciant ſe nihil ſcire, probabilibus tamen argumentis obſcurant veritatem.* Et cum vtrumque genus iſtorum perditorum ſit execrabile, hoc tamen poſterius iudicio huius doctiſſimi patris execrabile magis. Quos propterea maximè oratione noſtra impetimus, qui fallacia, fraudéque per ſcripturas à ſe corroptas ſibi credentes inficiunt, ad quarum ſplendidam lucem intelligentiamque veram, his deceptoribus, *veritatis*, vt Tertullianus loquitur, *interfectoribus*, infidelitas, impietas, ſuperbia, vitæque deprauatæ fætor aditum ianuamque præcludunt. Propter infidelitatem quam voluntariè atque pertinaciter affectant in Apocalypſi equis nigris hæretici comparantur; quod tenebris errorum denigrati & inuoluti penitus in ſanctarum Scripturarum veritate cæcutiant, vt eas non intelligentes præ indignationis furore deprauare nitantur. Et hos equos fidei phaleratos erroribus diabolus, ſicut Deus albos equos, ſcilicet fideles Catholicos aſcendit, vt homilia 6. in Exodum ſcripſit Origenes in hæc verba: *Equum & aſcenſorem proiecit in mare: Quemadmodum*, inquit, *ſunt equi quos Dominus aſcendit, iuxta illud Abacuch 3. Qui aſcendis ſuper equos tuos, & quadriga tua ſaluatio; ita & ſunt equi qui aſcenſorem habent diabolum: Hæretici videlicet* præter alios peccatores dæmonibus ſimillimi, qui tenebrarum principes appellantur. *Et in manu eius aſcenſoris diaboli horum nigrorum equorum eſt ſtatera doloſa, de qua Oſeæ* 12. qua hæretici decepti ab illo aſcenſore, viciſſim alios decipiunt & fallunt in ſcripturarum malè intellectarum corruptarumque ponderatione. [g] *Quidquid enim*, inquit ſanctus Hieronymus, *hæreticus loquitur, Dei iuſtitiam non habet, & plenum eſt doli & fraudum.* Cui infidelitatis nigredini, impietatis obliquitas adiuncta à vera diuinorum oraculorum cognitione hæreticos arcet. Propter quam hæretici lubrici ac tortuoſi in ſacra Pagina ſerpentes non ſine cauſa nuncupantur, quod in circuitu & obliquitate malitiæ & fraudulentiæ inter alios graues peccatores ambulent, vt ſanctarum Scripturarum veritatem peruertant; atque ſic innocentiam puritatemque Eccleſiæ Dei, eiuſque gremio contentorum fidelium cõſtrupare ſpiritali pollutione valeant. Similes admodum in hoc patri ſuo diabolo, qui ſerpens lubricus ac tortuoſus dictus eſt, qualis in principio mundi primis parentibus ad fallendum eos apparuit. Cur autem lubricus primò [h] D. Gregorius rationem reddit in expoſitione horum verborum prophetæ, patientiæ ſpeculi: *Spiritus eius ornauit cælos, & obſtetricante*

a Clemens Alexand. l. 7. ſtromatum.

Vtrumque hæreticorum genus execrabile ſed poſterius magis.

b Tertull. cõtra Marcion.

Hæretici propter quæ vitia SS. Scripturarum veritatem & intelligentiam habere non poſſunt.

Vitium 1. infidelitas.

Hæretici propter infidelitatem equis nigris cõparãtur Apocal c. 6.

Sicut Catholici doctores ac fideles populi equis albis

c Origen. homil. 6. in Exodum c. 15.

d Abacuch. 3. v. 8.

e Ephеſ. 6.

f Oſeæ c. 12. v. 7.

g S. Hier in hunc Oſeæ locum to. 5.

2. Vitium obſtruens oſtium ſcripturarum veritatis eſt impietas hæreticis.

Ob impietatẽ hæretici vitioſi ac lubrici ſerpentes dicti inſtar diaboli patris ſui.

h S. Greg. l. 17 Moral c. 18 io verſ 13 ca. 26 Iob.

Cur diabolus dicatur ſerpens lubricus & tortuoſus.

manu eius eductus eſt coluber tortuoſus. Hæc dicens, *Quis colubri appellatur nomine niſi antiquus hoſtis? ſerpens quippe non ſolum tortuoſus eſt, ſed etiam lubricus, quia ſuggeſtioni eius ſi primo non reſiſtitur repente totus ad interiora cordis, dum non ſentitur illabitur, ſed obſtetricante manu Domini tortuoſus coluber de proprijs cauernis expulſus eſt; quia dum nobis diuina gratia medetur, is qui nos tenuerat antiquus hoſtis eijcitur, iuxta illud Ioannis.* [i] 12. *Nunc princeps huius mundi eijcietur. Dum enim corda infidelium tenuit quaſi manum ad latibula ſerpentis miſit*, quemadmodum cecinit [k] Eſaias cap. 11. *Delectabitur infans ab vbere ſuper foramine aſpidis, & in cauernã reguli qui ablactatus fuerit, mittet manũ ſuã.* Ita planè mõſtroſi huius ſerpẽtis infernalis partus hæretici, lubrici ſerpentes myſticè nominantur: quod vbi caput immiſerint, id eſt fallẽdi primordia per corruptionem ſcripturarum ſuſceperint,

B

paulatim totum corpus inſinuãt, & per impietatẽ magnam hæreſum ſuarum mortifera toxica longè lateque diffundentes exhalant. Sed & diabolus ſerpens tortuoſus appellatur, & obliquus, vt illum vocauit Eſaias his verbis: [l] *Viſitabit Dominus in gladio ſuo duro & grandi & forti ſuper Leuiathan ſerpentem vectem, & ſuper Leuiathan ſerpentem tortuoſum*: Vectem ſeu claudentem diabolum propheta dixit, quod ſecundum D. Hieronymum: *Humanam naturam tanquam vectis quidam ferreus carcere ſeruitutis ſpiritualis per peccatum concluſerit*, ſuæque per illud tyrannidi ſubiugauerit. Cur autem tortuoſus appelletur ſanctus Baſilius explicat in Pſalmum 32. ſuper hæc verba, *Rectos decet collaudatio. Serpens*, inquit, *qui ad peccatum nobis inuentor fuit obliquus dicitur, & in ſerpentem draconem obliquum Dei enſis apud Eſaiam inducitur, quoniam multas ſpiras & inuolucra facit in itinere: ſerpentis namque tractus inæqualiter per humum ſerpit. Itaque qui ſerpentem imitatur, inæqualem etiam ſuam exprimit vitam: ſicut qui è diuerſo veſtigia Dei ſequitur, rectas ſemitas, rectaque pedum veſtigia facit: quoniam rectus Dominus Deus noſter, & rectitudinem, ſiue æquitatem vidit vultus eius.* Ideò hæretici genimina diaboli, quia non recta ingrediuntur, ſed ad ſanctarum Scripturarum deprauationem in circuitu dolorum ac fraudum per ſuæ obliquitatem impietatis ambulant, obliqui tortuoſique myſticè ſerpentes, ſicut pater illorum diabolus, appellantur. Sed quam fortis ac robuſta ad claudendum veritatis ſanctarum ſcripturarũm ianuam hæreticis machina, eorum ſuperbia? Qua tumidi & inflati omnia ſe

C

D

ſcire in ſacris paginis impudentia intolerabili gloriantur: Cum tamen in illis hac cæcati ſuperbia nihil planè videant ac intelligant. Cuius præſumptionis ſuperbæ & arrogantis indicium eſſe poteſt: quod Catholicis ſemper certamen diſputationis intẽtare, atque ſuis argutiis, vel potius fallaciis inaniter exultare triumphareque ſoleant. Contra quos hæc S. Leo in ſuis ad Leonem Imperatorem literis, [m] *Iactent ſe in ſui eloquij vanitate, & de argumentationum ſuarum verſutia, quæ inimica eſt fidei glorientur. Nobis placet Apoſtolicis obedire præceptis dicentibus: videte ne quis vos decipiat per philoſophiam & inanem ſeductionem hominum.* Sic hæreticus Honoratus ſanctum Auguſtinum, ſic Ariani ſanctum Athanaſium, & ſanctum Hilarium: ſic Abailardus ſanctum Bernardum: ſic noſtro ſæculo Pleſſæus Cardinalem Perronium, in diſputationis publicæ certamen

i S. Ioan. c. 12.

k Eſaiæ c. 11.

Cur tortuoſus ſerpens dicitur hæreticus, ſicut eius pater diabolus.

l Eſaiæ c. 27. v. 1.

m S Hier. in Eſaia 27.

Cur vectis diabolus.

S. Baſil. in Pſal. 32. illud *Rectos decet colaudatio*

Hæretici cur dicti ſerpẽtes tortuoſi.

3 Vitium obſtruens aditũ veritatis SS. ſcripturarum, ſuperbia.

Superba hæreticorum præſumptio Catholicos ad diſputandum de fide prouocantium.

m Leo Magnus in ep ad Leon. Imper. per legat Cõſtantinopol miſſis.

n Colloſſ 2 v. 8.

Exempla hæreticorum qui ad disputationem Catholicos prouocarunt.

superba presumptione, audaciaqoe nimium confidenti non dobitarunt, qui omnes victi superatique turpiter ab Orthodoxis doctoribus aofugerunt operti confusione tanquam diploide; sed tamen eorum renitente soperbia minimè conuersi, excepro Abailardo de quo infra. Cum quo congredi disputationom certamine primo aspectu cur noluerit, rationes has Innocentio Papæ per literas sanctus Bernardus commemorat, *Abnui*, scilicet suscipere congressum, *tum quia puer sum, & ille vir bellator ab adolescentia: tum quia iudicarem indignum rationem fidei humanis committi ratiunculis agitandam, quam tam certa ac stabili veritate constat esse subnixam.* Sed postea sui consensus ad certamen cum Abailardo hanc ipsi Papæ rationem reddit, *Timebam*, inquit, *ne de nostra absentia, & scandalum populo, & cornua crescerent aduersario, & quia error magis confirmaretur, cum non esset qui responderet aut contradiceret, &c.* Sed impudentissima hæreticorum superbia facit, vt victi & superati à Catholicis doctoribus virture atque potentia veritatis in sanctorum Scripturarum bene intellectarum corde latentis non tamen persuadeantur, iuxta illud Tertulliani:[a] *Conuinci possunt, sed suaderi non possunt.* At quod multo sceleratius est, com resistere amplius sanctarum Scripturarum & Apostolicarom traditionum patenti veritati ipsa conuicti non possunt, has omnes falsitatis coarguentes, atque falsis deprauatas expositionibos arrogantissimo supercilio contestantes ipsas eiurant, rejiciunt, calumniātur. Sanctos earum expositores iuxta mentem ac regolam sibi à sancto Spiritu traditam, tanquam imperitos & erroribus, veloti tenebris inuolutos contemnunt, falsitatis insimulant atque criminantur. Qoid plura? ipsos sanctarum Scripturarum compositores atque à Spiritu sancto dictante exscriptores, exceptoresque Apostolos & Euāgelistas nulla suspicientes reuerentia non sequuntur, sed improbant: atque illis, qui ex ipsis saluatoris fontibus diuinam immediatè per Spiritum sanctum sapientiam expresserunt & hauserunt, se sapientores esse impudentissimè gloriantur. O superba hæreticorum præsumptio atque confidentia! quis ista crederet, nisi fidelissimum veritatis testem sanctum Irenæum talibus quæ dico confirmantem, de Valentinianis loquentem hæreticis haberemus?[b] *Cum ex scripturis arguantur in accusationem conuertuntur ipsarum, quasi non rectè habeant, neque sint ex auctoritate, & quia varie sint dicta, & quia non possit in his inueniri veritas ab his qui nesciant traditionem.* Et paulò pòst: *Cum autem ad eam iterum traditionem, quæ est ab Apostolis quæ per successiones presbyterorum in Ecclesia custoditur, prouocamus eos: aduersantur traditioni dicentes, se non modo presbyteris, sed etiam Apostolis existentes sapientiores, sinceram inuenisse veritatem: Apostolos autem admiscuisse ea quæ sunt legalia saluatoris verbis.* Qoid his potest dici impudentius & superbius? sed adaucta est adhuc eorum superbiæ detestabilis atrocitas, horribili in ipsum Dominum scientiæ & sapientiæ Iesum Christum blasphemia. Audite cætera huius S. Patris ita superbiam Valentinianorum blasphemantem exprimere persequentis:[c] *Et non solum Apostolos, sed ipsum Dominum, modo quidem à*[d] *Demiurgo, modo autē à medietate, interdum autem à summitate fecisse sermones: se verò indubitatè & incontaminatè & sincere absconditum scire mysterium:*

S. Bern. ep. ad Innoc. 2. Pap. 189.

Hæretici propter superbiā vinci possunt, non persuaderi.

[a] Tert. l. cōtra Valentinian.

Horribilis hæreticorum superbia SS. Scripturas à se non intellectas & Apostolicas traditiones respuentium sanctos earum expositores ipsos etiam Apostolos condemnantium.

[b] S. Iren. l. 3. cap. 2.

Hæretici præ summa superbia neque scripturis neque traditionibus obsequuntur.

[c] S. Iren. Ibid.

[d] Demiurgus apud S. Iren multis in locis pro magno Gentil. Deo sumitur mūdi opifice.

His horribilibus recitatis blasphemiis, ita contra diabolicam istorum hæreticorum superbiam sanctus Pater concludit.[e] *Quod quidem impudentissimè est blasphemare suum factorem. Euenit itaque, neque scripturis iam, neque traditioni consentire eos.* Hæc S. Pater Gallorum lumen antiquum. Similem superbiæ execrabilis impietatem in eiurandis, repellendisque sacris Scripturis, & Apostolicis antiquisque Ecclesiæ traditionibus, cum se nimium ab illis conuinci, ac confundi viderent æmolatos fuisse Manichæos scribit sanctus[f] Augustinus cum in principio cap. 2. lib. 31. hæc ait inter alia contra illos. *Hoc est quod paulo ante dixi quia vbi sic manifesta veritate isti præsocantur, vt obsessi dilucidis verbis sanctarum Scripturarum exitum in eis fallaciæ suæ reperire non possint, id testimonium quod prolatum est falsum esse respondent. O vocem à veritate fugacem, in amentia pertinacem! vsque adeo inuicta sunt quæ aduersus vos de diuinis codicibus proferuntur, vt non sit aliud quod dicatis nisi ea esse falsatos. Quæ tam authoritas literarum aperiri, quis sacer liber euolui, quod documentum cuiuslibet scripturæ ad conuincendos errores vestros exeri potest si hæc vox admittitur, si alicuius ponderis æstimatur? &c.* Et inferius.[g] *Sed dicas* (Faustum alloquens) *inde probo hoc illius esse* (scilicet libri, ac codicis sacræ Scripturæ) *illud non esse quia hoc pro me sonat, illud contra me, tu es ergo regula veritatis? Quidquid contra te fuerit non est verum.* Quid minus impudens, atque superbum; quid minus iniuriosum, blasphemum, & execrabile contra sacras Scripturas, traditiones, sanctos patres, ipsos denique Apostolos nostri insania superbiæ possessi Nouatores obloquuntur? nunquid primus Nouatorum patriarcha Lutherus instar tonitrui fulgurantis cum Marcione vociferatur, *se non tam renouasse regulam fidei quam adulteratam retractasse*, vt de hoc hæresiarcha loquitur[h] Tertullianus? atque veritatem Christianæ doctrinæ à fæcibus, & purgamentis Papistarum, sic ille blasphemat expurgasse? cum hæc superbissime scribere non exhorruit? *Euangelium habemus nunc nos, & alij plures, gratia Deo, purius, defæcatius, & abundantius quam vnquam à temporibus Apostolicis ab vllis habitum fuerit.* Nunqoid illa fuit in ore Caluini trita vox, & arrogans oratio? Nomquid pari superbiæ furentis iactantia reliqui Nouatores horum hæresiarcharum immundis superbiæ, & impiæ doctrinæ incestati spiritibus intumescunt? Quid propterea mitius de istis, quam de Arianis, superbissimis inferni satellitibus, sanctus Alexander patriarcha Alexandr. dixit, efferre possumus? Qui cum de eorum captiosis in citandis diuinæ scripturæ locis ac subdolis artibus multa locutus esset, hæc de istorum hæreticorum arrogantia enormi subdidit.[i] *Qui etiam neminem volunt ex antiquis patribus sibi comparari; neque illis quibus nos ab ineunte ætate vsi sumus præceptoribus se pares existimari sinunt. Imo vero ne vnum quidem collegarum nostrorum vel ad mediocrem sapientiam peruenisse censent; sed se solos sapientes solos egestatem voluntariam sectantes* (quod nostri Nouatores non faciunt) *solos dogmatū inuentores, & sibi solis ea doctrina patefacta esse mysteria, quæ in nullius vnquam sub sole cogitationem, mentemque venerint arbitrantur.* Quibus enormibus superbiæ insolentissimæ præsumptionibus attente considera-

[e] S. Iren. ibid.

Manichæorū similis impietas blasphema superbia in reijciendis sacris Scripturis & condemnandis patribus earum per spiritū sanctum expositoribus veracissimis.

[f] S. Aug. l. 31. contra Faustū c. 2. tom. 6. Acc. hoc ad nostros Nouatores.

[g] S. Aug. ibid.

[h] Tertull. l. 1. c. contra Marcionem.

Luth. apostil. Eccles. in dom. 8. post. Trinit.

Horribilis Lutheri superbia se in cognitione veritatis Euangelicæ omnibus S. Patribus à tempore Apostolorum impudentissime præferentis.

Detestabilis Arrianorum doctores sanctos despicientium superbia.

[i] Epist. Alexandr. Episc. Alexandr. Encyclica ad orient. Episc. apud Theod. l. 1. c. 4.

Comparatio superbiæ & impietatis Nouatorum cum Arrianorum.

tis in eos ſoperbiſſimos mendaciorum impiarumque hæreſum vindices ita poſtea ſanctus Epiſcopus exclamat. *O impiam arrogantiam!* [a] *O inſaniam immenſam! O inanem gloriam cum furore coniunctam! O ſpiritus plane Satanicos! qui impijs eorum animis velut callum malitiæ obduxere! Non diuina veterum ſcripturarum claritas vllum ipſis inuſſit pudorem, non conſentiens collegarum & pia de Christo doctrina eorum audaciam repreſſit, quorum ſcelus nefarium ne dæmones quidem (quippe qui ſedulo caueant ne vllam omnino maledicam, & contumelioſam vocem contra filium Dei eloquatur) omnino ferre videntur.* Quibus aptioribus verbis noſtri temporis ſuperbiam hæreſiarcharum incredibilem exprimere, atque expreſſam deteſtari poſſumus, qoam illis quibus ſceleratiſſimorum Arianorum inſolentiſſimam arrogantiam patriarcha ſanctiſſimus execratus eſt? Qui ab anoquis hæreſiarchis patriarchis ſuis formulam loquendi, qua eos quos corrumpere tentant affantur, ad maiorem ſuæ expreſſionem inſolentiæ didicerunt. De qua Vincentius Lyrinenſis in has concepta voces loquitur. [b] *Nobis authoribus, nobis principibus, nobis expoſitoribus damnate quæ tenebatis, tenete quæ damnabatis, reijcite antiquam fidem, paterna inſtituta maiorum depoſite, & recipite noſtra videlicet. Quænam illa tandem? Horreo dicere!* inquit ille, *ſunt enim tam ſuperba, vt mihi non modo affirmari, ſed nec referri quidem ſine aliquo piaculo poſſe videantur.* [c] Propterea ſanctus Augustinus ſynagogam hæreticorum, congregationem taurorum appoſite nuncupauit: quod ſicut taori, ſint propter ſuperbiam ceruicis indomitæ: ex hoc quippe ſuperbiæ vtero omnes hæretici prodierunt, vt illa ſancti Patris verba teſtantur. *Vna mater ſuperbia omnes hæreſes genuit.* Et ſicut tauri pingues omnis ſunt iugi impatientes, à quo ſe extricare omni conantur impetu: ſic hæretici ſuaue Eccleſiæ ſanctæ iugum, & onus obedientiæ Pontifici Romano vicario Christi debitæ leue per ſommam ſuperbiam deprecati, omni ſemper rebellione furoreque excutere voluerunt. O quanta ex illo ſuperbiæ dæmonio in regna mundi reſque publicas tanquam ex primo fonte ſcelera, calamitateſque redundant? Hinc eſt quod [e] ſanctus Augustinus ſuperbiam caput ſerpeotis, id eſt diaboli appellandam duxerit. Hæc Pſal. 76. exponens: *Contribulaſti capita draconum, tu confregiſti capita draconis, dediſti eum eſcam populis Æthiopum. Draconum capita*, inquit, *id eſt dæmoniorum ſuperbias, à quibus gentes poſſidebantur; contriuiſti ſuper aquam, quia eos per baptiſmum liberaſti. Deinde confregiſti caput draconis, id eſt ſuperbiam, quæ eſt initium omnis peccati, & velut caput ſerpentis.* Iuxta illud Eccleſiaſt. 10. *Initium omnis peccati ſuperbia, &c.* Cuius per omnia peccata diffunditur imperium, ſine qua nullum ait [f] Dioos Augustinus, peccatum inueniri poſſe. Cuius authoritati ſuo Proſper [g] Aquitanicus, & Diuus [h] Thomas conſenſu ſuffragantur. Quæ omnium vitiorum regina dicitur, cui maledixit per prophetam Dominos. [i] *Væ coronæ ſuperbiæ*, Quod ſicut regina ſeculi huius ſolitaria non ſoleat ambulare, ſed multis comitata miniſtris incedere, ſic ſuperbia ſine aliorum vitiorum turba in corda hominum introire ooo conſueſcat. [k] *Initium omnis peccati ſuperbia. Qui tenuerit illam implebitur maledictis, ſcilicet vitijs,* [l] inquit Gloſſa interlinearis quæ hæc addidit. *De ſuperbia naſcuntur hæreſes, ſchiſmata, detractiones, inuidiæ, verboſitates, iactantiæ, contentiones, & huiuſmodi alia vitia, quæ ex cupiditate procedunt.* Superbia hæreticorum arcem diuinæ ſapientiæ auſo immani, atque nefario inuaſit, eamque de ſanctuario diuinitatis, atque ſacrario Theologiæ ſacroque Eccleſiæ, ſediſque Apoſtolicæ theſauro deturbatam raptamque impuriſſimis ſeductorum animis tanquam luſum, ludibriumque proſtituit. Vt nullus ſit inter Nouatores cerdo, baiulus, triobolaris, aot quiuis alius de fæce populi viliſſimus, qui de fidei, ac religionis ſacratiſſimis, maximeque ſublimibus myſteriis diſputatiooes non audeat aggredi, quæſtiunculis lodere, deque ſacræ Scripturæ intelligentia laſciuire. Eoque veſaniæ, ac inſaniæ apud Nouatores ventum eſt, vt pro vilibus, abiectis & inſanis eos reputent, qui ſic non inſaoiunt. Atque ſic domina ſcientiarum ſacratiſſima ſapientia Theologia, tanquam facta ſub tributo à viliſſimis, & imperitiſſimis homoncionibus in ſcenas, & popinas indigniſſime traducta populare delectamentum eſt, imo potius ludibrium. De qua nefandiſſima ſacrorum religionis myſteriorum ab impuriſſimis, abiectiſſimiſque hæreticæ fæditatis tyrannidiſque dæmoniacæ mancipiis proſtitutiooe, diuinarumque ſcripturarum per falſas expoſitiooes corruptioneſque deteſtandas nundinatione, ex qua mille mala miſeriæqoe in religionis interitum, tragicoſque regnorum exitus eructantur, [m] Nicephorus Gregoras in has voces effuſus ſuo tempore querebatur. *Apud nos etiam opificibus effuſa ſunt arcana Theologiæ, atque ita omnes inhiant ratiocinatiunculis, & ſermonibus ſyllogiſticis, vt herbæ & paſcuis armenta. Et illi quidem recta fide ambigui ſunt, & qui nec quomodo credendum ſit ſciunt, nec quid ſit illud quod credere ſe dicunt: illi, inquam, & fora, & porticus, & theatra omnia, theologia compleuerunt. Neque ſolem hunc teſtem facere impudentiæ ſuæ reueremur. Quomodo autem non ſit abſurdiſſimum, olim quidem cum florerent gentilium dogmata ordinem aliquem fuiſſe, & arcana quæ Delphorum Theologis commiſſa erant, nulli alij vel edicere vel indagare licuiſſe: ſiue is Plato, ſiue Socrates, aut alius ſapiens celebris fuiſſet. Apud nos vero, qui purum pietatis myſterium profitemur, ita prophanari res diuinas, & omnibus qui de Theologia diſſerere volunt, id licere ſuopte arbitrio, & ſuffragio?* Mitto diſſidia, & odia ab ambitiooe, ſuperbiaque profecta, qoibus inter ſe capita duceſque ſectarum impiarum ancipiti cootentione diſtracti iurgabantur: quæ idem auctor luctuoſe exprimendo deplorat, ſicut fieri videmus inter Nouatores noſtros. Atque hæc nefaria tra-

[a] S. Alcaād. ib.

Superbia maledicendi hæreticorum rabies diabolica in quibuſdam ſcelerutior.

[b] Vincēt. Lyrinenſis libro contra hæreſ. c. 14.

Formula hæreticorum loquendi ſuperbiſſima qua à vera fide & obedientia Eccleſiæ fideles nituntur auertere.

[c] S. Auguſt. in Pſ. 67. in hæc verba, cōgregatio taurorū &c.

[e] *Superbia caput diaboli dicitur à S. Aug. in Pſal. 73. v. 13.*

Initiū omnis peccati ſuperbia.

[f] S. Aug. de natura & gratia.
[g] Proſper. l. de vita contēpl.
[h] D. Thom. 2. 2. q. 161. art. 2.

[i] Eſai. cap. 28.

Cur omnium vitiorum regina ſuperbia dicitur.

[k] Eccl. 10. v. 15.

[l] Gloſ. interl.

A ſuperbia nefas.

Myſteria religionis Chriſtianæ à viliſſimis de grege Nouatorum ac de face plebis ingiuyſtica ſtata profanantur indigniſſime.

[m] Niceph. 11.

Quarela Nicephori de ſacrorum religionis myſteriorum ab impuriſſimis viliſſimiſque hominibus hæretica factis, ſicut noſtro ſit tempore miſerrimo, proſtitutione.

Signa Græciæ breui euituræ quæ præcessere runt.

ctandi res sacras ab impuris mentibus, & sacras Scripturas per deprauationem ab imperitissimis exponendi tentamenta, ausaque superbissima signa fuere ruituræ breui Græciæ certissima, quod paulò pòst contigit. Nos miseri Galli quid mitius expectare possumus, si tamdiu diuinorum religionis nostræ sanctissimæ mysteriorum prostitutio sacrarumque literarum deprauatio pestiferis Nouatorum vilissimorum, imperitissimorumque errationibus impune pateat? Atqui hi flores sunt fœtidi, hi fructus contaginsi fœtusque mortiferi hæreticæ superbiæ, suis aditum ad veram, putam, valdeque salutarem diuinorum eloquiorum intelligentiam cultoribus obstruentis, à qua corruptio vitæ, morumque improbitas nunquam longe solet abesse, quæ est alius vectis ferreus ostium claudens hæreticis sinceræ, atque salutiferæ sacrarum literarum intelligentiæ. De qua plura hic dicere superfluum, cum de hac tot iam superioribus libris, vbi per occasionem licuit dixerimus, longè copiosiùs infra permittente locorum opportunitate dicturi. Adde quod de hac hæreticorum obstinatorum improbitate, corruptioneque vitæ dubitatio nulla esse possit, cum corruptioni fidei, vitæ, morumque deprauatio, improbitatisque præire soleat; sitque veluti parens apostasiæ, hæc contagio morum peruersæque vitæ colluuies. Sed aduersus tot toxica, venenataque pocula hæreticorum, quibus inebriati Scripturas sacras non intelligentes miserrime in suam seductorumque à se perniciem, & in opprobrium Christianæ veritatis adulterant, pius, atque Catholicus lector sequenti capite antidota à sanctis patribus Ecclesiæ regula, virga Spiritus sancti legitimum, verumque sanctarum Scripturarum sensum salutiferamque earum intelligentiam monstrantibus, accipiet.

4. Vitiũ claudens hæreticis hostium scripturarũ veræ intelligentiæ est corruptio vitæ morumque improbitas

Corruptio morum fidei deprauationi præire solet.

CAPVT VI.

Vt execrandi sacrarum Scripturarum corruptores hæretici, sic contra sancti Catholicique doctores veri illarum expositores magno honore, & amore colendi, pacifici semper per Spiritum sanctum & beati, sicut contra sacrarum Scripturarum corruptores hæretici turbulenti ac miseri.

1. *Sacræ Scripturæ sine diuina gratia nusquam ad salutem intelligi possunt.*

2. *Quænam virtutes salutarem sacrarum Scripturarum intelligentiam pijs Ecclesiæ doctoribus aperuerunt.*

3. *Hos sacras fideliter exponentes Scripturas sequi debemus si salui esse velimus nullo, veritatis errore vagantes.*

4. *Quos improbantes hæretici, inter se discordes sacras illas scripturas non intelligentes miserè secum, alijsque perpetuò iurgantur.*



SANCTA hæc, atque salubris propheticæ ad omnes æternæ fœlicitatis appetentes, & auidos exhortationis verba, [a] *Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ vos peperit.* Mystico sensu de magno Abraham spiritali Theantropo Christo Domino, qui nos æternæ gloriæ sui pretiosi sanguinis semine peperit, & de mystica Sara Ecclesia Euangelica, quæ sponso suo Saluatori nostro nos per lauacrum regenerationis pastorum suorum, piorumque doctorum laboribus, industriaque genuit, secundum veras sanctorum Patrum expositiones intelligenda veniunt. Quibus illi mentem intentionemque prophetæ non aliam esse docuerunt, quam fideles instruere, vt Dei vocem, & voluntatem obedienter audirent, in sacris literis, & traditionibus Ecclesiasticis latentem, atque repositam, per sanctos doctores de mandato, & approbatione Ecclesiæ illustratis, & fideliter expositis: prout Spiritus sanctus ipsi Ecclesiæ veritatis columnæ reuelauit. Ad cuius oraculi clariorem intelligentiam adduci illa sancti Pauli admonitio opposite poterit. [b] *Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem.* Quibus verbis Apostoli mentem fuisse par est credere, exhortari posteros in sinum Ecclesiæ per baptismum fideique prædicationem venturos: vt in cognoscenda Dei voluntate fontes diuinæ veritatis scripturas scilicet sacras, Ecclesiæque traditiones adirent, sanctorum Ecclesiæ doctorum interpretatione clarificatas, ac fideliter euolutas. Quorum sanctitatem, pietatem, cæterasque virtutes, vt in hac per eos diuina cognitione ad salutem animarum suarum proficerent, æmularentur, & ad amplectendum eas cum honore, & amore suspicerent. Quæ virtutes vitiis hæreticorum superiori capite commemoratis oppositæ recta fides, pietas, humilitas, vitæque puritas, & innocentia morum,

a Esaiæ c. 51. v. 1.

Dei voluntas audienda per vtrumque Dei verbum scriptum & non scriptum à S. patribus fideliter expositũ significata.

b Hebr. c. 13. v. 7.

Recta fides, pietas, humilitas, innocentia S. patribus veram scripturarum intelligentiam dederunt.

quæ sanctorum Patrum vetustorumque doctorum illorum mentes suæ sanctitatis splendoribus illuminauerunt, hanc illis energiam, benedictionemque à Deo procurarunt, vt in exponendis iuxta Spiritus sancti intelligentiam diuinitatis Christianæque religionis oraculis nunquam errauerint, nec vllo decepti diaboli dolo, arteque fallaci à recto tramite veritatis exorbitarint. Illæ sunt quippe virtutes quæ omnibus ad ostium salutis æternæ per bona opera pulsantibus aditum ad salutarem diuinarum scripturarum cognitionem, intelligentiamque patefaciunt, sicut opposita crimina, quæ hæreticorum mentes inficiunt, infœliciter obstruunt. De recta fide loquens Diuus Augustinus dicebat.[a] *Fides est prima, quæ subiugat animam Deo, deinde præcepta viuendi.* Quibus aliæ continentur virtutes, quæ fidei adiunctæ sociæ mentem fidelium perficiunt, vt in scripturis sacris diuinam voluntatem apprehendant, apprehensam fideliter, deuoteque compleant, atque piis operibus exequantur. Sic enim custoditis his bene viuendi præceptis, inquit sanctus Augustinus, *spes nostra firmatur, & nutritur charitas, & lucere incipit quod antea tantummodo credebatur.* Ergo fidem sequi debet pietas, & concomitari, qua pia in Deum, & Ecclesiam eius sponsam sanctissimam assurgit affectio & operatio; quâ sublata impossibile est sacras Scripturas ad salutem fideliter intelligere. *Cum enim*, inquit [b] Diuus Augustinus, *cognitio, & actio dona sint Dei, & beatum hominem faciant, sicut in cognitione cauendus est error, sic in actione cauenda est nequitia. Errat autem quisquis putat veritatem se posse cognoscere, cum adhuc nequiter viuat.* Qui enim malitiæ, scelerisque veneno intoxicati, scripturis hæreticorum expositionum lue, atque tabo coinquinatis vtuntur: *Pro die noctem, pro cibo famem, pro potu sitim, venenum pro remedio, mortem pro salute sumunt*, dicebat [c] sanctus Cyprianus. Scripturæ quippe diuinæ sine gratia Dei minime ad salutem intelligi possunt, à qua hæretici, reliquique Ecclesiæ sanctæ, sedisque Apostolicæ perduelles excluduntur. Hoc intellexit sanctus Iustinus martyr, & philosophus ante conuersionem suam ab Angelo sub specie venerabilis senis à Deo misso: qui ipsi philosopho valde de salute sua solicito Catechistæ munere diuinitus, operaque fungebatur: Illique talia præter alia suggerebat.[d] *Tu votis & precibus tibi ante omnia lucis portas aperiri opta: neque enim ab aliquibus perspiciuntur, atque intelliguntur*, scilicet mysteria religionis Christianæ in sacris consignata scripturis, *præterquam si cui Deus, & Christus eius concesserit intelligentiam*, in eam sententiam hæc S. Irenæus affatus est.[e] *Scripturæ quidem perfectæ sunt, quippe à verbo Dei, & spiritu eius dictæ. Nos autem secundum quod minores & nouissimi, à verbo Dei & spiritu eius secundum hoc, & scientia mysteriorum eius indigemus. Et non est mirum si in spiritualibus cælestibus, in his quæ debent reuelari, hoc patimur nos: Quandoquidem eorum etiam, quæ ante pedes sunt (dico autem quæ sunt in hac creatura, & quæ conteruntur à nobis, & videntur, & sunt nobiscum) multa fugerunt nostram scientiam, & Deo hæc ipsa committimus.* Quid vero [f] sanctus Chrysostomus in eam rem? *Neque enim*, inquit, *vel syllaba vel apiculus est in sacris literis, in cuius profundo non sit grandis quispiam thesaurus: proinde nobis opus est diuina gratia, qua ducamur, & Spiritu sancto illustrati eloquia diuina adeamus. Neque opus habet diuina scriptura hominum sapientia, vt intelligatur, sed reuelatione spiritus, vt hausto inde vero sensu magnum nobis hinc lucrum accrescat.* Sic S. Gregorius ostendere volens diuinas scripturas non posse alio spiritu, quam à spiritu Dei viui, qui eas composuit, scripsit, atque sanctis suæ voluntatis ministris dictauit, intelligi, prouideque ad eas salutari labore capescendas ipsius gratiam omnino esse necessariam: Hæc Dei ad Ezechielem verba, *comede volumen istud.* [g] *Et aperiui os meum, & cibauit me volumine illo*, exponens ait: *Hoc ipsum sumere nostrarum virium non est, nisi ipse cibauerit, qui vt comedatur iussit: ille enim cibatur qui per se edere non potest. Et quia ad capienda verba cælestia, idonea nostra infirmitas non est, ipse nos cibat qui nobis in tempore mensuram tritici temperat: quatenus in sacro verbo dum hodie intelligimus quod hesterna die nesciebamus, cras quoque comprehendimus quod hodie nescimus per diuinæ dispensationis gratiam quotidiano alimento nutriamur. Omnipotens enim Deus quasi toties ad os cordis nostri manum porrigit, quoties nobis intellectum aperit, vt cibum sacri eloquij in nostros sensus mittat. Cibat ergo nos volumine cum sensum nobis scriptura sua disponendo aperit, & eius dulcedine nostras cogitationes replet.* Hæc ille sanctus. Similem veritatis persuasionem cæteri sancti Patris in animum induxerunt suum, sicut à sancto Petro Apostolorum principe ista locuto didicerunt.[h] *Hoc primum intelligentes quod omnis prophetia scripturæ propria interpretatione non fit, non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines, &c.* Quales sunt illi quos Christus Dominus *in Ecclesia sua* [i] *posuit pastores & doctores, ad consummationem sanctorum*, fidelium nempe, ipsis in educatione spirituali subditorum, *in opus ministerij* (quod illi religiosa contentione fideliter exercent) *in ædificationem corporis Christi.* Vnde diuina illa Spiritus sancti, in sacrosancto Tridentino Concilio de cælo missa vox, & oratio fidelium debet auribus perpetuò circumsonare, decernens,[k] *esse Ecclesiæ iudicare de vero sensu, interpretatione Scripturarum sanctarum*, prohibensque, *ne quis contra eum sensum, quem ipsa tenet, ad suos sensus contorqueat, aut contra vnanimem consensum patrum, illas interpretari audeat, etiamsi huiusmodi interpretationes nullo vnquam tempore edendæ forent.* Sic sanctorum Patrum in exponendis sacris Scripturis diuina repletorum gratia, pietateque Christiana refulgentium lucubrationes, & opera inoffenso pede decurramus. Cui pietati summa in illis adiuncta humilitas, magnum illis ad intelligentiam sacrarum Scripturarum aditum fecit. Nam, vt *Deus superbis resistit, sic humilibus dat gratiam*, de

Margin notes:

Prima virtus fides recta.

a S. Aug. l. de agone Christ. c. 13. in principio tom. 3.

2. Pietas.

b D. Aug. ibi.

Qui nequiter viuit non potest veritatem intelligere.

c S. Cypr. epi. 40.

Scriptura sancta sine diuina gratia intelligi non possunt.

d S. Aug. l. de verit. Christ. religionis.

e S. Irenæus l. 2 aduersus hæreses c. 47.

f S. Chrysost. 21. in Genes.

g S. Greg in Ezec. hom 10

h S. Petr. 2. c. 1

i Ephes. c. 4. v. 11. 12.

k Concil Tridentin. sess. 4.

3. Virtus quæ aperit S. literarum intelligentiam est humilitas, quæ in S. Patribus valde claruit

se nihil alium sapientibus, vt ipsius gratiæ radiis illustrati altissima diuinorum sermonum mysteria perscrutari, penetrare, salutarique inquisitione, & studio ad suam, fideliumque salutem comprehendere valeant.

a S. Matt. c. 11. v. 26.

[a] *Confiteor tibi pater Domine cæli, & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*, quia sunt humiles, & pauperes spiritu, nulla de se præsumptione exaltati, sed viles in oculis suis: quos Dominus noster suos appellat amicos, & quibus suæ diuinæ sapientiæ mysteria reuelare dignatus est.

a S. Ioan. c. 15.

b Iob. 36. v. 33. v. c.

[a] *Iam non dicam vos seruos, sed amicos; quia quæcumque audiui à patre meo nota feci vobis:* [b] *ipse est qui in manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat, annuntiat de ea amico suo*, scilicet humilitatis virtute decorato, *quod possessio eius sit*, scilicet lucis spiritualis sapientiæ diuinæ, vt ad eam possit ascendere:

c Sap. 7.

[c] *Cum infinitus thesaurus est: quo qui sunt vsi, participes facti sunt amicitiæ Dei*, qua beati beneque fortunati potiuntur. Humiles corde in hoc similes sunt æternæ sapientiæ, Filio Dei, qui in summa humilitate & affabilitate in terris visus est, & sic cum hominibus conuersari voluit, vt esset illis humilitatis exemplum, qua præditis augustissima diuinitatis suæ, atque fœlicitatis æternæ mysteria detegeret.

e Matt. 11.

[e] Et ideo, *tollite iugum meum super vos*, dicebat Dominus, *& discite à me non mundum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare, sed quoniam mitis sum & humilis corde*, vt [f] sanctus exponit Augustinus: sic per humilitatis demissionem, summa iuuat Scripturarum sacrarum salutaris intelligentiæ cacumina conspicere; sic fabrica salutis nostræ ante celsitudinem diuinæ cognitionis humiliatur, sic fastigium nostræ fœlicitatis post humiliationem voluntarij contemptus, & abiectionis erigitur, eoque modo, *iuiam veramque*, inquit sanctus [g] Augustinus, *in cælum viam molitur humilitas, sursum leuans cor ad Dominum non contra Dominum*, more scilicet superborum.

f S. Aug. ser. 10. de verbis Domini.

g S. Aug l. 16. de ciuit. c. 4.

Magnus ille eloquentiæ professor, & orator in omni scientiarum genere versatissimus Victorinus, in humilitate magna diuinas legendo scripturas intellexit, & in eis bene per Dei gratiam intellectis salutem quæsiuit, quæsitam inuenit, inuentamque tenuit, & amplexatus est, mira repletus consolatione, & gaudio triumphans, in Domino Deo gloriatus. Cum se in extrema senectute decrepitaque ætate de luto fæcis paganicæ per humilitatis diuina subnixæ gratia ereptum subsidia cerneret, in cuius fæcis impiæ, superstitiosæque limo infixum tandiu superbia gentilitia tenuerat. Mira sunt quæ sanctus Augustinus de ipsius doctissimi rhetoris ad Christum Dominum ex scripturarum lectione per humilitatem intellectarum, conuersione, Deo confitendo commemorat:

Victorinus magnus orator, & Latinæ professor eloquentiæ humiliter legendo SS Scripturas, intellexit per Dei gratiam in illisque salutem inuenit & cõuersus est

h S. Aug. l. 8. confess. c. 2. tom. 1.

[h] Inter quæ: *Habet*, inquit, *magnam laudem gratiæ tuæ confitendam sibi, quemadmodum ille doctissimus senex, & omnium liberalium doctrinarum peritissimus, quique philosophorum tam multa legerat, & dyiudicauerat, & dilucidauerat: doctor tot nobilium senatorum: qui etiam ad insigne præclari magisterij, quod ciues huius mundi eximium putant, statuam in Romano foro meruerat, & acceperat, vsque ad illam ætatem venerator idolorum, sacrorumque sacrilegorum particeps; quibus tunc tota fere Romana nobilitas inflata spirabat, populusque etiam omnigenum Deûm monstra, & Anubem latratorem, quæ aliquando contra Neptunum, & Venerem contraque Mineruam tela tenuerant, & à se victis iam Roma supplicabat: quæ iste senex Victorinus tot annos ore terricrepo defensitauerat non erubuerit esse puer Christi tui, & infans fontis tui subiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad crucis opprobrium.* His dictis per admirationem ita mirabilis conuersionis per lectionem sacrarum Scripturarum, narrationem prosequitur.

i Psal. 143.

[i] *O Domine, Domine qui inclinasti cælos & descendisti, tetigisti montes, & fumigauerunt, quibus modis te insinuasti illi peccatori? Legebat, sicut ait Simplicianus*, scilicet familiaris eius, spiritualis pater sancti Ambrosij, *sacram Scripturam, omnesque Christianas literas inuestigabat studiosissimè & perscrutabatur, & dicebat Simpliciano non palam, sed secretius, & familiarius, noueris me iam esse Christianum, &c.* Et paulò pòst. [k] *Sed postquam legendo, & inhiando hausit firmitatem, timuitque negari à Christo coram Angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri, reusque sibi magni criminis appareret erubescendo de sacramentis humilitatis verbi tui, & non erubescendo de sacris sacrilegis superborum dæmoniorum quæ imitator superbus acceperat; depuduit vanitati, & erubuit veritati. Subitoque & inopinatus ait Simpliciano, vt ipse narrat. Eamus in Ecclesiam, Christianus volo fieri, &c.* Cætera pius lector apud sanctum patrem legat, & diligenter euoluat.

k Victorinus humiliter legendo litera. conuertitur.

Similem conuersionis modum Abailardo hæretico Deus indulsit misericorditer, viro in genere literarum doctissimo: [l] *Cui soli patuisse*, communi sermone ferebatur, *scibile quidquid erat.* Qui per superbiam ad disputationem sanctum Bernardum de fide prouocans, ab eo conuictus coram Rege Ludouico 7. (vt fuit nostris diebus Mornæus ab illustrissimo Cardinale Perronio, coram Henrico Magno rege Christianissimo) recepttui canens ad se reuersus, & maxime se per humilitatem abiiciens, atque deprimens aperuit oculos in lucem veritatis, quam ex sincera sacrarum Scripturarum lectione, partim ex colloquio sancti Bernardi hausta, partim ex sanctorum Patrum doctrina fideliter accepta cognouit, & ea in eius corde per sancti gratiam spiritus irradiante, vere ab impietate hæretica resurgens ad Catholicæ religionis sanctitatem, veram salutis anchoram conuersus est. Postea reliquum ætatis suæ tempus in Cluniacensi [m] monasterio sanctissime viuendo traducens, fine beatissimo quieuit. Atque hæc de virtute humilitatis quæ honorata magnopere claruit in sanctis Patribus quæ illis aperuit sensum Scripturarum sanctarum, quas exhauserunt de fontibus Saluatoris

Abailardus doctissimus à S. Bernardo conuictus lectione literarum humiliter incumbens ab hæresi resipuit, & salutem inuenit.

l S. Bern. epi. 187. ad Innocent. 2. Papã.

m Petri Cluniac. l. 5. ep. 3.

cum gaudio propter ſuam in Deum rectam fidem, pietatem, humilitatem, & cæteras virtutes, quæ innocentiæ nomine ac vitæ puritate continentur. De quibus ſuperfluum hic eſſet plura dicere, cum ſanctitas eorum circo ſuæ integritatis terete, atque rotũdo has omnes virtutes ambiat, & amplectatur: quæ illis meruit, vt hodie in cœlo cum Chriſto triumphantes apotheoſi donati, atqoe veluti deificati, fructus ſuæ ſanctitatis in fideles Eccleſiæ militantis alumnos copioſe rependentes à toto Chriſtianorum orbe honoribus dioinis immortalibuſqoe cumulentur, propter quas virtutes lucem vigoremque ad intelligendas ſacras ſcripturas ſanctis patribus ſufficientes, illi dentes Eccleſiæ, meritò merentur appellari, iuxta illud canticorum 4. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in illis*, quod ipſi ſpiritu Dei viui repleti diuini verbi tam ſcripti, quam non ſcripti panem cæleſtem fidelibos populis partiantur, extenuent, ſuiſque expoſitionibus ortodoxis mandant, & emoliant. Et qoomam puritate cordis atque innocentiæ candore in vita ſua coruſcarunt, rectè eos tonſarum ouium gregibus propheta comparauit, quæ de lauacro laotæ mundæque aſcendiſſe feruntur. Qui ſicut *Oues tonſæ ſecularium onerum vellera depoſuerunt*, inquit Diuus [a] Auguſtinus, *geminos habent fœtus, quia gemina charitate Dei, & proximi præcellunt, & ſterilis non eſt in eis, quia fœcundiſſimi ſunt bonorum operum fructibus.* Hinc præclara illa de myſticis illis Eccleſiæ dentibus Pſelli in cantica, ſententia. *Dentes mihi intelligo diuinos doctores ſcripturarum interpretantes, qui detonſis reſectiſque carnis ſolicitudinibus, & conſcientiæ lauacro mundati, tum animæ tum corporis puritatem quaſi gemellos fœtus habere dicuntur.* Et magnus ille [a] Caſſiodorus. *Sancti*, inquit, *doctores bene dentibus conformantur, quia ſpiritales cibos, ſcilicet ſacras literas exponendo legitime comminuunt, qui ſicut dentes vt bene mandant in maxillis firmiter radicari debent; ita ſancti Patres bene in Chriſti charitate, & gratia radicantur, & fundantur, vt ſalutari ſtudio cibum ſacrarum literarum fideliter diuina gratia ſubſidio expoſitarum fidelibus populis adminiſtrent.* Hos propterea in explorandis euoluendiſque diuinorum oraculorum paginis duces, magiſtroſque ſequamor, ſi cum hæreticis alijſque veritatis oſoribus errare, decipi, falli, ac fallere oolumus. Iſtos veritatis iuratos hoſtes ſacrarum literarum, falſarios conſtupratores, adulteros perfecto odio deteſtemur, qui ſola ſacrarum Scripturarum vagina effrenate inaniterque geſtiunt; illarum vero vt loquitur [b] Tertullianus, *gladio*, id eſt ſpiritu viuificante in quo verus earum ſenſus reſidet, carent atque priuantur. Qui contra fidem Eccleſiæ doctrinamque ſanctorum Patrum [c] in verbis ſcripturarum non in ſenſu Chriſti Domini Euangeliom quærunt in literæ ſuperficie non in medulla, in ſermonum folijs non in radice rationis. Quorum iurgari perpetuò natiuum eſt, vt Antichriſti prodromos, anteambulones præcurſoreſque agnoſcere poſſumus. Itaut deficiente ſibi extraneo hoſte, quem iniurijs calumniiſque laceſſant ipſi cum diſſentione, contradi-

Innocentia vitæque puritas cæteras morit virtutes continens ſanctitate patrum antiquorum cõplectitur.

Cantic. c. 4.
S. Doctores cur Eccleſiæ dentes dicti.

a S. Augu l. 2. de doctrina Chriſtian. c. 2

Pſellus in cãt. cap. 4.

a Caſſiod. in hæc verba canticorum.

S. Patres in ſocria veræ ſcripturis expone diſſ ſalutari ſiducia ſequendi: cõtra hæreticis S. Scripturarum adulteri deteſtandi.

Hæretici vaginam habent ſcripturarum non gladium.
b Tertull. de præſcript.
c Hieronym. contra Lucif.
4. *Hæreticorũ eſt perpetuò iurgari ſi non cũ Catholicis pugnant ſe ipſos mutuo diſcordiarum vulneribus cruentant.*

A ctioneque luctentur, vt ſe totos diſcordiarum vulneribus confodiant. *Non enim, ſicut venera*, inquit Beda venerabilis, *omnes per orbem Catholici* [d] *vnam veritatis regulam ſequuntur, omnes hæretici, & infideles in vno errore conſentiunt.* Nunquam ſiquidem illi propter ſpiritum vertiginis quo ſine quiete percelluntur ſui ſimiles eſſe poſſunt, ſed ſemper aliquid noui monſtri pariunt, nouam ſemper erroris fœditatem, horroremque blaſphemiæ fabricantur. [e] Sic Tertullianus de ſui temporis hæreticis loquens ipſos præ libidine contentionis & ſuis regulis theorematis, axiomatiſque variaſſe, & hoſtili contentione diſtractos inter ſe de falſitate ſuæ doctrinæ dimicauiſſe ſcribit. *Dum ſuo*, inquit, *modulatur arbitrio, quæ quis*
B *accepit, quemadmodum de ſuo arbitrio compoſuit qui tradidit.* Propter inſanabile rixandi cacoëthes, quod ſemper hæreticos tenuit, [f] ſanctus Hilarius ad Conſtantium Imperatorem Ariana peſte pollutum ſcribendo periculoſum, & miſerabile eſſe dicebat: *Tot nunc fides exiſtere quot voluntates, tot nobis doctrinas eſſe quot mores, & tot cauſas blaſphemiarum pullulare, quot vitia ſunt, dũ aut ita fides ſcribitur vt volumus, aut ita vt volumus intelligitur, vt tum ſecundum vnum Deum, vnum Dominum, vnum baptiſma, etiam fides vna ſit: excedimus ab ea fide quæ ſola eſt, & dum plures ſiunt ad id cœperunt eſſe, ne vlla ſit.* Ratio eſt quare ſanctus Epiphanius, [g] & author [h] operis imperfecti hæreſes maris arenæ compararunt, tot eſſe ſententias hæreticorum quot in littore maris arenas aſſerentes. Quæ valde
C cohærent his qoæ alter illo antiquior ſanctus [i] Epiphanius, ſanctus [k] Ambroſius, [l] Rufinus, [m] Socrates, [n] Sozomenus, [o] Theodoretus, [p] Nicephorus de hæreticorum inconſtantibus, inquietis, contentioſis, turbulentiſque animis, ad poſteros ſcriptorum editione tradiderunt. Sed nec diſſidium hæreticorum tantũ eſt inter diuerſarum ſectarũ aſſertores, verum quod magis mirandum, vel ridendum potius, ipſi hæreſiarchę impiorũ dogmatum progenitores à filijs in ſua doctrina vehemẽter oppugnãtur, atq; inter patres, & filios, inter magiſtros & diſcipulos horribilis fit erroneorum ſciſſio dogmatum, ſicut facile eſt ex Euagrij, [q] Theodori, [r] Sanctique [s] Bernardi monumentis exprimere, & eruere. Quæ quidem contentio atqoe pugna hæreticorum inter ſe ipſos patres
D ac filios, magiſtros & diſcipulos enumeratione antiquorum hæreticorom puta Simonianorum, [t] Valentinianorum, [u] Marcioniſtarum, [x] Montaniſtarum, [y] Manichæorum, [z] Donatiſtarum, [a] Arianorom, Maſſilianorum, [b] Eutychianorum, [c] & cæterorum Eccleſiæ ſediſque Apoſtolicæ coniuratorum hoſtium diaboli miniſtrorum, (de quibus tanta ſancti Patres ſcripſere,) hac luce clarior appareret, ſi annales Eccleſiaſticos, hiſtoriaſque ſacras replicare moderata capituli longitudo pateretur. Vt non immerito hæreticos propter crudelitatem, diſſentionem, & inconſtantiam hyænæ immaniſſimæ helluæ comparare debeamus. Quæ, vt ait [d] Tertullianus *annualis eſt; marem, & fœminam alternat.* At quæ mobilior & inconſtantior vnquam hæreticorum ſecta in alternandis, variandis, augendis,

d Beda in epi. 2. Ioanni.
e Tertull. de præſcript.
f S. Hilarius ad Conſtantium Imp.
Hæreſes nũ maris arenæ comparata.
g Epiphiph. in 7. ſynod. act. 5.
h Author operis imperfecti hom. 20. in S. Matth.
i S. Epiphan. hæreſ. 73.
k S. Ambr l. 1. de fide c. 4.
l Rufinus l. 10. cap. 25
m Socrat. l. 5. c. 23.
n Sozom. l. 6. c. 1.
o Theodoret. l. 2 c. 29.
p Niceph l. 4. c. 1.
Inter hæreticos filij à patribus diſcipuli à magiſtris diſſident.
q Euagr. l. 4. c. 10.
r Theod in anagoge ad Anaſtaſ. c. 7.
s S. Bernard. ſerm. 66. in cantica.
t S. Irenæ l. 1. c. 21.
u Tertull. de præſcript & Clemens Alexã. 3 ſtrom.
x S. Epiph. hæreſ. 48.
y S. Aug. l. de hæreſ c. 47.
z S. Augu. l. 2. de baptiſmo.
a Rufin l. 10 c. 25.
b Epiphan. hæreſ 8.
c Euagr l. 5. & 4.
d Tertull. l. de Pallio.

mutandisque impietatibus suis Luthetana, Caluinianaqoe ab inferis erupit? Nam furiam hanc infernalem, atque malorum Lærnam tantorum, Luthetanam hæresim in eentum pene nunc diuisam esse sectas [a] viri nostræ tempestatis doctissimi notauerunt. Quæ dissidia, rixæ, hortibilesque inter eiusdem tribus, stirpisque putridæ hæreticos, non sine diuino numine eueniunt: vt fideles Catholici eorum pestiferam doctrinam à diabolo dissentionis artifice ortam, conflatamque eognoscant; quò eos magis abominentur: & eorum regnum, quia in se diuisum, breui desolatum iri eonfidant: sicque ab ipsa dæmoniorum quæ hæreticorum est, auersi doctrina, Catholicæ, Apostolicæ Romanæque veritati, ae fidei, sanctiori obedientiæ, charitatis, professionis, affectusque Christiani vinculo copulentur. Has contentionea hæreticas, iurgia, eontradictiooes pugnasque Esaias [b] sub Ægyptiorum persona sic Deum loquentem introducendo prædixerat. *Concurrere faciam Ægyptios contra Ægyptios*, hæreticos scilicet hostes veritatis, infidelitatis, petfidiæque tenebris, Ægypti tenebras arta superantes obscuritate cæcatos, & inuolutos; vt mutuis prælüs ferociter se ipsos dilaniantes fideles Dei populos in pace, frui veritatis luce relioquant. Quia vt sanctus [c] Hilarius dicebat, *Bellum hæreticorum pax est Ecclesiæ.* Vt propter hoc non sine bona, fortique ratiooe sancti Patres Chrysostomus, [d] Hieronymus, [e] Augustinus, [f] & Bernardus [g] hæreticos caudis vulpium Sampsonis assimilanerint. De quibus sponsa in canticis. [h] *Capite mihi vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas.* Ad has diras errorum mendaciorumque sacrilega rabie conglomeratorum pugnas, quibus inter se hæretici furiose luctantur, illud Apocalypseos referendum putat Rupertus Abbas. [i] *Manducauerunt linguas suas.* Quasi diceret locuti sunt contra se linguis suis, tanquam gladiis ancipitibus, cuspidibusque errorum, mendaciorumque blasphemantium vulneribus so mutuo confoderunt. [k] Et venerabilis Beda eò pertinere, spectareque quod in Genesi scriptum est, arbitratur. [l] *Terra erat labij vnius*, & sermonnm eorumdem: sed hæretici Babylonicæ superbiæ elati supercilio turrim confusionis vndique scatentis erroribus eontra fidem, bonosque mores architectati sunt: in medio nationis prauæ, in vltionem ipsius scelerum. Quippe cum non sit hæresis primum peccatum, sed posterius & priorum pœna criminum. O vtinam Deus adimeret nobis omne fœtidum hæreticorum nefandorum semen, ne tandiu magna pars Christianorum eorruptis moribus, ac fide perfida contaminatorum, sicut Sodoma, & Gomorrha in terris longe à salute sua peregrinetur! Vtinam diuino beneficio misericordiaque cœlesti, vltimum veritatis hostem in pictura Gallia nostra propter hæreses tot iam annorum spatio funesta, instabilis, tumultuosa, armisque cruentata ciuilibus in sinu suo retineret! nullumque viuum patriæ, religionisque Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ perduellem in sua furentem viscera tolerare miserrime eogeretur. Sed [m] *peccatum peccauit Ierusalem, ideo instabilis facta est*; ideo Gallia captiua sceleribus, sub calamitatum grauissimarum tributo facta est. Ideo erimina multa eaque enormia toto Gallorum orbe tam audacter, & impune grassantia, per tot iam annos tristissimum filiorum suorum illam cernere lethum fecerunt, & *patrios fœdarunt vulnere vultus.* Et nihilominus sub tot malorum calamitatumque maximarum pondere gementes, illarum causam, quæ vitia nostra sunt, à nobis auertere penitusqoe per pœnitentiam de eordibus nostris auellere non procuramus. Hæc toties ingeminamus! a c surdis, & mortuis auribus querulæ voces, atque lamenta nihil proficiunt, imo irrito conatu frustrantur, atque circa illas inania voluuntur! Sic clamamus, & non exaudimur; rogamus, & despicimur; Patriæ mala quæ iniquitates tam publicæ quàm priuatæ, tot impunè relictæ, contra Christum Dominum, eontra eius sponsam, vicariumque blasphemiæ pepererunt, sine spe melioris fortunæ, lugemus! & oon est qui nos eonsolari dignetur.

Hæresis Lutheri in centum fere sectas hodie diuisa.

[a] Staphilus l. de concordia discipulorum Lutheri.

Cur diuisos inter se hæreticos patitur Deus.

[b] Esaias c. 19.

[c] S. Hilarius l. 7. de Trinit.

[d] Chrys. in Psal. 6.

[e] S. Hieron in Ezech. 13.

[f] Aug. in Psal. 61. So.

[g] Bernard. ser. 63. in cantic.

[h] Cant. c. 2. 15.

[i] Rupert l. 9. in Apoc.

[k] Beda in S. Marc. c. 3.

[l] Genes. c. 11. v. 1.

[m] c. 1. Thren.

CAPVT VII.

Antichristus in suis præcursoribus membris suis hæreticis eius spiritum foritis malignum regnat, & furità tempore Apostolorum ad hoc vsque tempus, vt mirum non sit si isti tanto odio, immanitate, & rabie Romanum Pontificem Christique sub illius directione fideles persequi nunquam desistant.

1. *Hæretici partim aperte, partim fraudulenter vicarium Christi, vt Antichristi membra, & præcursores, sicut Antichristus in fine mundi Christum Dominum persequuntur.*

2. *In qua persecutione mysterium iniquitatis, quod in fine mundi homo peccati, verus Antichristus perficiet, immaniter operantur.*

3. *Hæreticos vere dici Antichristos ostenditur, & quo modo.*

4. *Qui Catholicis posteriores, sicut*

Chriſto Antichriſtus exiſtunt, vt bono malum, veritate mendacium.



HÆRETICOS cum tot furere odijs, tot efferari furoribus, tot bacchari blaſphemus in ſedem Apoſtolicam, monarchamque Eccleſiæ Romanum Pontificem, Chriſti Domini in terris vicariũ ſuperioribus tractatibus, non ſine tantorum ſcelerum horrore maximo viderimus: non ita mirari debemus. Si conſideremus eos facere partem cum Antichriſto futuro aduerſus Dominum, & aduerſum Chriſtum eius: *Cuius ipſi myſterium iniquitatis operantur*, donec veniat. Cuius non ſolom præcurſores, & immanitatis diabolicæ miniſtri, ſed etiam membra, & ſpiritus Antichriſti ſont, pari, qua ille homo peccati in tempore ſuo diaboli rabie tumidi, & inflati. Vnde cum myſterium Antichriſti, diaboli opus, eò præcipue conſpiret: vt opera Chriſti diſſoluat, eius regnum in orbe terrarum ſpirituale deſtruat, totumque dominium, quod in directione militantis Eccleſiæ conſiſtit, in interitum penitus effundat. Quid mirum, ſi à temporibus Apoſtolorum, in quibus illud opus diaboli iniquitatis myſteriom, virus ſuum fæculento halitu ſpirare, ac ſpargere cœpit: ipſi Antichriſti membra, atque ſuperbiſſimi ſatellites, perpetuum ſedi Apoſtolicæ, throno regni Chriſti ſanctiſſimo bellum indixerint, ferrum flammamque non modo minitati, ſed omnino intentare, atque immittere conati ſint, idque quotidie nouum ſcelos anhelantes, nefarie moliantur? [a] Cum enim Iuſtinianus Imperator hæreticos illos eſſe dixerit, qui à domo Dei per naufragium fidei, & impietatis ianuam egreſſi amplius membra ſanctæ Dei Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ non eſſent; reſtat vt cum non ſint corporis Chriſti quod eſt Eccleſia, membra diaboli atque hominis peccati ſint: cumque Chriſti non ſint, Antichriſti eſſe dicantur. Ideo expectantes aduentum regis ſui ſub vmbra immaniſſimæ beſtiæ à Spiritu ſancto, in [b] Apocalypſi Chriſti dilecto deſignati, dæmoniorum armaturam aſſumentes, omni furore, veſania, barbarie, vt regno Chriſti, longiore in terris duratione interdicant, contra hunc ipſius thronum ſedem Apoſtolicam, modo cuniculis, & clandeſtina fraude, modo furentibus conatibus, & aperto marte, ſine intermiſſiooe digladiantur. Propter quas occultas, & apertas inſanias, atque furores hæretici modo colubri, modo reguli, baſiliſcique nomine in ſacra pagina ſanctorum Doctorum interpretatione deſignantur. [c] *De radice colubri egredietur regulus & ſemen eius abſorbens volucrem:* Dicebat Eſaias. Quem locum de hæreticis [d] quidam patres exponentes aiunt de radice colubri, id eſt de hæreſi, mente concepta, & occultè, fraudulenterque contra fidei pugnante veritatem, egredietur baſiliſcus, id eſt error hæreticus prædicatione peſtifera diſſeminatus, & in apertum furorem contra Chriſti Euangelium erectus, & eliminatus, in medium campum contra Dominum Ieſum Chriſtum eiuſque vicarium pugna-

a Iuſtin. Imp. Nouell. 109. §. 1. verſ. hæreticos autẽ.

b Apoc. c. 13. v. 3.

Hæreticus Eccleſiam Dei eiuſque viſibile caput occulte perſequens eſt coluber, & aperte cum ea pugnans baſiliſcus.

c Eſaiæ c. 14. v. 29.

d Viegas in Apoc cap. 9. com 2. ſect. 6. in fine.

A turus adueniet, & irrumpet. Qui afflatu ſuo volucres abſorbeat, id eſt ſpiritales homines præſtantes ingenio, ſimplices, & alios de gremio Eccleſiæ fideles ſui veneni, atque contagionis tabo commaculatos & infectos, de alto ſalutis ſuæ gradu deijciat, atque deturbet: non ſecus quam baſiliſcus aues & homines afflatu, viſuque ſuo perimere ſolet. Qui error hæreticus, furor infernalis in membris Antichriſti penitus inſidens, vt tot tragœdias in Chriſtiano theatro excitare, tot ſtrages corporum, tot neces animarum patrare, maximaque ſanguinis Chriſtianorum effuſione, diluuioque Eccleſiæ campos vultuſqoe cruentare poſſit, omnium vitiorum turbis, atque turbinibus armari ſolet. Propter quod hoc furore perciti hæretici locuſtis, atque ſcorpionibus in Apocalypſi ſimiles eſſe perhibentur, ſeu illis immanibus monſtroſiſque belluis in Apocalypſi ſeptem internodia in caudis habentibus deſignantur, vt intelligeret à Spiritu ſancto propheticos Euangeliſta hæreſes ſeptem peccatorum internodia gerere, id eſt omnium vitiorum, atque ſcelerum contra Chriſtum, & thronum eius armari furoribus peſtibuſque fœdari; *Numerus quippe ſeptenarius ſymbolum vniuerſitatis eſt*, inquit ſanctus Cyprianus, [e] ideoque meretrix illa Apocalypſeos qua hæreſis deſignatur ſuper beſtiam ſeptem capitum ſedere viſa eſt; quibus beſtiæ ſcilicet cupiditatis omniom [f] malorum vitiorumque radicis capitibus ſeptem peccata capitalia ſignificantur, quæ cætera ſuo ambiunt ſinu, & complectuntur. Sed quid eſt quod illa meretrix abominationibus aureo ſuperbiæ poculo hauſtis inebriata, tanquam eques ſuper ſeptem capitum beſtiam ſedere, nollis frænorum retinaculis beſtiam compeſcens à ſancto Ioanne demonſtretur? Niſi quia hæreſis per omnia vitia effuſo, imo potius effræno curſu impetuque raptatur, & excurrit nullis moderationis, rationumque frænis, & habenis vitiorum libidinem furoremque cohibens? vt his ſine ordine, & cum magna confuſione, & rationis inuerſione ſtipata, & corroborata aduerſus inexpugnabilem Catholicæ veritatis, fideique murum, & immobilem in fundamentis ſpiritualis Sion militantis Eccleſiæ, poſitum lapidem Pontificij principatus probatum, angularem, pretioſum, effrenatius arietet, & eluctetur? Et quamuis irrito conatu ſuos in illud furioſe impetus hæretici contorqueant; tamen ne fruſtra ferro vmbras, vt eſt in prouerbio, diuerberare videantur, leonino furori vulpinam conſuentes fraudulentiam, varijs dolis, technis, & artibus, quod operta crudelitate, rabieque non poſſunt aggredi moltoties optata conantur. Quas immanes hæreticorum fraudes ſanctus Ignatius proſpiciens ſic ab illis, vt ſibi cauerent fideles hortabatur. [g] *Rogo autem vos non ego, ſed charitas Ieſu Chriſti, vt omnes idem dicatis, & ne in vobis ſint ſchiſmata: ſitis autem inſtructi eodem ſenſu, & eadem intelligentia, ſunt enim quidam vaniloqui, & ſeductores mentis, non Chriſtiani, ſed Chriſtum mercantes in fraudem circumferentes nomen Chriſti, & cauponantes verbũ Euangelij, & erroris venenum blando alloquio implicantes, tanquam mulſo cicutam tempe-*

(Margin letters B, C, D at successive sections of the column.)

Hæreſis omniũ ſcelerum turbis armari ſolent.

e Apoc. c. 9.

e S. Cypr. in cant. Apocal. c. 17.

f 1. ad Tim. 6. v. 10 Radix omnium malorum cupiditas.

Quare meretrix in Apocalypſi ſine fræno & habenis ſuper beſtiam 7. capitum ſedere dicitur.

Hæretici ad ruinam Eccleſiæ & fidelium fraudes crudelitatibus conſuunt, atque coniungunt.

g S. Ignat. ep. ad Trall.

Pulchra deſcriptio noſtrorũ Nouatorum ad inſtar veterũ hæreticorũ.

vantes; vt qui biberit dulcissimi saporis gustu deceptus incauta morte transfigatur. Monet quidem ipsam antiquorum, vt nemo bonus dicatur, qui bono malum permisceneri. Nominant Christum, non vt Christum praedicent, sed vt Christum improbent, nec vt legem, (scilicet eius) *constituant, sed vt legi contrarium annuncient. Communiamini igitur aduersus tales ne laqueũ animis vestris impliceris.* Idem consilium admonitionemque Philadelphiensibus inculcat epistola ad illos, in quo hoc inter alia; [a] *Vt filij lucis siris,* inquit, *id est veritatis, fugite diuisionem vnitatis, & malam doctrinam haereticorum, à quibus coinquinatio peruasit in omnem terram, &c.* Hisdem exhortationibus monitisque, tanquam fortibus armis fideles Antiochenos contra hos fraudulenter immanes haereticos communiuit, atque instruxit. [b] Quos propter suas crudelitates impias, apertas, & occultas, propter furores manifestos, & latentes fraudes, canes, serpentes, dracunculos squammosos, aspides, basiliscos, & scorpiones appellat; de quorum fraudulentis conatibus ad interitum animarum & Ecclesiastici principatus exitium, [c] haec Nicephorus Callistus. *Cum diabolus salutis hominum immicissimus coeptum suum, quo Ecclesiam supprimere nitebatur vidisset suffocatum martyrum sanguine, tamen dolum excogitauit; vt viri seductores, & impostores, Christianum sibi vsurpantes nomen, simul & quot coepissent fideles in foueam perditionis impellerent, & qui technas eorum ignorarent, eis fauis, & salutoris verbi discendi studium, & desiderium corrumperent, & deprauarent. Primum igitur contra nos excitauit* (scilicet diabolus) *Symonem, deinde Menandrum, Cerinthum, & Nicolaum de quibus in superioribus diximus.* Hos immites, crudelesque haereticorum dolos, & fraudes spiritu daemonis in eorum animis fabricatos conspiciens, simul & cum detestatione despiciens sanctus Flauianus Constantinopolitanus Patriarcha, ita de Eutychete, eiusque fautoribus, ac de alijs consequenter haereticis ad sanctum Leonem Papam scribebat. [e] *Sunt quidam veste sua oues significantes, interius sunt lupi rapaces, quos ex fructibus debemus agnoscere: isti prima fronte videntur esse de numero nostro, sed non sunt, quia si fuissent permansissent vtique nobiscum: quando autem coeperunt assumere impietatem, illud quod prius occultabatur, nullis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus.* Hinc praeclara illa sancti Augustini sententia, cuius meminit [f] Hadrianus primus libro de defensione generali synodi 7. Nicaenae 2. ad Carolum magnum. *Habent,* inquit, *& haeretici sacramenta nostra, habent scripturas nostras, habent & alleluia, habent plerique symbolum nostrum, sed inde cauent vnde tela non aduertis. His fraudibus, dolisque nefandissimis primam sibi viam ad oppressionem interitumque Christianae religionis Antichristus sternet, atque parabit: his nocendi artibus prout illi diabolus suggeret, primo in mundo aduersus fideles saeuet ingressu.* Vt ex bene intellecta sanctarum Scripturarum lectione sancti patres obseruarunt: totumque crudelissimum, immanissimum, sceleratissimumque hoc Antichristi opus, mysterium iniquitatis appellarunt. Quod haeretici omnes huius Antichristi membra spiritus ministri, satellitesque ab ipsis Ecclesiae post passionem Domini nascentis incunabulis nefandissime coeperunt operari. Quod manifeste ex his Apostoli verbis ostenditur. [g] τὸ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας. Ad verbum, *iam mysterium iniquitatis sit cum efficacia,* communis versio habet, *mysterium iam operatur iniquitatis,* id est exercetur quousque veniat in fine mundi homo peccati Antichristus, vt ipse sanctus postea his verbis exponit Apostolus. [h] *Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum.* Et hoc sensu sanctus Ioannes [i] Antichristum iam esse in mundo proclamat, scilicet in membris suis praecursoribus suis, spiritus sui furores, & iactationes turbulentas contra Christum & thronum eius, sequentibus haereticis. *Omnis,* inquit, *Spiritus qui non confitetur Iesum Christum in carne venientem ex Deo non est, & hic est Antichristi, scilicet membrum, vel spiritus;* in Graeco τοῦ ἀντιχρίστου. versio communis: *Et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, & nunc iam in mundo est.* In rabie nempe, conflictuque haereticorum contra Dei Ecclesiam, thronumque Apostolicum. Quorum operationes à diabolo sunt, sicut in fine mundi veniet homo peccati, princeps haereticorum, cum operatione diaboli, cuncta Dei sacra, diuinaque Christianae fidei, religionisque mysteria si possit vastaturus. Quod sequentibus verbis significauit Apostolus. [k] *Cuius est aduentus,* inquit, *secundum operationem Satanae.* κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ. *In omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus.* Vnde mysterium illud iniquitatis, quod haeretici à constitutione Christiani mundi, in nomine Antichristi venturi operati sunt, quotidiéque operari non cessant, à furentis ipsius efferatique Satanae operatione, in omnes terrae partes extensum, diffusumque patratur. Per quod mysterium ab haereticis exercitum, & operatum (sic passiuè sumpto verbo) sanctus Paulus iuxta sanctorum patrum interpretationem, intelligere voluit, iniquitatem arcanam, latentem, tectamque fraudibus, sub vestimentis ouium, luporum rabiem, rapacitatem, immanitatemque circumferentem. Quae quandoque, dum licet haereticorum libidini, palam grassatura foras eliminatur; sed quae tandem in fine mundi abiecto omnis hypocrisis, simulationisque velamine, contra Christum Dominum, eius sponsam immaculatam, eiusque sanctos, bonorum, fideliumque caede cruentata, Antichristo regnante, bacchanteque prodibit. Atque haec iniquitas abominabilis Apostolorum tempore per ipsius Antichristi ministros, praecursoresque haereticos agebatur nefarie, crudeliterque operabatur, vt verus, ac legitimus sancti Pauli verborum sensus ille censeatur esse: Quamuis ille iniquus Christo penitus oppositus, homo peccati, nondum in lumen natus in propria persona prodierit; est nihilominus iam tantorum patrator scelerum praesens in emissariis, praecursoribusque suis, licet non aperte, vt cum in mundum in propria persona in lucem editus aduentauerit: sed occulte ac velut in mysterio per ipsos anteambulones praeparantes,

Haeretici impie Christum praedicant, vt eius regnum destruant in terris.

a S Ignat. ep. ad Philadelp.

b S Ignat epi. ad Antioch.

d Niceph l. 4. Ecclesiast. hist. c. 1.

Diabolus haereticorũ fraudibus ad perdendas animas & oppressionem Ecclesiae vtitur.

e Epist. Flauiani patriarchae Constãt. ad S. Leonem.

f Hadrian 1. l. pro defens. synod 7 ad Carol Magn.

Pulchra S. Augustini sententia ad exprimendas crudeles haereticorũ fraudes.

2 Pars. Haretici à tempore Apostolorum coeperunt operari mysterium iniquitatis, id est opera Antichristi exercere.

g 2. Thess. c. 2. v. 7.

h 2. Thess. 2. v 8.

i Ioan. 1. epi. c. 4. v. 3.

k Ad Thess. 2. c. 2. v. 9.

Quid proprie mysterium iniquitatis quod haeretici praeter fores Antichristi operantur secundum Apostolum.

Sensus verborum S. Pauli.

tes,

tes viam ſceleris eriminiſqoe vniuerſi huic monſtrd, obliquaſque flagitioſæ vitæ facientes ſemitas hæretieos agatur, & operetur. Quæ quidem execrabilia iniquitas in eo præcipue conſiſtit, vt Chriſtum Dominum, eioſque Monarchicam, quam firmauit in Eccleſia ſua dominationem viſibili paſtori eius vicario creditam deſtruat, euellat, demoliatur; & ſuper ruinam atque lapſum Chriſtianę religionis, Hierarchięque Eccleſiaſticæ, diaboli, ſuique futuri regis Antichriſti tyrannidem, in immenſam abominationis molem erigat & ædificet. [a] Hæc ſanctorum Patrum doctrinæ expoſitio conformis eſt, quam maxime corroborat atque confirmat ſancti Ioannis de Antichriſto, deque eius prodromis hęreticis doctrina: quos turpi, & infami cum principe ſuo, homine peccati, nomine Antichriſti dedeeorat, ac tam nefandi nominis execratione percellit. Vt cum ait. [b] *Filioli nouiſſima hora eſt: & ſicut audiſtis quia Antichriſtus venit, nunc Antichriſti multi facti ſunt.* Et capite 4. [c] *Omnis ſpiritus qui ſoluit Ieſum ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus, de quo audiſtis quoniam venit & nunc iam eſt in mundo.* Hoc referenda hæc ipſius Apoſtoli prophetæ, ac Euāgeliſtæ verba. [d] *Quoniam multi pſeudoprophetæ, & multi ſeductores exierunt in mundum.* [e] Similia habet Epiſtola 2. verſ. 7. Sed ne more Nouatorum auctoritatem aſſertionibus noſtris ſine teſte fideli, probatoque ab Eccleſia firmamento veritatis vendicare videamur: Probandum nobis eſt teſtimonijs ſanctorum Patrum in ſacra ſcriptura fundatis hæreticos vere dici Antichriſtos, eoque ignominioſo Antichriſti nomine proter errores ſuos, improbitateſque myſterium iniquitatis Antichriſtianæ operantes, ab omni tempore dictante ſpiritu ſancto, Eccleſia probante fuiſſe notatos, & infamatos. Hoc enim nomine à [f] ſancto Cypriano dictos fuiſſe Antichriſtos, pſeudochriſtos, Chriſtique aduerſarios ex multis eius operum locis manifeſte ad pænam libri conſtabit. Vt Epiſtola 74. ad Pomponium fratrem vbique hæretici nihil aliud, quam aduerſarij, & Antichriſti nominantur, eoſdem pſeudochriſtos Epiſtola ad Iubaianum [g] Epiſtola [h] ad Ianuariom, [i] & alibi hæreticos, quandoque Chriſti aduerſarios appellat. Sic authoritate ſancti Ioannis Apoſtoli fultus [k] ſanctus Hilarius hanc execrandi nominis turpitudinem hæreticis inurit Epiſtola circulari ad Catholicos Arianam hæreſim deteſtantes. *At ne maledictis*, inquit, *verborum in eos* (ſcilicet Arianos) *vti conuitiis arguamur, cauſam perditionis publica, ne cuiquam ignorata ſit non tacemus. Antichriſtos plures eſſe etiam Apoſtolo Ioanne prædicante cognouimus. Quiſquis enim Chriſtum, qualis ab Apoſtolis eſt prædicatus, negauit, Antichriſtus eſt. Nominis Antichriſti proprietas eſt Chriſto eſſe contrarium. Hoc nunc ſub opinione falſa pietatis efficitur, hoc ſub ſpecie prædicationis Euangelicæ laboratur, vt Dominus Ieſus dum prædicari creditur, denegetur, ac primum miſereri licet noſtræ ætatis laborum, & præſentium temporum ſtultas opiniones ingemeſcere, quibus patrocinari Deo humana creduntur, & ad tuendam Chriſti Eccleſiam ambitione ſeculari laboratur.* Antichriſtoa de quibus poſt Apoſtolos loquuntur ſancti Patres, fuiſſe primos, quos, [l] *Infernus dilatatione oris ſui abſque termino*, propter hominum ſcelera Apoſtolorum tempore eructa-

a S. Chryſoſt. Theodoret. in hunc S. Pauli locum.

S. Ioan. hereticos vocat Antichriſtos ſeilicet Chriſti aduerſarios.

b S. Ioan. Ep. 1. c. 3.

c Cap 4.

d Ibid. Epiſt. 1. c. 4.

e Ioan. Ep. 2. v. 7.

3. Pars hæretici dicuntur Antichriſti.

f Epiſt. 74. ad Pomponium fratrem.

g Epiſt ad Iubaianum.

h Epiſt ad Ianuarium & c. quæ eſt 70.

i Eſt l a aduerſus Iudæos c. 8.

k Epiſt. circulari.

Optima ratio conuincens hæreticos eſſe Antichriſtos.

l Eſaiæ cap 5.

Tom. I.

A

uit in mundum hæreticos, ex ipſius ſancti Ioannis verbis aperte conſtat, dicentis. *Filioli, nouiſſima hora eſt, & ſicut audiſtis quia Antichriſtus venit, nunc Antichriſti multi facti ſunt, ſcimus quia nouiſſima hora eſt.* [m] *Ex nobis prodierunt*, Græcè ἐξῆλθον, *exierunt, ſed non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent vtique nobiſcum*, &c. Tales ſunt hęretici qui per baptiſmum ex Eccleſia Chriſti prodierunt, ſed ab ea per hęreſim exierunt: Eccleſię iuſſa audire deprecantes, atque ſuaue illius iugum de collo obedientiæ per rebellionem excutientes, ſe ab ea per horribilia ſchiſmata erroreſque ſeparauerunt. Cum antea in immaculato huius ſanctæ matris Chriſti ſponſæ gremio per fidei profeſſionem ſacramentorumque communionem, vota profeſſi morarentur, ſiue ſimulati Chriſtiani externa ſpecie pro veris ſe gerentes, ſiue reuera tales eſſent animo quales exteriori profeſſione monſtrabantur. Primi illi hæretiei quos Antichriſtoa Apoſtoli ſancti, Paulus, & Ioannes vocauerunt aliquando de Eccleſiæ ſinu, Chriſtique grege per lauacrum regenerationis extitere, ſed per ſchiſmatum hæreſeonque portenta extra eum ſeparati vagantes, partem eum diabolo, eiuſque præcipuo ſatellite Antichriſto fecerunt, mortiſque fœdera eum illis rebellione contra Chriſtum paciſci voluerunt. Etenim Simonē illum Magum protohæreticum, ſacro fonte regeneratum [n] Philippua Chriſto peperit. Et Nicolaum ſimili baptiſmatis gratia præditum, [o] diaconatus honore Apoſtoli decorarunt. Sic & Hymenæus, & Philetus in magnam domum Dei quæ eſt Eccleſia per reconciliationis regenerationiſque baptiſmalis ianuam, verbis id ſancti Pauli teſtantibus ingreſſi ſunt: ſic & Cerinthum quondam fidelium numero fuiſſe aggregatum, [p] fideique Chriſtianę ſurgentis è cunis aſſertorem [q] ſanctus Epiphanioa commemorat, & aſſeueranter affirmat. Sed poſt vitiorum omne genus, eorum mores fædans, & ineeſtans à cordibua lucem Chriſtianę veritatis auellens, hos Antichriſtianæ iniquitatis operatores aſſertoreſque fecit: iuxta illud Apoſtoli. [r] *Bonam conſcientiam repellentes circa fidem naufragauerunt.* Et iſti cum poſteris ſuas iniquitates blaſphemiaſque ſequentibua Antichriſti ab Apoſtolis patribuſque venturi ſpiritum habere, vitæque improbitates æmulari dicuntur. Prout ſanctus Ioannes ſignificauit illis verbis. [s] *Omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum ex Deo non eſt, & hic eſt Antichriſtus.* Gręce Antichriſti eſt, in genitiuo caſu. Sic autem Græca verba cum appoſitis articulis leguntur. [t] καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀντιχρίστου. Scilicet, Et hic nempe ſpiritus, eſt ille ipſius Antichriſti, id eſt vt exponit ſanctus Irenæus [u] *eſt ex Antichriſto*, vel vt vult ſanctus Cyprianus, [x] *de Antichriſti ſpiritu eſt.* [y] Sic Tertullianus hęreſiarcham Marcionem præcurſorem Antiehriſti, eiuſqoe ſpiritum appellat. [z] Simili ſenſo hunc Apoſtoli Prophetæ locum in genitioo caſu Caſſianus expōnit. His paraphraſis Syriaca conformis eſt dicens. *Sed hic eſt ab ipſo pſeudochriſto*, vt ſit ſenſus hic ſpiritus, qui non confitatur Ieſum Chriſtum in carne veniſſe, ſed ſoluit Ieſum, id eſt, diuidit cum eius diuinitatē ab humanitate ſeparans, ſciſſuramque faciens in eius Eccleſia, vt eam erueta diuiſione deſtruat atque diſſipet, quod faciūt hæretici, atque ſchiſmatici: hic ſpiritus eſt illius Antichriſti, id eſt, hæc doctrina erronea veritatis inimica cū ſuo doctore,

B

C

D

m 1 Ioan. c. 2. v. 19.

Hæretici per baptiſmum ex Eccleſia prodierunt, & ab ea per hæreſim ſunt egreſſi: quos S. Ioan. Antichriſtos vocat.

Qui nam hæretici tempore Apoſtolorum dicti Antichriſti de Eccleſiæ ſinu per apoſtaſiam, hæreſimque egreſſi.

n Actor. 8.

o Actor. 6.

p Timoth. 2

q Epiphan. hæreſ 28.

r 1. Timoth. c. 1.

ſ 1. Ep. c. 4. v. 7.

Hæretici dicūtur Antichriſti ſcilicet de ſpiritu Antichriſti.

t Græca Phraſis S. Ioan.

u l. 3. c. 18.

x L. aduerſus Iudæos c. 8. in fin.

y Tertul. l. 5. c. 16 aduerſus Marcionem.

z Caſſian. l. 5. de incarnat. c. 15.

A hæretico Antichristum satellitio præcurrit. Cuius omnis labor, & liuor, omne execrabile studium, atqoe conandi rabies, hoc cum impetu assurget, & effetabitur, vt Christum Dominum cum vicario suo, aliisque piis in directione Ecclesiæ militantis ministris, pastoribusque soluat, dissipet, perdat, eius regnum si possit, in terris spirituale exterminet, populetur, & in extremum exitium penitus effundat. Et vt Christus Domious prior venit in mundum suo aduersario Antichristo, sic Catholici Christi vexilla sequentes imperiaque facientes hæreticis Antichristi signa portantibus, eiusque mysterium iniquitatis operantibus antiquiores existunt. Vt Ecclesia Christi synagoga Aotichristi, fides recta infidelitate, mendacio veritas, religio Dei dæmoniorum impietate vetustior, eique longi temporis antiquitate præire indubitata fidei certitudine creditur. Nouitas in fide hæresim, diabolique opus arguit. [a] Siquidem bonus Pater familias bonum semen in agro suo, scilicet campo Ecclesiæ suę, Pater cęlestis bonum religionis, virtutisque semen inseuerat: sed inimicus homo diabolus impietatis, infidelitatis, hæreticæque contagionis superseminauit zizania. [b] Quo argumento Tertullianus contra gentiles dimicans, confudit eos clara illis demonstratione subiiciens religionem, fidemque Christianorum longe, paganica superstitione, antiquitate superiorem. In cuius argumenti fortitudine moltis rationibus authoritatibusque roborata aduersus idolorum cultores dęmoniorumque tyrannidi velificantes, sæpius [c] Diuus Augustinus discursu longo eleganti que triomphat, & exultat. Cuius argumenti clypeo tectus, & gladio munitus Tertullianus, [d] qoam strenue potenterque aduersus hæreticos dimicat, & ferit eos vsque ad diuisionem animæ, nullas habentes amplius, quibus iustè se tueantur, in ore redargutiones. [e] *Qui estis*, inquit, *vos aut vnde venistis?* &c. Simili argumenti armatura protectus [f] sanctus Cyprianus [g] hæreticos omnes sui temporis, pogna [h] spirituali constrauit. [i] Et sanctus Iustinus à oouitate ortus sui præcorsores Antichristi hæreticos, buccinatores iniquitatis confodiens. *Ex nobis*, inquit, *prodeunt*, ergo nobis iuniores, *à vitiorum appellatione*, scilicet hæresiarcharum, *ex quibus vnaquæque disciplina, & sententia*, scilicet hæreticorum aliorumque errantium, *originem habuit.* [l] Et sanctus Irenæus iisdem veritatis armis indotus contra Valentinianos, aliosqoe similes cum Antichristo, aduersus Christum signa Christi portantes ad certamen pugnamque prosiliunt. Quos secutus Lactantius hæc aduersus eosdem Antichristos Christianæ fidei, pietatisque prostitutores, magno zeli Catholici turbine, veritatis tela contorsit. [k] *Illi dæmoniacis fraudibus irretiti*, quas prospicere, & cauere debuerant, *diuinum nomen & cultum per imprudentiam perdiderunt. Cum enim Phryges, aut Nouatiani, aut Valentiniani, aut Marciani aut Anthropiani, seu quilibet alij nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso humana, & externa vocabula induerunt.* Communis veritatis vox est, quam ab ipso Deo, & ab ipsius sacrarum literarum fontibus vetusti,

4. Pars. Vt Christus Antichristo prior sic Catholici Romanæ Ecclesiæ filij omnibus hæreticis antiquiores. Nouitas in fide hæresim arguit.

a S. Matth. c. 13. v. 25.

b In Apol. cap. 19. 20.

c L. 18. de ciuit. c. 37. 38.

d L. de præscript.

e L. de carne Christi.

f L. 1. & 4. cõtra Marcio. & l. contra Praxeam.

g L. de vnitate Ecclesiæ siue de simplicitate prælator.

h S. Iustinus Martyr. dialog cum Triphone.

i L. 2. c. 20. in fin.

k Lactant. l. 4. c. 30.

Omnes hæreses ortæ sunt post veram Christi fidem.

sanctique Patres præter supranominatos Clemens [l] Alexandrinus, Athanasios [m], Epiphanius [n], Chrysostomus [o] hauserunt, arripuerunt, & expresserunt, omnes hæreses ex antro inferni post veram, catholicam, Apostolicam, Romanamque fidem ortas, & à dæmonibus excitatas eropisse. Propterea hos impios [p] Antichristi ministros irridens sanctus Hilarius ait: *Tardius in mundum venisse eos, diutiusque eorum partus, fætusque nefandos, hæreses nempe in diaboli pectore tanquam ventre putrido delituisse:* Autequam in terræ oras efflarentur, lucemque vitæ prodirent. Vnde præclare egregieque in hanc sententiam huiusmodi nouatores sui temporis nouitios, & abortiuos [q] sanctus Hieronymos talibos alloquitur. B *Quisquis es assertor nouorum dogmatum, quaso te vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostoli voce laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nesciuimus? Cur profers in medium quod Petrus, & Paulus edere noluerunt? Vsque ad hunc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit? Illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum.* Quid his contra nouatores nostros religionis Catholicæ pestes ac fæces reipublicæ Christianæ Lotheranos, Caluinistasque dici iustius, aut excogitari potest accommodatius? Atqoe vt tales fidei Christianæ, veritatisque abnegatores, diabolicæ doctrinæ promotores, ac vindices, noo de Christi Domini grege & ouili, sed de Antichristi hara, & volutabro sanctus Pater esse demonstraret, ista contra Luciferianos non minus vere, quam grauiter effudit. [r] *Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non à Domino Iesu Christo, sed à quopiam alio nuncupari,* C *vtpota Marcionistas, Valentinianos, Montenses, siue Campitas, scito non Ecclesiam Christi sed Antichristi esse synagogam. Ex hoc enim ipso quod postea instituti sunt eos se esse indicant, quos futuros Apostolus pronunciauit, scilicet Antichristos.* Omnes igitur nouorum, impiorumque contra fidem Christi dogmatum inuentores, & sectatores Antichristos vere dici, id est Antichristi membra, ac de spiritu eius, improbitates, & iniquitates illius operantes, & promouentes, tam sacræ literę quam sanctorum Patrum doctrina, Ecclesiæque decreta clarissime demonstrarant.

Propter quas impietates, iniquitatesque hæreticas contra Christum Dominom, contra eius sanctam, Apostolicam, Romanamque Ecclesiam, eiusque sanctos pastores saoctus Athanasius imperatorem Constantium Anti- D christum, veri Antichristi pręcorsorem, typum, figuram, ministrumqoe vocitauit, cum hæc ad solitariam vitam agentes, Epistola scripsit. [s] *Quid igitur hic*, scilicet Constantius, *quod Antichristi fuit, omisit? aut quid ille, vbi venerit, plus committere poterit? Aut quomodo ille in aduentu suo non reppererit sibi expeditam viam ad dolos ab isto præparatam?* Et quibusdam interpositis de huius hæretici imperatoris in Christianos Catholicos, fidelesque Romanæ sanctitatis, & authoritatis supremæ subditos immanitate, sobdit postea. *Grauia sunt ista, & plusquam grauia: sed tamen istiusmodi quæ congruant in eum, qui Antichristi imaginem induerit: quis enim videns ipsum in decernendo se facere prin-*

l L. 2. Strom.

m Orat 2 cõtra Arrianos

n In anchora.

o Hom 33. in act.

p L. 6. de trinit.

q Ep 65. ad Pammach.

r S. Hieron. dialog. contra Luciferianos sub finẽ.

Omnes qui à noua, & erronea opinionis authore nomen accipiunt vt Lutherani à Luthero, Antichristi esse dicuntur.

Constantium imp. Antichristum & veri Antichristi ponsem referentem propter prauitates, crudelitatesque contra Dei Ecclesiam, eiusque S. Pastores S. Athanasius dixit.

s S. Athanas. Ep. ad solita. vitam agentes.

Typus Antichristi in Constantio hæretico Arriano.

A *cipem Episcoporum, & præsidere iudiciis Ecclesiasticis non merito dicat illum eam ipsam abominationem desolationis esse, quæ à Daniele prædicta est*, &c. Et in apologia de fuga sua propositis enumeratisque huius imperatoris Ariani enormibus crudelibusque in sanctos Ecclesiæ catholicæ Episcopos, & pastores, nec non in sanctas virgines, vt fide concilij Nicæni abnegata Arrianæ hæresi subscriberent, impietatibus, eum esse Antichristum, verique imaginem Antichristi ita concludendo contestatur. [a] *Quis igitur cum ista fiant, & eum impietas impudentiam tantam sibi vendicet, ausit iam inde Constantium hominem Christianum appellare, ac non potius Antichristi imaginem esse dicere? Quid enim ex notis Antichristi huic deest? Aut quid est cur non omnibus modis Constantius Antichristus, & vicissim Antichristus Constantius habeatur? Nonne in magna Ecclesia in Cæsarea victimas contra Christum & blasphemias velut ex præcepto eius Ariani, & ethnici fecere? Nonne visio Danielis istiusmodi notis Antichristum significat, nimirum quod bellum gesturus cum sanctis sit, & quod intumescet contra eos*, &c. Sed hæc & similia immanitatis portenta ab hæreticis patrari non est mirum; quoniam vt venturi principis sui Antichristi immania facta operari incipiant, eis nullus ludus acceptior esse potest, quam cædes, quam cruor, quam trucidatio bonorum, & interitus salutis animarum, quia eorum mater hæresis meretrix est grauida non solum spiritu falsitatis, vt cum [b] sancto Bernardo loquar, sed etiam spiritu furoris, & discordiæ tempestatis, atque crudelitatis, vt ex dicendis capite sequenti constare poterit.

a S. Athan. in apolog. de fuga sua.

Nota Antichristi ex Daniele.

b S. Bernard. *Hæresis meretrix facta spiritu falsitatis, crudelitatis, & furoris.*

CAPVT VIII.

Hæreticorum vt Antichristi membrorum scelera multa, & horrenda, quorum atroces iniuriæ propterea Romano Pontifici maximo sunt honori.

1. *Hæreticorũ scelera multa vt patris ac principis Antichristi similitudinem tanquam filij subditi, ac membra illius gerant inimici Christi Domini Iesu, & vicarij eius ab eo constituti super omnem familiam suam quæ est Ecclesia, capitis visibilis.*
2. *Quæ scelera viam præparantia Antichristo ex descriptione hæreseos criminis publici, furiæ horribilis, qua nullum immanius monstrum est manifeste patebunt.*
3. *Propter tot scelera hæresim concomitantia à talibus Antichristis, iniuriis affici, probris, calumniisque lædi, est Romano Pontifici, vniuersalis Ecclesiæ summo principi pastorique maxime gloriosum.*

A Iam cum Antichristus homo nati κατ᾽ἐξοχὴν ab Apostolo per ...tur, propterea quod super homines nefarios, perditosque in summo iniquitatis gradu, scelerum omnium contagione polluetur, ponderatis aggrauabitur, multitudineque obruetur. Talis est insignis ad omnem impietatem futurus domini aduersarius, profecto præcursores eius, qui illum ætate, atque tempore præcedentes illi parantes viam iniquitatis, & abominationis eius membra constituti, de spiritus eius furoribus inflammati, non possunt non esse flagitiosissimi. Nec potest nomen afferri ad omnia flagitia exprimenda potentius quam Antichristi, si à diaboli, satanæque vocabulo discesseris.

Antichristus omnium hominum sceleratissimus futurus est.

B Propterea cum spiritus Sanctus per os Apostolorum, sanctorumque Patrum, hæreticos omnes obstinatos Deo, Ecclesiæque rebelles, sedis Apostolicę sanctissimique Patris inimicissimos Antichristos appellauerit, quid non criminum peccatorumque grauissimorum in illorum sessitare cordibus expressit? Quæ crimina in hæreticorum animis nefarie furentia, optimus atque potentissimus imperator Constantinus Magnus explorata perfecte conspexit, conspectaque iustissima indignatione, odio, horroreque detestatus est. Vt epiphonemate illo contra eos nefandaque eorum crimina satis clare manifestauit. *O veritatis inimici, hostes vitæ, internecionis authores, & consiliarij! Omnia apud vos veritati contraria, turpibus consentientia maleficiis, ineptiis, & commentitiis exultantia.* C [c] *Certe mendacia struitis, premitis insontes, fidelibus veritatis lucem denegatis. Nam falsa visione, & specie pietatis semper delinquentes omnia contagione vestra contaminatis. Conscientias integras, & labe vacuas lethalibus plagis vulneratis. Ipsum diem (pene dixerim) hominum oculis ademistis. At quid attinet singula persequi, cum de vestris flagitiis, sicut eorum natura postulat, dicere, neque temporis angustia, neque occupationes, quibus districti sumus, finant. Nam scelera vestra adeo grandia, adeo immensa sunt, adeo etiam turpia, & omni crudelitate redundantia, vt dies integer ad ea explicanda non sufficeret. Imo vero ab huiusmodi rebus aures abducere, oculosque auertere conuenit, ne singulorum explanatione sincera, & incorrupta fidei nostræ professio commaculetur.* Quid his nefandissimis hæreticorum criminibus atrocius, immanius, & horribilius sceleratissimi homines possent operari? D Hos ideo Antichristos, veri Antichristi spiritu, & rabie tanquam furiis agitatos implacabili prosequens odio, funditus pius imperator se velle destruere his verbis edicti sui profitetur. *Quid ergo? Patiemur ne huiusmodi malorum contagionem longius serpere? præsertim cum longa dilatio faciat, vt sani, & valentes tanquam pestifero morbo inficiantur? Cur igitur non cum maxima celeritate eiusmodi prauitatis, vt ita dicam, radices animaduersione, & publica pœna amputamus?*

Atque quo ista vestra pestis perniciei longius grassari impediatur, per hanc legem mandamus, ne quis vestrum post hac conuentum, cogere audeat, & proinde iam iubemus, vt vniuersæ ædes vestræ, in quibus conuentus illos celebrare consueuistis penitus euertantur, & hæc cautio eo vim suam porrigat,

Propter atrocissima crimina hæretici Antichristi dicti sunt illius veri Antichristi hominis peccati sectatores, & imitatores.

Elegans hæreticorum perditorum descriptio ex edicto. Constantini Magni apud Eusebium l. 3. de vita Const. c. 61. 62.

Quam multa quamque horribilia hæreticorum scelera Constantinus Magnus verissime commemorat.

Omnem hæreticorum professionem publicam, & priuatam suo edicto Constantinus prohibet.

quidem vt non modo non publicis, sed ne pere superstiadibus, aut in locis vllis separate Christianissi-*tiosa amentia factiones coeant* poris Antichristos mus imperator contra suum flagitia castigans horribilia nefandaque ... minatione. Sed quid tot extrema detestatu... Antichristi præcursores cri- exectandis hære... miramur? Com hæresis furia hor- minibus fæd... um animis penitus insidens omnia ribilis in... a trahere consuescat? Quæ est fætidus secum ... risti halitus, ac pestifer Satanę afflatus, Anti... as ignis æterni, stagnum sulfureæ libidinis, pe... stilens inferni antrum, maledictionis abyssus, erroris vertiginisque spiritus, cancer sine vllo remedio, nisi statim totus amputetur iustitiæ ferro tanquam immedicabile vulnus, per membra societatis humanæ Christi redempta sanguine serpens, & semper vsque ad portas mortis, damnationisque sempiternę progrediens, cõtagio adeò lethalis, exitialisque, vt intimas abditasque reip. hominumque cætus, partes, membraque peruadat, labe inexpiabili Christianas animas polluat: & adulteret, quæ non solo tactu vt vipera, aut aspectu vt basilicus, aut afflatu vt draco trucidat, sed his, & aliis quamplurimis modis omnia in imperio, corporis, animique salutis subsidia, fundamenta, & propugnacula in exitium penitus effundit, labefactat, euertit. Quæ secundum oracula diuina [a] *Cathedra* nuncupatur *pestilentiæ, hara porcorum*, [b] *cubile lamiarum, draconum, onocentaurorum, pilosorum satyrorum, pascuum struthionum, fouea ericiorum, latibulum luporum*, [c] *lacus leonum, antrum inferni*, [d] *puteus abyssi, cloaca peccatorum*, [e] *Sodoma spiritualis, diaboli lupanar*, in quo horrendum, ac miserabile monstrum idolo [f] Moloch immolandum producitur, *zizanium pestiferum, & maledictum semen*, [g] *meretrix diabolica*. Quæ suę aureæ paterę veneno homines inebriat: vt cum inebriati fuerint, hos suæ crudelitatis, impietatisque gladio cruentando confodiat. [h] *Stella fatalis absinthium*, dicta quę aquas in quas illapsa est, amarissimas efficit, earumque amaritudine tertiam piscium partem in illis extinguit: pestis animarum, publicarum, priuatarumque calamitatum scaturigo, maledictionis taberna, *quæ intrat sicut aqua in interiora hominis, & sicut oleum in ossibus eius*. [i] Esca, atque rete satanę ad capiendos homines. Denique illa execrabilis hæresis vt vno verbo complectar omnia. [k] *Calix est iræ, ac furoris Dei*. [l] Et mirabimur eos hęresiarchas Antichristi præcones & satellites immanissimos, quos hæc immanis, infernalisque belloa, furiaque suæ antro abominationis absorpsit, tanta vitiorum putredine fætere, sordibus contaminari, flagitiisque tanquam vermibus quotidie deuorari. Quos propterea in scripturis sacris spiritus sanctus modo lopos [m] rapaces intrinsecus, in vestimentis ouium exterius, modo [n] vrsos, dracones, [o] Leones, canes, [p] eqoos nigros, effrænatos currentes ad prælium, in quibus sedet Diabolus, appellat. De quibos Origenes [q] loquitur, cum ait in illud [r] Exodi. *Equum, & ascensorem proiecit in mare: sunt equi qui ascensorem habent diabolum, dicunturque illi equi nigri, quod propter atros, tenebrososque errores suos dæmonibus humiliores existant, qui tenebrarum principes ab Apostolo nominantur*: Sed nulla aptiori comparatione scelera molta, & enormia hæreticorum spiritus sanctus expressisse videtur,

a. vers. Hæresis pulchra descriptio. Furia horribilis.

a Psalm 1.
b Esai c 34. v. 14 15.
c Daniel. c. 6.
d Apoc. c. 9. v. 1.
e Ezech 16.
f Leuitic. ca. 8. v. 21. & ca. 1. 20. v 2. 3 4.
g Apoc c 17. v. 2. & 15. c. 19. v. 2.
h Apoc. 8.
i Psal. 108. v. 18.
k Esaiæ c. 51. v. 17.
l Ieremiæ. c. 25. v. 15.

Descriptio hæreticorum per varia nomina scelerum multitudinem, & grauitatem eorum exprimentia secundum scripturas.

m Matth 7.
n Esai.
o S. Paul.
p Apoc. c 6.
q Orig hom. 6. in exod.
r c 15. v 1.
s Ephes. 6.

A quam cum illos arcano, mysticoqoe sensu locostas esse dixit. Sed quas & qualiter efformatas, & compositas, audiamus ipsum vitæ spiritum per os Apostoli prophetæ in sua Apocalipsi loqoentem. [t] *Et similitudines*, scilicet formæ, *locustarum*, scilicet erant, *similes equis paratis ad prælium, & super capita earum tanquam coronæ similes auro, & facies earum tanquam facies hominum, & habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum sicut dentes leonum erant, & habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium ad bellum, & habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum*. Recte quidem hęreticorum atrox, varia, multiplicataque peruersitas per hanc cum locustis similitudinem à spiritu Sancto vetostorum, sanctorumque doctorum testimonio describitur: quod locusta bestia sit

B perniciosa valde, herbisque nociua virentibus, testantur ista quę de ruina, & pernicie arboribos, herbisque florentibus à locustis allata [u] Exod. 10. commemorantur. *Nihil omnino virens relictum est in lignis, & in herbis terræ in cuncta Ægypto*. Eodem plane modo, sed multo nocentiori exitiosoque magis, hæretici quidquid fidei, & sanctitatis viride, florensque est in omnibus terræ climaribus, in quibus Sancta, catholicaqoe religio radices egit, comminuere, corrodere, ac funditus extirpare conantur. Quod iam sæpius in variis orbis Christiani partibus fecisse eos immanius, exigentibus Christianorum peccatis, Ecclesia Sancta, Catholica Romanaque mater sponsa Christi castissima tristissimè lamentatur, & luget.

C Coronæ vero similes auro super capita locustarum quid aliud designant, quam detestabilem hęreticorum hyprocrisim, & iniquam crudelitatem, pietatis religionisque specie velatam? Quas sub principom regumque, quos in suæ iniquitatis mysterium pellectos deprauarunt, authoritate, Dei Ecclesiam thronumque eius Apostolicum, Pontificiamque Monarchiam cum fideliom catholicorum salutis interitu, crudelissime persequuntur. Ideo coronæ illę non aureæ, sed similes auro esse dicuntur, quia hæretici in opprimenda Christi fide eiusque vicarij principatu, fidei zelom, charitatisque simulant: cum interius perfidiæ, infidelitatis, diuinique odij cum horrore virtutum, contagione polluantur, pesteque contabescant: sicque pręrestu pietatis errores soos, impiaque dogmata disseminando omnia

D iura diuina, humanaque violare conantur. At quid illę hominum facies, quas cum dentibus leonum locustæ illæ gestare dicuntur, aliod quam hæreticorum in specie hominis feritatem, & immanitatem belloæ designant? Et cum dentes in sacris scripturis concionatores intelligi soleant, profecto dentes illi leonum, quos locutæ ille gestabant concionatores, atque prædicantes hæretici intelligi debent, de quibus [x] Iob cap. 41. de Leuiatam loquens ait, *per gyrum dentium eius formido*. Quem locum de falsitatis magistris impostoribus hæreticorum prædicantibus exponens sanctus Gregorius hæc in nostræ confirmationem sententiæ produxit. [y] *Dentibus Leuiathan errorum magistri figuratur, quia repro-*

Pulchra hæreticorum cum locustis prodigiose efformatis & apparatis comparatio

t Apoc. c. 9 v. 7.

Hæretici cur locustis comparantur.

u Exod. 10. v. 15.

Impietas hæreticorum in opprimenda religione catholica.

Hypocrysis hæreticorum in oppugnando Ecclesiam. Quam designant coronæ similes auro super locustarum capita.

Item facies hominis, & dentes leonis hæreticorum significant feritatem hypocrisi tectam.

x Iob. c. 41.

y L. 3. moral. c. 29.

borum vitam mordendo dilaniant, & eos ad veritatis integritatem ſubductos in ſacrificio falſitatis mactant. Sed quid per capillos mulierum quos locuſtæ geſtabant aliud quam horrendas hæreticorum libidines, luxurias fœtidas, omnemque effœminatam viuendi laſciuiam interpretari poſſumus? Solent enim communiter hæretici maximè dogmatizantes perditorum magiſtri libidinibus inflammari, languidis liquefieri voluptatibus, propter quæ hæreſis ſæpe in ſcripturis infami meretricis appellatione exprimi, atque deſignari ſolet.

Per capillos mulierũ quos locuſtæ portabant luxuria hæreticorum deteſtandaque libido ſignificatu.

Qua laſſata viris nunquam ſatiata receſſit:
Atque lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Iuuenal. de Meſſalina vxore Claudij.

Meretrix inquam grauidata ſpiritu falſitatis, vt ex [a] ſancto Bernardo ſupra notauimus: quam vnus de ſeptem Angelis, qui habebant ſeptem phialas S. Ioanni de mãdato Spiritus S. demonſtrauit. [b] *Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt reges terræ, & inebriati, qui habitant terram de vino proſtitutionis eius.* Meretrix in fronte ſignata nomine mille blaſphemiarum, quę dum legitimum fidei thalamum fœda proſtituere apoſtaſia, atque prauorum dogmatum libidine contendit, etiam ad bonorum morum impudica licentia exitium, ruinamq; furenter aduolans, turpibus luxuriæ carnalis illecebris ingurgitatur. Ex quo quam vere ſanctus Hieronymus illud dixerit, apparet. [c] *Difficile eſt inuenire hæreticum, qui amet caſtitatem.* Tertullianus contra Hermogenem hæreticos ſpiritus, & carnis adulteros appellauit. [d] *Toti ſunt*, inquit *adulteri ſcripturæ, & carnis.*

a S. Bernard.
b Apoc. c. 17. v. 1. 2.
c I nc. 9 Oſe.
d Tertul. contra Hermogenem.

Sed aliud in his fœminarum capillis, quibus ornatæ locuſtæ apparebant myſterium latet, quo cauillationes fraudeſque hęreticorum, in corrumpendis Sacrarum ſcripturarum ſenſibus, intelligentiíſque deteguntur; qui inſtar fœminarum polientes, comentes, & ornantes errores ſuos aliquo veritatis, pietatiſque ſimulatæ fuco, in ipſius fidei ſanctitatiſque Chriſtianæ fraudulenter adita penetrant, vt ea poſtea abiecta modeſtiæ ſimplicitatiſque fucatæ larua, mendaciorum, erroneorum dogmatum, blaſphemiarumque ſuarum gladiis flammiſque deleant, & in eorum interitu, ruinaque fidelium populorum ſalutem crudeliter extinguant, extinctamque in religionis catholicæ hæretica proſtitutione defunctæ tumulo ſepeliant. Sine quo fuco nunquam infœlices iſti Antichriſti miniſtri, ſolerteſque myſterij ipſius voluntaris immaniſſimæ ſatellites, ſui fœtores iniquitatis cum ſcelerati effectu voti deſideriique ad perdendas credentium animas exhalarent. Neque ſuarum hæreſeon, dogmatum execrandorum deliria, vel monſtra potius omni pulchritudinis orbata ſpecie præ fœditate, atque turpitudine eliminare foras ac edocere, vt vellent, impudenter auderent. Non ſic de virtute Chriſtiana, fideque catholica non ſic, quæ ab omni fucata pulchritudine fortiter auerſa, ſe ipſa, ſuaque nuditate formoſiſſima eſt, & ad demulcenda pro ſalute ſua populorum corda, animaſque potentiſſima. Quod his verbis [e] Diuus Bernardus in hæc verba cap. 1. canticorum. *Collum tuum ſicut monilia*, præclarè, & eleganter expreſſit. *Solet ornari collum monilibus non ipſis comparari: ſed hoc illæ faciunt quibus quia de proprio non ineſt decor, aliunde neceſſe*

Fraus hæreticorum vt ſpecie veritatis ſcripturas corrumpere, & in hac corruptione fidem Chriſtianam cum ſalute Catholicorum perdere poſſint.

Fides catholica, atque Romana nuditate ſuæ pulcherrima & ad ſubuertendas animas potentiſſima: non ſic hæreſis.

e S. Bernard. ſerm. 41. ſuper cant. ca. 1.

A *eſt, vt mendicent, vnde ſe ſpecioſas mentiantur: nam ſponſæ collum ita in ſe ipſo formoſum & tam decenter quaſi natura formatum eſt, vt extrinſecus non requirat ornatum. Vnde ſponſus non dixit, à ſponſæ collo pendere monilia, ſed ipſum potius eſſe ſicut monilia. Collum intellectus eſt*, &c. *Hoc igitur* (paulo poſt pergens S. Pater ait) *ſponſæ collum, id eſt purus & ſimplex intellectus cum nuda, & aperta veritate ſatis decoris per ſe ipſum retineat, non indiget ornamento.* Paulo poſt. *Hæreticorum vero intellectus non habet hunc in ſe puritatis, veritatiſque nitorem, & ideo multam curam gerunt ipſum colorare & fucare phaleris verborum, & verſutiis ſyllogiſmorum, ne ſi nudus appareat, falſi etiam appareat turpitudo.* Hæc pius ac mellifluus doctor, contra fucos, fraudeſque hęreticorum in colorandis ſpecie veri ſuis execrandis erroribus.

Nos. concept. cur ſponſæ collum dicatur ſicut monilia. Collum ſponſæ intellectus eſt.

Cur.

Loricæ illæ ferreæ, quibus armatę locuſtæ veſtiebantur induratum hæreticorum cor, & nefarium animum obſtinatione pertinaciaque corro-
B boratum, tanquam lorica ferrea repræſentant: ne in gyrum matris Eccleſiæ, in ſalutaris portum veritatis, vitæque integritatis ab impia, ſcelerataque vita vndique ſcatente flagitiis egreſſi reuertantur. Quæ pertinacia obduratioque cordis tumultuoſa ſemper eſſe ſolent, turbulentiſſimis animorum perturbationibus iactatæ, nullo tempore hæreticos quieſcere ſinunt, criminum ſuorum.

Pertinacia induratumque cor hæreticorũ per loricas ferreas locuſtarũ deſignantur.

Nocte, dieque ſuum geſtantes in pectore teſtem.

Qui tumultus interius ſceleratas hæreticorum animas agitantes horriſoni, per vocem alarum locuſtarum ſimilem voci curruum equorum multorum currentium ad bellum expreſſi monſtrantur. Qui iſtorum *terrificant animos, nec inania in eorum viſceribus, murmura miſcent. Quos ſua fraus, & ſuum ſcelus maxime verſat, ſua mala cogi-*
C *tationes & errores exedunt.* Quos ſuorũ in Deum, in ſanctos eius, inque eius gloriæ, ac ſanctitatis thronum in terris Apoſtolicã ſedem, conatuum furor amentiaque afficiunt: quæ tanquam furiæ domeſticæ dies nocteſque criminum in Deum, Eccleſiamque matrem, pœnas ab iſtis ſceleratiſſimis filiis repetunt. Sed quid ſibi volunt, quidue nobis denuntiant iſtę locuſtarum caudæ ſimiles ſcorpionum, & aculei in caudis earum, niſi inſanabilem hæreticorum Eccleſiam Dei perdendi, continua perſecutione atque certamine diro, ſine vlla armorum ceſſatione, bellandique intermiſſione cupiditatem magna crudelitate rabieque furentem? Vbique omni tempore occaſiones Apoſtolicæ ſedis glorię, ſanctitatiſque extinguendi latamen, deuotorumque huic ſanctiſſimo in terris Chriſti Domini throno fidelium ſaluti per mille fraudes, proditiones, arteſque nefarias inſidiandi
D quærentium? Quod profecto luce clarius ita eſſe comperiemus, ſi cum [f] Plinio conſideremus ſcorpionem huius eſſe conditionis diræ, naturæque crudelis in eos, quos aculeo venenato ferit, *Vt grauiore ſupplicio lenta per triduum morte conficiat. Cuius ſemper cauda in ictu eſt, nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni: ferit & obliquo ictu, & inflexo.* Quid his ad varios, eoſque crudeles, perfidos, proditorioſque in Eccleſiam ſanctam, Chriſti ſponſam, eiuſque filios Catholicæ profeſſionis integros ſæuiendi, bacchandique hæreticorum dolos, & modos exprimendum ſignificantius, & ad eos perſpicue noſtris ſubiiciendum oculis efficacius dici excogitariue poteſt? Ac primum quis omnes in vniuerſum hę-

Tumultuoſa, & inquieta hæreticorum mens perturbationibus tanquam furiis agitata per vocem alarum locuſtarum expreſſa.

Conſcientia mala nullus terror grauior.

Inſatiabilis hæreticorum crudelitas, & cupiditas ferina Eccleſiam Chriſti eiuſque fideles filios perdendi deſcribitur & deſignatur per caudas locuſtarum ſimiles ſcorpionum aculeis multis aſperis armatas.

f Plin. l. 11. hiſt. nat. c. 25.

Crudelitas ſcorpionis in nocendo hominem, & dolus malignus.

se nihil aliud sapientibus, vt ipsius gratiæ radiis illustrati altissima diuinorum sermonum mysteria perscrutari, penetrare, salutarique inquisitione, & studio ad suam, fideliumque salutem comprehendere valeant. [a] *Confiteor tibi pater Domine cæli, & terræ, quod abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis*, quia sunt humiles, & pauperes spiritu, nulla de se præsumptione exaltati, sed viles in oculis suis: qoos Dominus oostet suos appellat amicos, & quibus suæ diuinæ sapientiæ mysteria reuelare dignatus est. [a] *Iam non dicam vos seruos, sed amicos; quia quæcumque audiui à patre meo nota feci vobis*: [b] *ipse est qui in manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat, annuntiat de ea amico suo*, scilicet humilitatis virtute decorato, *quod possessio eius sit*, scilicet lucis spiritualis sapientiæ diuinæ, vt ad eam possit ascendere: [c] *Cuius infinitus thesaurus est: quo qui sunt vsi, participes facti sunt amicitiæ Dei*, qua beati beneque fortunati potiuntur. Humiles corde in hoc similes sunt æternæ sapientiæ, Filio Dei, qui in summa humilitate & affabilitate in terris visus est, & sic cum hominibus conuersari voluit, vt esset illis humilitatis exemplum, qua præditis augustissima diuinitatis suæ, atque fœlicitatis æternæ mysteria detegeret. [e] Et ideo, *tollite iugum meum super vos*, dicebat Dominus, *& discite à me non mundum fabricare, non cuncta visibilia & inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare, sed quoniam mitis sum & humilis corde*, vt [f] sanctus exponit Augustinus: sic per humilitatis demissionem, summa iuuat Scripturarum sacrarum salutaris intelligentiæ cacumina conspicere; sic fabrica salutis nostræ ante celsitudinem diuinæ cognitionis humiliatur, sic fastigium nostræ fœlicitatis post humiliationem voluntarij contemptus, & abiectionis erigitur, eoque modo, *tutam veramque*, inquit sanctus [g] Augustinus, *in cœlum viam molitur humilitas, sursum leuans cor ad Dominum non contra Dominum*, more scilicet superborum.

a S. Matt. c. 11. v. 26.
a S. Ioan. c. 15.
b Iob. 36. v. 33. v. t.
c Sap. 7.
e Matt. 11.
f S. Aug. ser. 10. de verbis Domini.
g S. Aug. l. 16. de ciuit. c. 4.

Magnus ille eloquentiæ professor, & orator in omni scientiarum genere versatissimus Victorinus, in humilitate magna diuinas legendo scripturas intellexit, & in eis bene per Dei gratiam intellectis salutem quæsiuit, quæsitam inuenit, inuentamqoe tenuit, & amplexatus est, mira repletus consolatione, & gaudio triumphans, in Domino Deo gloriatus. Cum se in extrema senectute decrepitaque ætate de luto fæcis paganicæ per humilitatis diuina subnixæ gratia ereptum subsidia cerneret, in cuius fæcis impiæ, superstitiosæque limo infixum tandiu superbia gentilitia tenuerat. Mira sunt quæ sanctus Augustinus de ipsius doctissimi rhetoris ad Christum Dominum ex scripturarum lectione per humilitatem intellectarum, conuersione, Deo confitendo commemorat: [h] Inter quæ: *Habet*, inquit, *magnam laudem gratia tuæ confitendam tibi, quemadmodum ille doctissimus senex, & omnium liberalium doctrinarum peritis-*

Victorinus magnus orator, & Latinæ professor eloquentiæ humiliter legendo SS Scripturas, intellexit per Dei gratiam in illisque salutem inuenit & conuersus est.

h S. Aug. l. 8. confess. c. 2. sum. 1.

A *simus, quique philosophorum tam multa legerat, & dyiudicauerat, & dilucidauerat: doctor tot nobilium senatorum: qui etiam ad insigne præclari magisterij, quod ciues huius mundi eximium putant, statuam in Romano foro meruerat, & acceperat, vsque ad illam ætatem venerator idolorum, sacrorumque sacrilegorum particeps; quibus tunc tota fere Romana nobilitas inflata spirabat, populusque etiam omnigenum Deûm monstra, & Anubem latratorem, quæ aliquando contra Neptunum, & Venerem contraque Mineruam tela tenuerant, & à se victis iam Roma supplicabat: quæ iste senex Victorinus tot annos ore terricrepo defensitauerat non erubuerit esse puer Christi tui, & infans fontis tui subiecto collo ad humilitatis iugum, & edomita fronte ad crucis opprobrium.* His dictis per admi-

B rationem ita mirabilis conuersionis per lectionem sacrarum Scripturarum, narrationem prosequitur. [i] *O Domine, Domine qui inclinasti cælos & descendisti, tetigisti montes, & fumigauerunt, quibus modis te insinuasti illi pectori? Legebat, sicut ait Simplicianus*, scilicet familiaris eius, spiritualis pater sancti Ambrosij, *sacram Scripturam, omnesque Christianas literas inuestigabat studiosissimè & perscrutabatur, & dicebat Simpliciano non palam, sed secretius, & familiarius, noueris me iam esse Christianum, &c.* Et paulò pòst. [k] *Sed postquam legendo, & inhiando hausit firmitatem, timuitque negari à Christo coram Angelis sanctis, si eum timeret coram hominibus confiteri, reusque sibi magni criminis apparuit erubescendo de sacramentis humilitatis verbi tui, & non erubescendo de sa-*

C *cris sacrilegis superborum dæmoniorum quæ imitator superbus acceperat; depuduit vanitati, & erubuit veritati. Subitoque & inopinatus ait Simpliciano, vt ipse narrat. Eamus in Ecclesiam, Christianus volo fieri, &c.* Cætera pius lector apud sanctum patrem legat, & diligenter euoluat. Similem conuersionis modum Abailardo hæretico Deus indulsit misericorditer, viro in genere literarum doctissimo: [l] *Cui soli patuisse*, communi sermone ferebatur, *scibile quidquid erat.* Qui per superbiam ad disputationem sanctum Bernardum de fide prouocans, ab eo conuictus coram Rege Ludouico 7. (vt fuit nostris diebus Mornæus ab illustrissimo Cardinale Perronio, coram Henrico Magno rege Christianissimo) receptui canens ad se reuersus, & maxime se per

D humilitatem abiiciens, atque deprimens aperuit oculos in lucem veritatis, quam ex sincera sacrarum Scripturarum lectione, partim ex colloquio sancti Bernardi hausta, partim ex sanctorum Patrum doctrina fideliter accepta cognouit, & ea in eius corde per sancti gratiam spiritus irradiante, vere ab impietate hæretica resurgens ad Catholicæ religionis sanctitatem, veram salutis anchoram conuersus est. Postea reliquum ætatis suæ tempus in Cluniacensi [m] monasterio sanctissime viuendo traducens, fine beatissimo quieuit. Atque hæc de virtute humilitatis quæ honorata magnopere claruit in sanctis Patribus quæ illis aperuit sensum Scripturarum sanctarum, quas exhauserunt de fontibus Saluatoris

i Psal. 143.
k Victorinus humiliter legendo litera. conuertitus.

Abailardus doctissimus à S. Bernardo conuictus lectioni literarum humiliter incumbens ab hæresi resipuit, & salutem inuenit.

l S. Bern. epi. 187. ad Innocent. 2. Papã.
m Petri Cluniac. l. 5. ep. 3.

cum gaudio propter ſuam in Deum rectam fidem, pietatem, humilitatem, & cæteras virtutes, quæ innocentiæ nomine ac vitæ puritate continentur. De quibus ſuperfluum hic eſſet plura dicere, cum ſanctitas eorum circo ſuæ integritatis terete, atque rotũdo has omnes virtutes ambiat, & amplectatur: quæ illis meruit, vt hodie in cœlo cum Chriſto triumphantes apotheoſi donati, atque veluti deificati, fructus ſuæ ſanctitatis in fideles Eccleſiæ militantis alumnos copioſe rependentes à toto Chriſtianorum orbe honoribus diuinis immortalibuſque cumulentur, propter quas virtutes lucem vigoremque ad intelligendas ſacras ſcripturas ſanctis patribus ſufficientes, illi dentes Eccleſiæ, meritò merentur appellari, iuxta illud canticorum 4. *Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in illis*, quòd ipſi ſpiritu Dei viui repleti diuini verbi tam ſcripti, quam non ſcripti panem cæleſtem fidelibus populis partiantur, extenuent, ſuiſque expoſitionibus orthodoxis mandant, & emoliant. Et quoniam puritate cordis atque innocentiæ candore in vita ſua coruſcarunt, rectè eos tonſarum ouium gregibus propheta comparauit, quæ de lauacro lautæ mundæque aſcendiſſe feruntur. Qui ſicut *Oues tonſe ſecularium onerum vellera depoſuerunt*, inquit Diuus [a] Auguſtinus, *geminos habent fœtus, quia gemina charitate Dei, & proximi præcellant, & ſterilis non eſt in eis, quia fœcundiſſimi ſunt bonorum operum fructibus.* Hinc præclara illa de myſticis illis Eccleſiæ dentibus Pſelli in cantica, ſententia. *Dentes mihi intellige diuinos doctores ſcripturarum interpretantes, qui detonſi reiectiſque carnis ſolicitudinibus, & conſcientiæ lauacri mundati, tum animæ tum corporis puritatem quaſi gemellos fœtus habere dicuntur.* Et magnus ille [a] Caſſiodorus. *Sancti*, inquit, *doctores bene dentibus conformantur, quia ſpiritales cibos, ſcilicet ſacras literas exponendo legitime comminuunt, qui ſicut dentes vt bene mandant in maxillis firmiter radicari debent; ita ſancti Patres bene in Chriſti charitate, & gratia radicantur, & fundantur, vt ſalutari ſtudio cibum ſacrarum literarum fideliter diuina gratiæ ſubſidio expoſitarum fidelibus populis adminiſtrent.* Hos propterea in explorandis euoluendiſque diuinorum oraculorum paginis duces, magiſtroſque ſequamur, ſi cum hæreticis aliiſque veritatis oſoribus errare, decipi, falli, ac fallere nolumus. Iſtos veritatis iuratos hoſtes ſacrarum literarum, falſarios conſtupratores, adulteros perfecto odio deteſtemur, qui ſola ſacrarum Scripturarum vagina effrenate inaniterque geſtiunt; illarum vero vt loquitur [b] Tertullianus, *gladio*, id eſt ſpiritu viuificante in quo verus earum ſenſus reſidet, carent atque priuantur. Qui contra fidem Eccleſiæ doctrinamque ſanctorum Patrum [a] in verbis ſcripturarum non in ſenſu Chriſti Domini Euangelium quærunt in literæ ſuperficie non in medulla, in ſermonum foliis non in radice rationis. Quorum iurgari perpetuò natiuum eſt, vt Antichriſti prodromos, anteambulones præcurſoreſque agnoſcere poſſumus. Itaut deficiente ſibi extraneo hoſte, quem iniuriis calumniiſque laceſſant ipſi cum diſſentione, contradictioneque luctentur, vt ſe totos diſcordiarum vulneribus confodiant. *Non enim, ſicut reuera*, inquit Beda venerabilis, *omnes per orbem Catholici* [d] *vnam veritatis regulam ſequuntur, omnes hæretici, & infideles in vno errore conſentiunt.* Nunquam ſiquidem illi propter ſpiritum vertiginis quo ſine quiete percelluntur ſui ſimiles eſſe poſſunt, ſed ſemper aliquid noui monſtri pariunt, nouam ſemper erroris fœditatem, horroremque blaſphemiæ fabricantur. [e] Sic Tertullianus de ſui temporis hæreticis loquens ipſos præ libidine contentionis à ſuis regulis theorematis, axiomatiſque variaſſe, & hoſtili contentione diſtractos inter ſe de falſitate ſuæ doctrinæ dimicauiſſe ſcribit. *Dum ſuo*, inquit, *modulatur arbitrio, quæ quis accepit, quemadmodum de ſuo arbitrio compoſuit qui tradidit.* Propter inſanabile rixandi cacoëthes, quod ſemper hæreticos tenuit, [f] ſanctus Hilarius ad Conſtantium Imperatorem Ariana peſte pollutum ſcribendo periculoſum, & miſerabile eſſe dicebat: *Tot nunc fides exiſtere quot voluntates, tot nobis doctrinas eſſe quot mores, & tot cauſas blaſphemiarum pullulare, quot vitia ſunt, dũ aut ita fides ſcribitur vt volumus, aut ita vt volumus intelligitur, vt cum ſecundum vnum Deum, vnum Dominum, vnum baptiſma, etiam fides vna ſit: excedimus ab ea fide quæ ſola eſt, & dum plures ſunt ad id cœperunt eſſe, ne vlla ſit.* Ratio eſt quare ſanctus Epiphanius, [g] & author [h] operis imperfecti hæreſes maris arenæ compararunt, tot eſſe ſententias hæreticorum quot in littore maris arenas aſſerentes. Quæ valde cohærent his quæ alter illo antiquior ſanctus [i] Epiphanius, ſanctus [k] Ambroſius, [l] Rufinus, [m] Socrates, [n] Sozomenus, [o] Theodoretus, [p] Nicephorus de hæreticorum inconſtantibus, inquietis, contentioſis, turbulentiſque animis, ad poſteros ſcriptorum editione tradiderunt. Sed nec diſſidium hæreticorum tantũ eſt inter diuerſarum ſectarũ aſſertores, verum quod magis mirandum, vel ridendum potius, ipſi hæreſiarchę impiorũ dogmatum progenitores à filiis in ſua doctrina vehemẽter oppugnãtur, atq; inter patres, & filios, inter magiſtros & diſcipulos horribilis fit erroneorum ſciſſio dogmatum, ſicut facile eſt ex Euagrii, [q] Theodori, [r] Sanctique [ſ] Bernardi monumentis exprimere, & eruere. Quæ quidem contentio atque pugna hæreticorum inter ſe ipſos patres ac filios, magiſtros & diſcipulos enumeratione antiquorum hæreticorum puta Simonianorum, [t] Valentinianorum, [u] Marcioniſtarum, [x] Montaniſtarum, [y] Manichæorum, [z] Donatiſtarum, [a] Arianorum, Maſſilianorum, [b] Eutychianorum, [c] & cæterorum Eccleſiæ ſediſque Apoſtolicæ coniuratorum hoſtium diaboli miniſtrorum, (de quibus tanta ſancti Patres ſcripſere,) hac luce clarior appareret, ſi annales Eccleſiaſticos, hiſtoriaſque ſacras replicare moderata capituli longitudo pateretur. Vt non immerito hæreticos propter crudelitatem, diſſentionem, & inconſtantiam hyænæ immaniſſimæ belluæ comparare debeamus. Quæ, vt ait [d] Tertullianus *annualis eſt, marem, & fœminam alternat.* At quæ mobilior & inconſtantior vnquam hæreticorum ſecta in alternandis, variandis, augendis,

Innocentia vitaque puritas cæteras moris virtutes continens ſanctitate patrum antiquorum explicatur.

Cantic. c. 4. *S. Doctores tur Eccleſia dentes dicti.*

a S. Augu l. 2. de doctrina Chriſtiana c. 2

Pſellus in cãt. cap. 4.

a Caſſiod. in hæc verba canticorum.

S. Patres in ſacris vere ſcripturis exponendis ſalutari fiducia ſequendi: contra hæreticos S. Scripturarum adulteri deteſtandi.

Hæretici vaginam habent ſcripturarum non gladium.
b Tertull. de præſcript.
a Hieronym. contra Lucif.
a Hæreticorũ eſt perpetuò iurgari ſi non cũ Catholicis pugnent ſe ipſos mutuo diſcordiarum vulneribus cruentant.

d Beda in epiſ. 2. Ioannis.
e Tertull. de præſcript.
f S. Hilarius ad Conſtantium Imp.
Hæreſes cur maris arenæ comparatæ.
g Epiphiph. in 7. ſynod. act 5.
h Author operis imperfecti hom. 20. in S. Matth.
i S. Epiphan. hæreſ. 73.
k S. Ambr l. 2. de fide c 4.
l Rufinus l. 10. cap. 25
m Socrat. l. 5. c. 23
n Sozom. l 8. c. 1.
o Theodoret. l 2. c 29.
p Niceph l 4. c. 5.
inter hæreticos filii à patribus diſcipuli à magiſtris diſſident.
q Euagr. l 4. c 10.
r Theod in anagoge ad Anaſtaſ. c. 7.
ſ S. Bernard. ſerm. 66. in cantica.
t S. Irenæ l. 1. c. 21.
u Tertull. de præſcript. & Clemens Alexã. 3 ſtrom.
x S. Epiph. hæreſ. 48.
y S Aug. l. de hæreſ c 47.
z S. Augu. l 2. de baptiſmo.
a Rufin. l 10. c 25.
b Epiphan. hæreſ 8.
c Euagr l 3. & 4.
d Tertull. l de Pallio.

mutandisque impietatibus suis Lutherana, A Caluinianaque ab inferis erupit? Nam furiam hanc infernalem, atque malorum Lærnam tantorum, Lutheranam hæresim in centum pene nunc diuisam esse sectas [a] viri nostræ tempestatis doctissimi notauerunt.

Hæresis Lutheri in centum fere sectas hodie diuisa.

a Staphilus l. de concordia discipulorum Lutheri.

Cur diuisos inter se hæreticos patitur Deus.

Quæ dissidia, rixæ, horribilesque inter eiusdem tribus, stirpisque putridæ hæreticos, non sine diuino numine eueniunt: vt fideles Catholici eorum pestiferam doctrinam à diabolo dissentionis artifice ortam, conflatamque cognoscant; quò eos magis abominentur: & eorum regnum, quia in se diuisum, breui desolatum iri confidant: sicque ab ipsa dæmoniorum quæ hæreticorum est, auersi doctrina, Catholicæ, Apostolicæ Romanæque veritati, ac fidei, B sanctiori obedientiæ, charitatis, professionis, affectusque Christiani vinculo copulentur. Has contentiones hæreticas, iurgia, contradictiones pugnasque Esaias [b] sub Ægyptiorum persona sic Deum loquentem introducendo prædixerat. *Concurrere faciam Ægyptios contra Ægyptios*, hæreticos scilicet hostes veritatis, infidelitatis, perfidiæque tenebris, Ægypti tenebras atra superantes obscuritate cæcatos, & inuolutos; vt mutuis prælijs ferociter se ipsos dilaniantes fideles Dei populos in pace, frui veritatis luce relinquant. Quia vt sanctus [c] Hilarius dicebat, *Bellum hæreticorum pax est Ecclesiæ.* Vt propter hoc non sine bona, fortique ratione sancti Patres Chrysostomus, [d] Hieronymus, [e] Augustinus, [f] & Bernardus [g] C hæreticos caudis vulpium Sampsonis assimilauerint. De quibus sponsa in canticis. [h] *Capite mihi vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas.* Ad has diras errorum mendaciorumque sacrilega rabie conglomeratorum pugnas, quibus inter se hæretici furiose luctantur, illud Apocalypseos referendum putat Rupertus Abbas. [i] *Manducauerunt linguas suas.* Quasi diceret locuti sunt contra se linguis suis, tanquam gladiis ancipitibus, cuspidibusque errorum, mendaciorumque blasphemantium vulneribus se mutuo confoderunt. [k] Et venerabilis Beda eò pertinere, spectareque quod in Genesi scriptum est, arbitratur. [l] *Terra erat labij vnius*, & sermonum eorumdem: sed hæretici Babylonicæ superbiæ elati supercilio turrim confusionis vndique scatentis erroribus contra fidem, bonosque mores architectati sunt: in medio nationis prauæ, in vltionem ipsius sce- D lerum. Quippe cum non sit hæresis primum peccatum, sed posterius & priorum pœna criminum. O vtinam Deus adimeret nobis omne fœtidum hæreticorum nefandorum semen, ne tandiu magna pars Christianorum corruptis moribus, ac fide perfida contaminatorum, sicut Sodoma, & Gomorrha in terris longe à salute sua peregrinetur! Vtinam diuino beneficio misericordiaque cœlesti, vltimum veritatis hostem in pictura Gallia nostra propter hæreses tot iam annorum spatio funesta, instabilis, tumultuosa, armisque cruentata ciuilibus in sinu suo retineret! nullumque viuum patriæ, religionisque Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ perduellem in sua furentem viscera tolerare miserrime cogeretur. Sed [m] *pecca um peccauit Ierusalem, ideo instabilis facta est*; ideo Gallia captiua sceleribus, sub calamitatum grauissimarum tributo facta est. Ideo crimina multa eaque enormia toto Gallorum orbe tam audacter, & impune grassantia, per tot iam annos tristissimum filiorum suorum illam cernere lethum fecerunt, & *patrios fœdarunt vulnere vultus.* Et nihilominus sub tot malorum calamitatumque maximarum pondere gementes, illarum causam, quæ vitia nostra sunt, à nobis auertere penitusque per pœnitentiam de cordibus nostris auellere non procuramus. Hæc toties ingeminamus! ac surdis, & mortuis auribus querulæ voces, atque lamenta nihil proficiunt, imo irrito conatu frustrantur, atque circa illas inania voluuntur! Sic clamamus, & non exaudimur; rogamus, & despicimur; Patriæ mala quæ iniquitates tam publicæ quàm priuatæ, tot impunè relictæ, contra Christum Dominum, contra eius sponsam, vicariumque blasphemiæ pepererunt, sine spe melioris fortunæ, lugemus! & non est qui nos consolari dignetur.

b Esaias c. 19.

c S. Hilarius l. 7. de Trinit.

d Chrys. in Psal. 6.

e S. Hieron. in Ezech. 13.

f Aug. in Psal. 61. 80.

g Bernard. ser. 63. in cantic.

h Cant. c. 2. 15.

i Rupert l. 9. in Apoc.

k Beda in S. Marc. c. 5.

l Genes. c. 11. v. 1.

m c. 1. Thren.

CAPVT VII.

Antichristus in suis præcursoribus membris suis hæreticis eius spiritum soritis malignum regnat, & furità tempore Apostolorum ad hoc vsque tempus, vt mirum non sit si isti tanto odio, immanitate, & rabie Romanum Pontificem Christique sub illius directione fideles persequi nunquam desistant.

1. *Hæretici partim aperte, partim fraudulenter vicarium Christi, vt Antichristi membra, & præcursores, sicut Antichristus in fine mundi Christum Dominum persequuntur.*

2. *In qua persecutione mysterium iniquitatis, quod in fine mundi homo peccati, verus Antichristus perficiet, immaniter operantur.*

3. *Hæreticos vere dici Antichristos ostenditur, & quo modo.*

4. *Qui Catholicis posteriores, sicut*

Chriſto Antichriſtus exiſtunt, vt bono malum, veritate mendacium.



HÆRETICOS cum tot furere odijs, tot efferari furoribus, tot bacchari blaſphemiis in ſedem Apoſtolicam, monarchamque Ecceleſiæ Romanum Pontificem, Chriſti Domini in terris vicariũ ſuperioribus tractatibus, non ſine tantorum ſcelerum horrore maximo viderimus: non ita mirari debemus. Si conſideremus eos facere partem cum Antichriſto futuro aduerſus Dominum, & aduerſum Chriſtum eius: *Cuius ipſi myſterium iniquitatis operantur*, donec veniat. Cuius non ſolum præcurſores, & immanitatis diabolicæ miniſtri, ſed etiam membra, & ſpiritus Antichriſti ſunt, pari, qua ille homo peccati in tempore ſuo diaboli rabie tumidi, & inflati. Vnde cum myſterium Antichriſti, diaboli opus, eò præcipue conſpiret: vt opera Chriſti diſſoluat, eius regnum in orbe terrarum ſpirituale deſtruat, totumque dominium, quod in directione militantis Eccleſiæ conſiſtit, in interitum penitus effundat. Quid mirum, ſi à temporibus Apoſtolorum, in quibus illud opus diaboli iniquitatis myſterium, virus ſuum fæculento halitu ſpirare, ac ſpargere cœpit: ipſi Antichriſti membra, atque ſuperbiſſimi ſatellites, perpetuum ſedi Apoſtolicæ, throno regni Chriſti ſanctiſſimo bellum indixerint, ferrum flammamque non modo minitati, ſed omnino intentare, atque immittere conati ſint, idque quotidie nouum ſcelus anhelantes, nefarie moliantur? [a] Cum enim Iuſtinianus Imperator hæreticos illos eſſe dixerit, qui à domo Dei per naufragium fidei, & impietatis ianuam egreſſi amplius membra ſanctæ Dei Catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ non eſſent; reſtat vt cum non ſint corporis Chriſti quod eſt Eccleſia, membra diaboli atque hominis peccati ſint: cumque Chriſti non ſint, Antichriſti eſſe dicantur. Ideo expectantes aduentum regis ſui ſub vmbra immaniſſimæ beſtiæ à Spiritu ſancto, in [b] Apocalypſi Chriſti dilecto deſignati, dæmoniorum armaturam aſſumentes, omni furore, veſania, barbarie, vt regno Chriſti, longiore in terris duratione interdicant, contra hunc ipſius thronum ſedem Apoſtolicam, modo cuniculis, & clandeſtina fraude, modo furentibus conatibus, & aperto marte, ſine intermiſſione digladiantur. Propter quas occultas, & apertas inſanias, atque furores hæretici modo colubri, modo reguli, baſiliſcique nomine in ſacra pagina ſanctorum Doctorum interpretatione deſignantur. [c] *De radice colubri egredietur regulus & ſemen eius abſorbens volucrem*: Dicebat Eſaias. Quem locum de hæreticis [d] quidam patres exponentes aiunt de radice colubri, id eſt de hæreſi, mente concepta, & occultè, fraudulenterque contra fidei pugnante veritatem, egredietur baſiliſcus, id eſt error hæreticus prædicatione peſtifera diſſeminatus, & in apertum furorem contra Chriſti Euangelium erectus, & eliminatus, in medium campum contra Dominum Ieſum Chriſtum eiuſque vicarium pugna-

a Iuſtin. Imp. Nouell. 109. §. 1. verſ. hæreticos autē.

b Apoc c. 13. v. 3.

Hæreticus Eccleſiam Dei eiuſque viſibile caput occulte perſequens eſt coluber, & aperto omnem pugnans baſiliſcus.

c Eſaiæ c. 14. v. 29.

d Viegas in Apoc cap. 9. com. 1. ſect. 6. in fine.

A turus aduenict, & irrumpet. Qui afflatu ſuo volucres abſorbeat, id eſt ſpiritales homines præſtantes ingenio, ſimplices, & alios de gremio Eccleſiæ fideles ſui veneni, atque contagionis tabo commaculatos & infectos, de alto ſalutis ſuæ gradu deijciat, atque deturbet: non ſecus quam baſiliſcus aues & homines afflatu, viſuque ſuo perimere ſolet. Qui error hæreticus, furor infernalis in membris Antichriſti penitus inſidens, vt tot tragœdias in Chriſtiano theatro excitare, tot ſtrages corporum, tot neces animarum patrare, maximaque ſanguinis Chriſtianorum effuſione, diluuioque Eccleſiæ campos vultuſqoe cruentare poſſit, omnium vitiorum turbis, atque turbinibus armari ſolet. Propter quod hoc fu- B rore perciti hæretici locuſtis, atque ſcorpionibus in Apocalypſi ſimiles eſſe perhibentur, [e] ſeu illis immanibus monſtroſiſque belluis in Apocalypſi ſeptem internodia in caudis habentibus deſignantur, vt intelligeret à Spiritu ſancto propheticus Euangeliſta hæreſes ſeptem peccatorum internodia gerere, id eſt omnium vitiorum, atque ſcelerum contra Chriſtum, & thronum eius armari furoribus peſtibuſque fædari; *Numerus quippe ſeptenarius ſymbolum vniuerſitatis eſt*, inquit ſanctus Cyprianus, [e] ideoque meretrix illa Apocalypſeos qua hæreſis deſignatur ſuper beſtiam ſeptem capitum ſedere viſa eſt; quibus beſtiæ ſcilicet cupiditatis omnium [f] malorum vitiorumque radicis capitibus ſeptem peccata capitalia ſignificantur, quæ cætera ſuo ambiunt ſinu, & com- C plectuntur. Sed quid eſt quod illa meretrix abominationibus aureo ſuperbiæ poculo hauſtis inebriata, tanquam eques ſuper ſeptem capitum beſtiam ſedere, nullis frænorum retinaculis beſtiam compeſcens à ſancto Ioanne demonſtretur? Niſi quia hæreſis per omnia vitia effuſo, imo potius effræno curſu impetuque raptatur, & excurrit nullis moderationis, rationumque frænis, & habenis vitiorum libidinem furoremque cohibens? vt his ſine ordine, & cum magna confuſione, & rationis inuerſione ſtipata, & corroborata aduerſus inexpugnabilem Catholicæ veritatis, fideique murum, & immobilem in fundamentis ſpiritualis Sion militantis Eccleſiæ, poſitum lapidem Pontificij principatus probatum, angularem, pretioſum, effrenatius arietet, & eluctetur? D Et quamuis irrito conatu ſuos in illud furioſe impetus hæretici contorqueant; tamen ne fruſtra ferro vmbras, vt eſt in prouerbio, diuerberare videantur, leonino furori vulpinam conſuentes fraudulentiam, variis dolis, technis, & artibus, quod operta crudelitate, rabieque non poſſunt aggredi moltoties optata conantur. Quas immanes hæreticorum fraudes ſanctus Ignatius proſpiciens ſic ab illis, vt ſibi cauerent fideles hortabatur. [g] *Rogo autem vos non ego, ſed charitas Ieſu Chriſti, vt omnes idem dicatis, & ne in vobis ſint ſchiſmata: ſitis autem inſtructi eodem ſenſu, & eadem intelligentia, ſunt enim quidam vaniloqui, & ſeductores mentis, non Chriſtiani, ſed Chriſtum mercantes in fraudem circumferentes nomen Chriſti, & cauponantes verbũ Euangelij, & erroris venenum blando alloquio implicantes, tanquam mulſo cicutam tempe-*

Hæreſes omnium ſcelerum turbis armari ſolent.

e Apoc. c. 9.

e S. Cypr. in cant. Apocal. c. 17.

f 1. ad Tim. 6. v. 10. Radix omnium malorum cupiditas.

Quare meretrix in Apocalypſi ſine fræno & habenis ſuper beſtiam 7. capitum ſedere dicitur.

Hæretici ad ruinam Eccleſiæ & fidelium fraudes crudelitatibus conſuunt, atque coniungunt.

g S. Ignat. ep. ad Trall.

Pulchra deſcriptio noſtrorũ Nouatorum ad inſtar veterũ hæreticorũ.

vantes; vt qui biberit dulcissimi saporis gustu deceptus incauta morte transfigatur. Monet quispiam antiquorum, vt nemo bonus dicatur, qui bono malum permiscuerit. Nominant Christum, non vt Christum prædicent, sed vt Christum improbent, nec vt legem, (scilicet eius) *constituant, sed vt legi contrarium annuncient. Communiamini igitur aduersus tales ne laqueũ animis vestris implicetis.* Idem consilium admonitionemque Philadelphiensibus inculcat epistola ad illos, in quo hoc inter alia; [a] *Vt filij lucis sitis*, inquit, *id est veritatis, fugite diuisionem vnitatis, & malam doctrinam hæreticorum, à quibus coinquinatio peruasit in omnem terram, &c.* Hisdem exhortationibus monitisque, tanquam fortibus armis fideles Antiochenos contra hos fraudulenter immanes hæreticos communiuit, atque instruxit. [b] Quos propter suas crudelitates impias, apertas, & occultas, propter furores manifestos, & latentes fraudes, canes, [c] serpentes, dracunculos squammosos, aspides, basiliscos, & scorpiones appellat; de quorum fraudulentis conatibus ad interitum animarum & Ecclesiastici principatus exitium, [d] hæc Nicephorus Callistus. *Cum diabolus salutis hominum inimicissimus cœptum suum, quo Ecclesiam supprimere nitebatur vidit suffocatum martyrum sanguine, tamen dolum excogitauit; vt viri seductores, & impostores, Christianum sibi vsurpantes nomen, simul & quos cœpissent fideles in foueam perditionis impellerent, & qui technas eorum ignorarent, eis sani, & salutaris verbi discendi studium, & desiderium corrumperent, & depranarent. Primum igitur contra nos excitauit* (scilicet diabolus) *Symonem, deinde Menandrum, Cerinthum, & Nicolaum de quibus in superioribus diximus.* Hos immites, crudelesque hæreticorum dolos, & fraudes spiritu dæmonis in eorum animis fabricatos conspiciens, simul & cum detestatione despiciens sanctus Flauianus Constantinopolitanus Patriarcha, ita de Eutychete, eiusque fautoribus, ac de aliis consequenter hæreticis ad sanctum Leonem Papam scribebat. [e] *Sunt quidam veste sua oues significantes, interius sunt lupi rapaces, quos ex fructibus debemus agnoscere: isti prima fronte videntur esse de numero nostra, sed non sunt, quia si fuissent permansissent vtique nobiscum: quando autem cœperunt assumere impietatem, illud quod prius occultabatur, in illis aperitur, & dolus omnis fit omnibus manifestus.* Hinc præclara illa sancti Augustini sententia, cuius meminit [f] Hadrianus primus libro de defensione generali synodi 7. Nicænæ 2. ad Carolum magnum. *Habent*, inquit, *& hæretici sacramenta nostra, habent Scripturas nostras, habent & alleluia, habent plerique symbolum nostrum, sed inde caueas vnde tela non aduertis. His fraudibus, dolisque nefandissimis primam sibi viam ad oppressionem interitumque Christianæ religionis Antichristus sternet, atque parabit: his nocendi artibus prout illi diabolus suggeret, primo in mundo aduersus fideles famet ingressu.* Vt ex bene intellecta sanctarum Scripturarum lectione sancti patres obseruarunt: totumque crudelissimum, immanissimum, sceleratissimumque hoc Antichristi opus, mysterium iniquitatis appellarunt. Quod hæretici omnes huius Antichristi membra spiritus ministri, satellitesque ab ipsis Ecclesiæ post passionem Domini nascentis incunabulis nefandissime cœperunt operari. Quod manifeste ex his Apostoli verbis ostenditur. τὸ μυστήριον ἤδη ἐνεργεῖται τῆς ἀνομίας. Ad verbum, *iam mysterium iniquitatis fit cum efficacia*, communis versio habet, *mysterium iam operatur iniquitatis*, id est exercetur quousque veniat in fine mundi homo peccati Antichristus, vt ipse sanctus postea his verbis exponit Apostolus. [h] *Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum.* Et hoc sensu sanctus Ioannes Antichristum iam esse in mundo proclamat, scilicet in membris suis præcursoribus suis, spiritus sui furores, & iactationes turbulentas contra Christum & thronum eius, sequentibus hæreticis. *Omnis*, inquit, *spiritus qui non confitetur Iesum Christum in carne venientem ex Deo non est, & hic est Antichristi, scilicet membrum, vel spiritus*; in Græco καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῦ ἀντιχρίστου. versio communis: *Et hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit, & nunc iam in mundo est.* In rabie nempe, conflictuque hæreticorum contra Dei Ecclesiam, thronumque Apostolicum. Quorum operationes à diabolo sunt, sicut in fine mundi veniet homo peccati, princeps hæreticorum, cum operatione diaboli, cuncta Dei sacra, diuinaque Christianæ fidei, religionisque mysteria si possit vastaturus. Quod sequentibus verbis significauit Apostolus. [k] *Cuius est aduentus*, inquit, *secundum operationem Satanæ.* κατ' ἐνέργειαν τοῦ σατανᾶ. *In omni virtute, & signis, & prodigijs mendacibus.* Vnde mysterium illud iniquitatis, quod hæretici à constitutione Christiani mundi, in nomine Antichristi venturi operati sunt, quotidiéque operari non cessant, à furentis ipsius efferatique Satanæ operatione, in omnes terræ partes extensum, diffusumque patratur. Per quod mysterium ab hæreticis exercitum, & operatum (sic passiuè sumpto verbo) sanctus Paolus iuxta sanctorum patrum interpretationem, intelligere voluit, iniquitatem arcanam, latentem, tectamque fraudibus, sub vestimentis ouium, luporum rabiem, rapacitatem, immanitatemque circumferentem. Quæ quandoque, dum licet hæreticorum libidini, palam grassatura foras eliminatur; sed quæ tandem in fine mundi abiecto omnis hypocrisis, simulationisque velamine, contra Christum Dominum, eius sponsam immaculatam, eiusque sanctos, bonorum, fideliumque cæde cruentata, Antichristo regnante, bacchanteque prodibit. Atque hæc iniquitas abominabilis Apostolorum tempore per ipsius Antichristi ministros, præcursoresque hæreticos agebatur nefarie, crudeliterque operabatur, vt verus, ac legitimus sancti Pauli verborum sensus ille censeatur esse: Quamuis ille iniquus Christo penitus oppositus, homo peccati, nondum in lumen natus in propria persona prodierit; est nihilominus iam tantorum patrator scelerum præsens in emissariis, præcursoribusque suis, licet non aperte, vt cum in mundum in propria persona in lucem editus aduenerit: sed occulte ac velut in mysterio per ipsos anteambulones præparantes,

Hæretici impie Christum prædicant, vt eius regnum destruant in terris

[a] S. Ignat. ep. ad Philadelp.

[b] S. Ignat. epi. ad Antioch.

[d] Niceph. l. 4. Ecclesiast. hist. c. 2.

Diabolus hæreticorũ fraudibus ad perdendas animas & oppressionem Ecclesiæ vtitur.

[e] Epist. Flauiani patriarchæ Constãt. ad S. Leonem.

[f] Hadrian. 1. l. pro defens. synod. 7 ad Carol. Magn.

Pulchra S. Augustini sententia ad exprimendas crudeles hæreticorũ fraudes.

2 Pars. *Hæretici à tempore Apostolorum cœperunt operari mysterium iniquitatis, id est opera Antichristi exercere.*

[g] 2. Thess. c. 2. v. 7.

[h] 2. Thess. 2. v. 8.

[i] Ioan. 1. epi. c. 4. v. 3.

[k] Ad Thess. 2. c. 2. v. 9.

Quid proprio mysterium iniquitatis quod hæretici præcursores Antichristi operantur secundum Apostolum.

Sensus verborum S. Pauli.

tes viam sceleris criminisque vniuersi huic monstrô, obliquasque flagitiosæ vitæ facientes semitas hæreticos agatur, & operetur. Quæ quidem execrabilis iniquitas in eo præcipue consistit, vt Christum Dominum, eiusque Monarchicam, quam firmauit in Ecclesia sua dominationem visibili pastori eius vicario creditam destruat, euellat, demoliatur; & super ruinam atque lapsum Christianę religionis, Hierarchięque Ecclesiasticæ, diaboli, suique futuri regis Antichristi tyrannidem, in immensam abominationis molem erigat & ædificet. [a] Hæc sanctorum Patrum doctrinæ expositio conformis est, quam maxime corroborat atque confirmat sancti Ioannis de Antichristo, deque eius prodromis hęreticis doctrina: quos turpi, & infami cum principe suo, homine peccati, nomine Antichristi dedecorat, ac tam nefandi nominis execratione percellit. Vt cum ait. [b] *Filioli nouissima hora est: & sicut audistis quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt.* Et capite 4. [c] *Omnis spiritus qui soluit Iesum ex Deo non est, & hic est Antichristus, de quo audistis quoniam venit & nunc iam est in mundo.* Huc referenda hæc ipsius Apostoli prophetæ, ac Euangelistæ verba. [d] *Quoniam multi pseudoprophetæ, & multi seductores exierunt in mundum.* [e] Similia habet Epistola 2. vers. 7. Sed ne more Nouatorum auctoritatem assertionibus nostris sine teste fideli, probatoque ab Ecclesia firmamento veritatis vendicare videamur: Probandum nobis est testimoniis sanctorum Patrum in sacra scriptura fundatis hæreticos vere dici Antichristos, eoque ignominioso Antichristi nomine proter errores suos, improbitatesque mysterium iniquitatis Antichristianæ operantes, ab omni tempore dictante spiritu sancto, Ecclesia probante fuisse notatos, & infamatos. Hoc enim nomine à [f] sancto Cypriano dictos fuisse Antichristos, pseudochristos, Christique aduersarios ex multis eius operum locis manifeste ad pænam libri constabit. Vt Epistola 74. ad Pomponium fratrem vbique hæretici nihil aliud, quam aduersarij, & Antichristi nominantur, eosdem pseudochristos Epistola ad Iubaianum [g] Epistola [h] ad Ianuarium, [i] & alibi hæreticos, quandoque Christi aduersarios appellat. Sic authoritate sancti Ioannis Apostoli fultus [k] sanctus Hilarius hanc execrandi nominis turpitudinem hæreticis inurit Epistola circulari ad Catholicos Arianam hæresim detestantes. *At ne maledictis*, inquit, *verborum in eos* (scilicet Arianos) *vti conuitiis arguamur, causam perditionis publicæ, ne cuiquam ignorata sit non tacemus. Antichristos plures esse etiam Apostolo Ioanne prædicante cognouimus. Quisquis enim Christum, qualis ab Apostolis est prædicatus, negauit, Antichristus est. Nominis Antichristi proprietas est Christo esse contrarium. Hoc nunc sub opinione falsæ pietatis efficitur, hoc sub specie prædicationis Euangelicæ laboratur, vt Dominus Iesus dum prædicari creditur, denegetur, ac primum misereri licet nostræ ætatis laborum, & præsentium temporum stultas opiniones ingemiscere, quibus patrocinari Deo humana creduntur, & ad tuendam Christi Ecclesiam ambitione seculari laboratur.* Antichristos de quibus post Apostolos loquuntur sancti Patres, fuisse primos, quos, [l] *Infernus dilatatione oris sui absque termino*, propter hominum scelera Apostolorum tempore eructa-

a S. Chrysost. Theodoret. in hunc S. Pauli locum.

S. Ioan. hæreticos vocat Antichristos scilicet Christi aduersarios.

b S. Ioan. Ep. 1. c. 3.

c Cap 4.

d Ibid. Epist. 1. c 4

e Ioan. Ep. 2. v. 7.

3. *Pars hæretici dicuntur Antichristi.*

f Epist. 74. ad Pomponium fratrem.

g Epist ad Iubaianum.

h Epist ad Ianuarium &c. quæ est 70.

i Et l. 2 aduersus Iudæos c. 8.

k Epist. circulari.

Optima ratio conuincens hæreticos esse Antichristos.

l Esaiæ cap 5.

Tom. I.

uit in mundum hæreticos, ex ipsius sancti Ioannis verbis aperte constat, dicentis. *Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis quia Antichristus venit, nunc Antichristi multi facti sunt, scimus quia nouissima hora est.* [m] *Ex nobis prodierunt*, Græcè ἐξῆλθον, *exierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum*, &c. Tales sunt hęretici qui per baptismum ex Ecclesia Christi prodierunt, sed ab ea per hęresim exierunt: Ecclesię iussa audire deprecantes, atque suaue illius iugum de collo obedientiæ per rebellionem excutientes, se ab ea per horribilia schismata erroresque separauerunt. Cum antea in immaculato huius sanctæ matris Christi sponsæ gremio per fidei professionem sacramentorumque communionem, vota professi morarentur, siue simulati Christiani externa specie pro veris se gerentes, siue reuera tales essent animo quales exteriori professione monstrabantur. Primi illi hæretici quos Antichristos Apostoli sancti, Paulus, & Ioannes vocauerunt aliquando de Ecclesiæ sinu, Christique grege per lauacrum regenerationis extitere, sed per schismatum hæreseonque portenta extra eum separati vagantes, partem cum diabolo, eiusque præcipuo satellite Antichristo fecerunt, mortisque fœdera cum illis rebellione contra Christum pacisci voluerunt. Etenim Simonē illum Magum protohæreticum, sacro fonte regeneratum [n] Philippus Christo peperit. Et Nicolaum simili baptismatis gratia præditum, [o] diaconatus honore Apostoli decorarunt. Sic & Hymenæus, & Philetus in magnam domum Dei quæ est Ecclesia per reconciliationis regenerationisque baptismalis ianuam, verbis id sancti Pauli testantibus ingressi sunt: sic & Cerinthum quondam fidelium numero fuisse aggregatum, [p] fideique Christianę surgentis ė cunis assertorem [q] sanctus Epiphanius commemorat, & asseueranter affirmat. Sed post vitiorum omne genus, eorum mores fædans, & incestans à cordibus lucem Christianę veritatis auellens, hos Antichristianæ iniquitatis operatores assertoresque fecit: iusta illud Apostoli. [r] *Bonam conscientiam repellentes circa fidem naufragauerunt.* Et isti cum posteris suas iniquitates blasphemiasque sequentibus Antichristi ab Apostolis patribusque venturi spiritum habere, vitæque improbitates æmulari dicuntur. Prout sanctus Ioannes significauit illis verbis. [s] *Omnis spiritus, qui soluit Iesum ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Gręce Antichristi est, in genitiuo casu. Sic autem Græca verba cum appositis articulis leguntur. [t] καὶ τοῦτό ἐστι τὸ ἀντιχρίστου. Scilicet, Et hic nempe spiritus, est ille ipsius Antichristi, id est vt exponit sanctus Irenæus [u] *est ex Antichristo*, vel vt vult sanctus Cyprianus, [x] *de Antichristi spiritu est.* [y] Sic Tertullianus hęresiarcham Marcionem præcursorem Antichristi, eiusque spiritum appellat. [z] Simili sensu hunc Apostoli Prophetæ locum in genitiuo casu Cassianus expônit. His paraphrasis Syriaca conformis est dicens. *Sed hic est ab ipso pseudochristo*, vt sit sensus hic spiritus, qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, sed soluit Iesum, id est, diuidit eum eius diuinitatē ab humanitate separans, scissuramque faciens in eius Ecclesia, vt eam cruēta diuisione destruat atque dissipet, quod faciūt hæretici, atque schismatici: hic spiritus est illius Antichristi, id est, hæc doctrina erronea veritatis inimica cū suo doctore,

m 1 Ioan. c. 2. v. 19.

Hæretici per baptismum ex Ecclesia prodeunt, & ab ea per hæresim sunt egressi: quos S. Ioan. Antichristos vocat.

Quinam hæretici tempore Apostolorum dicti Antichristi de Ecclesiæ sinu per apostasiam, hæresimque egressi.

n Actor. 8.

o Actor. 6.

p Timoth. 2.

q Epiphan. hæres 28.

r 1. Timoth. c. 1.

s 1. Ep. c. 4. v. 7.

Hæretici dicuntur Antichristi scilicet de spiritu Antichristi.

t Græca Phrasis S. Ioan.

u l 3. c. 18.

x L. aduersus Iudæos c 8. in fin

y Tertul. l. 5. c 16 aduersus Marcionem.

z Cassian l. 5. de incarnat. c 11.

hæretico Antichristum satellitio præcurrit. Cuius omnis labor, & liuor, omne execrabile studium, atque conandi rabies, hoc cum impetu assurget, & efferabitur, vt Christum Dominum cum vicario suo, aliisque piis in directione Ecclesiæ militantis ministris, pastoribusque soluat, dissipet, perdat, eius regnum si possit, in terris spirituale exterminet, populetur, & in extremum exitium penitus effundat. Et vt Christus Dominus prior venit in mundum suo aduersario Antichristo, sic Catholici Christi vexilla sequentes imperiaque facientes hæreticis Antichristi signa portantibus, eiusque mysterium iniquitatis operantibus antiquiores existunt. Vt Ecclesia Christi synagoga Antichristi, fides recta infidelitate, mendacio veritas, religio Dei dæmoniorum impietate vetustior, eique longi temporis antiquitate præire indubitata fidei certitudine creditur. Nouitas in fide hæresim, diabolique opus arguit. [a] Siquidem bonus Pater familias bonum semen in agro suo, scilicet campo Ecclesiæ suę, Pater cęlestis bonum religionis, virtutisque semen inseuerat: sed inimicus homo diabolus impietatis, infidelitatis, hæreticæque contagionis superseminauit zizania. [b] Quo argumento Tertullianus contra gentiles dimicans, confudit eos clara illis demonstratione subiiciens religionem, fidemque Christianorum longe, paganica superstitione, antiquitate superiorem. In cuius argumenti fortitudine multis rationibus authoritatibusque roborata aduersus idolorum cultores dęmoniorumque tyrannidi velificantes, sæpius [c] Diuus Augustinus discursu longo elegantique triumphat, & exultat. Cuius argumenti clypeo tectus, & gladio munitus Tertullianus, [d] quam strenue potenterque aduersus hæreticos dimicat, & ferit eos vsque ad diuisionem animæ, nullas habentes amplius, quibus iustè se tueantur, in ore redargutiones. [e] *Qui estis*, inquit, *vel aut vnde venistis*? &c. Simili argumenti armatura protectus [f] sanctus Cyprianus [g] hæreticos omnes sui temporis, pugna [h] spirituali constrauit. [i] Et sanctus Iustinus à nouitate ortus sui præcursores Antichristi hæreticos, buccinatores iniquitatis confodiens. *Ex nobis*, inquit, *prodeunt*, ergo nobis iuniores, *à vitiorum appellatione*, scilicet hæresiarcharum, *ex quibus vnaquæque disciplina, & sententia*, scilicet hæreticorum aliorumque errantium, *originem habuit*. [l] Et sanctus Irenæus iisdem veritatis armis indutus contra Valentinianos, aliosque similes cum Antichristo, aduersus Christum signa Christi portantes ad certamen pugnamque prosiluit. Quos secutus Lactantius hæc aduersus eosdem Antichristos Christianæ fidei, pietatisque prostitutores, magno zeli Catholici turbine, veritatis tela contorsit. [k] *Illi dæmoniacis fraudibus irretiti*, quas prospicere, & cauere debuerant, *diuinum nomen & cultum per imprudentiam perdiderunt. Cum enim Phryges, aut Nouatiani, aut Valentiniani, aut Marciani aut Anthropiani, seu quilibet alij nominantur, Christiani esse desierunt, qui Christi nomine amisso humana, & externa vocabula induerunt.* Communis veritatis vox est, quam ab ipso Deo, & ab ipsius sacrarum literarum fontibus vetusti, sanctique Patres præter supranominatos Clemens [l] Alexandrinus, Athanasius [m], Epiphanius [n], Chrysostomus [o] hauserunt, arripuerunt, & expresserunt, omnes hæreses ex antro inferni post veram, catholicam, Apostolicam, Romanamque fidem ortas, & à dæmonibus excitatas erupisse. Propterea hos impios [p] Antichristi ministros irridens sanctus Hilarius ait: *Tardius in mundum venisse eos, diutiusque eorum partus, fœtusque nefandos, hæreses nempe in diaboli pectore tanquam ventre putrido delituisse*: Antequam in terræ oras efflarentur, lucemque vitæ prodirent. Vnde præclare egregieque in hanc sententiam huiusmodi nouatores sui temporis nouitios, & abortiuos [q] sanctus Hieronymus talibus alloquitur. *Quisquis es assertor nouorum dogmatum, quæso te vt parcas Romanis auribus, parcas fidei, quæ Apostoli voce laudata est. Cur post quadringentos annos docere nos niteris, quod ante nesciuimus? Cur profers in medium quod Petrus, & Paulus edere noluerunt? Vsque ad hunc diem sine ista doctrina mundus Christianus fuit? Illam senex tenebo fidem, in qua puer natus sum.* Quid his contra nouatores nostros religionis Catholicæ pestes ac fæces reipublicæ Christianæ Lutheranos, Caluinistasque dici iustius, aut excogitari potest accommodatius? Atque vt tales fidei Christianæ, veritatisque abnegatores, diabolicæ doctrinæ promotores, ac vindices, non de Christi Domini grege & ouili, sed de Antichristi hara, & volutabro sanctus Pater esse demonstraret, ista contra Luciferianos non minus vere, quam grauiter effudit. [r] *Sicubi audieris eos, qui dicuntur Christi, non à Domino Iesu Christo, sed à quopiam alio nuncupari, vt puta Marcionistas, Valentinianos, Montenses, siue Campitas, scito non Ecclesiam Christi sed Antichristi esse synagogam. Ex hoc enim ipso quod postea instituti sunt eos se esse indicant, quos futuros Apostolus pronunciauit, scilicet Antichristos.* Omnes igitur nouorum, impiorumque contra fidem Christi dogmatum inuentores, & sectatores Antichristos vere dici, id est Antichristi membra, ac de spiritu eius, improbitates, & iniquitates illius operantes, & promouentes, tam sacræ literę quam sanctorum Patrum doctrina, Ecclesiæque decreta clarissime demonstrarant.

Propter quas impietates, iniquitatesque hæreticas contra Christum Dominum, contra eius sanctam, Apostolicam, Romanamque Ecclesiam, eiusque sanctos pastores sanctus Athanasius imperatorem Constantium Antichristum, veri Antichristi precursorem, typum, figuram, ministrumque vocitauit, cum hæc ad solitariam vitam agentes, Epistola scripsit. [s] *Quid igitur hic*, scilicet Constantius, *quod Antichristi fuit, omisit? aut quid ille, vbi venerit, plus committere poterit? Aut quomodo ille in aduentu suo non repererit sibi expeditam viam ad dolos ab isto præparatam?* Et quibusdam interpositis de huius hæretici imperatoris in Christianos Catholicos, fidelesque Romanæ sanctitatis, & authoritatis supremæ subditos immanitate, subdit postea. *Grauia sunt ista, & plusquam grauia: sed tamen istiusmodi quæ congruunt in eum, qui Antichristi imaginem induerit: quis enim videns ipsum in decernendo se facere prin-*

Marginalia:

4. Pars. Vt Christus Antichristo prior sic Catholici Romanæ Ecclesiæ filij omnibus hæreticis antiquiores. Nouitas in fide hæresim arguit.

a S. Matth. c. 13. v. 15.

b In Apol. ca. 19. 20.

c L. 18. de ciuit. c. 37. 35.

d L. de præscript.

e L. de carne Christi.

f L. 1 & 4. contra Marcio. & 1. contra Praxeam.

g L. de vnitate Ecclesiæ siue de simplicitate prælator.

h S. Iustinus Martyr. dialog. cum Triphone.

i L. 1. c. 20. in fin.

k Lactant. l. 4. c. 30.

Omnes hæreses ortæ sunt post veram Christi fidem.

l L. 2. Strom.

m Orat. 2. contra Arrianos

n In anchora.

o Hom. 33. in act.

p L. 6. de trinit.

q Ep. 65. ad Pammach.

r S. Hieron. dialog. contra Luciferianos sub fine.

Omnes qui à nouo, & erronea opinionis authore nomen accipiunt vt Lutherani à Luthero, Antichristi esse dicuntur.

Constantium imp. Antichristum & veri Antichristi speciem referentem propter prauitatis, crudelitatisque contra Dei Ecclesiam, eiusque S. Pastores S. Athanasius dixit.

s S. Athanas. Ep. ad solita. vitam agentes.

Typus Antichristi in Constantio hæretico Arriano.

cipem Episcoporum , & præsidere iudiciis Ecclesiasticis non merito dicat illum eam ipsam abominationem desolationis esse , quæ à Daniele prædicta est , &c. Et in apologia de fuga sua propositis enumeratisque huius imperatoris Ariani enormibus crudelibusque in sanctos Ecclesiæ catholicæ Episcopos , & pastores , nec non in sanctas virgines , vt fide concilij Nicæni abnegata Arrianæ hæresi subscriberent , impietatibus , eum esse Antichristum , verique imaginem Antichristi ita concludendo contestatur.

a S. Athan. in apolog. de fuga sua.

[a] *Quis igitur cum ista fiant , & cum impietas impudentiam tantam sibi vendicet , ausit iam inde Constantium hominem Christianum appellare , ac non potius Antichristi imaginem esse dicere ? Quid enim ex notis Antichristi huic deest ? Aut quid est cur non omnibus modis Constantius Antichristus , & vicissim Antichristus Constantius habeatur? Nonne in magna Ecclesia in Cæsareo victimas contra Christum & blasphemias velut ex præcepto eius Ariani , & ethnici fecere ? Nonne visio Danielis istiusmodi notis Antichristum significat , nimirum quod bellum gesturus cum sanctis sit , & quod intumescet contra eos* , &c. Sed hæc & similia immanitatis portenta ab hæreticis patrari non est mirum ; quoniam vt venturi principis sui Antichristi immania facta operari incipiant , eis nullus ludus acceptior esse potest, quam cædes, quam cruor , quam trucidatio bonorum , & interitus salutis animarum , quia eorum mater hæresis meretrix est grauida non solum spiritu falsitatis , vt cum [b] sancto Bernardo loquar , sed etiam spiritu furoris , & discordiæ tempestatis , atque crudelitatis , vt ex dicendis capite sequenti constare poterit.

Nota Antichristi ex Daniele.

b S. Bernard. *Hæresis meretrix facta spiritu falsitatis, crudelitatis, & furoris.*

CAPVT VIII.

Hæreticorum vt Antichristi membrorum scelera multa , & horrenda, quorum atroces iniuriæ propterea Romano Pontifici maximo sunt honori.

1. *Hæreticorũ scelera multa vt patris ac principis Antichristi similitudinem tanquam filij subditi , ac membra illius gerant inimici Christi Domini Iesu , & vicarij eius ab eo constituti super omnem familiam suam quæ est Ecclesia , capitis visibilis.*
2. *Quæ scelera viam præparantia Antichristo ex descriptione hæreseos criminis publici , furia horribilis , qua nullum immanius monstrum est manifeste patebunt.*
3. *Propter tot scelera hæresim concomitantia à talibus Antichristis , iniuriis affici , probris , calumniisque lædi , est Romano Pontifici , vniuersalis Ecclesiæ summo principi pastorique maxime gloriosum.*

A IAM cum Antichristus homo peccati κατ' ἐξοχὴν ab Apostolo nominetur, propterea quod super omnes nefarios , perditosque homines scelerum omnium in summo iniquitatis gradu, contagione polluetur , pondere aggrauabitur, multitudineque obruetur. Talis enim futurus est insignis ad omnem impietatem Christi domini aduersarius , profecto præcursores eius, qui illum ætate , atque tempore præcedent, illi parantes viam iniquitatis , & abominationis eius membra constituti , de spiritus eius furoribus inflammati , non possunt non esse flagitiosissimi. Nec potest nomen afferri ad omnia flagitia exprimenda potentius quam Antichristi, si à diaboli , satanæque vocabulo discesseris.

Antichristus omnium hominum sceleratissimus futurus est.

B Propterea cum spiritus Sanctus per os Apostolorum , sanctorumque Patrum , hæreticos omnes obstinatos Deo , Ecclesiæque rebelles, sedis Apostolicę sanctissimique Patris inimicissimos Antichristos appellauerit , quid non criminum peccatorumque grauissimorum in illorum sessitare cordibus expressit ? Quæ crimina in hæreticorum animis nefarie furentia , optimus atque potentissimus imperator Constantinus Magnus explorata perfecte conspexit , conspectaque iustissima indignatione, odio , horroreque detestatus est. Vt epiphonemate illo contra eos nefandaque eorum crimina satis clare manifestauit. *O veritatis inimici , hostes vitæ , internecionis authores , & consiliarij ! Omnia apud vos veritati contraria , turpibus consentientia maleficiis , turpitis , & commentitiis exultantia.* C [c] *Certe mendacia struitis , premitis insontes , fidelibus veritatis lucem denegatis. Nam falsa visione , & specie pietatis semper delinquentes omnia contagione vestra contaminatis. Conscientias integras , & labe vacuas lethalibus plagis vulneratis. Ipsum diem (pene dixerim) hominum oculis adimitis. At quid attinet singula persequi , cum de vestris flagitiis, sicut eorum natura postulat , dicere , neque temporis angustia , neque occupationes , quibus districti sumus , sinant. Nam scelera vestra adeo grandia , adeo immensa sunt , adeo etiam turpia, & omni crudelitate redundantia , vt dies integer ad ea explicanda non sufficeret. Imo vero ab huiusmodi rebus aures abducere , oculosque auertere conuenit , ne singulorum explanatione sincera , & incorrupta fidei nostræ professio commaculetur.*

Propter atrocissima crimina hæretici Antichristi dicti, in illis veri Antichristi homines peccati sectatores, & imitatores.

Elegans hæreticorum perditorum descriptio ex edicto.

c Constantini Magni apud Eusebium l. 3. de vita Const. c. 61. 62.

Quam multa quamque horribilia hæreticorum scelera Constantinus Magnus verissime commemorat.

Quid his nefandissimis hæreticorum criminibus atrocius , immanius , & horribilius D sceleratissimi homines possent operari ? Hos ideo Antichristos , veri Antichristi spiritu , & rabie tanquam furiis agitatus implacabili prosequens odio , funditus pius imperator se velle destruere his verbis edicti sui profitetur. Quid ergo ? *Patiemur ne huiusmodi malorum contagionem longius serpere ? præsertim cum longa dilatio faciat , vt sani , & valentes tanquam pestifero morbo inficiantur ? Cur igitur non cum maxima celeritate eiusmodi prauitatis , vt ita dicam, radices animaduersione, & publica pœna amputamus?*

Omnium hæreticorum professionem publicam, & priuatam suo edicto Constantinus prohibet.

Atque quo ista vestra pestis perniciesque longius grassari impediatur , per hanc legem mandamus, ne quis vestrum post hac conuentum , cogere audeat, & proinde iam iubemus , vt vniuersa ædes vestræ , in quibus congressus illos celebrare consueuistis penitus euertantur , & hæc cautio eo vim suam porrigat,

a. vers.
Hæresis pulchra descriptio.
Furia horribilis.

vt non modo non publicis, sed ne priuatis quidem ædibus, aut in locis vllis separatis vestræ superstitiosæ amentiæ factiones coeant. Hæc Christianissimus imperator contra sui temporis Antichristos horribilia nefandaque eorum flagitia castigans extrema detestarus abominatione. Sed quid tot execrandis hæreticos Antichristi præcursores criminibus fœdari miramur? Cum hæresis furia horribilis in eorum animis penitus insidens omnia secum vitia trahere consuescat? Quæ est fœtidus Antichristi halitus, ac pestifer Satanę afflatus, puteus ignis æterni, stagnum sulfureæ libidinis, pestilens inferni antrum, maledictionis abyssus, erroris vertiginisque spiritus, cancer sine vllo remedio, nisi statim totus amputetur iustitiæ ferro tanquam immedicabile vulnus, per membra societatis humanæ Christi redempta sanguine serpens, & semper vsque ad portas mortis, damnationisque sempiternę progrediens, cõtagio adeò lethalis, exitialisque, vt intimas abditasque reip. hominumque cœtus, partes, membraque peruadat, labe inexpiabili Christianas animas polluat: & adulteret, quæ non solo tactu vt vipera, aut aspectu vt basilicus, aut afflatu vt draco trucidat, sed his, & aliis quamplurimis modis omnia in imperio, corporis, animique salutis subsidia, fundamenta, & propugnacula in exitium penitus effundit, labefactat, euertit. Quæ secundum oracula diuina [a] *Cathedra* nuncupatur *pestilentiæ, hara porcorum,* [b] *cubile lamiarum, draconum, onocentaurorum, pilosorum satyrorum, pascuum struthionum, fouea ericiorum, latibulum luporum,* [c] *lacus leonum, antrum inferni,* [d] *puteus abyssi, cloaca peccatorum,* [e] *Sodoma spiritualis, diaboli lupanar,* in quo horrendum, ac miserabile monstrum idolo [f] Moloch immolandum producitur, *zizanium pestiferum, & maledictum semen,* [g] *meretrix diabolica.* Quæ suę aureæ paterę veneno homines inebriat: vt cum inebriati fuerint, hos suæ crudelitatis, impietatisque gladio eruentando confodiat. [h] *Stella fatalis absinthium,* dicta quę aquas in quas illapsa est, amarissimas efficit, earumque amaritudine tertiam piscium partem in illis extinguit: pestis animarum, publicarum, priuatarumque calamitatum scaturigo, maledictionis taberna, *quæ intrat sicut aqua in interiora hominis, & sicut oleum in ossibus eius.* [i] Esca, atque rete satanę ad capiendos homines. Denique illa execrabilis hæresis vt vno verbo complectar omnia. [k] *Calix est iræ, ac furoris Dei.* [l] Et mirabimur eos hęresiarchas Antichristi præcones & satellites immanissimos, quos hæc immanis, infernalisque bellua, furiaque suæ antro abominationis absorpsit, tanta vitiorum putredine fœtere, sordibus contaminari, flagitiisque tanquam vermibus quotidie deuorari. Quos propterea in scripturis sacris spiritus sanctus modo lupos [m] rapaces intrinsecus, in vestimentis ouium exterius, modo [n] vrsos, dracones, [o] Leones, canes, [p] equos nigros, effrænatos currentes ad prælium, in quibus sedet Diabolus, appellat. De quibus Origenes [q] loquitur, cum ait in illud [r] Exodi. *Equum, & ascensorem proiecit in mare: sunt equi qui ascensorem habent diabolum, dicunturque illi equi nigri, quod propter atros, tenebrososque errores suos dæmonibus humiliores existant, qui tenebrarum principes ab Apostolo nominantur:* Sed nulla aptiori comparatione scelera multa, & enormia hæreticorum spiritus sanctus expressisse videtur,

a Psalm. 1.
b Esai c. 34. v. 14. 15.
c Daniel. c. 6.
d Apoc. c. 9. v. 1.
e Ezech. 16.
f Leuitic. ca. 8. v. 21. & ca. 1. 20. v. 2. 3. 4.
g Apoc. c. 17. v. 1. & 15. c. 19. v. 2.
h Apoc. 8.
i Psal. 108. v. 18.
k Esaiæ c. 51. v. 17.
l Ieremiæ. c. 25. v. 15.
Descriptio hæreticorum per varia nomina scelerum multitudinem, & grauitatem eorum exprimentia secundum scripturas.
m Matth. 7.
n Esai.
o S. Paul.
p Apoc. c. 6.
q Orig. hom. 6. in exod.
r c. 15. v. 1.
s Ephes. 6.

A quam cum illos arcano, mysticoque sensu locustas esse dixit. Sed quas & qualiter efformatas, & compositas, audiamus ipsum vitæ spiritum per os Apostoli prophetæ in sua Apocalipsi loquentem. [t] *Et similitudines,* scilicet formæ, *locustarum,* scilicet erant, *similes equis paratis ad prælium, & super capita earum tanquam coronæ similes auro, & facies earum tanquam facies hominum, & habebant capillos sicut capillos mulierum, & dentes earum sicut dentes leonum erant, & habebant loricas sicut loricas ferreas, & vox alarum earum sicut vox curruum equorum multorum currentium ad bellum, & habebant caudas similes scorpionum, & aculei erant in caudis earum.* Recte quidem hęreticorum atrox, varia, multiplicataque peruersitas per hanc cum locustis similitudinem à spiritu Sancto vetustorum, sanctorumque doctorum testimonio describitur: quod locusta bestia sit

B perniciosa valde, herbisque nociua virentibus, testantur ista quę de ruina, & pernicie arboribus, herbisque florentibus à locustis allata [u] Exod. 10. commemorantur. *Nihil omnino virens relictum est in lignis, & in herbis terræ in cuncta Ægypto.* Eodem plane modo, sed multo nocentiori exitiosoque magis, hæretici quidquid fidei, & sanctitatis viride, florensque est in omnibus terræ climatibus, in quibus Sancta, catholicaque religio radices egit, comminuere, corrodere, ac funditus extirpare conantur. Quod iam sæpius in variis orbis Christiani partibus fecisse eos immanius, exigentibus Christianorum peccatis, Ecclesia Sancta, Catholica Romanaque mater sponsa Christi castissima tristissimè lamentatur, & luget.

C Coronæ vero similes auro super capita locustarum quid aliud designant, quam detestabilem hęreticorum hyprocrisim, & iniquam crudelitatem, pietatis religionisque specie velatam? Quas sub principum regumque, quos in suæ iniquitatis mysterium pellectos deprauarunt, authoritate, Dei Ecclesiam thronumque eius Apostolicum, Pontificiamque Monarchiam cum fidelium catholicorum salutis interitu, crudelissime persequuntur. Ideo coronæ illę non aureæ, sed similes auro esse dicuntur, quia hæretici in opprimenda Christi fide eiusque vicarij principatu, fidei zelum, charitatisque simulant: cum interius perfidiæ, infidelitatis, diuinique odij cum horrore virtutum, contagione polluantur, pesteque contabescant: sicque prętextu pietatis errores suos, impiaque dogmata disseminando omnia

D iura diuina, humanaque violare conantur. At quid illę hominum facies, quas cum dentibus leonum locustæ illæ gestare dicuntur, aliud quam hæreticorum in specie hominis feritatem, & immanitatem belluæ designant? Et cum dentes in sacris scripturis concionatores intelligi soleant, profecto dentes illi leonum, quos locutæ illę gestabant concionatores, atque prædicantes hæretici intelligi debent, de quibus [x] Iob cap. 41. de Leuiatam loquens ait, *per gyrum dentium eius formido.* Quem locum de falsitatis magistris impostoribus hæreticorum prædicantibus exponens sanctus Gregorius hæc in nostræ confirmationem sententiæ produxit. [y] *Dentibus Leuiatham errorum magistri figuratur, quia repro.*

Pulchra hæreticorum cum locustis prodigiose efformatis & apparatis comparatio
t Apoc. c. 9. v. 7.
Hæretici cum locustis comparantur.
u Exod. 10. v. 15.
Impietas hæreticorum in opprimenda religione catholica.
Hypocrysis hæreticorum in oppugnando Ecclesiam. Quam designant coronæ similes auro super locustarum capita.
Item facies hominis, & dentes leonis hæreticorum significant feritatem hypocrisi tectam.
x Iob. c. 41.
y L. 3. moral. c. 29.

borum vitam mordendo dilaniant, & eos ad veritatis integritatem ſubductos in ſacrificio falſitatis mactant. Sed quid per capillos mulierum quos locuſtæ geſtabant aliud quam horrendas hæreticorum libidines, luxurias fœtidas, omnemque effœminatam viuendi laſciuiam interpretari poſſumus? Solent enim communiter hæretici maximè dogmatizantes perditorum magiſtri libidinibus inflammari, languidis liqueſieri voluptatibus, propter quæ hæreſis ſæpe in ſcripturis infami meretricis appellatione exprimi, atque deſignari ſolet.

Per capillos mulierū quos locuſtæ portabant luxuria hæreticorum deteſtandaque libido ſignificatur.

Quæ laſſata viris nunquam ſatiata receßit:
Atque lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Iuuenal. de Meſſalina vxore Claudij.

Meretrix inquam grauidata ſpiritu falſitatis, vt ex [a] ſancto Bernardo ſupra notauimus: quam vnus de ſeptem Angelis, qui habebant ſeptem phialas S. Ioanni de mādato Spiritus S. demonſtrauit. [b] *Veni oſtendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati ſunt reges terræ, & inebriati, qui habitant terram de vino proſtitutionis eius.* Meretrix in fronte ſignata nomine mille blaſphemiarum, quę dum legitimum fidei thalamum fœda proſtituere apoſtaſia, atque prauorum dogmatum libidine contendit, etiam ad bonorum morum impudica licentia exitum, ruinamq; furenter aduolans, turpibus luxuriæ carnalis illecebris ingurgitatur. Ex quo quam vere ſanctus Hieronymus illud dixerit, apparet. [c] *Difficile eſt inuenire hæreticum, qui amet caſtitatem.* Tertullianus contra Hermogenem hæreticos ſpiritus, & carnis adulteros appellauit. [d] *Toti ſunt*, inquit *adulteri ſcripturæ, & carnis.*

a S. Bernard.
b Apoc. c. 17. v. 1. 2.
c I ne. 9. Oſe.
d Tertul. contra Hermogenem.

Sed aliud in his fœminarum capillis, quibus ornatæ locuſtæ apparebant myſterium latet, quo cauillationes fraudeſque hęreticorum, in corrumpendis Sacrarum ſcripturarum ſenſibus, intelligentiiſque deteguntur; qui inſtar fœminarum polientes, comentes, & ornantes errores ſuos aliquo veritatis, pietatiſque ſimulatæ fuco, in ipſius fidei ſanctitatiſque Chriſtianæ fraudulenter adita penetrant, vt ea poſtea abiecta modeſtiæ ſimplicitatiſque fucatæ larua, mendaciorum, erroneorum dogmatum, blaſphemiarumque ſuarum gladiis flammiſque deleant, & in eorum interitu, ruinaque fidelium populorum ſalutem crudeliter extinguant, extinctamque in religionis catholicæ hæretica proſtitutione defunctæ tumulo ſepeliant. Sine quo fuco nunquam infœlices iſti Antichriſti miniſtri, ſolerteſque myſterij ipſius voluntatis immaniſſimæ ſatellites, ſui fœtores iniquitatis cum ſcelerati effectu voti deſideriique ad perdendas credentium animas exhalarent. Neque ſuarum hæreſeon, dogmatum execrandorum deliria, vel monſtra potius omni pulchritudinis orbata ſpecie præ fœditate, atque turpitudine eliminare foras ac educere, vt vellent, impudenter auderent. Non ſic de virtute Chriſtiana, fideque catholica non ſic, quæ ab omni fucata pulchritudine fortiter auerſa, ſe ipſa, ſuaque nuditate formoſiſſima eſt, & ad demulcenda pro ſalute ſua populorum corda, animaſque potentiſſima. Quod his verbis [e] Diuus Bernardus in hæc verba cap. 1. canticorum. *Collum tuum ſicut monilia*, præclarè, & eleganter expreſſit. *Solet ornari collum monilibus non ipſis comparari: ſed hoc illa faciunt quibus quia de proprio non ineſt decor, aliunde neceſſe eſt, vt mendicent, unde ſe ſpecioſas mentiantur: nam ſponſæ collum ita in ſe ipſo formoſum & tam decenter quaſi natura formatum eſt, vt extrinſecus non requirat ornatum. Vnde ſponſus non dixit, à ſponſæ collo pendere monilia, ſed ipſum potius eſſe ſicut monilia. Collum intellectus eſt*, &c. *Hoc igitur* (paulo poſt pergens S. Pater ait) *ſponſæ collum, id eſt purus & ſimplex intellectus cum nuda, & aperta veritate ſatis decoris per ſe ipſum retineat, non indiget ornamento.* Paulo poſt. *Hæreticorum vero intellectus non habet hunc in ſe puritatis, veritatiſque nitorem, & ideo multam curam gerunt ipſum colorare & fucare phaleris verborum, & verſutiis ſyllogiſmorum, ne ſi nudus appareat, falſi etiam appareat turpitudo.* Hæc pius ac mellifluus doctor, contra fucos, fraudeſque hęreticorum in colorandis ſpecie veri ſuis execrandis erroribus.

Fraus hæreticorum vt ſpecie veritatis ſcripturas corrumpere, & in hac corruptione fidem Chriſtianam cum ſalute Catholicorum perdere poſſint.

Fides catholica, atque Romana nuditata ſuâ pulcherrima & ad cōuertendas animas potentiſſima: non ſic hæreſis.

e S. Bernard. ſerm 41. ſuper cant. ca. 1.

Not. concept. cur ſponſæ collum dicatur ſicut monilia: Collum ſponſæ intellectus eſt.

Cur.

Loricæ illæ ferreæ, quibus armatę locuſtæ veſtiebantur induratum hæreticorum cor, & nefarium animum obſtinatione pertinaciaque corroboratum, tanquam lorica ferrea repræſentant: ne in gyrum matris Eccleſiæ, in ſalutaris portum veritatis, vitæque integritatis ab impia, ſcelerataque vita vndique ſcatente flagitiis egreſſi reuertantur. Quæ pertinacia obduratioque cordis tumultuoſa ſemper eſſe ſolent, turbulentiſſimis animorum perturbationibus iactatæ, nullo tempore hæreticos quieſcere ſinunt, criminum ſuorum.

Pertinatia induratumque cor hæreticorū per loricas ferreas locuſtarū deſignantur.

Nocte, dieque ſuum geſtantes in pectore teſtem.

Qui tumultus interius ſceleratas hæreticorum animas agitantes horriſoni, per vocem alarum locuſtarum ſimilem voci curruum equorum multorum currentium ad bellum expreſſi monſtrantur. Qui iſtorum *terrificant animos, nec inania in eorum viſceribus, murmura miſcent. Quos ſua fraus, & ſuum ſcelus maxime verſat, ſuæ malæ cogitationes & errores exedunt.* Quos ſuorū in Deum, in ſanctos eius, inque eius gloriæ, ac ſanctitatis thronum in terris Apoſtolicā ſedem, conatuum furor amentiaque afficiunt: quæ tanquam furiæ domeſticæ dies nocteſque criminum in Deum, Eccleſiamque matrem, pœnas ab iſtis ſceleratiſſimis filiis repetunt. Sed quid ſibi volunt, quidue nobis denuntiant iſtę locuſtarum caudæ ſimiles ſcorpionum, & aculei in caudis earum, niſi inſanabilem hæreticorum Eccleſiam Dei perdendi, continua perſecutione atque certamine diro, ſine vlla armorum ceſſatione, bellandique intermiſſione cupiditatem magna crudelitate rabieque furentem? Vbique omni tempore occaſiones Apoſtolicæ ſedis glorię, ſanctitatiſque extinguendi lumen, deuotorumque huic ſanctiſſimo in terris Chriſti Domini throno fidelium ſaluti per mille fraudes, proditiones, arteſque nefarias inſidiandi quærentium? Quod profecto luce clarius ita eſſe comperiemus, ſi cum [f] Plinio conſideremus ſcorpionem huius eſſe conditionis diræ, naturæque crudelis in eos, quos aculeo venenato ferit, *Vt grauiore ſupplicio lenta per triduum morte conficiat. Cuius ſemper cauda in ictu eſt, nulloque momento meditari ceſſat, ne quando deſit occaſioni: ferit & obliquo ictu, & inflexo.* Quid his ad varios, eoſque crudeles, perfidos, proditorioſque in Eccleſiam ſanctam, Chriſti ſponſam, eiuſque filios Catholicæ profeſſionis integros ſæuiendi, bacchandique hæreticorum dolos, & modos exprimendum ſignificantius, & ad eos perſpicue noſtris ſubiiciendum oculis efficacius dici excogitariue poteſt? Ac primum quis omnes in vniuerſum hę-

Tumultuoſa, & inquieta hæreticorum mens perturbationibus tanquam furiis agitata per vocem alarum locuſtarum expreſſa.

Conſcientia mala nullus tortor grauior.

Inſatiabilis hæreticorum crudelitas, & cupiditas ferina Eccleſiam Chriſti einſque fideles filios perdendi deſcribitur & deſignatur per caudas locuſtarum ſimiles ſcorpionum aculeis multis aſperis armatis.

f Plin. l. 11. hiſt nat. c 25.

Crudelitas ſcorpionis in necando hominem, & dolus malignus.

reticos præsertim hæresiarchas,& prostitut meretricis prædicantes, atque ministros callidissimos, maximeque fraudulentos esse nescit, inflexo, atque obliquo scorpionum instar ictu ferientes? Propter quos perniciosos, immanesque dolos alia similitudine vulpibus Ezechiel propheta comparauit. [a] *Quasi vulpes in deserto propheta tui* (scilicet falsi) *Israel.* Et Salomon in canticis. [b] *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas*, nam *vinea nostra floruit.* Qood de hæreticis sanctus Ambrosius, & Theodoretus interpretãtur, vbi obseruandum [c] cum sancto Ambrosio causam rationemque hanc, scilicet, *nam vinea nostra floruit*, à propheta fuisse datam, propter quam vulpes, scilicet hęretici fraudulenti, crudelesque instar vulpium capi exterminarique debeant. [d] Quod hæretici florentibus vineis, id est simplicibus Catholicis, adhuc in fide teneris multò perniciosius officiunt, sed adultis iam vitibus scilicet perfectis in fide atque solida veritatis intelligentia bonis irrigata moribus, virtutumque operatione firmatis nocumento esse minime possunt. Sed vt ad scorpionum feritatem, crudelitatemque redeamus, quemadmodum scorpio in arcum se componit ad lethale vulnus infligendum, aculeoque venenato tanquam sagitta percutiendum: Sic hæretici veneno aspidis infernalis aculeati diuinarum scripturarum in prauos sensus contortarum arcum ad simplices fidei catholicæ professores suæ venenatę doctrinæ telo vulnerandos intendũt, iuxta illud Regij prophetę vaticiniũ [e] *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcũ, parauerunt sagittas in pharetra, vt sagittent in occulto rectos corde.* Quem locum de hęreticis dolosis fraudolentisque crudeliter in hunc [f] Psalmum, & alibi [g] Diuus Augustinus exponit. De quorum fraude, ingratitudine, amẽtia crudeli sic Deus Oseæ 7. conqueritur. [h] *Ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum, & in me cogitauerunt malitiam; reuersi sunt vt essent absque iugo, facti sunt quasi arcus dolosus.* Quam Dei querelam in hunc locum [i] sanctus Hieronymus obseruauit. [k] Scribit Apollodorus quosdam esse scorpiones sæuissimos geminos aculeos in cauda gestantes: quibus lethifero incautos vulnere sauciant. Tales sunt hæretici præcursores Antichristi, qui quos suæ iniquitatis Antichristianæ veneno contaminant, multis difficultatibus miseriisque perculsos irretiunt, atque constringunt, vt postea tormentis æternis mancipatos ingurgitent, vt admodum accommodate illud Eliphę amici Iob in eos quadrare videatur. [l] *Vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores & metunt eos flante Deo perisse. Siquidem,* [m] sicut sanctus Gregorius exponit, *dolores seminant qui peruersa agunt, dolores metunt, cum de eadem peruersitate puniuntur. Fructus autem doloris est retributio damnationis.* Propter quod ita sapiens admonet. [n] *Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplum.* Per sulcos iniustitię carnis desideria, prauique motus animi significantur, quibus qui fomentum per mala opera ministrant, metent ipsi tandem septuplum, id est infinitam malorum segetem, quæ amarissimos fructus scilicet inferni cruciatus, in æterna secula prorogabit. Estque germanum scorpioni, semper ictum venenatæ caudæ meditari, & illũ quacumque oblata occasione ad vibrandum iaculandumque componere; sic corrupta hęreticorum

a Ezech c.13. v.3.
Propter supra dictam rationem hæretici vulpibus comparati.
b Cant 2.
c D Ambros. serm. 11. in Psal. 118.
d S. Ambros. ibid. supra
Hæretici vt scorpioni occulto feriunt rectos corde.
e Psal. 10. v. 2.
f D August. in Psal. 10. v. 2.
g D. August. Epist 48 ad Vincentium Donat.
h Oseæ c.7. v.15.
i In Oseam c. 7. v 15.
k Apollodorus.
Sæuiores scorpiones in cauda duplicem gestant aculeum.
His hæretici similes.
l Iob. 4 v. 8.
m S. Greg 5. 15. moe.
Quos hæretici in hoc mundo suorum errorum telo vulnerant in altero æternam illis damnationem causantur.
n Eccles. c.7. v.3.

A vita ingeniumque confidens, mali semper funestique nonnihil contra sanctam Christi sponsam, fidelium omnium matrem Ecclesiam proditorie crudeliterque machinatur, vt quacumque ratione possit atque via eam cum pastoribus suis præcipue pastorum principe Rom. præsule grauissimatum calamitatum tempestatibus obruat. O quanta scelera, & quanta immania criminum monstra in hominum hæreseon peste coinquinatorum cordibus tanquam belluę, vel potius furiæ crudelissime stabulantur! Quamque propterea digni hæretici, qui à duce diabolo in bellum contra Deum, Ecclesiamque Christi ducuntur, cumque eo duce sæuissimo in ęternæ damnationis profundum pręcipitati demergantur! hunc ducem hæreticorum esse diabolum satis manifeste propheticus Apostolus indicauit, B cum de locustarum hęreticos repræsentantium rege dixit. [o] *Et habebant super se regem Angelum abyssi cui nomen Hebraice Abaddon, grece autem apollyon, latine habens nomen exterminans.* Quid per Angelum abyssi nisi diabolus intelligi potest, funesto ab operibus suis immanibus nomine cognominatus Abaddon? quod perdens Hebraice, Chaldaiceque sonat? à radice Abad, quod est perire, & in coniugatione, Pihel, perdere, quod Græce per vocabulum ἀπολλύων expremitur à latino interprete dictum exterminans? Quod ipsi inimico homini qui superseminauit in agro Domini, Ecclesia nempe, super bonum fidei, pietatisqoe semen, iniquitatum multarum zizania, nullum iucundius exercitium, nec ludus suauior, quàm extrema salutis hominum, partim per se, partim per ministros suos hæreti- C cos aliosque mysterij Antichristianæ impietatis operatores inflicta, & procurata ruina exitiumque possit afferri?

Vt iam nobis iustius, atque verius de hæresibus, earumque obstinatis professoribus, cultoribusque, nefandis Antichristi præcursoribus, quam poetæ Latino de harpyis effari liceat.

> [p] *Tristius haud illis monstrum, nec sæuior vlla*
> *Pestis, & ira Deum stygiis sese extulit vndis.*

Quæ vultu virgineo fraudulenta nempe specie recti fallunt, produnt, cauillantur, cunctaque diuina, & humana fædant, atque funesto exitu pessumdant. Propter hoc hæresim semper aliquod publicum crimen vtriusque lęsæ maiestatis diuinæ & humanæ facinus nefandum extremo mactandum supplicio imperatores religiosi, Christiani principes, alijque pij catholicæ religionis rectores esse iudicauerunt. Teste sit illud memorabile, & religiosum Honorii imperatoris edi- D ctum, cuius aciem instar fulguris coruscantis in hæreticos sui seculi distrinsit in gratiarum actiones Deo factas ob partam diuinitus mirabilem de Rhadagayso tyranno victoriam. In quo hæc inter alia optimus imperator. [q] *Huic itaque hominum* (scilicet hæreticorum) *generi nihil ex moribus, nihil ex legibus sit commune cum cæteris. Ac primum quidem volumus esse publicum crimen: quia quod in religionem diuinam committitur in omnium fertur iniuriam.* Subdit post hæc imperator: [r] *in mortem quoque inquisitio tendat: Nam si in criminibus maiestatis* (scilicet humanæ) *licet memoriam accusare defuncti, non immerito & hic*, hæreticus scilicet, *debet subire iudiciũ. Ergo & suprema illius scriptura irrita sit siue testamento siue codicillo, siue epistola, siue quolibet genere reliquerit voluntatis. Qui aut Manichæus*

Hæretici sicut scorpiones semper bonis insidias struunt.
Hæreticorum dux atque rex diabolus.
o Apoc. c. 9. v. 11. 12.
p Abaddon quid significat.
Hæresi nullũ monstrum immanius.
p Æneid. 3.
Hæresis publicum crimen vtriusque læsa maiestatis diuinæ & humanæ rea.
q Edictũ Honorij imp. contra hæreticos l. 40. de hæreticis Theod.

Crimine hæreſeos nullum peius.

a L. 1. Ep. 1. quæ eſt ad Steph. Papã n. Ep. 72.

aut Phryga, aut Priſcillianiſta fuiſſe conuincitur. Quo publico hæreſeos crimine ſceleratius nullum eſſe ita ſanctus Cyprianus oſtendit.[a] *Quod maius eſſe poteſt delictum, aut quæ macula deformior quàm aduerſus Chriſtum ſtetiſſe? quàm eccleſiam, quam ille ſuo ſanguine parauit, & condidit diſſipaſſe? quàm euangelicæ pacis, & dilectionis oblitum, contra vnanimem, & concordem Dei populum hoſtilis diſcordiæ furore pugnaſſe? qui etſi poſtmodum ipſi ad eccleſiam redeunt, reſtituere tamen eos, & ſecum reuocare non poſſunt, qui ab eis ſeducti, & foris morte præuenti extra eccleſiam ſine communione & pace perierunt, quorum animæ in die iudicij, de ipſorum manibus expetentur, qui perditionis authores & duces extiterunt.*

Hæreſis nõ partem religionis Chriſtianæ ſed totam exterminare contendit.

b Felix 1. Ep. ad Paternum Epiſc.

Quod vero ſanctus Cyprianus hæreſi nullum grauius crimen aſſerat, non ſine iuſta ratione cõfirmauit ſanctus Felix[b] Papa primus epiſtola pri. ad Paternum epiſcopum, cum non partem eccleſiæ, atque religionis Chriſtianæ, ſed totam penitus hæreſis labefactare atque funditus euertere moliatur: vt clariſſime his verbis oſtendit. *Hęreſis nimis eſt impia, & Euangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, ſed ipſa Chriſtianæ religionis conatur fundamenta conuellere; quoſcunque enim rapit ad ſe non ſolum in hoc vitiũ, ſed in multa alia vitia ruere facit, & ipſo ſuadente antiquo hoſte, non ſolum perſecutores eccleſiæ, ſed etiam ſacerdotes ipſius* (ſcilicet diaboli) *fiunt.* His igitur atrociſſimis hæreticorum ſceleribus, quæ eos in Antichriſti enormitatem transformant, attente diligenterque conſideratis, quæ labes ignominiæ nomini ſanctiſſimi fidelium parentis à calumnijs, petulantiſſimiſque iſtorum maledictis inuri poteſt? Quin potius maximæ laudi honorique huic ſupremo eccleſiæ rectori datur à tam flagitioſis Antichriſti ſatellitibus iniuriarum, blaſphemiarumque mole grauari, neque enim illi aliter hæretici forent niſi tanto paſtori ſaluatoris noſtri vicario in ſuis perfidiæ, maledicentiæ, rebellioniſque armis obluctarentur. Maledicta quippe improborum, iuſtorum benedictiones ſunt; & ſicut à laudato viro laudari glorioſum, ſic ab impio vituperari honorificum. An Chriſti Domini innocentiæ, vitæque ſanctitati quid detractum fuiſſe cenſere quis iure poſſet, quod Iudaicæ gentis improbiſſimæ blaſphemiarum plauſtra patientiſſime pro nobis tolerare voluerit? Au ipſius ſaluatoris noſtri diuinæ patientiæ, ſanctitatiſque minus in fine mundi gloria fulgebit, innocentiæque peccare neſciæ, radij debiliore luce coruſcabunt, quoniam in eum homo peccati Antichriſtus, erroris, & improbitatis armatura, tanquam diploide veſtitus, omnes dæmoniorum exercitus ex inferis euocabit? Qui mendaciorum, maledictorum, iniuriarum, ſacrilegiorum blaſphemiarumque omnium iaculis, teliſque eum confodere, eiuſque membra vitia fideles cum capite viſibili, eius vicario diſcerpere, ab illius corpore quod eſt eccleſia diuellere, omniaque in religione catholica flamma, ferroque delere conabuntur? Vt in ſanguine omnium Chriſtianorum, vniuerſam eius fidei, religioniſque lucem crudeliter extinguant, extinctamque æternis errorum, impietatumque tenebris abſorbeant? Si Satanas eiuſque Angeli dæmonia ipſum mundi ſaluatorem, ſplendorem lucis æternæ, ſapientiam increatam, ſed incarnatam, regem regum ac Dominum dominantium, in quo

3 Pars. Abominatione ſcelerum hæreticorum conſiderata laudi, ac gloria magna datur Rom. Pontifici à talibus vituperari, & conuiciari.

Non plus ſuis iniurijs, blaſphemijſque hæretici Rom. Pontificis honori nocent, quam Chriſti gloria in fine mundi Antichriſtus.

A dolus eſſe non potuit, nec in eius ore mendacium inueniri, natura impeccabilem, & vt loquitur ſanctus Dionyſius[c] *οὐσίαν ἀγαθότητος eſſentiam bonitatis*, per Iudæos reprobos, inſenſatos, ac incircunciſos cordibus, tanta cum mole cumuloque iniuriarum, opprobriorum, calumniarum crudeliſſimarum, blaſphemiarumque nefandiſſimarum perculerint, & oppreſſerint: quid mirum ſi iidem principes tenebrarum, ſpiritualia nequitiæ hodie, ſicut ſemper, ipſius Domini virtutum regiſque gloriæ ſempiternæ vicarium in terris ſummum Eccleſiaſticæ Monarchiæ ſub illo rectorem, per hæreticos ſimibbus maledictis, iniurijs, furoribuſque perſequantur?[d] *Cum nulla poſſit eſſe conuentio Chriſti ad Belial, nec lucis ad tenebras, nec pars fideli cum infideli, nec conſenſus templo Dei cum idolis,* Nec eccleſiæ Chriſti immaculatæ cum ſynagoga Satanæ, nec vicario Chri-
B ſti cum mẽbris, & præcurſoribus Antichriſti. *Sicut cohærere non poteſt*, vt cum ſancto Cypriano[e] loquar, *Amaritudo cum dulcedine, caligo cum lumine, pluuia cum ſerenitate, pugna cum pace, cum fœcunditate ſterilitas, cum fontibus ſiccitas, cum tranquillitate tempeſtas.* Sic denique ſanctiſſima religionis Chriſtianæ ſedes, Chriſti Domini ſponſa, ſpiritu veritatis grauida, pietatiſque prole fœcunda, cum meretrice purpurata Apocalypſeos hæreſi ſanguine innocentum Chriſtianorum ingurgitata, ſpiritu falſitatis inflata, multiplicato, millieſque iterato iniquitatis, ſceleriſque partu fædata, quæ ſunt diabolicæ *Veneris monumenta neſanda*, tantiſper conſentire, aut aliqua inire fœdera perhorreſcit.

c L. de diuinis nominibus c. 2.

d 2. Corinth. c. 6. v. 15.

e L. de vnitat. Eccleſ.

Sed hæc hactenus de hæreſi hæreticiſque in genere vere propterea Antichriſtis. Sed an No-
C uatores noſtri de putridis Lutheri, Caluinique paludibus, ſicut bufones exorti minori an potiori iore, quam veteres hæretici Antichriſti dicendi ſint, ac veri Antichriſti membra, deque eius ſpiritu credi cenſerique mereantur ſequenti capite ſciſcitari negotium nobis incumber.

CAPVT IX.

Nouatores, Lutheranos, & Caluiniſtas verius ac iuſtius quam veteres hæreticos Antichriſtos dicendos eſſe, viri Antichriſti membra & miniſtros, capitibus ſequentibus demonſtratur.

D 1. *Perfidia, & impietas horribiliter blaſphemans in Deum, poſita in capite factionis nouatorum, nota maxima Antichriſti.*

DVæ baſes, & fundamenta præcipua ſuper quæ ſuę iniquitatis myſterium homo peccati Antichriſtus agitare, & operari ſine mora feſtinabit maturabitqoe, ſunt perfidia, & impietas: illa in hypocriſi, & verbis mendacij ſanctos homines fallet, & Deo illudet; hac homines corrumpet, & Deũ tot maledictis blaſphemiiſque laceſſet, & offendet, vt illius cultum de hominum cordibos auferat, tollatqoe de medio terræ quò facilius ſe ip-

Duo fundamenta myſterij iniquitatis Antichriſti perfidia & impietas in Deũ.

a 2. Thess. 6.

sum extollat, [a] *super omne id quod dicitur Deus,* quibus tāta Nouatorum hæresis, & irreligio subnixa, firmataque, multis terræ partibus grassata furiarum instar debacchando, æternam infinitarum prope animarum salutem sceleratissimè depasta est. Nam solemnia vota Deo facta violare, datam fidem frangere, fallere homines periurio, & Deum perfidia contēnere & deserere, Caluini, sicut ante eum Lutheri doctrina docet, & iubet. [b] Sic enim magnus ille, & execrabilis nouatorum Galliæ Patriarcha in institutionibus loquitur, *fractæ fidei, & periurij grauiter accusantur.* (scilicet illi impii apostatæ, qui à Deo religioneque catholica, & à suis monasteriis in sceleratam Caluinistarum sectam apostatantes exorbitarūt) *quod vinculum, vt vulgo creditur, insolubile, quo erant Deo, & ecclesia obligati abruperint; at ego nullum fuisse vinculum dico vbi quod homo confirmat,* (sic de ecclesia Christi Domini loquitur) *Deus abrogat* (scilicet Deus Caluinistarum qui diabolus est) *Deinde demus fuisse obligatos cum ignoratione Dei & errore implicitis tenerentur.* Sic impie in religionem catholicam blasphemat. *Nunc postquam veritatis notitia sunt illuminati* (scilicet tenebris erroris, & impietatis Caluinianæ detestabili caligine inuoluti) *simul Christi gratia liberos esse dico.* (Id est diaboli fraude peccatorum, errorumque seruos factos.) *Nam si tantam efficaciam habet crux Christi, vt à legis diuinæ maledictione, qua vinctis detinebamur, nos absoluat: quanto magis ab extraneis vinculis, quæ nihil sunt quam captiosa Satanæ retia,* (sic vocat abiurationes à pompis Satanæ iuramenta Deo, & ecclesiæ facta, atque fidei professiones in medio templorum Dei solennes) *nos eruet?* Si vnquam Romani de Chartaginiensibus cum de pace cum illis facienda disceptaretur, pleno senatu iuste dicere potuerint, *per quos Deos fœdus ictum iri essent, cum omnes eos, per quos ante ictum esset fefellissent:* [c] quanto iustius hoc de Caluinistis, Lutheranisque nobis dicere licebit? Quibus adeo familiaris perfidia, cordique est, vt triomphum agant, si quos huius perfidiæ dolo fefellerint. De eorum in Deum impietate quid dicam? Caluino Deus hypocrita est fraudulentus, deceptor, tortorque crudelissimus, qui eius iudicio omnium malorum scelerumque, propter quæ homines suppliciis mancipantur æternis, author est, & causa efficax, non solum per permissionem, cui contra doctores orthodoxos irrisione superba hæresiarcha nefarius insultat hæc, deprauando scripturas, blaterans, & effutiens. [d] *Sed nihil clarius potest desiderari, quam vbi toties pronunciat se excæcare hominum mentes, ac vertigine percutere, spiritu soporis inebriare, incutere amentiam, obdurare corda.* Post hæc addit. *Hæc etiam ad permissionem multi reijciunt ac si deserendo improbos à Satana excæcari fineret. Sed cum diserte exprimat iusto Dei iudicio infligi cæcitatem, & amentiam nimis friuola est illa solutio.* Respicite Caluinianæ impietatis excessum, non Satanæ, non corruptæ hominum voluntati, sed ipsi Deo natura essentiaque bono, vt causæ principali, & efficaci sceleratæ turpitudinem actionis ascribentis, ita contra expressa sanctorum patrum testimonia, ecclesiæ vniuersalis decreta, puros sacrarum literarum sensus, à spiritu sancto inspiratos, non insulso vt hæresiarcha loquitur, sed execrabili cauillo spiritus erroris adulterantis. Certe cum principalis criminus operator, & efficax actor, eo longe sit

In his duobus fundamentis sita nouatorū irreligio & hæresis.

Perfidia Caluiniana.

b Caluinus l. 4. institut. c. 13 §. 26. in principio.

Caluini doctrina periurium perfidiamque docet, & iubet.

c Liuius decad 3. l. 3.

Impietas Caluinistarum sequentium magistrum iniquitatis Caluinum horribiliter blasphemans.

Caluino Deus sceleratus & impius qui in hominibus scelere efficaciter causatur.

d Caluinus l. 1. institut. c. 18. §. 2.

A nequior, qui tantum per accidens, aut vt instrumētum manum ad opus impium non sponte, sed coacte porrigit; quis non clarissime videat Deū, Caluini sententia, ipso dæmone, atque Satana esse sceleratiorem? Quid igitur istæ Caluini blasphemiæ in Deum horribiles aliud intendunt? [e] *Fateor quidem,* inquit, *interposita Satanæ opera, sæpe Deum agere in reprobos, sed vt eius impulsu Satan ipse suas partes agat & perficiat, quatenus datum. Spiritus malus turbat Saulem, sed dicitur esse à Deo, vt sciamus furorem Saulis à iusta Dei vindicta prodire. Dicitur etiam idem Satan excæcare infidelium mentes: sed vnde hoc, nisi quod à Deo manat efficacia erroris?* Quis execrabilior hac Caluini impietate horribiliter in Deum blasphemante Satanismus non dici modo sed ne excogitari, fingique potest? O impietas Caluiniana, solidissimum mysterii

B Antichristianæ iniquitatis fundamentum! Sed obseruate præterea qualem Deum nobis fingit, formatq; in spectrum veluti crudelissimi monstri Caluinus, hypocritam scilicet, fraudulentum, sitientem sanguinem hominum, animarumque interitus immanissimum patratorem. Cum cogit agere homines ea flagitia, quæ lege sua palā prohibet, vt damnentur? [f] Num Caluino præter veritatem quid affingimus? Noone hæc ipsius verba sunt? *Occulto consilio decreuit Deus, quæ lege sua palam vetuit.* Et sequenti §. [g] *Iusto Dei impulsu agit homo quod sibi non licet.* Cōsiderate rursus Dei, quem Caluiniana fabricauit impietas, extremam crudelitatem, homines sine vllis suis demeritis in damnationis æternæ baratra suo nudo arbitrio

C voluntateque præcipitantis, idcirco creatos ab illo vt sempiternis inferni ignibus damnati torrerentur. [h] *Non pari conditione,* inquit, *creantur, sed alijs vita æterna, alijs damnatio æterna præordinatur.* At binæ istæ ad mortem, & vitam æternam viæ secundum diuersa merita bona, & mala ordinantur à Deo? *Minime gentium,* inquit [i] Caluinus, [k] *Vbicumque regnat Dei beneplacitum, nullam in considerationem veniunt opera.* Et cap. 23. §. 1. [l] *Minime consentaneum est præparationem ad interitum alio transferre, quam ad arcanum consilium Dei.* Hoc verum quidem est, Caluine, sed supposita malorum operum, criminumque ab improbis commissione. *Nec hoc quidem dico,* ait Caluinus, *sed illud, homines nempe Dei* [m] *nudo arbitrio citra proprium meritum in æternā mortem prædestinari.* Nec hanc seueritatem, atrocitatemque pœnarum nulla subiecta criminis operatione præter Dei

D intentionem, præsentiam, voluntatemque factā fuisse arbitrari conuenit. [n] *Sed dico* (iterata vociferatione clamitat impius) *esse à Domino creatos quos ad exitium ituros sine dubitatione præsciebat, idque ita factum est, quia ipse voluit.* O impietas, diabolicam, blasphemiis superexaltans! tantorum scelerum prodigia, quæ dæmones ipsi cogitare solum de creatore suo perhorrescerent, ipsi Deo imputare! *Qui de suo,* vt ait [o] Tertullianus, *optimus est, de nostro iustus. Qui de suo vult omnes homines saluos facere, & neminem perire, de nostro; reddit vnicuique secundum opera eius.* Quid tu Caluine mendacij imposturæque D. Augustinum insimulare sine fronte, & impudenter audebis? quod dixerit; [p] *Bonus est Deus, iustus est Deus; potest sine bonis operibus liberare, quia bonus est, sed non potest sine malis operibus damnare quia iustus est.* Sed in his blasphemiis contra Deum impietas Caluini non sistitur, sed abominationis extremæ vires ac-

Sententia Caluini Deus sceleratior diabolo.

e Cal. l. 1. c. 18. §. 2.

Hypocrita fraudulentus crudelisque Deus in Caluino cogens mala facere homines quæ non vult vt damnentur.

f Calu. l. 1. c. 18. §. 3.

g Ibid. §. 4.

h Calu. l. 3. inst. c. 21. §. 5.

i Calu. ibid. §. 7

k Calu. c. 23. §. 1.

l Calu. c. 23. §. 1.

m Ibid §. 2. l. 3. c. 23.

n Ibi supra §. 5.

o Tertull. l. de resurrect. carnis.

p S. Aug. l. 3. contra Iulianum c. 18.

Impietas Caluini in Deum semper crescit blasphemiarum abominatione.

quirit eundo: cum non vult excusari homines à criminibus, & ab eorum pœnis liberari, ad quæ impulsu & voluntate Dei coacti proruunt & ab eorum operatione illis quamuis vellent recedere

a Caluinus l. 3 c.23.inst.§ 9

non datur. [a] *Excusabiles peccando haberi volunt reprobi*, inquit, *quia euadere nequeant peccandi necessitatem, præsertim cum ex Dei ordinatione sibi injciatur huiusmodi necessitas. Nos vero inde negamus rite excusari posse.* O dura necessitas! O seuerum, & intolerabile diuinæ maiestatis decretum! Si impietas Caluini detestabiles mendacii, blasphemiæque fætores non exhalaret! Si spiritus sanctus Caluinum nefarie mentitum prophetica voce

b Ecclesiast. c.15.v 21.

c S. Iacob. c 1. v. 13.

non confunderet! [b] *Nemini mandauit Deus impie agere.* Et illa Apostolica. [c] *Nemo cum tentatur dicat quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum est, ipse enim neminem tentat.* Si ad scelera proprio nutu nudaque volũtate homines pro- B uocaret, & vi inhumanis superiori facultatibus im-

d Sapien. 14. v. 9.

pelleret, quomodo iuxta sapientis oraculũ [d] *odio esset Deo impius & impietas eius*? Sed quis fidelium non stupeat & exanimetur ad has horrendas impietatis Caluinianæ blasphemias, saluatorem nostrum, qui in tantis tormentis vitam eum pretioso sanguine fudit, vt nos ab æterna morte liberaret, & cœlestis gloriæ participes efficeret, seductorem, deceptorem, fraudulentum carnificem hominum nominantis nefarièque criminantis? Quos ad se venire verbis compellat amicis, vt blandiendo fallat ac decipiat, deceptosque

d Calu. l. 3. inst c. 24. §. 13

perdat? Obstupescite ô cœli: ad horribilia hæc apostatæ scelerati maledicta. [d] *Ecce vocem ad eos dirigit*, scilicet Deus mundi redemptor, *sed vt magis obsurdescant, lumen accendit, sed vt reddantur cæciores, doctrinam profert, sed qua magis obstupescant, remedium adhibet, sed ne sanentur.* Siccine, C si Caluino credatur, redẽptor mundi sui pretiosi

Horribilia in Christum Dominum Caluini maledicta, ac blasphemia.

sanguinis pretiũ prostituit? Siccine tot acerbissimos passionis crudelissimæ labores toleratos cõtẽnit? Siccine tãtũ suæ mortis meritũ, valorẽque, huius fraudis immanis latua hominum deceptricis euacuat? Quis propterea à redemptore nostro malorum suorum, morborumque remedium petet, nisi qui sanari nollet, à miserijsque liberari nõ optabit? Quando Christum Dominum omnipotentem nostrarum medicum animarum, à patre luminum, de cœlo missum, omnes infirmitates nostras sanaturum Caluinus nequiorem illo facit medico, qui illudens ægrotanti suis remedium morbis flagitanti dicebat.

Si vis sanari de morbo nescio quali,
Accipias herbam, qualem sed nescio vel quam,
Ponas nescio quo, sanabere nescio quando.

O Nouatores miserabiles, quia volũtaria cęcitate perculsi! quin ad execrabilia tot tãtaq; contra D Deum, & Christum eios, magistri vestri in iniquitatis mysterio Caluini maledicta, blasphemiasque supra humanas improbitates erectas attenditis? vt vos à laqueis nefandissimæ illius doctrinæ liberetis, & extricetis? Si Caluino credatis quomodo Christo non discredetis? Si perfidiam eius sequamini, quomodo Christi fidem non eiu-

e S. Matth. c. 11. v. 28.

rabitis? Et dicenti vobis Christo, [e] *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Quid ad hæc magistri ac corruptoris animarum vestrarum insistẽtes vestigiis respondebitis? Nonne ista à fœda doctrinæ Caluinianæ colluuie deriuata? *Tu quidem, Christe, vocem ad me dirigis, sed vt magis obsurdescam! Lumen accendis,* A *sed vt fiam cæcior! Doctrinam profers, sed vt magis obstupescam! Remedium offers, sed ne sanari possim!* Quid igitur auribus meis iussa tua vocibus edita percipiam, vt effectu compleam? Cum ea in interitum meum, salutisque ruinam animæ meæ conspirent? Sed innumera alia blasphemiarum execrandarum in Deum Christumq; Dominum impietatis Caluinianæ, sicut Lotheranæ præter illa libro superiori c. 7. cõmemorata, portẽta recensere velle, quis modus, aut finis?

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox, omnes scelerum dicendo comprendere
formas.

Omniaque blasphemiarum Caluinianæ sectæ, mysterium iniquitatis Antichristi in terras venturi operantis, *percurrere nomina possem.* Vnum dicant, tantas esse veritatis vires, vt Sebastianos B Castalio factionis quondam Caluinianæ, tot obseruans in secta ac doctrina Caluini scelerum, mendaciorum, maledictorum, blasphemiarumque faces, ac pestes, recedens à tanto Satanę ministro Antichristi præcursore multa contra eum hæresiarcham scribens, multis rationibus iisque fortissimis persuasus concludere compulsus est: alium esse Deum Caluini à Deo Christianorum Catholicorum, imo omnino Caluini Deum oppositum contrariumque, *Deo vero Christianæ religionis atque Catholicæ societatis.* [f] *Duo sunt*, inquit, *Dij, alter verus Christianorum, alter falsus Caluinistarum.* Postea opponens vtrumque Deum inter se per varias antitheses inter cæteras istios meminit. *Sicut Deus Christianorum catholicorum pater est veritatis, sic contra Deus Caluini pater est mendacij, quippe qui sępe aliud in ore, aliud in pectore gerat.*

Alius Caluini Deus à Deo Christianorum Catholicorum.

f Castalio l. de prædestinat. contra Caluinum.

C

CAPVT X.

1. Hæresis Nouatorum multitudine errorum, impiorumque dogmatum fœdata, generalior omnibus priorum hæreticorum sectis, & factionibus, quod cum omnibus erroribus eorum maxima ex parte consentiat. Quod 21, exemplorum inductione manifestè probatur.



Actis igitur positisque duobus illis iniquitatis Antichristi, perfidia, & impietate fundamentis, quæ maxime nouatores D nostri Lutheri & Caluini sceleratissimorum Christianæ veritatis hostium, solertissimorumque Antichristi satellitum miserrima proles, ad extruendam, erigendamque suæ abominationis molem, turrimque confusionis hæreticæ maxime colunt, & affectãt; vt vere eos de spiritu Antichristi, eiusque membris esse credamus. Nunc ampliori probatione ad illius de qua agitur veritatis confirmationem procedentes, dicimus palamque prædicamus, nouatores nostros iustissimo titulo forma loquendi patrum SS. retenta, vere dici Antichristos, aut priscos omnes hæreticos, quos antiqua Christianorum pietas cane peios & angue detestata est, quosque spiritus sanctus propter ne-

fanda eorum dogmata, sceleraque contra Deũ, & Christum eius, contra castissimam sponsam eius ecclesiam, & immaculatum eius thorum, sedem videlicet apostolicam, contra supremum illius rectorem, aliosque catholicæ congregationis, vnitatisque ecclesiasticæ dignissimos pastores armata per Apostolorum SS. priorumque ecclesiæ patrum voces Antichristos appellauit, tam infamem, turpemque huius execrabilis Antichristi nominis titulum minime meruisse. Etenim cum omnium hæresum, quæ vnquam in orbe terrarum furiis agitatæ dæmoniorum grassatæ sunt, Nouatorum impietas, & hæresis à sacrilega, variisque errorum fætoribus putrida Lutheranæ, Caluinianæque imposturæ magis, quã doctrinæ colluuie cænoque exundans, & expressa generalissima sit, præcipuisque, ac enormibus erroribus dogmatis hæresibusque maxime detestandis scatens fætidè commaculetur: propter quæ veteres illi veritatis, fideique Christianę perduelles Antichristi dici à spiritu sancto promeruere. Quid causæ esse potest quominus hisdem coinquinati, fædatique criminibus, & erroribus quibus illi vetustæ ætatis hæretici, Antichristi nostri Nouatores appellentur? Omnes omnium priscorum mendacii, blasphemiæque opificum hæreses, erroresque nefarios ad id de quo agitur confirmandum, quorum hæredes atque propagatores facti sunt Nouatores nostri commemorare permagni laboris esset; quem hîc merito fugere debeamus, vt scribendi, dicendique mediocritati pareamus. Propterea sufficiat nobis ad plenam, legitimamque assertionis nostræ probationem, ex contagiosa, pestilentique innumerabilium prope errorum, theorematumque contra fidem bonosque mores nefariorum massa, sentinaque, quorum fætore detestabiles præteritorum hæreticorum sectæ nefandæque putruerũt, quædam breuiori, quam res tanta dici potest commemoratione replicare. Atque quantum mens mea longiùs respicere potest, & antiquarum hæreseon refricare memoriam, nullum, quantumuis antiquum, cæterisque vetustate præeuntem reperire possum hæreticum, in cuius exeeranda doctrina Caluinistarum nostrorum plusquam Lutheranorum non sint abominationis atrociter impressa vestigia. Nam quis hæreticorum antiquior proditore Iuda? Quis illo nomine Antichristi dignior? Nunquid nouatores nostri Caluinistæ cum eo scelerata impietatis sacramẽtariæ coniuratione fœderantur? Quis enim prior sacramentarius ipso Iuda? Nunquid primus sacrosancto Dominici corporis sacramento sacramentorum, memoriæ mirabilium Dei sua perfidia, & incredulitate bellum induxit? Vt hac ipse Dominus voce propria de institutione huius à se mirabilis corporis sui in Eucharistia mysterii loquendo, testatus est? *Sunt quidam ex vobis, qui non credunt; sciebat enim quis esset traditurus eum.* [a] Et ideo hunc diabolum appellauit, quanto magis Antichristum. [b] *Vnus vestrum diabolus est, dicebat autem Iudam Iscariotem.* Quem tanti mysterii irrisorem blasphemum his verbis regius propheta prædixerat. [c] *Egrediebatur foras, & loquebatur ad idipsum*, si Theophylacti espositioni credatur. Scribit [d] sanctus Augustinus Iudam proditorem Domini mysterium sacrosanctæ Eucharistiæ mirabile non intellexisse, quia credere noluit. Vt hominem prius Deo per fidem coniunctum esse debere monstraret, antequam in intellectu viuificaretur, sic verba Domini fideliter interpretatus. *Sunt quidam in vobis qui nõ credunt, & ideo non intelligunt quia non credunt. Propheta enim dicit nisi credideritis, non intelligetis.* Et alio in loco. [e] *Fides debet præcedere intellectum, vt sit intellectus fidei præmium.* 2. Si ab isto sacramẽtario proditore, diabolo, Antichristoque discedamus, nunquid omnium primum hæreticorum à diabolo in terras à passione Domini euomitum Symonem magum excitatumque ab inferis inueniemus? Quænam ipsius abominanda inter præcipua fuere dogmata? Nonne omnes liberi arbitrii vires elisit? [f] Nõne omne bonorum operum meritum valoremque euacuauit? [g] Blasphemando liberum esse hominibus agere quæcumque vellent, eisque persuadendo vt opera iusta, tanquam sibi omnino ad cælestium æternitatem præmiorum inutilia contemnerent? O vos reip. Christianæ faces, ac religionis catholicæ pestes [i] Luthere, & [k] Caluine! Nonne hæc vestra impietas, & errorum abominatio, quam per nouatorum nefarie crudeliterque à vobis seductorum pręcordia transfudistis? quamque tot annos per eosdem tanta cum feritate, atque barbarie omnia Christianorum bona, terras, ac vitam multo sanguine fusam ferro flammaque vastando prædicauistis?

3. Elimas magus Dei omnipotentiam oppugnabat crassa admodum friuolaque ratione ab ignorantia verborum sancti Pauli malitiosè profecta. [h] *Si est*, inquit, *omnipotens Deus quomodo dicitur à Paulo se ipsum negare non posse?* Magna hæc, & intolerabilis blasphemia! Sed nouatores nostri Caluinus, [l] Petrus martyr, [m] Beza, [n] Bartholomæus, [o] Causæus, aliique Nouatores, nunquid illa se coinquinarunt? Hæ sordes inexpiabiles ac turpitudines, blasphemiæ tantæ illorum scriptis euoluantur, vt audiantur voces eorum Dei omnipotentiam in dubium nefarie reuocantium.

5. Gnostici [p] Christũ Dominum imperitiæ nequiter insimularunt quid minus blasphemiæ Lutherus, [q] Caluinus, [r] Rodolphus, [t] Galterus aduersus absolutam, perfectamque Christi Domini sapientiam scelerare debacchati sunt?

4. Execrabãtur pij veteris ecclesiæ catholici detestabilẽ Prodici hęresiarchæ errorem pertinaciter orandũ non esse contestantis [s] vt Clemens Alexandrinus asserit. An non hæc Luthero placuit impietas dicenti? [u] *Non existimemus placari Deum murmure, aut recitatione precum, vt hactenus obseruatione ceremoniarum factum est.* Loquitur de canonicis horis, precibusque publicis, quæ in monasteriis, ecclesiisque catholicis piè fructuoséque quotidie Deo funduntur. Quibus ipsę monachus sæpius corpore interfuit, an vero mente Deus scit. Sed quid? An non idem hæresiarcha cũ 6. Cerdone, [x] & Marcione hærasiarchis de Apocalypseos, (de qua nullus Christianorum vnquã) authoritate [y] dubitauit? 7. Florinus [z] hæresiarcha Deo tanquam principali agenti causæ efficaciter operanti malorum omnium, criminumque operationem iniuriose nimis affingebat. O blasphemia nimium familiaris, germanaque [a] Caluino, & sectatoribus eius! vt supra longa huius hæresiarchæ testimoniorum serie demonstrauimus. Cui prior blasphemandi ausam [b] Lutherus [c] cum suo Melancthone dederat. [d] 8. Mõtanus eiusque sectatores pœnitentiæ sacramentis vigorem, virtutemque penitus de medio ecclesiæ re-

Nouatores aut Antichristi dicendi aut nulli hæretici ista infami nomine appellari meruerunt.

Cum impietate Iudæ Caluiniana hæresis conspirat.
Primus hæresiarcha Iudas princeps sacramentariorum.
a Ioan. 6
b Matth. 26. Luc. 22.
c Psal 40. v. 7.
d D. August. tract 27. in Ioannem
e S. August. ser 51 de verbis Domini in princip. to 10
Secundus. Symon magus dogmata impia cuius nouatores profitentur.
f S. Clem. lib. l. 3 recognit anno. Domini 60.
g S Irenæi l. 1. c 20.
h Theodor. l de hæreticorũ fabulis.

i Lutherus in assertionibus art. 36. de seruo arbitrio contra Erasmum de captiu. Babylon. &c.
Calu. passim multis in locis inst & alibi vt cũ stercore humano bona opera hominum comparat.
3. *Hæresiarcha Elimas magus an. 160.*
k S. Dionysius c 8 de diuinis nominibus.
l Calu. l. 2. inst. c. 7.
m Pett. martyr. de Eucharist. contra Steph. Cardinarum.
n Beza l. 2. cõtra Heshuchium.
o Barth. Causæus in sento fidei &c.
4. p Gnostici an. 160.
q Luther. in concion de natali Domini.
r Caluin in c. 24. S. Matth.
s Rodolphus Galt hom. 172. in Mat. 7
5. *Prodicus an. 180*
s Clem. Alex. l 5 strom.
u Luther. ibi. de piis ecclesiæ ceremon.
6 *Cerdo, & Marcio an. 180.*
x Tertull. de præscript. aduersus hæreticos c. 51.
y Luther. in suis bibliis.
7. *Florinus an 180.*
z Eusch. l. 5 c. 19
a Caluin. in instit passim vt supra notatum est.
a Luther assert. art 36 & de seruo arbit.
b Melancth. in epist. ad Rom.
8. *Montanus eiusque sectatores.*
c S Hieron. ad Marcell.

legarunt, malo ſuffuſi pudore in confeſſione peccarorum. Quid aliud [a] Lutherus, & [b] Caluinus in hac parte tot effuſis contra pœnitentiæ ſacramẽtum iniuriarum plauſtris operati ſunt.

9. Tertullianus actus hæreticus à gremio ſedis Apoſtolicæ, eccleſiæque catholicæ ad hæreticorum caſtra transgreſſus, authoritati Romani Põtificis in eccleſia ſupremæ valde detraxit: [c] Ipſi poteſtatem abſoluendi mœchos, adulteroſque quamuis pœnitentes denegãs. Quid non maledictorum, mendaciorum, calumniarum, blaſphemiarumque Lutherus, centuriatores, Caluinus aſſeclæque illius vt ſupra vidimus in honorem ſanctitatemque Romani Pontificis coaceruauerunt, & adglomerarunt, vt illius ſanctitatem, monarchicumque principatum hoc calumniarum, blaſphemiarumque diluuio demergerent, & abolerent?

Nouatiani confeſſionem oris impugnabãt, [e] ſacerdotalem de peccatis in ſacramento pœnitentiæ abſolutionem deteſtabantur. [f] Nunquid in hac impietate antiqui illi hæretici à Lutheranis, Caluinianiſque maxime vincuntur? Quæ poſſunt atrociora iniuriarũ tela-eiubrari, quam quibus iſti Nouarotes in pœnitentiæ ſacramentum virtutemque ſacerdotalis abſolutionis indulgentiæque ſæuiunt?

Atque cum ipſi Nouatiani eos quos baptizabãt ſacro perungere chriſmate [g] indignum eſſe iudicarent, huius conſortes ſceleris noſtros Nouatores habent, ſeque in illa ſceleris atrocitate ſuperiores: qui in ſacræ vnctionis, chriſmatiſque religionem, ſanctumque myſterium multas maledicentiæ, blaſphemiæque voces exhalant. Quid Manichæi? Nõne inter ſuos damnabiles errores [h] liberum hominis arbitrium nullum eſſe mordicus aſſerebant, & aquæ baptiſmum nullum conſequendæ ſaluti operæ pretium præſtare pari pertinacia tuebantur? De hac liberi arbitrii oppreſſione, à nouatoribus, [i] Luthero, & [k] Caluino ſupra ſatis. De euanida baptiſmatis aquæ facultate plenis buccis blaſphemando vociferantur. Arianorum ſecta multis tumebat erroribus, quibus ſacrum monachorum inſtitutum, totumque eccleſiaſticum ordinem demoliri ac perdere conabantur, [l] atque in ſedis Apoſtolicæ ſanctitatem, ſupremamque Romani præſulis in vniuerſali eccleſia dignitatem implacabili odio vehementer armabãtur. Quos vnquam ſacra religioſorum, monachorumque cohors, & ſocietas crudeliores hoſtes, & immitiores ſibi hæreticos nouatoribus noſtri ſæculi ſuſtinuit? Aut quos vnquam immanius, atrociuſque illis Lutheri Caluinique geniminibus hoſtes Romana mater eccleſia in viſcera ſua deſæuire vidit, & ſẽſit? Supra omnes errores Arianorum nefandos, atque falſa dogmata erat illud nefandiſſimum, quod filium Dei æternum patri conſubſtantialem, æqualemque potentia, virtute, diuinitate eſſe negabãt. Qua impietate erronea tetrior, ac enormior nulla furia dogmatica, hæreſiſque potuit vnquã ab inferis in perditorum hominum mentes exitialiter emergere. Sed an non hac tam execrabili nefandaque perſuaſionis, & aſſertionis ſceleratiſſimæ peſte noſtrorum patriarchæ nouatorum Lutherus, Caluinus, & alii ſe, ſuoſque funeſtiſſime contaminauerint, videndum eſt. Quid eſt in ſanctiſſimæ Trinitatis confeſſione ſacratiſſimum *ὁμοούσιον* nomen eiurare, atque eiicere,

a Luther. de captiuit. Babyl. & in aſſert. multis in locis.
b Caluin. in inſtitut. ſæpius.
9. *Tertull. hæretic. ann. circiter* 200.
c Tertull. l. de pudicitia.
Luther, Caluinus, Centuriato. in Rom. Pontificem horribiles iniuria ſupradicta.
10. *Nouatiani anno* 210.
e S. Cypr. l. 4. epiſt. 2.
f *Lutherani & Caluiniſtæ in opprimendo pœnitentiæ ſacramento totum Nouatianis conſpirant, eoſque in hac impietate ſuperant.*
g Theodoret. de fabulis hæretic.
11. *Manichæi ann.* 280.
h S. Hieron. dialogo contra Pelagian. S. Auguſt. contra Fauſt. S. Chryſ. hõ. 43 in S. Ioãnem.
i Luth. in ſua Babylone & alibi ſupra.
k Caluin. in inſtit. plurib. locis.
12. *Ariani.*
l S. Athan. ad ſolit. vit. agentes. S. Hieron. Auguſt. Ruff. paſſim.
Luthero Caluini, eorumque geniminum in S. Monachorum ordinem, Romanamque ſedem immanitas.
Nouatores, Lutherus, Caluinus & alii antra filii Dei diuinitatem arianizant.

A nisi conſubſtantialem patri filium plane negare? Nunquid hoc fecit Lutherus? Quid igitur hæc illius aliud verba ſonant? [m] *Quos ſi odit anima mea vocem homouſion, & nolim ea vti, non ero hæreticus. Quis enim me coget vti?* Si reſpondeatur authoritas eccleſiæ vniuerſalis in concilio [n] Nicæno congregatæ, ſtatim ſceleratus irridebit, illius concilii contumelia explodens decreta, tanquam nullius, aut papiracei, ſtramineique valoris, ſicut ſancti Iacobi epiſtolam. Quid Michael Seruetus (quem vltricibus viuum flammis vſtulandum non religionis zelo, ſed ſui furore odii Caluinus Geneuæ procurauit) quantum blaſphemiæ horribilis vomitum in Chriſti Domini diuinitatem illum expuiſſe credimus? Cum talia ore ſacrilego pronunciauit? [o] *Scriptura ſimpliciſſime de Ieſu vnico filio Dei loquuntur, nullam aliam*
B *rem, nullam aliam naturam, nihil præter hominem natum, aut genitũ ſcriptura meminit.* Et pagina 47. [p] *Temerarium eſt de verbo Dei, aut ſermone facere filium.* pagina 58. [q] *Spiritualiter intelligendum eſt Chriſtum eſſe Deum.* Hæc quid aliud ſonant quam [r] rapinam perpetraſſe Chriſtum tanquam Luciferum alterum, cum Deum patri æqualem ſe fecit? Sed breuitati conſulentes reliquis errorum deteſtabilium contra Chriſti Domini diuinitatem vomitoribus miſſis, quanta in vno Caluino contra diuinitatem, omnipotentiamque Chriſti Domini errorum, blaſphemiarumque portenta reperiantur, ex paucorum collectione conſideremus. Qui paſſim multis io locis Chriſtum filium à patre gradu dignitatis, honoris, potentiæque
C monet, ſecundum filio locum honoris, imperiiq; tribuens, & primum patri. [ſ] *Summa eſt*, inquit, *Chriſtum ita fore ſecundum poſt Deum regem, vt etiam in ſacerdotem vngatur:* Et in illud Pſal. 109. *Dixit Dominus Domino meo ſede à dextris meis.* Qualiter ad dextram patris hanc exponat ſeſſionem audire. *Seſſio ad dextram metaphoricè accipitur pro ſecundo, vel proximo gradu, quem Dei vicarius occupat.* [t] Si Chriſtus patris vicarius eſt, quî poteſt illi æqualis eſſe? Quis vere vicarium æqualem Domino poſſet aſſerere? Videamos quomodo filius Dei nomine patris in gubernatione mũdi vicarii partes exerceat, patre ſemper iudicio Caluini honore minor. [u] *Dicitur Chriſtus ſedere ad dextram patris, quia ſummus rex conſtitutus, qui eius nomine mundum gubernet, quaſi ſecundam ab eo honoris, & imperii ſedem obtinet: ſedet ergo Chriſtus ad patris dextram, quia eius eſt vicarius.* Similis
D blaſphemiæ verba ſancti Marci cap. 16. verſ. 19. *Conſedit in dextris Dei*, deprauando, vomitum talibus vocibus effudit. [x] *Perinde eſt ac ſi vocetur Dei vicarius, qui eius perſonam ſuſtinet.* Et contra illud Theologorum fidei axioma. *Opera Trinitatis ad extra ſunt indiuiſa*, varios virtutis, poteſtatis, vitæque gradus, facta actionis diuinæ ad creaturas relatione, nefariè conſtituit, dicens. [y] *Tres hic recenſentur vitæ gradus: primum locum obtinet viuens pater, qui ſcaturigo eſt, ſed remota, & abſcondita, ſequitur filius quem habemus velut fontem nobis expoſitum, & per quem vita ad nos diffunditur. Deus Pater penes quem reſidet vita, procul à nobis diſtat. Chriſtus quaſi medius ſtatuit, qui eſt ſecunda vitæ cauſa, vt inde ad nos vſque perueniat, quod alioqui in Deo lateret.* Videte qualem in diuinis Trinitatis operibus diuiſionis effigiem ad extra contra fidei regulas nobis effingat. Sed ne quis forte Caluinum iſta de Chriſto ratione humani-

m *Luther. in conſultatione rationis Lotomano.*
n *Lutheri contumelia in cõcilium Nicænum, ſicut in epiſtolam S. Iacobi.*
o Seruetus l. 1. de Trinit.
p Ibid. p. 47.
q pag. 58. ibi.
r Philipp. 3. *Caluinus contra Chriſti Domini diuinitatem horribiles errores atque blaſphemias patrem ſecundum diuinitatem minorem conſtituentis.*
ſ Calu. ad c. 4 Geneſ. v. 18.
t Caluin. in harm. euangel. in cap. S. Math. 22. v. 44.
Chriſtus ſecundum quod eſt filius Dei patris, eſt vicarius patris, & minor illo ſecundum Caluinum.
u Calu. in c. 26. Matth. v. 64.
x Calu. in c. 16. S. Marci v. 19.
Caluin. gradus perfectionum in Trinitate conſtituit ad extra ſicut ad intra.
y Calu. in c. 6. Ioan. v. 57.

Caluinus Chriſ. Dominum ratione diuinitatis patre minorem facit.

tatis, non diuinitatis effudiſſe credat; clarius oſtendamus Caluinum Arianizantem Chriſti Domini diuinitati errorum ſuorum portentis atrociter inſultaſſe. Contra quid, ſi non contra Chriſti Domini diuinitatem, æternamque à patre æterno acceptam ſubſtantiam, hæc verborum Caluini blaſphemantium machina furenter arietat?[a] *Filius eſt conformis patri habens ſubſtantiam diſtinctam ab eo.* Ergo ſecundum hanc Caluinianam blaſphemiam Deus filius, non eſt eiuſdem cum Deo Patre ſubſtantiæ? Si ita eſt ergo plures dij ſubſtantia & natura diſtincti conſtituendi ſunt? O prodigium erroris! Et vt ratione diuinitatis filium eſſe patre inferiorem amplius, & pertinacius aſſerere perſequatur, ita contra Valentinum gentilem hæretico ſupercilio proloquitur.[b] *Nomen Dei per excellentiam ad ſolum Patrem pertinet. Hicque ſolus ac proprie cœli ac terræ creator eſt: imo & patri ſubiectus filius, etiam ſecundum diuinitatem.* Eandem prodigioſa ſuperbia, & impietate blaſphemiam epiſtola ſecunda[c] ad Polonos iterauit Chriſtum Dominum ſecundum naturam etiam diuinam, patre minorem eſſe conteſtatus. Mitto cætera ne præſcriptas mediocritatis in dicendo metas plus æquo tranſiliam. Quid iſta omnia nefanda Caluini, cæterorumque ſimilis iniquitatis cum Antichriſto conſortium, theoremata niſi Arianorum fœtores exhalant? Nunquid iſta pertinaci malitia defendere, eſt Arianizare?

Calui. ſubſtãtiam diuinam filij à patris ſubſtantia diſtinctam facit.

a Calu lib. Gallico de actis Heluetii impreſſo an. 1554. in 4. fol. 219

b Calu libro aduerſus Valentin gentilem refutat. 211.

c Cal. epiſt 2. ad Polonos.

In quibus notandis recitandiſque noſtra debuit oratio paulo longius excurrere. Vt omnes boni verique Catholici, atque etiam ſeducti perditique nouatores intelligant Caluinum præter cæteros erroris blaſphemiæque magiſtros turpiſſime cum Arianorum fæcibus hæreticis, erroribuſque Chriſti Domini diuinitatem blaſphemantibus ſceleratiſſime pepigiſſe.

23 Donatiſtæ an 333.

Incæptum diſcurſus iter pergentes veniamus ad Donatiſtas impudenter apud ſe ſolum veram Chriſti eccleſiam reſidere gloriantes, totoque terrarum orbe perditam, ab eoque relegatam exulantemque in partẽ Donati refugium hoſpitiumque quæſituram migrauiſſe impoſtura mẽdacioque intolerabili vociferantes. Qui epiſcopos omnes Catholicarum regionum, ipſumque Catholicorum principem Romanum Pontificem magno faſtu ſuperbiæ aſpernabantur; eoſque velut inflicto in eorum vitæ probitate famaque vulnere malitioſiſſime criminabantur. Qui ſacro-ſanctum Euchariſtiæ ſacramentum cum tanto horrore deteſtabantur vt illud canibus deuorandum obtrudere non dubitauerint. Vt illis iuſtiſſime Optatus exprobrabat, hęc dicens.[e] *Quod vobis videtur leue facinus immane commiſſum eſt, vt omnia ſacroſancta veſtri ſupra memorati epiſcopi violarent. Iuſſerunt Euchariſtiam canibus fundi non ſine ſigno diuini iudicij: nam ijdem canes accenſi rabie ipſos Dominos ſuos quaſi latrones, ſancti corporis reos, dente vindice tanquam ignotos laniarunt.* Inſuper ampulam ſacri chriſmatis vt frangeretur per feneſtras furioſe iactabant, ſacra demoliebantur altaria, calices dominici ſanguinis portatores vt[d] Optatus loquitur, rabie pereiti comminuebant, in parteſque minutiſſimas diſſipabant, palas abijciebant: capita ſacerdotum, vt ſacram vnctionem auferrent excoriando radebant, virginumque velata capita ignominioſe nudabant, & alia multa hæretica furoris ſpecimina patrabant, vt vera teſtificatione S. Patres diuus

Sacrilega & ſcelera extremæ abominationis Donatiſtarum.

e Optat. Mileuit. l. 2. in Parmen.

d Optat ibid.

[e] Auguſtinus, Optatus,[f] & alij ſcriptis poſteritati mandauerunt. Quid non immanibus iſtis furoribus, ſacrilegijſq; nouatores noſtri immaniora, horribiliora, maioribuſque cumulata blaſphemijs, atque ſacrilegijs hic, & vbique terrarum, quo rabies eorum hæreſeos potuit peruadere, patrauerunt? Nunquid præter horrendas blaſphemias, quas vt prius, ſic & quotidie in Chriſtum Dominum, in eius immaculatam ſponſam eccleſiam Apoſtolicam, Catholicam, & Romanam, in vicarium eius Eccleſiaſticæ Monarchiæ principem inceſſanter euomunt: & præter inaudita ſacrilegia, quibus in res religionis Chriſti Domini ſanctiſſimæ, ſacratiſſimas, præſertim vero in auguſtiſſimum corporis Dominici ſacramentum, memoriam myſteriumque mirabilium Dei debacchantur: dæmoniorum quibus ſe ipſos erroribus ſceleribuſque ſacrificant, puro ac innocenti catholicorum ſanguine crudeliter ab illis effuſo, vt ſuo furori, maniæque litarent, altaria fumant? Nonne adhuc tot Chriſtianorum regiones Galliam, Germaniam, Angliam, Scotiam, Flandriam, aliaſque, quibus hæretica frænesis, rabieſque omni humanitatis ſoluta fræno volitauit, ſtrage, cæde, internecione bonorum, agrorũ populatione, vaſtatione vrbium, prouinciarum diſſipatione, ſanctorumque Deo, atque eius cultui dedicatorum templorum, monaſteriorumque deſtructorum, profanatione ſacrilegioque funeſtas, deſolatas, atque cruentatas, languentes aſpicimus? O tragædias nimium crudeles, & execrabiles impune relictas!

e D. Auguſt. hæreſ. 6. &

f Optat. l. 1 & 2 contra Parmenianum.

His ſacrilegijs crudelitatibuſque immanibus Donatiſtarum longe crudeliora & immaniora nouatores tum ſacrilegijs maioribus ætate noſtra patrarunt.

Quas animus meminiſſe horret, luctuque refugit. Circa annum 360. infeſtiſſimus bonorum operum hoſtis Eunomius in orbe orientali furebat. Qui vt ait Diuus[g] Auguſtinus. *Vſque adeo bonis operibus fuit inimicus, vt aſſeueraret quod nihil cuiquam obeſſet quorum libet perpetratio, ac perſeuerantia peccatorum, ſi huius quæ ab illo docebatur fidei particeps eſſet.* Quæ alia quæſo Lutheri, Caluinique Theologia eſt? Vt ſupra, & alibi notauimus. Propter quæ ſcelerata dogmata Aerius vt ſeductor hæreſiarcha fulmine percuſſus anathematis ab eccleſia condemnatus eſt? Niſi quod eccleſiæ ſuffragia, orationes, ſacrificia ſacroſancti corporis Dominici, eleemoſynas, ieiunia, liberandis à purgatorii pœnis defunctorum animis nihil omnino prodeſſe præſumptione hæretica defenderit? ſeductiſque à ſe quatuor temporum, vigiliarum, ſanctæque quadrageſimæ ieiunijs interdixerit? Solumque ieiunandum eſſe dixerit cũ quis voluerit? Ne, inquit, *videamur eſſe ſub lege*, oreque procaci hanc epiſcoporum dignitatibus iniuriam aſperſerit, vt eos honoris poteſtatiſque gradu ſimplicibus presbiteris, ſacerdotibuſque præ ire negauerit? Nunquid Lutheranorum, Caluiniſtarumque communes ſunt impietatis iſtæ erroriſque vociferationes? Nunquid talibus perniciosè errorum deprauatis opinionibus ſcripta fætent? Quorum incredibilem, maximeque ſacrilegam ſuperbiam, contumeliamque ad blaſphemias inſignem ſatis digne execrari non poſſumus,[h] cum Lucifero Calaritano ad hæreticæ factionis caſtra extra eccleſiã per apoſtaſiam tranſmiſſo, conuitio deteſtabili vociferantium, ſe ſolos eſſe vere Chriſtianos, puros, reformatoſque Chriſti fideles, ſuam diabolicam factionem verã Dei eſſe eccleſiam, antiquam vero eccleſiam catholicam, Apoſtolicam, Romanam, quæ eſt vnica

24. Eunomius an. 360.

g Aug. hæreſ. 54.

25. Aerius.

Omnia falſa dogmata ſancti patres Epiphanius, Aug. Iſiod. Damaſ. de Aerio, & ſectatoribus eius commemorant.

26. Lucifer Calaritanus an 360.

h S. Hierony. c. 1. contra Luciferum

A.t.aitres cum Lucifero Calar. eccleſiam Rom. lupanar & Satanæ proſtibulum appellant.

A vnica Chriſti Domini ſponſa tota pulchra ſine ruga, & macula de eccleſia Dei factam eſſe lupanar, atque Satanæ proſtibulum. Quid iſtos præterea dum ſignum S. crucis, ſignum ſalutis æternæ, maledictorum ſuorum furiis immolant, dum diruunt, frangunt, dum ſanctas Chriſti Domini, ſanctorumque eius imagines dilapidando, demoliendo, omnibus afficiendo contumeliis, iniuriíſque proſtituunt, minus eſſe ſceleratos criminibuſque minores ipſo apoſtata Iuliano credis? Imò in his ſceleribus nefandis ſuperiores illo iudicare fas eſt [a] qui tãtum Chriſtianos quod crucis ſanctæ ſignum venerarentur irridendo reprehendebat, ſublatæque Chriſti Domini imagini ſuam ſubſtituebat. [b] Maſſilianis hæreticis ſe ſocios noſtri nouatores adiungunt, eorumque prauarum opinionum fæcibus ingurgitant: [c] dum B cum illis baptiſmi virtutem ad eluendas animorum ſordes improbant, [d] ſacroſanctæ Eochariſtię vigorem ad viuificationem animarum vitæque earum incrementum penitus inficiantur; dum à clericorum, ſacerdotumque ordinationibus ſpiritus ſancti gratiam procul auellunt; templa Dei ſacraque eccleſiarum altaria conſecrationi, atque vnico Chriſtianorum ſacrificio corporis dominici deſtinata, erectaque diuinitus non ſolum cum iſtis hæreticis antiqui ſæculi deſpiciunt, ſed etiam polluunt, diripiunt, ſolo adæquant, & impetu furioſiſſimo demoliuntur.

17. Iulianus apoſt. an. 366.
a S. Cyrill. alex l 6. contra Iulian.
b Sozomenus l. 5. cap. 20.
18. Maſſiliani. an. 379.
c Theodoret. l. 4. hæreticarum fab.
d Damaſc. hæreſ 88.

Multos hæreticarum aſſertionum fætores in orbē Iouinianos exhalauit, quos fere omnes nouatores noſtri refricarunt, atque in ſuæ abominationis cloacam, ſentinamque deriuarunt. [e] Peccata iſte hæreſiarcha fæditatis æqualis, atque turpitudinis eſſe conteſtabatur: [f] Lutherus, & C poſt eum Caluinus nullum peccatum natura ſua veniale eſſe mordicus aſſerunt. [g] Ieiuniorum iſte, & abſtinentiæ à cibis carnalibus virtutem contemnebat, [h] Hi tanquam diaboli inuentum contumelioſe deteſtantur. Iſte [i] virginitati matrimonium meritis adæquabat: [k] Hi non ſolum hunc errorem profitentur, ſed auctius addentes peiuſque comminiſcentes virginitatem ſanctimonialem cælibatumque clericorum indigniſſime conuitiantur. Huius peruerſæ opinionis contra ſanctitatem dignitatemque virginitatis cum Iouiniano poſtea fuit Heluidius. Sed laſſatum ſtylum tritumque calamum aſſiduitate ſcribendi pauliſper quieſcere ſinamus à nimio tot commemoratarum Antichriſtiam myſterij iniquitatum, à veteribus hæreticis Antichriſti præcurſoribus excogitatarum horrore reſpirantes: vt validiùs, & animoſius inceptam de cõformitatibus Antichriſtianæ peruerſitatis & abominationis ab hæreticis profeſſæ veteribus, cũ D peſtifera Nouatorum doctrina narrationem capite ſequenti perſequamur.

19. Iouinianus an. 380.
e S. Auguſt. hæreſ. 82.
f Luther. in reſolutionib.
g S. Aug. ibid.
h Luther. lib. aduerſus Ambroſ. Catharin. & ſerm de ſimulachris & de delectu ciborum.
i S Aug. ibid.
k Luther. lib. de vita coniugali & aduerſ. Ambro. Cather. ſimilites Caluin Beza, & alii paſſim.
21. Heluidius.

A

CAPVT XI.

In quo aliorum productione exemplorum 22. ſcilicet, Lutheranam & Caluinianam hæreſim, cunctis, quæ vnquam ex inferis eruperunt, impiorum dogmatum multitudine generaliorem, iniquitatis Antichriſtianæ myſterium, cum aliis priſcorum hæreticorum impietàtibus operari declaratur.



B T igitur intermiſſam noſtri diſcurſus de comparationibus impię nouatorum doctrinæ, cum execrandis antiquorum hæreticorum dogmatibus, ſeriem præſenti capite repetamus: quibus illos ſicut hos Antichriſtianos, veri Antichriſti membra, præcurſores atque miniſtros eſſe credamos. Quanta maledicta, quot blaſphemiatũ furores, quot prophanationes contra ſanctarũ reliquiarũ venerationẽ, inuocationemq; ſanctorũ cum [l] Vigilantio, melius dormitantio, Catharíſq; ſceleratiſſimis hæreticis noſtri Theomachi & Agiomachi effuderint, quis poſſet etiam longiſſima narratione dicẽdo cõprehendere? Sed fauſti Manichæi errores plurimos in Nouatorũ cerebrum magna læſum freneſi migraoiſſe intelligemus, ſi hæc verba illius Fauſti perniqoa apud [m] S. Auguſtinũ diligenter attenderimus. *Si quadragesima ſine vino, & carnibus non ſuperſtitioſe à vobis ſed diuina lege ſeruatur. Videte, quæſo, videte ne ſumma dementia hoc ſit à Paulo dictũ, putare quod* C *dæmoniorũ doctrina ſit omnis abſtinentia ciborũ, & prohibentes nubere &c.* Subdit poſt hæc impius hęreſiarcha catholicis paſtoribus inſolenter inſultans. *Certatim ad virginitatis profeſſionem virgines incitatis, vt peneiã maior in eccleſiis omnibus virginum apud vos, quam mulierũ numeroſitas habeatur.* Hæc ſimilia deliria maledictis, & opprobriis inflata in ore Nouatorum Lotheri, Caluiniq; impoſturis faſcinatorũ ad nauſeam vſque cõmuniter audiuntur. Quibus breuiter ſicut Diuus Auguſtinus Fauſto Manichæo reſpondebimus. *Illa doctrina*, ſcilicet de ciborum abſtinentia & virginitatis voto, *quam nos religioſe profitemur, eſt prophetarum, & Apoſtolorum, hæc vero* (veſtra nempe) *dæmoniorum mendaciloquorum.* Sed an aliquid fætidi liquoris ex putrido impietatis Pelagianæ fonte noſtri Nouatores hauſerint, ac expreſſerint indagemus. Certe in promptu notitia eſt: Pelagiani opinantes impie, pertinaciterque defenden- D tes ab omni originalis peccati contagione paruulos immunes, eos ſine baptiſmo exhalãtes animã, non minus quã qui regenerati fueraot cæleſtium gaudiorũ æternitate potiri miſere credebant. [n] Nunquid iſta eſt Lutheranorũ Caluiniſtarumq; miſeria? Idẽ ipſi Pelagiani extra ea quæ in ſcripturis expreſſe legebantur nil credẽtes, omne Dei verbũ non ſcriptũ, traditioneſque eccleſiaſticas, antiquas ſcilicet Apoſtolicas, & recentes improbant. [o] *Credamus*, aiebant, *Pelagiam quod legimus, & quod non legimus nefas credamus aſtruere.* Quid ſæpius apud Lutherũ, Caluinũ, & cæteros nouatorũ deceptores, illuſoreſque quã hæc Pelagiana doctrina reſonat? [p] *Non alia*, inquit Lutherus, *in eccleſia tradi, aut audiri doctrina de*

l S Hieronỹ. contra Vigilantium.
22 Vigilantius.
23. Fauſtus Manichæus an. 400.
m S. Aug l. 30 c. contra Fauſtum Manich c 3 & 4.
S. Aug. l. 30. contr Fauſtum cap. vlt. & 6. in fin.
24. Pelagiani an 402.
n Luther de capt. Babyl c. de bapti.
Calu. l 4. de bapt & alibi ſępius.
o S Aug 1 de natura & gratia c 39
p Luther. in epiſt ad Galat Calu. in inſtit & alibi ſæpius.

bet, quam parum verbum Dei, scilicet scriptum, A vt ille interpretatur, nunquid illa cantio Caluini toties in institutionibus alibique repetita? In multis peruersitatis hæreticæ dogmatibus Nestorio hæresiarchæ, Lutherus, Caluinusque suffragantur. Huic insolenti Nestorij superbiæ scripta[a] veterum, catholicorumque sacræ scripturæ interpretum nihili facientis, atque legere dedignantis applaudunt: quibus se longe doctrina diuinorumque intelligentia oraculorum antecellere gloriabatur. Germana hæc Lutheri,[b] Caluinique superbia sanctos, eosque doctrina clarissimos hæretico fastu contemnentium. Sed præter hoc Nestorius[c] duas in Christo personas pertinaciter asserendo nefande distinguebat. Hanc erroris impietatem nouatores nostri in suæ contubernium factionis admiserunt. Quod Caluinus sua nobis testatione confirmabit duas in Christo B personas hæretica peruersitate distinguens, vnam filij Dei, alteram mediatoris. Cuius impietatis erroneæ cum Caluino[d] Brentius,[e] & Schindelinus[*] deffensores extitere pertinaces. Eutychetis Ephesini concilij decreta contemnentis superbia Lutheri, Caluinique cum hoc hæresiarcha generaliũ Synod. statuta spernẽtiũ cordibus irrepsit.

25 *Nestorius an. 430.*
a Socrates l 7. c. 32.
b Lutherani Caluinistoque sicut Nestor. Patrum contemptores.
c Synod. 5. vniuersa Cõstant. collat. 6.
d Calu. l 2. inst. l. 13. § 9. 21 24.
e Brentius de maiestate hominis Christi.
* Schind. l. de Thesibus.

Circa annum circiter 590. ab inferis exiliere[f] Iacobitæ hæretici, qui confessionis auricularis sacramentum inficiabantur dicentes. *Non homini sacerdoti, sed soli Deo esse peccata sua, confessione propalanda.* Quod ipsi ad praxim reuocare cupientes, per magnam insaniam iuxta se thus igne supposito constituebant, vt cum fumo peccata sua ad Deum ipsi latẽter à se confessa cõscenderent. At quot maledicta, iniurias, conuitiaque hæretici nostri in illud salutare sacramentum confessionis C auricularis euomuerint, Scripta testantur istorũ quæ talibus maledictis exundant.

26. Eutyches an. 450.
f Flauian. episc. Constant epist ad S Leonem.
27. Iacobitæ an. 590.
Iacobus Vitriacus hist. Orient. c. 76.
Bullingerus in ecclesiast. hist. Guido de hæresibus.

Mihi pluribus ostendere superfluum valde, ac vanum esse videretur, Nouatores cum Iconomachis[g] aduersus sacras Dei sanctorumque imagines immanissime, atque indignissime à tempore suæ ab ecclesia dementis apostasiæ, defectionisque semper arietauisse: cum tot destructæ Dei, sanctorumque imagines, tot comminuta altaria, tot à fundamentis labefactata templa, tot desolatæ, prophanatæque ecclesiæ, sacris his Dei, immaculatæ virginis Deiparæ, sanctorumque imaginibus venerabiles, in hoc Galliæ regno, alibique Christianorum locorum, quæ potuit hæretica rabies bacchando penetrare, sine voce satis sua ruina loquantur, Nouatores Antichristi, dia- D bolique inflatos spiritu Lutherana, Caluinianaq; seductione perditos antiquis in hoc Iconomachiæ furore hæreticis multo sceleratiores extitisse.

28. Iconomachi an 750.
g Theophanes, Zonara, Cedrenus, Nicephorus, & alij passim de Iconomachis.

Claudius Taurinensis præter iniurias, & maledicta quibus cum Iconoclastis venerabiles sanctasque imagines insectabatur, sacras Sanctorum[h] reliquias vna cum peregrinationibus ad pia loca condemnabat, easdem nouatores improbant contumeliosius, atque illis effrenatius insultant.

29 Claudius Taurinensis an. 830.
h Ionas Aurel. l de cultu imag.

Miseri Græci in sua insania, rebellioneque perditi, quòd seducti, deceptique nefariè à detestabili Constantinopolitanæ sedis inuasore Photio summam Romanæ ecclesiæ debitam obedientiam per summum superbiæ nefas eiurauerint, horrida bella, schismaticæ suæ impietatis contra supremã in vniuersali ecclesia à Christo Domino Romani Pontificis datam monarchiam ex antro furoris, magnæq; indignationis excitaue- A rint. His rebellandi furijs alias erroris insanias addentes cælibatum sacerdotum impugnabant, sacrilegos clericorum cum mulieribus concubitus, coniugij nomine tuebantur, purgatorij expiationes explodebant, & latinos vere catholicos primatũ Rom. Pontificis monarchicum sincere, religioseque confitentes, & confitendo venerantes, anathematis fulmine, sed vere bruto, & inani percellebant. Quid his omnibus non atrociora multò, sceleratioraque nouatores nostros patrauisse vidimus? Quotidieque magis, ac magis suarum impietatum, scelerumque furores contra sanctissimæ sedis authoritatem supremique ecclesiæ Christi sub illo rectoris principatum hierarchicum exasperare cernimus?

30. Græcorum schismata & impietates cõtra Rom. Pontificem, cælibatum sacerdotum, fidem Purgatorij & sincerum internorum orthodoxam pietatem nouatores sequuntur.

Bogomilos[i] sancta mater ecclesia execrata vehementer anathematis fulmine perculit, quod B tantum animo conceptum, eorum ore nefas exciderit, vt sanctos Basilium, Nazianzenũ, Chrysost. aliosque similis pietatis, fideique Catholicæ patres, quod sanctorum imagines honoribus affecissent reprobos, & idololatras palã, publiceq; proclamare non dubitarint. Insuper crucem Domini despexerint, signum crucis fictè tantum dæmones fugere dixerint, vt eam minime homines velut dæmoniorum expultricem magis ad incrementũ superstitionis idololatricæ, perniciẽq; salutis suæ venerarentur: denique in sacrosanctum tremendumque missæ sacrificium blasphemias exspuerint. Nunquid his omnibus criminum sordibus nostri nouatores grauius, turpiusque quam Bogomili isti hæretici maculantur?

31. Bogomili an. 1050.
i Euthymius in Panoplia.

Viuebat circa annum 1126. sceleratissimus hæresiarcha in partibus Flandriæ circa ciuitatẽ An- C tuerpiæ dictus Tanchelinus, ibique dogmatibus mira barbarie, immanitateque cruentatis efferebatur: qui tela, armaque suarum insaniarum, errorumque nequissimorum nouatoribus nostris ante tempora Berengarij ad pugnam, feraleque bellum contra diuina ecclesiæ sanctæ sacramenta, præsertim vero augustissimum illud Eucharistiæ mysterium, & aduersus sacros sacerdotum ordines, episcoporumque dignitates nefandissimè subministrauit. De cuius sceleribus, immanibusque furoribus, & erroribus quid dixerit Hugo Cardinalis in vita sancti Norberti, Nouatores audiant, vt diligenter aduertant quem ducẽ impietatum, errorumque suorum contra diuina sacramenta, contra sacras episcoporum, sacerdotumque vnctiones perniciosissimè sequantur.[h] *Erat is Tanchelinus* (inquit Hugo) *omnium homi-* D *nũ sceleratissimus, Deique, & omnium sacramentorum eius, totiusque religionis, & Christianæ fidei hostis: itaut ministerium episcoporum, & sacerdotũ nihil esse diceret, & sacrosancti corporis, ac sanguinis Domini nostri Iesu Christi perceptionem ad salutem perpetuam prodesse negaret.* Pergit postea illius horribiles immanitates, turpitudinesq; vitæ in suis publicandis erroribus sic exprimere.[l] *Itaque illum populum cui tum per multa tempora horum veritas nunciata non fuerat, in hos errores induxit. Credebant ei, & sequebantur eum circiter tria millia armatorum: nec erat dux, aut Episcopus, aut princeps, qui auderet ei resistere, & occurrere, nec ante eum nisi sectam eius amplecteretur, apparere. Cum pretioso apparatu in vestibus deaurates, triplici funiculo crinibus intortis, & auro intexto ligamine triplicatis incedebat; verbisque persuasibilibus, magnisque conuiuiorum*

32. An. 1126. Tanchelinus hæresiarcha ad pugnam contra sancta sacramenta dignitates episcoporum sacerdotũ sacros ordines nouatoribus arma ministrauit.
h Hugo Cardin. in vita S. Norberti ordinis Premonstratensium conditoris.
Tanchelinus omnium hominum sceleratissimus.
l Ibid Hugo. Tanchelinus manu armata suos disseminabat errores sicut postea illorum secutores Lutherani ac Caluinistæ fecerunt
Superbia in vestitu Tanchelini.

apparatibus beneuolentiam eorum ad ſeducendos exhauriebat. Quæ ſequuntur horribilia valde, ac præ enormitate ſtupenda audiantur.

a Hugo ibid. *Horrenda turpitudines Tanchelini in violandis puellis uxoratis fœminis, quas Caluiniſtæ in ſua nocturna proſtitutione quam prob nefas! vulgo charitatem vocabant imitati ſunt.*

Res mira, & ſtupenda, pergit [a] Hugo, *Lotiones eius bibebant, & reliquiarum loco aſportantes recondebant, & cum filias matrum in præſentia, ſponſaſque maritis videntibus corrumperet, opus ſpirituale eſſe aſſerebat: in tantum vt infœlicem ſe diceret, qui huic coniunctioni nefaria miſceri non meruiſſet. Hæc turpiſſima, & deteſtanda hominis impoſtura.* Quam ſuis turpiſſimis nocturno tempore coitionibus Caluiniſtæ in principio ſuæ abominationis priores, huius execrabilis hæreſiarchæ deteſtabiles errores ſecuti, flagitioſiſſime, atque turpiſſime renouarunt. [b] Qui cum Petrobruſianis, & pſeudo Apoſtolis multa contagionis hæreticæ habent commercia; nam & cum illis cruces, & crucifixi Domini imagines ignibus, flammiſque conſumptas in cineres ventis ludibria tradiderunt, templa demoliti omnia, in eis ſacra prædationibus, pollutionibuſque vaſtata deturparunt, ſanctæ cõſecrationem Euchariſtiæ ſacrilegiis ſuis fædarũt, veritatemque blaſphemiis impugnarunt. Dies feſtos diſſolutionum ſuarum bacchanalibus inquinarunt; Chriſmatis, oleique conſecrationes, irriſione damnabili probroque intolerabili macularunt: atque ignem Purgatorij, omniaque pro defunctorum animabus fuſa Deo vota negando, calumniandoque reprobarunt. Horum Patriarcha Petrus Bruſius tot ſcelerum, & errorum inuentor comprehenſus, igni ob tanta ſcelera, erroreſque viuus apud Ægidij oppidum Volcarũ traditus, concrematuſque miſeram vitam finiuit expirando: vt miſeriorem ad flammas æternas relegatus iuſto Dei iudicio numquam terminandam niſi cum æternitate, Dei blaſphemator, Chriſtianæ religionis obtrectator inchoaret, & cum igne deuorante, vt loquitur Eſaias, in inferno funeſtiſſime traheret.

b 33. *Petrobruſiani, & pſeudo Apoſtoli an. 1140. Quo commercia iniquitatis nouatores habent cum Petrobruſianis.*

34. *Petrus Abailardus an. 1140.*

Eodem ſæculo viuebat Petrus Abailardus, qui in auerſione ſua à fide catholica præter alios errores hoc ſuperbiæ typho tumebat, & inflabatur vt teſte ſancto Bernardo, [c] *Ab omnium ſanctorum fide diſcedere non curaret.* Germana hęc, ac maxime propria hæreticis noſtris ſuperbia, & arrogãtiæ tumor. Quibus hanc mentem ſanam in corpore ſano deprecor, quam Dominus Ieſus multum patiens, & miſericors ad ignoſcendum, huic dedit Abailardo. Cum opera ſancti Bernardi victus, ac ſuperatus ab impietate ſua reſipiſcendo, per ſalutaria veræ pœnitentiæ, compunctioniſque cordis itinera in ſanctiſſimæ matris eccleſiæ gyrum, tãquam in tutum ſalutis portum, magnis prius prauarum opinionum turbinibus agitatus, maximo charitatis incenſus ardore per Chriſti Domini gratiam aditu reconciliationis, ianuaque gloriæ futuræ patefacta remeauit.

c S. Bernard. epiſt. 190.

35. *Vualdenſes an. 1180.*

Quod tanti faciant Vualdenſes hæreticos noſtri nouatores non mirum: quia potiſſimum in religione catholica illud oppugnabant, ſummam ſcilicet Romani præſulis in omnes fideles authoritatem, ſupremamque ei debitam obedientiam; quam illi noſtri religionis Chriſtianæ perturbatores vehementer execrantur, cum Vualdenſibus totum ſedis Apoſtolicæ tam in capite, quam in membris principatum damnant; ſummorum Pontificum canones decretaque ludibrio, calumniaque perſequuntur; indulgentias à ſummo Pontifice, aliiſque eccleſiæ prælatis de conſenſu illius primi paſtoris datas contumelioſa irriſione denigrant: omnem miraculis in eccleſia Catholica fieri ſolitis tanquam dæmonum præſtigiis, fidem, honoremque prædantur; ac denique cum Sanctorum inuocationis, ac ſalutationis angelicæ contemptu, multa impotentis linguæ conuitia contra purgatorii pœnas nunquam euomere ſatiantur. His erroribus conſentientes Albigenſes hæretici alios ad Antichriſti multiplicandum myſtium iniquitatis adiunxerunt: [d] eccleſias nempe frequentare vanum; in illis orare ſuperſtitioſum; eccleſiæ negatum deſuper decreta facere, legeſque ſcribere, eique ademptam excommunicandi alios poteſtatem, atque authoritatem; Sacramentum extremæ vnctionis nullum; peccata à libero arbitrio non formari, ſed à voluntate diuina in hominum cordibus excitari, & impelli, illicitam, Deoque odioſam auricularem peccatorum confeſſionem, purgatorii pœnas nugas eſſe, aniles que fabulas. [e] Quamnam iſtarum omnium falſitatum, errorumque, contra fidem, bonoſque mores hæretici noſtri non amplectuntur corde ad iniuſtitiam, ore autem non confitentur ad animarum perditionem?

Vualdenſium multas hæreſes religionarij nouatores iactantur.

d 36. *Albigenſes an. 1200.*

Errores Albigenſium, quos nouatores amplectuntur, & profitentur.

e Cæſarius Heiſterbacchius l. 5. c. 21. S. Anton. par. 3. tit. 11. c. 7.

Inter errores Fratricellorum, quibus Lutherus, & Caluinus ſeductos à ſe vſque ad inferni nouiſſima macularunt, ille erat [f] quo ſanctorum animas à beatifica Dei viſione, quæ eſt vita æterna vſque ad diem extremi iudicii arceri veritate contradicente profitebantur.

37. *Fratricelli.*

f S. Bernard. de Lutzemb.

Eodem ſæculo Begardos hæreticos diabolus in inferis parturiuit, & ex illis poſtea in terras euomuit. Qui perfecto homini, qualem ſibi imaginabantur omni ieiunio, & oratione interdicebant; baptizatos, & eos, qui eſſent in ſpiritu libertatis nullis ſublimium poteſtatum teneri legibus, nec eccleſiæ ſanctionibus obligari; non laudibus, & honoribus ſacroſanctum Euchariſtiæ ſacramentum ſed iniuriis, calumniiſque mactabant. Hæc deprauata dogmata aceruo iniquitatum ſuarum nouatores aggregarunt. Proxime Begardos altera mundi lues Lollardi ſequuntur, iiſdem fere cum illis Begardis erroribus inquinati, ſacrificium miſſæ ſanctiſſimum contumeliis, blaſphemiiſque multis inſectabantur. Conſecratam hoſtiam in illo Deum fictitium per horribile nefas appellantes. Reconciliationis, pœnitentiæque ſacramento multis improperiis illudebant; laicis peccata confitebantur; extremæ ſacramentum vnctionis irridebant. Clericorum, & ſanctimonialium conſecrationes, votaque cum iniuriis, & ſcommatibus explodebant. Romanæ eccleſiæ ſediſque Apoſtolicæ auctoritatem, iuſſa, decreta cum prioribus hęreticis conuitiis impetita criminabantur. Sanctam ieiuniorum obſeruantiam eccleſiæ ſtatuto ab Apoſtolorum præſcriptam temporibus arroganter impudenterque condemnabant. Carnium abſtinentiam quouis tempore deteſtabantur. Dierum feſtorum ſolemnitatem, ſuarum negotiationum corruptionibus adulterabant, Sanctorumque inuocationem, venerationem, bonorumque operum merita ſuis impoſturis, detractionibus, linguęque maledicentia proſcindebant. Quodnam eſt horũ dogmatum ſceleratorum, criminumque, quo

38. *Begardi an. 1305.*

Clemens 5. in Concil. Vien.

39. *Lollardi an. 1315.*

Hæc omnia de Lollardis Tritemius in chronico Hirſogienſi an. 1315.

non Lutherani, Caluinistæque se mentesq; suas A
fœdissime coinquinauerint? Scripta eorum sub
turpitudinum, erroneorumque dogmatum isto-
rum pondere, cumuloque nimis onerata gemũt
atque grauantur: quæ ad populos seductos suis
dolis, atque fraudibus, Christi sponsæ minime
credentes perniciosissime ad interitum salutis eo-
rum in synagogis, pestilentiæque cathedris effu-
40. Flagellantes an. 1310. tiunt, & exhalant. Quæ porro Caluinistarũ cum
flagellantibus hæreticis conformitas? Nonne cũ
illis realem corporis Domini in sacrosancto alta-
ris mysterio præsentiam blasphemando turpiter
Bernardus de Lutzemb. inficiantur? Aquæ benedictæ ad expellendos dæ-
mones, venialiumque peccatorum extirpatio-
nem, virtutem, efficaciamque contemnunt? Nõ-
ne confirmationis, pœnitentiæ, extremæ vnctio-
nis sacramenta suis detractionibus, blaspheman-
tiumque verborum procacitatibus oppressa de- B
decorant? Atque cum alus prioribus, quorum
ordine supra meminimus hæreticis purgatorium
cum suis expiatoriis pœnis, simul & omnia ec-
clesiæ suffragia pro animarum illic ad tempus de-
tentarum redemptione Deo profundi solita in-
dignissime respuunt, atque coouitiando detestã-
41. Marsilius Patauinus an. 1360. tur? Sed cùm nouatores toties dignitatem vicarii
Christi Domini in ecclesia sua supremam acrio-
ribus odij, maledicentiæque stimulis oppugnant,
a Bernard. de Lutzemb. de hæres. nonne nefandis[a] Marsilii Patauini erroribus as-
sentiuntur? Quibus stomachando non minus ca-
lumniose, quam impudenter asserebat nulli pa-
stori œcumenico Christum Dominum ascenden-
tem in cœlum vices suas regendæ sponsæ suæ vi-
sibilis ecclesię credidisse, proindeque Romanum
Pontificem immerito vicariatus Christi Domini
sibi partes vsurpare? Mitto cæteras huius hære-
siarchæ imposturas, errorumque abominationes, C
quæ priorum hæreticorum supra commemora-
torum impietatibus applaudunt, quarum fœdita-
tibus factionis suæ professione nouatores putidè
sordidantur.

42. Ioannes Vuicleffus. Sed de Ioanne Vuicleffo breuis est quæstio vt
doceamus nostros Christianæ veritatis hostes, se-
culi nostri pestes, impia multa ab illo contra fidẽ,
moresque bonos errorum contagia in suæ sectæ
factionisque cloacas, sentinasque deriuauisse.
Qualia sunt ista, substantiam panis, & vini
post consecrationem in altaris sacramento rema-
nere: peccatorum sacerdoti confessionem, va-
nam, euanidam, & iniquam plane, omni salutis
fructu destitutam; Monasticæ vitæ professionem
execratione dignam: Pontificis Romani, alio-
rumque prælatorum statuta, indolgentiasque
notam mereri dedecoris iudiciumque condem-
nationis. Et multa alia similis abominationis, cũ
alius hæreticis communia quorum supra memi- D
nimus. Sed quid postremo loco de Ioanne Husso
iuste vna cum altero diaboli ministro Antichristi
43. Ioannes Husius an. 1400. veri præcursore Antonio à Praga, propter nefan-
dos contra fidem, Christianæque sanctitatem re-
ligionis errores flammis vltricibus vstulato di-
cam? Quam magna ipsius, & alterius socii im-
pietatis ad nouatores nostros conuentio! Cum
Has ex articulis Ioannis Husii in Constantin. Synodo condemnatis. præter cæteros, hos errores euomuit. *Petrus non
est, nec fuit caput ecclesiæ, Papalis dignitas à Cæsare
inoleuit Obedientia ecclesiastica nulla esse debet.*
Quæ quidem impietatis hæreticæ dogmata in
ore, & scriptis nouatorũ trita & familiaria esse pu-
blica eorum iniquitatis Antichristianæ professio,
& obstinata defensio testantur.

A Atque hæc pauca de multis hæreticorum ex-
emplis in medium produxisse sufficiat; ex quorũ
potridis dissipatisq; cisternis nouatores suorum
errorum, hæreseonque turpitudines hauserunt,
arripuerunt, & expresserunt. Vt cũ isti hæretico-
rum nostrorum, nouatorumque nefandi patriar-
chæ, propter suarum impietatum assertiones su-
perbas, sceleratæ vitæ conformes, Antichristi à
spiritu sancto per os Apostolorum, piorum-
que ecclesiæ doctorum nominati sint; multo iu-
stius isti nostri nouatores propter errorum suo-
rom amplitudinem, & enormitatem, quàm prio-
res supra memorati iniqoitatis mysterium ope-
rantes, Antichristi dici nuncuparique merean-
tur. Veruntamen vt sectam nouatorum omnino
nouam, & ante tempora Lutheri, Caluinique in
terris inauditam prouideque de puteo abyssi à
B diabolo productam esse credamus; obseruatu di- *Nulla vnquam hæresis fuit in omnibus similis Lutheri, Caluinique doctrina erronea.*
gnissimum est, nullum vnquam in mundo exti-
tisse hæreticum, ex omnibus quos & recensui-
mus supra, & recensere breuitatis caosa destiti-
mus: cum cuius erroribus, prauarumque doctri-
narũ blasphemis assertionibus Lutherus, Calui-
nus Cẽturiatores, Beza, eorũq; seducti sectatores
penitus & in cunctis in suæ iniquitatis mysterio
cõsentiant. Sed iam tempus est vt metas dicendi
præsenti capiti sistamus, sequenti peculiari pro-
batione demonstraturi istos nouatores verè, at-
que iusta ratione, meritoque esse ac dici Anti-
christos.

CAPVT XII.

Nouatores, Lutheranos, & Caluinistas peculiari probatione Antichristos esse demonstratur ex operibus eorum Antichristo vero, homini peccati venturo conformibus, quibus ipsius mysterium iniquitatis operantur.

C



S V a duplici acceptionis forma Anti- *Sicut nomen Christi bifariam sumitur sic Antichristi.*
christũ sumi in sacris literis, apud om-
nes orthodoxos, veræq; professores fi-
dei constat: Sicut sanctissimũ Christi
nomen bifariam in sanctis scripturis solet vsur-
pari. Primo proprie, ac vere pro singulari quodã
homine Domino virtutũ, omniũ supernaturaliũ
benedictionũ, gratiarũque fonte, qui est sapientia
æterna, incarnatus, filius Dei viui, atque virginis,
saluator mundi; secundo commoni forma loquẽ-
di nomen illud Christi omnibos fidelibus verum
Christũ cũ Apostolo induentibus, eiusque vitã,
charismata, virtutesque æmulantibos accõmo-
dari soler. Licet præcipue cõmuniusque propter
D vnctionẽ prophetas, reges, sacerdotesque diuina
sancti spiritus oracula Christos appellare cõsues-
cant: iuxta illud Psalmistæ.[b] *Nolite tangere Chri-* *b Psal. 104.*
stos meos, &c. Simili modo de execrabili Antichri-
sti nomine ratiocinandũ: vt primò, ac propriè in-
signiendũ ad omnẽ improbitatẽ flagitiũq; Christi
Domini aduersario immanissimo, hostiq; trucu-
lentissimo, dicto propterea per antonomasiã ho-
mini peccati conueniat. Qui in fine mundi ventu-
rus est aduersus saluatorem mundi, eiusque ca-
stissimam sponsam omniũ matrem fidelium ec- *c Daniel. c 8.*
clesiam militaturus: omnibus inferni copiis in- *d Ezech c. 38.*
structus, omniũque vitiorũ abominationibus ar- *e 2. Thess. c 2.*
matus: de quo Prophetæ Daniel,[c] & Ezechiel,[d] & *f 1 Ioan 4 & in Apocalyp.*
Apostoli S. Paulus,[e] & Ioãnes[f] multa prędixerũt.

Aliquando hoc maledictionis nomen vſurpatione communi omnibus ſceleratis, quacunque ratione poſſunt, Chriſto Domino reloctantibus, cum eoque manus flagitioſas per ſcelera ſua conſerentibus attribuitur. Præcipue, vt probatum ſupra, hæreticorum rebellantium contra eccleſiam Dei, Chriſtique Domini vicarium, ſectis huius infamia nominis execrabilis inuritur: ſecundum ea quæ longo ſermone capitibus 8. 9. 10. Huius libri ex multis ſanctorum Apoſtolorum, doctorumque Catholicorum teſtimoniis clarè copioſéque retulimus. Vnde communis [a] doctorum probabiliorque ſententia Ezech. 38. hæc vocabula Gog & Magog exponens, nomine Gog Antichriſtum, Magog vero eius exercitum proprie ad literam ſignificari credit, ſic myſtice, & ſecundum ſpiritualem ſenſum, ſanctus [b] Hieronymus per Gog hæreſiarchas, Magog vero hæreticos ab illis deceptos, perditoſque interpretari voluit; dixit enim Gog ſecundum Hebræos tectum ſignificari, quo recte hæreſiarchæ exprimuntur inſtar tecti elati, ac ſuperbi. Magog vero quod hebraice de tecto exponitur recte ex eiuſdem ſancti patris teſtimonio illi ſeducti hæretici hæreſiarchis credendo, eiſque ſe pernicioſè ſubiiciendo ſicut ædificium tecto declarantur. Sed hanc nobis in conſpectu noſtro Chriſti Domini regulam proponentes. *Ab operibus eorum cognoſcetis eos*, Errare minime poterimus, ſi nouatores Lutherum, Caluinum, & alios ex operibus eorum Antichriſto ſuo venturo principi conformibus, ſimilibuſque ſimiliret eos Antichriſtos eſſe proclamemus. Atque quam iſti ſuper omnes alios mendaciorum idololatras, veritatis adulteros antiquæ corruptionis hæreticos ſuis operibus erroribuſque Antichriſti myſterium iniquitatis operentur, non aliunde quàm ab eorum factis, geſtiſque nefandis veluti ſignaculis Antichriſti conſideremus.

a Bellar. t. 1. l. 3. de Rom. pontifice c. 17

b S. Hieron. in c. 38. Ezech.

Secundum ſenſum literalem per Gog Antichriſtus proprie dictus, & per Magog eius exercitus: & per myſticū ſenſum per Gog hæreſiarchæ, per Magog eorum ſectatores intelliguntur.

Nouatores ex operibus eorū Antichriſtos eſſe, & membra eius demōſtratur.

Conformitas nouatorum cum Antichriſto.

At primum ſpiritus ſancti teſtimonia per manus, ſcriptaque Apoſtolorum Antichriſtum non in virtute, ac nomine Dei, ſed in nomine ſuo ſecundum operationem Satanæ venturum nobis enunciant. [c] Simili diaboli furore perciti, & impetu compulſi nouatores Lutherus, [d] Caluinus, & eorum ſectatores Chriſti Domini euangelium ſuis peſtiferis ad ſeductos populos concionibus adulterantes à ſe ipſis non à Deo miſſi ad bellum prælium que contra Chriſtianæ fidei doctrinæque Catholicæ veritatem, ſanctitatemque efferatius aduolarunt. Similes illis de quibus per Ieremiam [e] Deus. *Non mittebā eos*, prophetas ſcilicet, *& ipſi currebant, non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant*, ſcilicet falſa, & impoſturas, quos omnes fures animarum, gloriæque ſuæ latrones [f] Chriſtus Dominus appellauit: Vnde ſi tanta cū ſtrage exitioque ſuæ & aliorum ſalutis prædicauerint, quid mirum? Cum rectè ac ſalutiferè nulli prædicare poſſint niſi mittantur? O exitiale ſacrilegium! ſic operari myſterium iniquitatis, vt factum, & exemplum Chriſti Domini, contrariis iiſque ſuperbiſſimis actionibus improbatum iſti nouatores in perſona ſua criminantur. [g] *Qui non ſemetipſum clarificauit vt Pontifex fieret, ſed qui locutus eſt ad ipſū*, quē omnibus exēplar fidelibus ad imitādū proponit Apoſtolus, *ne quiſquā ſumat ſibi honorē, ſed qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* At qualiter omnes ſui præcones euangelii mitti deberent, vt fæcunda ſalutarique meſſe ſibi populos lucrarentur, loquendo ſuis ſic Apoſtolis aperuit. [h] *Pax vobis: ſicut miſit me viuens pater, & ego mitto vos, hæc cum dixiſſet inſufflauit & dixit eis. Accipite ſpiritū ſanctū &c.* Hanc magiſtri ſui lectionē ſanctus Paulus obſeruare cupiens. *Licet non ab homine, neque per hominem, ſed* [i] *per Ieſum Chriſtū ad Apoſtolatū de cœlo vocatus eſſet*; Nihilominus vt de ſua ad prædicationem euangelii omnibus miſſione à Deo conſtaret primum [k] ab Anania manibus impoſitis baptizatus eſt, deinde à prophetis, & doctoribus Antiochiæ præfectis eccleſiæ, per impoſitionem manuum ſegregatus eſt ad opus ad quod Chriſtus vocauit eū. Cui regulæ à Chriſto datæ cum Apoſtolis, aliiſque eccleſiæ prælatis legitimis ſe minime conformantes nouatores noſtri, ſed per deuia errorum ſuorum impietatiſque præcipitia ſine miſſione currentes ad mactādas diabolo, perdendaſque animas, vere Antichriſti membra ſunt, eius myſterium iniquitatis operantes. Contra quos illud veritatis cū ſancto Cypriano telum gladiumque euaginare iuuat, qualiter in ſimiles ſuæ tēpeſtatis Antichriſti miniſtros ipſe doctor ſanctiſſimus diſertiſſimuſque paſtorali turbine, brachioque diſtrinxit. [l] *Hinc ſunt*, inquit, *qui ſe vltro ad temerarias conuenas ſine diuina diſpenſatione præficiunt, qui ſe præpoſitos ſine vlla ordinationis lege conſtituunt, qui nemine epiſcopatum dante epiſcopi ſibi nomen aſſumunt, quos deſignat in pſalmis ſpiritus ſanctus, ſedentes in peſtilentiæ cathedra, peſtes & lues fidei.*

Conformitas 2. à ſe non à Deo venit ſic nouatores.

c 2. Theſſ. 2.

d Ioa. c. 4. v. 3.

e Ieremiæ.

f Ioan. c. 10.

Rom. c. 10.

g Hebr. c. 15.

h Ioan c. 20.

i Actor 9.

k Actor. 9.

Actor. c. 13.

l S. Cypr l. de vnitate eccleſ.

Conuenæ dicuntur ſeorſ itineris ad habitandum nouum locum.

Sed nonne ex ſacris ſcripturis, eccleſiæ determinatione ſanctorumq; iudicio Antichriſtus, antiquam Chriſti Domini eccleſiam ſuo acquiſitam ſanguine non habentē rugam, atq; maculam immaniſſimis dæmoniorū conatibus oppugnabit, vt in illius collabentis non tamē collapſæ ruina, ſuæ iniquitatis atque ſynagogæ iactis fundamentis, ciuitatis Babylonicæ muros erigat, atque moliatur? Quid aliud fecerunt nouatores iniqui, quam exeuntes è gremio antiquæ veteriſque matris fidelium eccleſiæ Chriſti Domini ſponſæ, in illius conſpirare interitum? Vt ex illius deſtructæ ſecundum illorum deſideria cineribus, nouæ ſuæ ſynagogæ dæmoniorum meretricis, ignes ardentes furoribus, ad exitium animarum Chriſti ſanguine redemptarum violenter educant? Atque ita Chriſti Domini regnum in hominum mentibus inſidens ab orbe terrarum relegatum penitus extinguant? [m] *Exierunt à nobis*, inquit S. Ioannes, *quia non erant ex nobis. Exire hæreticorum eſt*, inquit ſanctus [n] Augu. libro de paſtoribus c. 15. *Ad ſiniſtram ibunt omnes, qui exierunt ab eccleſia: & ad aliam eccleſiam niſi ad nouam à ſuis excogitatam furoribus recens à diabolo fabricatā non potuerūt.* Quia nulla vnquā à Chriſto paſſo hæreticorū factio inueniri potuit, vt ſuperiori capite mōſtrauimus, cuius noſtri nouatores dogmata in omnibus ſequerentur. Extra quā variā, multiplicēque hæreticorum factionē ſectamque, totus mundus, demptis paganiſmo, iudaiſmoque dementatis, catholicus ſedique Apoſtolicæ deuotiſſimus ſemper habitus eſt: quē in hoc catholicæ fidei, atque Apoſtolicæ ſedis obſequio iſti vehementer execrantur. Propter quā æternis dignā flāmis execrationē iſtis Antichriſti præcurſoribus cū Diuo Aug. inclamare poſſumus. [o] *Chriſtus venit colligere, tu venis diſſoluere. Quomodo nō negas Chriſtū in carne veniſſe, qui diſrūpis eccleſiā, quā ille congregauit. Contra Chriſtum ergo venis Antichriſtus es.* Si nouatores interrogētur

Secunda conformitas Antichriſtus oppugnando veram, & veterem Chriſti eccleſiam nouam eriget, ſic & nouatores.

m S. Ioan. c. 12.

n Aug l. de paſt. c. 15. p. 282. coll. 2. a tom. 9.

o D. Auguſt. tract. 6 in S. Ioan.

3. Conformitas à deserto atque è penetralibus solitudinis ecclesiam Antichristus educet: namque tanquam nouam orbi terrarum publicabit: nam de ecclesia inuisibilitate errorum habent opinionem nouatores.

a S. Matth. 24. 26.

A

quid de ecclesia Christi ante Lutheri, Caluinique tempora sentiant; respondebunt ecclesiam tunc inuisibilem fuisse, absconditam ab hominibus soli Deo notam, antiquam vero Romanam scilicet, in lupanar, atque spiritale prostibulum abiisset, Lutherum autē postea Caluinum tanquā nouam Dei sponsam in lucem terrarum orbis eduxisse. Hoc quid est aliud quam Antichristi mysterium iniquitatis operari? An oon vtrāque Antichristi, & nouatorum imposturam incredibilem impudentissimamque Christus Dominus suo iudicio condemnauit, cum hanc contra Antichristum, eiusque membra cautionē fidelibus exhibuit? a *Si dixerint vobis*, inquit, *pseudochristi, & pseudo propheta*, vt hæretici, *ecce in deserto est*, scilicet Christus, *nolite exire: Ecce in penetralibus nolite credere.* Nunquid pseudoprophetarum, & Antichristorum est post irradiationem euangelicæ lucis Christum Dominū dicere in deserto

B

latitare, atq; penetralibus occultari? Quæ est alia Theologia nouatorū, vt Lotheri, b qui negauit vel vnum episcopum sub papæ regno (qood illius iudicio qoingentis ad minus annis in terra substitit) *suo officio functum, aut vnum concilium extitisse, in quo de rebus pietatis tractatum sit? Verū sub his*, inquit, *Deus seruauit ecclesiam, sed vt non diceretur ecclesia.* Hoc quid est aliud dicere quam ecclesiam Christi Domini tot sæculorum labentibus annis, fluxuque temporum in deserto, atq; penetralibus occulte delituisse? Cōtra expressam Christi Domini sententiam, ecclesiam suam vocantis ciuitatem supra montem positam, quæ nō potest abscondi? Antichristus *de terra, & de abysso ascendens*, vt loquitur sanctus c Ioannes, quantum poterit spiritualia cōprimere temporalibus subiugabit. Nouatores Lutherus, Caluinus, centuriatores, & alii Geneuensis lacus, paludisque

b Luther. ser. 2. de seruo arbitrio.

S. Matth. c. 5. v. 14.

Quarta conformitas temporalia spiritualibus præferre Dei ecclesiam imperio sæculari subiicere vindicandam.

c Apoc. 13.

C

Caluinianæ potatores ecclesiam Dei, dominam fidelium, principem electorum, veluti captiuam factamque sub trihuto, seculari potestati mancipant, & astringunt. De qua liberæ sponsæ Christi captiuitate, sanctus Athanasius expostulans, contra tyrannum Constantium libertatis oppressorem Ecclesię, cum Antichristi mysterium iniquitatis, abominationemque desolationis appellat. *Quis*, inquit, *Constantium imperatorem Arianum videns in decernendo se facere principem Episcoporum, & præsidere iudiciis ecclesiasticis non merito dicat illum eam ipsam abominationem desolationis esse, quæ à Daniele prædicta est; nam cum circumamictus Christianismo, & in loca sancta penetret, & in his consistens deuastat ecclesias, abrogans canones, vi cogens, vt sua obtineant. Quis vnquam audebit dicere hoc tempus Christianis pacatum esse, & non potius persecutionem esse talemque persecutionem qualis*

Athanas. ad solitariam vitam agentes.

D

nec antea fuerit, & qualem fortasse nemo vnquam fecerit nisi filius ille iniquitatis, scilicet Antichristus? Mirabatur simul, & indignabatur sanctus Ambrosius d aduersus eum episcopum qui laicis ius sacerdotale substernebat.

d S. Ambros. epist. 32.

5. Conformitas: Antichristi furor & conatus in destruendo quo Christi sunt, & ecclesia eius præcipue desæuiet. quid aliud agunt nouatores.

Immanior Antichristi conatus atque furor in demoliendo præcipue, vastandoque fundamenta religionis Christianæ, & quæcumque in ecclesia sua Christus Dominus virtutibus, charismatibusque melioribus augustiora, magisque ad gloriæ consecutionem sempiternæ salutaria fabricauit, ac extruxit, dissipādo bacchabitur. Vt suæ postea iniquitatis mysterium ab omnibus eius præcursoribus hæreticis, præcipue à Christo Domino

A

passo inchoatum, adiuncto summæ abominationis cumulo perficiat: execrabiliaque sui nefandissimi impetus portenta super regni saluatoris nostri ruinas exaltata moliatur. Veritatem Christianæ fidei, sanctitatisque diabolicis armis oppugnabit, vt mendaciorum idola, improbitatumque suarum fallacias astruat. Propter quæ e Daniel spiritu Dei repletus illum Christi Domini aduersarium, filium iniquitatis, & hominem peccati, vt f vocat Apostolus, *vniuersa supra quā credi potest vastaturum, prædixit.* Nostri nouatores à die suæ iniquitatis, apostasiæ, rebellionisque detestabilis ortus, & ab inferis eruptionis in mundum, tot annos mille abominationum, immanitatumque excessibus vbique terrarum, qoò rabies hæreseos Lutheranæ, Caluinianæque penetrare potuit, quid aliud quàm religionis fideique Christianæ, quàm ecclesiæ catholicæ, A-

e Daniel. c. 8.

f 2. Thessal. 2.

Nouatores agunt quod facturus est Antichristus ad ruinam Christi imperij.

B

postolicæ, & Romanæ, qoàm omnium sacrarum sanctioonum diuinarum, & Ecclesiasticarum, quæ diuinius Christus Dominus, in regno suo quod est ecclesia stabiliuit, quam monarchiæ ecclesiasticæ, honorisque pontificij authoritatis summæ super omnes catholicos viua corporis Christi mēbra, quam denique (vt omnia eorum nefanda vno verbo complectar) æternæ salutis animarū gloriæque redemptoris nostri pretioso parte sanguine ruinam, exitium, desolationem, funeraque tentant, moliuntur, operantur? g *Ipsum opus hæreticorum non de suo proprio ædificio venit*, inquit Tertullianus, *sed de veritatis destructione. Nostra suffodiunt, vt sua ædificent. Ita fit vt ruinas potius operentur stantium ædificiorum, quam extructiones iacentium ruinarum.* O nouatores, quam iuste cum Iudæis reprobis genimina viperarum nominari meremini! qui tam nefarie patrum vestrorum,

g Tertull. de præscript.

Nouatores cur vere cum reprobis Iudæis genimina viperarum dici merentur.

C

veterum nempe Christianæ veritatis, & sanctitatis hostium mensuram abominationis adimpletis, cum eisque adeo flagitiosè in opprimendo omnia religionis Catholicæ sacra, diuinaqoe iura vestrorum errorum hæreseonque libidini prostituendo Antichristianæ mysterium iniquitatis operamini! Vt in hoc desolationis, & abominationis opere longe priscos illos hæreticos maiores vestros scelere superetis! *Mala siquidem soboles*, inquit h S. Gregorius, *malorū parentū actiones imitantes genimina viperarum vocantur: quia per hoc quod bonis inuident, eosque persequuntur, quod quibusdam mala retribuunt, quod læsiones proximis exquirunt: quoniam in his omnibus patrum suorum carnalium vias sequuntur quasi venenati filij de venenatis parentibus nati sunt.* Quid vos his minus criminibus agitis? Qui oon solum corporis damna quæritis, sed animi mortem procuratis, non bo-

h S. Gregor. hom. 2. in Euangel.

D

norum temporaliom deprædatiooibus inhiatis, sed spiritualibus, æternisque animorum fortunis insidiamini? non ad ruinam singulorum, sed ad totius Christi Domini religionis interitum, cum illis maioribus vestris sic inflammatis odiis, atque furoribus aduolatis: vt non tam eos in ista ecclesiæ fidelium matris vniuersalis, immaculatæ Christi Domini sponsæ, peccare nesciæ, persecutione tot cooflata criminibos æmulemini, quam errorum, flagitiorumque multitudine, & horrore vincatis?

6. Cōformitas: Sacrificium missæ & alia sacramenta tollet Antichristus, sic faciunt nouatores.

Antichristus omnia religionis oostræ, ecclesiæq; Christianæ mysteria, sacramentaq; diripiet, subuertetq; quantum in illius furore situm erit, vnicūque, ac sacrosanctum Christianorum sacrificiū

corporis,& sanguinis Domini omni crudelitate, barbarie, sacrilegio destruere, penitusque abolere conabitur. Quia aduersando in omnibus filio Dei, Domino nostro, eum messiam ac redemptorem generis humani, pro eo in cruce passum esse, ibique vt redimeret illud, animam per tormenta mortis efflauisse negabit. Nunquid est hæc quotidiana nostrorum nouatorum cõtra sanctissimum illud vnicum Christianorum missæ sacrificium lucta atque pugna insatiabilis, quod dum inficiantur, & incrudelitate tollunt, dum vt anile deliriũ, & idololatricum Satanæ lusum maledictis blasphemiisque lacessunt: quid aliud faciunt, quã cum Antichristo, Christi Domini pro mundi peccatis immolationem in ara crucis improbare, improbatamque nefarie contemnere, & abolere? *Quando enim hæretici dicunt*, [a] inquit S. Chrysostomus, *vnde patet immolatum Christum fuisse? Præter alia multa hæc etiam mysteria afferentes ora ipsorum consuimus. Si enim mortuus Iesus nõ est, cuius symbolum ac signum hoc sacrificium est?* Ex qua tanti Patris authoritate, sic ratiocinando in nouatores exurgere licet. Sacrosanctum missæ sacrificium Christi Domini mortem in ara crucis pro salute mundi, proque peccatis eius expiandis annuntiando memorandaque comprobat: ergo qui hoc tremendum missæ sacrificium abdicant, nõ exile de morte Domini dubium hominum mentibus iniciũt. Neque pluris faciunt baptismũ nouatores, quam Antichristus facturus est: qui virtutẽ efficaciamque ipsius ad omnium remissionem peccatorum penitus exinaniunt. Et sacramento sacramentorum Eucharistico non maiori dementia Antichristus insultabit, quam hoc tempore Caluinistę calumniis, irrisionibus maledictisque reluctantur: à quo realem corporis Domini præsentiam contra expressissima, clarissimaque illius verba, sacro eiusdem Domini, atque viuifico ore prolata malitiosissimè repellunt, & arcent.

[a] Hom. 83. in S. Matth. Sacrificium missæ mortem Domini comprobat.

Baptismus sicut S. Eucharistia à nouatoribus cum Antichristo reprobatus.

Antichristus sanctos Patres, Patriarchas, & prophetas despiciet, Deum Patrum suorũ Abraham, Isaac, & Iacob contemnet. Quem honorem sanctis Ecclesiæ Catholicæ, qui à temporibus Apostolorũ fidelium mentes ad salutem æternæ vitę erudierunt, nouatores impertiuntur? Imo qua nõ contumelia eos & conuitio dedecorant? Vt toties iteratum superius inculcauimus? At quãtis Deum probris, rebellionibus, vitiorumque fæditatibus offendunt, cum eum malorum omnium, scelerumque authorem, patratorem, causamque efficacem iniuriosissime criminantur? cum sponsam eius castissimam, totam pulchram, sine macula Ecclesiam catholicam, tot calumniis, opprobriis, blasphemiisque prostituunt? quam habere matrem, vt cæteri fideles habent, renuunt, atque deprecantur? sic Deum, Christumque Dominũ pro Patre negant, cum, [b] *Neutiquam Deum pro Patre habiturus sit, qui sponsam eius Ecclesiam sanctam pro matre repudiabit.* Cætera silentio comprimamus, cum iã dicta abundantiùs, quam necesse est, ostendant nouatores iure dici, & esse Antichristos, & putrida, proprij, veri atque personalis Antichristi membra censeri. Quod etiam alia ratione, nouoque modo iterum sequenti capite confirmare animus est, ne deesse aliquid ad hanc veritatis illustrationem videatur. Quod pius, atque beneuolus lector à nobis iure suo contendere, atque desiderare posset.

7. Cõformitas Deum contemnet & S. Patres, & omnia iura violabit: hoc faciunt Nouatores.

[b] S. Cypr. de vnit. Eccles.

CAPVT XIII.

Nouatores iure dici debere Antichristos, & esse, verique Antichristi membra alia ratione demonstratur, petita ab insaniis sex inter alias: quibus cum Antichristo perniciosissimè dementantur quarum tres primas præsens caput, tres postremas sequens explicabunt.



EMENTIAE insaniæque species multę, ac variæ: sed illa de præcipuis est, quæ impiorum mentes infestans contaminansque facit, vt quibus illi malis artibus Dei gloriam, iustorumque salutem perdere moliuntur, iisdem se ipsos, suæque iniquitatis factionem destruendo, firmius illam potentiusque in terra stabiliant. Item vt his maxime operibus pios, religiososque Dei seruos, Ecclesiæ, Christi sponsę sanctissimæ filios obsequentissimos, inflicto maledicentiæ vulnere calumnientur, quibus quia bona, iustaque sunt, maximam laudem præmiumque mereantur. Sic iniquitas malorum mentita sibi, se decipit, dumque in bonorum perniciem conspirat, in suam misere collapsa reuoluitur. Hæ fraudes dolique sunt tenebrarum principis: cui verius quàm Alecto Virgilianæ nomina mille, [c] mille nocendi artes: cuique super omnes peccatores terræ magna est data potestas: vt eorũ nefando ad exercendos bonos vtatur ministerio: hos præter votum de hac vexatione purgando, deque suis machinis, dolisque crudelissimis triumphatores exaltando: illos vero nefarios suæ tyrannidis ministros fraudulenta ludificatione deceptos miserię sempiternæ subiugando: & in vtroque contra scelerata, coactus, Christi Domini regnum desideria, promouendo, suum vero deprimendo. Exemplis ista sole clariùs in veritate parere possunt. Scribit S. Gregorius Nyssenus [d] S. Gregorium Neocęsareę ciuitatis in Ponto Episcopum miraculorum patratorem per Alpes iter agentem templum idolorum, prostibulum dæmoniorum ingressum idoli oracula vana dare soliti ora clausisse, illudque cõsueta in dandis responsis loquela, suæ præsentiæ virtute priuauisse. Itaut huius templi ædituo responsa petenti dæmones illic inania, impiaque oracula fundere sueti dixerint, se non posse amplius ingredi templum propter eum, qui illic manserat (Sanctum scilicet Gregorium Taumaturgum) neque se redituros vnquam nisi ipse Dei seruus imperaret. Statimque cum rediisse dęmones in templum illud insigne, ad hoc S. Gregorij iussum scripturis mandatum, *ingredere Satana*, æditutus ipse vidisset: illico impiam dęmoniorum superstitionem detestatus, his seruos Christi Dei viui crucifixi pro salute mundi potentiores esse considerans, ad veram Christi fidem, & cum eo multi pagani conuersus est. Sic dæmones contra voluntatem suaque vota, Deo cogente vera locuti Christi Dei regnum, cum sui populatione ruinaque, amplificatum fidelium conuersione prouexerunt. [e] Simili suo dolo, fraudeque diabolus se ipsum, sui imperij in seductione populorum

1. Dementia iniquitas hæreticorum nititur sibi, & illudit decepta.

Diabolus & impij illius ministri quibus artibus Christi regnũ destruere conatur erigunt.

[c] 7. Æneid.

[d] S. Greg. Nyssen. in vita S. Greg. Taumaturgi.

[e] Hęc pluribus tom. 1.

Aliud exemplum decepti dæmonis à dolo suo.

ſ Greg. Taumat. peſtis per angelos malos immiſſa precibus extincta.

incrementum meditando fefellit: eum exitialem luem, peſtemque grauiſſimam in oppidum Neocæſarienſe, cuius ſanctus ille Gregorius Epiſcopus erat, immiſit, ex ea immani, mortiferaque perſecutione ſperans ſe multos ſua oracula pro ſalute corporum conſulturos, magis ac magis, in ſuarum impietatum cultus, idololatriaſque compellaturum: ſed mentita ſibi iniquitas dęmonem exitio animarum deluſit hiantem. Nam peſtis illa per Angelos Diaboli malos immiſſa precibus, & orationibus ſancti Gregorij ſedata, & extincta cunctis huius vrbis populoſæ ciuibus occaſionem præbuit, vt eiurato omni dæmoniorum cultu ad Chriſti Domini fidem, religionemque conuerterentur: vt idem qui prius [a] S. Gregorius Nyſſenus in eius S. Taumaturgi vita commemorauit. Ita regnum ſuum Cypriano mago diabolus ſpoliauit: cum huic magicas à ſe incantationes petenti, quibus faſcinatam virginem Iuſtinam cõſtuprare poſſet, reſpondit artes magicas virginibus, aliiſque religionis Chriſtianæ cultoribus nocere non poſſe: hac ſiquidem reſponſione glorioſum ex mago martyrem fecit.

a S. Greg. Nyſſ. in vita S. Taumaturgi.
3. Exemplum. S. Cypr. Neoc. presb. ex mago martyr factus per reſponſionem diaboli in actibus eius.

B

4. Exemplum.

Pari fraude dementiaque deceptus humani generis hoſtis multos ſibi antea ſuperſtitionis ethnicæ laqueis irretitos extra tyrannidis ſuæ ſepta in gyrum Chriſtianæ religionis, tutum ſalutis portũ animarum, ſuis reſponſis auolare fecit. Quod ſe nulla medicorum induſtria, nullis inferni faſcinationibus, nullis magorum ex Etruria euocatorum incantationibus relicturum Lucillæ filiæ Marci Aurelij imperatoris Lucio vero imperij collegæ deſponſatæ corpus, quod petulantiſſimè poſſidebat, ſed ſola Abercij fideliſſimi Chriſti Domini cultoris Epiſcopi Hierapolitani præſentia, & authoritate ſe à tali poſſeſſione deſtiturum dixerit. *Conteſtante dæmone*, [b] inquit Euſebius in chronico, *ſe non niſi ab Epiſcopo Hierapolitano, quem habebat inſenſiſſimum fore pellendum.* Vt rectiſſime [c] Tertullianus Pontifices paganos, Senatoreſque Romanos abſentibus Auguſtis Seuero & filiis alloquens ita dixiſſe cenſeatur. *Hæc denique teſtimonia Deorum veſtrorum Chriſtianos facere conſueuerunt, quia plurimum illis credendo in Chriſto Domino credimus.* Talis eſt nouatorum noſtrorum à dęmone profecta dementia, qui dum paſtori Eeeleſiæ vniuerſalis Chriſti Domini ſanctiſſimo plurimum ſecundum immania cordis odia nocere contendunt, præter vota ſuis contradictionibus, aſſertionibuſque deprauatis Deo volente maxime proſunt, dumque ipſum Romanum Pontificem ſuis impoſturis, mendaciis, maledictiſque Antichriſtum, filium iniquitatis, Chriſti Domini Saluatoris aduerſarium fingere moliuntur: ipſum veriſſimum Chriſti Domini vicarium, eius honoris, ſeruitij glorioſi, cultus obſeruatorem, ac vindicem fideliſſimum, vniuerſalis Eccleſię principem inuiti licet clariſſimè comprobant: ſeque ipſos Antichriſtos eſſe vereque, ac proprie dicti filij iniquitatis Antichriſti membra ſuis male factis, aſſertionibuſque erroneis exhibent. Alia eſt dementiæ hæreticorum operatio, & effectus Romanum Pontificem, fidelium Patrem, paſtores Eccleſiæ religioſos, omneſque catholicos, ſedis Apoſtolicæ deuotiſſimos obſequio, atque reuerentiæ ab his rebus calumniari, atque reprehendere: à quibus quia iuſtis, piiſque magna laus, honor, & gloria in illos pro præmio redundare debet. In quo funeſta,

a In chron. an. 163.
b Lib. Apol c. 23.

C

D

2. Hæreticorũ ſpecies demẽtiæ & inſaniæ.

A

maledictaque logica reproborum inſtar Iudæorum: non tam ratiocinantur, quam bacchantur, nec tam diſcurrunt, quam inſaniendo vagantur. [d] Qui quia ipſe Dominus veritatem illis loquebatur, & opera Patris ſui faciebat, vt ſaluos eſſe curaret: ex illis bonis operibus inſana cõſequentia illum eſſe Samaritanũ à dæmone obſeſſum blaſphemando horribiliter inclamabãt. *Nonne bene dicimus quia Samaritanus es, & dæmonium habes.* O inſani! ſecus omnino ratiocinari debuerant. Nempe *quia veritatem dicit nobis, & opera æterni Patris exercet, vere Catholicus, ac propheta magnus ſurrexit in nobis, quem propterea audire tanquam verum Meſſiam, omnique gloria, & honore mactare debemus.* Simili ratiocinandi dementia tollendum de vita, atque ſęua morte perdendum Chriſtum Dominum maledicti conteſtabantur. Quare hoc? [e] *Quia hic homo multa ſigna facit, quia prius facit, quam docet, quia dixit nobis operibus meis,* ſcilicet bonis, iuſtiſque *credite.* At non ſic illis, ſed hac forma fuit ratiocinandum, cum tot opera bona faciat, hic homo eius ſermonibus, vt veri Meſſię aure, corde, ac opere aſſentiri debemus, vt ſalui eſſe poſſimus.

d Ioan c 8.

B

e S. Ioan. c. 11. v. 47. Act. 3.

In prauum hunc ratiocinandi modum diſputantes nouatores mille conuitia, iniurias, atque blaſphemias in Romanum Pontificem euomunt, ipſumque pro Antichriſto inſana maledicendi profluentia conuitiantur. Quia multa bona facit, iubetque fieri, ſecundum quod accepit à Chriſto Domino per manus Apoſtolorum, & ſucceſſores eorum vſque ad noſtra tempora ab vniuerſali Eccleſia recepta, approbata, confirmata: quæ ipſi ad regulas Lutheri, Caluinique examinata deteſtantur. Deteſtatione eò maiore digni percelli, anathematis Eccleſiaſtici, diuinique fulmine conteri, atque torreri: quò indignius, immaniuſque de bonis operibus ſanctiſſimum Domini vicarium, benigniſſimum omnium fidelium parentem, omneſque bonos ſub illo Catholica fide pietateque viuentes dilapidando vulnerant. Nunquid hoc eſt agere Antichriſtum, atque illius iniquitatis operari myſterium? Exemplis iniquitatem hanc dementiamque nouatorum clariorem reddamus. Lutherus Papam, omneſque vt ipſe per contemptum loquitur, papiſtas execratur. Quare hoc? Quia ſacroſanctum miſſæ ſacrificium maximo colunt honore, feruore deuotionis adorant, religioſéque venerantur. At propter hoc pium opus non execrationem, ſed benedictionem, non opprobria, ſed honorum præconia merentur! [f] Hoc negat Lutherus. Qua de cauſa? *Quia*, inquit, *miſſa papiſticæ res ſacrilega, idololatrica, ſcelerata.* Quis hoc te docuit Luthere? *Diabolus*, ait. O vere iniquitas mentita ſibi! Ideo optima conſequentia miſſam rem eſſe optimam inferre deberes, quia Diabolus dicit peſſimam? [g] *Qui vt homicida, ſic & mendax fuit ab initio, & in veritate non ſtetit.* Simili blaſphemia ſanctiſſimum Eccleſiæ principem, cum cæteris paſtoribus orthodoxis, vniuerſalique catholicorum fidelium ſocietate Caluinus abominatur, quod ſacratiſſimum Chriſti Domini corpus in ſacramento altaris adorent, ſupremaque veneratione reuereantur. [h] At Caluine cum hoc ſanctiſſimus Pater, omneſque ſub illo Eccleſiæ paſtores cum tota catholicorum congregatione faciunt, *habent veteris Eccleſiæ exemplum*, vt ingenue profiteris: cui etiam ex confeſſione tua ſic

C

1. Lutherus cur Papam omneſque vere catholicos ſceleratiſſime execratur.
f L. de miſſa angulari.

D

g Ioan. Ep. 1
h 2. Exempli Caluini l. 4. inſt. c. 17 § 39

ſpiritus ſancti gratia tunc affulgebat, vt peccare omnino non poſſet. Tu igitur in Romano Pontifice, totaque fidelium catholicorum ſocietate condemnas, quod à ſpiritus ſancti veritate profluxit: quod Chriſtus Dominus præſcripſit, & imperauit: tu anſam ſumis ſanctos Eccleſiæ rectores omneſque gregis Domini oues iniuriis probriſque proſcindendi, grauioribuſque ſuper omnes paſtores eleuatum vicarium Domini contumeliis afficiendi, ex his operibus à ſpiritu ſancto fluentibus: quæ fieri iuſſit Dominus, à quibus maiora gratiarum, benedictionumque diuinarum chariſmata hic recipere merentur. [a] *Expectantes beatam ſpem, & aduentum Domini Ieſu Chriſti*, cuius miſericordia, & gratia pro præmio ipſorum recte factorum, quæ tu Caluine malitioſe criminaris, cęleſti conſequentis vitę gloria potientur.

a Paul. ad Tit. c. 2. v. 13.

Alibi Caluinus iſte hæreticorum Patriarcha nouorum fatetur. [b] *Ante mille & trecentos annos vſu receptum eſſe in Eccleſia vt precationes fierent pro defunctis.* Caluini verba ſunt, tempus huius piæ erga defunctorum animas operationis immemoriale deſignantia, & ſeculum in quo ſpiritus ſanctus Caluini iudicio Eccleſiam Chriſti redemptam ſanguine ſine errore moderabatur. Ergo recte, & ſecundum redemptoris noſtri iuſſa ſummos Eccleſię rector, aliique ſub illo paſtores, & prelati, gregi præfecti Dominico faciunt: qui Eccleſiæ veteris tunc immaculatæ exemplum ſequentes fidelium animabus defunctorum in purgatorij ad tempus carcere recluſis hoc charitatis opere ſuffragantur. Nil minus, inquit, Caluinus. Quare hoc? *Quia omnes in errorem abrepti ſunt.* Quid dicis Caluine! Pugnantia te loqui non vides? Si ante mille, & trecentos annos Patres veteris Eccleſię precationes pro defunctis Deo fundentes in errorem omnes abrepti ſunt, ergo tunc, quod ſæpius aſſeruiſti, ſpiritus ſanctus Eccleſiam inculpate non regebat! aut ſi rexerit, & nihilominus Eccleſia precando pro mortuis errauerit, errorem iſtum non in Eccleſiam, non in antiquos Patres rectores eius, ſed in ipſum ſpiritum ſanctum transfundi debere quis ignorat? Sic ſpiritus ſanctus non erit Caluini calculo ſpiritus veritatis, ſed erroris. *O iniquitas hæretici mentita ſibi!* O blaſphemia, Caluino execrabili, hominis peccati, filij iniquitatis Antichriſti membro digniſſima! [c] Sed clarius Antichriſtorũ noſtri ſeculi inſaniam in aſſerendis dogmatibus impiis contra Deum, & ſanctus, ſacraque religionis catholicę myſteria ſibi plane contradicentibus obſeruemus, vt aperte iniquitas eorum mentita ſibi eos Antichriſtos eſſe, filiique iniquitatis, antonomaſtici Chriſti aduerſarii membra ſine dubitatione pronuntiet.

b 3. Exemplũ Calu. l. 3 inſt. c. 5 § 10.

Contradictio Caluini.

3. Pars tertiam hæreticorum inſaniam continens.

Conſtat inter omnes pios, doctoſque catholicos, qui diligenter antiquas, ſacraſque Chriſtianę religionis hiſtorias replicarunt, nullis vnquam veteribus Eccleſiæ catholicæ ac Apoſtolicæ ſedis hoſtibus hæreticis, maiori Chriſti Domini crucem horrori, quam nouatoribus extitiſſe: vt eorum crudelitates, inſaniæ, furores omni barbarie ſuperiores, quos in ſanctiſſimæ crucis Dominicæ contumeliam, in hoc funeſtiſſimo regno toties excitarunt, nimium vere demonſtrant. Cuius inimicos perſecutoreſque à temporibus Apoſtolorum, aduerſarios Chriſti, Antichriſtoſque fuiſſe Chriſtum. [d] *Iterum ſibi crucifigentes, & oſtentui habentes*, id eſt Chriſtum Dominum crucifixum, contumeliarum opprobriorumque libidini proſtituentes. [e] *Eius ſanguinem pollutum ducentes in quo ſanctificati ſunt, & ſpiritui gratiæ contumeliam facientes*, omnis ſemper Eccleſiæ militantis antiquitas iudicauit. Qui ipſo Apoſtolorum ſeculo contra Chriſtum, & crucem eius, diras in ſuis immanibus furoribus Antichriſti venturi nomine tragœdias ordiebantur, eiuſque myſterium iniquitatis operabantur. De quibus hęc gemens Apoſtolus. [f] *Multi ambulant quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimicos crucis Chriſti quorum finis interitus, quorum Deus venter, & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt.* At noſtri nouatores hominis peccati genimina nos inceſſanter calumniarum, maledictorumque ſuorum ſpiculo vulnerant, quod ſummo honore cultuque ſanctiſſimam Dei crucem religioſo colamus, vt inde nos vere Chriſti eſſe probemus. Quæ cauſa vulneris hæc tantæque contumeliæ? Quid aliud agimus in hoc pietatis exercitio, quam quod Apoſtoli Domini, vereque Apoſtolici pro Patribus ſuis Eccleſiæ nati filii, conſtituti principes ſuper terram Chriſtianorum fecerunt, nobiſque ſuo exemplo hoc religionis opus imperando perſuaſerunt? Quorum tempore cruces ſanctæ erigi cœptæ ſumma à piis omnibus Apoſtolorum exemplo veneratione mactabantur. Quam quidem huic ſalutis noſtrę ſigno venerationem deferri, indigniſſimo Diabolus animo ferebat, quod perhorreſcebat, angebaturque vehementer hoc viſo. Cuius propterea à ſuis miniſtris Antichriſti futuri membris, abnegationem omni qua poſſet tentationis violentia procurabat. Quod Philippenſibus vir Apoſtolicus Apoſtoli S. Ioannis diſcipulus ſanctus Ignatius clariſſime ſignificauit: dum eos pluribus hortatur, vt eos cane peius, & angue, perfecto odio perſequentes cauerent, qui Chriſti Domini crucem ſanctiſſimum ſalutis noſtræ remedium abnegarent. Illis iſta ſubiungens. [g] *Princeps enim eius mundi gaudet, cum quis crucem negarit: cognoſcit enim crucis confeſſionem ſuum eſſe exitium, id enim trophæum eſt contra ipſiuſmet potentiam, quod vbi viderit, horret, & audiens timet.* Quod ergo Diabolus horret, & timet, nonne ſalutare nobis, venerari, & maximo honore, amoreque ſuſcipere? Vos vero nouatores hoc ſanctiſſimæ crucis ſignum cum diabolo horretis, ſed non cum illo timetis, ſed inuidetis, in quo Diabolo peiores eſtis. Contra vos, contra maiores veſtros, hæreticos, contra furores veſtri principis Antichriſti furores, contra denique omnes Diaboli furias tentationumque crudeliſſimarum procellas, inde Apoſtolica in Eccleſiam Catholicam traditio fluxit: vt non modo cruces erigerentur in titulum, quas fideles venerarentur, eaſque Diabolus exhorreſceret, *velut trophæum*, vt dicebat [h] S. Ignatius, *contra ipſius erectum potentiam*, ſed etiam vt fideles teſte [i] S. Baſilio tam in ſacris quam in ceteris rebus quibus benedicerent, *manu ducta ſignum crucis exprimerent*, & ſæpius orantium in die catholicorum pectus tranſuerſa crucis ſub imagine brachia ſignarent? Quo remedio ſalutari ad expellendos dæmoniorum furioſos inſultus Chriſtiani fideles vterentur, illudque crucis viuificæ ſignum, pro ſalute ſua omnibus in rebus adhiberent. Quod ne quis Nouatorum recens factum auſit aſſerere, Tertullianum hæc dicentem in corona militis audiat. [k] *Ad omnem pro-*

Nouatores inter omnes hæreticos, maximi crucis Domini hoſtes ideo iuſte Antichriſti.

d Hebr. c. 6. v. 6.

e Hebr. c. 10.

f Phil. c. 3. v. 18.

Diabolus crucis procurat abnegationem quam horret, ac timet.

g S. Ignat. ad Philipp. Ep. 8.

Nouatores cũ Diabolo non timent Chriſti Domini crucem, ſed inuident, in quo Diabolo peiores ſunt.

h S. Ignat. ibid ſupra

i S. Baſil. l. de Spiritu S. c. 5.

A tempore Apoſtolorum cruces in titulum erectæ ad dæmones expellendos.

k Libro de corona militis c. 3.

gressum, atque promotum, ad omnem aditum, & exitum, ad vestitum, & calceatum, ad lauacrum, & mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia quacumque nos conuersatio exercet frontem crucis signaculo terimus. Atque ne quis Nouatorum Antichristianæ factionis, hanc signo crucis venerationem exhibitam, religionemque tempore Tertulliani incœpisse crederet, capitis sequentis initio hanc sua ætate multo antiquiorem his verbis ostendit. [a] *Harum, & aliarum eiusmodi disciplinarum si legem expostules, scripturarum nullam inuenies, traditio tibi prætenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, & fides obseruatrix. Rationem traditioni, consuetudini fidei patrocinaturam, aut ipse perspicies aut ab aliquo qui perspexerat disces.* Contra nouatores nostros Lutheranos, Centuriatores, Caluinistas has de adoratione signi sanctę crucis, aliarumque rerū obseruatione sacrarum traditiones à Montano ortum duxisse calumniose defendentes, hęc à Tertulliano dicta sunto. Si enim hæc recenter essent à Montano tradita, tunc in consoetudinem, quia noua non abiissent, proindeque traditiones minime dicerentur, quoniam, vt ille ait. [b] *Consuetudo sine dubio de traditione manauit, quomodo enim vsurpari quid potest, si traditum prius non est?* Quam adorandæ crucis religionem, & sacram signandi se illius signo cęremoniam semel à tempore Apostolorum in sequentia catholicæ, atque militantis Ecclesiæ secula sine interruptione descendisse ista [c] sancti Cyrilli Hierosolymitani hortamenta facile testabuntur. *Non pudeat nos crucifixum confiteri, sed in fronte confidenter signaculum crucis digitis imprimatur: & in aliis omnibus crux fiat: in panibus comedendis, & in poculis bibendis, & in egressu, & in ingressu, ante somnum recumbendo, & surgendo, eundo, & quiescendo. Magna hæc est custodia, quæ propter pauperes gratis datur, sine labore propter infirmos, cum à Deo sit hæc gratia, & signum fidelium, & timor dæmonum. Triumphauit enim de illis hoc signo. Ostenta illud audacter, quando viderint crucem recordentur crucifixi: metuunt enim eum qui contriuit capita draconis.* [d] Hæc sanctus Cyrillus. Illustris de Christianis militibus exempli meminit Theodoretus, qui cum ad omnem potum cruce poculum signarent, hoc signo quod Christiani essent agniti sunt. De cuius signi veneratione, & virtute hęc breuiter [e] sanctus Hieronymus ad Eustochium. *Ad omnem actum, & ad omnem incessum manus pingat crucem.* Atque illud notatu dignissimum quod Ruffinus [f] in expositione symboli commemorat, fideles nempe in primitiua Ecclesia cum symbolum fidei recitarent in verbis illis symboli postremis, *Carnis resurrectionem*, Frontem crucis signaculo communire, atque notare consueuisse: cuius rei ipse Ruffinus mysterium exponit.

a Tertul. c. 4. de corona in prin.

Traditionum virtus magna contra nouatores.

b Tertul. c. 3. de corona militum circa princip.

Traditio adorandæ sanctæ crucis & signandi se illius signo semper in Ecclesia durauit.

c S. Cyrill. Hieros. cathec. 13.

Signaculum crucis in omnibus Christiani veteres imprimebant maxima virtutis.

d S. Theod. l. 3. c. 10.

e Ep. ad Eustoch.

f Ruffinus in expositione symboli.

Hoc sanctæ crucis signum in omnibus sanctis Ecclesiæ mysteriis cæremoniisque adhibebatur, sine quo nihil recte fieri putabatur. *Omnia quæ ad salutem nostram conducunt per crucem consummantur.* [g] Dicebat sanctus Chrysostomus. Ante hunc Patrem [h] sanctus Cyprianus dixerat. *Crucis virtus omnia peragit sacramenta, sine quo signo nihil sanctum, nec aliqua consecratio meretur effectum.* Cui signo tantum detulit honoris Diuus Augustinus, tantæque virtutis illud esse credidit, *Vt nisi illud adhibeatur*, inquit, *siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ qua regenerantur, siue oleo quo Chrismate vnguntur, siue sacrificio, quo aluntur nihil eorum ritè perficitur.* Quod propterea à sancto Dionysio dictum est σφραγὶς δωρεᾶς πνεύματος ἁγίου, scilicet signaculum doni spiritus sancti. Quæ verba orationem ordiebantur, qua primitiua Ecclesia in quibusdam manuum impositionibus Episcopalibus vtebatur: quam sancti Patres Nicęni Concilij huic sancto Apostoli discipulo attribuerunt, orationemque sancti Dionysij Areopagitę vocauerunt: At nostri Nouatores insensati terribili blasphemia sanctum hoc crucis dominicæ signum detestantes, illud Antichristi caracterem appellare non perhorrescunt. O facinus immane, ô blasphemia omni execratione superior! ô nefandum Satanę mendacium! Ergo Apostoli, Antichristi signum contra Deum ac Dominum suum Iesum Christum qui eos ad fastigiū apostolatus euexerat iniuriosissime portauerunt! Ergo Apostolici viri Apostolorum filij atque discipuli, se illo signaculo filij iniquitatis inquinauerunt, inquinatosque se instar Antichristi contra Euangelium Christi Domini turpiter armarunt! Ergo tot sanctissimi Patres qui radiis fidei pietatisque Christianæ micantibus per tot annos, omnes in Christiana ditione ad iustitiam charitatemque diuinam populos illustrarunt, hac se signi turpitudine scelerate fædauerunt! fædatique Christo Domino, vnico Patris ęterni filio, partes Antichristi sequentes, classicum belli rebellando conclamauerunt. Ergo sanctissima fidelium congregatio Ecclesia Catholica Romanaque huic signaculo characterique magico prostituta, non amplius purissima saluatoris nostri sponsa dicenda venit, sed turpissima Antichristi meretrix non fidelium cætus diuino iure sociatus, sed prostibulum Dæmoniorum lupanarque vocabitur! ô quanta in vna falsi contumeliosi sacrilegique dogmatis assertione scelera! Sed hanc Nouatorum iniquitatem mentitam sibi in suis impiis assertionibus secum vehementer pugnare sibique enormi contradictione reluctari, quis non attendit & inspicit? Si enim signum crucis futurum sit Antichristi character, quare ergo illud persequetur Antichristus? Quare detestabitur? Quare destruendum, quare à toto terrarum orbe arcendum procurabit? quare illud reformidabit, & ad illius aspectum instar diaboli stupebit atque contremiscet? Scribit enim S. Hypolitus martyr in [i] libello quem de consummatione mundi composuit, asseuerarque firmiter, Antichristum inter alia sui in terras aduentus ostenta signa atque prodigia feralia, omni dolo atque crudelitate, omnibus signi salutaris in fronte aut alia parte corporis impressione fidelibus interdicturum, huiusque venerandæ crucis cultum prohibiturum, conculcando pedibus illam omnique affectam contumelia longè ab omnibus suæ tyrannidis vsurpatę locis quoad vis furoris sui præualebit, immaniter arcendo. In cuius locum execrabile suum signum, tesseram characteremque homo iste peccati substituet, ad solam sanctissimæ crucis recordationem, horrore atque trepidatione rabida concussus atque conturbatus illius virtutem pertimescens: à qua tyrannicæ dominationis suę regnique nefandi robur vastatum iri atque contritum à Diabolo patre didicerat. Hæc vobis noua sunt & inaudita, quia sanctos talia confirmantes contemnitis, eorumque sinceræ veritatis scripta legere, quia contra vos, abhorretis: respicite & audite quid contra ve-

g Hom. 55. in Matth.

h L. de baptismo.

In omnibus sacris Ecclesiæ catholicæ mysteriis crucis signum adhibebatur sine quo nihil rite perficiebatur.

i S. August. serm. 181. de tempore & tractat. 118 in S. Ioan.

S. Dionys.

S. Patres Concilij Nicæni.

Signum crucis à S. Dionysio dictum signaculum doni spiritus sancti.

Execranda Nouatorum blasphemia signum crucis Domini suis esse Antichristi caracterem dicentium. Nota hæc.

Mira contradictio Nouatorum in hac impia assertione signum crucis esse Antichristi characterem.

Antichristus horrebit crucem Domini contra illam pugnabit, eiusque signum imprimi in fronte manu &c. vetabit.

i L. de consummatione mundi.

ſtras execrabiles aſſertiones de vero Antichriſto filio iniquitatis & homine peccati, Chriſti Ieſu noſtri ſaluatoris aduerſario, crucem Domini & pertimeſcente & deteſtante vobiſcũ, illique ſuum characterem ſignumque diabolicum ſubſtituente, & crudeliter opponente ſanctiſſimus & antiquiſſimus Pater B. Ephrem Syrus tractatu de conſummatione mundi & Antichriſto dicat.

B. Ephrem tractatu de conſummatione mundi & Antichriſti.

Dabit, inquit, *ſuum ſignum ſceleſtus ille, non quidem promiſcue pro quolibet corporis membro, ne hoc graue ſit atque moleſtum: ſed in dextera manu, ac fronte ſculpturus eſt huiuſmodi characterem ſuum, ne ſcilicet facultas ſit homini ſe ſignandi ſigno crucis*, audite ô Nouatores crucis ſignum non eſſe characterem Antichriſti, ſed illi aliud penitus oppoſitum *neque rurſus in fronte vllatenus tremendum, ſanctumque Domini nomen imprimere queat. Neque etiam glorioſam atque formidabilem ſaluatoris crucem inſculpere.* (Hæc notate & ſequentia diligenter) *Nouit quippe infelix ille per impreſſionem crucis Domini poteſtatem ſibi omnem auferendam. Quamobrem ſignat hominis dexteram quod ea cuncta noſtra membra ſignamus: ſimiliterque frontem, quod illa ſignum ſaluatoris noſtri in altum præfert in modum candelabri.* Hæc ipſe ſanctus. Vns igitur nouatores, qui cruces domini tam impiè profanando deſtruitis, atque tam acribus iris eas earumque cultores oppugnatis, nonne iſto dirè facto immanitatem, furoremque futuri Antichriſti, vt filij iniqui patris induiſtis? & dum ſalutare ſalutis noſtrę ſignum, Antichriſti veſtri principis futuri characterem eſſe impudentiſſimo mendacio blaſphemiaque conteſtamini, pugnantia vos in aſſertionibus iniquis enormiter loqui minimè ſentitis? Sed ad alia non minos prioribus enormia à vobis dicta factaque tranſeamus: Vt vos veſtris armis tanquam Antichriſti membra confodiamos, atque de veſtris axiomatibos valde veritati contrariis, & regulis admodum obliquis, vos ſuper omnes antiquos veritatis hoſtes, de venturi *filij iniquitatis, hominis peccati*, eſſe grege, ſynagoga, exercitu eſſe, dicique de illius nomine Antichriſtos, fæde illius teſſera charactereque ſignatos, omnibus rationis, mentiſque capacibus facile, non tam oratoriè quàm verè perſuadeamus.

Not. hac;

CAPVT XIV.

Tres alias inſanias commemorans, quibus Nouatores Antichriſti venturi execrabile myſterium iniquitatis operantes, ſe illius membra, miniſtros, præcurſoreſque manifeſtiſſime comprobant.

ERGO quartam Nouatorum noſtri ſæculi inſaniam celeriter attingamus. Qua ſicut prioribus magis ac magis eos Antichriſtos eſſe probemus. Quid ſtatim immiſſus in orbem tabie, dolo, iniquitate, blaſphemiis, aliiſque dæmoniorũ armis ſtipatus, *homo peccati* facturus eſt, cum apparuerit in ętate matura, annis grandiore, illius horror ſcelerate vitæ? nunquid in ſuarum abominationum capite ponet, vt quanto conatu ac furore poterit Chriſti Domini opera diſſoluat? atque deceptis populis perſuadeat ſe ſaloos fore ſalutiſque optatæ compotes, modo fidei doctrinæque, quam cum flamma ferroque, vt fecerunt noſtra ætate Nouatorum Euangeliſtæ, publicaturus eſt, aſſentiantur? hæc facta Lutheranorum Caluiniſtarumque ſunt, facta non humanitatis ſed diabolicæ enormitatis. Quæ enim Lutheri contra bona opera quæ Chriſti ſunt, doctrina eſt? Nonne conculcatis pede malitiæ, eiurati ſque rebellione cordis, bonis operibus, quæ Chriſtus Dominus iuſſit, & ſuo exemplo facienda reliquit, impius hæreſiarcha vt alter Antichriſtus ſceleratis omnibus perditiſque improbitate vitæ, gloriæ ſempiternæ gaudia ſpopondit? ſi ſuæ impiæ infidæque fidei quam de ſe prout à diabolo didicerat, in ſuis immanibus furoribus publicabat, participes eſſent, etiã ſi mille fraudibus flagitiiſqoe coinquinati exitiali deteſtandę vitæ põdere grauarẽtur?[a] Nil impono Luthero! En qualiter peſtilens blaſphemus Patriarcha os aperiat ad Melancthonium & per eum ad omnes ſuæ Apoſtaſiæ ſocios aſſeclaſque ſcribendo. *Eſto peccator & pecca fortiter, ſed fortius fide & gaude in Chriſto qui victor eſt peccati mortis, & mundi: peccandum eſt quamdiu hic ſumus, vita hæc non eſt habitatio iuſtitiæ, ſed expectamus ait Petrus, cælos nouos & terram nouam, in quibus iuſtitia habitat. Sufficit quod agnoſcimus, per diuitias gloriæ Dei, agnum, qui tollit peccata mundi: ab hoc non auellet nos peccatum, etiam ſi millies vno die fornicemur, aut occidamus putas tam paruum eſſe pretium & redemptionem pro peccatis noſtris, factam in tanto & tali agno? ora fortiter, es enim fortiſſimus peccator.* Quid eſt hoc aliud, quàm cum Antichriſto bona Chriſti opera & per eios gratiam ęternæ meritoria gloriæ diſſoluere, & in eorum locum crimina nefanda ſuccenturiare, quæ ſceleratiſſimis hominibus cæleſtis regni portas aperiant? his atrocibus maledictis, hanc ſecuri diabolicam conſolationem adiungamus: qua ſuos Lutherus miſerè fraudulenterque deceptos ſeductoſque recreat atque ſuſtentat. [b] *Vides*, inquit, *quam diues ſit homo Chriſtianus, etiam volens non poteſt perdere ſalutem ſuam, quantiſcumque peccatis, niſi nolit credere: nulla enim peccata eum poſſunt damnare niſi ſola incredulitas.* Quamobrem latrociniis, peculatibus, adulteriis, luxuriis, ebrietatibus, homicidiis, proditionibus, populationibus, ac ruinis priuatis ac publicis, parricidiis omnibus vtriuſque maieſtatis læſæ criminibus, & aliis quibuſcumque ſe nouatores polluant & ingurgitent, modo Lutheri fidem non abnuant, in æterna cælorum tabernacula recepti diuinæ felicitatis hęreditate gaudebunt. O ſtupendam omnino & horribilem Apoſtatæ blaſphemiam! ô dæmonis non hominis vocem! Nunquid iſta iuſtiùs nos quam[c] ſanctus Hieronymus Iouiniano qoondam hæreſiarchæ libidinis & gulę, Luthero exprobrare poſſumus ac debemus? *Tibi cedunt de via nobiles, tibi oſculantur diuites caput. Niſi enim tu veniſſes* (ô Luthere) *ebrij, atque ructantes crapulam*, prædones, adulteri, fornicatores, homicidæ, ſacrilegi paradiſum intrare non poterant. At Zuinglij vnius de præcipuis Nouatorum miniſtris blaſphemias in hac parte aodire quis non perhorreſcat? quis eum ſolertiſſimum nefandiſſimumque Antichriſti ſatellitem membrumque ſic blaſphemando non credat? qui omnes ſoę ſectæ perditos homines per ſolam fidem perfidam, cuius fædos halitus per Heluetios exhalabat, omnibos bonis operibus extra corda manuſque abire iuſſis, Chriſto Domino gratia-

Quarta inſania hæreticorum Omnia Chriſti opera conantur Antichriſtus deſtruere, in ſolaque fide qua ſibi creduntur ſalutem figere: hoc faciunt Nouatores.

Nefariis perditiſque hominibus ſalutem cum Antichriſto Lutherus hominibus promittit, vt modo ſua deteſtabilis fidei participes habeat.

a Lutherus t. 1. Ep 238 anno Domini 1521. ad Philippum Melanct.

Nc. Horribilis blaſphemia.

Alia ſimilis execrationis Lutheri blaſphemia.

b Lutherus l. de capt. Babylonica c. de baptiſmo.

c Lib 2 contra Iouinianum.

rum omnium & felicitatis æternæ fonti in iure possessionis hęreditatisque cælestis coequare non dubitauit? *Omnibus*, inquit, *fidelibus & verè Christianis (scilicet heresi Zuinglíana contaminatis) Deus Pater non minus fauet, nec minus propitius est quàm Christo filio suo proprio. Fidelem huiusmodi non minus quam filium intuebitur: nec minus quam filium suum ab æterna morte eundem liberabit: non minus ab æterno incendio illum eripiet, non minus cælum illi patere faciet, quam filio suo vnigenito. Quid multis his?* exclamabat post hæc, *æternam vitam non minus illi quam proprio filio largietur.* Et ad tot diuinos Patris æterni fauores, Christi fauoribus ac meritis æquales, quid contulit blasphemator execrabilis seductis à se atque maniæ hæreticæ morbo laborātibus faciendum? nihil aliud quam sibi fidere & de fidei suę paganorum infidelitate peioris impietate, nullo modo pro sincera veraque Christi fide dubitare? consilium hoc prauum consultori pessimum sequentia verba designant. *Omnibus vera & Euangelica (scilicet Zuingliana) fide præditis*, inquit, *Deus obligauit & astrinxit se cælū tribuere:* quod sequitur, contra omnia opera diligenter obseruetur. *Non opus est vt pro eo assequendo laboremus. Nunc enim, illud certo tenemus, ad illud* (scilicet cælum) *tantum prorsus iuris habemus, quantum Christus ipse. Nec nos possumus damnari, nisi Christus ipse damnetur, nec Christus saluari nisi nos etiam saluemur.* Considerate quid blasphemiis istis contra gloriam & sanctitatē Christi Domini ex puteo abyssi, stagno ignis & sulphuris, inferni antro, tetrius magisque execrabile spirari euomique possit. At nihilominus Caluinus Bezaque has Zuinglij blasphemias maledictaque suis longe superarunt: quod mox audietis, vt eos Antichristos esse aliqua suspensi dubitatione, vos pij Catholici verè Christiani, strenui sedis Apostolicæ vindices ambigere nnimè valeatis. Qui cum Luthero & Zuinglio opera bona à consecutione salutis arcent & solam fidem deprauatam, scilicet incredulitatem, quam à catholica fide religioneque extorrem prædicabant huic salutari negotio præficiunt. Sed quod omnium abominationum atrocissimum est Christum Dominum in electione vitæ æternæ suis postponunt assectis atque turbis miserrimè à sua pestifera doctrina fascinatis: quod ex regulis axiomatisque eorum clarissimè constabit. Primum asserit Caluinus & post eum Beza discipulus sectatores suæ fidei miserę, quam ipse terroribus armorum, crudelitatumque inauditarum furiis emulgauit, adeo se certos esse de salute sua credere debere, vt de hac tantillum dubitare reproborum esse, nefandumque crimen contra spiritum sanctum audacter asserat. Ne quid affingere & imponere Caluino videamur, eum in institutionibus suis loquentem audiamus. Primum illud catholicorum Theologorum axioma dicentium neminem scire se esse in gratia sine reuelatione nisi certitudine morali, blaterando condemnans, ait. [c] *Hinc iudicare licet, quàm perniciosum sit, scholasticum illud dogma nos de gratia Dei erga nos aliter statuere non posse, quam ex coniectura morali, prout se vnusquisque ea non indignum reputat.* Et paulo post id falsum esse demonstrans, ita à fide sola hāc Dei erga nos gratiæ certitudinem proficisci probat. [d] *Cum simplici & gratuitæ promissioni respondere fides debeat, nullus ambigendi locus relinquitur.* (scilicet nos certo scire per fidem esse in gratia.)

Zuinglius D. omnium quos fefellit scelerata doctrina adoptionem & ius ad vitam æternam iuri Christi Domini per solam fidem coæquabat.
Tom. 1. In actis disputationis Tigurinæ.
Eiusdem Zuinglij detestāda blasphemia contra Christum & contra bona opera quæ iussit.
a Ibi supra.
Caluinus in blasphemando scelerator Zuinglio ex suis regulis Christum Dominum reprobum non ille illum constituunt, qui de salute sua dubitauit quam certo tenent heretici Caluiniana fidei scilicet impietatis participes.
Omnes perditi nouatores certi sunt de salute sua, at Christus non fuit ex doctrina Caluini.
b Caluin. l. 3. institut. c. 2. §. 38. in principio.
d Ibidem Caluinus.

Nam qualibet olscere, fiducia armabimur si hac conditione ratiocinemur: Deum esse nobis propitium, modo ea vita nostræ puritas increatur? Videte quomodo bona arcet opera à consecutione. Dei gratiæ & fauoris: [e] quo ad gloriam æternitatis eatur. Post hæc §. 39. eiusdem capitis ait, *eum qui in se Christum habitantem non agnoscit reprobum esse.* Et paulò post, [f] *Miserrimę esse cæcitatis, arrogantiæ notari Christianos qui spiritus sancti præsentia gloriari ausint.* Ex quibus & aliis concludit illum qui, *de salute sua planè securus non est, nec certo tenet se esse in gratia absque vlla incertitudine vel ambiguitate horrende esse sacrilegum, miserrime cæcum, spiritui sancto iniurium, primaque pietatis tyrocinia ignorare.* Sic Caluinista omnis & nouator, ex regulis Caluini de gratia Dei ac salute æterna securus est certitudine fidei, cui falsum subesse non potest: at vt intelligamus, *iniquitatem Caluini mentitam sibi*, & in dogmatibus iniquis contradictionis insaniam manifestari. Idem ipse Caluinus de Christo Domino adeo male & impiè sensit, vt illum de salute sua in suæ passionis excessibus & inter tormenta crucis, deque Dei Patris gratia & beneuolentia erga se dubitauisse mordicus asserat: hoc si est ita: [g] ergo Christus iuxta Caluini [h] Bezæ que regulas. *Sacrilegus reprobus spiritui sācto iniurius euasit, primaque pietatis tyrocinia nesciuit.* Quid his acerbius sceleratiusque in Christum filium Dei viui Antichristus debacchabitur? sed ne hęc à nobis dicta gratis præter veritatis religionem esse videantur, Caluinum contra filium Dei blasphemantem & flagitiosè dicentem hunc Dominum gloriæ plenum gratiæ & veritatis, de salute sua dubitauisse Patris sui beneuolentię, gratię, amorique diffisum grauiter audiamus. Primo Christum D. damnatorum pœnas vt his nos liberaret pertulisse, sic blasphemando contestatur: *Nihil actum erat si corpore tantum morte defunctus fuisset Christus: sed operæ simul pretium erat, vt diuinæ vltionis seueritatem sentiret:* Quam seueritatem in tolerandis subeundisque damnatorum in inferno tormentis consistere ita continenter infert: [i] *Vnde etiam eum oportuit cum infernorum copiis æternaque mortis horrore quasi consertis manibus luctari.* [k] Et in fine huius §. 10. *vt sciamus non modo corpus Christi in pretium redemptionis fuisse traditum: sed aliud maius & excellentius pretium fuisse, quod diros in anima cruciatus damnati & perditi hominis pertulerit.* Sed si blasphemia hæc detestanda Caluini aliqua probabilitate niteretur, cū pęnæ damnati & perditi hominis æternæ esse dicantur, quę diuino iudicio nō expiandis sed vlciscendis vindicādisque illius sceleribus decretæ sunt: [l] Sequitur ex misera Caluini ratiocinatione Christum Dominum cum pati debuit, quæ culpę sceleraque damnatorum tormenta, meruerunt, non solum his ad tempus limitatis infernorum pœnis, tormentisque, sed æternis nullo fine præscribendis subiugari debuisse. Postea vt blasphemiæ suæ abominationem corroboret in peruersum sensum S. Petri testimonium sceleratè corruptum deprauatumque contorquet. Quo inferat Christum in tolerandis dānatorum cruciatibus Dei Patris ira maledictioneq; percussum, hęc dicens: [m] *Hoc sensu dicit Petrus Christum resurrexisse solutis mortis doloribus à quibus impossibile erat ipsum teneri vel superari.* Audite Antichristi erroneam expositionem, *non simpliciter nominat mortē*, inquit, *sed filiū Dei implicitum fuisse doloribus expressit, quos parit maledictio & ira Dei: quæ origo mortis est,*

e Caluin. l. 3. c. 2. §. 39.
f Ibidem eodem §.
In doctrina Caluini Christus est sacrilegus & reprobus, quod de gratia Dei Patris & salute sua dubitauerit in cruce
g Caluin. l. 2 inst. c. 16. §. 10. n. 12.
Ex nefandis Caluini assertionibus Christus in morti si desperauit atque de salute sua dubitauit.
h Beza in Ep ad Hebr. v 7.
Caluini sententia pœnas damnatorum in inferno Christus Dominus pertulit
i Caluin. l. 2 inst. c. 16 §. 10. 11.
k Lib. 2. inst c. 16. §. 10.
l Ibid.
m In fine §. 10.
n Caluin. l. 2. c. 16 § 11 in l.
o Actor. v. 24

Chriſtus gratia & amore patris diffidens de ſua ſalute ex Caluino dubitauit.

eſt. At Dei patris maledictione itaque cõſternatũ atque cootritũ Chriſtum ab eiuſdem patris gratia amoreque alienum eſſe oportebat. Quæ enim Dei fauoris,&gratiæ cõuentio ad maledictionem & iram? Sed tantam patris indignationem auerſionemque in ſui oppreſſionem cucurriſſe forte Chriſtus non opinabatur? Imo adeò hanc patris indignationem maledictiooemque patris apprehendebat, vt ab illius gratia planè decidiſſe ſalutiſque aleam periclitari ſuæ, permetuens vehementer expaueſceret. Quis hoc dicit? Caluinus! itane? eius nefanda ad huius lucem veritatis edentur teſtimonia. In eodem §. 11. poſt memoratam maledictionem & iram Dei patris in filium Dominum noſtrum, hæc ſubdidit. *Nec dubium eſt quin idem docere velit Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræos vbi ſcribit Chriſtum à ſuo metu fuiſſe exauditum, reuerentiam alij vertunt vel pietatem, ſed quam parum aptè, res ipſa euincit & ipſa loquendi forma.* Senſum Apoſtoli peruertit, veroſque illius expoſitores orthodoxos explodit, vt blaſphemiæ robur & pondus afferat, vt Chriſtum ſibi & ſaluti non temporali ſed æternæ metuiſſe probet: quod hæc clarè ſequentia demonſtrant: *Chriſtus ergo cum lachrimis & clamore valido orans, à metu ſuo exauditur: non vt à morte ſit immunis, ſed ne abſorbeatur vt peccator, quia illic perſonam gerebat noſtram: & certe nulla fingi poteſt magis formidabilis abyſſus, quam ſentire te à Deo derelictum & alienatum: & cum inuocaueris non exaudiri, perinde ac ſi in tuam perniciem ipſe conſpiraſſet. Eò Chriſtũ videmus fuiſſe deiectum, vt coactus fuerit vrgente anguſtia exclamare: Deus meus, Deus meus vt quid me dereliquiſti?* Et ne quis excuſando Chriſtum Dominum, poſſet dicere Chriſtum non ex ſententia menteque ſua, ſed exiſtimatione aliorum iſta, ad patrẽ lamentabiliter effudiſſe: talibus huic Caluinus verbis per antipophorã obiectioni occurrẽdo reſpondet,[b] *Quod enim nonnulli volunt ex aliorum potius opinione quam ex ſuo ſenſu ſic locutũ fuiſſe, nequaquam probabile eſt: quum ex intimi animi angore deductam fuiſſe vocem conſtet.* Si quis vellet omni ſemota dubitatione apertiſſimè probare, Chriſtum ſuæ paſſioois tempore de ſalute propria patriſque ſui beneuolentia & gratia dubitauiſſe: quibus clarioribus quam his Caluini verbis vti poſſet? ergo Chriſtus ex regula Caluini ſupra poſita, filius non eſt electionis, ſed reprobationis: ergo horrendè ſacrilegus, ergo ſpiritui ſancto iniurius, ergo quia non certo tenuit ſalutem [c] vt omnes nouatores in eiuſque aſſeuenda certitudine trepidauit: profectam à ſpiritu S. reuelationem vel mendacij, vel incertitudinis, vel ambiguitatis inſimulauit, & ita inſimulando horrendum patrauit ſacrilegium; ergo quia de ſalute ſua diffiſus Spiritum ſanctum in ſe habitantem non agnouit reprobus factus eſt: ergo prima pietatis tyrocinia neſciuit *ſaluator mundi, filius Dei, qui eſt increata patris æterni ſapientia,*[d] *habens theſauros omnis ſapientiæ & ſcientiæ in ſe abſconditos*: & miſerrima captus cæcitate, quod ſuæ permetuens ſaluti ex Caluino, gratiæque patris ſui, non fuerit auſus de Spiritus ſancti præſentia gloriari. Ergo omnibus nouatoribus hæreticiſq; damnatis de Caluinianæ maledictionis abominationiſq; luto ac cęno turpiter eductis, abiectior Chriſtus multoque miſerior eſt; qui per fidem execrabilem quam de putrido Lutheri, Caluinique lacu hauſtam funeſtiſſimè potauerunt,

Caluin. l. 2. c. 16 §. 11. inſtit.

[a] Hebr. 5. v. 7.

Antipophora Caluini.

[b] Ibid. Calu.

Quanta blaſphemiarum colluuies ex regulis Caluini decurrit in Chriſtum Dominum.

[c] Caluin. l. 3. inſt. c. 2. §. 39.

[d] Ad Col 2. v. 3

A iuxta Caluini, Bezæque dogmata, regulaſque nefandas, de ſua ſalute ſecuri, de certitudine gratiæ diuinæ, fælicitatiſque æternæ, abiectis bonorum operum meritis, milleque ſordidati ſceleribus, nulla diſtracti dubitatione trepidãt. Legatur omnis[e] §. 13. l. 2. inſtitut. cap. 16. In quo totus Caluini ſcopus in eo eſt defixus, vt probet Chriſtum Dominum pro ſalute animæ ſuæ, non corporis morte timuiſſe, expauiſſe & cum horrore trepidauiſſe. Atque huic timori adiuncta Chriſti deſperatio eſt, ſemper damnatorũ pœnis iuncta: quas iudicio Caluini Chriſtus exantlauit ac pertulit. Et tamen iniuriam ſibi atrocem fieri nefandus impoſtor & blaſphemus clamitat hæreſiarcha, *à quibuſdam nebulonibus indoctis & malitioſis* (ſic

B enim doctores orthodoxos eruditiſſimos, atque pietate clariſſimos diabolica Caluini lingua calumniatur) cum dicunt veréque probant ipſum Caluinum aſcribere filio Dei deſperationem quę fidei ſit contraria. Quam tamen calumniam iniuriamque quam falſo comminiſcitur, non explodit nec refellit: licet multorum verborum ſonitu inani, nulla ſubiecta ratione atque ſcientia id præſtare fingat, vel irrito conatu moliatur: quod ex lectura huius paragraphi Catholicus atque peritus in ſacrarum cognitione litterarum facilè perſpiciet atque iudicabit. Etenim citra omnem dubitationem ſi pœnas inferni perditorum atque damnatorum tormenta Chriſtus Dominus ex Caluini blaſphemia ſubiit atq; pertulit, profecto illum in deſperationem incidiſſe fateri

C neceſſe eſt, atque ſpe gloriæ cæleſtis certitudineque caruiſſe: cum in eo maximam partem ſupplicij damnatorum cum diabolo & Angelis eius, æternarũ flammarum æſtibus cruciatorum conſiſtere communis Theologorum ſententia, totiuſque conſenſus Eccleſiæ profiteatur & credat. Si igitur errori blaſphemiæque Caluini aliquis fidei & aſſenſionis locus reliquatur, non tantum in ſalutis diffidentiam, ſed in ipſam deſperationem Chriſtus Dominus lapſus eſt. Aut impudentiſſimum eſſe mendacium & conuitium maximè, vt verè eſt, execrabile Caluini aſſerere Chriſtum Dominum damnatorum cruciatus veros, pœnaſque quales vitiis noſtris debebantur, irato Deo patre & maledicente vnigenito filio pertuliſſe, credere atque confiteri debemus. O quanta blaſphemiarum colluuies. Quantæque ſacrilegarum contumeliarum ſordes è fœdiſſima Caluinianæ hæreſeos impietatiſque ſentnia

D in Chriſtum Dominum ſaluatorem mundi deuorantur! Qualibus Antichriſtus cum aduenerit atrociores in ipſum Dominum gloriæ Ieſum Chriſtum, ſplendorẽ æternæ lucis euomere non poterit. Vt niſi Caluinum eiuſque ſectatores & aſſeclas Bezam, & cæteros eius doctrina diabolica tanquam mulſo inebriatos, de magis enormibus Antichriſti, *iniquitatis filij hominiſque peccati* membris extitiſſe, huiuſque nefandiſſimo Antichriſti titulo charactereque ſignandos eſſe credamus, quinam ex omnibus diaboli miniſtris antiquiſque veritatis religioniſque Chriſtianæ perduellibus Antichriſti dicendi ſint, penitus ignoto. Sed alia ſigna notaſque Antichriſtianæ iniquitatis in Nouatorum noſtrorum vita, conuitiis, doctrinaque quæramus, ſemperq; in aſſertionibus impiis deprauataſque contradictiones pugnantiáque iniquitatis hæreticorum mentitæ ſibi propriis ſe confodientis iugulantiſque gla-

[e] Caluin. l. 2. c. 16 §. 13.

dũs obseruemus.

Quinta pars. Nouatorum insaniam magnam secum blasphemiam includens, cum magna contradictionis implicantia: qui Rom. Pontificē Antichristum iniuriosissimè nominantes S. Petrum primū Antichristum faciunt.

Coniurati religionis diuinæ, Christianæ fidei, Ecclesiæque Catholicæ perduelles hæretici Nouatores alia insania impietatis, eaque grauissima dementantur: quod dum effusis laxatisque maledicentiæ linguæque blasphemantis habenis, sanctissimum vniuersalis Ecclesiæ patrem ac principem, Antichristum esse, mysterijque iniquitatis operatorem contumeliosissimè contestantur, bacchantiumque more vociferantur. Sanctum Apostolorum principem, summum ouilis Dominici pastorem primum Christi Domini vicarium, atque ab ipso caput monarchamque super omnem Ecclesiam constitutum, cui pascendas oues[a] suas ipse Dominus commendauit ac credidit, cui[b] claues regni cœlorum tradidit, super quem tanquam supra firmam petram suam ædificauit Ecclesiam,[c] pro quo Dominus ipse rogauit ne deficeret fides eius; nihilominus non obstātibus tot diuinæ largitatis gratiæque priuilegiis homines isti cæci, dementes, scelerati primum fuisse Antichristū, iacto summæ iniquitatis & nequitiæ fundamento proclamant. Quod ex hac illatione facile perspicere licet. Nam si, vt Nouatores blasphemando calumniantur, sanctissimus fidelium omnium pater dictus propterea per excellentiam Papa Pontifexque Romanus Antichristus est, ipseque à tempore Apostolorum suæ iniquitatis mysterij primordia exorsus apparuit, tunc cum alius non extabat Romanus Pontifex quam S. Petrus, profecto ex hac Nouatorum impostura blasphemiaque sanctum Petrum tunc fuisse Antichristum colligere atque inferre consentaneum rationi videtur. In huius calumniæ blasphemiæque confirmationem quid Nouatores loquantur, audiamus. Illyricus vnus de quatuor centuriatoribus, prout à magistro Luthero didicerat, S. Petrū primū Antichristum insinuans, Pseudo-Apostolorum & inimicorum crucis dominicæ quasi magistrum dominūque constituit. In quorum impietatibus ipsum Apostolorum Ecclesiæque principem, valde conniuendo dissimulasse mentitur:[d] ait enim Centuriator impius impostor. *Parum acriter Pseudo-Apostolorum peruersitati ac impietati Petrus restitit, qui de Petro tanquam suo præceptore maiorisque auctoritatis Apostolo cæteris coram omnibus Ecclesiis gloriabantur.* A quo antiquorum patrum hoc crimen S. Petri famæ ac nomini iniustum fuisse didicit? Quis vnquā sanctorum doctorum huius sanctum Petrum criminis insimulauit? huic crimini aliud scilicet ambitionis facinus adiungit, cuius sordibus hūc Apostolorum principem contumeliosè denigrat, cū ait ibidem:[e] *Petrum in cogitatione, spe & cupiditate humanæ potentiæ, quam ex regno Messiæ sperabat, totum fuisse immersum.* Quis hanc menti tuæ calumniam in sanctorū Apostolorum principem persuasit? an nescis ex Euangelio, *sanctum Petrum reliquisse omnia, vt Christum Dominum sanctiùs perfectiúsque sequeretur?* At illum in spe & cupiditate humanæ potentiæ immersum fuisse nusquam inuenies! Contumeliam grauius exagitant Centuriatores Magdeburgēses dicentes:[f] *Necesse est aut Petrum non vniuersalem Ecclesiæ Episcopum diuinitus institutum, aut ipsissimum Antichristum fuisse.* Quanta hæc iniuriæ atrocitas est, in Apostolorum principem vel in Christum potius, qui pastorem suæ Ecclesiæ vniuersalem summumque principem constituens, ex eorum doctrina hæ-

a S. Ioan. 21.
b Matth. 16.
c Lucæ 22.

d Illyric. in initio decalogi testium &c.

Impostura grauis Illyrici contra sanctū Petrum.

e Illyric. ibid.

S. Matth. c. 8.

f Cent. Cent. 1. l. 2. c. 7.

A reticorum Antichristum fecit? Sic discipulus magistro homini-Deo Antichristus extitit. O immane conuitium! ô nefanda blasphemia! his centuriatoribus Beza præcipuus Caluini discipulus minime in conuitiando minor ac inferior apparuit: qui dixit,[g] *iam ipsius Apostoli temporibus prima Apostaticæ sedis fundamenta iaciebantur.* At quænam sit alia ipsius Bezæ iudicio sicut Caluini, centuriatorumque Apostatica illa quam Apostolica Romanaque sedes? Cui primus Pontifex caput Ecclesiæ visibile præfuit S. Petrus? qui in hoc throno apostatico primus diabolicæ mysterium iniquitatis operatus est. Cui Antichristi throno eiusdem Bezæ nefario testimonio, *Nonnulli ex sanctis ipsis & orthodoxis patribus per imprudentiam inseruierunt.* Et ita ipse Christus Dominus, quem B [h] sacra Euangelij oracula in hoc apparuisse ac in mundum venisse, clamant, vt dissolueret opera diaboli, tantum abest, vt ea dissoluerit si Bezanæ credatur insaniæ, quin potius ea per suum discipulum S. Petrum potenter astruxerit atque firmauerit. Cum in hoc toto extruendæ Romanæ cathedræ negotio S. Petrus nihil aliud fecisse censeatur quam quod ipse Dominus Iesus illi facere mandauerat. Atque ita Apostaticæ sedis Antichristique throni non tam S. Petri quam ipsius Christi Domini tempore, illius monitis, operatione, atque directione, fundamenta iaciebantur, sicque ab eo tempore conuentio *fuit Christi Domini ad Belial*: Et ad Antichristum, lucis fidei Euangelicæ ad hæreticorum, Apostatarum infideliumque tenebras, vt iam horribilis, filij Dei C & filij iniquitatis, hominis Dei & hominis peccati, iusti & iniqui, Christi denique Domini & Antichristi, regni permixta coniuratio atque confusio fuisse videretur. Quæ omnia ex vesano insanoque Bezæ discursu directe colliguntur. O blasphemias inauditas! ô diabolicas mendaciorum horribilium maledictorumque præstigias! ô assertiones impias stupendis contradictionibus ridiculas & execrabiles! ô diras mentitæ sibi iniquitatis insanias! Quid indignius, quid iniustius, quid detestabilius & abominandum magis dici cogitarique potest, quam principem Apostolorum, caput Ecclesiæ visibile primum, vicariumque Christi D. tot ab eo auctū priuilegiis, & super omnes Apostolos honoribus cumulatum, horrendo Antichristi titulo denigrare, Christi aduersarium constituere, & Romanam Ecclesiam omnium in orbe Christiano Ecclesiarum fidelium matrem atque principem, sedem Apostoli- D cam, sanctissimum in terris thronum regni Christi filij Dei, conuitiando blasphemandoque sedē Apostaticam thronum Antichristi, sedem iniquitatis, Satanæ denique prostibulum sacrilega voce nuncupare? Quam Deus[i] per Esaiam, *positurum se in magnificentiam seculorum*, spoponderat,[k] *quam maiestatis thronum suæ apud eundem prophetam* nominauerat, & apud[l] Ieremiam, *solium gloriæ altitudinis à principio locum sanctificationis nostræ.* Quæ est illa ciuitas de qua Dominus in Euangelio,[*] *super montem excelsum constituta abscondi nescia.* Quam[m] S. Irenæus, *maximam & gloriosissimam*,[n] sanctus Cyprianus, *cathedram principalem*, sanctus[o] Basilius, *caput vniuersalis Ecclesiæ*,[p] sanctus Hieronymus, *tutissimum portum religionis Catholicæ*:[q] Optatus, *cathedram singularem & vnicā*:[r] sanctus Augustinus, *principatum Apostolicæ cathedræ*,[s] Theodoretus, *tenentem gubernacula*

g Beza in explicatione Methodi 2. ad Thessalonicenses c. 2 v. 6.

Tempore Apostolorum sedes Apostatica Antichristi, erat Apostolica sedes errore andacio Nouatorum cui S. Petrus pr. præfuit.

h Bezæ annot. in 2. Thessal. 2. v. 3. Ioann. 3. S. Matth. 24 &c.

Quam horribiles blasphemia ex Beza assertione nascuntur.

i Esaiæ c. 60
k Ibidem.
l Ierem. c. 17

Præclara Ecclesiæ Romanæ elogia contra Nouatorum blasphemias.

* Matth. 5.
m S. Iren. l. 3 c. 3.
n S. Cypr. l. 1. epist. 3.
o S. Basil. ep. 77.
p S. Hieron. epist. 16.
q Optat. l. 2.
r S. August. epist. 162.
s Theodoret. ep. ad Renatū

a Theodori Studitę dogmat. de imag.

cuncti orbis Eccleſiarum, [a] S. Theodorus Studita *Petram fidei Chriſtianæ*, honorificentiſſimè vocauerunt. Hos igitur Dominicæ crucis inimicos, Catholicæ religionis hoſtes, omnia iura humana diuinaque vaſtantes, tot in ſanctiſſimam illam Apoſtolicæ maieſtatis principatuſque Eccleſiaſtici ſedem, eiuſque primum paſtorem ſanctum Petrum, ſicut & poſteros maledictorum tela virulenta ſagittaſque peſtilentiæ vibrantes, poſſumusne non Antichriſtos, non aduerſarios Chriſti, non venturi iniquitatis filij membra, ſaluti bonorum pernicioſiſſima; non denique ſolertiſſimos huius nefandiſſimi, *hominis peccati*, miniſtros appellare? Cum tot pro illius imperij nefandi exaltatione, pro iniqua myſterij iniquitatis operatione, contra ſalutem Catholicorum, Eccleſiaſticæ Monarchiæ ſanctitatem, Chriſtique Domini in terris gloriam quotidie machinētur? B

Sexta eaque magna Nouatorum inſania valde cõtradictionibus ridicula, improbare in Eccleſia Rom. Pontificis principatũ ſpiritualem & recipere eam pro capite & ſummo rectore principem ſecularem.

Sed in quo ſtupenda magis impieque ridicula Nouatorum inſania, in aſſerendis ſceleratis dogmatibus ſibi pugnãtibus apparet, illud eſt, quo ex vna parte ſanctiſſimum iuſtiſſimumque à Chriſto Domino inſtitutum Romani Pontificis ſancti Petri ſucceſſoris Chriſtique Domini vicarii in Eccleſia principatum directionemque in omnes fideles, vt ad æterna cœlorum deducantur tabernacula, monarchicam diripiunt, improbant, deteſtantur, Papamque propter hanc, vt loquuntur principatus vſurpationem, Antichriſti nomine criminantur. Ex altera vero parte regem ſecularem principem merè terrenum in ſua ditione regnoque caput ac Dominum Eccleſiæ immediatè ſub Chriſto redemptore noſtro recipiunt, admittunt, atque ſine vllo horrore ſacrilegũ blaſphemiæque proclamantes agnoſcunt. Vt ſi puer qualis erat Eduardus Henrici octaui regis Angliæ filius nondum nouem natus annorum cum regnare cœpit in Anglia, aut mulier qualis Elizabetha eius regina regionis, ad regni principatuſque ſolium euehantur, tunc nulla habita ætatis ſexuſque ratione, caput Eccleſiæ rectoreſque ab ipſis tales habiti recipientur id ipſum reclamante diuino iure. *Cum puer quamdiu paruulus eſt ſub tutoribus ac rectoribus degat*, [b] inquit Apoſtolus, *qui ex mandato Dei mulieri docere in Eccleſia non permiſit*: [c] Et ideo vtrique puero & mulieri in æternũ regimine Eccleſiæ diuinũ ius interdixit. Quæ igitur hæc inſania, freneſis atque delirium, legitimum à Deo in Eccleſia ſua conſtitutum rectorem, cum execratione explodere, eumque propterea, quem tali honore ſummo Chriſtus Dominus afficere dignatus eſt, Antichriſtum reputare atque calumniando vocare, principes vero ſeculares atque temporales, ſiue pueros, ſiue fœminas, eiuſdem Dei Eccleſiæ caput rectores dominoſque contra omnia iura legeſque diuinas admittere? Quo delirio phreneſique à dæmone recens in hæreticorum Anglorum aliorumque mentibus excogitata, quid demẽtius & iniuſtius excogitari poſſit, ignoro. Qua phreneſi delirioque ſacrilego ſi diabolus principes antiquos hæretica contagione pollutos inceſtatoſque dementauiſſet: habuiſſet profecto Conſtantius ille imperator Arianus quid Leontio Tripolis Lydię Epiſcopo ſe grauiter arguẽti reſpondiſſet: [d] *Quod ea*, inquit, *Suidas in cauſis ſpiritualibus dijudicandis tractaret, quæ ad ſolos Epiſcopos pertinebant*: verum teſtante eodem Suida, *verecũdia quadam affectus Imperator quamuis hæreticus, eiuſmodi edictis abſti-*

b Ad Galatas 4.

c 1. Cor. c. 14.

Nona inſania à dæmone in cordibus hæreticorum plantata aſſerere principes laicos in ſuis terris caput eſſe Eccleſiæ.

Hæc priſcis ſeculis incognita fuit inſania.

d Suidas in nomine Leõtij.

A *nuit*: Neque, ſi hanc ſacrilegam aſſertionem Nouatorum, perſuaſionemque impiam patres antiqui execrati non fuiſſent, Hoſius Cordubenſis Epiſcopus iſta ad eum Imperatorem Arianum verba ſcripſiſſet: [e] *Ne te miſceas Eccleſiaſticis, neque nobis in hoc genere præcipe: ſed potius ea à nobis diſce. Tibi Deus imperium commiſit, nobis quæ ſunt Eccleſiæ concredidit.* Poſt quæ ipſe S. Athanaſius hæc de mente iudicioque ſuo ſubiunxit. [f] *Si iſtud eſt iudicium Epiſcoporum, quid commune cum eo habet imperator, ſin contra, iſta minis Cæſaris conflantur, quid opus eſt hominibus titulo Epiſcopis? quando à condito æuo auditum eſt? quando iudicium Eccleſiæ auctoritatem ſuam ab imperatore accepit? quando vnquam hoc pro iudicio agnitum eſt? plurimæ antehac ſynodi fuere: multa Eccleſiæ iudicia habita ſunt, ſed neque patres iſtiuſmodi res principi perſuadere conati ſunt, nec princeps ſe in rebus Eccleſiaſticis curioſum præbuit.* Quid ad hæc Nouatores Angli & cæteri eiuſdem perſuaſionis hiſcere cum ratione poſſent? Qui legitimum à Chriſto Domino ſuper ouile ſuum paſtorem, rectoremq; omnium fideliũ monarchicũ conſtitutũ, ab Eccleſiæ gubernaculo ſceleratis præſumptionibus & cauſis nefariis abigẽtes, principes terrenos corporũ non animarũ rectores purè laicos ac ſeculares in eius ſanctiſſimi ouium Chriſti paſtoris œcumenici thronum intrudere potius, quam introducere ſine vllo conſcientiæ ſcrupulo, quo carent, pudoreque non exhorrent? Iſta Nouatores ab Antichriſti ſpiratore diabolo didicerunt non à S. Paulo Apoſtolo, qui, vt ait idem S. [g] Athanaſius, *habebat amicos in Cæſaris familia, & per eos ſalutabat in litteris Philippenſes, non tamen eos in iudicio ſocios aſſumpſit.* C *Nunc autem nouum quoddam ſpectaculum*, inquit idem ſanctus, *ab Ariana hæreſi editur. Conuenerunt enim in vnum hæretici & Imperator Conſtantius, vt ille quidem ſub prætextu Epiſcoporum ſua poteſtate aduerſus eos quos velit vtatur, & tamen in perſecutione mouenda, perſecutor non appelletur, illi vero ſuccincti, principis poteſtate inſidias faciunt, quibus volunt, volunt autem omnibus, qui non eadem impietate qua ipſi vtuntur, vti volunt.* Quàm huic inſanæ pij Imperatoris Valentiniani ſenioris contraria eſt religio, apud ſanctũ Ambroſium dicentis: *Non eſt meum iudicare inter Epiſcopos.* Quod non ſolum verbo profeſſus eſt, ſed etiam edictis legibuſque ſanciuit: *Nempe in cauſa fidei vel Eccleſiaſtici alicuius ordinis eum iudicare debere, qui nec munere impar ſit, nec iure diſſimilis*: hoc eſt (inquit ſanctus Ambroſius) *ſacerdotes de ſacerdotibus voluit iudicare.* D *Quin etiam ſi alias quoque argueretur Epiſcopus, & morũ eſſet examinanda cauſa, etiam hanc voluit ad Epiſcopale iudicium pertinere.* Quam imperatoris pietatem atque in paſtores Eccleſiæ reuerentiam his verbis Sozomenus magnoperè prædicat. *Petentibus Epiſcopis, vt ſibi de doctrina fidei rectè conſtituenda in vnum conuenire permitteretur, Valentinianus reſpondit ſibi qui vnus è laicorum numero eſſet non licere huiuſmodi negotiis ſe interponere, & ideo*, inquit, *Sacerdotes & Epiſcopi, quibus hæc curæ ſunt, per ſe vbicumque ipſis libitum fuerit, in vnum conueniant.* Contra hanc inſaniam Eccleſiæ vſurpandi iura, eius res atque negotia laicorum iudiciis terminãdo quid S. Martinus ſenſerit ita Seuerus Sulpitius iudicauit. *Martinus vir plane Apoſtolis conferendus ſatis ſuperque ſufficere dicebat, vt Epiſcopali ſentẽtia hæretici Priſcillianiſtæ iudicati Eccleſiis pellerentur*

e S. Athanaſ. epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

f S. Athan. ibi.

g S. Athan. ib. ſupra epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

Magna Valentiniani ſenioris pietas ac in Eccleſiaſticos reuerẽtia valde Nouatorum impietati contraria.

g S. Ambr. ep. 32.

h S. Ambr. l. 5. epiſt. 32.

i Sozom. li. 6. c. 7.

k Seueri Sulpitij l. 2. ſacræ hiſtor.

A *tur. Nonumesse & inanditum nefas, vt causam Ecclesiæ index seculi iudicaret.* Claruit in eo maximè Anglorum antiquorum regum pietas magna in Deum, sedemque Apostolicam deuotio, quod tantum abest vt sibi laicis principibus Ecclesiæ principatum regimenque vendicarent, quin potius per magnam charitatem obedientiamque filialem, Ecclesiæ matri oblatam, se regnumque suum quasi tributarium, Romano Pontifici sedique Apostolicæ submittere voluerint, vt Henricus 2. cuius est illud memorabile votum atque consecratio sui regni cum sui ipsius oblatione Romanæ facta Ecclesiæ his verbis concepta:[a] *Ego & maior filius Rex iuramus quod à Domino Alexandro Papa & eius Catholicis successoribus recipiemus & tenebimus regnum Angliæ, & nos & successores nostri in perpetuum, non reputabimus nos Angliæ reges donec ipsi nos Catholicos reges tenuerint.*

Henricus 2. r. x Angliæ regnum suum submittit ac venet tributarium Romanæ Ecclesiæ.

[a] Inter acta Alexandr. 3. Pap hoc votum describitur.

B Quod si filius ille iniquitatis, *homo peccati* sub finem perituri mundi venturus, ideo antichristus appellabitur, quod super omnes peccatores terræ Christo maximè in omnibus aduersabitur, eiusque regnum spirituale quod est Ecclesia destruere penitus demolirique conabitur: profecto saluatoris nostri perduelles & aduersarii illi censeri debent, Antichristi charactere turpiter inusti, qui Christi Domini decretis, statutisque vehementer obluctantur, in eiusque regni demolitionem nituntur. Atque dum quem statuit Deus summum Ecclesiæ rectorem D. Petrum, eiusque successores in Apostolica sede, sua rebellione vesaniaque reprobant: quem vero vetuit in Ecclesia sua dominari principem scilicet secularem, per grande nefas amplectuntur, detestando Antichristi nomine tituloque dedecorari merentur. Cum ipsius scelera, rebellionesque in Christum Dominum, eiusque rectores ac Pastores Ecclesię, præcipue vero Pastorum principem, ipsi reprobo, homini peccati, filio dæmonis ad omnem iniquitatem parantes itinera viasque malè factis variisqoe criminibus asperas, imitari videantur.

CAPVT XV.

Species est mysterij iniquitatis valde deformis ac perniciosa, cùm qui Catholicæ professionis se esse iactitant, hæreticorum adhærentes erroribus, Ecclesiasticæ monarchiæ auctoritatem labefactare conantur.

1. *Quam miserum malorum societate fœderari atque fœdari qua salus priuata & publica periclitantur.*
2. *Societas hæc ac sceleratum fœdus cum malis ac hæreticis diuidens Christum, & Ecclesiæ unitatem distrahens, Antichristos & iniquitatis mysterij operatores facit.*



VM improbis societatem inire ideo detestatur Deus, quod hac populi Dei societate fœderati, improborum imitatione commaculentur, iuxta illud[b] Psalmi 105. *Commixti sunt inter gentes & didicerunt opera eorum.*

[b] Psal. 105 v.

A Vnde si, qui se Catholicos gloriantur, quia inimicorum Dei, eiusque sponsæ sanctæ matris Ecclesię, prauarum opinionum cōsortio sordescunt, diuina gratia destituantur, quid mirum? cum ab eâ plerumque viri sancti saltem gratia gratis data propter hoc cum malis licet non mala voluntate consortium, ad tempus exclusi fuisse cognoscantur? Sanctus Martinus exemplo memorabili de se huius rei fidem faciet, qui cum necessitate compulsus (vt scribit[c] Seuerus Sulpitius,) breuissimo tempore communicauerit cum Episcopis[d] Itacianæ partis, vt quosdam Narsetem scilicet comitem & Leucadium Præsidem valde Gratiani imperatoris partibus addictos liberaret, & Tribunos iam in excidium Ecclesiarum ad Hispaniam missos iussu Maximi retraheret: *Satius existimans ad horam cedere* inquit[e] Seuerus Sulpitius, *quam his non consulere, quorum ceruicibus gladius imminebat*, & vt suo suffragio

B accelleraret ordinationem Felicis sanctissimi viri in Episcopum Treuirensem: nihilominus illum postea valde pœnituit huius communionis, & tunc illi mæsto per vastas solitudines siluarum ambulanti astitit Angelus repente sic loquens: *Merito Martine compungeris, sed aliter exire nequisisti, repara virtutem, resume constantiam, ne iam non periculum gloriæ sed salutis incurreris, itaque ab illo tempore satis cauit cum illa Itaciana partis communione misceri.*[f] *Cæterum cum quosdam ex Energumenis tardius quam solebat, & gratia minore curaret, subinde nobis cum lachrimis fatebatur, se propter communionis illius malum, cui se vel puncto temporis necessitate non Spiritu miscuisset, detrimentum sentire virtutis &c.* Hæc Seuerus. Quid de his

C censebimus, qui non necessitate, sed spiritu, non inuitus, sed sponte, non vt bonos Catholicos Imperatori seculari fideliter addictos liberarent, sed vt communem bonorum Catholicorum patrem, non imperatori terreno fideliter addictum, sed regis regum atque Domini Dominantium vicarium sanctissimum opprimerent; non inter gentes commisceri, sed cum hæreticorum gentilibus peiorum factionibus iniqua fœdera turpiter & exitialiter inire atque pacisci voluerunt? sic illos iniqua coniuratione cum nequioribus sedis Apostolicæ perduellibus sociatos, à quibus pessimo consilio corrumpantur, longè à diuinæ gratiæ luce, maledictioni sempiternæ propinquantes, extra salutis propriæ claustra miseros aberrare mirabimur?[g] *Huiusmodi vero salutem nostram & existimationem committimus, qui sit in-*

D *iustus & prudens*, aiebat S. Ambrosius supra memoratus, *facit enim iustitia vt nullius sit fraudis metus facit etiam prudentia vt nullius sit erroris suspicio.* At quot fraudibus & erroribus nouatorum sectam factionemque scatere, doctrinamque contra Deum ecclesiamque eius, istarum contagionum stercoribus fœtere toties supra monstrauimus? Vt illos à puris dilectisque iustitiæ prudentiæq; christianæ tabernaculis longissimè distātes, in iniustæ iniquitatis, dementiæ, fraudisque diabolicæ prostibulis habitare cerneremus? cernentesque illorum obcæcatorum malitia, obstinatorumque superbia, perditionem grauissimo tacti cordis dolore lugeremus? Quibus ergo vos vestramque salutem, vt in æternum ab ea cadatis Dei hostibus, tabernaculi eius Euangelici Apostolicæque sedis perduellibus, ò seducti confidere voluistis? Vt Christi Domini gratia hæreditatis

Societas malorum valde perniciosa ac Deo multum odiosa que eius arcet gratiam.

[c] Seuerus Sulpitius l. 3. dial.

[d] Qui scilicet Itacium damnatum & excommunicatum Episc. defendebant.

[e] Seuer. Sulpi. l. 3. dialog.

Contagione malorū atque consortio Dei gratia recedit à bonis.

[f] Idem Sulp. ibid supra.

Quum misero schismatici verbotenus Catholici hæretici fœderētur, vt Rom. Pontificis principatum monarchicū sanctissimè à Deo stabilitum in sua Ecclesia, oppugnent.

[g] S. Ambr. l. 2. off c. 8. Amb. c. 4. huius libri.

A filiorum Dei pignore, quam vos malèſuadi tenete inani præſumptione iactatis, penitus exuti maledictionis fulmine conteramini? [a] *Quis vtilem cauſa alienæ iudices, quem vides inutilem vitæ ſuæ? degeneres animos vita arguit. Quomodo enim eũ potes iudicare conſilio ſuperiorem, quem vides inferiorem moribus? quid ſi præterea erroribus in fide? ſupra me debet eſſe, cui me committere paro, an vero idoneum eum putabo, qui mihi det conſilium qui non dat ſibi?* Contra ſedem Apoſtolicam, contra paſtorẽ œcumenicum pugnantes, de eius legitima ſummi principatus poſſeſſione ancipiti contentione diſtracti dimicantes, putant ſe Chriſtum Dominum quærere falſis hæreticorum principiis perfidè conſentientes: qui ipſum Chriſtum Dominũ gloriæ, male quærendo perdiderunt. Quam veritatis lucem per cæcorum directionem miſeri inuenient? Quem ſalutis portum per eos qui nõ habentes conſcientiam naufragarunt à fide, conſequentur? Dogmata Nouatorum ſecuti in oppugnanda Monarchica Romani Pontificis maieſtate, Antichriſti myſterium iniquitatis cum illis operantes, in cœno hæreticorum mendaciorum, fontem veritatis Catholicæ requirunt! è turbida ac peſtifera aqua ciſternæ diſſipatæ atque corruptæ erroribus Satanæ, potum animarum ſalutis exhaurire deſiderant! In ſyluis rebellionis, vuas obedientiæ, in tribulis turbulentæ factionis, ficus Eccleſiaſticæ pacis concordiæque venantur! O miſeri quæ tanta inſania cæcis! Qui neſcire volunt Lutherum cœnum erroris, & Caluinum eſſe turbidam peſtiferamque aquam falſitatis, ſummis adiunctæ blaſphemus? reliquorumque doctrinam Nouatorum ſpinas ac tribulos maximæ rebellionis & Antichriſtianæ impietatis? Sanctos vero antiquoſque Eccleſiæ matri ſedique Apoſtolicæ deuotiſſimos, quos Nouatores ſommo ſuperbiæ impudentiæque faſtu deſpiciunt atque reprobant, fontes veritatis Chriſtianæ puriſſimos eſſe, ſacroſanctorumque Eccleſiæ conciliorũ ſanctiſſimum Romani Pontificis principatum tuentium, ſpirituſque ſancti virtute corroborantiũ ſtatuta, aquas ſapientiæ ſalutaris, [b] *ex fontibus ſaluatoris* exhauſtas nitidiſſimas eſſe? Ne ipſis abluti & ſobriè potati cordis oculis illuminati ab omnibus hæreticorũ commerciorum fœtoribus abhorreant? Vtinam ad ſalutem illi ſaperent ac illam memorabilem Vincentij Lyrinenſis ſententiam attenderent. [b] *Magnoperè curandum eſt, vt id teneamus quod ab omnibus creditum eſt: hoc eſt enim verè propriéque Catholicum, ſed hoc ita demum fit, ſi ſequamur vniuerſitatem, antiquitatẽ, conſenſionẽ. Sequemur autẽ vniuerſitatẽ hoc modo, ſi hanc vnã fidem veram eſſe fateamur, quam tota per orbem terrarum confitetur Eccleſia, antiquitatem vero ita, ſi ab iis nullatenus ſenſibus recedamus, quos ſanctos maiores ac patres noſtros celebraſſe manifeſtum eſt, conſenſionẽ quoque itidem, ſi in iſta vetuſtate omniũ ſacerdotũ pariter & magiſtrorum definitiones ſententiaſque ſectemur.* Hanc ſi doctiſſimi & antiquiſſimi doctoris patriſque de pietate ac religione Chriſtiana optimè meriti regulam ſchiſmatici noſtri ſeruauiſſent, in oppreſſionem Eccleſiaſticæ Monarchiæ Nouatorum erroneis aſſertionibus conſenſum nonquam profectò præbuiſſent: atque in grauiſſimos contemnendi ſancta Eccleſiæ iuſſa doctrinamque ſanctorum patrum errores tanquam in periculoſos opinionis prauæ apoſtaſiæque ſcopulos impegiſſent. *Beatorum quippe patrũ*, inquit [a]

a S. Amb. l. 2. de offic. c. 12.

Doctrina Nouatorum putrida erroris, & iniquitatis aqua.

b Eſaiæ c. 12.

b Vincent. Lyrinenſis lib. aduerſus prauas hæreſeon nouationes.

Quid ſit propriè eſſe Catholicũ, ſequi vniuerſitatem & conſenſionem Eccleſiæ ſanctorumque patrum.

a Vincẽt. Lyrinenſis lib. aduerſus prof. hæreſe Nouat. c. 40.

idem pater, *ſanctum Catholicumque conſenſum ne quis ſibi temerè forte contemnendum arbitretur ait Apoſtolus c. 1.* [e] *Cor. 12. Et quoſdam poſuit Deus in Eccleſia, primum Apoſtolos, ſecundum prophetas, tertio doctores: hos ergo in Eccleſia Dei diuinitus per tempora & loca diſpenſatos quiſque in ſenſu Catholici dogmatis vnum aliquid in Chriſto ſentientes contempſerit, non hominem, contemnit, ſed Deum.* Nec ſibi nimium palpent, atque in præſumptione ſua ſedis Apoſtolicæ honori dignitatique non parũ detrahentes, peruerſas hæreticorum contra hunc ſanctiſſimum Dei thronum opiniones ſua conſpiratione fouendo, ſchiſmatici blandiantur. Audient enim à Spiritu ſancto, qui Eccleſiam Chriſti intus alit, ſe hæreticis ipſis non eſſe ſcelere mi-B nores. Notum eſt illud Vrbani Papæ, [f] *qui alterum defendit errorẽ damnabilior eſt eo qui errat, quia non ſolum errat, ſed etiam errorem confirmat & aliis erroris offendicula præparat, vnde qui magiſter eſt erroris* (ſcilicet probando, fouendo, confirmando) *non tantum hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt.* An non verum illud Apoſtoli: [g] *digni ſunt morte non ſolũ qui ea faciũt, ſed etiã qui conſentiũt facientibus*, nunquid verumque Deus per Prophetam ſuum criminatur atque condemnat? [h] *Si videbas furem currebas cum eo, & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Atque poſt hæc omnibus iniquitatem operantibus, vt ab illa retrahat eos cum admonitione minatur: [i] *intelligite qui obliuiſcimini Deum, ne quando vos rapiat & non ſit qui eripiat.* Miſerum eſt ad diuiſos ab vnitate Eccleſiæ confuge-C re: miſerum eſt eorum ſocietate turpari. Hos ſequentibus diuiſos pœnitentia de peccatis ſalutaris eſſe non poteſt: quia [k] *Nemo dignè pœnitere poteſt* [k] inquit S. Auguſtinus, *quem non ſuſtinet vnitas Eccleſiæ.* Tales diuiſos ab Eccleſia hæreticos malo contra Deum eiuſque miniſtros doctores & paſtores Eccleſiæ, præſertim paſtorum principem fœdere ſectantes, Iudæ proditori ipſe pater Auguſtinus vt doctiſſimus ita deuotiſſimus his verbis aſſimilauit atque cõparauit [l] *Iudas pœnitens fuit ad Phariſæos, reliquit Apoſtolos, nihil inuenit auxilii, ſed augmentum deſperationis: dixerũt enim quid ad nos. Tu videris: Si peccaſti tibi ſit, non tibi ſuccurremus, nõ peccata tua charitatiuè ſuſcipimus, non comportanda promittimus: non qualiter deponas onus, docemus.* Sequentia notentur verba Phariſæorum, verè profectò noſtri temporis hæreticorum: [m] *Quid enim nobis, & miſericordiæ qui nec opera ſequimur iuſtitiæ*, concludit tandem paulò pòſt ſanctiſſi-D mus pater: [l] *iuit ad diuiſos*, ſcilicet Phariſæos ſic Hebraicè dictos, *& diuiſus periit.* Quid aliud faciunt ſchiſmatici, cum fœdere cæco ſaluti ſuæ pernicioſo, hæreticis ſanctiſſimæ ſedis auctoritatẽ, Pontificiæq; maieſtatis ſacroſanctum principatũ petulãtiſſimè oppugnare conãtibus, ſuffragãtur: quã neglectis sãctiſſimis Eccleſiæ primitiuæ doctoribus ire ad diuiſos? vt ipſi tãdem miſerum! ab Eccleſia diuiſi pereant? Dumque ſic diuiſi à Catholico contubernio, & hæretico ſociati, corpus Domini myſticum, quod eſt Eccleſia, diro ſchiſmate ſcindere atque diuidere moliuntur: quid aliud quam myſterium iniquitatis operantur? atque Chriſtum in hoc ſacratiſſimo corpore ſuo diuidentes, parteſque ab eo abrumpentes, iure optimo, deteſtabile, *hominis peccati iniquitatiſque filii*, nomen ſibi pepererũt. Quod aduerſarii ſint Chriſti, eius in Eccleſia vicarium contemnentes, iuxta Chriſti D.

e Cor. 12.

Fautores hæreticorum non minus quam ipſi improbi, imo aliqua parte peiores.

f Cap. qui aliorũ 24. q. 3.

g Rom. c. 1.

h Pſal. 49.

i Pſal. 22. ib. verſ. 22

Extra vnitatem Eccleſiæ pœnitentia nulla vera & ſalutaris.

k D. Aug. l. de vera & falſa pœnitentia c. qui vult confiteri diſt. 6. de pœnitent. cauſa 33. q. 3.

l S. Matth. 27.

m S. Aug. l. de vera & falſa pœnitentia.

Part 2: Schiſmatici ab Eccleſia per rebellionem contra Papam diuiſi hæreticis ſociati Antichriſti ſunt.

verhum ad Apostolos.[a] *Qui vos audit me audit, qui vos spernit me spernit.* *Nam cum Ecclesia*, inquit[b] D. Thomas, *vnitas in duobus attendatur scilicet in connexione membrorum Ecclesiæ ad inuicem, seu communicatione: & iterum in ordine omnium membrorũ Ecclesiæ ad vnum caput, quod caput præcipuum & inuisibile Christus Dominus est, aliud secundarium visibile & à primo dependens, quod summus Pontifex est Christi vicem in Ecclesia gerens:* fit vt schismatici dicantur illi, ac Antichristi mysterium iniquitatis operati: qui summo Pontifici subesse renuentes, supremæ illius auctoritati persuasionibus deprauatis opinionibusq; reluctãtur. *Et qui inflati sensu carnis suæ,*[c] vt cũ Apostolo loquar, *& non tenentes caput, à quo totũ corpus Ecclesia per nexus & cõiũctiones subministratum: & constructũ crescit in augmentũ Dei:* Per factiones suas Ecclesiam diuidentes, illius perniciem cũ Antichristo machinantur tantò nocentius, quanto callidius hæreticorum signa in opprimendo summo huius visibilis capitis principatu sequuntur. Quamuis se ore tenus eorum dogmata improbare profiteantur, sed re ipsa corde & operibus quidquid possunt fauoris & auxilij in eum finem, illis nequiter impertiantur. Similes in hoc Iuliano Apostatæ quantum in se erat, Donatistis hæreticis, ope, fauore, gratia, auxilio, gratificant, quò perniciosiùs sanctæ Catholicorum Christianorum societati, summoque vicarij Christi principatui in odium Christi Domini interitumque fidelium animarum salutis, insidiaretur. Quod his verbis Parmeniano eiusque sociis in Donatistarum contagione turpiter hærentibus Optatus Mileuitanus exprobrauit: [d] *Nec difficultatem præbuit scilicet Iulianus, quem rogastis, nempe precibus adulationis, falsa laudis, simulataque virtutis plenis,* vt ait D.[e] Augustinus, *ire præcepit, pro voto suo quos intellexerat ad disturbandam pacem Ecclesiæ cum furore esse venturos. Erubescite si vllus est pudor, eadem voce vobis libertas est reddita, qua voce idolorum patefieri iussa sunt templa, &c.* Quare Iulianis, hæreticis Donatistis fauit? vt religionem Christianam si posset Apostolicãque sedem penitus extingueret atque dilapidaret. Cur hæreticis Nouatoribus scismatici se socios adiungunt? Nisi vt scissione rebelli scindẽtes Ecclesiam, supremam Romani Pontificis auctoritatem dominationemque in angustum redactam paulatim eneruent, atque demoliantur? hanc propterea religiosissimam Imperator optimus Honorius contra societates hæreticorum, sanciuit legem, ad Olympium præfectum prouinciæ Africæ & ad Valentem Comitem domesticorum ita rescribens: *Eos qui Catholicæ sectæ sunt inimici intra palatium militare prohibemus. Nullus vobis sit aliqua ratione cum eo coniunctus, qui à vobis fide & religione discordat.*

a S. Lucæ c. 10. v. 16.

Vnitas Ecclesiæ in duobus attenditur.

b D Thom. 2.2.q 39.art.1 in corp.

c S.Paul. ad Col. 2.

Schismatici, prauis hæreticorum opinionibus fauentes in odium Papæ Iuliano Apostatæ similes.

d Optatus l. 2. contra Parm.

e S Aug. epist. 166.

Cum hæreticis lege Honorij societas interdicta.

e L. 42. de hæreticor. cod. Theodos. ad Olympium & Valentẽ, &c.

CAPVT XVI.

Nulla contra Deum potestas & consilium de quibus victrix tandem eius non triumphet Ecclesia.

1. *Hostes Ecclesiæ persequentes eam ad nihilum deuenient.*
2. *Ecclesia Dei eiusque thronus in terris Apostolica sedes contra omnes hostium furiosos insultus semper immota manens, victrix eluctabitur.*
3. *Totius libri conclusio per modum deprecationis & exhortationis ad omnes Ecclesiæ rebelles & hostes hæreticos, schismaticos & cæteros alios, vt in illius gyrum per viam veræ pœnitentiæ pro salute sua reuertantur.*



HÆc autem libertinorum corruptorum, Catholicorum nomine tenus, schismaticorumque cum hæreticis coniuratio societasque, quamuis valde sit fœda, nimis atrox & enormis, nihilominus tamen periculum damnumque Ecclesiæ Dei nullum est allatura, nisi peccata nostra pro his veritatis hostibus contra nos ipsos belligerent. *Nam quæ Deus statuit,* ([a] vt ait S. Chrysostomus) *quis dissipabit, ac manum illius excelsam quis auertet? sicut enim quæcumque ille stabilierit volueritque manere nullus homo potest demoliri: Ita quæcumque destruxerit nolueritque manere, diruta nemo poterit instaurare. Humana quippe consilia teste*[b] *Gamaliele subdito dissoluuntur.* Et saluator noster apud sanctum Matthæum,[c] *omnis inquit plantatio quam non plantauerit pater meus eradicabitur; sic & adulterina plantationes,* teste[d] sapiente, *non dabunt radices altas.* Quæ diligenter alta quadam mente præditus considerans D. Augustinus, illa verba Prophetæ Regij: *ad nihilum deuenient, tanquam aqua decurrens,* de hæreticis eorumque contra viscera matris Ecclesiæ sæuientium fautoribus interpretatur, cum sic fideles Catholicos alloquitur. *Non vos terreant fratres, quidam Fluuij qui dicuntur torrentes, hyemalibus aquis implentur, nolite timere, post paululum transit, decurrit aqua ad tempus, perstrepit, mox cessabit, diu stare non possunt. Multæ hæreses* (necnon earum contra Apostolicam sedem promotores fautoresque) *iam emortuæ sunt, currunt in riuis suis, quantum potuerunt decurrerunt siccati riui, vix eorum memoria reperitur, vel quia fuerint, spernentur tãquam aqua decurrens.* De quibus Dei Ecclesiæque hostibus occultis & apertis ad ruinam maiestatis Ecclesiasticæ inter se perniciosè fęderatis superbia inflatis, audacia corroboratis, in iniquitate, *filij perditionis Antichristi* de ciuilium sacrarumque rerum perturbatione gloriantibus, & ad tempus de bonorum fideliũque vexatione triumphantibus, regius propheta ista vaticinando loquebatur.[e] *Inimici vero Domini mox, vt honorificati fuerint, quemadmodum fumus deficient,* in quorum propheticorum verborũ illustrationẽ magnus ipse Doctorũ pater, laxatis

Nulla contra Deum potestas & consilium à quo eius lædatur Ecclesia.

a Chrysost. orat. aduersus Iudæos.

b Actor. 5.

c S. Matth. c. 15. v. 13.

d Sapient. c. 4. v. 3.

Hostes Ecclesiæ ad nihilum deuenient hyemalibus torrentibus similes.

d D. Augu. in Psal. 57. v. 8.

Hæreticorum schismaticorũque maligna confœderatio in Ecclesiæ vexationẽ fumo similis.

e Psal. 36.

magnæ ſuæ diuinæque facundiæ habenis hæc mirabilia planè profudit: [a] *Ex ipſa ſimilitudine rem, quam inſinuauit, agnoſcite. Fumus à loco ignis erumpens in altum extollitur, & ipſa elatione in globum magnum erumpens intumeſcit, ſed quantò fuerit globus ille grandior, tantò fit vanior. Ab illa enim magnitudine non fundata & ſolidata, ſed pendente in aneas atque in ventos dilabitur: vt videas ei ipſam obfuiſſe magnitudinem. Quantò enim plus erectus eſt, tantò extentus, quantò diffuſus vndique in maiorem ambitum, tantò fit exilior: & deficiens & non apparens. Sic inimici Domini* (hæretici, ſchiſmatici, corrupti fide, ac moribus) *ſtatim vt glorificabuntur, & exaltabuntur, deficientes ſicut fumus deficient.* Vt enim inſtar prodigij dicebat eſſe Thales Mileſius annoſum videre tyrannum, ſic iniquitas improborum Eccleſiæ hoſtium aduerſus Chriſtum & Vicarium eius frementium in immanibus ſuis furoribus contra bonos efferata, diutius non manebit, iniquo ſepta robore atque potentia firmata niſi peccata noſtra atque ſcelera propter quæ, *Deus conterit gẽtes, conſternitque populos*, eã fulciant atq; ſua feritate ſtupiditatem corroborent. De his veritatis & auctoritatis Eccleſiaſticæ à Chriſto Domino in terris inſtitutæ & in verbo eius gratiaq; hoſtibus fundatę, breui in ſua proſperitate miſera, quia ſcelerata, ſtaturis loquens Apoſtolus præter alios impiorũ colores, quibus ad viuum eos depinxit, notaſque peruerſitatis ſummæ dicebat, [b] *proditores, proterui, tumidi & voluptatum amatores, magis quam Dei, habentes ſpeciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, & hos deuita, &c.* Et paulò pòſt eos duobus magis præſtigiatoribuſque quondam Moyſi [c] prophetæ atque populi Dei principi reſiſtentibus comparans ait: *Quemadmodum autem Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati. Homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Sed qualis tandem finis improborum iſtorum furoris, contra Dei veritatem Eccleſiæque ſanctitatem bellantium? audite cætera. *Sed vltra non proficient*, inquit Apoſtolus, [d] *inſipientia enim eorum manifeſta erit omnibus ſicut & illorum fuit*, [e] pro inſipientia Græce legitur ἄνοια quam *ignorantiam*, vertit ſanctus [f] Ambroſius, *imperitiam* S. [g] Cyprianus, *dementiam* vero ſiue *amentiam* S. [h] Auguſtinus, quod vim vocis magis exprimit. Quoniam vix adeo ignarus ac mentis inops inueniri poteſt, qui ſi leui conſideratione in hæreticorum mores vitamque reſpiciat, non illico dolos, nequitias, fraudeſque eorum facile detegere poſſit. Quos iſti cum imperitiæ prauæ turpitudine interdum vel inuiti fateri & agnoſcere coguntur, vt S. Ambroſius & Theodoretus obſeruarunt. *Vnde vero iſti hæretici & fautores eorum reſiſtunt veritati*, [i] inquit S. Auguſtinus, *niſi inflatione tumoris ſui euntes in ventos, extollentes ſe quaſi iuſtos, & magnos? Quid autem de illis ait?* ſcilicet Apoſtolus. *Tanquam de fumo, ſed vltra non proficient, dementia enim eorum manifeſta erit omnibus, ſicut & illorum fuit*, ſcilicet præſtigiatorum tempore Moyſis. Qui ſuis incantationibus, præſtigiis, rebellionibus, furoribuſque nil de virtute, poteſtate, in populum Dei, auctoritateque Moyſi tradita diuinitus, alterare atque detrahere potuerunt. Sicut hæretici atque ſchiſmatici nefandis iuncti fæderibus, nihil vnquam de ſummo principis Eccleſiæ principatu, ſupremaque in omnes fideles Romani Pontificis auctoritate imperioque ſpirituali,

[a] D. Aug in Pſal. 36 conc. 2. in hæc verba Inimici vero Dom. &c. Pulchr. ſimil.

[b] 2. ad Timot. 3. v. 3. &c.

[c] Ibid verſ. 8.

[d] 2. ad Timot 3. v. 8.

[e] Ibid v. 9.

[f] S. Ambr.

[g] Cypr.

[h] Aug. in hũc S. Pauli locũ.

[i] S. Auguſt. in Pſal 36. cõc. 2

In Cathedra Apoſtolica ſanctitatem & firmitatem oppugnantes omnes hoſtes Eccleſiæ in vanum laborantes euanuerunt.

A ſuis omnibus conatibus machinationibuſque deteſtandis, prædari, furari violẽterque ſupprimere valebunt. Vt ſemper eorũ antiqui patres Eccleſiæ perduelles ad ſimilia ſcelera auſuſque nefandos anhelantes atque nitentes, in vanum laborauerunt, atque in ventos auraſque tanquam fumus volitantes in conatibus cogitationibuſque ſuis euanuerũt. *Quos viros ſanguinum atque doloſos merito*, appellare iuuat. [k] *Qui non dimidiabunt dies ſuos.* Id eſt vt exponit S. [l] Auguſtinus, *non proficient quãtum putant, intra tempus quod ſperant peribunt.* Similes perdici de qua Ieremias: [m] *Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias & non in iudicio* (ideo) *in dimidio dierum ſuorum derelinquet eas & in nouiſſimo ſuo erit inſipiens*, ſic illi Eccleſiæ hoſtes miſerè ad illius turbandam pacem ruinamque dignitatis, inter ſe fœderati, [n] *proficient*, in-
B quit D. Auguſtinus, *ſed ad tempus*: quid enim ait Apoſtolus. *Maligni autẽ homines & ſeductores proficient in peius ipſi errantes, & alios in errorem mittentes.* [o] *Cæcus autem, cæcum ducens ambo in foueã cadunt.* Addit his ſanctus Pater. *Merito cadunt in puteum corruptionis quod ego ait, proficient in peius, non tamen diu. Nam paulo ante dixit, ſed vltra non proficient, hoc eſt non dimidiabunt dies ſuos.*

Atque deficientibus illis veritatis, Eccleſiaſticæque maieſtatis hoſtibus, Eccleſia ſanctiſſima Chriſti Domini ſponſa materque fideliũ, nec non ſanctiſſima Eccleſiaſtici imperij ara, arx alta, ſedes Apoſtolica, contra omnes tot hoſtium furioſos inſultus, ſicut altiſſima rupes in medio mari, fluctuum commotiones diſſipans, tempeſtatibuſque non cedens aſperis immota manens, ſemper eluctabitur. Atque de illis omnibus iniquitatis Anti-
C chriſtorum omnium victrix tandem glorioſè triumphabit. [p] *Fundamenta quippe eius in montibus ſanctis, quæ* [q] *fundata ſuper ſtabilitatem ſuam, nõ inclinabitur in ſeculum ſeculi: ſuperædificata & erecta ſupra fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ipſo ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu:* [r] *tenebrarũ principibus ſpiritualibus nequitia, cunctiſque Antichriſtianæ iniquitatis operatoribus* [s] *terribilis, vt caſtrorũ acies ordinata. Quæ quãuis oppugnata ſæpius, nuſquam tamen ſic ſolidè fundata, munita atque firmata*, vt ait ſanctus [t] Auguſtinus, *potuit, nec in poſterum vſque ad conſummationem ſeculi poterit expugnari. Vere* [u] *columna & firmamentum veritatis, contra quam* [u] *portæ inferi non præualebunt. Id eſt vel vita ac ſcelera perditorum, vt* [x] *ſancto Hieronymo placet, vel ira & blandimenta infidelium*, [y] *vt Rabano videtur, vel ſpiritales ne-*
D *quitiæ*, [z] vt Origenes exponit, *vel ſœda hæreticorũ ora blaſphemijs, mendacijs, pſeudologijs, erroribus, maledictiſque ſcatentia*, vt S. [a] Leandri ſententia dictat: *Denique domus Dei eſt bene fundata ſupra firmam petram.* In quam licet pluuia calamitatum temporalium à corruptis hominum moribus derinatarum, & flumina errorum hæreticorum, & turbines rebellionum ſchiſmaticarum venerint: & variarũ perſecutionum venti flauerint atq; irruerint: Non tamen hæc domus ſancta Dei altiſſimi ſanctuarium cecidit, ſed in palmæ modum fortiter erecta, ſtabilis laboribus ſudoribuſque in dimicando corroborata permanſit, ſemperque per inuincibilem ſponſi ſui Chriſti Domini virtutem hoſtium glorioſa trophæis vſque ad conſummationem ſeculi permanebit.

Ad hanc igitur domum Dei, ad hanc ſempiterni fœderis arcam, ad aram expiationis ſcelerum

[k] Pſal. 54.

[l] S. Auguſt. in Pſal. 54.

Hæretici & ſchiſmatici ſæderati ſimiles perdici & cur.

[m] Ierem. c. 17 verſ. 11. 16.

[n] S. Auguſt. in Pſal. 54.

[o] S. Matth. c. 15. v. 14.

2 Pars.

Eccleſia ſancta ſedeſque Apoſtolica contra omnes inſultus hoſtiũ furorum ſemper immota manens eluctabitur victrix.

Pulchra ãſsertio ſedeſque Romana de ijs tropeo

[p] Pſal 81. v. 1.

[q] Pſal 103 v 5.

[r] Epheſ. 2. v. 20.

[s] Cant c. 6.

[t] S. Aug ſerm. de temp 181.

[u] 1 ad Timot. 3. v. 15.

[u] S. Matth. 16. 18.

[x] S. Hier. in c 16 S. Matt.

[y] Rabanus in eũdem locũ.

[z] Origen ibi.

[a] S. Leandri Hiſpal Epiſc. orat in Conc. Tolet. 1. pro conuerſ. Gothorũ ad fidẽ.

[b] S. Matt. c. 7.

3. Pars.

Concluſio libri per modum exhortationis ad omnes Eccleſiæ hoſtes hæreticos, ſchiſmaticos & cæteros, vt in illius gremium per veram pœnitentiã pro ſaluto ſua conuertãtur.

ad altare reconciliationis animarum cum Deo, ad asylum salutis, ad portum iustificationis, ad thronum gratiæ Christi, ad fontem felicitatis æternæ, accedite ô vos omnes per errores malitiamque perditi, hæretici, schismatici aliique malè Dei hostibus fœderati homines, [a] vt illuminemini & facies vestræ non confundâtur. Et sicut D. Augustinus in persona nomineque Catholicæ, Apostolicæ Romanæque Ecclesiæ Donatistas, vt in illius gyrum vnitatis fidei & sanctitatis à qua miserè superbiendo per varios errores exciderât, ardentissimo eorum salutis desiderio inflammatus hortabatur: sic nobis animus est sanctissimum hunc orthodoxorum doctorum coryphæum sequentibus, eius verbis paulisper mutatis, stylo atque zelo charitatis eodem planè, vos omnes sub persona nomineque charissimæ matris Ecclesiæ, necnon sanctissimi patris Romani Pontificis Christi Domini vicarij, ad salutarem illam vnionis, fidei, sanctitatis, obedientiæque Ecclesiasticæ, reditum religiosa hac persuasione compellare. [b] *Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem & quæritis mendacium? vt quid vos à totius Catholici orbis vnitate nefario schismatis sacrilegio diuisistis? attenditis falsa quæ vobis dicuntur, ab hominibus aut mentientibus aut errantibus* (scilicet vt ministris hæreticorum, &c.) *De falsa diuinorum codicum* [c] *interpretatione, vt in hæretica separatione moriamini: & non attenditis quod vobis sacri ipsi codices*, secundum Spiritus sancti sensum Ecclesiæ sanctæ ab ipso communicatum, *dicunt: vt in Catholica pace viuatis?* Quare aperitis aures ad sermonem hominum dicentium quod nunquam probare potuerunt? nempe Romanum Pontificem, non esse supremum Ecclesiæ Monarcham eiusque caput visibile, *& surdi estis aduersus sermonem Dei dicentis:* [d] *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam & dabo tibi claues, &c. Item pasce oues meas, pasce agnos meos, &c.* [e] *Aperite aures cordis & audite, quia Deus Deorum locutus est, & vocauit terram à solis ortu vsque ad occasum. Ex Sion* (scilicet sede Apostolica) *species decoris eius (quam si non audieritis eritis tanquam Ethnici & publicani, fingitis vos ante tempus messis fugere permixta zizania, quia vos estis ipsa zizania.* Nam si frumenta essetis, permixta zizania toleraretis, scilicet corruptiones morum, & alias vitæ particularium Catholicorum infirmitates, quæ nullius erroris totum Ecclesiæ corpus atque caput arguere possunt, *& à segete* Christi (scilicet sede Apostolica pastorisque œcumenici obedientia) *non vos diuideretis, Christianos vos dicitis, & Christo* (eiusque vicario) *contradicitis?* Sed quia pro zizania (scilicet mysterio iniquitatis) triticum scilicet sanctitatem Pontificiæ dignitatis accusastis, vos esse zizania demonstrastis. Euigilate ad salutem, amate pacem, redite ad vnitatem. Postremo quid vos offendit orbis Christianus sanctissimo Domino

a Psal. 33.

b Psal. 4. S. August. epist. 171 in principio.

c (traditione)

d Horum loco est apud D. Aug. filius meus es tu Ego hodie genui te, sed vtor asso modatione styli illius ac verborum quibusdam, vt dixi mutatis.

e S. Matth. 8.

A nostro Papæ salutari subditus obsequio, à quo vos nefaria rebellione præcidistis? *Quid vos offendit pax* Christi, contra quam vos diuiditis ab eis, scilicet summo Pontifice, aliisque pastoribus orthodoxis sub illo oues Christi salutari directione moderantibus, quos infamatis? *si lupi Concilium fecerunt*, scilicet ministri hæreticorum hæresiarchæ, vt Lutherus, Caluinus, Beza, &c. vt pastoribus scilicet Catholicis, non respondeant: *quare oues* (scilicet errantes, decepti nempe Christiani ab hæresiarchis) *concilium perdiderunt, vt ad luporum speluncas accedant?* Resipiscite, vt saluemini: accurrite ad sanctissimæ matris Ecclesiæ
B gremium, quæ vos Christo Domino peperit, ad suauissimos illius amplexus salutari festinatione redire properate. Vt liberati à peccato serui facti iustitiæ, turbulentis animorum motibus vacui, in recessu cordis atque conscientiæ, optata quæ est initium futuræ gloriæ, tranquillitate perfruamini. Hoc salutis remedium post magnas à domo Dei elongationes, iactationesque perturbationum, errorumque perpessas, sui temporis hæreticis, præcipuéque Imperatori Ariano Constantio S. Hilarius suggerebat, atque ad illud protinus arripiendum, instanter his pulchris eos similitudinibus hortabatur: [f] *Quod hyeme, vnde se mari obseruari à nauigantibus maximè tutum est, vt naufragio desæuiente, in portum ex quo soluerant, reuertantur, vel incautis adolescentibus conuenit, vt cum in tuenda domo sua mores paternæ obseruantiæ*
C *transgressi, profusa liberalitate sua vsi sunt, iam sub ipso patrimonij amittendi metu, solus illis ad paternam consuetudinem necessarius & tutus recursus sit. Ita inter fidei naufragia, cælestis patrimonij iam penè profligata hæreditate, tutissimum nobis est primam & solam Euangelicam fidem confessam, in baptismate, intellectamque* (in Ecclesię nempe gremio) *retinere. Nec demutare, quod solum acceptum atque auditum habeo bene credere: non vt ea quæ synodo patrum nostrorum continentur, irreligiosè & impiè scripta damnanda sint: sed quia per temeritatem hominum vsurpantur ad contradictionem.* Quod quidem salutis remedium, qui amplecti deprecatur Antichristum S. Pater his verbis appellat. *Hoc qui repudiat Antichristus est, qui simulat anathema est, &c.* Meliora Deus his Ecclesiæ suæ rebellibus inspiret, atque ab illius sponsæ suæ gremio per culpas & scelerum sordes auersos in illud salutari pœniten-
D tiæ via reducat, vtque eorum planè misereatur, ignoscatque peccatis hæc ipsi pro illis vota cum charitatis ardore in huius præsentis libri termino fineque perfundam.

Da veniam miseris, & quæ nocitura timentur
Crimina, contentus solo terrore coerce.
Hæc tua præcipue laus est, qui cuncta sonoro
Concutiens tonitru, Cyclopum spicula defers
In scopulos, & monstra maris, nostrique cruoris
Parcus, in Oeteis exerces fulmina syluis.

f S. Hilar. ad Côstât. Imp. Salutare remedium omnibus hæreticis schismaticisque, vt saluentur ad Ecclesiã redire ex qua per errorum malitiam sunt egressi.

Negligens redditum per pœnitentiam in Ecclesia sinum Antichristus est.

Vota Deo pro conuersione peccatorum Ecclesia hostiũ.



SECVNDÆ PARTIS

LIBER OCTAVVS.

LVCTVS ET LAMENTATIONES LIBRI prædicentis in magna gaudia, consolationesque in hoc vltimo libro vertuntur propter mirabiles bonorum Catholicorum, verè Monarchiæ Ecclesiasticæ subditorum virtutes, a quibus magna fælicitas in Ecclesiam sanctam regnaque Catholica redundat.

CAPVT PRIMVM.

De veris Monarchiæ Christianæ quò ad spiritualia in ordine ad gloriã sempiternam subditis, qui sunt omnes ac soli fideles Christiani, tam clerici quam laici, tam principes quam populi, qui sunt de Ecclesiæ corpore & anima.

1. *Ecclesia Catholicæ & Romanæ præclara elogia filios suos verè Catholicos instar aquilæ ad volandum circa solem iustitiæ Christum prouocantis.*
2. *Quid sit Ecclesia, & quinam sunt de eius corpore & animo, & qui non sunt.*
3. *Ecclesia corpus viuum constans animo & corpore, cuius membra viua sunt iusti verique Catholici.*



GRESSI de profundo lacu antroque maledictorũ, rebellionum, mendaciorũ, blasphemiarũ, aliorumque scelerum, quibus recentis ætatis præter antiquos Antichristi hæresiarchæ, contra Catholicam veritatem nefariè dogmatizãtes Lutherus, Caluinus, eorũq; sectatores, aduersus sacratissimam sponsæ Christi circa fidem moresque puritatem, sanctissimamque Pontificis Romani maiestatem atrociter armabantur, paulisper in hoc vltimo partis secundæ libro tristitia iustaque indignatione defessi respiramus. Atque respirantibus nobis pia exultare lætitia recrearique cũ grata consolatione datur: Propter virtutes fidei, pietatis, obedientiæ, Christianæque charitatis, piorum Ecclesiæ sanctæ filiorum verè monarchiæ Ecclesiasticæ quò ad spiritualia subditorum, qui se Ecclesiæ charissimæ matris defensioni, honorisque sanctissimi patris protectioni, contra omnes illius perniciosissimos hostes occultos & apertos vita, fortunis, corpore, animoque deuouerunt totosque consecrarunt. Qui vt Romanum Pontificem, summum spiritualis Monarchiæ principem agnoscunt, sic Apostolicam sedem Romanãque Ecclesiam omnibus in orbe Christiano plantatis, atque radicatis Ecclesiis,[a] prærogatiuæ, excellentiæque splendore superiorem, omnium illarum[b] matrẽ magistram,[c] caput,[d] dominam reginamque maxima cum fide deuotioneque confitentur: & confitentes religiosissimè venerantur. Cuius[e] fundationem solidissimam, summæ radicem dignitatis fontemque supremæ super omnes fideles quo ad spiritualia potestatis, non ab Apostolis eductam, sed ab ipso Deo Domino nostro Iesu Christo haustam, deriuatam, expressamque Catholica fide credendo, pietateque Christiana venerando profitentur. Ipsis fidelibus Catholicisque monarchiæ sanctæ spiritualisque populis, sicut à spiritu S. per os orthodoxorum pastorum didicerunt, hæc sanctissima sedes arx salutis omnium, Christiani in ordine ad æternam gloriam maiestas imperii, vna mater est[f] copiosæ fœcunditatis, quæ adulterari non potest; sponsa Christi incorrupta & pudica, quæ vnam domum nouit, vnius cubiculi sanctitatem casto pudóre custodit: vnica columba mystica diuinis plumis, virtutibus nempe charismatibusque sancti Spiritus affluens, ab illis summo cum honore vocitatur.[g] *Sponsa pulchra sine macula & ruga; hortus conclusus, fons signatus*, puteus aquæ viuæ, & cum fructu pomorum spiritualium paradisus, contra omnes superiorum hostium maledicendi, calumniandi, mentiendi blasphemandique furias & insanias honorificẽtissimè prædicatur. *Quæ nullis[h] synodorũ œcumenicarum constitutionibus prælata Ecclesiis singularium regionum Christianæ ditionis, sed ipsa Euangelica Domini, & saluatoris nostri voce primatum obtinuit.* Ita conclamante atque scribente Papa Pelagio ad omnes Episcopos. Cuius Ecclesiarum Reginæ Christianarum iudicio, eiusque decreto pastoris reliquorum omnium principis Papæ synodica statuta subduntur, vt confirmata plenum auctoritatis iuridictionisque vi-

Prærogatiua Romanæ Ecclesiæ super omnes, corã omnium matris magistra, Domina ac regina

a Causa 9. q. 3. per tot cap. quis nescit dist. 21.

b Cap. 1. de summa trinitate dist. 12. c. 1. & 2. dist. 22. c. omnes.

Rom. Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Deo fundata: magna eius virtutes ac prærogatiua

c Cap. fundamenta de electione in 6. can. beati 2. q.

d In ep. inter claras de summa trinitat.

e Cap. fa. tosancta dist. 22.

f Can. loquitur 24. q. 1.

g Can. omnibus 24. q. 1.

h Can. quamuis dist. 21.

a Cap. sacro sancta dist. 22.

gorem [a] Ecclesiasticæ consequantur. Hæc & simi-lia summæ laudis, virtutis atque potestatis sacro-sanctę elogia præconiaque sublimis auctoritatis, de Apostolica sede omnium Ecclesiarum Christi toto terrarum orbe diffusarum regina, deque patris sanctissimi maiestate dignitateque suprema, [b] (quæ eadem est cum hac sanctitatis Christianæ pietatisque sede) pij omnes Catholici, sinceri ac veri monarchię spiritualis Ecclesięque subditi diuinæ adoptionis electionisque, populi, qui nunquam coram Baal hæreticorum schismaticorúque idolo, genua curuauere, nec vnquam Christo benè propitio curuabunt, magna cum religione obsequio venerationeque canunt, atque modulantur. Propter quos vox Ecclesiæ à plo-

b Eccl. Rom. ac Papæ vna eadem que dignitas & potestas e præceptis dist. 12. & ibi Glossa, in verbo Pontificalis, & can. loquitur 24.

Luctus Ecclesiæ versus in gaudium propter obedientiam, pietatem aliasque virtutes sceleribus hostium appositas filiorum suorum.

B ratu quiescit, lachrimæque à tot maledictis, iniurijs, blasphemijs, oppressionibusque grauissimorum hostium vtriusque reorum maiestatis imo de pectore tractæ obortæque siccantur, & exultationes in faucibus eius cordéque nascũtur. Felices fortunatique iusti religiosique Catholici, legitimi atque dexterę sanctissimorum parentum Romani Pontificis Apostolicæque sedis filij, tantæ in eos obedientiæ, obsequij, amoris, supremique honoris inclinatione propensi! qui sic loco lachrimarum tot iusta gaudia parentibus spiritualibus iubilationesque pariunt! Vere grandis aquilæ filij! Papæ Domini nostri dico & Ecclesiæ Romanæ. Quia vt aquila regina auium sic Papa pastorum princeps, & Romana mater Ecclesia reliquarum regina, vt Roma quondam sub imperatoribus mundi domina nominantur. *Et cũ fortes creentur fortibus nec imbellem feroces progenerent aquilæ columbam*: merito tales Catholici tot virtutibus insigniti, aquila mystica patre tali matreque dignantur. Qui directione atque in-

Boni Catholici vere filij aquilæ dicti scilicet Papæ & Rom. Ecclesiæ.

C structione huius patris matrisque fixis oculis nolla imbecillitate conniuentibus radios diuinitate rutilos ardentesque solis æterni collustrare, ad incrementúque salutis potenter intueri potuerunt. *Sicut asseritur quod aquila*, [c] inquit S. Ambrosius, *pullos suos solis radijs obijciat, atque in aeris medio, pio paruulos vngue suspendat; & si quis repercussus solis lumine intrepidam oculorum aciem seruauerit, probatur quod veritatem naturæ sinceri obtutus constantia demonstret: sin vero lumina sua perstrictus radio solis inflexerit, quasi degener & tanto indignus parẽte reijcitur. Sic cœlestis ignis* inquiebat Ælianus, [d] *est generis incorruptus iudex*. Similia SS. [e] Hieronymus, [f] Augustinos, & inter profanos scriptores [g] Plinius. Hoc modo sanctissimi pater &

Ecclesia cum pastore œcumenico prouocat bonos Catholicos & iuuat ad intuendum bono viuendo solem iustitiæ Christum, vt solus facit

c S. Ambr. l. 5. Hexam. c. 18.

d Ælianus de hist. anima & Plin. l. 10 c. 3.

e Hieron. in c. 40 Esaię in fine.

f S. August. tractatu 36. in S. Ioann.

g Plin. lib. 10 cap. 3.

h Deut. c. 31.

D mater fidelium, filios suos bonos Catholicos tutissimo vnionis Ecclesiasticæ circo valloque meritoriè conclusos, ad solis æterni nostri nempe redemptoris radios diuinitatis, vitæ sanctissimæ imitatione sancta prouehunt & impellunt, atque sicut Moyses de Deo ipso creaturarum suarum mentis capacium salutis ardore flagrante loquitur: [h] *Quasi aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas*, assumunt eos, in altumque Christianæ perfectionis, verbo & exemplo bonæ vitæ, in suæ vigilantię atque solicitudinis humeris portant. Sic instructos adiutosque solis ipsius æterni radios sanctitatis diuinæque sapientiæ, purissimis fidei probitatisq; oculis collustrantes, vt filios legitimos eharissimosqoe summo paternæ maternæque dilectionis affectu prosequuntur. Sicut omnes impios hæreticos, schismaticos, aliosque sibi rebel-

A les filios, tantum Christianæ fidei, obedientiæ sanctitatisque splendorem propter vitæ crimina ferre non valentes tanquam spurios & adulterinos partus longe à se proijciunt in terram maledictionis atque repudiant. Sed vt pios illos in nido Catholicæ congregationis saluos & incolumes ab omni pestifero serpentum infernalium halitu custodiant: sicut aquila in nido lapidem aëtitem collocare solet (quem alij dixêre gagatem, ad multa remedia vtilem, inquit Plinius, quemque sanctus Hieronymus, [i] *ametistem* appellat) ne serpentes fætido cõtagiosoque halitu suos pullos extinguant, vt ante illum Plinius retulit: ita spirituales illi parentes, Christum Dominum per lapidem illum [k] sancti Hieronymi iudicio signifi-

Mysticus lapis Æites aquilæ spiritualis Christus.

i S. Hieron. in cap. 66. Esa.

B catũ in medio illorum filiorũ suorum collocant, sistuntque religiosissimè, ne à serpentum, draconum spiritualium, dæmoniorum nempe hæreticorum, schismaticorum, aliorumque Antichristi satellitum fætidæ contagiosæque doctrinæ graueolentia contaminati pereant, sed potius vt instar aquilæ, [l] *Renouantes iuuentutem suam*, [m] *expolient veterem hominem cum actibus suis, & induant nouum eum qui renouatur in agnitionem eius qui creauit illum*. De qua renouatione ita alibi loquebatur Apostolus? [n] *licet is qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is qui intus est, renouatur de die in diem*, ad quam fideles illos Ecclesiæ primitiuæ filios quos diuini verbi semine Christo Domino pepererat, ipsemet Apostolus talibus hortabatur, [o] *renouamini spiritu mẽ-*

k Plinius l. 10. c. 3.

Lapis Æites mysticus Christus Dominus.

l Psal. 102 v. 5.

Bonorum Ecclesiæ filiorum vita, vt aquilæ renouatur scilicet et nouum hominem Christum induendo

l Psal. 102. v. 5.

m Coloss. c. 3. v. 9.

n 2. Cor. cap. 4. vers. 16.

o Ephesior. 4. v. 23.

p S. Ambros.

C *tis vestræ*. Quam renouationem noluit fieri propheta regius, vt [p] S. Ambrosius obseruauit, sicut aquilarum, sed sicut aquilæ in numero singulari. Vt sciremus nõ esse eos Ecclesię veros legitimosque filios, nisi qui instar vnius aquilæ antonomasticæ Christi nempe Domini per vitæ illius imitatiooem in fide, doctrina, moribusque renouarẽtur. In qua renouatione spiritualis iustorum vita consistit, per quam filij Dei & eius sponsæ Ecclesiæ nominãtur & sunt. Quam filiationem per adoptionem meritis vnigeniti filij naturalis Dei saluatoris nostri diuinam, S. Ioannes admirando dicebat. [q] *Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij nominemur & simus, vt efficiamur* [r] *diuinæ consortes naturæ*, [s] *si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi*.

q S. Ioan. 1. epist. 3. v. 1.

r S. Petr. 2. c. 1.

s Rom. 8.

2 Pars.

Et quoniam parentum pars quædam, vt membrum corporis filii esse dicuntur, auctoribus magnis sanctisque doctoribus, [t] Augustino, & [u] Gre-

Soli iusti Ecclesiæ membra viua esse dicuntur.

t S. Aug. lib. 6. veteris testamenti.

u S. Greg. lib. 15. c. 32. moral.

D gorio, fit, vt boni illi ciues Hierusalem spiritualis in terris peregrinantis atque militantis, legitimi fortunatique Ecclesiasticę monarchiæ subditi, pleni Spiritu sancto renouatique Spiritu mentis suæ, per Iesu Christi virtutem & gratiam, sicut Dei filij sic & eius sponsæ quæ est corpus eius, membra esse dicantur viua, *de Spiritu sancto viuentia*, vt ait [x] D. Augustinus, à quo excluduotur omnes infideles, hæretici, schismatici, & cæteri improbi. Qui vt loquitur Diuus Augustinus, *non tenent charitatem, non amant veritatem, non desiderant vnitatem, sicut iusti fideles, vt tandem ad æternitatem gloriæ perueniant*. Vnde non viui sed putrida & amputata mortuaque membra dicuntur: quia Spiritus sanctus ea à corpore illo viuo atque mystico Christi per errorem improbitatemque resecta, & scissa fouere, nutrire & viuificare non potest. Propterea D. Augusti-

x S. Aug. ser. 2 Pentec. in fine tom. 10.

a S. Aug. ſerm. 1. Penteeoſt. tom. 10.

nus ſermone ſupracitato dicebat,[a] *homo Chriſtianus Catholicus eſt: Dum in corpore, ſcilicet Chriſti quod eſt Eccleſia viuit, præciſus hæreticus factus eſt membrum amputatum, non ſequitur eum Spiritus ſanctus.* Et cum Eccleſia ſancta Catholica & Romana cætus hominum Chriſtianę fidei profeſſione, ſimiliumque ſacramentorum communione colligatus, ſub imperio & directione paſtorum legitimorum, præſertim vero capitis viſibilis Chriſti Domini vicarij, Romani Pontificis eſſe cenſeatur. Primum omnes infideles tam qui nunquam in Eccleſiæ ſinum gremiúque recepti ſunt, vt Turcæ, Iudæi aliiq; pagani, quàm qui ab eo excluſi per errorem pertinaciter defenſum hanc fidei profeſſionem eiurarunt: vt hæretici, & apoſtatæ, ab Eccleſia ſancta Chriſti Domini corpore remotos eſſe conſtat. Secundo catechumenos & excommunicatos iuxta Eccleſiæ definitionem ab ipſo ſancto corpore ac viuo excluſos eſſe patet, quia ſacramentorum communione priuantur. Tertio extra corpus Chriſti myſticum quod eſt Eccleſia errantes ſicut ouem quæ periit, ſchiſmaticos omnes eſſe Catholicæ fidei certitudine conſtituendum eſt. Quia capiti huius corporis viſibili Domino noſtro Papæ ſubdere ſe, atque humiliter caput ex cathedra præcipiẽti inclinare recuſant atque deprecantur. Extra quos licet cæteri alij ſiue boni ſiue mali inter mẽbra Eccleſiæ poſſent annumerari, non tamen viua mẽbra mali cenſebuntur: quia vitiis flagitiiſq; ſordeſcunt, quæ animam eorum ſpiritumque iugulant. Sicque peccatorum mortalium gladiis extincti atque trucidati, ſenſu ſpiritus Dei vitaque carentes corpori viuo Chriſti Domini diuinis gratiis virtutibuſque ſanctificato copulari compaginarique minimè poſſunt. Quod vt clarius euidentiuſque cuiuſque intelligentiæ ſubijciatur: obſeruare cum magno Auguſtino io collationis breuiculo iuuat, Eccleſiam corpus eſſe viuum, ideoque animo conſtare & corpore: ſicut dicimus viuos homines vnione ſpiritus cum corpore frui, mortuos non item, à quorum corporibus receſſit anima. Si ſciſcitetur aliquis, in quibus præcipue rebus Eccleſiæ militantis anima conſiſtat, in promptu reſponſio eſt. In internis donis Spiritus ſancti, fide, ſpe, charitate, aliiſque virtutibus Chriſtianam puritatem ſortitis in gratia meritiſque Saluatoris noſtri radicatis, quibus ęternũ cœleſtis gloriæ regnum tanquam pretio magno iuſtoque fideles iuſti quotidiè nundinãtur. Si verò quærãtur ea quę corpus ipſius Eccleſiæ cõficiunt, externam fidei profeſſionem & ſacramentorum à Domino Ieſu Chriſto inſtitutorum communionem participationemque eſſe reſpondebimus. Hinc fit vt quidam ſolum eſſe de corpore Eccleſiæ non de animo dicantur, vt mali Chriſtiani fidem exterius profitentes, ſed interius per mala opera Chriſtianis oppoſita virtutibus abnegantes, ſacramentorum ſe participationi cum bonis immiſcentes, ſed indignè. Quidam vero ſunt de anima Eccleſiæ tantum non de corpore, vt catechumeni multi, qui quamuis cõmunione omniũ ſacramentorum, quia nondum baptiſati, priuentur, exterioremque fidei profeſſionem niſi mancam ac debilem præſtare non poſſint: tamen quia in gratia Dei ſunt interius fidei, ſpei, charitatis, aliarumque virtutum luce atque decore fulgentes illi de anima Eccleſiæ eſſe cenſentur: vt ſi in hoc ſtatu morerentur ſalui fierent in æternum cœleſti gloria cum Chriſto potituri. Qualis fuit ſanctus[c] Martinus tantum catechumenus, & ſanctus[d] Ambroſius nondum baptiſatus, cum diuinitus ex præfecto trium prouinciarum ſeculari ad Epiſcoparum euectus eſt, & Valentinianus iunior, qui proditoria ac perfida crudelitate peremptus ab Arbogaſte nefario perduellionis reo, cùm eſſet tantum catechumenus nondũ baptiſma conſecutus, niſi in voto qui in gratia Dei diſceſſit, ſalutis æternæ gaudia S. Ambroſij iudicio conſecutus eſt.

2. Pars. Eccleſia quid ſit, & quinam ſunt de eius animo & corpore & qui nõ ſunt.

Tres partes in definitione Eccleſiæ propter quas omnes infideles, hæretici, catechumeni, excommunicati, & ſchiſmatici extra Eccleſiã eſſe dicuntur.

Mali tãt mẽbra viua Eccleſiæ non ſunt

Eccleſia eſt corpus viuum.

b D Auguſt. in breuiculo collat. collatione 3. cũ Donatiſt. tom 7.

Eccleſia anima conſtat & corpore.

In quo cõſiſtit anima Eccleſiæ & corpus.

Mali Catholici ſunt tantũ de corpore Eccleſiæ non de anima.

Catechumeni boni nondum baptiſati ſunt de animo Eccleſiæ non de corpore.

c S. Martin. & Ambr. nondum baptizati erant de anima Eccleſiæ propter virtutes ſuas.

d Valentin. iunior ſolum catechumen.

e D Ambr. oratione funebri Valentini iunioris.

Quidam neque ſunt de corpore neque de anima Eccleſiæ, vt infideles omnes, ethnici, Turcæ, Iudæi, omnes apoſtatæ, hæretici atque ſchiſmatici, qui cum fide Catholica virtutes Chriſtianas bonaque opera oppoſitis ſceleribus quibus ſe inexpiabili pertinacia polluunt, principis Eccleſiæ capitiſque viſibilis iuſſa imperiaque iuxta detrectantes abnegant & eiurant.

Omnes infideles hæretici ſchiſmatici, &c extra ſunt corpus & animam Eccleſiæ.

At ſoli boni Catholici qui puritatem fidei & ſanctitatem religionis Chriſtianæ per exercitia bonorum operum, omniumque virtutum, tam Theologicarum quàm moralium ſplendores oſtendunt, quibus ſuam mirificè vitam exornant, de Eccleſiæ corpore & anima tanquam veri filij Dei dexteræ & adoptionis æternæ eſſe computãtur, ſoli Chriſto Domino, capiti inuiſibili, interiori exteriorique vnione feliciter copulati membra de Spiritu ſancto viuentia, Eccleſiæ ſanctæ quæ eſt corpus Chriſti, & capiti viſibili Chriſti D. vicario corporali ſpiritualique nexu perfectiſſimè coniuncta. Hi ſunt qui Deum & Angelos bonorũ operum fœtu multiplici exhilarant, qui reſurgentes ab errorum delictorumque tenebris quibus quandoque per infirmitates carnis immerſi ſunt, ad clariſſimam ſanctitatis veritatiſque lucem tantò iucundius ſanctiſſimam, matrem Chriſti D. ſponſam conſolantur & oblectant, quantò triſtius à tot inimicorum ſupradictorum furoribus oppreſſa lachrymis ſinum affluenter obortis implendo, mæſta querebatur, grauique cordis percuſſa vulnere lamentabatur, atque illi ſoli de poſſeſſione pietatis & veritatis Chriſtianæ ſecuri ſunt quod corpori animæque Eccleſiæ ſociati, Rom. Pont. in omnibus de cathedra Apoſtolica oracula profundenti communicantes, filiali deuotoque famulantur obſequio. Apud quẽ Chriſtianę religionis fideique veritas repoſita cõquieſcit, extra quem in fide mendacium & in ſanctitate flagitium. Quod myſterium pereleganter eruditeque contra Donatiſtas his verbis Optatus Mileuitanus euoluit.[f] *Iſta eſt, quæ apud vos veritas inueniri poteſt cui Catholica videtur obſiſtere? aut quod apud nos eſſe mendacium poteritis approbare, in vna cõmunione eſſe cũ toto orbe terrarũ? nũquid poteris approbare mendaciũ ſymbolũ verũ & vnicum retinere & defendere? nũquid poteris approbare mẽdaciũ, cathedrã Petri & claues regni cœlorũ à Chriſto cõceſſas vbi eſt noſtra ſocietas?* Nouatores immanius, quã vlli vnquã hæretici veteres cathedrã S. Petri Apoſtolicã ſedem, fidei ſanctitatis, veritatiſque Chriſtianæ tribunal atque ſanctuarium proſcindunt atque maledictis inceſſunt, proſtibulum mendacij, idololatriæ & impietatis ſatanicæ illam blaſphemando vocitantes: in qua vt diximus myſterium iniquitatis operari & exerceri impudentiſſimè mentiuntur. In hoc Donatiſtis multo ſceleratiores qui Ianni & Membri, magis & incantatoribus diabolicis, Moyſi quondam

3. Pars. Soli boni Catholici de anima & corpore Eccleſiæ ſunt.

Hi ſoli de Eccleſia corpore & anima ſunt, qui Rom. Pont. fideliter communicant & obediunt, & contra.

f Optat. Mileuit. l. 7. contra Parm. circa finem. in tom 4 bibl. patrum.

Nouatores longè Donatiſtis nequiores, calumniatores & blaſphemi.

A resistentibus, Catholicos, Moysi verò hæreticos & schismaticos comparabat, vt hanc illis nefandissimam iniuriam imposturamque his verbis Optatus exprobrabat: *Vnde apparet vos omnes eodem modo errare in nominibus transferendis: dum & tu Iannem & Mambrem pacifitis Catholicis comparasti, & vos schismaticos Moysi: quod à veritate alienum est: & aliqui socij tui insipientes de sapientibus indicare voluerunt, vt dicant fatuos factos esse pacificos, & parentes suos de dissentione infatuatos esse intelligere noluerunt.* Hæc vltima verba sunt libri 7. Optati. Atrociùs multo Nouatores in maledictis blasphemiisque suis asperantur: dum sanctissimam principis Apostolorum sedem, Satanæ prostibulum atque Sodomam spiritualem, vicarium vero Christi Domini Ecclesiæ vniuersalis visibile caput ac principem non modo Antichristo similem, sed ipsum Antichristum iniuriosissimo titulo nomineque nefandissimo calumniantes appellant. B Catholicos autem iustos ac veros, sponsæ Christi corpore animoque religiose copulatos (quos per contumeliam Papistas appellant, quod in maximum nobis decus honoremque vertimus) fatuos, idololatras, insensatos, magnæ ac abominabilis meretricis id est (vt illi interpretantur) Romanæ Ecclesiæ cultores, nefariosque infernalis belluæ scilicet Antichristi, Romani nempe Pontificis adoratores appellando, sceleratissimè conuitiantur. Se verò, suosque veritatis atque pietatis hostes, veros esse atque solos Christi Domini fideles custodesque mandatorum Dei, suam pestilentiæ cathedrā esse veram Christi Ecclesiam, & cum sint semen nequam Satanæ, filij perditionis, veri Antichristi membra, flammis nisi pœnitentia vera ex suæ luto impietatis exiliant, arsura sempiternis, filios tamen electionis, & prædestinationis, regnique cœlestis hæredes, plenis buccis inflatoque, blasphemiis gutture vociferantur & intonant. Sed ad nostros notæ melioris tincturæque Catholicos fidelesque redeamos: qui se in hoc maxime, de corpore animoque sponsæ Christi sanctissimæ matris ostendunt. Quod in omnibus diuina iura seruantes, S. Petri cathedræ, monarchiæ Ecclesiasticæ throno, arcæ Christiani fœderis, eiusque pastoris ac præsulis iussis decretisque religiosissimè pareant & obsequantur: omnia sancta effectu venerentur, quæ ille pater sanctissimus magnopere probat, contrariaque quæ ipse improbat, indignatione perfecta detestentur. Præclaræ huius Hormisdæ Pontificis ad Ioannem Constantinopolitanum Episcopum, exhortationis memores.[a] *Hortamur*, inquit, *frater & mentem tuam Dei nostri misericordia adiuuante, pulsamus, vt ab omni te hæreticorum contagione Acacium cum suis sequacibus condamnando, disiungens vna nobiscum Dominici corporis participatione pascaris. Si nobiscum vniuersa prædicas, cur nobiscum vniuersa non condemnas? Tunc enim nobiscum quæ veneramur amplecteris, si nobiscum quæ detestamur horrueris: Pax integra nescit aliquam habere distantiam: & vnius Dei vera esse non potest, nisi in confessionis vnitate cultura.*

Opcat. l. 2. in fine.

Veri Catholici sunt qui colūt culta à sede Apostolica & Rom. Pont. & quæ ab his improbata detestantur.

a Hormisdæ ep 18 ad Ioā. Episc. Const.

CAPVT II.

Ex operibus fidei & iustitiæ, catholici fideles veri Monarchiæ Ecclesiasticæ subditi esse cognoscuntur.

1. *Societas bonorum operum cum fide victoriam de hostibus Ecclesiæ parit.*

2. *Sanctum Christiani nomē hanc societatem importans, bonos Catholicos reges esse ac regnare cum Christo ostendit.*

3. *Qui verè sunt de corpore & animo Ecclesiæ, pura fidei Catholica luce clarescunt, & diuino charitatis ardore flammescunt.*



SEd hanc piorum Catholicorum cum Ecclesiæ corpore animoque coniunctionem, amica fidei morumque probitatis coniuratio facit. Sine qua mortua fides degeneres animos infeliciter Catholicos non modo à militantis Ecclesiæ meritorio consortio & vnitate, sed etiam à iure ciuitatis supernæ maiore calamitate diuellit. *Metuo namque magnoque dolore constringor*,[a] dicebat Sophronius C Episcopus Hierosolymitanus obsidionem Hierusalem ciuitatis à Sarracenis, Deo bonorum operum repudia per barbaros vlciscente, lugens: *Ne qui orthodoxam fidem habere videmur, non secundum eam quoque laborare deprehendamur, vt qui eam solā, hoc est ab honestarum actionum coniugio seiunctā, bonorumque operum comitatu destitutam oberrare permiserimus. Si enim fides studiosa fragrantium operum actione orbata, secundum Iacobum fratrem Domini (qui huius quoque pastor aliquando extitit) est mortua, quomodo nos cursum rectum tenebimus, qui fidem operibus quasi alis quibusdam exornare non curamus.* Non sic bonorum Catholicorum corpori animoque Ecclesiæ Christi Domini sponsæ feliciter insertorum solitaria fides est: sed optimis comitata morum honorataque virtutibus Ecclesiam, remque Christianorum publicam de D cunctis hostibus victricem exultationibus maximis gaudiisque perfundit. Quod idem Sophronius exhortationem ad populum persequendo, hæc dicens, ostendit:[b] *Si itaque paternam illius* (scilicet Dei) *voluntatem fecerimus, veramque & orthodoxam fidem constanter retinuerimus: Ismaelitarum romphæam facili negotio amoliemur, Sarracenicāque sicam à nobis auertemus, & Agarenorum arcum confringemus, & diuinam Bethlehem non longo post tempore contemplabimur & quæ in illa sunt admirabilia contuebimur.* Magnum est filios esse Dei de Apostolica sede Romanaque Ecclesia matre per fidem in charitate radicatos, sanctitatemque vitæ generatos. Magnum est sic in Christo Iesu per fidem & charitatem esse fundatos, vt per bona opera fidei Catholicæ innixa de gremio Ecclesiæ esse meritorie membraque viua: & ita de sanctissimo Christiani nomine quod

a Sophron. Episc. Hierosol. hom. 2. q. habita in die natalis tempore obsidionis Hierusal.

b Sophron. ibid.

c Ephesiorum. c. 3. v. 17.

quod his solis Ecclesiæ filiis membrisque propriè competit gloriari mereantur.

1. Pars. *Sanctum Christiani nomen hanc impertiis coniunctionē, bonos catholicos reges esse ac regnare cū Christo demonstrat.*

a Tractatu de professione nomineque Christiano.

b Procop. in Esaię c. 66.

Quod quidem salutare regiumque nomen sine bonorum operum fœcūditate in homine decenter, honorificè, feliciterque subsistere non potest, *Cum Christianismus diuinæ naturæ, nunquam à bonorum operum recteque factorum operatione seiunctis,* a ex S. Gregorio Nysseno, *imitatio esse dicatur. Cum Christianum nomen corona fidelium vere catholicorū* à Procopio[b] vocitetur: Cuius pulchritudine à Christo Domino tanquam corona preciosa iusti, viua Ecclesiæ membra sanctè glorioséque redimuntur. Corona autem regia preciosa tum demum esse censetur, cum aurea facta præstantibus gēmis, pulcherrimis margaritis, valoris eminentis, coruscantibusque lapillis interiori occultaque virtute mirandis illustrata refulget: sic nomen Christiani tanquam pretiosissima corona in capite fidelis hominis polita virtutum præstantissimarum operationibus tāquam fulgentibus gemmis splendescere debet. Propter quod[c] S. Augustinus dicebat; *non nobis sufficit quod nomen Christianum accepimus, si opera Christiana non fecerimus*, &c. Quo nomine sic sanctorum operum tanquam præstantissimarum gemmarum splendoribus coruscante pij catholici animo & corpore Monarchiæ spiritualis inclusi sanctuario, cū Christo etiam in hac vita. [d] *Qua est militia super terram*, mala patiendo, bona faciendo regnare probantur. Dicti propterea à sancto Petro, [e] *gens sancta, regale sacerdotium, populus acquisitionis*. Ob eamque causam Christus in [f] Apocalypsi, *princeps regum terræ*, id est iustorum [g] ex S. Gregorij expositione nuncupatur. *Magna res est signum Christi & crux Christi*, aiebat S. Augustinus, *& ideo de isto tam precioso signaculo res magna & preciosa* (nempe bonum Christianarum virtutum opus) *signari debet: Quid enim prodest si de annulo aureo sigillum facias, & putridas paleas intus recondas*, &c. Quæ mystica corona sanctissimi nempe nominis impositio gloriosa, quantos aculeos calcariaque catholicorum pectoribus ad regias diuinasque saluatoris nostri regum regis & dominantium Domini virtutes imitandas admouere debeat, his verbis [h] S. Chrysostomus edocuit. *Hac appellatione* (scilicet Christiani) *cæteris omnibus vehementius excitari, Et promptiores ad virtutem amplectendam fieri, nec quidquam indignum facere, coronari debemus, cum eodem, quo Christus nomine vocamur, cuius excellentiam nos intelligere oportet. Quod si is qui principis cuiuspiam aut alterius clari nomen sortitus est, cum id audit, tumet atque superbit, & magna id sibi gloriæ arbitratur: atque ne ille, à quo nomen accepit, sua negligentia, infamia inuratur, pro viribus admititur: Quid nobis faciendum est qui non terrenæ alicuius potestatis, sed ipsius omnium regis nomine appellari dignati sumus? nonne ita animam nostram instituemus, vt nō afficiatur infamia, qui tanto nos honore persecutus est?* Hæc cogitans altaque mente considerans, S. Leo vnumquēque fidelium tanto Christi Domini regno & nomine factum ipsius incarnati Dei miseratione dignum, ad hanc optimarum diuinarumque virtutum operationem his summæ facundiæ sapientięque copiosè loquentis aculeis hortabatur. [i] *Deponamus ergo veterem hominem cum actibus suis, & adepti participationem generationis Christi, carnis renuntiemus operibus: agnosce ô Christiane dignitatem tuam, & diuinæ consors factus naturæ noli in veterem vilitatem degeneri conuersatione redire. Memento cuius capitis & cuius corporis sis membrum. Reminiscere qui erutus de potestate tenebrarum, translatus es in Dei lumen & regnum*, &c. Et [k] S. Augustinus fidelibus loquens, *estote*, inquit, *germani Christiani. Nolite imitari nomine Christianos, opere vanos*. Hoc tam specioso sacroque nomine regiam diuinamque dignitatem præ se ferente, quis non ad pręclara illustriaque sanctarum virtutum facinora cupidorum veræ glorię æternæque salutis excitetur?

c Ser. 215. de tempore in princip. t. 10.

d Iob c. 7. v. 1.

e Ep. 2. v 9.

f Cap. 19 v.

g Serm. 215. de tēpore in principio t. 10.

Quantus habet vires regium Christiani nomen ad bonorum operum exercitia.

3. Pars.

h Homil. 25. in S. Ioannē t. 3.

i S. Leo ser. 1. de natiuit. Domini circa finem.

k S. August.

3. Pars. *Veri Ecclesiæ filii catholici viua eius membra sicut mater sua, luce vera fidei clarescunt & charitatis ardore inflammantur.*

l Apoc c. 12. Pulchra fit.

Sancta mater Ecclesia, cuius pij sanctique catholici membra sunt per fæminam in [l] Apocalypsi repręsentata stellarum 12. corona in capite ornata rutilabat, & præter hoc quod decori ac pulchritudini incrementum addebat maximum, erat sol ille iustitiæ charitatisque diuinæ Christus, mirabilibus vndique virtutum omnium radiis effulgens: cuius ardore diuino & claritate tanquam vestimento hæc induta mulier fidelium mater, mirabili pulchritudine coruscabat. Quo viso spiritus sanctus Apostolo prophetæ reuelare voluit, omnes Christianos vt essent de corpore animoque matris Ecclesiæ Christi Domini sponsæ, debere illius exemplar secutos, non solum duodecim fidei articulorum, doctrinæque 12. Apostolorum splendoribus, tanquam stellis in intellectu rutilare, atque tanta spiritualis lucis irradiatione splendescere: verum etiam in corde & voluntate diuinis Christi charitatis ardere flammis, & eius vitæ sanctissimę vestigia sequendi, religiosæ æstu cupiditatis inflammari. A qua omnia recte facta & opera cælestis gloriæ meritoria in omnes partes atque facultates animi & corporis imperata deriuarentur. Quibus exterius interiusque decorati Christi fideles, veri legitimique Ecclesię sanctæ filii, atque religiosissimi spiritualis Monarchiæ subditi, Ecclesiam hanc mysticam mulierem fortissimam atque charissimam matrem, grauissimè rebellium reproborumque filiorum hæreticorum, schismaticorumque scelestibus persecutionibusque contristatam afflictatamque, miris ac veris gaudiis & exultationibus in magna pietate deuotioneque radicatis recreant, reficiunt, atque vt statim dicetur sequenti capite, consolantur.

CAPVT III.

Exultatio Ecclesiæ sanctæ sedisque apostolicæ, bene fundata in piorum virtute filiorum, intra sanctissimum ipsius sinum gremiumque pacifice religioseque viuentium, extra quod non est salus.

1. *Exultatio Ecclesiæ ob filiorum virtutem bonorum nempe catholicorum.*
2. *Ecclesia propter has filiorum virtutes dicta paradisus spiritualis voluptatis & hortus lætitiæ.*
3. *Extra Ecclesiæ catholicæ, apostolicæ & Romanæ monarchiam nulla salus.*



Q VANTO maior est parentum amor in filios, tantò maiur luctus ex corruptione eorumque vitæ deprauatione paternum maternumque pectus attingit: sic contra ex virtute sapientiaque filiorum consolatio in animum parentum grandior assurgit, & plerumque maiora parentum gaudia ex liberorum virtutibus atque prosperitatibus quam ex eorũdem criminibus miseriisque desolationes atque tristitiæ nascuntur.[a] Parricida Cain primos parentes suorum scelerum atrocitate grauiter afflixit, Abel sua virtute dolorem illorum tristitiamque in exultationem consolationemque mutauit.[b] Ismaelis iniquitas magnum tristitiæ vulnus pectori Abrahæ credentium patris inflixit, Isaac filij pietas hunc dolorem leuando patrem matremque ridere fecit.[c] Esau reprobus maledictionis propter sua peccata filius, patrem Isaac matremque variis afflictionum tristitiarumque fluctibus agitauit, Iacob luctator fortis contra scelera multa, animum Patris matrisque omni sedata mœstitiarum tempestate pacatum tranquillumque magna consolatione refecit. Quantis anxietatum mœrorumque iactationibus Patris animum prophetæ regij sceleratus [d] Absalon perculit? Quas postea sapientia virtusque adolescentis vel pueri potius [e] Salomonis à Patris animo dissipatas eiecit? Certe si vehementer commota atque dolore maximo conturbata reproborum iniquitate filiorum, Ecclesiæ matris sanctissimæ viscera fuerint, lætitia meritò iustè gestiens & exultans ex bonorum filiorum virtutibus, vitæque conuersione, per salutarem pœnitentiæ inflexionem concepta illam magnopere consolatam pacatamque demulsit. *Flet pro te* (& propter te) *mater Ecclesia*, [f] inquit peccatori beatus Ambrosius, *Quæ pro singulis tanquam pro vnicis filiis vidua mater interuenit. Compatitur enim quodam spiritali dolore naturæ cum suos liberos lethalibus vitiis ad mortem cernit vrgeri.* Sed contra resurgentibus limoso vitiorum lacu filiis, & ad virtutum studia per pænitentiæ vias salutari generositate poperantibus, valde lętata de pristino luctu tristitiaque triumphat. Sic enim loquitur sanctus Cyprianus: [g] *Is qui Deo pro peccatis satisfacere vt par est laborat, non solum ve-*

a Genes. 4.
b Genes. 21. 12.
c Genes. 25. 27.
d L. 2. regum c. 13. 15. 17. 18.
e L. 3. reg. c. 1. & 2.
f S. Ambros. l. 5. super S. Lucem c. 7.
g S. Cypr. de lapsis.

A *niam apud Deum impetrat, sed etiam quam contristauerat nuper lætam facit Ecclesiam.* Quæ vastus bonorum filiorum virtutibus tanquam fluctibus irrigata, fæcunditate cælestium bonorum pinguescens affluenter haurit aquas prosperitatis & sapientiæ salutaris, [h] *de fontibus Saluatoris cum gaudio*, & ab ipso Domino vncta oleo lætitiæ, cum filiis suis virtutum catholicarom splendore coruscantibus ludit & exultat. Vt non immerito talibus Ecclesia filiis affluens, paradisus in terra non terrestris sed spiritualis appellari mereatur.

h Esaiæ c. 12.

Erat inter læta, salutaria & pulchra in paradiso terrestri arbor vitæ, cuius fructus tantę virtutis esse ferebatur, vt succo suo nutritorum corporum humidum radicale natiuumque calorem in pari [i] perfectione in qua condita B erant in ipso corporum nascentium ortu, sine vlla primæui vigoris alteratione conseruaret: ita vt corpora, huius vitæ fructus refectione sustentata cum plena sanitate, robore atque pulchritudine vitam suam in æternum extra senectutis morbi mortisque vias propagare possent. Eò spectant hæc Diui Augustini verba lib. 14. de Ciuit. c. 26. lignum vitæ aderat, ne illum senectus dissolueret. Simile scholastici Doctores D. Thomas 1. q. 97. art. 4. Caietan. ibi, & alii inde læta animarum facies, iustitia interius originali pastarum, in his corporibus tanta fortitudine, sanitate, atque pulchritudine firmatis, (si peccati lues primorum parentum corda non infecisset.) semper in magna bonarum actionum fęcunditate viguisset. In medio spiritualis paradisi Ecclesiæ nempe militantis fructus vitæ sempiternæ Christus nempe Dominus in sacrosan-C cto Eucharistiæ sacramento situs est, omnibus animarum bonis affluens & omnium gratiarum charismatumque radiis effulgens. Cuius alimẽto sacramentali, spirituali realique pasti fideles Ecclesiæ filii, non modo animorũ suorum humidum radicale, gratiam nempe spiritus sancti gratum facientem & calorem spiritualiter mysticeque natiuum, charitatem scilicet in pari perfectione qua in sua per lauacrum regenerationis spirituali natiuitate habuere: sed etiam in multo maiore retinent atque conseruant.[k] Quò hæc Domini verba referuntur: *Ego veni vt vitam habeant & vt abundantius habeãt.*[l] *Qui assumptam carnem non solum dedit nobis in pretiũ vt redimeret nos à morte, sed etiam dedit nobis in cibum vt aleret nos ad vitam*, non caducam sed ęternam. Inde varii aliarũ virtutum fructus, quorum productione boni catholici solum & agrum suę sanctissimæ matris Ecclesiæ fęcundantes illius animam mira gratulatione consolationeque lætificant. Quales sunt fructus pru-D dentiæ, fortitudinis, temperantiæ atque iustitiæ: quæ sũt mystica illa flumina quatuor, de fontibus saluatoris educta quę paradisum militantis Ecclesiæ spiritualem fæcundo, lætifico ac salutifero fluxu abluunt & irrigant. A quibus aliarum virtutum riuuli in fidelium corda redundant. Quæ virtutum cardinalium flumina [m] Philo Iudæus, & post eum [n] S. Ambrosius quatuor fluuiis per paradisum terrenæ voluptatis sinuoso fluxu currentibus & exundantibus Phisoni, Geoni, Tigridi & Euphrati compararunt. De quibus hæc sacra pagina [o] *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* &c. At paradisi nostri fluuius ac fons vitæ, idem qui fructus vitæ Christus Dominus.

2 *Pars. Ecclesia propter virtutes bonorum catholicorũ eius filiorum qui habitant in ea paradisus voluptat. Spiritualis & hortus lætitia dicitur.*
i Genes. 2. v. 9.
D. Aug. l. 14. c. 26. de ciuit.
D. Thom.
Caiet.
k S. Ioannis c. 10. v. 10.
l Innocent 3. serm de Natiu. Domini.
Quatuor virtutes Cardinales à fonte thesauri vitatis Christi manantes tanquam spirituales fluuij Ecclesia hortum ac paradisum spiritualem irrigant ac lætificant compar. ca 4. fluuiis paradisi terrestris.
m Philo lib. allegoriaro legis.
n L. de paradiso c. 3.
o Genes. 2. 10.
Christus Dominus in Ecclesia sua fons est fructus ea fōs & fructus vitæ.

Qui ex ore altißimi prodiens, de medio ventris virginei exiliuit atque ex ea matre virgine, *In quatuor capita se se dispergens*, [a] vt eum S. Bernardo loquar. *Ad irrigandam faciem arentis mundi emanans, lætificans ciuitatem Dei, Ecclesiam nempe, per virtutes filiorum ab ipso diuinitatis fonte in obsequia matris huius Ecclesiæ tanquam viua flumina redundantes.* [b] *Omnis enim qui biberit ex eo non sitiet in æternum.* Et erit plusquam paradisus hic scilicet terrestris de cuius aqua, *si quis biberit sitiet iterum.* Addamus & illud in honorem sanctissimæ virginis Dei matris eiusdem S. Patris Epiphonema: [c] *O quanta mundo contulisti virgo sanctissima quæ tam salubris aquæductus esse meruisti.* Nec vero solum sanctissima fidelium mater Christi Domini spōsa castissima, sacratissimæ virgini Deiparæ maiorie conformis, propter illas exultationes sanctas à filiorum virtutibus profectas spiritualis voluptatis honestę atque religiosę paradisus appellanda venit: sed etiam pij eius filij veti catholici spirituali acceptione Abrahę sicut Isaac per repromissionem filij nuncupari debent. Quia sicut Isaac, dictus propterea Hebraice risus, parentes suos Abraham & Sarram nascendo & postea crescendo virtutibus, magna iubilatione perfusos ridere fecit. [d] Sic illi vere catholici virtutibus bonorumque operum meritis in via Dei progredientes crescentesque vsque [e] ad perfectum felicitatis æternæ diem, parentes suos spirituales Romanum Pontificem totius sacræ Monarchiæ clauo præfectum, Ecclesiamque sanctissimam Christi Domini sponsam maximis verorum gaudiorum sensibus, magna vtrique parenti procumbentes deuotione, obsequioque perfundunt.

a S. Bernard. in deprecatione ad S. Virginem.

b S. Ioan 4.

c S. Bernard. Ibid.

Boni catholici cur filij Abraham per repromissionem sicut Isaac dicti.

d Genes. 21.

e S. Pauli ad Galatas Ep. c 8.

3. Interea dum pij illi Ecclesię sanctę filij tanto pietatis affectu obedientiæque promptitudine, huic matri patrique spirituali in omnibus obsequuntur, intra illius gyrum meritoriè inclosi: tāto certiùs de salute sua securi sunt quantò sunt illis omni religionis deuotionisque officio coniuncti fideliùs. Sic obediendo [f] satagentes, vt per bona opera certam suam in æterna tabernacula vocationem faciant. A quibus excluduntur qui ab illa sanctissima sede spiritualisque Monarchię vertice, prauæ dissidio doctrinæ, malitiæque rebellione diuelluntur. Sola siquidem Romana, catholica dicat, Ecclesia est, quæ verum Dei cultum retinet, à quo rectus ad cęlum limes assurgit. [g] *Hic est fons veritatis*, inquit Lactantius, *hoc est domicilium fidei, hoc templum Dei, quo si quis non intrauerit, vel à quo si quis exiuerit, à spe vitæ & salutis æternæ alienus est. Neminem sibi oportet pertinaci concertatione blandiri. Agitur enim de vita & salute: cui nisi caute & diligenter consulatur amissa & extincta erit.* [h] Veraque admodum est D. Augustini sententia dicentis, *quidquid extra eius* (scilicet sedis Apostolicę) *vnitatem operantur hæretici, nihil illis prodest aduersus iram Dei.* Omnia prospera euenient hāc sacratissimam colentibus sedem, aduersa spernentibus. Hac rebellione contra eam armatus insanus est, nec quietus pacatusque vnquam in animo esse poterit. [i] Qui secundum prophetæ regii votum vaticiniumque, *de libro æternæ vitæ delebitur, & cum iustis non scribetur.* Quod per obedientiam & obsequium principi Monarchiæ spiritualis sacręque debitum in libro militantis Ecclesiæ scri-

3. Pars. *Extra Monarchia Ecclesiastica obsequium nulla salus.*

f S. Petri Ep 2. c. 1 v. 10.

g Lactant. l. 4 c 30. & vlt.

h L. 2 contra Petil. c 3.

i Psal 68 29. *Qui non est scriptus in libro Ecclesiæ militantis non scribetur in libro vitæ triumphantis & contra.*

A bi noluerit. Non sic de piis obedientia pietateque maxima, in vtriusque parentis spiritualis imperia votaque præstantibus. [k] *Quorum nomina scripta sunt in cælis*, & in libro vitę sempiternæ. Quia per fidem bonosque mores scripti sunt in libro militantis Ecclesiæ, vt triumphantis postea ciues habeantur. Quod mysterium Propheta in figura sub hac verborum formula prædixit. *Sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita* [l] *Hierusalem.* Ad litteram, qui relicta [m] Babylone in qua tot annos Iudæi sub impiorum ethnicorum tyrannide seruitutem miserè seruiuerunt, data à Cyro Darioque Persarum regibus, Medorum Babyloniorumque victoribus, in terram Iudæorum natale solum reuertendi copia, reuersus in vita inter ciues habitatoresque ciuitatis sanctæ Hierusalem scribetur: sanctus & ve-
B ri Dei cultor censebitur, & proinde dignus præmio sectoorum ac filiorum Dei. Littera hæc prophetica veram captiuitatis Babylonicę & post redemptionis ab ea Iudæorum historiam continens, magnum sub verborum cortice mysterium inuoluit. Quod euolutum admonet eos qui per errores fidei criminaque vitæ, diu in Babylone spirituali, in qua tenebrarum princeps diabolus, regnator mundi deprauati dominatur, captiui detenti sunt per gratiam & misericordiam non Cyri Babyloniorum domitoris, sed filij Dei Iesu Christi, Dæmoniorum triumphatoris, ab hac captiuitate liberatos, sanctos & beatos fore: si per fidem & opera bona in libro spiritualis Hierusalem quæ est Ecclesia catholica, Apostolica & Romana Christi sponsi sui procreata atque mundata sanguine scribantur. Quia ita
C in hoc iustorum, merito non numero tantum, Ecclesię filiorum cathalogo scripti & inserti, ius ad librum vitæ sempiternę, strenuis virtutum Christianarum operationibus acquirunt, vt in eo feliciter & immortaliter inscripti diuinę consortes gloriæ, clara sacratissimæ trinitatis visione fruitioneque potiantur. Magnum hoc mysterium est & valde potens ad effundendum cupiditatem bona faciendi hominū mentibus suæ appetētium salutis incredibilē. Quod vt clariùs intelligatur, notandum morem fuisse apud Iudæos vt ciuium nomina in librum census seu cathalogum descripta redigerentur: vt videre est apud [n] Ezechielem. Qui agens de illis qui à seruitute Babylonica in Iudæam patriam postliminio reuerti non debebant: quod calamitatis communium suorum vtbisque Hierosolymitanæ desolationis causæ, per peccata sua, miseriarumque in prostituto veri Dei cultu statim fontes extiterant, hæc vatici-
D nando in persona Dei dicebat. *In concilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur.* Atque iste liber cēsus siue catalogus, liber vitæ seu viuentium nominabatur, quia ab eo defunctorum nomina liturâ circumducta tollebantur. Vt deleri de libro vitæ nihil aliud sit ad litteram, quam mori, occumbere morti, vel ea subire atque pati propter quæ de numero censoque viuorum eximi euellique homines debeant. Quales erant qui exilio mulctati, longè à patria in exteras gentes commigrare relegarique cogebantur: vt Iudæi auulsi à patria per immanitatem barbarorum & in Babyloniam exules adducti tanquam mortui sicut qui in captiuitate animam efflauerant, à libro vitę & catalogo ciuiū viuentium

k S. Luc 10.

l Esaiæ c. 4 v. 3.

Pulchra remacaptio.

Quid est scribi in libro vitæ, & de eo deleri ad litteram.

m Ezechiel c. 13.

ſublati ſunt: vnde conſtat ex his Moyſem cum A gemens ac vehementis doloris vulnere ſaucius internecioni cladique Iudęorum extremæ permetuens, quam minabatur Deus dixit. [a] *Dimitte illis hanc culpam, aut dele me de libro vitæ,* nihil aliud ſignificare voluiſſe, quam hæc: ſi non vis parcere populo huic, fixumque & immotum ſit apud te illum propter ſcelera multa deſtruere, atque grauiſſima percuſſione exterminare: me quoque cum illo deſtrue & abyſſo mortis abſorbe. Sic enim SS. Patres ad litteram hunc locũ [b] S. Auguſtinus & [c] S. Gregorius interpretantur. Ad cuius libri vitæ, in quo nomina viuentium ciuium Hieruſalem ſcribebantur, ſimilitudinem vocatus liber vitæ eſt, in quo iuſtorum verè vita Dei viuentium & prędeſtinatorum, per fidem & opera bona Eccleſiæ ſanctæ matris animo & corpori fæliciter adunatorũ nomina quotidie, diuina miſeratione deſcribuntur. De quo SS. ſcripturarum B multis in locis vt [d] Apocalypſis cap. 3. 13. 17. & alibi mentio multa & ampla legitur. A quo vitæ in æternum felicis libro, omnes reprobi, infideles, hæretici, ſchiſmatici, reliquique flagitioſi per ſcelera ſua Deum offendentes, eius vicarium alioſque diuinę voluntatis miniſtros aſpernantes, matriſque ſanctiſſimæ Chriſti Domini puriſſimæ ſponſæ viſcera doloribus conturbantes, rebellionumque dilacerantes vnguibus expunguntur. Sancti vero filij ſpiritualis [e] Hieruſalem in terra militantis obedientiſſimi, ipſius chariſſimæ parentis collapſum conſternatumque mæroribus animũ recte factorum robore ſubleuantes & pulchritudine recreantes, in eo prædeſtinationis æternæ libro radicati atque conſcripti, tanquam ſtellæ in firmamento fulgentes diuinæ felicitatis gloriæque conſortio in cælis ſine fine lætabuntur. C Et adoptione filiorum Dei nobilitati, [f] Dei facti hæredes, cohęredes autem Chriſti cum cunctis beatorum ſpirituum ordinibus iubilando [g] ad perpetuas æternitates exultabunt.

a Exodi c. 32. *Quod petebat à Deo Moyſes dicens,* Dele me de libro vitæ.

b Quæſt. in Exodum 32.

c L. 10 moral. c. 7.

Liber prædeſtinatorũ cur dictus liber vitæ.

d Ibi interpretes.

e Et D. Thoma 1. p. q. 24.

f Rom. 8.

g Daniel. ca. 12.

CAPVT IV.

Bonorum Eccleſiæ filiorum labores iuſti, pro ea exanthlati temporalia ſempiternaque bona lucrantur, & pariunt.

1. *Deus exiguos fidelium catholicorum labores pro ſe ſuaque ſponſa perpeſſos æternis* D *præmiis præter temporalia coronat.*
2. *Tarditatem redemptionis & ab afflictionibus liberationis, magnitudine conſolationis & remunerationis Deus pro centuplo præter mercedis lauream ſempiterna compenſat.*
3. *Veri Catholici dum ſuis Eccleſiam matrem, eiuſque paſtorem œcumenicum Patrem ſpiritualem virtutibus exhilarant, veram ſibi in hac vita conſolationem acquirunt cum ſalutis expectatione perennis.*

A 4. *Concluſio ad eos exhortatoria vt ad eum finem in bono perſeuerent.*



VOD gloriæ ſempiternę faſtigium culmenque diuinæ felicitatis catholici laboribus ipſi, piè religioſeque pro Dei ſaluatoriſque noſtri gloria, pro retinendo vindicandoque contra perduelles omnes ipſius in terris vicarij ſupremi principatus honore, pro ſanctiſſimæ ſedis vniuerſalis Eccleſiæ defenſione conſumptis, dominici ſanguinis, atque mortis innixis merito, conſequentur. Sic itur ad aſtra: ſic ſodando, patiendo, vigilando, laborando in recte factis pro Chriſto, proque eius ſanctiſſimo imperij Eccleſiaſtici ſolio, quies æterna paratur: ſic poſt prælia contra Dei Eccleſiæque B perduelles generoſa in terris, ad trophæa æternaſque lauros aſcenditur: quæ fortes in fide & charitate pręſtolantur in cælis.

Bonorũ Eccleſiæ filiorum labores iuſti pro ea exanthlati ſempiterna præmia lucrantur & pariunt.

[h] *Virtus recludens immeritis mori*
Cælum negata tentat iter via,
Cætuſque vulgares & vdam
Spernit humum fugiente rota.

h Horat. l. 3. ode 2.

Hic ſcopus contentionis per mille labores generoſæ! qui in amaritudine dolorum ſudorumque in hac vita, ſui expectatione magnam militantibus pro Chriſto præbet dulcedinem conſolationum. O triumphans Eccleſia in cælis, aperi ſinum tuum generoſè pugnantibus in campo militantis in terris! [i] *Quam glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei, beati omnes qui diligunt te & gaudent ſuper pace tua,* merito hæc ad Dominum Dauid: [k] *Secundum multitudi-* C *nem dolorum meorum conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* Quę ſpei futuræ beatitudinis innixæ prophetam lætitia plena geſtientem, ad clamandum modulandumque valde dulciter iſta prouocabant.

[l] *Lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi in domum Domini ibimus: multi hic dolores ſed multæ ibi conſolationes, amara vulnera, ſed ſuauia medicamenta,* inquit ſanctus Auguſtinus. [m] [n] *Cum digna non ſint paſſiones huius ſeculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Si enim Deus prophetę Iob pro patientiæ remuneratione addiderit omnia quæ fuerant illi [o] duplicia in terris: quantò magis pro gloria ſua ſponſæque ſuæ laborantibus, & in ſtadio Chriſtianarum virtutum cum puluere & ſudore currentibus, pro ſe contra vitiorum exercitus caſtraque præliantibus, centuplicia dabit in cælis? quo- D niam vt ait [p] ſanctus Gregorius. *Per pietatem benigni iudicis tentationis noſtræ diſpendium vincunt ſuffragia conſolationum. Minus enim tentat probatio quam remuneratio conſolatur: vt ex remunerationis præmio leue fuiſſe onus quod ſuſtinuit agnoſcat, qui ex percuſſionis pondere ſe aliquid tolerare iudicabat.* Propter quæ fideles ad certamina pro Chriſto Eccleſiaque matre, contra omnes hoſtes vitiaque ineunda magnis apparata laboribus ac virtutum Chriſtianè heroicarum operationibus inſtructa alibi ſic hortabatur. [q] *Si vos locus delectat celſitudinis, prius exerceat via laboris. Per calcem pertingatur ad maieſtatem. Si mens appetit quod demulcet, prius bibite quod doles.* Hac miſerationis ſuę

i Pſal. 85.

k Pſal. 147.

Pro exiguis laboribus pro Deo & Eccleſia ſua in hac vita perpeſſis æterna & infinita in cælo gloria datur.

l Pſal. 21. v. 1.

m In Pſal. 93.

n Rom. 8.

o Iob. c. 42.

p L. 35. moralium c. 8.

q S. Gregor. homil. 27. in Euangel.

via Deus, *Post tempestatem, tranquillum facit, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis*, dicebat pudica Sara apud [a] Tobiam. Sic Deus testante regio propheta. [b] *In tribulatione*, hac proposita felicitatis æternę spe suorum fidelium corda per magnas consolationes gaudiaque dilatare solet. Quod expertus in se & persona iustorum gratias agendo ipse Deo propheta dicebat: [c] *Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus* (angustiis videlicet & afflictionibus) *animam meam, nec conclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spatioso pedes meos.* O quam spatiosus locus, cælum empireum, sanctuarium Dei præcipuum, sedes æternæ felicitatis, *Cuius magnitudinis non est numerus*, ex angusta & ardente fornace [d] tres pueros, [e] ex angusto ceti ventre Ionam, [f] ex tetro carcere Iosephum, [g] ex horrendo lacu Leonum Danielem, ex lapidatione crudeli infamique [h] Susannam, [i] ex vinculis strictis asperisque sanctum Petrum, [k] de profundo crudelique maris abysso sanctum Paulum liberatos in latissimum spaciosissimumque æternæ felicitatis campum in fortunatasque cælorum insulas felicissime Dominus eduxit & euocauit. [l] *Multa tribulationes iustorum, sed de omnibus liberauit eos Dominus.* Quod si tanta cum velocitate hanc suę dexteræ mutationem non faciat Dominus, hoc ad maiorem felicitatis æternæ participationem pro se iuste laborantibus misericorditer operatur. [m] *Si moram feceris expecta eum*, ille enim nouit quo tempore auxilium secundum misericordiæ suæ mensuras & pondera sit opportunum, laborumque pro suo honore Ecclesiæque protectione præclarè ac generosè susceptorum merces aduentare debeat. *Homo quippe præsentia respicit* (ait sanctus Hieronymus) [n] *Deus futura & æterna cognoscit. Et quomodo si ægrotans, æstuans febribus, aquam frigidam postulet & dicat ad medicum: vim patior, vror, examinor, vsquequo medice clamabo & non exaudies? & respondeat illi sapientissimus & clementissimus medicus, scio quo tempore dare debeo quod postulas, non misereor modo, quia misericordia ista crudelitas est, & voluntas tua contra te petit. Ita Deus sciens misericordiæ suæ tempora atque mensuras interdum non exaudit clamantem, vt eum probet, & magis prouocet eum ad rogandum, & quasi igne excoctum puriorem & instiorem faciat.* Hæc sanctus Pater & Doctor scientiarum & linguarum varietate admirabilis.

[a] Tobiæ ca. 3.
[b] Psalm. 4.
[c] Psal. 30. v. 8. 9.
[d] Daniel 3.
[e] Ionæ c. 2.
[f] Genes. 41.
[g] Daniel c. 6.
[h] Daniel. 13.
[i] Act. c. 12.
[k] 2. Corinth. c. 11. v. 25.
[l] Psalm. 7. v. 20.
Tarditatem redemptionis & liberationis ab angustiis & laboribus pro se susceptis iustorum suorū promq; magnitudine compensat.
[m] Abac. c. 2.
[n] Comment. in Abacuc. c. 2.

Atque dū illi generosi Catholici pro Christi fide, legibus, & gloria, proque eius sponsæ sanctissimę defensione grauibus implicati laboribus, contra omnia præliantes aduersa, cælestis gloriæ præmia præstolantur: ipse misericordiarum Dominus & Deus totius consolationis eos in medio laborum tribulationumque suarum, magna deliciarum spiritualium visitatione recreat atque sustentat. [o] Vt his verbis sanctus Chrysostomus ista prophetæ. *In tribulatione dilatasti mihi*, exponens ostendit: *In tribulatione, id est ipsa manente tribulatione dilatasti mihi, id est multam cordis latitudinem ac dolorum relaxationem indulsisti: Non dixit Dauid Deo, non passus es me in tribulationem labi, nec effecisti vt celeriter transiret afflictio, sed ea manente dilatasti me, hoc est ingentem cordis latitudinem & voluptatem mihi attulisti: quod idē accidit in tribus pueris.* [p] *Nec enim obstitit quo minus inicerentur in fornacem, nec cum incidissent, flammam extinxit: sed ardente camino ipsis latum spatium prębuit.* Id est, *ut eos flamma offenderet vrendo prohibuit.* Hoc modo. [q] *Sicut abundant Christi passiones in nobis*, susceptæ atque perpessę pro Christi gloria & corpore eius quod est Ecclesia. *Ita & per Christum abundat consolatio nostra.* Quam videlicet Christus ipse Dominus misericordiarum Pater, nobis in agone pro illius fide legeque certantibus in hac vita affluenter effundit, expectantibus [r] beatam spem & aduentum ipsius gloriosum. Per cuius gratiam ad cælestia gaudia nostrorum laborum rectéque factorum præmia, de deserto temporalis mortalisque vitæ, charitatis ornamentis induti perducamur. Mater interea filiorum iustorum sanctissima in terris militans, lauros Ecclesiæ triumphantis immarcessibiles expectando in eorum bonis operibus vera solidaque gestiens lætitia, & exultans magnis replebitur honoribus, & diuitiis affluet purissimis, sicut per Esaiam prophetam Deus longe ante, hoc vaticinio spoponderat. [s] *Pro eo quod fuisti derelicta*, (scilicet per tot annos sub ethnicis imperatoribus, *& odio habita*, ab hæreticis & schismaticis, *& non erat qui per te transiret* (scilicet nisi admodum rarus respectu multitudinis impiorum inimicorum tuorum) *ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generatione & generationem.* Septuaginta verterunt,

Tabl. Gloss.

[o] Hom. 2. in 2. ad Corinth. c. 1. t. 4.
Deus iustis pro se laborantibus gloriam expectantibus æternam in hac vita centuplum largitur.

Tom. I.

Καὶ θήσω σε ἀγαλλίαμα αἰώνιον εὐφροσύνην γενεᾶς γενεαῖς. *Et ponam te exultationem æternam, gaudium generationum in generationibus.* Sic superbia ibi in versione communi non in malam partem, sed in bonam accipitur pro re excelsa & maximi valoris, quæ prę magnitudine suæ dignitatis & excellentiæ mirabiles amores excitat sui. Qualis est illa exultatio æterna, scilicet quæ vsque ad consummationem seculi in hoc mundo duratura est, à fęcunditate bonorum operum virtutumque sanctarum fœtibus profecta. Quæ in illius gremio degentes optimi filij contra omnes dæmonum versutias atque furores operabuntur: Quousque exultatio hęc lætissimæ matris propter filios obedientissimos cælis immittatur, triumphantis Ecclesiæ delitiis ęternis, suauitatibusque copulanda. Et cum matre, hac filiorum lætificata virtute & amore, magna talibus filiis catholica pietate fortunatis, in terris per augmentum gratiæ Dei iubilatio, maiora præstolantibus in cælo potenter adueniet. Qui dum parendo in omnibus obediendoque matri charissimę macula omni, rugaque carenti, patrique sanctissimo, vicibus in terra saluatoris nostri fungenti, non mediocrem consolationem lætitiamque pariunt, æternam sibi in cælo vitam, gloriamque lucrantur. Iuxta hæc Dei promissa Ecclesiæ suæ Euangelistæ facta. [t] *Populus autem tuus, omnes iusti in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis mea, opus manus mea ad glorificandum.* [x] Cum quibus interea sapientia æterna Christus Dominus, meliorum communicatione charismatum, *Ludit in orbe terrarum: cuius delicia cum illis sunt, & castissima sponsa filius esse perhibentur.* Quibus hac charitatis in matrem Ecclesiam inclinatione propensis, in præmij spem, certitudinemque

[p] Daniel c. 3.
[q] 2. Corinth. c. 1.
[r] S. Paul. v.
[s] Esaiæ c. 60. v. 15.
Ecclesiam matrem filiorum bonorum nomine vero catholicorum virtutes, gloria, diuitiæ & lætitia vera ac solida profundunt.
[s] Septuag. Esa 60. v. 15.
Superbia hic in bonam partem accepta.
Boni catholici dum Ecclesiæ matri obediendo lætitiam & consolationem pariunt sibi lætam vitam in hoc mundo & æternam in altero lucrantur.
[t] Esaiæ c. 60. v. 21.
[x] Prouerb. c. 8. v. 30. 31.

A futuri, ita pet prophetam dulcissime loquitur: *Ad vbera* (mea scilicet) *portabimini & super genua blandietur vobis quomodo si cui mater blandiatur: ita ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini: videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt. Et cognoscetur manus Dei seruis eius & indignabitur inimicis suis.* Agite igitur vos veri Catholici, fideles Ecclesiasticæ Monarchiæ, Ciues & subditi: [a] *attendite ad mysticum Abraham Patrem vestrum*, Romanum nempe Pontificem, *& spiritualem Saram*, Ecclesiam scilicet Romanā, sedemque Apostolicam quæ vos genuit. Satagite vt vtrique sacro parenti fidelissimè seruientes, vtriusque gloriam & honorem contra omnes inimicorum diaboli ministrorum furiosos impetus totis viribus animi corporisque vestri generositate Christiana vindicetis atque protegatis. Crescite sapientia, pietate, ardoreque charitatis, vt harum virtutum aliarumque auctione illorum lætitiam sinceram, consolationemque magis ac magis augeatis. Sic illis vt boni verique filij subdite vos, bona facientes, sanctisque illorum iussis obedientia sancta incuruemini, vt nihil [b] charius, antiquius, & optatius habeatis, quam illorum vota & imperia sanctis venerantes operibus, Christianarumque virtutum ministeriis exequentes, vos illis post Deum quam gratissimos esse. Sic illos honore pleno amoreque perfecto suspicientes, & secundum Christi Domini præcepta decorantes, indeque magna eos consolatione lętitiaque sincera reficientes, vos cum illis charissimis sanctissimisque parentibus, gaudio spirituali pie gestiendo triumphate. Digna apud Dominum gratiarum actione lętantes liberos cordis oculos à desideriorum terrenorum depressione liberate. Vos intra domum Dei merito oon numero solum conclosos, ibique sub annulo piscatoris pastoralique sancti Petri baculo, spiritualem agnum mandocantes, ad ęterna prælectos peritura non occupent, viam veritatis ingressos, Christianæ fidelitatis obedientiæque irradiatione salutari fulgentes, fallaces mundanæ vanitatis illecebrę, omnesque rebellionis schismaticæ & hæreticæ vertigines iniquę ounquam à cursu felicitatis æternæ retardent, incitatosque remorentur. Et ita à vobis vt sancti Leonis Magni verbis vtar. [c] *Temporalia decurrantur vt peregrinari vos in hac mundi valle cognoscatis: in qua etiam si commoda blandiantur non amplectenda nequiter, sed transeunda sunt fortiter.*

a Esaiæ c. 66. v. 12. 13

Conclusio hortatoria ad bonos catholicos vt facientes voluntatem Dei paribus spiritualibus Papa ac Ecclesia Apostolica & catholica ex totocorde fideliter seruiant, eorum honorem & dignitatem contra omnes aduersarios totis suis viribus protegant.

b Esaiæ c. 51. v. 1.

Imitatio S. Leonis serm. de ascens. Domini.

c S. Leo ibid.

CAPVT V.

Antitheses inter piorum veréque catholicorum obedientiam Ecclesiæ, Christi Domini sponsæ, eiusque vicario Romano Pontifici consecratam, & rebellionem hæreticorum, schismaticorumque contumacem Antichristi notam.

1. *Quàm magna & sancta bonorum catholicorum Roman. Pontifici, sedique Apostolicæ præstatur obedientia, gratissima Deo victima.*
2. *Contra quam detestanda Nouatorum rebellio contra hunc sanctissimum Patrem sedemque Apostolicam ferociter armata.*
3. *Obedientia hac fidelium Christianorum fides semper Catholica charitatisque irradiatione fulgescit.*
4. *At hac hæreticorum rebellio infidelitatis impietatisque nigredine sordidatur.*

B RECTISSIME Samuel propheta, regem Saul qui in via obedientiæ à Deo iussæ non steterat obiurgando dixit. [d] *Melior est obedientia quam victima.* Quia vt pij deuotique doctores [e] S. Gregorius, Bernardus, & alij doctrina singulari religioneque perillustres obseruarunt, in victimarum sacrificio bestiarum vita effuso eorum sanguine, *Sine cuius effusione non fiebat remissio*, inquit Apostolus immolabatur, at in sacrificio obedientiæ non sanguis hircorum, taurorum, aliarumque bestiarum effunditur, sed ipsa hominis voluntas moritur, iudiciumque Deo sacrificatur, sic enim [f] S. Gregorius loquitur. *Obedientia quippe victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tantò igitur quisque Deum citius placat quantò* C *ante eius oculos repressa arbitrij sui superbia gladio præcepti se immolat.* Memorabilia sunt alia hæc in eam sententiam [g] sancti Gregorij verba: *Operator strenuus vitæ socialis & communiter se cum Deo seruientium pius æmulator, si æterni meriti ampliorem retributionem, per obedientiæ bonum adipisci desiderat, in hoc solo se cognoscat excellere si præ cæteris arbitrio maiori propriam subdiderit voluntatem.* Hæc est victima Deo gratissima, quam Christo Domino per obedientiam eius sanctissimo vicario pręstitam, iusti Catholici quotidie consecrant: hoc sacrificium laudis & iustitiæ qoo sic captiuando intellectum & voluntatem in obsequium fidei & imperij Ecclesiastici, ipsi Deo plenè litare conantur. Atque cum immolatione voluntatis integrę, proprium quoque iudicium per obedientiam sanctissimi Patris imperantis exhibitam ipsi Deo saluatori nostro sacrificantes, cum ipso patriarcha Abraham illustri atque mirabili D purę obedientię exemplo, [h] duplicem spirituali speluncam nundinatione mercantur. In quarum vna sibi mortuam, viuam Deo voluntatem, in altera iudicium etiam proprio sensu per obedientiam sapienter orbatum piè ac prosperè sepeliant. In quod eoluendum mysterium [i] sanctus Gregorius Nazianzenus respicere videbatur: Cum sic ad obsequendum superioribus inferiores Christianos hortabatur. *Oues ne pascite pastores, nec supra fines vestros assurgite, iudices ne iudicate, nec legislatoribus leges præscribite.* Filiorum Dei Catholicorum verorum obedientia erga Patrem sanctissimum eos spiritu noo carne fouentem, similis illi de qua hęc

Cur dicitur obedientia melior quam victima.

d 1. Reg. c. 15. v. 22.

e L. 34 ca. 10. moralium. Hebr. c. 9. v. 22.

f S. Greg. lib. 34. c. 10. Moral circa principium.

g Comment. in lib. 1. regum c. 3.

Veri catholici cum voluntate intellectum atque iudiciū per obedientiā Deo immolāt.

h Genes. 23. *Nos concept. quid per duplicem Abrahæ speluncam significatur.*

i Orat. 9.

a Gregor. comment. in pr. regum c. 3.

Piorum catholicorum ecclesiæ eiusque summo pastori obedire, non eorum iussa discutere disputando.

b 1. Reg. 2.
c Vers. act. 9.
d S. Aug. lib. de ciuitate c. 32.

Vere obediens mortuo similis.

S. Gregorius Magnus, [a] *Vera obedientia nec præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit. Quia qui omne vitæ suæ iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur operatur. Nescit enim iudicare quisquis perfectè didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, si præceptis obediat.* [b] Verorum Catholicorum communis ad patrem sanctissimum cum Samuele vox est. [c] *Loquere Domine quia audit seruus tuus.* Et cum sancto Paulo in raptu suo. *Domine quid me vis facere.* His quippe pia summi ecclesiæ pastoris iussa capessere fas est, vt factis exequantur. Qui cum Abrahamo vt S. loquitur [d] Augustinus. *Diuino intonante præcepto obediendum credunt non disputandum.* Se ipsos mortuis corporibus obedientiæ virtute ad superiorum iussa similes esse iudicantes: quibus S. Franciscus vere obedientes præfectis ecclesiæ comparare solebat, hæc apud S. Bonauenturam in eius vita dicens: [e] *Tolle corpus exanime, & vbi placuerit pone, videbis non repugnare motum, non murmurare situm, non reclamare dimissum. Quod si statuatur in cathedra non alta sed ima respiciet, si collocetur in purpura duplo pallescet:* (sic inquit Seraphicus pater) *verus obediēs est, cui cur moueatur, non diiudicat, vbi locetur non curat, vt transmutetur non instat, euectus ad officium solitam tenet humilitatem, plus honoratus plus se indignum reputat:* Hac sanctæ obedientiæ tinctura decoratum Marcellinum Africæ præfectū & comitem ita S. [f] Augustinus exhortando, eum ad comprimendos hæreticorum Donatistarum in Africa furores affabatur: *Si non audis amicum petentem, audi episcopum consulentem: quamuis quoniam Christiano loquor maxime in tali causa non arroganter dixerim, audire te episcopum iubentem conuenit.* Si fideles omnes principes & subditos monitis iussisque Episcoporum particulariumque pastorum parere, atque per obedientiam procumbere conuenit & iustum est, quantò magis Episcoporum præsulis imperiis acquiescere, seq; obedientia dictante submittere iustum, salutare & honorificum est?

e Bonauentur. in vita S. Francisci c. 6.

f S. Aug. epi. 269 ad Marcellinum Africæ comitē.

2. Pars.
1. Antithesis. de Nouatorū hæreticorum rebellione omnem legis diuinæ & humanæ obligationem detestantium, ex diametro bonorum catholicorum religiosa obedientia opposita.

g Lutheri rebellio.

h Caluinus omne sanctum leges diuinæ & humanæ iugum à se suisque sua impietate doctrina perditis detestabiliter auertit.

i Principia Caluiniana doctrina quibus obedientia omnis legis diuinæ & humanæ submouetur.

2. At sacræ huic obedientiæ quam vehementer & iniquè superba, confidens & audax opponitur hæreticorum Nouatorum rebellio? Quorum in fronte & capite hoc nefandum axioma gestatur, *Se liberos factos à Christo nullis superiorum principum vtriusque fori ecclesiastici & secularis teneri legibus.* [g] Lutherum superioribus libris sic insanientem bacchantemque contra sacras Romani Pontificis leges audiamus. *Quis est iste Papa qui nobis suas leges iussaque tyrannica imponere audeat?* [h] Quid Caluinus! quam sæpe in maledictis operibus scriptisque suæ rebellionis canis rabidi atque spumantis apri instar in sacras Dei ecclesiæ iustasque secularis imperii leges virus euomuit? Qui se suosque miserè à se fascinatos ab omni diuinæ humanæque legis obligatione effrænata dementatus audacia tanquam bonorum operum osores exemit? Qui tam exitiale, suaui sanctoque Dei, eius vicarii, ecclesiæ S. etiam Christianorum principum, legum, decretorum edictorumque iugo certamen indixit? Qui tanto odio freneſique blasphemiarum, salutare, deuotumque piorum catholicorum his præstitum legibus obsequium insectatus, omne fas, iusque diuinum & humanum peruertere suoque subiugare furori conatus est? Quæ verissima esse nemo negabit qui [i] principia Caluinianę doctrinę semel audierit

A inter quæ ista in capite huius execrabilis exitialisque doctrinæ scribuntur. Primò, *Lex decalogi est impossibilis*, ergo nemo tenetur ad eius obseruationem. 2. *Moysis lex non viget amplius abrogatione perempta* (quod est verum quoad cæremonias.) 3. *Christus nullam tulit legem.* 4. *Lex humana nullam obligandi vim habet. Propterea omnino liberi sumus, nec vllis siue Dei siue hominum, siue ecclesiæ, siue Reipub. secularis, siue Papæ, siue principum temporalium legibus tenemur.* Hinc omnis contra religiosam catholicamque fidelium Christianorū, Deo; Papæ, ecclesięque consecratam obedientiam, dementia rebellionis efferatur. In qua dementia miseri Nouatores se verè liberos & ab obedientiæ seruitutisque Christianæ (qua seruientes Deo regnant) nexu immunes esse Caluino tonante & hæc errorum dæmoniacorum fulmina eorum cordibus vibrante gloriantur. Hoc enim punctū

B est atque vertex in quo infelicem suam suorumque detestabilem libertatē Caluinus locat hæc dicens: *Christiana libertas in tribus partibus sita est. Prima vt fidelium conscientia dum fiducia* [l] *suæ coram Deo iustificationis quærenda est, se se supra legem erigant, atque efferant, totamque legis iustitiam obliuiscantur.* Et infra: [m] *sublata igitur legis mentione vnam Dei misericordiam amplecti conuenit.* Et ad impietatem erroris sui corroborandam, ait §. 4. [n] *Conscientiæ liberæ sunt à iugo legis.* Sic vtriusque tabulæ legum, digito Dei exaratarum imperia, extra conscientiæ territorium inania voluuntur. At vero 7. §. eiusdem 19. capitis omnia statuta decretaque humana tam ecclesiastica quam ciuilia circa res adiaphoras & indifferentes edita promulgataque reiicit, expugnit, improbat, omnique super consciētias auctoritate prohibet. Hæc illius maledicta verba restantur. [o] *Tertia*, inquit;

In tribus, sitā detestabilis Nouatorum libertas ex Caluino.
l Calui l. 3. instit. c. 19. §. 2. 47.
m Ibid. §. 2.
n Calui ibid. § 4. c. 19. l. 3. instit.
o Calui ibid. §. 7.

C *scilicet pars Christianæ libertatis est. Vt nulla, rerum externarum quæ per se sunt adiaphora, religione coram Deo teneamur, quin eas nunc vsurpare, nunc omittere indifferenter liceat.* Ex quibus verbis impietate mendacioque fœdatis infert sacrilegus infelix, nullum Christianorum, humanarum legum præscripto teneri, & obligationi deberi: quæ princeps ecclesiæ conciliaque œcumenica, de ieiunio, solemnitate festorum, aliisque rebus christianam pietatem fouentibus & augentibus potestate sibi à Deo tradita sancita promulgarunt: quod assertionis erroneæ scelus duplici fundamento principioque similiter impio atque nefario fulcire atque firmare voluit. Primum est *quia Papa Romanusque Pontifex est Antichristus.* Quod si ita sit, vt mētiendo flagitiosissimè blasphemator execrabilis asserit, profectò omnia Pontificum Romanorum statuta, leges, canonesque iure tollantur *de medio necesse est*: alterū, *quia nemo subditorum in imperio republicaque Christiana legibus imperatorum, regum ac principum parere & obsecundare vlla tenetur obligatione: si ista leges politiæ secularis aliquid extra verbum Dei ab illis latæ præcipiant & imperent.* Quo iacto putridi erroris perniciosique fundamento omnes regū, imperatorū, principū catholicorum iustæ leges, edictaque piæ quæ explicitè in Dei verbo scripto non continentur, omni vacua virtute dirigendi, cogendique potestate ab omni Christianorum societate relegata concident, ad nihilumque reuocata deficient. Quæ omnia assertionum iniquarum, erronearumque plenarum rebellionibus deliria mordicus astruere atque defendere non aliorum est

Duo flagitiosā Caluini assertionis iniqua principia.

D

Caluiniſtarū aſſertionum ſectatores, ſe Antichriſti vel Diaboli potius filios arguunt.

a S. Iudæ epi. canonic.

b 2 Timoth. c. 3. v. 1.

hominum quam rebellium ſeditioſorum, impiorumque Antichriſti membrorum, maledictionisque filiorum. Qui tanto doctrinæ nefandæ veneno turpiter ac infeliciter intoxicati, *dominationes*, vt ſanctus[a] Iudas loquitur, *ſpernunt, maieſtatem blaſphemant.* Quos viuis depictos coloribus hoc ſancti Pauli ſermone clariſſimè conſpicimus.[b] *In nouiſſimis diebus erunt homines ſe ipſos amantes, elati, ſuperbi, blaſphemi, ſuperioribus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine pace criminatores.* Et poſt hæc, quorundam interpoſitione verborum.

c Ibid.

2. Obedientia bonorum catholicorum valde huic hæreticorum oppoſita rebellioni quā filij Dei demonſtrantur.

[c] *Quemadmodum Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati.* Quàm aliena eſt ab hac hæreticorum rebellione ſuperba, humilis piaque bonorum Chriſtianorum obedientia! Cuius ſplendore fulgentes, maximo præfectis ſuis paſtoribus in eccleſia paſtorumque inprimis principi Romano Pontifici, necnon magiſtrati- B bus in republica, magiſtratuumque Domino regi ac principi famulantur obſequio. Qua ſe veros Chriſti Domini eiuſque ſponſæ vnicæ eccleſiæ ſanctiſſimæ filios oſtendunt, ſcientes illud ſcriptum & reuerentia obſeruantes.[d] *Qui ſuperbierit nolens obedire ſacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur.* Et illud Domini in Euangelio, altiſſimis in animo radicibus obſeruantiæ defigentes?[e] *Si eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus.* Nec vnquam à memoria illud eiuſdem Domini ſaluatoris noſtri diuellentes,[f] *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit?* Qui hoc, quod poſt Domini ſermones ab Apoſtolo didicerunt, effectu praxique aſſidua venerantur.[g] *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit, non enim eſt poteſtas niſi à Deo. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit.* Denique cōtra om- C nes impias Nouatorum Caluiniſtarumque rebelliones contumaciaſque Chriſtianæ obedientiæ inimicas audiunt docili attentione dicentem Apoſtolum, eique ſic imperanti fideliter & alacriter obſequuntur.[h] *Obedite præpoſitis veſtris & ſubiacete eis, &c.* Neque ſolum noſtri ſæculi peſtes eccleſiæ, regnorumque chriſtianorum deſtructores & incendiarii Nouatores Romano Pontifici prælatiſque, ſub illo atque paſtoribus à Chriſto Domino conſtitutis in eccleſia & in republica chriſtiana ſeculari, Principibus regibuſque creatis à Deo contumaciæ armis rebellioniſque reluctantur, ſed etiam ſi ſcelerata Patriarcharum ſuorum Lutheri, Caluini, Bezæ, aliorūque Antichriſti miniſtrorum dogmata ſequantur, in eorum principum neces, cruores, trucida- D tioneſque conſpirant. Sicut clariſſimè ex eorum hæreſiarcharum parricida ſacrilegaque doctrina inferius quartæ partis lib. 3. demonſtrabimus. Hoc loco ſolum dicam ne à materiæ propoſitæ paulò longiùs inſtituto digrediar, hæreſim Lutheranorum Caluiniſtarumque ſicut alias antiquas rebellionis æſtu furiatam, omnis obedientiæ iuſtæ ac debitæ impatientem ſemper extitiſſe. Quæ eſt fornicaria illa meretrix de qua[h] S. Ioannes in Apocalypſi vaticinatus eſt, *Mulier fornicaria quæ ſedet ſuper aquas multas: cum qua fornicati ſunt reges terræ & inebriati ſunt qui habitant terram, de vino proſtitutionis eius, quæ ſedet ſuper beſtiam coccineam plenam nominibus blaſphemiæ, ebria de ſanguine ſanctorum & de ſanguine martyrum Ieſu.*

d Deut. 17. v. 12.

e S. Matth. 18. v. 17.

f S. Luc. 10. v. 16.

g Rom. c. 13. v. 1.

h Hebræor. c. 13. v. 17.

Secundum impiam Lutheri ac Caluini doctrinam Nouatores non ſolum in principes ſuos rebellant ſed etiam in eorum necem conſpirant.

h Apocalyp. c. 17. v. 6. 7. & 16.

3. Paro. In 3. antitheſi obedientia catholicorum Rom. Pontifici ſedique Apoſtolica conſecrata magnam fidei Chriſtianæ luce fulgeſcit & charitatis igneſcit ardore

Sancta autem piorum Apoſtolicæ ſedis patriſque ſanctiſſimi cultorum obedientia magna fidei Chriſtianæ irradiatione ſplēdeſcit, igneq; charita- A tis ardet. Tanta enim virtus ſine illius luce & huius ardore meritoria eſſe non poteſt, & ad tantū gloriæ ſempiternæ verticem contendere? Vt ſicut fidei vera tribuitur obedientia, ſic fides obedientiam hanc vera comitatur. *Fides*, inquit[h] S. Hilarius, *Habet obedientiæ meritum, non cognitę veritatis fiduciam*,[i] Cui conformia refert S. Auguſtinus. Sic reciproca vice vera catholicorum obedientia de qua loquimur, euangelicum fidei vultum cum charitate deoſculatur. Nec vlli vnquam veri patris ſanctiſſimi cultores, eiuſque dictis obedientes inuenti ſunt, in quibus vera catholicaque fides nutauerit, & charitas[k] Dei diffuſa in cordibus eorum per ſpiritum ſanctum qui datus eſt illi, non efferbuerit. Quam obedientiam vicario ſuo præſtandam fide charitateque coruſcantem Dominus naſcens & oriens B ſub Romano imperio præſignificare dignatus eſt. *Chriſtus enim*, inquit Oſorius,[l] *Romano cenſui ſtatim adſcriptus eſt vt natus eſt. Sic Chriſtianus Romanæ eccleſiæ ſtatim adſcribitur, vt renaſcitur, Chriſtus dicendus erat Romanus ciuis, cenſus profeſſione Romani: & Chriſtianus eſt Rom. ciuis, fidei & obedientiæ profeſſione Romanæ. Chriſtus ſub imperio Romano naſcitur, Chriſtianus ſub Pontificatu ſummi Pontificis Romani renaſcitur. Chriſtus Romano imperatori obediens in Bethlehem oritur: Chriſtianus Romano Pontifici obtemperans in eccleſia vitam ducit.* O hæretici funeſta deteſtabiles abominatione, voſque illis perfidè confederati, ſchiſmatici miſerabiles, qui tam nefario conatu licet irrito in paſtorem vniuerſalis eccleſiæ Chriſti Domini vicarium Romanæ Apoſtolicæque cathedræ re- C ctorem ex oue in rabidos conuerſi lupos veſtrorum maledictorum blaſphemiarumque veſtrarum exacuendo dentes efferamini! Qui veri œcumenicique ouilis dominici paſtoris paſcua fugiētes, vineam Domini catholicam nempe Apoſtolicam Romanamque religionem depaſci atque demoliri ſine ſceleris horrore conamini? Quantis miſeri pœnis, nunc flagitiorum veſtrorum, poſtea vero æternorum tormentorum abſorpti gurgite mactabimini? Quorum rebellio contumaciaque in ſanctiſſimum illum fidelium omniū parentem Chriſtiani quod ad ſpiritualia regnatorem orbis, ſemper infidelitatis impietatiſque fæcibus ingurgitatur. S. Gregorius Turonenſis[m] funeſtum ſacerdotis impij exitum Arij hæreſiarchæ ſimilem, quod in proprium Epiſcopum Sydonium Apollinarem magna cum iniuria rebellauerit, commemorans, hæc inter cætera, Per- D emptoria diuinæ vltionis iudicia retulit: *ingreſſus in ſeceſſum ſuum* ſcilicet impius ſacerdos, *dum ventrem purgare nititur ſpiritum exhalauit.* Et paulo poſt. *Cum reſponſa dare differret, exanimis eleuato puer velo oſtij reperit Dominum ſupra ſellulam ſeceſſus defunctum.* His dictis hanc infert concluſionem. *Vnde indubitatum eſt, non minoris criminis hunc reum eſſe quam Arium illum, cui ſimiliter in ſeceſſu fuere interna depoſita per partes inferiores egeſta: quia nec illud ſine hereſi poteſt aſcribi, vt in eccleſia non obediatur ſacerdoti Dei cui ad paſcendum oues commiſſæ ſunt, &c.* Quod ſi ſola in particularem præſulem & paſtorem rebellio contumaciaque hæreſeos crimen arguit, quantò magis in œcumenicum paſtorem omnium paſtorum atq; prælatorum principem rebellio inſolens & effrenata, ab eo eccleſiæ Dei Monarcha defectio, rebellantium contumaciumque animis immane

h S. Hilarius in pſal. 118.

i Similis S. Auguſt. l. 50. hom 31.

k Rom. 5.

l Oroſius l. 6. cap. vlt.

Chriſtus Domini naſcens ſub Romano imperatore debitam Chriſtianorum obedientiam Romano pontifici præſignificauit.

Rebellio hæreticorum infidelitate & impietate ſemper inquinata.

m S. Gregor. Turon l. 2. c. 23 de geſtis Francorum.

No.

Hæreticis paganis peiores & miseriores magisque diabolo conformes pietatem Christianam mentientes vt eam destruant.

hæreseos facinus inuret? Quos non male dixerim paganis ipsis à consortio Christianæ religionis omnino reuulsis peiores, proindeque miseriores quia diabolo maximè conformes, in hypocrisi & dolo crudeli, religionis Christianæ pietatem simulantes, vt eam tantò nocentius, quantò callidius opprimant. Atque veros se per suasione fallaci fraudulentaque sicut diabolus Christum, mentientes esse Christianos, vt sanctissimi Christianorum parẽtis principisque monarchici principatum atrocioribus sceleratioribusq; sub specioso fallacique reformandæ ecclesiæ prætextu machinis arietibusque concutiant, in imaque, si per eorum nefas odiaque diabolica liceat, ruinæ totalis immaniter effundant. *Hæreticus enim,* [a] inquit S. Cyprianus, *sic se Christianum profitetur, quomodo & Christum Diabolus persæpe mentitur. Sicut vero ille Christus non est, quamuis fallat in nomine illius. Ita nec Christianus videri potest qui non permanet in Euangelij eius & fidei veritate.* Tantum enim abest vt hæreticus sancto Christiani nomine dignandus veniat, quin potius diabolus dici iure mereatur, iuxta illud [b] S. Chrysostomi. *Arianus es diabolus es.* Hæreticos gẽtibus infidelibus scelere superiores esse cõtestãtis. *Quod ipsi gentiles per ignorantiam Christum blasphement, at hæretici veritatem Christianam scientes persequantur.* Sed de his plura superius.

a S. Cypr. l. de vnit. eccles.

Hæreticus dicitur diabolus imitatione erroris & malitiæ.

b S. Chrysost. hom. 30. in c. 22. S. Matth.

CAPVT VI.

Quinque alias, præter tres superiùs expositas, antitheses complectitur, in quas distribuitur, inter sanctam bonorum catholicorum obedientiam & iniquam hæreticorum schismaticorumque rebellionem.

1. *Obedientia verè catholicorum multa bona parit: contra hæreticorum schismaticorumque rebellio multa mala.*
2. *Pij iustique catholici per obedientiam verè sunt, ac viuunt Dei gratia animati: contra per rebellionem hæretici & schismatici Dei gratia destituti mortui sunt in spiritu.*
3. *Hæretici eorumque fautores per rebellionem ecclesiæ, eiusque pastori machinantes interitum se perdunt, contra boni catholici per obedientiam eorum iussa facientes se saluant.*
4. *Vera catholicorum obedientia magnis honoratur præmiis: hæreticorum contra schismaticorumque magnis grauatur supplicijs.*
5. *Illorum obedientia magnis comitatur virtutibus: horum contra rebellio multis inquinatur flagitijs.*

4. Antithesis. Obedientia catholicorum Papæ sedique



CVM deuota catholicorum piorum obedientia & animus obsequens, promptus ad imperia pastoris œcumenici, sedisque sancti Petri, valde Christi Domini gloriæ velificetur: sitque seges ampla magnarum prosperitatum, quæ in regnorum Christianorum societatumque sinum amplo salutis benedictionisque diuinæ germine diffunduntur. Quantos contra Deus immortalis! calamitatum miseriarumque fontes hæreticorum schismaticorumque rebellio reserat & educit, quorum exitialibus aquis magni instar diluuii impetu magno fluentibus & exundantibus Christianæ societates Ecclesiasticæ ciuilesque quotidie crudeliter obruuntur? Quæ mala ab illis [c] nostra per tot annos vidit ætas? (vt Liuii verbis vtar) quãto iteratoque toties per eos Gallia nostra suorum tot desolata funeribus, ciuili arsit incendio? Quo nihil miserius, nihil fœdius, nihil immanius, & quod iure optimo priuatarum publicarumque miseriarum gurgitem appellare decet. Quàm isti tot dissentionum discordiarumque ciuilium præter cæteras tetri sui diabolicique vomitu erroris opifices, Deo & populis non modo fidelibus sed etiam ethnicis veri Dei nesciis execrabiles.

Apostolica in Christiana respub. multa bona parit: contra hæreticorum atque schismaticorũ rebellio multa mala.

c Liuius in præfat.

Ardores ciuilium bellorum ab hæreticis.

Ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος
Ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος.

Clamabat Homerus.

Ille nefarius & sine gente tribuque mihi esto.
Qui ciuile cupit ferrum & execrabile bellum.

Quàm sunt execrabiles ciuilium bellorum artifices.

Homer. Iliad. ι.

Quid contra istos publicæ pacis incendiarios, ciuilium pugnarum ruinarumque fomites alius dicat ethnicus recentior audiamus. [d] *Nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura cara habere potest, quem discordia, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat, eumque ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto*, qua grassante ciuilium tumultuum furia. [e] *Castra ex vna parte contraria, & parentum liberorumque sacramenta diuersa.* Hic furoris ciuilis & plusquam ciuilis æstus! quo immaniter efferuescente.

d Cic. Philip. 13.

e Seneca. l. 2. de ira.

Vidire parentes
Frontibus aduersis, fraternaque quo minus arma:
[f] *Cognatasque acies.*

[g] *Non ætas, non dignitas quemquam protegit, quo minùs stupra cædibus, & cædes stupris misceantur.*

[h] *Nobilitas cum plebe perit, lateque vagatur*
Ensis, & à nullo reuocatum est pectore ferrum:
Stat cruor in templis, multaque rubentia cæde,
Lubrica saxa madent, nulli sua profuit ætas,
Non senis extremum piguit feruentibus annis
Præcipitasse diem, nec primo in limine vitæ
Infantis miseri, nascentia rumpere fata.

f Lucanus li. 7.

g Tacit. lib. 3.

h Lucan. l. 2.

De grauioribus funestioribusque sileo, ne lachrimæ citius oculis quam ore verba fundantur: propter quæ ab [i] hæreticorũ rebellione atque contumaci ferocia in ruinam societatis Christianæ conglomerata Tertullianus, *Hæreticos in persona Marcionis appellabat Scytha tetriores, Hamaxobio* [k] *instabiliores, Massageta inhumaniores, Amasonia audaciores, nubilo obscuriores, hyeme frigidiores, gelu fragiliores, Istro fallaciores, Caucaso abruptiores;* Miseri schismatici, qui contra vicarium Christi sedemque Apostolicam talibus Dei hostibus cõfœderati suppetias ferũt, suæq; cõtumaciæ rebellionisque telis Ecclesiæ Dei patrocinia deserẽtes, opitulãtur. [l] *Maledicite terræ Meroh, maledicite habitatoribus eius. Quia asliterunt impiis nec venerunt ad auxilium Domini*, dicebat per Angelum suum Dominus: hoc fœderis iniqui cum hæreticis & ferocibus Christianæ religionis hostibus, & rebellionis contra Apostolicam sedem scelere conta-

No.

i Descriptio hæreticorum ex Tertul. l. 1. c. 1. contra Marcionem.

k *Quod in plaustris curfitantes, huc atque illuc vagantes viuerent ex Pomolis in eum locum &c.*

Pœna schismaticorum hæreticis suffragantium & Apostolicæ sedi parere renuentium.

l Iudicum c. 5.

minati Britones maioris Britāniæ schismatici S. Augustino ad eos ab hac sede per S. Gregorium misso Apostolo parere renuentes [a] ab Anglis Saxonibusq; in has oras sub rege Edilfrido traiectis victi atque profligati, diuina vindicta tantū eorum scelus & nefas persequente periêre, prout illis S. Augustinus eorum Apostolus paulo ante prædixerat. Simili postea rebellionis schismaticæque contumaciæ fuligine denigrati Scoti atque sordidati, eamdem indignationis & vltionis diuinæ seueritatem ab iisdem barbaris immanibus Anglis Saxonibusque domiti subiugatique subierūt. Vt illud Ieremiæ dictatū à spiritu sancto [b] in eorum calamitatem rebellium compleretur. [c] *Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo gentem robustam.* Et infra: *Quod si dixeritis quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra.* Scilicet non amplius vestra. Quia per furorem armorum ab extraneis vos ipsos dura vexaturis seruitute, possidebitur. Porro Deos plane alienos colere, & iniquo idololatricoque cultu venerari hæretici schismatici conuinci possunt, eo quod vnus Deus non nisi in vna rectè ecclesia adoratur, supremoque honore colitur; à cuius directione obsequioque quisquis exorbitat, ad alienos Deos, id est dæmoniorum cultus sacrilegus & idololatra properare conuincitur: iuxta Samuelis illud. [d] *Quasi peccatum Ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* Non minori iræ Dei flagello percussi sunt alii populi, quondam catholici & principi ecclesiarum Christianarum, sedi Apostolicæ ecclesiasticæque monarchiæ præsidi Romano parere sueti: Postquam pertæsum illos obedientiæ huius Apostolico sancti Petri throno consecratæ obsequiique fuisset: Ab immanium ferarumque gentium Christi nesciorum fidei, crudelibus armis subiugati in sanguine suo obruti, cum ignominiosa seueritate perierunt. Cuius desolationis extremæ, suo grauissimo infortunio à rebellione sua contra ecclesiarum reginam profecto testimonium triste lugubreque nimis vere perhibuerunt [e] Africani, à Vuandalis exterminati, [f] Hispani à Sarracenis subiugati: totque populi orientales miserè tandem in Turcarum crudelissimorumque Christianæ religionis hostium indignissimam redacti seruitutem, propter easdem rebelliones & schismata: quibus se contra regnum Dei, thronumque regni Christi cui S. Petri successor præsidet, atrociter armarunt. Henricus vero 3. qui tot annos tanto dissidio schismaticoque furore contra hoc Dei in terris sacrosanctum monarchicumque solium omnium Dei hostium roboratus fœdere pugnauit, Dei patientia, illius continuationem grauitatemque contra sponsam suam scelerum (qua ille flagitiosius diutiusq; abutebatur) amplius ferre nō valente: tandem hic diuersis agitatus anxietatibus & angustiis, diuina illum ira persequente relictus à suis & à proprio filio Conrado, creato Longobardorum rege, armis, permittente & vltore Deo propter illius scelera multa, fatigatus & agitatus, in eam desperationem conscientia accusatrice, & tortoris instar pœnas vrgente deductus est: vt manibus propriis sibi necem suo cruentatam sanguine consciscere voluerit, votumque ferale nisi ab astantibus prohibitus effectu cōpleuisset. Vt his verbis [g] Bertoldus huius scriptor temporis fidelissimus asseruit, [h] *Henricus pater*, Regis scilicet Conradi, *in quamdam se munitionem contulit*, (scilicet Veronam) *Ibique diu absque regia dignitate moratus, nimioque dolore affectus se ipsum*, (vt aiunt) *morti tradere voluit, sed à suis præuentus ad effectum venire non potuit.*

[a] Bedæ l. 2. hist. Aug. 1. c. 2. & 3.

Britanni ac Scoti schismatici ob suam à sede Apostolica defectionem à Barbaris victi.

[b] Beda ibid.

[c] Ierem c. 5. v. 15.

Ierem ibid. v. 19.

No. Rebellantes sedi Apostolicæ dici quodammodo idololatras & qua ratione.

[d] 1. Reg. c. 15.

Ruina & captiuitas multarum gentium à Barbaris propter suas rebelliones in sedem Apostolicam.

[e] Ex Procopio de bello Vuandali. Victore Vticen. de persecutione Vuandalica, Saluiano & aliis.

[f] Tudensis in historia Hispanorum circa annum 713.

Henricus imperator post multas rebelliones ac pugnas contra sedem Apostolicam grauissimè punitus à Deo.

[g] Bertoldus scriptor sui temporis an. 1093.

[h] Vt scribit Vdescalcus in rebus gestis Egmonin Abbatis.

Sic in hominum improborum statu, miseriarum cumuli crescunt, dum auersi à Deo per scelera sua eius sponsæ pacem turbare, eamque variis concussam rebellionibus vexationibusq; destruere moliuntur. Sed est iudex in cælo qui omnes impios illorum conatus, ex hoc diuino solio tanquam ex alta specula prospicit, vt irritet & in nihilum reducat, sicut operatores istorum. Quos præter afflictiones pœnasque temporales æternis à statu gratiæ delapsos, & sic in nihilum respectu gloriæ sempiternæ reuocatos, suppliciis animi corporisque mactabit 5. At prosperitates quas sincera filiorum Dei obedientia & religiosa obseruantia erga spirituales parentes Christi Domini vicarium illiusque sponsam, ecclesiæ sanctæ regnoque pariunt, ex eo nascuntur. Quod illi verè viuant, Deique gratia veluti spirituali vita hic cumulare foueantur, vt postea in cælo gloriæ vita potiantur. Non sic impii illis parentibus rebelles non sic. Pia siquidem ac erudita magnorum ecclesiæ doctorum obseruatio est, impios omnes peccatorum lue contagioneque deuoratos, reductos esse in nihilum, *Respectu esse gratiæ sine quo nullus saluari poterit. Quoties à bono deuias, à verbo te separas, quia ipsum est bonum, & ideo nihil efficeris, quia sine verbo es sine quo factum est nihil?* [i] Aiebat S. Anselmus, qui illud sancti Augustini audierat & legerat: [k] *Nihil fiunt homines cum peccant*. Eò spectant verba hæc sancti Bernardi apud Eugenium scripta. [l] *Peccato redacti in nihilum iterato creati sumus vt simus aliquod initium creaturæ eius.* Et in sermone de triplici cohærentia hæc habet: [m] *Ego ad nihilum redactus sum & nesciui, vere ad nihilum id est ad peccatum, & nesciui, quia non fui ibi cum primus parens meus deuorauit me morsu amarissimo.* Hanc in nihilum reductionem per peccatum confirmauit Apostolus cum dixit. [n] *Si habuero fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum.* Rectè quidem peccator nihil esse dicitur, quoad esse gratiæ, quod extinguit peccatum: licet regnante in illius anima peccato aliquid esse quoad esse naturæ censeatur. Secundum rei veritatem vt doctissimè [o] D. Thomas in hanc Apostoli sententiam, & post eum [p] Caietanus exponunt. Hæc in transcursu dicta quæ pluribus pii speculatiuique doctores examinant & illustrant. Ex quibus illud deducam verissimè vanos admodum esse impiorum hæreticorum, schismaticorumque contra ecclesiam sedemque Apostolicam conatus cum sit. *Murus inexpugnabilis aduersus quem*, vt ait [q] S. Augustinus, *quisquis arietat confringetur*, Et in nihilum redigetur morte non temporali, nisi quoad vitam corporis transitoriam in terris, sed æterna iniquitatum funiculis attracta: qua, omni esse gratiæ & gloriæ penitus orbatus, scelerum suorum fæcem virusque in inferno potabit, ibique corruptum miserumque esse oaturæ retinebit: vt in eo sub æternorum cruciatuum tormentorumque pondere miserabiliter sine vlla à sempiternis doloribus relaxatione gemat, dētiūq; stridore sine vllo cōsolationis refrigerio, sed cū plena desperatione grauiter eiulādo lamētetur.

2. Pars. 5. Antichristi pii sunt quæ ecclesia, sedisque Apostolicæ cultores subditique, vere sunt ac viuunt vita gratiæ hic, & gloriæ in cælo, contra persequentes illam duplici morte percelluntur.

[i] S. Anselmus lib. soliloquiorum cap. 5.

[k] S. August. tractat. 1. in S. Ioann.

[l] S. Bernard. l. 5. de considerat. ad Eugen. cap. 10.

[m] S. Bernard. ser. de tripl. cohærentia vinculorum.

[n] 1. Corinth. c. 13.

[o] S. Thom. in Corinth. c. 13

[p] Caiet. ibid.

[q] S. Aug. ser. 15. de verbis Apostol.

3. Pars. Antithesis 6. Vt hæretici schismaticique sedis Apostolicæ ruinam molientes se perdunt, sic contra boni catholici eiusdem sedis gloriam quærentes ac obedientia sua venerantes suæ salutis securitatem stabiliunt & acquirunt.

Atque vt hæretici eorumque suffragantes erroribus schismatici dum sancti Petri cathedræ salutis Christianæ sanctuario pestilentiæ & Antichristi cathedram opponentes in Pontificiæ dignitatis ruinam rebellionis æstu conspirant, se manifesto propriæ salutis naufragio præcipitant. Sic contra verè Christiani catholicæ, Apostolicæ Romanæque communionis & vnitatis appetentes & auidi, dum religiosa obedientia & obsequio fideli Romanæ Pontificiæque maiestatis sanctum sacrumque principatum venerando, protegere atque defendere conantur, suæ salutis securitatem pariunt, atque pace conscientiæ sinceroque cordis gaudio in hac miseriarum valle perfruentes confidenter diuina freti misericordia, cælestis gloriæ trophæa laurosque præstolantur. Digna sancti Bernardi sententia in huius catholicorum religiosè ac fideliter ecclesiasticæ cathedræ B obedientium fauorem prosperitatis. [a] *Tolle propriam voluntatem & non eris infernus*, Atque huic saluti fidelium sic obsequentium maxima ecclesiæ gloria, atque prosperitas annexa est. Si enim tantæ fuerit gloriæ & felicitatis Romano imperio consulibus regnantibus obedientia obsequiumque Romanorum suis ducibus inseruientium, quæ tanta fuisse memoratur: vt maior Africanus Romani ductor exercitus asseuerare non dubitauerit, [b] tantam se de militum suorum obedientia sibi habere certitudinem, *Vt si eis ex promontorio in mare præcipitationem iuberet, citra omnem apprehensionem hæsitationemque deliberationis, suo imperio moram gesturos*. Quòd obedientiam imperatoris, propriæ vitæ præferendam crederent. Inde maxima imperio Romano potestas credita & felicitas adiuncta. Quid catholicorum pari constantia non imperatori Romano sed Pontifici monarchæ ecclesiastico obedientia animusque obsequens ecclesiæ ipsisque magna charitate obedientibus felicitatis allaturus est? *Felix qui rectè superioribus facto ipso scit obedire. Da operam ne quid inuitus vnquam facias*, inquit [c] Seneca. *Qui imperia libens excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod nolit. Nec qui iussus aliquid facit miser est: sed qui inuitus facit. Itaque sic animum cōponamus vt quidquid rex exiget id velimus*. Si hoc verum quo ad moralia inter paganos, quantò verius quo ad diuina, & supernaturalia inter Christianos? Obediētia inferiorum populorumque in ecclesia nexus est atque funiculus concordię, pacis publicæ, atque robur catholicæ vnionis ad hostes Dei ecclesiæque comprimendos. Hinc enim reciproca fit pastoris orthodoxi, cum fideli populo dilectio, qua dæmones eorum satellites ac ministri quo ad possunt ecclesiæ interitum per insidias & dolos inhiantes exterriti victique propelluntur. Vt dicebat [d] S. Basilius epistola ad Nicopolitanos, eos ad obedientiam amoremque sui Episcopi recens electi contra omnes hæreticorum schismaticorumque fraudes & conatus exhortans ista inter alia dicendo: *Nihil sic absterret tam principes quam reliquos pacatum hunc statum inuidentes, ac concors erga concreditum vobis Episcopum dilectio & infracta resistentia. Incutit enim illis omnium malorū conatuū desperationem, si nec clerum nec plebem inuentionem illorum amplecti viderint*. Si obedientia dilectioque à fideli populo, particulari præstita episcopo tanta bona ecclesiæ cætuique catholico parit, quantò plura obedientia à fidelibus populis vniuersali pastori omnium

a S. Bernard. ser. 3 de resurrectione. Obedientia militum Romanorum duci suo maxima.

b Brusol. 4. c. 30.

Felix qui bene superioribus obedit.

c Senec. ep. 62

Obedientia fidelis populi atque dilectio filialis in pastorem mutuum nexum & alios dæmones fugat.

d S. Basil. epi. 13 ad Nicopolitanos.

4. Pars. 7. Antithesis. Vera catholicorum obedientia magnis præmiis honoratur & contra rebellio &c.

A Episcoporum aliorumque prælatorum principi sedique Apostolicæ omnium ecclesiarum capiti consecrata, bona dabit? Quæ insuper cultoribus suis munera multa præmiaque largitur, quæ per murenulas aureas vermiculatas argento designātur, quas sponsus æternus, rex gloriæ Christus sponsæ suæ animæ nempe fidelium ecclesiæ filiorum facturum se in cāticis pollicetur. [e] Quæ monilia mystica scilicet diuersæ spiritus S. gratiæ & dona Christi sponsi pro maximis ornamentis collo sponsæ appensa circumferuntur, quod sponsæ collum spirituale vere appositéque fidelium catholicorum animæ iuxta hanc Origenis [f] expositionem obedientia noncopatur. Cum ait: *Ceruix tua speciosa facta est, sicut redimicula (quod versio communis legit. Collum tuum sicut monilia)* post in modum dilucidationis & interpretationis subB iunxit. *Et merito quidem: quam enim prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat, nunc obedientia fides speciosam facit, & pulchram. Ceruix ergo tua speciosa facta est, sicut redimicula: redimicula enim sunt connexiones monilīū quæ in ceruicibus sedere solent, ex quibus descendit per omne collum reliquus ornatus. Ceruicem vero diximus subiectionem & obedientiam, eo quod quasi iugum Christi suscipiat & fides eius obedientiam præbeat. Ornamentum ergo ceruicis eius quæ est obediētia Christus est; ipse enim prior factus est obediens vsque ad mortem.* Cuius obedientiam patri æterno præstitam illi verè catholici feliciter æmulantur. [g] Qui vt Christus Dominus patri suo obediens fuit vsque ad mortē, mortem autem crucis, sic patri sanctissimo ipsius Christi Domini vicario, ecclesiæque sponsæ illios sacratissimæ tanto obedientiæ sinceræ desiC derio ardoreque charitatis obsequuntur, vt pro illis occumbere morti vitamque multo cum sanguine profundere non dubitent. Inde in illos sic ad Christi Domini exemplar obedientes, sanctissimis patri matrique spiritualibus, multa eaque sublimia bona ac præmia meritorum de Christi Domini obedientiæ fontibus hausta deriuantur. Quæ ipse Dominus in canticis murenularum aurearum argento vermiculatarum nomine complexus est. Congruum quippe iustitiæ, diuinæq; misericordiæ conueniens vt collum illud mysticū sponsæ scilicet animæ fidelis obediētiæ, quod iugum Domini portauit, mandata nempe eius & iussa præfectorum eius ecclesiæ, tandem ablato discussoque iugo, multis decoretur ornamentis prēmiisque reficiatur eximiis. Propter hoc dixit Apostolus de Christo Domino loquens. [h] *Factus* D *est* (scilicet per passionem & glorificationē suam) *omnibus sibi obtemperantibus causa salutis æternæ*. Circa cuius æternæ salutis expectationē, ne quæ fidelium animarum sanctæ atque catholicæ splēdoribus obedientiæ fulgentium ancipiti suspensione distracta dubitando nutaret. Sic vnāquamque fidelium catholicorum animam, sponsam suā Christus Dominus in Cantico verbis cōpellat amicis: [i] *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni*, quibus vocibus illa subiungitur gratissima: *Coronaberis*. Quod videlicet illi fideles immarcessibili sempiternæ glorię lauro præcingi coronarique mereantur, qui voci sponsi vocantis ad se imperantique obediendo ore, corde & opere procumbunt. [k] Propter quæ ter repetita voce, *veni*, Dominus appellauit, vt etiam hac trina vocis iteratione, tribus obedientiæ gradibus officiisque præcipuis quæ sunt Deo, Papæ eius

e Cantic. cap. 1. v. 11. Collum sponsæ est obedientia fidelium catholicorum animæ Christo serpens mysterio vasitorum.

f Origen. ho. 2. in cantic. 1. v. 10. exponens collum tuum sicut monilia.

Ornamentum colli sponsæ scilicet obedientia catholicæ animæ est ipse Christus scilicet gratia & beneficia eius animæ obedienti collata.

g Philip. 2.

h Hebræor. c. 5. v. 9.

i Cantic. c. 4. v. 8.

Præcipui gradus obedientiæ Deo, Papæ, ecclesiæ coronas præmiorum recipiunt.

k Cur ter vocauit Christus D. sponsam suam ad æternam gloriam,

Magna obedientia vis ad rapiendum cœlum.

a S. Matth. c. 11.

vicario & ecclesiæ in omnibus obedire, à quibus reliqua in omnes alios superiores obedientiæ munera diffunduntur, præmiorum coronas hic & in cælis assignari suo misericordi iudicio demonstraret. Et quoniam Domini nostri testimonio,[a] *Regnum cælorum vim patitur & non nisi violenti rapiunt illud.* Non mirum si idem ipse Dominus æternus fidelium animarum sponsus, vt vires obedientiæ quæ salutari violentia cælum rapit, exprimeret, eam altissimæ turri eburneæ ædificatæ cum propugnaculis comparare & assimilare voluerit. Hæc sponsæ suæ animæ fideli dicens: *Sicut turris, Dauid collum tuum,* (scilicet obedientia tua, vt supra mysticè ex patribus expositum, *quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.*[b] Quam turrim Dauid eburneam cap. 7. vocat. His robur & fortitudinem fidelium Christianorum obedientiæ inuincibilem per prophetam suum Christus Dominus exprimere voluit: quia vera & perfecta verè catholicorum obedientia, Deo, vicario eius, & sponsæ sanctissimæ religiosè & constanter inuiolata, expugnari nō potest. Sed quæ potius potētissimos hostes, terribilesque domat, subigitque: de quibus gloriosas victorias spoliaque reportat. Propter quod sponsus addidit.[c] *Mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium:* Nempe veluti spolia detracta hostibus in memoriam partæ victoriæ sempiternam, iuxta illud sapientis,[d] *Vir obediens loquetur victorias.* Inter quas illa est memorabilis se ipsum vincere, animumque in obsequium Dei, eiusque in ecclesia sua militante ministrorum vota & imperia iusta captiuate. Vt ex loci huius expositione à[e] sancto Gregorio profecta manifestum est, dicente: *Vir obediens loquetur victorias: quia dum alienæ voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus.* Sed quia hæc catholicorum bonorum obedientia fortis & potens ad victorias & præmia cælestia esse nequit, nisi sit sincera, pura, innocens, charitate, aliisque condita comitataque virtutibus: Ideo sponsus vt hanc obedientiæ puritatem amicamque cum ea aliarum virtutum coniurationem designaret, illam turri eburneæ similem esse dixit. Quod[f] S. Gregorius interpretans dona scilicet ouem vnam & inaurem vnam (quæ amici cognatique[g] Iob. post dissipatas miseratione diuina priorum calamitatum nebulas atque procellas obtulerunt) elegantissimè atque more suo diuinitus talibus expressit. *Notandum vero est,* inquit, *quod hoc loco cum inaure ouis, cum oue inauris offertur, quia nimirum innocuis mentibus ornamentum obedientiæ iungitur, quare Iobo nemo inaurem sine oue, nemo ouem sine inaure obtulit, quia redemptori suo non obedit, qui innocens non est, & innocens esse non potest, qui obedire contemnit. Quia vero ipsa obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est, non terrore pœnæ, sed amore iustitiæ cuncti qui ad conuiuium venimus auream inaurem obtulisse perhibentur, vt videlicet in ea quæ exhibetur obediētia, charitas fulgeat, quæ virtutes omnes quasi auri more cætera metalla transcendat.* Hæc ipse. Quibus apparet verā piorum catholicorum obedientiam resignationemque voluntatis in manus sanctissimi patris, & ecclesiæ nunquam esse solitariam: sed aliis Christianæ vitæ virtutum bene munitam præsidiis, atque inprimis charitatis omnium Christianarum virtutum reginæ, charismatis pulchritudinibusque decoratam. Sicut contra, rebellionem audacem, superbamque hæreticorum schismaticorumque contumaciam, aduersus augustissimam patris sanctissimi, pastorum omnium ecclesiæ principis, rectorisque maiestatem, grauissimis semper comitari fœdarique flagitiis, diuina humanaque, vti pluribus supra demonstratum est, oracula testimoniaque comprobant. Propterquæ his ignes æterni cruciatusque nisi resipiscant in inferno parantur; sicut illos verè sincerèque catholicos propter diuinas & immortales perfectionis puritatisque Christianæ virtutes in ipsorū corde & corpore sublimioribus obedientiæ catholicæ defixas radicibus diuina immortaliaque in cælo præmia præstolantur.

b Cantic. 4. 1. & 10. Cant. 7.

c Cant. 4.

d Prou. 21.

Se ipsum per obedientiam vincere magna victoria.

e S. Greg. l. 34. moral. c. 10.

5 Pars. 8. Antithesis. *Vera catholicorum in S. sedem obedientia aliis semper comitatur virtutibus, sicut hæreticorum schismaticorumque rebellio aliis semper inquinatur flagitiis.*

f S. Gregor. in cap. 42. v. 11.

g Iob l. 34. moral. c. 10.

A

B

CAPVT VII.

Stantibus in orbe Christiano virtutibus, Ecclesiæ Monarchia gloriosa felixque floruit, vitiis contra dominantibus emarcuit multisque in locis miserè corruit.

1. *Quamdiu in Christiano orbe virtutum stetit imperium cum honore & reuerentia, tamdiu florens & beata fœcunda subditis populisq; obsequio ac pietate feruidis, itemque variis trophæis atque prosperitatibus illustris ecclesiæ sancta Monarchia subsistit.*

C

2. *Vitiis vero regnantibus, corruptioni confusionique locum dantibus, aut tota multis in locis collapsa corruit, aut maxima ex parte in aliis imminuta gemens elanguit.*

3. *Testimonio & exemplo duorum imperatorum Iustiniani senioris, & Heraclii, atque Christianorū in terra sancta contra Saracenos pugnantium vtrumque comprobatur.*

RECTE quidem mihi moralis ille inter latinos philosophiæ princeps[h] Seneca dixisse videtur, aduersus virtutem hoc posse *Calamitates, damna & iniurias quod aduersus solem nebula potest.* Quia sicut sol omni nube superior; sic virtus calamitate & iniuriis: & sicut sol claritate sua orbem in quo cietur, motuque continuo circumuoluitur, ab omni spissæ nubis atrore vindicat: sic virtus regnum & imperium, in quo sedet regina potens, atque pacificæ directionis sceptro virgulaque diuina dominatur, ab omni calamitatum, aduersitatum, sinistrorumque casuum nigredine iactationeque defendit. De Christianis dominationibus principatibusque solum mihi sermo: extra quos, *falsa est omnis virtus ad meritum æternæ vitæ etiam in rectè factis,* vt S. scribit August. *absit,* inquit, *vt vera sit virtus nisi in homine iusto,* scilicet Christiana charitate flagranti, in quo est vera iustitia vt ipse ait. l. de vita & gratia cap. vlt. & lib. 1. retracta-

h Senec. epi

D

A tempore Constantini magni nunquam ecclesiæ salus & Christianorum prosperitas oppressa nisi cum virtutis auctoritas oppressa est.

D August. l. 4. contra Iulianum c. 3.

1. retracta.c. 3. vbi retractat quod lib. 1. de ordine cap. 3. dixerat. Scilicet, *Philosophos non vera pietate* scilicet Christiana *præditos virtutis luce fulsisse*. Replicentur omnes Christianorum historiæ, omnes ecclesiastici annales ab imperio seculoque Coustantini magni ad nostra vsque tempora fideliter euoluantur. Nusquam ecclesiasticæ monarchiæ vim à calamitatibus publicis illatam fuisse, statusque Christianorum principum, discordiis ciuilibus, motibus bellorum exterorum, aliisque miseriis quæ superuenerint, interturbatos inueniemus: nisi cum virtutibus illata vis est, & earum auctoritatem splendoremque dominantia vitia violatum & oppressum longè ab imperii reipublicæque Christianæ ditionibus indignissimè pepulerunt. In promptu ratio? *Quia iustus est Dominus & rectum iudicium eius.* Qui propterea miserias calamitatesque publicas, quæ solo peccatorum publicorum semine pestifero generantur, in regna Christiana, resque publicas dulci ecclesiæ suæ iugo religiosè mancipatas concurrere nunquam & impetu sæuo conglomeratas irrumpere patietur; nisi prius harum societatum sub Christi vexillo militantium corpora mentesque scelerum pestes attigerint. Quod copiosius & abundantius capite sequenti notum fiet: [a] Etenim quæ miseria publicaque desolatio illos posset populos opprimere, quos Dominus sua potenti clementique protectione custodit: Quem Christianorum statum aduersorum casuum tempestates, motuique ærumnarum violenti concutere tantillumue commouere valerent, in quorum medio stat ipse Dominus auxiliorum miserationibus affluens? [b] *Si Deus pro nobis quis contra nos?* In cuius præsentis gratia atque virtute confidens [c] Iob, vt de omnibus suis angustiis impauidus patiendo triumpharet, hoc solum ab ipso supplex obtestabatur. *Pone me iuxta te & cuiusuis manus pugnet contra me.* Hoc salutari Dei misericordis auxilio freti Israelitæ vt piè viuendo bene de hostium suorum confusione, victoriaque de illis reportanda sperarent, ita Moyses Dei iussu eos hortabatur. [d] *Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit: vt eruat vos de periculo.* Dauid conscientia rectè factorum per Dei gratiam exultans se hoc Dei auxilio de hostibus suis trophæa retulisse his verbis ostēdit. *In Petra,* scilicet in Christi Domini vēturi virtute & meritis, *exaltauit caput meū super inimicos meos.* [e] Qui postea de ciuitate Dei, id est de societate bonorum, cætibusque hominum iure catholicaque religione sociatorum loquens, [f] *Deus,* inquit, *in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus mane diluculo.* Allicit quippe fidelium virtus ad se Dei miserātis auxilium, & eos circūstantium inimicorum furores, & aduersitatum temporalium, æternarumque tempestates obruant. *Quamdiu enim oues fuerimus,* inquit [g] sanctus Chrysostomus, (scilicet piè viuendo & rectè humiliterque ecclesiæ pastoribus obediendo) *Vincimus, etiamsi mille circumstent lupi superamus & victores sumus: quod si lupi fuerimus (scilicet malè viuendo & pertinaciter pastoribus ecclesiæ reluctando) vincimur.* Tunc enim pastoris auxilium recedit, *qui non lupos sed oues pascit.* Nunquid hoc ipse Dauid de oue factus peccatorium homicidiumque lupus rapax expertus est. Quo igitur ista tristitię eius indicia? [h] *Dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Sed quid inde? Auertisti faciem tuam à me.* Scilicet auxilium tuum, *& factus sum conturbatus.* Constantini magni virtutes inter quas pietas & religio Christiana supereminebant, salutem imperio, ecclesiæ Christi pacem, amplitudinem populorum & non mediocre incrementum gloriæ ipsiq; principi in terris cum imperio mundi, destructis triumphatisque tyrannis ecclesiæ persecutoribus, Maximino, Galerio, Maxentio atque Licinio mirabiles prosperitates, & in cælis postea felicitatis æternæ gaudia pepererunt. De quo copiosè multa libro primo tertiæ partis dicenda sunt. Mira refert [i] Orosius de prosperitatibus ecclesiæ imperioque Romano, quæ à senioris virtutibus Theodosii profluxerunt: cum hæc inter alia à nobis supra commemorata recenset. *Vniuersa Gothorum gentes, rege defuncto (scilicet Athanarico) aspicientes virtutem benignitatemque Theodosij Romano se se dediderunt imperio: in hisque etiam diebus Persæ qui Iuliano interfecto aliisque imperatoribus sæpe victis nunc etiam Valente in fugam acto recentissimæ victoriæ satietatem cruda insultatione ructabant, vltrò Constantinopolin ad Theodosium misere legatos pacemque supplices poposcerunt, ictumque tunc fœdus est quo vniuersus Oriens vsque ad nunc tranquillissimè fruitur.*

Deus nūquam popul. publicis calamitatibus castigat nisi propter publica scelera & communia.

Vbi Dei adiutoriū, ibi abest omne malum.

Quamdiu boni sumus Deus custodit nos, secus deserit.

Felix ecclesia & Romanum imperium regnantibus Constantino & Theodosio, & aliis similium virtutum principibus propter eorum pietatem aliasque virtutes.

Virtus Theodosii victores barbaros voluntariè ipsi subditos fecit.

[a] Psal. 118.
[b] Rom. c. 8. v. 31.
[c] Iob 17.
[d] Deuter. 20.
[e] Psal. 26.
[f] Psal. 45.
[g] S. Chrysost. homil. 34. in Matth. post initium.
[h] Psal. 29. v. 8.
[i] Orosius l. 7. c. 34.

Et quod est memoratu dignissimum & diuinæ misericordiæ singulare specimen, etiam regnantibus imperatoribus infidelibus, Romano imperio Deus incrementum dedit potestatis, amplitudinis & prosperitatis per quod suæ in illo religionis ecclesiæque fines & termini fœtu nouæ prolis extenderentur. Quod Meliro Sardensis in Asia Episcopus Apologia pro christianis ad M. Aurelium imperatorem his præter cætera verbis expressè notauit. [k] *Diuina quam nos excolimus religio, antea inter barbaros insigniter viguit: quæ cum apud gentes tuas, præclaro & eximio Augusti regno, à quo paternum duxisti genus, floreret: ipsi imperio quo tu potiris, cum primis fausto ac felici præsidio fuit. Nam ex eo tempore Romani imperii fines magna cum amplitudine & splendore dilatati sunt: cui tu non modo iam successor fortunatus es, sed etiam cum filio futurus es. Modo diuinam illam religionem tuearis, quæ simul cum Augusti regno apud vos cum incepta, tum vna cum imperio enutrita accreuit &c.* Quod si Romano imperio tanta dedit Deus felicitatis temporalis incrementa, principibus etiam ethnicis tunc fasces imperii tenentibus, sed ipsius veram fidem religionemque pacificè crescere sinentibus, quanta maiora dabit imperiis & regnis Christianis verè catholicis, in quibus reges ac principes pietate christiana aliisq; virtutibus illustres ecclesiæ sanctæ monarchiā nō modo viuere sinunt, sed quoad possūt illius amplitudinē splēdorēq; dignitatis summæ procurant, atq; Christi Domini vexilla sequentes nullos pro illius fide ecclesiaque Catholica Apostolica & Romana labores quamtumuis graues subire detrectant?

Sed cum in Christiana republica atq; regno vitia dominātur, necnō populis principibusq; præsūt, labentibus atque pereuntibus virtutibus; tum

Etiam Deus regnantibus imperatorib. ethnicis imperio Rom. incrementum dedit potestatis & prosperitatis propter sua in eo religionis & ecclesiæ amplificationem.

[k] Apud Eusebium l. 4. hist. cap. 25. Anno Domini 172.

2. Pars.

Regnantibus vitiis miseriæ nascuntur & adueniunt, prosperitates vero pereunt & aufugiunt.

Iudæos propter sua in Deum suum peccata à se domitos Romani credebant.

[...]mitates vndique irruunt, & prosperi[...]tates euentusque secundi dilabuntur. Adeò verum illud, vt etiam hæc in ethnicorum adhuc Romanorum animis penitus inséderit opinio, Iudæos propter grauissima eorum in Deum suum commissa scelera à se domitos superatosque fuisse. Qood sanctus Hieronymus in Zachariam cap. 11. commentario his verbis testatus est. [a] *Legamus veteres historias & traditiones plangentium Iudæorum, quod in tabernaculo Abrahæ vbi nunc per singulos annos mercatus celeberrimus exercetur: Post vltimam euersionem quam sustinuerunt ab Hadriano multa millia hominum vænundata sunt, & quæ vendi non potuerunt translata in Ægyptum, & tam naufragio & fame quam gentium cæde truncata. Isti vero victores & Domini vltores qui occidebant & non dolebant, vendebant pecora, atque dicebant: Benedictus Dominus, diuites facti sumus, hanc habebant sententiam. Propter peccata sua, offendêre Deum suum Iudæi: ideo eos oppressimus & ex pretio eorum diuites facti sumus.* Hæc sanctus Hieronymus qui alibi maiore luctu & mæstitia Christianorum clades à peccatis suis eductas quam Iudæorum ruinam cædesque lamentatur, Romanique imperii depressum miseriis publicis supercilium, nec non ignominiosam captiuitatem & oppressionem vrbis mundi dominæ deplorat. [b] *Nostris peccatis barbari fortes sunt: nostris vitiis Romanus superatur exercitus, & quasi non hæc sufficerent cladibus, plus pene bella ciuilia quam hostilis mucro consumpsit. Miseri Israelitæ ad quorum comparationem Nabuchodonosor seruus Dei dicitur. Infelices nos qui tantum displicemus Deo vt per rabiem barbarorum illius in nos ira desæuiat.* [c] Et paulo post: *Proh pudor! Et stolida vsque ad incredulitatem mens! Romanus exercitus victor orbis & Dominus ab his vincitur: hos pauet, horum terretur aspectu, qui ingredi non valent, qui si terram tetigerint se mortuos arbitrantur. Et non intelligimus Prophetarum voces: fugient mille vno persequente! Et non amputamus causas morbi, vt morbus pariter auferatur, &c.* [d] Gildas antiquus rerum Britannicarum scriptor diræ stragis meminit, qua Britannia propter incolarum præcipue sacerdotum scelera, à Scotis & Pictis barbaris infidelibus anno Domini 446. vastata est. Quam stragem vastationemque populorum exigentibus peccatis eorum gratam acceptamque fuisse Deo constare potest, ex eo quod victores ac vastatores eorum Scotos & Pictos propter hanc peccantibus immissam ruinam Deus præmio affecerit, dono nempe fidei & conuersionis ad Christum: sicque ad eius clarissimam religionis sanctissimæ lucem ex errorum infidelitatisque tenebris emergentes ingenti beneficio remunerauerit. Vt illud planè diuinum Dei vaticinium per os [e] Oseæ prophetæ prolatum liceat de illis populis ad Christum conuersis occinere. [f] *Non plebs mea vos & vocabo non dilectam, dilectam, non misericordiam consecutam misericordiam consecutam.* Ne queri iuste possit populus Dei, non pro religione, sed pro iniquitate captiuus diabolo, premi durius afflictionibus per inimicos crucis silente ac permittente Deo: sciant peccatores terræ Deum grauius irasci Christianis peccantibus, & fi-

a S. Hieron. in Zachar. c. 11.

Christiani propter vitia sua vincuntur à barbaris Gothis.

b S. Hierony. epist. 3.

Deus magis irascitur peccantibus Christianis quam infidelibus.

c Hier. ibid.

d Gildas de excidio Britannorum destitutorum à Deo propter peccata eorū.

e Cap. 2. Oseæ.

f Rom. 9.

Perseuerante populi Christiani peccato flagella Dei perseuerant.

A dei sanctitatem vitæ improbitate fædantibus, quam infidelibus Deum ipsum verum nescientibus. Nec plus proficient Christiani peccatores nominis Christiani quo indignissimi sunt, sanctitatem prætexentes ac reclamantes, vt à suis liberentur infortuniis non liberati à peccatis, quam Iudæi quondam clamantes. *Templum Domini templum Domini*: audient pro responsione à Domino sicut Iudæi quondam: [g] *Nolite confidere dicentes templum Domini, si benedixeritis vias vestras habitabo vobiscum. Secus relinquam vos miseros.* [h] Quia non propter locum gentem, sed propter gentem locū elegit Deus. Funestissimo omnibus de nomine & templo Dei malè viuendo iniustè gloriantibus exemplo [i] Nicæna ciuitas esse poterit, cōcilio primo œcumenico 318. Episcoporum corona celeberrimo maximè quondam honorificata, in qua catholica fides de Chri-

B sti diuinitate contra scelestissimum Satanæ satellitem ac ministrum Arium conscripta atque confirmata fuit. Quæ quia Arianorum venena suis inclusa visceribus postea fouit, eaque in aliorum contagionem mentium suorum criminum corruptione grauiter exhalando prouexit: vltrice ira Dei, terribili terræ motu tota deturbata corruit, vt [k] sanctus Gregorius Nazianzenus & [l] Socrates scriptis suis memoriæ prodiderunt: sicut supra meminimus, vt vnusquisque mentis capacior altæ, quæ verè sapientis est, illud agnoscat. [m] *Nationis iniquæ dira sunt consummationes.* Sed diriores si gens hæc iniqua moribus, & fidei erroribus absorpta, de sanctissimo Christiani nomine, quod illi per sacrum Deus baptisma donauit in medio scelerum suorum impudenter audeat gloriari. Diluuium quippe crimi-

C num in regeneratis populis sed ingratissimis, nimirum Dei beneficiorum oblitis, calamitatum diluuium secum trahit & adducit. Nolite errare, neue vos peccatores diuinæ misericordiæ spe pascatis inani, dicentem audite sapientem. [n] *Misericordia & ira est cum Deo: secundum iram Dei* [o] *non effugiet in rapina peccator: & omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum.* Propter corruptos mores Christianorum, & propter Christianæ vitæ virtutum exilia, trophæaque vitiorum in illis cuiusque sexus conditionis & gradus Christianis, sub Philippo primo Christianorum Imperatorum, Deum ad vltionem istorum Christianorum, crudelissimam à Decio excitatam cōtra Christianæ fidei professores, ecclesiæque sanctissimæ viscera persecutionem permisisse S. Cyprianus copiosa narratione commemorat. [p] Vt cum inter alia sic lapsos affatur: *Si cladis causa cognoscitur, & medela vulneris inuenitur.*

D *Dominus probari familiam suam voluit: & quia traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa corruperat, iacentem fidem & pene dixerim dormientem censura cælestis erexit: Cumque nos peccatis nostris amplius pati mereremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est; vt hoc omne quod gestum est, exploratio potius, quam persecutio videretur.*

Post hæc singulorum cuiusque conditionis & sortis corruptiones in suis à cultu diuino alienis cupiditatibus describens, ita persequitur. [q] *Studebant augendo patrimonia singuli & obliti, quid credentes aut sub Apostolis ita fecissent, aut semper facere deberent, insatiabilis cu-*

g Hier. c. 7.

h S. Luc. c. 5. v. 13.

i 2. Machab. c. 5.

Nicæna ciuitas venenis infecta Arianorum terræ motu collapsa.

k S. Gregor. Nazian. oratione de funere fratris Cæsarii.

l Socrates l. 4. c. 16.

m Sap. c. 5.

n Eccles. c. 16 v. 12. 13.

o Eccles. 16. v. 14.

Propter corruptos Christianorum mores Deus contra ecclesiam suam crudelissimam Decii imperatoris persecutionem permisit.

p S. Cypr. l. de lapsis.

No. hos.

Omnes quærebant quæ sua erant non quæ Iesu Christi.

q S. Cypr. ib.

Singulorum cuiusque sortis corruptiones descriptæ.

piditatis ardore ampliandis facultatibus incubabant. Non in sacerdotibus religio deuota, non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina, corrupta barba in viris, in fœminis forma fucata, adulterati post Dei munus oculi, capilli mendacio colorati, ad decipienda corda simplicium callidæ fraudes circumueniendis fratribus subdolæ voluntates, iungere cum infidelibus vinculum matrimonij, prostituere gentilibus membra Christi: non iurare tantum temere, sed & adhuc etiam peierare, præpositos superbo tumore contemnere, venenato sibi ore maledicere, odiis pertinaciter inuicem dissidere. Post hæc & alia plurima de deprauatis ecclesiasticorum moribus deque pastoribus in cute curanda marsupiisque auro & argento replendis plus æquo operantibus, rerum ad ocium suarum salutem spectantium minimè satagentibus, hanc subiunxit patheticè conclusionem: [a] *Quid non perpeti tales pro peccatio eiusmodi meceremur. Cum iam pridem præmonuerit ac dixerit censura diuina.* [b] *Si dereliquerint legem meam & in iudiciis meis non ambulauerint: si iustitias meas prophanauerint & præcepta mea non obseruauerint. Visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum.* Post diuinam exprimit misericordiam in præmonendo peccatores, vt pœnitendo fugerent à facie arcus diuinæ vindictæ: quam insensati peccatores non degustauerunt, nec præ cæcitate sua ab errorum tenebris educta minimè percipere potuerunt, hæc dicens. [c] *Prænuntiata sunt ista nobis & ante prædicta: sed nos data legis & obseruationis immemores, id egimus per nostra peccata vt dum Domini mandata contempsimus, ad correctionem delicti & probationem fidei* [d] *remediis seuerioribus veniremus.* Hæc sanctissimus Doctor & Martyr indignationis diuinæ, grauissimæque calamitatum publicarum tempestatis ad viuum causas aperiens. Quem secutus longa post tempora Sanctus [e] Gregorius miserias ærumnasque grauissimas, quibus sua ætate à crudelissima immanissimorum Dei hostium Longobardorum inundatione prorumpentibus, Ecclesia, Romana ciuitas, totaque Italia propter malorum scelera Christianorum vehementissimè conflictabantur, amarissimè fleuit. Vt cum ita coram populo grege suo lachrymando concionabatur: *Quid est iam rogo quod in hoc mundo libeat? Vbique luctus aspicimus, vbique gemitus audimus, destructæ vrbes, euersa sunt castra, depopulati agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus in agris incola, pene nullus vrbibus habitator remansit: Et tamen parua generis humani reliquia adhuc quotidie & sine cessatione feriuntur, & finem non habent flagella cælestis iustitiæ, quia nec inter flagella correcta sunt actionis culpæ.* Post peccatorum effectus scilicet ruinas populorum varias ita persequitur. *Alios in captiuitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Quid est ergo quod in hac vita libeat, fratres mei? Si & talem adhuc mundum diligimus, non iam gaudia sed vulnera amamus.*

Attilas Hunnorum Barbarorum ductor exercitus nunquam suos eorumque Barbarorum furores in orientales oras ad vastationem imperii orientalis immittere valuisset, [illegible] armata mano orientales suis peccatis a[illegible] cauissent. De cuius aduentu sæuo crudelique admodum Dei in illius partibus ecclesiæ funesto [f] Theodoretus expostulans lugubre talibus ingemuit. *Sacræ dies nobis quidem consueta spiritualia attulit dona, tamen amari peccati fructus, illis frui cum lætitia non permiserunt. Hæc enim illorum germina & ab initio tribulos, spinas & sudores, & labores, & dolores germinarunt. Nunc vero etiam & terram ipsam aduersus nos concutit: Per terræmotus & Barbarorum turbas vndique aduersus concitat. Nos vero lugemus quoniam dum Deus bona largiri nobis cupit, contraria facere illum cogimus & pœnas infligere. Consolamur nihilominus dum eius misericordiæ abyssum in memoriam reuocamus & credimus, quoniam non abiiciet Dominus populum suum, & hæreditatem suam non derelinquet.*

Ergo vt omnia prospera ex voto ad principes & populos fidei Christianæ participes affluunt & aduolant, dum virtus atque religio sincera, imperii in quo illi degunt, clauum habenasque moderantur: vt in prima huius capitis parte perspicuè & euidenter ostensum est. Sic contra funesta omnia atque misera statum remquepublicam eorum principum & populorum cum maximo ecclesiæ mœrore ruinaque exitialiter adoriuntur, in quibus impietates atque scelera dominantur. Quod in vtraque fortuna fausta & calamitosa plerique imperatores ac principes experti testari possunt, vt Iustinianus senior & Heraclius. Quorum ille de tribus mundi partibus, subactis ferocissimis hostibus Persis, Vuandalis, Gothis gloriose, feliciterque triumphauit, multisque annis in magna pace felicitateque, cum populis in orientali vixit imperio: quamdiu virtutibus eximiis, iustitia, pietate, religione, aliisque Christiano imperatore dignis illustris Romano pastori sediqoe Apostolicæ obedientiam obsequiumque filiale præstitit. [g] Vt Euagrius [h] Theophanes [i] Cedrenus [k] Corrippo huius temporis poeta in carmine de laudibus Iustiniani [l] Nicephor. veris historiis memoriæ prodiderũt. ab illis recedens virtutibus, plus iusto nimiumque multa imperiali potestate de sua capacitate, auctoritate sibi male persuadens, dum rebus sacris ecclesiæque reseruatis leges imponere, imperare ausu superbo præsumit, attollens se sopra ecclesiæ Dei eiusque vicarii statuta & imperia, hæretica Eutycheris impietate fœdatus, turbatis retroque sublapsis imperii sui rebus, repentina morte ab vsura locis huius abreptus, vindicta Dei super eum vigilante vitam misere finiuit inglorius, temporali vita cedens ad inferna præcipitatur. Propter scelera multa, rebelliones præcipuè, quas in Romanom Pontificem ecclesiamque catholicam excitauerat, omnia in religione fideque Christi tumultibus discordiisque permiscendo demens excitauerat: vt [m] Euagrius scribit his verbis. *Iustinianus igitur cum omnia omnino turba & tumultu complenisset, mercedemque his debitam in extremo vitæ suæ tempore reportasset ad supplicia iusto Dei iudicio apud inferos luenda profectus est.* Similem variantis aleã fortunæ sortemq; bonã & malã pro diuersitate vitæ modo vultũ ad virtutes ad vi-

a S. Cyprian. ibi supra.
b Psal. 88.
c S. Cypr. ibi.
d Scilicet crudelissima sub Decio persecutione.
Perseuerans calamitatis vehementius crescentibus populorum peccatis enormius.
e S. Gregor. hom. 18. in Ezechiel.
No. Propositio de miseriarum multitudine ad contemptũ mundi monitus S. Gregorius.
Attilas flagellum Dei vulgo dictum in orientalem destructionem.
[illegible] imperii propagata orientem ingressa a manu missus est a Deo.
f Theodor. ep. 41. ad Salustianum.
No. In vastatione regnorum propter peccata in bonis spe futura redemptionis à miseriis in Dei misericordia consolantur.
3 Pars.
Reges ac principes beati dum virtutibus insignes ecclesiæ pastorique eius obediunt, contra vero miseri dum parere detrectant exemplo duorum imperatorum Iustiniani & Heraclii.
g Euagr. l. 4. c. 40.
h Teopha. in Miscella.
i Cedren. in Iustin.
k Corippus de Sam. Iustin.
l Nicephor. l. 17. c. 31.
m Euagr. l. 5. cap. 1.
Iustinianus senior propter scelera quibus vita nouissima denigrauit ad inferos præcipitatus.
De bono & malo Heraclii imper. infortunio.

futuri, ita per prophetam dulcissime loquitur: *Ad vbera* (mea scilicet) *portabimini & super genua blandietur vobis quomodo si cui mater blandiatur: ita ego consolabor vos, & in Hierusalem consolabimini: videbitis & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt. Et cognoscetur manus Dei seruis eius & indignabitur inimicis suis.* Agite igitur vos veri Catholici, fideles Ecclesiasticæ Monarchiæ, Ciues & subditi: [a] *attendite ad mysticum Abraham Patrem vestrum*, Romanum nempe Pontificem, *& spiritualem Saram*, Ecclesiam scilicet Romanã, sedemque Apostolicam quæ vos genuit. Satagite vt vtrique sacro parenti fidelissimè seruientes, vtriusque gloriam & honorem contra omnes inimicorum diaboli ministrorum furiosos impetus totis viribus animi corporisque vestri generositate Christiana vindicetis atque protegatis. Crescite sapientia, pietate, ardoreque charitatis, vt harum virtutum aliarumque auctione illorum lætitiam sinceram, consolationemque magis ac magis augeatis. Sic illis vt boni verique filij subdite vos, bona facientes, sanctisque illorum iussis obedientia sancta incuruemini, vt nihil [b] charius, antiquius, & optatius habeatis, quam illorum vota & imperia sanctis venerantes operibus, Christianarumque virtutum ministeriis exequentes, vos illis post Deum quam gratissimos esse. Sic illos honore pleno amoreque perfecto suspicientes, & secundum Christi Domini præcepta decorantes, indeque magna eos consolatione lętitiaque sincera reficientes, vos cum illis charissimis sanctissimisque parentibus, gaudio spirituali pie gestiendo triumphare. Digna apud Dominum gratiarum actione lętantes liberos cordis oculos à desideriorum terrenorum depressione liberate. Vos intra domum Dei merito non numero solum conclusos, ibique sub annulo piscatoris pastoralique sancti Petri baculo, spiritualem agnum manducantes, ad ęterna præelectos peritura non occupent, viam veritatis ingressos, Christianæ fidelitatis obedientiæque irradiatione salutari fulgentes, fallaces mundanæ vanitatis illecebrę, omnesque rebellionis schismaticæ & hæreticæ vertigines iniquę nunquam à cursu felicitatis æternæ retardent, incitatosque remorentur. Et ita à vobis vt sancti Leonis Magni verbis vtar. [c] *Temporalia decurrantur vt peregrinari vos in hac mundi valle cognoscatis: in qua etiam si commoda blandiantur non amplectenda nequiter, sed transeunda sunt fortiter.*

a Esaiæ c. 56. v. 12. 13.
Consolatio hortatoria ad bonos catholicos vt facientes voluntatem Dei parentibus spiritualibus Papæ ac Ecclesiæ Apostolicæ & catholicæ ex toto corde fideliter seruiant, eorum honorem & dignitatem contra omnes aduersarios totis suis viribus protegant.
b Esaiæ c. 51. v. 1.
Imitatio S. Leonis serm. de ascens. Domini.
c S. Leo ibid.

CAPVT V.

Antitheses inter piorum veréque catholicorum obedientiam Ecclesiæ, Christi Domini sponsæ, eiusque vicario Romano Pontifici consecratam, & rebellionem hæreticorum, schismaticorumque contumacem Antichristi notam.

A 1. *Quàm magna & sancta bonorum catholicorum Roman. Pontifici, sedique Apostolicæ præstatur obedientia, gratissima Deo victima.*

2. *Contra quam detestanda Nouatorum rebellio contra hunc sanctissimum Patrem sedemque Apostolicam ferociter armata.*

3. *Obedientia hæc fidelium Christianorum fides semper Catholica charitatisque irradiatione fulgescit.*

4. *At hæc hæreticorum rebellio infidelitatis impietatisque nigredine sordidatur.*

B RECTISSIME Samuel propheta, regem Saul qui in via obedientiæ à Deo iussæ non steterat obiurgando dixit. [d] *Melior est obedientia quam victima.* Quia vt pij deuotique doctores [e] S. Gregorius, Bernardus, & alij doctrina singulari religioneque perillustres obseruarunt, in victimarum sacrificio bestiarum vita effuso eorum sanguine, *Sine cuius effusione non fiebat remissio*, inquit Apostolus immolabatur, at in sacrificio obedientiæ non sanguis hircorum, taurorum, aliarumque bestiarum effunditur, sed ipsa hominis voluntas moritur, iudiciumque Deo sacrificatur, sic enim [f] S. Gregorius loquitur. *Obedientia quippe victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto igitur quisque Deum citius placat quantò* C *ante eius oculos repressa arbitrij sui superbia gladio præcepti se immolat.* Memorabilia sunt alia hæc in eam sententiam [g] sancti Gregorij verba: *Operator strenuus vitæ socialis & communiter se cum Deo seruientium pius æmulator, si æterni meriti ampliorem retributionem, per obedientia bonum adipisci desiderat, in hoc solo se cognoscat excellere si præ cæteris arbitrio maioris propriam subdiderit voluntatem.* Hæc est victima Deo gratissima, quam Christo Domino per obedientiam eius sanctissimo vicario pręstitam, iusti Catholici quotidie consecrant: hoc sacrificium laudis & iustitiæ quo sic captiuando intellectum & voluntatem in obsequium fidei & imperij Ecclesiastici, ipsi Deo plenè litare conantur. Atque cum immolatione voluntatis integrę, proprium quoque iudicium per obedientiam sanctissimi Patris imperantis exhibitam ipsi Deo saluatori nostro sacrificantes, cum ip- D so patriarcha Abraham illustri atque mirabili purę obedientię exemplo, [h] duplicem spirituali speluncam nundinatione mercantur. In quarum vna sibi mortuam, viuam Deo voluntatem, in altera iudicium etiam proprio sensu per obedientiam sapienter orbatum piè ac prosperè sepeliant. In quod euoluendum mysterium [i] sanctus Gregorius Nazianzenus respicere videbatur: Cum sic ad obsequendum superioribus inferiores Christianos hortabatur. *Oues ne pascite pastores, nec supra fines vestros assurgite, iudices ne iudicate, nec legislatoribus leges præscribite.* Filiorum Dei Catholicorum verorum obedientia erga Patrem sanctissimum eos spiritu non carne fouentem, similis illi de qua hęc

Cur dictum obedientiam meliorem quam victimam.
d 1. Reg. c. 15. v. 22.
e L. 34. ca. 10. moralium. Hebr. c. 9. v. 22.
f S. Greg. lib. 34. c. 10. Moral circa principium.
g Comment. in lib. 1. regum c. 3.
Veri catholici cum voluntate intellectum atque iudiciũ per obedientiã Deo immolãt.
h Genes. 23. Not concept. quid per duplicem Abrahæ speluncam significatur.
i Orat. 9.

[a] Gregor. comment. in pr. regum c. 3.

Piorum catholicorum est ecclesiæ eiusque summo pastori obedire, non eorum iussa discutere disputando.

[b] 1. Reg. 3.

[c] Vers. act. 9.

[d] S. Aug. lib. de ciuitate c. 32.

Vere obediens mortuo similis.

S. Gregorius Magnus, [a] *Vera obedientia nec præpositorum intentionem discutit, nec præcepta discernit. Quia qui omne vitæ suæ iudicium maiori subdidit, in hoc solo gaudet, si quod sibi præcipitur operatur. Nescit enim iudicare quisquis perfectè didicerit obedire, quia hoc tantum bonum putat, si praeceptis obediat.* [b] Verorum Catholicorum communis ad patrem sanctissimum cum Samuele vox est. [c] *Loquere Domine quia audit seruus tuus.* Et cum sancto Paulo in raptu suo. *Domine quid me vis facere.* His quippe pia summi ecclesiæ pastoris iussa capessere fas est, vt factis exequantur. Qui cum Abrahamo vt S. loquitur [d] Augustinus. *Diuino intonante præcepto obediendum credunt non disputandum.* Se ipsos mortuis corporibus obedientiæ virtute ad superiorum iussa similes esse indicantes: quibus S. Franciscus vere obedientes præfectis ecclesiæ comparare solebat, hæc apud S. Bonauenturam in eius vita dicens: [e] *Tolle corpus examine, & vbi placuerit pone, videbis non repugnare motum, non murmurare situm, non reclamare dimissum. Quod si statuatur in cathedra non alta sed ima respiciet, si collocetur in purpura duplo pallescet:* (sic inquit Seraphicus pater) *verus obediēs est, cur cur moueatur, non diiudicat, vbi locetur non curat, vt transmutetur non instat, euectus ad officium solitam tenet humilitatem, plus honoratus plus se indignum reputat:* Hac sanctæ obedientiæ tinctura decoratum Marcellinum Africæ præfectū & comitem ita S. [f] Augustinus exhortando, eum ad comprimendos hæreticorum Donatistarum in Africa furores affabatur: *Si non audis amicum petentem, audi episcopum consulentem: quamuis quoniam Christiano loquor maxime in tali causa non arroganter dixerim, audire te episcopum iubentem conuenit.* Si fideles omnes principes & subditos monitis iussisque Episcoporum particulariumque pastorum parere, atque per obedientiam procumbere conuenit & iustum est, quantò magis Episcoporum præsulis imperiis acquiescere, seq; obedientia dictante submittere iustum, salutare & honorificum est?

[e] Bonauent. in vita S. Francisci c. 6.

[f] S. Aug. epi 169 ad Marcellinum Africæ comité.

2. Pars.

1. Antithesis. de Nouatorū hæreticorum rebellione omnem legis diuinæ & humanæ obligationem detestantium, ex diametro bonorum catholicorum religiosa obedientia opposita.

[g] Lutheri rebellio.

[h] Caluinus omne sanctum legis diuinæ & humanæ iugum à se suisque sua impietate doctrina perditis detestabiliter auertit.

2. At sacræ huic obedientiæ quam vehementer & iniquè superba, confidens & audax opponitur hæreticorum Nouatorum rebellio? Quorum in fronte & capite hoc nefandum axioma gestatur, *Se liberos factos à Christo nullis superiorum principum vtriusque fori ecclesiastici & secularis teneri legibus.* [g] Lutherum superioribus libris sic insanientem bacchantemque contra sacras Romani Pontificis leges audiamus. *Quis est iste Papa qui nobis suas leges iussaque tyrannica imponere audeat?* [h] Quid Caluinus! quam sæpe in maledictis operibus scriptisque suæ rebellionis canis rabidi atque spumantis apri instar in sacras Dei ecclesiæ iustasque secularis imperii leges virus euomuit? Qui se suosque miserè à se fascinatos ab omni diuinæ humanæque legis obligatione effrænata dementatus audacia tanquam bonorum operum osores exemit? Qui tam exitiale, suaui sanctoque Dei, eius vicarii, ecclesiæ S. etiam Christianorum principum, legum, decretorum edictorumque iugo certamen indixit? Qui tanto odio frenesique blasphemiarum, salutare, deuotumque piorum catholicorum his præstitum legibus obsequium insectatus, omne fas, iusque diuinum & humanum peruertere suoque subiugare furori conatus est? Quæ verissima esse nemo negabit qui [i] principia Caluinianę doctrinę semel audierit

[i] Principia Caluiniana

A inter quæ ista in capite huius execrabilis exitialisque doctrinæ scribuntur. Primò, *Lex decalogi est impossibilis*, ergo nemo tenetur ad eius obseruationem? 2. *Moysis lex non viget amplius abrogatione perempta* (quod est verum quoad cæremonias.) 3. *Christus nullam tulit legem.* 4. *Lex humana nullam obligandi vim habet. Propterea omnino liberi sumus, nec vllis siue Dei siue hominum, siue ecclesiæ, siue Reipub. secularis, siue Papæ, siue principum temporalium legibus tenemur.* Hinc omnis contra religiosam catholicamque fidelium Christianorū, Deo, Papæ, ecclesięque consecratam obedientiam, dementia rebellionis efferatur. In qua dementiā miseri Nouatores se verè liberos & ab obedientiæ seruitutisque Christianæ (qua seruientes Deo regnant) nexu immunes esse Caluino tonante & hæc errorum dæmoniacorum fulmina eorum cordibus vibrante gloriantur. Hoc enim punctū B est atque vertex in quo infelicem suam suorumque detestabilem libertatē Caluinus locat hæc dicens: *Christiana libertas in tribus partibus sita est. Prima vt fidelium conscientia dum fiducia* [l] *suæ coram Deo iustificationis quærenda est, se se supra legem erigant, atque efferant, totamque legis iustitiam obliuiscantur.* Et infra: [m] *Sublata igitur legis mentione vnam Dei misericordiam amplecti conuenit.* Et ad impietatem erroris sui corroborandam, ait §. 4. [n] *Conscientiæ liberæ sunt à iugo legis.* Sic vtriusque tabulæ legum, digito Dei exaratarum imperia, extra conscientiæ territorium inania voluuntur. At vero 7. §. eiusdem 19. capitis omnia statuta decretaque humana tam ecclesiastica quam ciuilia circa res adiaphoras & indifferentes edita promulgataque reiicit, expungit, improbat, omnique super consciētias auctoritate prohibet. Hæc illius maledicta verba testantur. [o] *Tertia*, inquit, C *scilicet pars Christianæ libertatis est. Vt nulla, rerum externarum quæ per se sunt adiaphora, religione coram Deo teneamur, quin eas nunc vsurpare, nunc omittere indifferenter liceat.* Ex quibus verbis impietate mendacioque fœdatis infert sacrilegus infelix, nullum Christianorum, humanarum legum præscripto teneri, & obligationi deberi: quæ princeps ecclesiæ conciliaque œcumenica, de ieiunio, solemnitate festorum, aliisque rebus christianam pietatem fouentibus & augentibus potestate sibi à Deo tradita sancita promulgarunt: quod assertionis erroneæ scelus duplici fundamento principioque similiter impio atque nefario fulcire atque firmare voluit. Primum est *quia Papa Romanusque Pontifex est Antichristus.* Quod si ita sit, vt mētiendo flagitiosissimè blasphemator execrabilis asserit, profecto omnia Pontificum Romanorum statuta, leges, canonesque iure tollantur *de medio necesse est*: alterū, *quia nemo* D *subditorum in imperio republicaque Christiana legibus imperatorum, regum ac principum parere & obsecundare vlla tenetur obligatione: si istæ leges politiæ secularis aliquid extra verbum Dei ab illis latæ præcipiant & imperent.* Quo iacto putridi erroris perniciosique fundamento omnes regū, imperatorū, principū catholicorum iustæ leges, edictaque pia quæ explicitè in Dei verbo scripto non continentur, omni vacua virtute dirigendi, cogendique potestate ab omni Christianorum societate relegata concident, ad nihilumque reuocata deficient. Quæ omnia assertionum iniquarum, erronearumque plenarum rebellionibus deliria mordicus astruere atque defendere non aliorum est

Doctrina quibus obedientiā omnis legis diuinæ & humanæ submouetur.

In tribus, sita detestabilis Nouatorum libertas ex Caluino.

[l] Calui l. 3. instit. c. 19. §. 2. 47.

[m] Ibid. §. 2.

[n] Calui ibid. § 4. c. 19. l. 3. instit.

[o] Calui ibid. §. 7.

Duo flagitiosa Caluini assertionis iniqua principia.

Caluinistarũ assertionum sectatores, se Antichristi vel Diaboli potius filios arguunt.

a S. Iudæ epi. canonic.

b 2 Timoth. c.3. v. 2.

hominum quam rebellium seditiosorum, impiorumque Antichristi membrorum, maledictionisque filiorum. Qui tanto doctrinæ nefandæ veneno turpiter ac infeliciter intoxicati, *dominationes*, vt sanctus [a] Iudas loquitur, *spernunt, maiestatem blasphemant*. Quos viuis depictos coloribus hoc sancti Pauli sermone clarissimè conspicimus. [b] *In nouissimis diebus erunt homines se ipsos amantes, elati, superbi, blasphemi, superioribus non obedientes, ingrati, scelesti, sine pace criminatores.* Et post hæc, quorundam interpositione verborum. [c] *Quemadmodum Iannes & Mambres resisterunt Moysi, ita & hi resistunt veritati.* Quàm aliena est ab hac hæreticorum rebellione superba, humilis piaque bonorum Christianorum obedientia! Cuius splendore fulgentes, maximo præfectis suis pastoribus in ecclesia pastorumque inprimis principi Romano Pontifici, necnon magistratibus in republica, magistratuumque Domino regi ac principi famolantur obsequio. Qua se veros Christi Domini eiusque sponsæ vnicæ ecclesiæ sanctissimæ filios ostendunt, scientes illud scriptum & reuerentia obseruantes. [d] *Qui superbierit nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur.* Et illud Domini in Euangelio, altissimis in animo radicibus obseruantiæ defigentes? [e] *Si ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* Nec vnquam à memoria illud eiusdem Domini saluatoris nostri diuellentes, [f] *Qui vos audit me audit, & qui vos spernit me spernit?* Qui hoc, quod post Domini sermones ab Apostolo didicerunt, effectu praxique assidua venerantur. [g] *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non enim est potestas nisi à Deo. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.* Denique cõtra omnes impias Nouatorum Caluinistarumque rebelliones contumaciasque Christianæ obedientiæ inimicas audiunt docili attentione dicentem Apostolum, eique sic imperanti fideliter & alacriter obsequuntur. [h] *Obedite præpositis vestris & subiacete eis, &c.* Neque solum nostri sæculi pestes ecclesiæ, regnorumque christianorum destructores & incendiarii Nouatores Romano Pontifici prælatisque, sub illo atque pastoribus à Christo Domino constitutis in ecclesia & in republica christiana seculari, Principibus regibusque creatis à Deo contumaciæ armis rebellionisque reluctantur, sed etiam si scelerata Patriarcharum suorum Lutheri, Caluini, Bezæ, aliorũque Antichristi ministrorum dogmata sequantur, in eorum principum neces, cruores, trucidationesque conspirant. Sicut clarissimè ex eorum hæresiarcharum parricida sacrilegaque doctrina inferius quartæ partis lib. 3. demonstrabimus. Hoc loco solum dicam ne à materiæ propositæ paulò longiùs instituto digrediar, hæresim Lutheranorum Caluinistarumque sicut alias antiquas rebellionis æstu furiatam, omnis obedientiæ iustæ ac debitæ impatientem semper extitisse. Quæ est fornicaria illa meretrix de qua [h] S. Ioannes in Apocalypsi vaticinatus est, *Mulier fornicaria quæ sedet super aquas multas: cum qua fornicati sunt reges terræ & inebriati sunt qui habitant terram, de vino prostitutionis eius, quæ sedet super bestiam coccineam plenam nominibus blasphemiæ, ebria de sanguine sanctorum & de sanguine martyrum Iesu.*

c Ibid.

2. *Obedientia bonorum catholicorum valde inuis hæreticorum opposita rebellioni qua filii Dei demonstrantur.*

d Deut. 17. v. 12.

e S Matth. 18. v. 17.

f S. Luc. 10. v. 16.

g Rom. c. 13. v. 1.

h Hebræor. c. 13. v. 17.

Secundum impiam Lutheri ac Caluini doctrinam Nouatores non solum in principes suos rebellant sed etiam in eorum necem conspirant.

h Apocalyp. c. 17. v. 6. 7. & 10.

3. *Pars. In 3. antithesi obedientia*

Sancta autem piorum Apostolicæ sedis patrisque sanctissimi cultorum obedientia magna fidei Christianæ irradiatione splẽdescit, igneq; charitatis ardet. Tanta enim virtus sine illius luce & huius ardore meritoria esse non potest, & ad tantũ gloriæ sempiternæ verticem contendere? Vt sicut fidei vera tribuitur obedientia, sic fides obedientiam hanc vera comitatur. *Fides*, inquit [h] S. Hilarius, *Habet obedientiæ meritum, non cognitæ veritatis fiduciam*, [i] Cui conformia refert S. Augustinus. Sic reciproca vice vera catholicorum obedientia de qua loquimur, euangelicum fidei vultum cum charitate deosculatur. Nec vlli vnquam veri patris sanctissimi cultores, eiusque dictis obedientes inuenti sunt, in quibus vera catholicaque fides nutauerit, & charitas [k] Dei diffusa in cordibus eorum per spiritum sanctum qui datus est illi, non efferbuerit. Quam obedientiam vicario suo præstandam fide charitateque coruscantem Dominus nascens & oriens sub Romano imperio præsignificare dignatus est. *Christus enim*, inquit Osorius, [l] *Romano censui statim adscriptus est vt natus est. Sic Christianus Romanæ ecclesiæ statim adscribitur, vt renascitur, Christus dicendus erat Romanus ciuis, census professione Romani: & Christianus est Rom. ciuis, fides & obedientiæ professione Romanæ. Christus sub imperio Romano nascitur, Christianus sub Pontificatu summi Pontificis Romani renascitur. Christus Romano imperatori obediens in Bethlehem oritur: Christianus Romano Pontifici obtemperans in ecclesia vitam ducit.* O hæretici funesta detestabiles abominatione, vosque illis perfidè confederati, schismatici miserabiles, qui tam nefario conatu licet irrito in pastorem vniuersalis ecclesiæ Christi Domini vicarium Romanæ Apostolicæque cathedræ rectorem ex oue in rabidos conuersi lupos vestrorum maledictorum blasphemiarumque vestrarum exacuendo dentes efferamini! Qui veri œcumenicique ouilis dominici pastoris pascua fugiẽtes, vineam Domini catholicam nempe Apostolicam Romanamque religionem depasci atque demoliri sine sceleris horrore conamini? Quantis miseri pœnis, nunc flagitiorum vestrorum, postea vero æternorum tormentorum absorpti gurgite mactabimini? Quorum rebellio contumaciaque in sanctissimum illum fidelium omniũ parentem Christiani quod ad spiritualia regnatorem orbis, semper infidelitatis impietatisque fæcibus ingurgitatur. S. Gregorius Turonensis [m] funestum sacerdotis impij exitum Arij hæresiarchæ similem, quod in proprium Episcopum Sydonium Apollinarem magna cum iniuria rebellauerit, commemorans, hæc inter cætera, Peremptoria diuinæ vltionis iudicia retulit: *ingressus in secessum suum* scilicet impius sacerdos, *dum ventrem purgare nititur spiritum exhalauit.* Et paulo post. *Cum responsa dare differret, exanimis eleuato puer velo ostij reperit Dominum supra sellulam secessus defunctum.* His dictis hanc infert conclusionem. *Vnde indubitatum est, non minoris criminis hunc reum esse quam Arium illum, cui similiter in secessu fuere interna deposita per partes inferiores egesta: quia nec illud sine heresi potest accipi, vt in ecclesia non obediatur sacerdoti Dei cui ad pascendum oues commissæ sunt, &c.* Quod si sola in particularem præsulem & pastorem rebellio contumaciaque hæreseos crimen arguit, quantò magis in œcumenicum pastorem omnium pastorum atq; prælatorum principem rebellio insolens & effrenata, ab eo ecclesiæ Dei Monarcha defectio, rebellantium contumaciumque animis immane

catholicorum Rom. Pontifici sedique Apostolicæ consecrata magna fidei Christianæ luce fulgescit & charitatis igneo scit ardore

h S. Hilarius in psal. 118.

i Similia S. Augost. l. 50. hom. 31.

k Rom. 5.

l Orosius l. 6. cap. vlt.

Christus D. nascens sub Romano imperatore debitam Christianorum obedientiam Romano pontifici præsignificauit.

Rebellio hæreticorum infidelitate & impietate semper inquinata.

m S. Gregor. Turon. l. 2. c. 23 de gestis Francorum.

No.

Hæretici paganis peiores & miseriores magisque diabolo conformes pietatem Christianam mentientes vt eam destruant.

hæreseos facinus inuret? Quos non male dixerim paganis ipsis à consortio Christianæ religionis omnino reuulsis peiores, proindeque miseriores quia diabolo maximè confotmes, in hypocrisi & dolo crudeli, religionis Christianæ pietatem simulantes, vt eam tantò nocentius, quantò callidius opprimant. Atque veros se persuasione fallaci fraodulentaqoe sicut diabolus Christum, mentientes esse Christianos, vt sanctissimi Christianorum parētis principisque monarchici principatum atrocioribus sceleratioribusq; sub specioso fallacique reformandæ ecclesiæ prætextu machinis arietibusque concutiant, in imaque, si per eorum nefas odiaque diabolica liceat, ruinæ totalis immaniter effundant. *Hæreticus enim,* [a] inquit S. Cyprianos, *sic se Christianum profitetur, quomodo & Christum Diabolus persæpe mentitur. Sicut vero ille Christus non est, quamuis fallat in nomine illius. Ita nec Christianus videri potest qui non permanet in Euangelij eius & fidei veritate.* Tantum enim abest vt hæreticus sancto Christiani nomine dignandus veniat, quin potius diabolus dici iure mereatur, iuxta illud [b] S. Chrysostomi. *Arianus es diabolus es.* Hæreticos gētibus infidelibus scelere soperiores esse cōtestātis. *Quod ipsi gētiles per ignorantiam Christum blasphement, at hæretici veritatem Christianam scientes persequantur.* Sed de his plura superius.

a S. Cypr. l. de vnit. eccles.

Hæreticus dicitur diabolus imitatione erroris & malitiæ.

b S. Chrysost. hom. 30. in c. 22. S. Matth.

CAPVT VI.

Quinque alias, præter tres superiùs expositas, antitheses complectitur, in quas distribuitur, inter sanctam bonorum catholicorum obedientiam & iniquam hæreticorum schismaticorumque rebellionem.

1. *Obedientia verè catholicorum multa bona parit: contra hæreticorum schismaticorumque rebellio multa mala.*
2. *Pij iustique catholici per obedientiam verè sunt, ac viuunt Dei gratia animati: contra per rebellionem hæretici & schismatici Dei gratia destituti mortui sunt in spiritu.*
3. *Hæretici eorumque fautores per rebellionem ecclesiæ, eiusque pastori machinantes interitum se perdunt, contra boni catholici per obedientiam eorum iussa facientes se saluant.*
4. *Vera catholicorum obedientia magnis honoratur præmiis: hæreticorum contra schismaticorumque magnis grauatur supplicijs.*
5. *Illorum obedientia magnis comitatur virtutibus: horum contra rebellio multis inquinatur flagitijs.*

4. Antithesis. Obedientia catholicorum Papæ sedique



CVM deuota catholicorum piorum obedientia & animus obseqoens, promptus ad imperia pastoris œcumenici, sedisque sancti Petri, valde Christi Domini gloriæ velificetur: sitque seges ampla magnarum prosperitatum, quæ in regnorum Christianorum societatumque sinum amplo salutis benedictionisque diuinæ germine diffunduntur. Quantos contra Deus immortalis! calamitatum miseriarumque fontes hæreticorum schismaticorumque rebellio reserat & educit, quorum exitialibus aquis magni instar diluuii impetu magno fluentibus & exundantibus Christianæ societates Ecclesiasticæ ciuilesque quotidie crudeliter obruuntur? Quæ mala ab illis [c] nostra per tot annos vidit ætas? (vt Liuii verbis vtar) quātò iteratoque toties per eos Gallia nostra suorum tot desolata funeribus, ciuili arsit incendio? Quo nihil miserius, nihil fædius, nihil immanius, & quod iure optimo priuatarum publicarumque miseriarum gurgitem appellare decet. Quàm isti tot dissentionum discordiarumque ciuilium præter cæteras tetri sui diabolicique vomitu erroris opifices, Deo & populis non modo fidelibus sed etiam ethnicis veri Dei nesciis execrabiles.

Apostolica in Christiana respub. multa bona parit: contra hæreticorum atque schismaticorū rebellio multa mala.

c Liuius in præfat.

Ardores ciuilium bellorum ab hæreticis.

Quam sunt execrabiles ciuilium bellorum artifices.

> Ἀφρήτωρ ἀθέμιστος ἀνέστιός ἐστιν ἐκεῖνος
> Ὃς πολέμου ἔραται ἐπιδημίου ὀκρυόεντος.

Clamabat Homerus.

Homer. Iliad. ι.

> *Ille nefarius & sine gente tribuque mihi esto.*
> *Qui ciuile cupit ferum & execrabile bellum.*

Quid contra istos publicæ pacis incendiarios, ciuilium pugnarum ruinarumque fomites alius dicat ethnicus recentior audiamus. [d] *Nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura cara habere potest, quem discordia, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat, eumque ex numero hominum eiiciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto,* qua grassante ciuilium tumultuum furia. [e] *Castra ex vna parte contraria, & parentum liberorumque sacramenta diuersa.* Hic furoris ciuilis & plusquam ciuilis æstus! quo immaniter efferuescente.

d Cic. Philip. 12.

e Seneca. l. 2. de ira.

> *Videre parentes*
> *Frontibus aduersis, fraternaque quo minus arma:*
> [f] *Cognatasque acies.*

[g] *Non ætas, non dignitas quemquam protegit, quo minùs stupra cædibus, & cædes stupris misceantur.*

> [h] *Nobilitas cum plebe perit, lateque vagatur*
> *Ensis, & à nullo reuocatum est pectore ferrum:*
> *Stat cruor in templis, multaque rubentia cæde,*
> *Lubrica saxa madent, nulli sua profuit ætas,*
> *Non senis extremum piguit feruentibus annis*
> *Præcipitasse diem, nec primo in limine vitæ*
> *Infantis miseri, nascentia rumpere fata.*

f Lucanus li. 7.

g Tacit. lib. 3.

h Lucan. l. 2.

De grauioribus funestioribusqoe sileo, ne lachrimæ citios oculis quam ore verba fundantur: propter quæ ab [i] hæreticorū rebellione atque contumaci ferocia in ruinam societatis Christianæ conglomerata Tertullianus, *Hæreticos in persona Marcionis appellabat Scytha tetriores, Hamaxobio* [k] *instabiliores, Massageta inhumaniores, Amasonia audaciores, nubilo obscuriores, hyeme frigidiores, gelu fragiliores, Istro fallaciores, Caucaso abruptiores;* Miseri schismatici, qui contra vicarium Christi sedemque Apostolicam talibus Dei hostibus cōfæderati suppetias ferūt, suæq; cōtumaciæ rebellionisque telis Ecclesiæ Dei patrocinia deserētes, opitulātur. [l] *Maledicite terra Meroh, maledicite habitatoribus eius. Quia astiterunt impiis nec venerunt ad auxilium Domini,* dicebat per Angelum suum Dominus: hoc fæderis iniqui cum hæreticis & ferocibus Christianæ religionis hostibus, & rebellionis contra Apostolicam sedem scelere conta-

No.

i Descriptio hæreticorum ex Tertul. l. 1. c. 1. contra Marcionem.

k *Quod in plaustris cursitantes, huc atque illuc vagantes vixerunt in Pamelio in suum locum &c.*

Pœna schismaticorum hæreticis suffragantium & Apostolicæ sedi parere renuentium.

l Iudicum c. 5.

a Beda l. 2. hist. Aug. l. c. 2. & 3.

Britanni ac Scoti schismatici ob suam à sede Apostolica defectionem à Barbaris victi.

A minati Britones maioris Britāniæ schismatici S. Augustino ad eos ab hac sede per S. Gregorium misso Apostolo parere renuentes [a] ab Anglis Saxonibusq; in has oras sub rege Edilfrido traiectis victi atque profligati, diuina vindicta tantū eorum scelus & nefas persequente periēre, prout illis S. Augustinus eorum Apostolus paulo ante prædixerat. Simili postea rebellionis schismaticæque contumaciæ fuligine denigrati Scoti atque sordidati, eamdem indignationis & vltionis diuinæ seueritatem ab iisdem barbaris immanibus Anglis Saxonibusque domiti subiugatique subierūt. Vt illud Ieremiæ dictatū à spiritu sancto [b] in eorum calamitatem rebellium completur. [c] *Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo gentem robustam.* Et infra: *Quod si dixeritis quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos: Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra.* Scilicet non amplius vestra. Quia per furorem armorum ab extraneis vos ipsos dura vexaturis seruitute, possidebitur. Porro Deos plane alienos colere, & iniquo idololatricoque cultu venerati hæretici schismatici conuinci possunt, eo quod vnus Deus non nisi in vna rectè ecclesia adoratur, supremoque honore colitur; à cuius directione obsequioque quisquis exorbitat, ad alienos Deos, id est dæmoniorum cultus sacrilegus & idololatra properare conuincitur: iuxta Samuelis illud. [d] *Quasi peccatum Ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* Non minori iræ Dei flagello percussi sunt alii populi, quondam catholici & principi ecclesiarum Christianarum, sedi Apostolicæ ecclesiasticeque monarchiæ præsidi Romano parere sueti: Postquam pertæsum illos obedientiæ huius Apostolico sancti Petri throno consecratæ obsequiique fuisset: Ab immanium ferarumque gentium Christi nesciorum fidei, crudelibus armis subiugati in sanguine suo obruti, cum ignominiosa seueritate perierunt. Cuius desolationis extremæ, suo grauissimo infortunio à rebellione sua contra ecclesiarum reginam profecto testimonium triste lugubreque nimis vere perhibuerunt [e] Africani, à Vuandalis exterminati, [f] Hispani à Sarracenis subiugati: totque populi orientales miserè tandem in Turcarum crudelissimorumque Christianæ religionis hostium indignissimam redacti seruitutem, propter easdem rebelliones & schismata: quibus se contra regnum Dei, thronumque regni Christi cui S. Petri successor præsidet, atrociter armarunt. Henricus vero 3. qui tot annos tanto dissidio schismaticoque furore contra hoc Dei in terris sacrosanctum monarchicumque solium omnium Dei hostium roboratus fœdere pugnauit, Dei patientia, illius continuationem grauitatemque contra sponsam suam scelerum (qua ille flagitiosius diutiusq; abutebatur) amplius ferre nō valente: tandem hic diuersis agitatus anxietatibus & angustiis, diuina illum ira persequente relictus à suis & à proprio filio Conrado, creato Longobardorum rege, armis, permittente & vltore Deo propter illius scelera multa, fatigatus & agitatus, in eam desperationem conscientia accusatrice, & tortoris instar pœnas vrgente deductus est: vt manibus propriis sibi necem suo cruentatam sanguine consciscere voluerit, votumque ferale nisi ab astantibus prohibitus effectu cōpleuisset. Vt his verbis [g] Bertoldus huius scriptor temporis fidelissimus asseruit, [h] *Henricus pater*, Regis scilicet Conradi, *in quamdam se munitionem contulit*, (scilicet Veronam) *Ibique diu absque regia dignitate moratus, nimioque dolore affectus seipsum*, (vt aiunt) *morti tradere voluit, sed à suis prauentus ad effectum venire non potuit.*

b Beda ibid.
c Ierem c. 5. v 15.

Ierem ibid. v. 19.

Nr. Rebelliones sedi Apostolicæ dici quodammodo idololatriæ & quasi vacione.

d 1. Reg. c. 15.

Ruina & captiuitas multarum gentium à Barbaris propter suas rebelliones in sedem Apostolicam.

e Ex Procopio de bello Vuandali. Victore Viticēs. de persecutione Vuandalica, Salmano & aliis.
f Tudensis in historia Hispanorum circa annum 713.

Henricus imperator post multas rebelliones ac pugnas contra sedem Apostolicam grauissime punitus à Deo.

g Bertoldus scriptor sui temporis an. 1093.

h Vt scribit Vdescalcus in rebus gestis Egnonis Abbatis.

Sic in hominum improborum statu, miseriarum cumuli crescunt, dum auersi à Deo per scelera sua eius sponsæ pacem turbare, eamque variis concussam rebellionibus vexationibusq; destruere moliuntur. Sed est iudex in cælo qui omnes impios illorum conatus, ex hoc diuino solio tanquam ex alta specula prospicit, vt irritet & in nihilum reducat, sicut operatores istorum. Quos præter afflictiones pœnasque temporales æternis à statu gratiæ delapsos, & sic in nihilum respectu gloriæ sempiternæ reuocatos, suppliciis animi corporisque mactabit 5. At prosperitates quas B sincera filiorum Dei obedientia & religiosa obseruantia erga spirituales parentes Christi Domini vicarium illiusque sponsam, ecclesiæ sanctæ regnoque pariunt, ex eo nascuntur. Quod illi verè viuant, Deique gratia veluti spirituali vita hic cumulate foueantur, vt postea in cælo gloriæ vita potiantur. Non sic impii illis parentibus rebelles non sic. Pia siquidem ac erudita magnorum ecclesiæ doctorum obseruatio est, impios omnes peccatorum lue contagioneque deuoratos, reductos esse in nihilum, *Respectu esse gratiæ sine quo nullus saluari poterit. Quoties à bono deuias, à verbo te separas, quia ipsum est bonum, & ideo nihil efficeris, quia sine verbo es sine quo factum est nihil?* [i] Aiebat S. Anselmus, qui illud sancti Augustini audierat & legerat: [k] *Nihil fiunt homines cum peccant.* Eò spectant verba hæc sancti Bernardi apud Eugenium scripta. [l] *Peccato redacti in nihilum iterato creati sumus vt simus aliquod initium* C *creaturæ eius.* Et in sermone de triplici cohærentia hæc habet: [m] *Ego ad nihilum redactus sum & nesciui, vere ad nihilum id est ad peccatum, & nesciui, quia non fui ibi cum primus parens meus deuorauit me morsu amarissimo.* Hanc in nihilum reductionem per peccatum confirmauit Apostolus cum dixit. [n] *Si habuero fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero nihil sum.* Rectè quidem peccator nihil esse dicitur, quoad esse gratiæ, quod extinguit peccatum: licet regnante in illius anima peccato aliquid esse quoad esse naturæ censeatur. Secundum rei veritatem vt doctissimè [o] D. Thomas in hanc Apostoli sententiam, & post eum [p] Caietanus exponunt. Hæc in transcursu dicta quæ pluribus pii speculatiuique doctores examinant & illustrant. Ex quibus illud deducam verissimè vanos admodum esse D impiorum hæreticorum, schismaticorumque contra ecclesiam sedemque Apostolicam conatus cum sit. *Murus inexpugnabilis aduersus quem*, vt ait [q] S. Augustinus, *quisquis arietat confringetur*, Et in nihilum redigetur morte non temporali, nisi quoad vitam corporis transitoriam in terris, sed æterna iniquitatum funiculis attracta: qua, omni esse gratiæ & gloriæ penitus orbatus, scelerum suorum fæcem virusque in inferno potabit, ibique corruptum miserumque esse naturæ retinebit: vt in eo sub æternorum cruciatuum tormentorumque pondere miserabiliter sine vlla à sempiternis doloribus relaxatione gemat, dētiūq; stridore sine vllo cōsolationis refrigerio, sed cū plena desperatione grauiter eiulādo lamētetur.

5. Pars.
5. Antichristi ipsiusque ecclesiæ, sedisque Apostolicæ cultores subditique, vere sunt ac viuunt vita gratiæ hic, & gloriæ in cælo, contra persequentes illam duplici morte percelluntur.

i S. Anselmus lib. soliloquiorum cap. 5.
k S. August. tractat. 1. in S. Ioann.
l S. Bernard. l. 5 de considerat. ad Eugen. cap. 10.
m S. Bernard. ser. de tripl. cohærentia vinculorum.
n 1. Corinth. c. 13.

o S. Thom. in Corinth. c. 13
p Caiet. ibid.

q S. Aug. ser. 15. de verbis Apostol.

3 Pars. *Antithesis 6. Vt hæretici schismaticique sedis Apostolicæ ruinam molientes se perdunt; sic contra boni catholici eiusdem sedis gloriam quærentes ac obedientia sua venerantes suã salutis securitatem stabiliunt & acquirunt.*

Atque vt hæretici eorumque suffragantes erroribus schismatici dum sancti Petri cathedræ salutis Christianæ sanctuario pestilentiæ & Antichristi cathedram opponentes in Pontificiæ dignitatis ruinam tebellionis æsto conspirant, se manifesto propriæ salutis naufragio præcipitant. Sic contra verè Christiani catholicæ, Apostolicæ Romanæque communionis & vnitatis appetentes& auidi, dum religiosa obedientia & obsequio fideli Romanæ Pontificiæque maiestatis sanctum sacrumque principatum venerando, protegere atque defendere conantur, suæ salutis securitatem pariunt, atque pace conscientiæ sinceroque cordis gaudio in hac miseriarum valle perfruentes confidenter diuina freti misericordia, cælestis gloriæ trophæa laurosque peæstolantur. Digna sancti Bernardi sententia in huius catholicorum religiosè ac fideliter ecclesiasticæ cathedræ obedientium fauorem prosperitatis. [a] *Tolle propriam voluntatem & non erit infernus*, Atque huic saluti fidelium sic obsequentium maxima ecclesiæ gloria, atque prosperitas annexa est. Si enim tantæ fuerit gloriæ & felicitatis. Romano imperio consulibus regnantibos obedientia obsequiũque Romanorum suis ducibus inseruientium, quæ tanta fuisse memoratur: vt maior Africanus Romani ductor exercitus asseuerare non dubitauerit, [b] tantam se de militum suorom obedientia sibi habere certitudinem, *Vt si eis ex promontorio in mare præcipitationem iuberet, extra omnem apprehensionem hæsitationemque deliberationis, suo imperio moram gesturos*. Quòd obedientiam imperatoris, propriæ vitæ præferendam crederent. Inde maxima imperio Romano potestas credita & felicitas adiuncta. Quid catholicorum pari constantia non imperatori Romano sed Pontifici monarchæ ecclesiastico obedientia animusque obsequens ecclesiæ ipsisque magna charitate obedientibus felicitatis allaturus est? *Felix qui rectè superioribus facto ipso scit obedire. Da operam ne quid inuitus vnquam facias*, inquit [c] Seneca. *Qui imperia libens excipit, partem acerbissimam seruitutis effugit, facere quod nolit. Nec qui iussus aliquid facit miser est: sed qui inuitus facit. Itaque sic animum cõponamus vt quidquid rex exiget id velimus.* Si hoc verum quo ad moralia inter paganos, quantò verius quo ad diuina, & supernaturalia inter Christianos? Obediẽtia inferiorum populorumque in ecclesia nexus est atque funiculus concordię, pacis publicæ, atque robur catholicæ vnionis ad hostes Dei ecclesiæque comprimendos. Hinc enim reciproca fit pastoris orthodoxi, cum fideli populo dilectio, qua dæmones eorum satellites ac ministri quo ad possunt ecclesiæ interitum per insidias & dolos inhiantes exterriti victique propelluntur. Vt dicebat [d] S. Basilius epistola ad Nicopolitanos, eos ad obedientiam amoremque sui Episcopi recens electi contra omnes hæreticorum schismaticorumque fraudes & conatus exhortans ista inter alia dicendo: *Nihil sic absterret tam principes quam reliquos pacatum hunc statum inuidentes, ac concors erga concreditum vobis Episcopum dilectio & infracta resistentia. Incutit enim illis omnium malorũ tantam desperationem, si nec clerum nec plebem inuentionem illorum amplecti viderint.* Si obedientia dilectioque à fideli populo, particulari præstita episcopo tanta bona ecclesiæ cætuique catholico parit, quantò plura obedientia à fidelibus populis vniuersali pastori omnium

a S. Bernard. ser. 3 de resurrectione.
Obedientia militum Rom. ducũ suo maxima.
b Brusol. 4. c. 30.
Felix qui bene superioribus obedit.
c Senec. ep 62
Obedientia fidelis populi atque dilectio filialis in pastorem eorum munitum & alios dæmones fugat.
d S. Basil epi 13 ad Nicopolitanos.
4 Pars. 7. *Antithesis. Vera catholicorum obedientia magnis præmiis honoratur & contra rebelles &c.*

A Episcoporum aliorumque prælatorum principi sedique Apostolicæ omnium ecclesiarum capiti consecrata, bona dabit? Quæ insuper cultoribus suis munera multa præmiaque largitur, quæ per murenulas aureas vermiculatas argento designãtur, quas sponsus æternus, rex gloriæ Christus sponsæ suæ animæ nempe fidelium ecclesiæ filiorum facturum se in cãticis pollicetur. [e] Quæ monilia mystica scilicet diuersæ spiritus S. gratiæ & dona Christi sponsi pro maximis ornamentis collo sponsæ appensa circumferuntur, quod sponsæ collum spirituale vere appositéque fidelium catholicorum animæ iuxta hanc Origenis [f] expositionem obedientia nuncupatur. Cum ait: *Ceruix tua speciosa facta est, sicut redimicula* (*quod versio communis legit. Collum tuum sicut monilia*) post in modum dilucidationis & interpretationis subB iunxit. *Et merito quidem: quam enim prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat, nunc obedientia fidei speciosam facit, & pulchram. Ceruix ergo tua speciosa facta est, sicut redimicula: redimicula enim sunt connexiones moniliũ quæ in ceruicibus sedere solent, ex quibus descendit per omne collum reliquus ornatus. Ceruicem vero diximus subiectionem & obedientiam, eo quod quasi iugum Christi suscipiat & fides eius obedientiam præbeat. Ornamentum ergo ceruicis eius quæ est obediẽtia Christus est; ipse enim prior factus est obediens vsque ad mortem.* Cuius obedientiam patri æterno præstitam illi verè catholici feliciter æmulantur. [g] Qui vt Christus Dominus patri suo obediens fuit vsque ad mortẽ, mortem autem crucis, sic patri sanctissimo ipsius Christi Domini vicario, ecclesiæque sponsæ illius sacratissimæ tanto obedientiæ sinceræ desiC derio atdoteque charitatis obsequuntur, vt pro illis occumbere morti vitamque multo cum sãguine profundere non dubitent. Inde in illos sic ad Christi Domini exemplar obedientes, sanctissimis patri matrique spiritualibus, multa eaque sublimia bona ac præmia meritorum de Christi Domini obedientiæ fontibus hausta deriuantur. Quæ ipse Dominus in canticis murenularum aurearum argento vermiculatarum nomine complexus est. Congruum quippe iustitiæ, diuinæq; misericordiæ conueniens vt collum illud mysticũ sponsæ scilicet animæ fidelis obediẽtiæ, quod iugum Domini portauit, mandata nempe eius & iussa præfectorum eius ecclesiæ, tandem ablato discussoque iugo, multis decoretur ornamentis pręmiisque reficiatur eximiis. Propter hoc dixit Apostolus de Christo Domino loquens. [h] *Factus* D *est* (scilicet per passionem &glorificationẽ suam) *omnibus sibi obtemperantibus causa salutis æternæ.* Circa cuius æternæ salutis expectationẽ, ne quæ fidelium animarum sanctæ atque catholicæ splẽdoribus obedientiæ fulgentium ancipiti suspensione distracta dobitando nutaret. Sic vnãquamque fidelium catholicorum animam, sponsam suã Christus Dominus in Cantico verbis cõpellat amicis: [i] *Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni*, quibus vocibus illa subiungitur gratissima: *Coronaberis*. Qood videlicet illi fideles immarcessibili sempiternæ glorię lauro præcingi coronarique mereantur, qui voci sponsi vocantis ad se imperantique obediendo ore, corde & opere procumbunt. [k] Propter quæ ter repetita voce, *veni*, Dominus appellauit, vt etiam hac trina vocis iteratione, tribus obedientiæ gradibus officiisque præcipuis quæ sunt Deo, Papæ eius

e Cantic. cap. 1 v. 11.
Collum sponsæ est obedientia fidelium catholicorum animæ Christi corpori mystico incorporatorum.
f Origen. ho. 2. in cantic. c. v 10. exponens collum tuum sicut monilia.
Ornamentum colli sponsæ scilicet obedientia catholicæ animæ est ipse Christus scilicet gratia & beneficia eius animæ obedienti collata.
g Philip. 2.
h Hebræor. c. 5. v. 9.
i Cantic. c. 4. v. 8.
Præcipui gradus obedientiæ Deo, Papæ, ecclesiæ coronas præmiorum recipiunt.
k *Curter vocauit Christus D. sponsam suam ad coronam gloriæ.*

Magna obedientiæ vis ad rapiendum cælum.
a S. Matth. c. 11.

A vicario & ecclesiæ in omnibus obedire, à quibus reliqua in omnes alios superiores obediētiæ munera diffunduntur, præmiorum coronas hic & in cælis assignari suo misericordi iudicio demonstraret. Et quoniam Domini nostri testimonio,[a] *Regnum cælorum vim patitur & non nisi violenti rapiunt illud.* Non mirum si idem ipse Dominus æternus fidelium animarum sponsus, vt vires obedientiæ quæ salutari violentia cælum rapit, exprimeret, eam altissimæ turri eburneæ ædificatæ cum propugnaculis comparare & assimilare voluerit. Hæc sponsæ suæ animæ fideli dicens: *Sicut turris, Dauid collum tuum*, (scilicet obedientia tua, vt supra mysticè ex patribus expositum, *quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium.*[b] Quam turrim Dauid eburneam cap. 7. vocat. His robur & fortitudinem fidelium Christianorum obedientiæ inuincibilem per prophetam suum Christus Dominus exprimere voluit: quia vera & perfecta verè catholicorum obedientia, Deo, vicario eius, & sponsæ sanctissimæ religiosè & constanter inuiolata, expugnari nō potest. Sed quæ potius potētissimos hostes, terribilesque domat, subigitque: de quibus gloriosas victorias spoliaque reportat. Propter quod sponsus addidit.[c] *Mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium*: Nempe veluti spolia detracta hostibus in memoriam partæ victoriæ sempiternam, iuxta illud sapientis,[d] *Vir obediens loquetur victorias.* Inter quas illa est memorabilis se ipsum vincere, animumque in obsequium Dei, eiusque in ecclesia sua militante ministrorum vota & imperia iusta captiuare. Vt ex loci huius expositione à[e] sancto Gregorio profecta manifestum est, dicente: *Vir obediens loquetur victorias: quia dum alienæ voci humiliter subdimur, nosmetipsos in corde superamus.* Sed quia hæc catholicorum bonorum obedientia fortis & potens ad victorias & præmia cælestia esse nequit, nisi sit sincera, pura, innocens, charitate, aliisque condita comitataque virtutibus: Ideo sponsus vt hanc obedientiæ puritatem amicamque cum ea aliarum virtutum coniurationem designaret, illam turri eburneæ similem esse dixit. Quod[f] S. Gregorius interpretans dona scilicet ouem vnam & inaurem vnam (quæ amici cognatique[g] Iob. post dissipatas miseratione diuina priorum calamitatum nebulas atque procellas obtulerunt) elegantissimè atque more suo diuinitus talibus expressit. *Notandum vero est*, inquit, *quod hoc loco cum inaure ouis, cum oue inauris offertur, quia nimirum innocuis mentibus ornamentum obedientiæ iungitur, quare Iobo nemo inaurem sine oue, nemo ouem sine inaure obtulit, quia redemptori suo non obedit, qui innocens non est, & innocens esse non potest, qui obedire contemnit. Quia vero ipsa obedientia non seruili metu, sed charitatis affectu seruanda est, non terrore pœnæ, sed amore iustitiæ cuncti qui ad consolandum venerunt auream inaurem obtulisse perhibentur, vt videlicet in ea qua exhibetur obediētia, charitas fulgeat, quæ virtutes omnes quasi auri more cætera metalla transcendat.* Hæc ipse. Quibus apparet verā piorum catholicorum obedientiam resignationemque voluntatis in manus sanctissimi patris, & ecclesiæ nunquam esse solitariam: sed aliis Christianæ vitæ virtutum bene munitam præsidiis, atque inprimis charitatis omnium Christianarum virtutum reginæ, charismatis pulchritudinibusque decoratam. Sicut contra, rebellionem au-

b Cantic. 4. 1 & 10.
Cant. 7.

B

c Cant. 4.

d Prou. 21.
Seipsum per obedientiam vincere magna victoria.

e S. Greg. l. 34. moral. c. 10.

C

5 Pars.
8. Antithesis.
Vera catholicorum in S. sedem obedientia aliis semper comitatur virtutibus, sicut hæreticorum schismaticorumque rebellio aliis semper inquinatur flagitiis.

f S. Gregor. in cap. 42. v. 11.
g Iob. l. 34. moral. c. 10.

D

A dacem, superbiamque hæreticorum schismaticorumque contumaciam, aduersus augustissimam patris sanctissimi, pastorum omnium ecclesiæ principis, rectorisque maiestatem, grauissimis semper comitari fœdarique flagitiis, diuina humanaque, vti pluribus supra demonstratum est, oracula testimoniaque comprobant. Propterquæ his ignes æterni cruciatusque nisi resipiscant in inferno parantur; sicut illos verè sincerèque catholicos propter diuinas & immortales perfectionis puritatisque Christianæ virtutes in ipsorū corde & corpore sublimioribus obedientiæ catholicæ defixas radicibus diuina immortaliaque in cælo præmia præstolantur.

B

CAPVT VII.

Stantibus in orbe Christiano virtutibus, Ecclesiæ Monarchia gloriosa felixque floruit, vitiis contra dominantibus emarcuit multisque in locis miserè corruit.

1. *Quamdiu in Christiano orbe virtutum stetit imperium cum honore & reuerentia, tamdiu florens & beata fœcunda subditis populisq; obsequio ac pietate feruidis, itemque variis trophæis atque prosperitatibus illustris ecclesiæ sancta Monarchia substitit.*

C 2. *Vitiis vero regnantibus, corruptioni confusionique locum dantibus, aut tota multis in locis collapsa corruit, aut maxima ex parte in aliis imminuta gemens elanguit.*

3. *Testimonio & exemplo duorum imperatorum Iustiniani senioris, & Heraclii, atque Christianorū in terra sancta contra Saracenos pugnantium vtrumque comprobatur.*

RECTE quidem mihi mortalis ille inter latinos philosophiæ princeps[h] Seneca dixisse videtur, aduersos virtutem hoc posse *Calamitates, damna & iniurias quod aduersus solem nebula potest.* Quia sicut D sol omni nube superior; sic virtus calamitate & iniuriis: & sicut sol claritate sua orbem in quo cietur, motuque continuo circumuoluitur, ab omni spissæ nubis atrore vindicat: sic virtus regnum & imperium, in quo sedet regina potens, atque pacificæ directionis sceptro virgulaque diuina dominatur, ab omni calamitatum, aduersitatum, sinistrorumque casuum nigredine iactationeque defendit. De Christianis dominationibus principatibusque solum mihi sermo: extra quos, *falsa est omnis virtus ad meritum æternæ vitæ etiam in rectè factis*, vt S. scribit August. *absit*, inquit, *vt vera sit virtus nisi in homine iusto*, scilicet Christiana charitate flagranti, in quo est vera iustitia vt ipse ait. l. de vita & gratia cap. vlt. & lib. 1. retracta-

h Senec. epist.

A tempore Constantini magni nunquam ecclesiasticos & Christianorum prosperitas oppressa nisi cum virtutis auctoritas oppressa est.

D August. l. 4. contra Iulianum c. 3.

1. rettacta.c. 3. vbi retractat quod lib. 1. de ordine cap. 3. dixerat. Scilicet, *Philosophos non vera pietate* scilicet Christiana *præditos virtutis luce fulsisse*. Replicentur omnes Christianorum historiæ, omnes ecclesiastici annales ab imperio seculoque Constantini magni ad nostra vsque tempora fideliter euoluantur. Nusquam ecclesiasticæ monarchiæ vim à calamitatibus publicis illatam fuisse, statusque Christianorum principum, discordiis ciuilibus, motibus bellorum exterorum, aliisque miseriis quæ superuenerint, intetturbatos inueniemus: nisi eum virtutibus illata vis est, & eatum auctoritatem splendoremqoe dominantia vitia violatum & oppressum longè ab imperii reipublicæque Christianæ ditionibus indignissimè pepulerunt. In promptu ratio? *Quia iustus est Dominus & rectum iudicium eius*. Qui propterea miserias calamitatesque publicas, quæ solo peccatorum publicorum semine pestifero generantur, in regna Christiana, resque publicas dulci ecclesiæ suæ iugo religiosè mancipatas concurrere nunquam & impetu sæuo conglomeratas irrumpere patietur; nisi prius harum societatum sub Christi vexillo militantium corpora mentesque scelerum pestes attigerint. Quod copiosius & abundantius capite sequenti notum fiet: [a] Etenim quæ miseria publicaque desolatio illos posset populos opprimere, quos Dominus sua potenti clementique protectione custodit: Quem Christianorum statum aduersorum casuum tempestates, motuique ærumnarum violenti concutere tantillumue commouere valerent, in quorum medio stat ipse Dominus auxiliorum miserationibus affluens? [b] *Si Deus pro nobis quis contra nos?* In cuius præsentis gratia atque virtute confidens [c] Iob, vt de omnibus suis angustiis impauidus patiendo triumpharet, hoc solum ab ipso supplex obtestabatur. *Pone me iuxta te & cuiusuis manus pugnet contra me*. Hoc salutari Dei misericordis auxilio freti Israelitæ vt piè viuendo bene de hostium suorum confusione, victoriaque de illis reportanda sperarent, ita Moyses Dei iussu eos hortabatur. [d] *Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos quia Dominus Deus vester in medio vestri est, & pro vobis contra aduersarios dimicabit: vt eruat vos de periculo*. Dauid conscientia rectè factorum per Dei gratiam exultans se hoc Dei auxilio de hostibus suis trophæa retulisse his verbis ostēdit. *In Petra*, scilicet in Christi Domini vēturi virtute & meritis, *exaltauit caput meū super inimicos meos*. [e] Qui postea de ciuitate Dei, id est de societate bonorum, cœtibusque hominum iure catholicaque religione sociatorum loquens, [f] *Deus*, inquit, *in medio eius non commouebitur, adiuuabit eam Deus mane diluculo*. Allicit quippe fidelium virtus ad se Dei miserātis auxilium, ne eos circūstantium inimicorum furores, & aduersitatum temporalium, æternarumque tempestates obruant. *Quamdiu enim oues fuerimus*, inquit [g] sanctus Chrysostomus, (scilicet piè viuendo & rectè humiliterque ecclesiæ pastoribus obediendo) *Vincimus, etiam si mille circumstent lupi superamus & victores sumus: quod si lupi fuerimus (scilicet malè viuendo & pertinaciter pastoribus ecclesiæ reluctando) vincimur*. Tunc enim pastoris auxilium recedit, *qui non lupos sed oues pascit*. Nun-

a Psal. 138.

Deus nūquam popul. i publicis calamitatibus castigat nisi propter publica scelera & communia.

Vbi Dei adiutoriū, ibi abest omne malum.

b Rom. c. 8. v. 31.

c Iob 17.

d Deuter. 20.

e Psal. 26.

f Psal. 45.

Quamdiu boni sumus Deus custodit nos, secus deserit.

g S Chrysost. homil. 34. in Matth post initium.

A quid hinc ipse Dauid de oue factus per adulterium homicidiumque lupus rapax expertus est? Quo igitur ista tristitię eius indicia? [h] *Dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Sed quid inde? Auertisti faciem tuam à me*. Scilicet auxilium tuum, *& factus sum conturbatus*. Constantini magni virtutes inter quas pietas & religio Christiana supereminebant, salutem imperio, ecclesiæ Christi pacem, amplitudinem populorum & non mediocre incrementum gloriæ ipsiq. principi in terris cum imperio mundi, destructis triumphatisque tyrannis ecclesiæ persecutoribus, Maximino, Galerio, Maxentio atque Licinio mirabiles prosperitates, & in cælis postea felicitatis æternæ gaudia pepererunt. De qoo copiosè multa libro primo tertiæ partis dicenda sunt. Mira refert [i] Orosius de prosperi- B tatibus ecclesiæ imperioque Romano, quæ à senioris virtutibus Theodosii profluxerunt: cum hæc inter alia à nobis supra commemorata recenset. *Vniuersæ Gothorum gentes, rege defuncto (scilicet Athanarico) aspicientes virtutem benignitatemque Theodosij Romano se se dediderunt imperio: in hisque etiam diebus Persæ qui Iuliano interfecto aliisque imperatoribus sæpe victis nunc etiam Valente in fugam acto recentissimæ victoriæ satietatem cruda insultatione ructabant, vltrò Constantinopolin ad Theodosium misere legatos pacemque supplices poposcerunt, ictumque tunc fœdus est quo vniuersus Oriens vsque ad nunc tranquillissimè fruitur*.

Et quod est memoratu dignissimum & diuinæ misericordiæ singulare specimen, etiam regnantibus imperatoribus infidelibus, Romano impe- C rio Deus incrementum dedit potestatis, amplitudinis & prosperitatis per quod suæ in illo religionis ecclesiæque fines & termini fœto nouæ prolis extenderentor. Quod Melito Sardensis in Asia Episcopus Apologia pro christianis ad M. Aurelium imperatorem his præter cætera verbis expressè notauit. [k] *Domina quam nos excolimus religio, antea inter barbaros insigniter viguit: quæ cum apud gentes tuas, præclaro & eximio Augusti regno, à quo paternum duxisti genus, floreret: ipsi imperio quo tu poticis, cum primis fausto ac felici præsidio fuit. Nam ex eo tempore Romani imperii fines magna cum amplitudine & splendore dilatati sunt: cui tu non modo iam successor fortunatus es, sed etiam cum filio futurus es. Modo diuinam illam religionem tuearis, quæ simul cum Augusti regno apud vos cum incepta, tum* D *vna cum imperio enutrita accreuit &c*. Quod si Romano imperio tanta dedit Deus felicitatis temporalis incrementa, principibus etiam ethnicis tunc fasces imperii tenentibus, sed ipsius veram fidem religionemque pacificè crescere sinentibus, quanta maiora dabit imperiis & regnis Christianis verè catholicis, in quibus reges ac principes pietate christiana aliisq; virtutibus illustres ecclesiæ sanctæ monarchiā nō modo viuere sinunt, sed quoad possūt illius amplitudinē splēdorēq; dignitatis summæ procurant, atq; Christi Domini vexilla sequentes nullos pro illius fide ecclesiaque Catholica Apostolica & Romana labores quamtumuis graues subire detrectant?

Sed cum in Christiana republica atq; regno vitia dominātur, necnō populis principibusq; præsūt, labentibus atque pereuntibus virtutibus; tum

h Psal. 29. v. 8.

Felix ecclesia & Romanum imperium regnantibus Constantino & Theodosio, & aliis similium virtutum principibus propter eorum pietatem aliasque virtutes.

i Orosius l. 7. c. 34.

Virtus Theodosii victores barbaros voluntariè ipsi subditos fecit.

Etiam Deus regnantibus imperatorib. ethnicis imperio Rom. incrementum dedit potestatis & prosperitatis propter sua in eo religionis & ecclesiæ amplificationem.

k Apud Eusebium l. 4. hist. cap. 25. Anno Domini 172.

2 Pars. *Regnantibus vitiis miseriæ nascuntur. & aduenient, prosperitates vero pereunt & aufugiunt.*

Iudæos propter sua in Deum suum peccata à se victos Romani credebant.

dem um calamitates vndique irruunt, & prosperitates euentusque secundi dilabuntur. Adeò verum illud, vt etiam hæc in ethnicorum adhuc Romanorum animis penitus insederit opinio, Iudæos propter grauissima eorum in Deum suum commissa scelera à se domitos superatosque fuisse. Quod sanctus Hieronymus in Zachariam cap. 11. commentario his verbis testatus est. [a] *Legamus veteres historias & traditiones plangentium Iudæorum, quod in tabernaculo Abraha vbi nunc per singulos annos mercatus celeberrimus exercetur: Post vltimam euersionem quam sustinuerunt ab Hadriano multa millia hominum venundata sunt, & quæ vendi non potuerunt translata in Ægyptum, & tam naufragio & fame quam gentium cæde truncata. Isti vero victores & Domini vltores qui occidebant & non dolebant, vendebant pecora, atque dicebant: Benedictus Dominus, diuites facti sumus, hanc habebant sententiam. Propter peccata sua, offendêre Deum suum Iudæi: ideo eos oppressimus & ex pretio eorum diuites facti sumus.* Hæc sanctus Hieronymus qui alibi maiore luctu & mæstitia Christianorum clades à peccatis suis eductas quam Iudæorum ruinam cædesque lamentatur, Romanique imperii depressum miseriis publicis supercilium, nec non ignominiosam captiuitatem & oppressionem vrbis mundi dominæ deplorat. [b] *Nostris peccatis barbari fortes sunt: nostris vitiis Romanus superatur exercitus, & quasi non hac sufficerent cladibus, plus pene bella ciuilia quam hostilis mucro consumpsit. Miseri Israelitæ ad quorum comparationem Nabuchodonosor seruus Dei dicitur. Infelices nos qui tantum displicemus Deo vt per rabiem barbarorum illius in nos ira desæuiat.* [c] Et paulo post: *Proh pudor! Et stolida vsque ad incredulitatem mens! Romanus exercitus victor orbis & Dominus ab his vincitur: hos pauet, horum terretur aspectu, qui ingredi non valent, qui si terram tetigerint se mortuos arbitrantur. Et non intelligimus Prophetarum voces: fugient mille vno persequente! Et non amputamus causas morbi, vt morbus pariter auferatur, &c.* [d] Gildas antiquus rerum Britannicarum scriptor diræ stragis meminit, qua Britannia propter incolarum præcipue sacerdotum scelera, à Scotis & Pictis barbaris infidelibus anno Domini 446. vastata est. Quam stragem vastationemque populorum exigentibus peccatis eorum gratam acceptamque fuisse Deo constare potest, ex eo quod victores ac vastatores eorum Scotos & Pictos propter hanc peccantibus immissam ruinam Deus præmio affecerit, dono nempe fidei & conuersionis ad Christum: sicque ad eius clarissimam religionis sanctissimæ lucem ex errorum infidelitatisque tenebris emergentes ingenti beneficio remunerauerit. Vt illud planè diuinum Dei vaticinium per os [e] Oseæ prophetæ prolatum liceat de illis populis ad Christum conuersis occinere. [f] *Non plebs mea vos & vocabo non dilectam, dilectam, non misericordiam consecutam misericordiam consecutam.* Ne queri iuste possit populus Dei, non pro religione, sed pro iniquitate captiuus diabolo, premi durios afflictionibus per inimicos crucis silente ac permittente Deo: sciant peccatores terræ Deum grauius irasci Christianis peccãtibus, & fidei sanctitatem vitæ improbitate fœdantibus, quam infidelibus Deum ipsum verum nescientibus. Nec plus proficient Christiani peccatores nominis Christiani quo indignissimi sunt, sanctitatem prætexentes ac reclamantes, vt à suis liberentur infortuniis non liberati à peccatis, quam Iudæi quondam clamantes. *Templum Domini templum Domini*: audient pro responsione à Domino sicut Iudæi quondam: [g] *Nolite confidere dicentes templum Domini, si benedixeritis vias vestras habitabo vobiscum. Secus relinquam vos miseros.* [h] Quia non propter locum gentem, sed propter gentem locũ elegit Deus. Funestissimo omnibus de nomine & templo Dei malè viuendo iniustè gloriantibus exemplo [i] Nicæna ciuitas esse poterit, cõcilio primo œcumenico 318. Episcoporum corona celeberrimo maximè quondam honorificata, in qua catholica fides de Christi diuinitate contra scelestissimum Satanæ satellitem ac ministrum Arium conscripta atque confirmata fuit. Quæ quia Arianorum venena suis inclusa visceribus postea fouit, eaque in aliorum contagionem mentium suorum criminum corruptione grauiter exhalando prouexit: vltrice ira Dei, terribili terræ motu tota deturbata corruit, vt [k] sanctus Gregorius Nazianzenus & [l] Socrates scriptis suis memoriæ prodiderunt: sicut supra meminimus, vt vnusquisque mentis capacior altæ, quæ verè sapientis est, illud agnoscat. [m] *Nationis iniqua diræ sunt consummationes.* Sed diriores si gens hæc iniqua moribus, & fidei erroribus absorpta, de sanctissimo Christiani nomine, quod illi per sacrum Deus baptisma donauit in medio scelerum suorum impudenter audeat gloriari. Diluuium quippe criminum in regeneratis populis sed ingratissimis, nimirum Dei beneficiorum oblitis, calamitatum diluuium secum trahit & adducit. Nolite errare, neue vos peccatores diuinæ misericordiæ spe pascatis inani, dicentem audite sapientem. [n] *Misericordia & ira est cum Deo: secundum iram Dei* [o] *non effugiet in rapina peccator: & omnis misericordia faciet locum vnicuique secundum meritum operum suorum.* Propter corruptos mores Christianorum, & propter Christianæ vitæ virtutum exilia, trophæaque vitiorum in illis cuiusque sexus conditionis & gradus Christianis, sub Philippo primo Christianorum Imperatorum, Deum ad vltionem istorum Christianorum, crudelissimam à Decio excitatam cõtra Christianæ fidei professores, ecclesiæque sanctissimæ viscera persecutionem permisisse S. Cyprianus copiosa narratione commemorat. [p] Vt cum inter alia sic lapsos affatur: *Si cladis causa cognoscitur, & medela vulneris inuenitur. Dominus probari familiam suam voluit: & quia traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa corruperat, iacentem fidem & pene dixerim dormientem censura cælestis erexit: Cumque nos peccatis nostris amplius pati mereremur, clementissimus Dominus sic cuncta moderatus est; vt hoc omne quod gestum est, exploratio potius, quam persecutio videretur.*

Post hæc singulorum cuiusque conditionis & sortis corruptiones in suis à cultu diuino alienis cupiditatibus describens, ita persequitur. [q] *Studebant augendo patrimonia singuli & obliti, quid credentes aut sub Apostolis ita fecissent, aut semper facere deberent, insatiabili cu-*

Marginal notes:

[a] S. Hieron. in Zachar. c. 11.

Christiani propter vitia sua vincuntur à barbaris Gothis.

[b] S. Hierony. epist. 3.

Deus magis irascitur peccantibus Christianis quam infidelibus.

[c] Hier. ibid.

[d] *Gildas de excidio Britannorum destitutorum à Deo propter peccata eorũ.*

[e] Cap. 2. Oseæ.

[f] Rom. 9.

Perseuerante populi Christiani peccato flagella Dei perseuerant.

[g] Hier. c. 7.

[h] S. Luc. c. 5. v. 13.

[i] 2. Machab. c. 5.

Nicæna ciuitas venenis infecta Arianorum terræ motu collapsa.

[k] S. Gregor. Nazian. oratione de funere fratris Cæsarii.

[l] Socrates l. 4. c. 16.

[m] Sap. c. 5.

[n] Ecclesi. c. 16 v. 12. 13.

[o] Ecclesi. 16. v. 14.

Propter corruptos Christianorum mores Deus contra ecclesiam suam crudelissimam Decii imperatoris persecutionem permisit.

[p] S. Cypr. l. de lapsis. No. hæc.

Omnes quærebant quæ sua erant non quæ Iesu Christi.

[q] S. Cypri. ib.

Singulorum cuiusque sortis corruptiones descriptæ.

pidiratis ardore amplhandis facultatibus incubabant. Non in sacerdotibus religio deuota, non in ministris fides integra, non in operibus misericordia, non in moribus disciplina, corrupta barba in viris, in fœminis forma fucata, adulterati post Dei manus oculi, capilli mendacio colorati, ad decipienda corda simplicium callida fraudes circumueniendis fratribus subdola voluntates, iungere cum infidelibus vinculum matrimonij, prostituere gentilibus membra Christi: non iurare tantum temere, sed & adhuc etiam peierare, præpositos superbo tumore contemnere, venenato sibi ore maledicere, odiis pertinaciter inuicem dissidere. Post hæc & alia plurima de deprauatis ecclesiasticorum moribus deque pastoribus in cute curanda marsupiisque auro & argento replendis plus æquo operantibus, rerum ad ouium suarum salutem spectantium minimè satagentibus, hanc subiunxit patheticè conclusionem: [a] *Quid non perpeti tales pro peccatis eiusmodi meremur. Cum iam pridem præmonuerit ac dixerit censura diuina.* [b] *Si dereliquerint legem meam & in iudiciis meis non ambulauerint: si iustitias meas profanauerint & præcepta mea non obseruauerint. Visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum.* Post diuinam exprimit misericordiam in præmonendo peccatores, vt pœnitendo fugerent à facie arcus diuinæ vindictæ: quam insensati peccatores non degustauerunt, nec præ cæcitate sua ab errorum tenebris educta minimè percipere potuerunt, hæc dicens. [c] *Prænuntiata sunt ista nobis & ante prædicta: sed nos data legis & obseruationis immemores, id egimus per nostra peccata vt dum Domini mandata contempsimus, ad correctionem delicti & probationem fidei* [d] *remediis seuerioribus veniremus.* Hæc sanctissimus Doctor & Martyr indignationis diuinæ, grauissimæque calamitatum publicarum tempestatis ad viuum causas aperiens. Quem secutus longa post tempora Sanctus [e] Gregorius miserias ærumnasque grauissimas, quibus sua ætate à crudelissima immanissimorum Dei hostium Longobardorum inundatione prorumpentibus, Ecclesia, Romana ciuitas, totaque Italia propter malorum scelera Christianorum vehementissimè conflictabantur, amarissimè fleuit. Vt cum ita coram populo grege suo lachrymando concionabatur: *Quid est iam rogo quod in hoc mundo libeat? Vbique luctus aspicimus, vbique gemitus audimus, destructæ vrbes, euersa sunt castra, depopulati agri, in solitudinem terra redacta est. Nullus in agris incola, pene nullus vrbibus habitator remansit: Et tamen parua generis humani reliquia adhuc quotidie & sine cessatione feriuntur, & finem non habent flagella cælestis iustitiæ, quia nec inter flagella correctæ sunt actionis culpæ.* Post peccatorum effectus scilicet ruinas populorum varias ita persequitur. *Alios in captiuitatem duci, alios detruncari, alios interfici videmus. Quid est ergo quod in hac vita libeat, fratres mei? Si & talem adhuc mundum diligimus, non iam gaudia sed vulnera amamus.*

Attilas Hunnorum Barbarorum ductor exercitus nunquam suos eorumque Barbarorum furores in orientales oras ad vastationem imperii orientalis immittere valuisset, nisi eum cum armata manu orientales suis peccatis ad se vocauissent. De cuius aduentu sæuo crudelique admodum Dei in illius partibus ecclesiæ functo [f] Theodoretus expostulans lugubre talibus ingemuit. *Sacerdotes nobis quidem consueta spiritualia attulit dona, tamen amari peccati fructus, illis frui cum lætitia non permiserunt. Hæc enim illorum germina & ab initio tribulos, spinas & sudores, & labores, & dolores germinarunt. Nunc vero etiam & terram ipsam aduersus nos concutit: Per terramotus & Barbarorum turbas vndique aduersus concitat. Nos vero lugemus quoniam dum Deus bona largiri nobis cupit, contraria facere illum cogimus & pœnas infligere. Consolamur nihilominus dum eius misericordiæ abyssum in memoriam reuocamus & credimus, quoniam non abiiciet Dominus populum suum, & hæreditatem suam non derelinquet.*

Ergo vt omnia prospera ex voto ad principes & populos fidei Christianæ participes affluunt & aduolant, dum virtus atque religio sincera, imperii in quo illi degunt, clauum habenasque moderantur: vt in prima huius capitis parte perspicuè & euidenter ostensum est. Sic contra funesta omnia atque misera statum remquepublicam eorum principum & populorum cum maximo ecclesiæ mœrore ruinaque exitialiter adoriuntur, in quibus impietates atque scelera dominantur. Quod in vtraque fortuna fausta & calamitosa plerique imperatores ac principes experti testari possunt, vt Iustinianus senior & Heraclius. Quorum ille de tribus mundi partibus, subactis ferocissimis hostibus Persis, Vuandalis, Gothis gloriose, feliciterque triumphauit, multisque annis in magna pace felicitateque, cum populis in orientali vixit imperio: quamdiu virtutibus eximiis, iustitia, pietate, religione, aliisque Christiano imperatore dignis illustris Romano pastori sedique Apostolicæ obedientiam obsequiumque filiale præstitit. [g] Vt Euagrius [h] Theophanes [i] Cedrenus [k] Corippo huius temporis poeta in carmine de laudibus Iustiniani [l] Nicephor. veris historiis memoriæ prodiderũt. ab illis recedens virtutibus, plus iusto nimiumque multa imperiali potestate de sua capacitate, auctoritate sibi male persuadens, dum rebus sacris ecclesiæque reseruatis leges imponere, imperare ausu superbo præsumit, attollens se supra ecclesiæ Dei eiusque vicarii statuta & imperia, hæretica Eutychetis impietate fœdatus, turbatis terroque sublapsis imperii sui rebus, repentina morte ab vsura lucis huius abreptus, vindicta Dei super eum vigilante vitam misere finiuit inglorius, temporali vita cedens ad inferna præcipitatur. Propter scelera multa, rebelliones præcipuè, quas in Romanum Pontificem ecclesiamque catholicam excitauerat, omnia in religione fideque Christi tumultibus discordiisque permiscendo demens excitauerat: vt [m] Euagrius scribit his verbis. *Iustinianus igitur cum omnia omnino turba & tumultu complexisset, mercedemque his debitam in extremo vitæ suæ tempore reportasset ad supplicia iusto Dei iudicio apud inferos luenda profectus est.* Similem variantis aleã fortunæ sortemq; bonã & malã pro diuersitate vitæ modo vultũ ad virtutes ad vi-

Marginal notes (left column):

[a] S. Ciprian. ibi supra.
[b] Psal. 88.
[c] S. Cypr. ibi.
[d] Scilicet crudelissima sub Decio persecutione.
Perseuerant calamitates vehementius crescentibus populorum peccatis enormibus.
[e] S. Gregor. hom. 15. in Ezechiel.
No. Propositiones miseriarum multitudine ad contemptũ mundi inuitat S. Gregorius.
Attilas flagellum Dei vulgo dictum in oriente ad destructionem

Marginal notes (right column):

imperii propter peccata orientalium grassatus cum manu armata permissus est à Deo.
[f] Theodor. ep. 41. ad Salustianum.
No. In vastatione regnorum propter peccata boni spe futura redemptionis à miseriis in Dei misericordia consolantur.
3 Pars.
Reges ac principes beati dũ virtutibus insignes ecclesiæ pastorique sunt obedientes, contra vero miseri dum parere detrectant exemplo duorum imperatorum Iustiniani & Heraclii.
[g] Euagr. l. 4. c. 40.
[h] Teopha. in Miscella.
[i] Cedren. in Iustin.
[k] Corippo de Sam. Iustin.
[l] Nicephor. l. 17. c. 31.
[m] Euagr. l. 5. cap. 1.
Iustinianus senior propter scelera quibus vita nouissima denigrauit ad inferos præcipitatus.
De bona & mala Heraclii Imper. vita sorte.

tia modo cõuertẽs Heraclius imperator expertus est. Bonam, quamdiu deuotus & obsequens ecclesiæ patrique catholicorum sanctissimo, Christianæ religionis veritatem sanctitatemque pluribus aliis tinctus virtutibus corde & opere coluit atque veneratus est. Inde victoriæ illi contra Persas miraculosæ cessere: malam vero ac funestam vitæ sortem veræ priuatus fidei sensu persensit.[a] Cum tot Dei oblitus beneficiorum ecclesiæ sanctæ iussis præceptisque reluctans, hæreticæ contagionis veneno contaminatus, Monothelita factus, multis consumptus ærumnosæ vitæ morbis & augustiis, animam tandem miserabili exitu longe à salore sua fugiens efflando perdidit. Relinquens de se quasi in tabula egregiè effigiatum exemplar, quanto principes Deo ecclesiæque per obsequium filiale piumque firmiter inhærentes, potestatis felicitatisque cumulo cum subditis sibi populis gloriosi perfruantur. Quanto autem recedentes ab eo eiusque sponsa sanctissima catholicorum parente, seque illius obsequio per rebellionem superbiamque substrahentes infames & inualidi, variarum calamitatum ærumnarumque turbine conterantur. In pari prosperitatis & infortunii sorte Christiani in terra sãcta cõtra Sarracenos pro fide catholica, sedeque Apostolica dimicantes versati sunt, qui quamdiu cum recta fide bonorum operum fœdera copularunt: atque ecclesiæ sanctæ thronoque Apostolico in omnibus obedientia pura procumbentes non minus virtutibus armati quam ferro cõtra hos barbaros Christiani nominis hostes infensissimos sub crucis vexillo pugnauerunt: tamdiu memorabiles de illis triomphos victoriasque reportarunt. At cum Deo displicentes & eius vicarii ecclesiasticæ dominationi præfecti pia iussa & monita, surda aure prætergressi, ad eaque conniuendo dissimulantes virtutibus vacui, in carnis suæ debili robore spem victoriarum expeditionumque suarum, non in virtute Dei collocantes per medios scelerum tumultus confusaque dissolutionum cum oppressione disciplinæ artisque militaris agmina grassari cœperunt: illico maximis vndique circumdati malis & angustiis Deo pro barbaris contra eos eorumque flagitia pugnante non minus miserè quam ignominiosè ab incepto prosperitatum victoriarumque cursu repulsi in funestos persæpe tragicosque vitæ fines exitusque proiecti perierunt. Cuius varietatis memorabili præter alia,[b] Tyrius Episcopus exemplo fidem facit, cum de repulsis diuinitus ab obsidione Damasci Christianis, propter præsumptionem superbiamque eorum ita loquitur. *Igitur octauo idus Decembris anno ab incarnatione Domini 1130. Regni Domini Balduini duodecimo accidit hoc,* (scilicet cum Deus è nubibus contra Christianos in brachio virtutis suæ confidentes, nebulis, imbribus, tonitruis, ventis, stans à partibus Sarracenorum propter Christianorum scelera pugnauit.) *In eodem ferè loco, vbi quadriennio prius insignem & cunctis memorabilem de iisdem hostibus idem obtinuerant palmam. Mirabile est & verè mirabile supra opiniones hominum, quod de sua virtute præsumentes humilias, æterne saluator, & qui in homine confidunt & carnem ponunt brachium suum, iaculo tua maledictionis meritis exigentibus confodis.* Hæc Tyrius. Vt considerantes ista principes ac populi in catholicæ, Apostolicæ & Romanæ ecclesiæ sinu velut in salutari meritorioque circo vitæ temporalia spatia decurrentes, cum docilitate & salutis affectu, vt effectu compleant, audire debeant illud Christi Domini:[c] *Primum quærite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis:* Secus[d] *Nisi pænitentiam egeritis omnes simul peribitis.*

Christiani bene viuendo in terra sancta pugnantes victores semper, male vero victi fuere.

[a] Theophao in Miscellaneis an. 641.

[b] Tyrius Archiepiscop l. 13. c. 26 de bello sacro.

[c] S. Matth. c. 6 v. 33.

[d] Lucæ c. 13 v. 3.

CAPVT VIII.

Peccata in imperio Christiano miserias, virtutes prosperitates causantur: hinc passio diuersa ecclesiæ, mæror & gaudium.

1. *Nulla afflictio calamitasue publica regna aliasue Christiana religionis societates potest attingere, nisi prius peccata eas infecerint.*
2. *Contrà temporalis prosperitas, virtutes principum & populorum sequitur & comitatur.*
3. *Hinc luctus & exultatio ecclesiæ, ille ex iniquitatibus malorum quos per baptismum regenerauit Christo D. filiorum, hæc vero à virtutibus bonorum catholicorum, à quibus eorum prosperitates.*



QVANTAS habeant vires Christianæ virtutes ad benè beateque viuendum, & vitia ad miseriarum ærumnarumque cumulos, caput superius manifestauit. Ex quo patet atque velut ex euidente demonstratione conclusio hæc verissima educitur, nimirum statum populorum ac principum calamitatibus nunquam posse publicis atteri & opprimi, nisi prius vitiorum scelerumque lues atque contagio partes eius status nobiliores atque præcipuas à quibus cæteræ dependent, mortifera plaga peruaserit: atque nunquam principes cum populis in republica iore religioneque Christiana sociatos rebus destitui prosperis, quos virtutes fidei morumque eximiæ perpetuo comitãtur. Cùm scriptum sit.[e] *Iustitia eleuat gentem (quæ in se virtutes omnes etiã philosopho teste complectitur)*[f] *miseros autem facit populos peccatum.* Et vt ait S.[g] Gregorius ad Brunechildem reginam Francorum: *tunc prosperè regnum stabiliri creditur cum culpa quæ cognoscitur citiùs emendatur.* Et in locum vitii destructi virtus pietasque subrogantur. Quod egregiè D. Augustinus Iudæorum exemplo confirmat, quibus enormia multa horribiliaque crimina contra Deum & Christum eius (quem actum in crucem crudelissimè & ignominiosissimè necauerunt) calamitates extremas stupendasque pepererunt, fore beatis, si non peccauissent.[h] *Ab vno vero Deo multo felicius Iudæi,* scilicet bona, *quàm Romani à falsis acceperunt. Et si non in eum peccauissent impia curiositate, tanquam magicis artibus seducti ad alienos Deos & idola defluendo, &*

Virtus beatos in vita Christiana religionis sicut vitia miseros etiam in hac vita facit.

[e] Prouerb. c. 14 v. 34.

[f] Arist. ethic. 5.

[g] S. Gregor. l. 9. ep. 64 indict. 4. in principio.

Iudæi in regno suo semper beati mansissent, si in Deum & Christum eius non peccauissent.

[h] S. Aug. l. 4. de ciuitate c. vlt. in f.

A *postremo Christum occidendo, in eodem regno & si non in spatiosiore, tamen feliciore mansissent. Et nunc* (scilicet vltione Dei propter eorum peccata nefandissima perseuerante) *quod per omnes fere terras gentesque dispersi sunt illius vnius veri Dei prouidentia est, vt quod deorum falsorum vsquequaque simulachra, aræ, luci, templa euertuntur, & sacrificia prohibentur, de codicibus eorum probetur, quemadmodum hoc fuerit tantò ante prophetatum, ne fortè cum legeretur in nostris à nobis putaretur esse confictum.*[a] Hæc S. Augustinus quàm huius assertionis nostræ veritati matris S. ecclesiæ oratio hæc ad Deum maximè suffragatur. *Tuere Domine populum tuum & ab omnibus peccatis clementer emunda, quia si nulla nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas.* Adeo magnum & exitiale peccati robur est ad ærumnas afflictionumque turbines, quibus peccantium populorum principumque B capita confringuntur! Vt à tempore peccati, quod inuidia diaboli & primorum parentum præuaricatio introduxit in orbem, nullam in hac vita voluptatem honestam, rectamque secundum iura naturæ ex omni parte solidam extitisse S. Basilius hac præclara verborum serie demonstrans asseruerit.[b] *Rosa quidem à principio cum à Deo creata est, spinis carebat, postea vero pulchritudini floris adiunctæ sunt spinæ, quo voluptatis oblectamento nos inde capiendæ, propinquo afficiamur dolore, recordatione delicti, causa cuius factum est, vt tribulos tellus & spinas nobis adferret.* Et in sermone de paradiso, eleganti rerum variarum in antithesi inter se libratarum inductione simile comprobat:[c] *Rosa sic spinis est coniuncta, externa gratia molestiam obtegens, nos aperta voce contestans & dicens quæ* C *iucunda sunt vobis homines, tristibus permixta sunt. Nam verè in humanis bonis comparatum est, vt nullum eorum sincerum sit, sed confestim lætitiæ & hilaritati conglutinetur mæstitia, coniugio viduitas, puerorum educationi cura & solicitudo, fæcunditati abortus, vitæ splendori ignominia, prosperis successibus dispendia, Delitiis fastidium, sanitati infirmitas: florida quidem est rosa, sed mihi tristitiam infligit. Nam quotiescumque florem hunc video peccati mei admoneor. Propter quod vt spinas & tribulos proferat, cōdēnata est.* Huius permixtionis sinistrarum nociuarumque rerū cū salutiferis originem fontemque non satis Darius ipse Persarum Rex attendere atque dignoscere videbatur: cum illam non sceleri generis humani, sed solum fragilitati naturæ humanæ atque inconstanti præsentis mūdi mutationi ferebat acceptā. Quādo castrametatis copiis aduersus Alexandri exercitus, suos ad D præliandum generosè cohortando hæc inter alia dicebat.[d] *Præterea breues & mutabiles vices rerum sunt, Et fortuna nunquam simpliciter indulget: forsitan ita dii fata ordinarunt, vt Persarum imperium quod secundo cursu per 230. annos ad summum fastigium euexerant, magno motu concuterent, magis quam affligerent, admonerentque nos fragilitatis humanæ, cuius nimia in prosperis rebus oblitio est, modo Græcis vltro bellum inferebamus, nunc in sedibus nostris propulsamus illatum: iactamur inuicem varietate fortunæ.* At nos Christiani multò cum melius ethnico principe cum sapiente philosophamur, veriúsque de iudiciorum Dei causa, cum eodem dicente sentimus.[e] *Regnum agente in gentem transfertur propter iniustitias & iniurias & diuersos dolos*, Pro-

a Oratio Ecclesiæ ad Deum.

A tempore quo peccatum intrauit in orbem nulla solida ex omni parte voluptas ac prosperitas.

b S. Basil. hō. 5. l. hexamer.

c S. Basil. ser. de paradiso.

Malo Darius malorum permixtione cum bonis varietati fortunæ non sceleri hominum attribuebat.

d Darii ad milites exhortatio apud Quintum Curtium l. 4.

Publicæ calamitates semper à peccatis populorum & principum

e Ecclesiast. cap. 10.

A pter quos alius docebat Propheta.[f] *Ecce oculi Domini super regnum peccans & conteram illud à facie terræ.* Vnde Hieremias futuram Hierusalem ciuitatis exterminationem deplorans, eius desolationis ruinæque causam in illius enormia peccata deriuabat, hæc dicens. *Peccatum peccauit Hierusalem, ideo instabilis facta est*, &c.[g] Nec ante scelera populorum, aduersitates in eorum sedibus radices agere possunt, quæ in peccatorum vindictam Dei flagella esse dicuntur quibus pellendis arcendisque sola pœnitentia vitæque correctio sufficere potest. Ad quam propterea furentibus persecutionum calamitatumque publicarum tempestatibus sic sanctus Cyprianus à sua pro Christo relegatus ecclesia, suos clerum & populum greges hortabatur. *Admoneo religiosam solicitudinem vestram,* B *vt ad placandum atque exorandum Dominum non voce sola sed ieiuniis & lachrymis & omni genere deprecationis ingemiscamus. Intelligendum est enim & confitendum pressuræ istius tam turbidam vastitatem, quæ gregem nostrum maxima ex parte populata est, & adhuc vsque populatur, secundum peccata nostra venisse: dum viam Domini non tenemus, nec data nobis ad salutem celestia mandata seruamus*, &c.[h] *Docemur enim*, (aiebat Iustinianus senior antequam defecisset à prioribus virtutibus, & à fide Christi naufragauisset) *à diuinis scripturis quia ex huiusmodi impiis actibus* (de quibus paulo ante meminerat) *& ciuitates cum hominibus pariter pereunt.* Vt causa querendi de miseriis ærumnisque, apud Deum peccatoribus iusta subesse nulla possit, cum eorum flagitiis tales miseriæ iusto C Dei iudicio debeantur. Dicente sancto Augustino,[i] *Quoties fratres charissimi, aliquæ aduersitates veniunt, quoties aut hostilitas, aut siccitas, aut mortalitas iusto Dei iudicio nobis fuerit irrogata, non eius iniustitiæ, sed nostris hoc peccatis imputare debemus. Quia sicut dicit Apostolus non iniquus est Deus,*[k] *qui infert iram.* Quod nimium verè claréque exemplo populorum, religione Christianorum, sed prauis motibus ac sceleribus tunc religionis ac fidei suæ puritatem sordidantium confirmari potest, vt Hispanorum, qui propter inueteratas peccandi insanias, per easque à sancta sede defectiones rebelles, à barbaris immanibusque Christianæ religionis hostibus Sarracenis victi superatique multo cum sanguine defecêre, vt Tudensis eorum annalium scriptor his verbis breuiter D memoriæ mandauit:[l] *Recesserunt manus Domini ab Hispania ob inueteratam regum malitiam* (etiam populorum iuxta illud.) *Regis ad exemplar totus componitur orbis, ne in tempore huius ruinæ* (scilicet factæ à Sarracenis ex Africa in Hispaniam irruentibus, *eam protegeret.* Sed quos quondam corruptiones vitæ, atque ab Apostolica sede defectio & auersio crudelibus Christi hostibus Sarracenis domitos superatosque subiugauit, postea puritas fidei, obseruantiæ, iustitiæ, pietatis, obsequiumque sincerum Catholicæ Ecclesiæ, Apostolicæ sedi, pastoriq; œcumenico, cum magna deuotione præstitum, non modo à dirorum barbarorū feritate amentiaque vindicarunt, sed etiam miseratione diuina plus illorum affulgente conatibus, eorum religiosam dominationem principatumque in

f Amos c. 9. v. 8.

g Thren. c. 1.

Sola correctio vitæ & pænitentia malis publicis mederi potest.

g Cypria. ep. 4. l. 4 quæ est 8 ordine to. 1 23. c. 1 in principio.

h Iustin. nouella 77.

i S Aug ser. de tempore 111. in principio to. 10.

k Rom 3.

l Tudensis in hist Hispanorum anno Domini 719.

Tempore Roderici regis Hispaniæ, Hispani victi capti & minus sedi Apostolicæ obedientes victi a barbaris & facti vero catholici filii hodie multos Barbaros iudaeos ad eorum salutem suamque gloriam sue ditioni subiugarunt.

A exteras gentes immanitate barbaras locis infinitas ad ipsorum salutem conuersionemque, ad Dei fidem gloriosè, meritoriè, feliciterque propagarunt. Neque vt parcā Gallis nostris veritatem dissimulabo. Quorum peccata & deprauationes vitæ, regnante Carolo Caluo multiplices, easque grauissimas clades miseriasque in Galliarum orbem crudeliter aduexerunt. Vt Northmānorum irruptiones crudelitatesque ab illis contra Galliarum incolas multis in locis excitatas: quas Lupus [a] Abbas Ferrariensis epistola ad Guenilonem siue Vuenilonem Archiepiscopum Senonensem lugubri narratione deplorabat. Has clades miseriasque à peccatis Gallorum cuiusque conditionis & sortis exortas, in Galliæ regnum redundasse constat, ex Concilio [b] Meldensi tunc temporis habito. In quo patres miseras funestasq; clades à populorum nefariis corruptisque factis profectas luctu deplorabili lamentantur: & quod cū aliàs sæpè conuenissent in vnum, numquam secuta morum correctio fuerit, & quod expedire videretur sedes Apostolica cum aliis Christiani orbis ecclesiis numquam perficere potuerit. *Grassante iniquitate* (dicebant lugendo patres) *atque elongante se optata atque optabili pace, non solum à medio nostri, verum quod est lugubrius, à finibus nostris perspicientes etiam diuinam misericordiam, quæ potissimum in tribulatione suis fidelibus consueuerat semper adesse, tot miserorum gemitus tātasque lachrimas & pene intolerabiles, & in hac regni duntaxat parte inauditas afflictiones, & horribiles calamitates, surda (vt dici fas est) aure iusto iudicio præterire,* &c.

Calamitates Gallorum à peccatis suis regnante Carolo Caluo.

a Lupus Abbas Ferrias. ep. ad Vuenilonem Archiepiscopum Senonensem epist. 31.

b Concilium Meldens. to 3 Concil. edi. Venetana. anno 845.

Talis conditio publicorum criminū, communitatem societatemq; ciuilem sua lue contaminantium, vt sine ruina publica in populorum cordibus minimè grassentur. Vnde corruptæ Reipub. dicendum quod quondam Israelitico Deus [c] populo dixit. *Perditio tua ex te Israel.* Et illud S. [d] Chrysost. *Nemo læditur nisi à se ipso.* Sed in regna resque Christianorū populorum publicas benè munitas virtutibus, malorum sinistrorūq; casuum procellæ atq; turbines irrumpere non possunt: quia vitia à quibus omnes miseriæ calamitatesq; publicæ tanquam à primo fonte redundant, in sacram virtutum societatem coire non audent nec possunt, sed clarissimas illas virtutes, prospera omnia etiam in medio periculorum pereuntibus malis, honorifico comitatu sequi solent, auxilio Dei super custodiam salutis bonorum vigilante. Quod S. Gregor. Naziāz. exēplo fratris miraculosè à ruina Nicænæ ciuitatis, in qua erat, cū terræmotu concuteretur, liberati valde potenter illustrat. [e] *Cum Nicææ, terræ motus ex omni hominum memoria maximus accidisset, totamque ferme regionem solo æquasset, atque omnes propemodum ciues cū vrbis elegantia deleuisset: solus ex omnibus clari nominis viris: aut cum admodum paucis ex hoc periculo saluus & incolumis innadit, idque modo vix credibili, ipsa ruina protectus, ac exiguas quasdam periculi notas referens.* Sed licet quandoque particulares iustos virtutibus maximis illustres ad maiorem eorum gloriam in cælo pro præmio virtutum quandoque Deus cum malis temporalitee perire patiatur, tamen nunquam ciuitates vniuersas ac societates publicas Christianorū, virtutū, fidei, & morum splendore vndique fulgentes publicis calamitatibus succumbere permittit. Cū

c Oseæ cap. 13 v. 9

d S. Chrysost. 2. Part.

Virtutes populorum & principum ab eorum statu aduersitates arcent prosperitatibus per eos cumulato

Deus fideles suos, etiam in medio ruinarum ob omni periculo seruat incolumes.

e S. Gregor. Nazianz. oratione in funere Cæsarii fratris to. 1.

Nunquam vniuersum ciuitatis populum sine suo scelere Deus destruit.

A solū vitia sceleraq; populorū cordibus & operibus inhærentia horrore suæ turpitudinis coram Dei oculis, has publicas ærūnas vastationesq; ciuitatū & regionum Deo volente causari soleant. Qui terrenas prosperitates à calamitatibus aduersisque casibus liberas, populis in ciuitate regnoq; bene viuentibus suaque piè iussa facientibus pro centuplo in hac vita largiri & impertiri dignatur; vt hæc S. Augustini verba clarissimè designant. [f] *Itaque vt cognoscerentur etiam illa terrena bona, quibus inhiant, qui meliora cogitare non possunt, in ipsius vnius Dei esse posita potestate, non in multorum falsorum quos colendos antea Romani crediderunt, populū suum in Ægypto de paucissimis multiplicauit, & eum inde signis mirabilibus liberauit.* Et post multorum enumerationem temporaliū bonorū, vno verbo multa perstringens sic concludit. [g] *Et prorsus omnia pro quibus tanta falsorum deorum turba Romani* B *supplicandum putauerunt, ab vno vero Deo multo feliciùs acceperunt.* Scilicet quamdiu in mādatorū illius obseruatione deuota perstiterunt: à quibus deficientes proterui rebellesque rebus orbati prosperis, in ærumnarum abyssos collapsi funestissima sorte perierunt: vt eodem in loco iste sanctus continenter infert: *Secundum hac promissa minasque Dei per Esaiam prophetam,* [h] *si volueritis & audieritis me bona terræ comedetis. Quod si nolueritis & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit vos.* Et Dominus in Euangelio: *Si verba mea in vobis manserint quodcumque volueritis petetis & fiet vobis.* Quę maior votorum effectu prosperitas in hac vita dari potest? Iudæis vero modū peccandi facere nolentibus, alibi dicebat. [i] *Putatis quod hi Galilæi* (quorum scilicet sanguinem cum sacrificiis eorum [k] Pilatus miscuerat) *præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia tali passi* C *sunt* (scilicet à Pilato.) *Non dico vobis sed si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis.* [l] Sicut illi decem & octo supra quos cecidit turris in Siloe & occidit eos: *Putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes habitantes,* in Hierusalem? *Nō, dico vobis: sed si pœnitentiā* [m] *non habueritis, omnes similiter peribitis.* In quæ verba profunda meditatione, D. [n] Augustinus obsidionem suæ ciuitatis durissimam à crudelissimis Vuandalis post innumerabiles Africanorum neces trucidationesque lugens, mentis suæ cogitationes sensusque reflectēs Hypponēses suos plus lachrimis gemitibusque quam verbis & eloquiis hortando dicebat. *Nos vero fratres charissimi, quibus Dominus non pro nostris meritis parcere, sed adhuc ad pœnitentiam reseruare dignatur, non sine grandi timore debemus considerare quod hæc omnibus nobis præbeātur exempla.* Scilicet tot Africæ populorum cruento Vuanda- D lici furoris gladio trucidatorū, *& ideo illorū mors proficiat ad nostrā salutē, eorū tribulatio nostra sit correctio, de aliorū plagis faciamus medicamēta vulneribus nostris, & sēper timeamus. Quod Dominus in euāgelio dixit, putatis quod sint Galilæi præ omnibus peccatores, quoniā talia passi sunt &c.* Hos ideo ad conuersionē vitæ, eiurationē criminū, virtutūq; Christianarū studia, vt extinctis tot aduersitatibus per earū virtutū amplexus, ad eos prosperitatis pacisque publicæ solatia redirent, ardenti charitatis æstu talibus incendit & inflammat. [o] *Et ideo qui solebat esse luxuriosus sit castus, qui superbus, sit humilis, qui erat inimicus sit benignus, qui per fraudem vel calumniam solebat res alienas rapere, incipiat de*

f D. August. l. 4 c. vltimo de ciuitate in principio.

g S. August. ibi circa finem.

h Esaię c. 1, v. 20.

i S. Luc. 8. v. 1.

k S. Lucæ c. 13. v. 2.

l S. Lucæ 13. v. 2.

m Ibid. v. 4.

n Id est non egestia.

S. August. ser. 3. de tempore.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum.

o S. August. ibid.

suis largiores eleemosynas dare. Et in fine huius sermonis. *Vos vero fratres, nobiscum sapienter & fideliter cogitantes, dirumpatis à ceruicibus vestris durum & asperū auaritiæ iugum, & iugum Christi suauissimum vestris humeris imponite, secundum Apostolum, conuersionem vestram leuantes in cælum: vt cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum ipso appareatis in gloria.* [a] Quam expectantes iusti dum in virtutum exercitiis occupantur, vt perfectiùs ipsi Christo Domino famulentur: Ab ipso magnis cumulati benedictionibus, atque prosperitatibus sæpius in hac vita magnopere recreantur. Tales sunt virtutum Christianarum in medio nationis iustę fructus, etiam in hoc mundo eos misericordia Dei pro centuplo præstante. Non sic impij, non sic, quos operationes iniustæ nefariæque bonis temporalibus sępissimè & ęternis semper spoliant: contrariis vero malis, infortuniis, afflictionibusque grauissimis, in vtraque vita sine vlla gementes consolatione consternunt & opprimunt: vt idem doctorum maximus in eodem sermone, verbis illis elegantissimis magnæ sapientiæ deuotionique subiectis illustrauit. [b] *Quoties aliqua tribulatio in mundum venerit, qui boni sunt velut sancta vasa gratias agunt Deo qui eos castigare dignatur* (vt postea scilicet sicut [c] Iob prophetæ) *reddat illis duplicia Deus: illi vero qui sūt superbi, luxuriosi, cupidi, blasphemant & murmurant cōtra Deum dicentes, ô Deus quid tanti mali fecimus, vt talia patiamur? vnde sæpe fit vt infelices isti amore huius vitæ obligati, nec istam tenere possint, & illam sempiternam, de qua fugiet dolor & gemitus, amittant: & quod peius est, nec ista mala præsentia possunt euadere, & ad illa quæ æterna mala sunt, eorum crimina eos faciant peruenire.* Hæc maximus doctorum magister. Tantum virtus regnet in nobis, fides in mente, charitas in corde, obędientia Deo eius ministris atque pastoribus in Ecclesia sua, vitium contumaciæ moriatur, rebellionis vires elidantur! Calamitas omnis perit, robur aduersitatum deficit, hostis quicumque quantumuis fortis & ferox vincitur, campo cedit, & sua destitutus armorum fortitudine languescit. *Ciuitati etiam non nisi propter ciuium peccata infertur excidium,* [d] dicebat S. Ambrosius Mediolanensi populo vrbe cedenti, & à furore Maximi tyranni fugienti, *Desine ergo peccare & Ciuitas non peribit. Quid fugis Patriam? si vis saluus esse: tua potius peccata subterfuge. Si tu peccare desieris victus est inimicus.* Hoc quid est dicere! nisi ex firmo ducto à contrariis argumento, si bene viuere opere catholicarum virtutum Deo placere præpositis Ecclesiæ, Reique publicæ secundum Dei iussa parere volueris, prosperitatibus affluens, de miseriarum temporalium ęternarumque furore triumphabis. Hoc erat quod Germanis clericis & laicis, communionis catholicæ [e] Gregorius septimus Epistola ad eos his verbis inculcare nitebatur. *Quoniam nihil in terra sine causa fit (sicut sapientis verba testantur) quod dudum sancta Ecclesia fluctuum procellarumque mole concutitur, quodque tyrannicæ persecutionis hactenus rabiem patitur, non nisi peccatis nostris exigentibus euenire credendum est.* Et paulo post. [f] *Quod si culparum morbis pænitentiæ medicamen adhibuerimus, & excessus ac negligentias nostras ipsi districtè corrigendo ad iustitię formam mores nostros instituerimus, proA fecto superna virtute auxiliante, & inimicorum rabies citò peribit, & diu desideratam pacem, atque securitatem Ecclesia sancta recipiet.*

a Philipp. 3. *Virtus in vita quæ vita homines beatos, cōtra vitium miseros facit.*

b S. August. Serm. 11. de tempore circa initium.
c Iob. c. 42.

Peccata vrbibus excidium, virtutes salutem conferunt.
d Sermone 85.

e Gregorius 7. l. 8 Epist. 9.

Hinc inde luctus & exultatio sanctæ matris Ecclesię ex diuersis exundantes fontibus, luctus quidem ex sceleribus iniquitatibusque malorum filiorum, hæreticorum, schismaticorum, aliorumque corruptorū moribus, eius visceribus misericordibus per rebelliones insultantium: quos per lauachrum regenerationis sponso suo Christo saluatori nostro pepererat. Quorum per compassionem miserias tristè luget, sed propter earum causas, scelera nempe atque peccata, męstitia maiori percellitur. Si enim Ethnicus Poëta plus de peccato commisso quam de pœna exilij, quo propter illud mulctabatur, dolendo dixerit, [f]

Tertia pars pro cōclusione. Luctus Ecclesiæ à malis filiis, exultatio eiusdem à bonis. Ecclesia S. luctus maior propter peccata malorū quam propter pœnas peccatis debitas.
f Ouidius lib. de ponto.

B *Pœnitet, ô si quid miserorum creditur vlli,*
Pœnitet, & facto torqueor ipse meo.
Cumque sit exilium, magis est mihi culpa dolori,
Estque pati pęnam quàm meruisse minus.

Quid mirum si Ecclesia mater magis de improborum peccatis quam de peccatorum suppliciis pœnisque perturbetur, cū peccata hęc, Dei Christique Domini sponsi sui, multum gloriæ detrahant, eumque qui bonitas infinita est grauiter offendant: quod ipsa illius honorem æmulans perfectissimo charitatis zelo maximè perhorrescit. Certe Antiochenorum crimen & offensam contra optimum imperatorem Theodosium seniorem, eiusque vxorem Augustam Placillam patrata impatienter & indignè [h] S. Chrysostomus grauissimo cordis dolore perculsus vulneratusque tulit, illaque grauius quā expectatas illorum pęnas suppliciaque luxit ac lachrimatus est, vt hęc quæ C habuit ad populum illum timore perculsum hom. 2. testantur.

g Homil. 2. ad populum Antiochenū.

Lamentor & lugeo non propter expectatæ comminationis magnitudinem, sed propter nimiam patratorum insaniam. Licet enim non irritaretur imperator, neque puniret & castigaret, quomodo, dic mihi, commissorum ignominiam feremus? luctu interdicitur mihi doctrinæ sermo. Maiorem eo luctu in sanctissimę matris Ecclesię animo sensum doloris & indignationis insidere propter improborum scelera magis quam propter eorum pænas credere debemus: Sic contra, hæc charissima mater magna gestit lætitia in rebus bonorū filiorum prosperis, sed maiore adhuc in eorum virtutibus, gaudio triūphat & exultat: à quibus illæ prosperitates in iustorum mentes corporaque deriuātur. Beati ergo illi verè catholici, læta filiorum Dei adoptione fortunati, pleni fide, atque virtutibus, qui sic sacratissimam matrem, sicut pastorē eius sanctissimum Patrem, D vitæ suę rectitudine probitateque non uani lætitia, sed vera, gaudioque reficiunt atque consolantur! at è contrario miseri, fide, vita, moribusque perditi! qui sceleratè viuendo tot ab eorum Patris & matris oculis lachrimas extrahunt, tot gemitus in ore cōgerunt, tot ex corde dolores educunt! Quos propterea, nisi resipiscendo pęnitentia tristitiaque secundum Deum maxima protinus in hoc seculo conterantur, in altero piacula nulla resoluent, factaque piabunt: quin ęternis illi tot operatores malorum ignibus in inferno suppliciisque funestissimè torqueantur.

CAPVT IX.

Monarchicus Ecclesiæ principatus per sanctas Christianorum virtutes, populorum atque prosperitatum multitudine creuit, sicut vitiis postea regnantibus valde decreuit.

1. *Ecclesiæ fecunditas & gloria per Christi gratiam à sanguine & persecutione SS. martyrum.*
2. *Prima Ecclesiasticæ amplitudinis incrementa cum dolore, postera cum exultatione.*
3. *De immensa populorum multitudine, ad fidem Christi Ecclesiæque regnum per sanctorum virtutes breui tempore conuersorum.*
4. *Imminuta Ecclesiæ maiestas populis & prosperitatibus, creuit infortuniis, fidei, puritatis, aliarumque virtutum contemptu.*

Salustius in bello Iugurthino.

THNICAM Romam caput & Dominam mundi à paruis ortam principiis, veterum auctam laboribus, posteros fœdiorem stantem quam ruentem reddidisse latinus scriptor nobilis in Iugurthino commemorat. *Cum in ruina lapides & muros cecidisse, at in statu non murorum sed morum virtutumque fundamenta collapsa fuisse dicat.* At diuinam Romam Monarchiamque in terra spiritualem, Ecclesiam nempe Catholicam, Apostolicam & Romanam à Christo Domino ortam, & in eius sanguine mundatam, de Sion egressam, à paruis profectam initiis, in omnes mundi partes pietate, fide, fortitudine & sanctitate filiorum Dei, suorumque, qui veri Catholici nominantur, cum gloria pura, prosperaque maiestate suæ sanctæ dominationis alas expandisse, sicut antiqua prophetarum oracula vaticinando prędicauerant, sanctorum quoque Patrum testimonia nobis annalesque sacri renuntiarunt. Vt quę in principio sui ortus martyrum sanguine tanquam semine mirum in modum singulis diebus exerescebat, postea pacata Republica sub Christianis piisque imperatoribus doctrina singulari sanctitateque mirabili confessorum ad maiores gloriæ prosperitatisq; progressus proueheretur. Communia & vulgaria sunt quæ antiqui Patres de fœcunditate martyrum sanguinis cecinerunt: quibus apertè hunc pretiosum martyrum sanguinem [a] Ecclesiæ semen esse proclamarunt. Quod hæc sancti Iustini martyris contra Tryphonem verba designant. [b] *Quanto magis in nos sæuitur, tanto plures in Christum fidem profitentur.* Egregia vero vox & tanto Philosopho vel Theologo potius martyreque digna. [c] Quam Tertulliano valde complacuisse, ex his quibus eam comprobauit, apparet, Dæmoniorum Pontificibus senatuique Romano, absentibus Augustis patre Se-

Incrementū est amplificatio gloria & prosperitatis Ecclesiastico à virtute bonorum catholicorum per gratiam Iesu Christi.

Sanguis martyrum semen Ecclesiæ.

a S Hieron.

b Dialog. contra Tryphonem

c In Apolog

A ptimio Seuero, & filiis in apologetico dicenti. *Plures efficimur, quoties metimur à vobis*, huc illa [d] sancti Ambrosij ad populum suum, Iustinæ imperatricis Arianæ persecutione vehementer oppressi: *Scio fratres vulnera hæc quæ pro Christo excipimus, non esse vulnera quibus vita amittitur, sed propagatur.* Ita Christiani furentibus persecutionum tyrannorum contra nascentem crescentemque Dei Ecclesiam tempestatibus, *Verberabantur*, [e] inquit S. Augustinus, *vrebantur, trucidabantur & multiplicabantur.*

d Ad Mediolanenses.

e L. de Ciuit. 8.

Mirabile plane illud, quantam filiorum Deo multitudinem S. Stephani protomartyris pro Christo lapidati sanguis protinus vt effusus est, crudelissima lapidum torrentis grandine peperit: quę sanguinis effusio dispersionem discipulorum Christi, per omnes ferè terræ nationes causata B est. Qui tunc ad minus quindecim Christianorum millia numerabantur. Vt ex Apostolicorum actuum capitibus multis, f.2.4.5. 6. 8. 11. & [f] 1. Corinth. 15. Epistola clarius innotescere potest. quos S. Petrus, *Filios dispersionis*, appellauit ad quos scribens hoc ad eos Epistolam titulo prænotare voluit. [g] *Petrus Apostolus Iesus Christi electis aduenis dispersionis, Ponti, Galatiæ, Capadociæ, Asiæ & Bithyniæ.* Ex qua sancta primorum Christi post Apostolos discipulorum dispersione tam Monarchiæ Ecclesiasticæ beata, tamque *ad illius per omnes partes terræ propagationem potentis*, maior pars mundi diuinæ fidei religionisque Christianæ semine grauidata, filios Christo Domino multiplicatos super numerum, planéque nisi Deo innumerabiles, feliciter, sanctéque fęcundata progenuit. [h] Quod S. Athanasius homilia de semente, hanc filiorum dispersionem semen-C ti comparans his verbis eleganter illustrauit: *Habes in actis Apostolorum post lapidatum Stephanum discipulos dispersos & quasi seminatos: non quod imbecillitate deiecti, sed fidei gratia ita dimissi essent, & ita dispersi vt seminatoris frumenta effecti, ad panem supercælestem vniuersum orbem peragrantes viuifica doctrinæ virtutes efficaciasque disseminarint.* Hanc saluti feram gloriosamque Ecclesiæ Christi Domini sponsæ, à semineo sancti Stephani sanguine huius genitore dispersionis fæcunditatem hac præclara similitudine [i] sanctus Gregorius Nyssenus expressit. *Quemadmodum periti athletæ subeuntes corpus aduersariorum per quamdam artificiosam agilitatem atque habilitatem grauiorem lapsum illis struunt: ita quoque magnus Stephanus humi aduersariis prostratus grauem illis contusionem effecit. Hinc in orbem terrarum discipuli currere cœperunt. Hoc omnes in partes sermonis diuulgationis initium est. Nam nisi ab illius cæde populus Iudæorum in discipulos sæuisset, forsitan* D *solummodo Hierosolymis Euangelij gratia inclusa esset. Nunc vero agitati à Iudæis alius aliò gentium per orbem terrarum dispersi sunt, vndique per mysteriorum doctrinam diabolum exturbantes: hoc modo Samaria verbum recepit, hoc modo obiter in via salus Eunuchi à Philippo conficitur. Ita magnū illud Ecclesiæ instrumentum Paulus ira minisque à Diabolo armatus aduersus ipsum armatorem, tela vertit, ex omni eum exterminans orbe terrarum, vt nullum relinqueret locum fidei Christianæ inaccessum. Hinc Ægyptij, Syrij, Parthi & Mesopotamiæ, Itali, Illyrici, Macedones Christum agnoscunt, & omnes vtique gentes sermo percurrens ad fidem adducit.* Hæc ipse, sed hęc quidam Monarchiæ spiritualis Ec-

Sanguis Stephani innumerabiles prope filios Christo genuit

f Cap. 2. 4. 5. 6. 8. 11. act.

g 1. Corinth. 15.

h S. Petri Ep. ad filios dispersionis.

A filiis dispersionis à lapidato Stephano Hierosolimis egressis magna pars mundo facta Christiana.

Dispersio Christi discipulorū sementi comparata appositè.

i S Athanas. Hom. de semente.

k Serm de Stephano pulchra sit.

2. Fecunditas Ecclesiæ & incrementū fuit cum dolore sæuientibus tyrannis sed postea lætitia regnantibus Christianis imperatoribus ac principibus.

clesiæque crescentis per virtutes splendoresque fidei sanctitatisque vitæ, primorum Dei filiorum, initia fœcunditatis admodum pura & perfecta erant, sed valde dura & aspera, magnisque comitata doloribus, tonante tunc fulminanteque in omnes fidei Christianæ cultores persecutorum tyrannorum feritate atque rabie. Tunc enim Ecclesia diuinis fœcundata fœtibus, exterius afflicta gemebat, & interius in filiorum virtutibus exultans, consolata gestiebat, atque non nisi parturiendo, grauissimos partus dolores in semetipsa sentiens, Saluatori nostro, sponso suo filios enixa pariebat, tanquam cerua ad sonum tonitrui vehementis fructus emittens. Iuxta illud ex Hebraica lectione Psal. 86. v. 8. *vox Domini obstetricantis ceruas*, pro illo quod habet communis versio, *vox Domini præparantis ceruos*. Quos parturientis castissimę fidelium matris, saluatoris nostri sponsæ dolores longè ante, post Dauidicum

B

vaticinium, prædixerat Esaias. [a] *Sicut quæ concipit cum appropinquat ad partum dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua Domine, concepimus & quasi parturiuimus spiritum salutis.* Sed postea Deo optimo maximo suæ infinitæ misericordię sinus terminosque dilatante, conuersis ad Christi fidem principibus seculi Romanisque imperatoribus Christi imperio piè religioséque subiugatis, hęc sanctissima mater fœtu nouæ prolis multiplicata, in diesque sacro diuini verbi gratiæque cælestis semine fœcundior, pietate sapientia, doctrina salutari, religione, aliarumque Christianę sortis virtutum SS. doctorum, confessorumque suorum filiorum splendoribus ornata, & armata, mirandis incrementis se per vniuersum terrarum orbem, Christo de principe huius mundi triumphante dilatauit. De qua imperij

C

Christi in spiritualibus dilatatione, per virtutes sanctas Christianasque in bonorū Catholicorum Ecclesiæ filiorum obsequentium cordibus à Spiritu sancto diffusas, præclara hæc consideratione dignissima, ad Heliodorum Altinensem Episcopum Epistola de Epitaphio Nepotiani nepotis ipsius Heliodori [b] S. Hieronymus memorauit. *Ab India*, inquit, *vsque ad Britanniam, à rigida Septentrionis plaga vsque ad feruores Athlantici Oceani, iam innumerabiles populi & tantarum gentium multitudines, quàm variè linguis habitu tam vestibus & armis piscium ritu ac locustarum, & velut muscæ & culices conterebantur, (absque notitia enim sui creatoris omnis homo pecus est) nunc vero passionem Christi & resurrectionem eius cunctarum gentium & voces & literæ sonant. Taceo de Hebræis, Græcis & Latinis, quas nationes fides sua in*

D

crucis titulo Dominus dedicauit. Immortalem animam & post dissolutionem corporis subsistentem, quod Pythagoras somniauit, Democritus non credidit, in consolationem damnationis suæ Socrates disputauit in carcere, Indus, Persa, Gothus, Ægyptius philosophantur. Bessorum feritas & Pellitorum turba populorum, qui mortuorum quondam in feriis homines immolabant, stridorem suū in dulce crucis fregerunt melos. Et totius mundi vna vox, Christus est. His similia attexuit [c] S. Pater Epist. ad Lætam eodem fermè scripta tempore, cum ait, *De India, Perside, Æthiopia, Monachorum quotidie turmas suscipimus. Deposuit pharetras Armenius, Hunni discunt psalterium, Scythæ frigora feruent calore fidei: Getarum rutilus & flauus exercitus Ecclesiarum circumfert tentoria, & ideo forsitam contra nos æquâ*

A

pugnam acie, quia pari religione confidunt. Hæc sanctus Pater de Ecclesiæ eiusque principatus Monarchici in omnes ferè orbis terrarum regiones & oras dilatatione & propagatione, quæ per sanctos pastores & Episcopos, ab Apostolica sede Ecclesiasticæque Monarchiæ principe, missos, apostolatus insignibus ab eodem principe donatos exercebatur. Qualis erat [d] sanctus Nicætas qui vt scribit sanctus Paulinus ad Bessas, dacos, Gethas, Scytasque tempore sancti Hieronymi missus Apostolus à Siricio Papa, omnes illos populos natione barbaros, moribus crudeles, infidelitate impios, ad Christi Domini fidem mutato ferino cultu moribusque barbaris cum salutis lucro magna vi gratiæ Euangelicæ conuertit. Quam Ecclesię eiusque Monarchicæ dominationis, [e] salutarem eodem tempore dilatationem, & in populos Boreales Neustriosque Oceano finitimos propagationem auctoritate fultus Apostolica S. Victricius Confessor & Episcopus Rhothomagensis operabatur, [f] vt testis idem sanctus Paulinus Epistola ad eum commemorat: eumque sanctum pro tali Ecclesię religionisque Christianæ dilatatione multis magnisque laudibus cumulat: Sic planè Dominus Deus crescentibus & multiplicantibus se virtutibus in populis per pios rectores ac pastores, ad eos Ecclesiæ ac regni sui palmites extendit: quæ maximis affluens benedictionibus eos populos non solum numero, sed & prosperitatum multitudine cumuloque beatificat. In sola tribu Iuda in Dei mandatis fideliter ambulāte, vitamque suam ad illius vota iussaque cōformante mirabili modo fœtuque cum magna bonorum fertilitate adeò hominum crescebat numerus & multiplicabatur, vt in ea sola armatorum fortitudine pugnandi præditorum hominum quinquies centena millia reperta sint. Notanda sunt illa quæ de fortitudine, multiplicatione, prosperitateque Iudæorum gentis quamdiu fideliter deuoteque Deo seruierunt, Achior ille dux filiorum Ammon Holoferni recensuit. Inter quæ: [g] *Vbicumque*, inquit, *ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio Deus eorum pugnauit pro eis, & vicit & non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui.* Et infra. [h] *Cananæum Regem Iebusæum, & Pharesæum, & Hethæum, & Heuæum, & Amorrhæum, & omnes potentes in Hesebon prostrauerunt, & terras eorum & ciuitates eorum ipsi possederunt, & vsque dum non peccarent, in conspectu Dei sui erant cum illis bona*, & paulo post. [i] *Si vero non est offensio populi huius coram Deo suo non poterimus resistere illis: quoniam Deus illorum defendet illos, & erimus opprobrium vniuersa terræ.* Has multiplicandi populos atque augendi fortitudinem, vires & prosperitates eorum, benedictiones, potentius & perfectius Deus in populos suæ legi Euangelicæ salutari seruitute subiugatos effudit: vt illis per virtutes sacras Deo piè seruientibus, numero & cumulo bonorum crescentibus, Ecclesia Christi eiusque spiritualis in terris Monarchia maioribus populis & prosperitatibus fœta multiplicataque sanctiùs, perfectiùsque in hac miseriarum valle militando regnaret.

Moises Paulo ante obitum suum vt populum Dei quem tot annos in deserto rexerat ad fideliter religioseque Deo seruiendum potenter impelleret, ita populum istum affabatur. [k] *Si audieris vocem Domini Dei tui vt facias & custodias*

[a] Esaiæ c. 26.

[b] Ep. 3. ad Heliodorum Episcopū de Epitaphio Nepotiani eius nepotis.

De multitudine populorum diuersorum ad Christi fidem conuersorum.

[c] S. Hierony. Ep. 7. ad Lętam.

Dilatatio Ecclesia Christi in multas gentes barbaras per S. Nicetā.

[d] S. Paulinus de reditu S. Niceta Episcopi in Daciam, &c.

[e] S. Paulinus Ep. 26. ad S. Victricium &c.

Dilatatio eiusdē Ecclesia in populos Neustrios, Boreali Oceano contiguos per S. Victricium Episcopum Rhotomagensem.

[f] L. 3 regum c. v.

In tribu Iuda seruientis vestè Deo militantium millia 50000. inuenta.

[g] Iudith c. 5. v. 17. 21. 23. &c.

[h] Iudith. c. 5. v. 20.

[i] Ibidem. v.

[k] Deut. c. 28. in princip.

omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gentibus quæ versantur in terra, venientque super te vniuersæ benedictiones istæ & apprehendent te, &c. Quę sequuntur sunt benedictionum commemorationes. In quæ verba, hæc [a] D. Augustinus contra Adimantum Manichæi discipulum. *Quid mirum*, inquit, *si bona Throni sui dat spiritualiter sibi seruientibus, & bona scabelli pedum suorum dat carnaliter sibi seruientibus: cum Spiritus superior sit & caro inferior, sicut superiora sunt cælestia & inferiora terrestria.*

a L. contra adimant. c. 18.

Populis & prosperitatibus Dei minuitur Ecclesia in terris, crescitque infortuniis per contemptũ religionis Christianæ & aliarum virtutũ, regnantibus vitiis.

At deficientibus virtutibus, deficit etiam numerus Ecclesiæ sanctæ filiorum, & prosperitatum eius. Hac virtutum defectione, furoribus diaboli ad nocendum valde corroboratis, scelera in populis Christianis grassantia hunc gloriosum B Ecclesiasticæ maiestatis longè lateque suæ dominationis salutaris sinus expandentis cursum misere flagitioseque retardant: eáque Ecclesiastici propagationẽ principatus intra paucitatis angustias redigentia, ipsius Monarchiæ magnopere vires elidunt. Quod in persona Iudæorũ longa ante secula Moyses minando prædixerat. [b] *Si audire nolueris vocem Domini Dei tui vt custodias & facias omnia mandata eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie: venient super te omnes maledictiones istæ & apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum & maledictæ reliquiæ tuæ, maledictus fructus ventris tui & fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum & greges ouium tuarum*, &c. Et post multas alias maledictiones quas recensere longum esset, istas addidit. [c] *Filios generabis & filias, & non frueris eis, quoniam ducentur in captiuitatem.* His multas alias indignationis diuinæ propter C peccata populi maledictiones, postq iam longorum serie verborum per totum caput adiunxit, ita conclusit. [d] *Et sicut ante lętus est Dominus super vos bene vobis faciens, vosque multiplicans, sic lætabitur disperdens vos, atque subuertens, vt auferamini de terra, ad quam ingredimini possidendam.* Cętera huius capitis in maledictionum propter peccata populi huius expressione consumuntur: inter quas illa paucitatis & diminutionis huius loco tantæ multitudinis hominum, non est minima & infima. [e] *Insuper & vniuersos langores & plagas quæ non sunt scriptæ in volumine legis huius inducet Dominus super te donec te conterat, & remanebitis pauci numero, qui prius eratis sicut astra cæli præ multitudine, quia non audisti vocem Domini Dei tui.* Sic pueri Hebræorum de hac diminutione populi conquerendo lugendoque dicebant. *Quia Domine imminuti sumus plusquam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie* D *propter peccata nostra.* In quibus tanquam in speculo clarissimo, maledictiones quas Deus post longam patientiam contra populos professione externa Christianos, sed vita & moribus scelestissimos, Christi Domini perduelles, in vltionem sceleratę eorum vitæ iustissimè iaculatur, intueri oculisque collustrare licet. Sed quod ad diminuendum subditorum Monarchiæ Ecclesiasticæ numerum, & ad elidendos ipsius fortitudinis potentięque neruos, cum inflicto calamitatum multarum vulnere potentius atque valentius habetur, hæresis est, flagitiis corruptissimę vitæ vt fundata semper, sic quoque funestissimè sociata. A quo scelerato hæresis, vt puta Arianorum cum

b Deut c. 28. v. 15. 16 &c.

c Ibid. Deut. 28. 41. 42.

d Ibidem v 63.

e Deuteron. c. 28. v. 61. & 62.

f Daniel 1. c. 3. v. 37.

A iniquissima perditorum hominum, aliis per vim tyrannidemque in vtraque politia dominantium vita, fœdere societateque fœdissima, ruinam vastationemque orientalis Ecclesiæ multis in locis edoctam, sanctus Basilius, cum aliis orthodoxis orientis Episcopis, Epistola ad sanctum Damasum Papam, aliosque occidentales Episcopos, auxilium ab ipso Pontifice Romano aliisque præsulibus pro afflictissima in oriente Ecclesia per Arianorum furores efflagitans, tristissimè mœrebat & lamentabatur. Ita promotiones scelerum vitæ, & Arianorum furores contra Ecclesiasticam maiestatem Monarchiamque arietantes lugendo commemorans. *Euersa sunt pietatis doctrinæ*, (per furores scilicet Arianorum) *confusa solutaque pietatis vincula, dominandi libido eorum qui non timent Dominum, præfecturas inuasit, &* B *ex propatulo præmium impietatis præfectura proposita est, qui in grauiorem blasphemiam prolapsus est, is in populi Episcopatum præ aliis eligitur:* (quod videlicet, Tunc tẽporis Valentis imperatoris Ariani furiosa tyrannis efferaretur) *periit grauitas Pontificum: pastores cum scientia gregem Domini reliquerunt: dum præfecti distributiones pauperum in proprios vsus donaque semper insinuant, canonum exacta obseruatio pessum iuit: multa peccandi libertas patet: Nam qui fauore humano ad præfecturam deuenerunt, eodem ipso fauoris gratiam implent, iustum iudicium periit, quisque sordis desiderio ambulat. Malitia immodica populi immorigeri, præfecti non libere loquuntur. Nam qui per homines, potestatem acquisiuerunt,* [f] *serui sunt eorum quorum fauore adiuti sunt.* Et post alia multa recensita vitia publicè impunè grassantia subdidit. *Ob hæc rident infideles, imbecilles fluctuant, fides in ambiguo est,* C *ignorantia animis effunditur, quod adulterantes verbum Dei in malitia veritatem videntur imitari. Tacet enim impiorum ora, omnis blasphema lingua soluta est, profanata sunt sacra: ex populo qui sana mentis sunt, deprecatorias domos siue oratoria fugiunt tanquam impietatis scholas, in solitudinis vero ad cælestem Dominum cum suspiriis & lacrymis manus attollunt.* In ista rerũ sacratum vastatione, Ecclesiæ desolatione, hæreseos insana dominatione, corruptioneque prefectorum gregi dominico per nefarios Arianorum conatus, ipsi Meletius, Basilius, reliquique pastores, prælatique orientales maximis à Romano Pontifice, aliisque Italiæ Gallięque præsulibus auxilium opemque precibus contendunt: quibus labenti Ecclesiæ orientali, valdeque per hæreticorum furores & insanias imminutæ & oppressæ succurrant & opitulentur. Cum in eadem Epistola subiungunt. *Præsens iam nobis instat naufragium, instat inquam, integerrimi fratres, porrigite manus,* D *inclinate, moueantur in vobis fraterna viscera, profundatis lachrimas condolentia, & nõ negligite dimidium orbis ab erroribus absorptum, non sinite extingui fidem, apud quos primum illuxit.* Scelerata Heraclij ingratissimi omnium Deo imperatoris à fide defectio, Arabes Sarracenosqoe Christianorum exercituum peccatis multis fœtentium victores fecit, & de capta ciuitate Hierusalem triumphatores. Hinc Ecclesia tunc in illa orientalis imperij regione suis viduata pastoribus, desolata filiis perditis, vacua populis fleuit amarissimè: subque grauissimarum ærumnarum populationumque pondere gemuit tristissimè. Vt Sophronij Episcopi Hierosolimitani cum ciuibus in hac ci-

Hæresis sociata vt solet sceleribus vitæ causa imminutionis & afflictionis desolata Ecclesiæ.

Epistola sancti Basilij, Meletij & aliorum orthodoxorum Episcoporum ad Rom. Pontificem aliosque occidentales Episcopos inter Epistolas S. Basilij.

Regnante hæresi in principibus quot dissolutiones & impietates omnis generis grassantur.

f Ibid.

Ex publico vitiis impugno grassantibus fides Christi alteratio & Christianorum diminutio.

In eadem Epistola ab occidentalibus à papa imprimis auxilium Orientales flagitant.

Per nefariam Heraclij imp. à fide defectionem criminaque Christianorum Arabes & Sarraceni dati Hauma de Christianis & vrbe Hierosolimitana triumphant.

uitate ab Arabibus obsessi [a] lamentationes threnique significant. Quę ciuitas conspirantibus Christianorum vitiis cum fœditate hæreseos Monothelitanæ, anno imperij Heraclij Monothelitæ 27. ab illis infidelibus barbaris ductore eorum exercitus Haumat principe capta, [b] annis postea quadringentis sexaginta tribus circiter, illis impiis immanibusque Christianę religionis hostibus miserrimè & turpissimè seruire coacta est. Nec vnquam ab eo tempore, tam barbaræ, ferinę & impię tyrannidis iugum immane & ignominiosum potuit excutere: quousque ardens pietas Francorum, eorumque ebulliens charitatis æstu, religionis Christianę feruor, torpentibus atque conniuentibus proh pudor! imperatorum orientalium pectoribus animisque, hanc S. Ciuitatem cum Palestinæ terræque sanctæ regionibus & vrbibus è manibus barbarorum istorum non minus deuotè quam potenter extraxerunt.

[a] Theophanes anno 27. imp. Heraclij.
[b] Sophronij Hom. 2. in die natalis Domini tempore obsidionis habita.

Hierusalem fuit in manu Sarracenorum ab anno D. 636 vsque ad annum 1099.

CAPVT X.

1. *Depressa Monarchia Ecclesiastica per afflictiones à peccatis principum populorumque profectas maiestas, sæcularis Monarchiæ gloriam & prosperitatem deprimit.*
2. *Et contra gloriosa per virtutes facta sæcularis auget felicitatem & gloriam.*

VLTIS variisque casibus aduersis orientalis Ecclesia, sub imperio Iustini iunioris Catholici quidem, sed pluribus obnoxij vitiis, vt auaritię, imprudentię, stoliditati ignauiæque iactata decreuit: quæ in suarum partem calamitatum sæpius imperij huius fortunam sortemque protraxit. Donec ipse imperator agnoscens infirmitates & insanias animi de conuersione vitæ in melius salutari pænitentia cogitauerit, atque cogitatum votumque ad effectum sibi & imperio fortunatum Deo miserante deduxerit. Qui proximus morti fideli mente considerans, quanta mala & afflictiones à suis populique peccatis in Ecclesiæ, imperiique statum, ridentibus infidelibus, lugentibus vero Catholicis, iterato tumultu impetuque redundarint: Cedens vita & imperio publicè peccata confitendo, miseriasque ab illis ortas lachrimis agnoscendo, Tyberium soccessorem, dum imperialibus insignibus exornaret, hac exhortatione ad rectè fasces imperii administrandos, pro gloria Dei, honore ac pace Ecclesiæ, Christianique populi salute cōpellauit. [c] *Ne te in errorem inducat vestis splendor, neque illustris ornatus istarum rerum quæ sub aspectū cadunt decipiat, quibus ipse in fraudem impulsus imprudens me ipsum grauissimis supplicijs obnoxium reddidi. Ita tu in republica summa cum mansuetudine & animi lenitate regenda, vitia mea præstato* (scilicet melius imperando quam ego ipse, errata mea & negligentias meas in regendo populo, & defendenda Christi Ecclesia tuis rectè factis expiato) *atque digito magistratus demonstrans: nō oportet (inquit) horum consiliis morem gerere. Nam hi me ad istas quas cernis miserias deduxerūt, aliaque huius generis protulit verba*, ait Euagrius, *quæ omnes in maximam adduxere admirationem, tum ad maximam lachrymarum vim profundendam impulere.* Hæc bonus imperator in fine vitę speciali Dei miseratione instructus posteris principibus viuum sui relinquens exemplum, vt agnoscant quātam miseriarum molem ad Ecclesiæ Dei reique publicę desolationem ruinamque principum peccata pariant. Ex omnibus Dei sponsæque eius Ecclesię hostibus nulli ardentiori rabie Dei Ecclesiam, eiusque principatum Monarchicum calamitatibus turbulentisque seditionum motibus obrui atque demergi quam hęretici desiderant. Qui dū in illius interitum funusque nituntur, imperii cuius præficiuntur habenis, salutem fortunas, vires, gloriamque destruunt. Quod illustrari potest funestissimo exitu Maioriani laudum mactatione dignissimi imperatoris: qui in Hispania Seueri proditione [d] adiuti fraude Ricimeri hæretici Ariani, magistri equitum crudeliter de hac vsura vitæ sublatus est. Quo sceleratissimi parricidij atrocitate necato, Seuerus inuasit imperiū, dolo & auxilio huius hæretici Ariani Gothi Ricimeri. Qui magister equitum dum imperii armis & viribus abutitur, cuniculis inhians ruinæ religionis Catholicæ sedisque Apostolicæ, cum suis impietatis Arianę consortibus Occidentale imperium funditus euertit. Vt euolutæ Romanæ historię clarè satis aperiunt. Dum ipse hæreticus Ricimerus Seuerum imperatorem (quem ipse ad imperialem thronum per nefariam Maioriani imperatoris necem prouexerat) in palatio veneni acerbitate perimere conatus est, conatumque diro compleuit parricidio. A cuius imperatoris cæde omne imperium occidentale in ruinam funestissimè collapsum est. Vt hoc vno exēplo cognoscamus quam exitiosum atque funestum imperio Christiano hæreticis imperii vires, potestatemque confidere: longaque antiquorum exemplorum inductione promptum & procliue est ostendere ibi esse exitum regnorum in sua priori gloria & maiestate vbi effrenata furiosaque hæreseos libido dominatur. Sicut ab amplitudine, prosperitate, & gloria dominantis Ecclesiæ, & à vero diuinoque cultu & honore, quem in Deum Christumque Dominum saluatorem mundi, quemque post Deum in œcumenicum pastorem Dei vicarium, ipsiusque castissimam sponsam fidelium matrem, magna cum deuotione, humilitate & obedientia principes ac populi Christiani transfundunt, gloria temporalium principatuum subditorumque fidelium salus & prosperitates consolidatę firmisque corroboratæ fundamentis exiliunt atque proficiscuntur. Quod intelligens religiosissimus, sapientissimus & clementissimus imperator Theodosius ille magnus, quanto studio, vigilantia, desiderio, charitatis ardore imperatoriæque virtute potestatis, prosperitati religionis Christianę supremæque Ecclesię sanctissimæ dominationis amplitudini hactenus inuigilasset, prospexissetque, nec non magis atque magis inuigilare & prospicere semper optaret, hoc rescripto manifestè declarauit. [e] *Inter cæteras sollicitudines quas amor publicus peruigili cogitatione nobis indixit, pręcipuam imperatoriæ maiestatis curam esse perspeximus, verę religionis indaginem: cuius cultum si tenere potuerimus, iter prosperitatis humanis aperimus inceptis.* [f] Qui paulo antequam de ergastulo corporis huius egrederetur, animam-

Iustinus iunior prioris vitæ peccata confitens & detestans successorem Tyberium ad virtutes heroicas Christianasque pro pace Ecclesiæ & salute imperij morti proximus hortatur.

[c] Euagrius lib 5 c. 13.

Not. Contra fallaces principum consiliarios reges suis malis sortis consiliis decipientes & perdentes.

Maiorani imp. cædes hæretica proditione.

[d] Marcellinus anno 461. *Cassiodorus eodem similiter anno.*

Quam miserū vires imperij & dignitates credere hæreticis.

Marcellinus Cassiodorus in Chronico & alij historiæ Romanæ scriptores.

Vbi hæresis ibi occasus impiorum.

2 Pars. Salus & gloria sæcularis principatus à cultu Dei vero & ab amplitudine splendoreque Ecclesiastica Monarchia. Magnum pietatis charitatisque studium Theodosij magni in amplificanda Ecclesia Christi maiestate pro salute imperij.

[e] Nouell. Theodosij senioris de iudic.

[f] Nicephorus l. 13 c. 1. in princip.

que fideliter Deo morte temporali redderet: duobus filiis Arcadio & Honorio paterna auctoritate imperioque mandauit & iniunxit: vt omnes virtutis, industriæ, potestatisque imperatoriæ, ad piè religioseque Ecclesiæ sanctæ, sedisque Apostolicæ libertatem, dignitatem, pacem, & prosperitatem conseruandam, augendam, corroborandamque neruos intenderent pia securitate illis asseuerantèr affirmans, hac se in Ecclesia Dei pietate fore semper in tota vita cum populis suis beatos atque felices, partisque per Iesum Christum victoriis de cunctis Dei imperijque hostibus gloriosè triumphaturos. Cuius nepos Theodosius iunior aui sequendo virtutes cum collega imperij Valentiniano tertio [a] ad S. Cyrillum Alexandrinæ sedis Episcopum rescribens securitatem firmamque prosperitatem & gloriam non fucatam, non adumbratam, sed veram in Christi regum dominantiumque regnatoris gratia fundatam à cultu catholicæ pietatis, reuerentiaque sanctissimæ matri patrique fidelium spirituali, cõsecrata pendere credidit, cum sic in principio Epistolæ ad S. Cyrillum Alexandrinum locutus est: [b] *A pietate quæ in Deum est respub. nostra constitutio pendet, & multa vtrinque est cognatio societatis. Coherent enim inter se, & altera alterius crescit incremento, atque vera religio iustitiæ studio, respublica vero ab vtrisque adiuta resplendeat.* Adeo imperium remque publicam religioni Christianę Ecclesiæque obedienter & officiosè sociari debere iudicauit. Vt religionis huius Ecclesięque principatus augmentum magnam imperio prosperitatis accessionem gloriæque compararet, diminutio vero, necnon denegata Ecclesię ac sedi Apostolicæ, principatus Ecclesiastici throno, reuerenda obsequensque subiectio, illud in magnum salutis prosperitatisque dispendium rebus deploratis afflictisque præcipitarent. Sicut alternatis vicibus extincto magnisque calamitatum publicarum obruto fluctibus imperio, ipsa religionis Ecclesiæque sanctę maiestas & amplitudo, duris ærumnarum cõcussa motibus maxima ex parte labefactata miserè conuelleretur. Propter hoc sic S. ille Leo Magnus ad Pulcheriam Augustam scripsit egregiè. [c] *Res humanæ aliter tutæ esse non possunt nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & regia & sacerdotalis defendat auctoritas.* Quam præclara illa sicut vera Christi Domini religionis, eiusque catholicæ Apostolicæ Romanæque Ecclesiæ præconia sunt & elogia quæ Zeno imperator in edictis suis & institutis edidit (quando circo fidei conclusis adhuc veritatem catholicæ doctrinæ profitebatur) illam, *Fundamentum, basim, præsidiumque Romani imperij & immortalem æternamque sceptri sui parentem*, honorifico sermone vocitado. Atque prospera multa imperio aduentura ab huius sinceræ religionis obseruantia Ecclesiæque sãctæ parẽtis obsequio, his verbis breuiter enumerando. [d] *Si præpotens Deus, & saluator Iesus Christus qui ex sancta virgine Deipara carnem sumpsit, & natus est, nostras consentientes [e] laudes & cultum quẽ ribuimus, approbat, lubensque & quasi parato animo excipiat, non modo omnia aduersariorum genera fracta debilitataque concident, verum etiam alij omnes mortales suamipsorum ceruicem iugo nostri imperij proxime ac secundum Deum sponte subijcient, & pax eiusque commoda, æquabilis aeris temperatis fructuũ cumulusque generis abundantia, aliaque omnia quæ sunt, ad humanæ vitæ vsum accommodata affatim suppeditabuntur.* [f] His conformis post eum Iustinianus senior ista in nouella de Episcopis & clericis oememorabilia, maximæ in Deum Ecclesiamque pietatis in imperatore specimina protulit. *Sic nos omni prouidentia curam Ecclesiarum gerimus, per quas & imperium nostrum sustineri & publicas res per clementiam Dei & gratiam muniri existimamus.* & Nouella 136. [g] *Si ciuiles*, inquit, *leges quarum potestatem nobis Deus pro sua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus custodiri, ad obedientiam securitatem, studemus: quanto plus studij adhibere debemus circa sacrorum canonum, & diuinarum legum custodiam, quæ super salute animarum nostrarum definita sunt.* Huius prosperitatis, in societate seculari atque ciuili cupidus valde & appetens Recharedus Rex Gothorum in Hispania ad Christi Domini fidem Ecclesiæque catholicæ sinum abiurata pestis Arianæ impietate conuersus, ita in Concilio 3. Toletano (in quo Ariani Gothi ad vnitatem obedientiamque sedis Apostolicæ Ecclesiæque catholicæ gremium reuersi sunt, prout optauit) post alia multa locutus est. [h] *Caeterum fortis nitendum est viribus, humanis moribus modum ponere, & insolentium rabiem regia potestate frænare, & si quieti etiam & paci propagandę opem debemus impendere: multo magis est adhibenda solicitudo, desiderare & cogitare diuina, inhiare ad sublimia & errore retractis populis veritatem eis serena luce ostendere.* Carolus Magnus tanta promouendi & amplificandi pacem, splendorem, auctoritatem & gloriam Ecclesiæ cupiditate capiebatur, vt omnes suos labores, curas, studia, opes, fortunas, atq; vires imperij sui eò semper quòad vixit, reuocauerit: vt quam beatissimam pace summa diuitiis, honore potestateque, cumulatam sedis Apostolicæ Ecclesięque sãctæ maiestatem, Monarchiamque augustissimam pro viribus efficere atque videre posset. Quod ab hoc pacis, eminentiæ, maiestatisque Ecclesiasticæ splendore & amplitudine, non modo temporales prosperitates in terris principibus, & populis fidelibus acquiri, sed æternam illis in cælo gloriam comparari crederet at que cõsideret. Sic enim ille apud Sigonium l. 4. de regno Italiæ loquitur: [i] *Si Ecclesiarum Dei seruis, magnificentiam nostram impertimus, eorumque studiis libenter obsequimur, id nobis ad augustalis excellentiæ culmen proficere credimus: & quod cunctis pretiosius est dignitatibus, æternæ retributionis præmium capessere non diffidimus.* Longa rerum experientia omnibus antiquas sanctas que historias & annales Ecclesiasticos euoluere & replicare consuetis compertum esse potest, tamdiu Christianas societates, regna & imperia, tẽporalibus etiam bonis fortunisque magnopere prosperauisse: quamdio pij religiosiq; principes solicitè de pace, gloria, honore, dignitateq; Ecclesiastici principatus conseruandis & ad plures gẽtes populosque promouẽdis, toto virium impetu omnes illius sanctæ spiritualisque Christi Domini in terra Monarchiæ hostes & osores infestissimos (quales sunt inter cæteros hæretici) exterminare eorũ furores & insanias contra hũc inexpugnabilẽ Monarchiæ sanctæ murũ cõcortas legum suarum armorũque virtute perfringere conantur. Quod exemplo Theodosij magni illustrissimo constare potest, qui dum anno Domini 381. hæreticos Arianos, aliosque nefarios Ecclesiæ catholicæ perturbatores legum suarum seueritate persequitur, victor sit pacificus & gloriosus sine cæde & sanguine barbarorum, Per-

Marginal notes (left):

[a] Ad S. Cyrillum Alex. 17 Epist. Theodosij iunioris & Valent. 3.

[b] Ep. 17. inter Ep. Cyrilli Alex. tom. 2.

Pietas cultus religionis & iustitiæ socianda ad salutem Ecclesiæ & regni securitatis.

Magna frater ternitas & sympathia inter vtramque Monarchiam vt fit vtriusque ab alterius salus & reciproca ruina.

[c] S. Leo Ep. 31. ad Pulcheriam Augustã.

Præconia ac elogia præclara Ecclesiæ ac religionis Christianæ ab imp. Zenone nunc catholico.

[d] Euagrius l. 3. c. 14.

[e] Nicephorus lib. 16. ca. 12.

A bono cultu Christi Domini religione & Ecclesia salus imperij, princi pum & populorum.

Marginal notes (right):

[f] Iustiniani Nouella de Episc. & clerica.

[g] Iustinianus Nouell. 136.

Vt pacate & beate in regno secularia vinatur defendenda religio Christi & eius Ecclesiæ iussis obediendum ac fides.

[h] Recharedi regis in Concilio 3. Tolet. oratio pia & religiosa.

Ab amplitudine gloria, dignitate atque pace in Ecclesia salus temporalis & æterna pendet.

Caroli Magni præclara vox & sententia.

[i] Caroli Sigonii l. 4 de regno Italiæ.

Beata regna & populique rum principes pij pacis & gloria Ecclesiæ amplificationi inuigilant.

Persarum & Gothorum. Qui non ita pridem de A Romanis Imperatoribus, illi de Iuliano Apostata, hi de Valente triumphauerant. Quique vt supra diximus ex Orosio,[a] *Victoria satietatem cruda insultatione ructabant. Illi namque barbari victores aspicientes mirantesque huius Imperatoris heroicas virtutes Romano se se imperio dediderunt*: & vltro Constantinopolim misere legatos pacemque supplices à tanto principe strenuissimo Ecclesiæ Dei defensore poposcerunt, vt supra vidimus. Fortunataque tunc admodum Constantinopolitana sub illo tantarum virtutum principe ciuitas extitit, tam ante infelix & misera Arianorum accensa facibus & infestata pestibus, quas bonus ille Imperator sacrarum legum luce ardoreque dissipauit atque fugauit. Quæ considerando admirans S. Ambrosius in gratiarum actionem sic Christum Dominum tantarum victoriarum B prosperitatumque auctorem, in fine procemij librorum de Spiritu sancto ad Imperatorem Gratianum pie atque deuotè magno tactus in corde sensu consolationis alloquitur.[b] *Etiam Constantinopolis iam verbum Dei recepit, & euidentia meruit sui documenta iudicij. Etenim quamdiu venena Arianorum suis fouebat inclusa visceribus, bellis finitimis inquieta, muros armis circumsonabat hostilibus. Postea verò quam fides exules abdicauit, hostem ipsum iudicem regum, quem semper timere consueuerat, deditum vidit, supplicem recepit, morientem obruit*, siue obtinuit, *sepulchrum possidet.* Hæc ipse sanctus Ambrosius. Cæterum hunc ipsum quem iudicem regum vocat, intelligit Athanaricum regem Gothorum Valentis Imperatoris Ariani domitorem, qui agnoscens simul & admirans virtutes Theodosij recens à Gratiano facti Augusti imperij Romani consortis etiam victor & triumphator de Imperatore Romano recentissimè, vt loquitur Orosius ibi supra. Laudi ac gloriæ suæ duxit esse voluntariè vinci à Theodosij virtute. Cum quo fœdus iniens postea eiectus à suis, Constantinopolim ad Theodosij venit amplexus, eius contra rebelles suos auxilium petiturus. Qui honorificè ab ipso Imperatore exceptus non multo post efflauit animam in eadem vrbe: in qua superbissimis exequiis more gentilitio à suis tumulo traditus est, vt his Marcellinus Comes verbis significauit.[c] *Hoc quoque Ianuarij mense Athanaricus rex Gothorum, cum quo Theodosius Imperator fœdus pepigerat, Constantinopolim venit, eodemque mense morbo perijt.* De quo Ammianus hæc ait:[d] *Athanaricus proximorum factione genitalibus terris expulsus Constantinopoli fatali sorte decessit, & ambitiosis exequijs D ritu sepultus est nostro*, nempe Gentilitio. Non enim Christianus, sed Christiani nominis hostis extiterat. Cui nihilominus Christianus Imperator hoc humanitatis & benignitatis indulsit, vt hos illi paganicorum funerum sui honores exhiberent, quam humanitatem benignitatemque principis Christiani, Barbari Scythæ, tantis extulerunt encomiis, beneuolentiæque coluerunt affatibus, vt domum redire voluerint, hac tanta principis religiosissimi clementia & bonitate stupefacti, nec Romanos amplius infestare. *Quotquot autem cum rege vita defuncto venerant, custodiendæ ripa fluminis Istri intenti, diu quominus Romani vexarentur incursionibus, impediuerunt*,[e] vt ait Zosimus similiter ethnicus. Sed parerga hæc: ad rem redeamus. Vt concludamus beatas fuisse semper Christianas Respublicas, in quarum

[a] Orosius l. 7. c. 34.

[b] S. Ambr. in proœmio li. de spiritu SS in fine tom. 4.

Athanaricus rex Gothorum factus amicus Theodosij, & Christianorum orientalium obijt Constantinopoli in fide Christianorum.

[c] Marcellinus Comes in chronico anni 381.

[d] Ammianus Marcellinus lib. 27.

[e] Zozim. li. 4

A medio & sinu, principum populorumque virtute atque pietate, Ecclesiæ sanctæ dignitas & honor, vniuersalisque pastoris auctoritas & obedientia venerabilis, Christi ardore charitatis incensa floruit, & cum diuinæ religionis, Christianorumque salutis incremento magnificata corroborataque refulsit. Vnde non sine magna ratione charissima fidelium mater Christique Domini sponsa castissima in virtute sanctitateque filiorum lætatur & exultat. Quatenus dum suæ gloriæ, paci, & principatus amplitudini bene illi viuendo suffragantur, secularium rerumpubl. societatumque Catholica fide animatarum salutem felicitatemque procurando consequantur.

B

CAPVT XI.

De virtute & sapientia Saluatoris nostri, maxima coruscante charitate & misericordia in conseruando & protegendo sui in terris imperij, quod est Ecclesia, throno, monarchicoque quem creauit in ea principatu, vsque ad consummationem seculi vindicando.

1. *Quam magna & potens Dei sapiētia & bonitas de malis extrahentis bona pro salute populi sui.*

C 2. *Quanta charitate & fortitudine sua Christus Dominus Ecclesia prospicit.*

3. *Per virtutem & benignitatem saluatoris nostri perpetuo de salute, atque protectione Ecclesia sua supra firmam petram ædificatæ soliciti, sedes Apostolica in eaque sedentis Romani Pontificis auctoritas dignitasque summa, per varios persecutionum casus, de cūctis Dei, suisque hostibus victrices, vsque ad consummationem seculi perdurabunt.*

D MIRABILES diuinæ æternæque sapientiæ in operibus suis, pro generis humani salute fluxus & motus, per magnam prouidentiam ad fines suos destinati. Quę attingēs,[a] *à fine ad finem fortiter disponit omnia suauiter*,[b] serio, *ludens in orbe terrarum, suas delicias reputans esse cum filijs hominum*, vt saluet eos. Quæ cum venit plenitudo temporis[c] de sinu patris æterni descendit, vt incarnata in terris[d] videretur, & cum hominibus conuersari. Cuius prouidentiæ diuinæ tanta virtus & efficacia,[e] propter nos homines & propter nostram salutem misericorditer apparuit: vt pro gloria sua & salute animarum nostrarum persæpe mala in bonum vertere, & ex infaustis prospera deriuare voluerit. Ipsa est incarnata sapiētia, Deus factus homo, vnigenitus Dei filius,[f] *lumen de lumine, Deus verus de Deo vero.* Qui bene[g] *vtens, bonus malis, facit bona de malis*:[h] *malarum voluntatum iustissimus ordinator. Vt cum male illæ vtantur naturis bonis ipse bene vta-*

[a] Sapient. 8. *Magna diuina & increata postea incarnata sapientia prouidentia & bonitas de malis bona pro salute hominum trahentis.*

[b] Prou. c. 8 v. 30.

[c] S. Ioann. c. 1. v. 18

[d] Habacuc.

[e] Cantus Ecclesiæ.

[f] Cant. conc. Nysseni.

[g] S. Aug. tract. 112. in S. Ioan.

[h] S Aug li. 11 de ciuit. c. 17

m Boetii li. 4. de consolatione philosophica sub finem 6 prosę.
Deus per bonitatē infinitam trahit bona de malis.

tur etiam voluntatibus malis. O admirabilis tantæ sapientiæ Dei nempe facti hominis vis atque potestas? *Cui soli mala quoque bona sunt*, aiebat Boëtius, *cum eis competenter vtendo, alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidam cuncta complectitur: vt quod ab assignata ordinis ratione discesserit, hoc idem licet in alium, tamen ordinem relabatur: Ne quid in regno prouidentiæ liceat temeritati. Naturarum quippe omnium conditor Deus, & redemptor rationabiliū, ad bonum dirigens cuncta disponit: Eumque ea quæ protulit in similitudine retinere festinat, malum omne de Reipub. suæ terminis, per fatalis seriem necessitatis eliminat: quo fit, vt quæ in terris in malum redundare creduntur, si disponentem prouidentiam spectes nihil vsquam mali esse comperias.* Cum ex malo illo semper boni aliquid in gloriam Dei, in salutem animarum, in iustitiæ misericordiæque ipsius decus & auctoramentum bonorum operum hac diuina operante prouidentia deriuetur. Quam quidem cum ad tales exitus honestos & excellentes Deus, sub omni lege naturali & scripta semper exercuerit, atque huius prouidentiæ summa conditæ bonitate radios ad gentes toto terrarum orbe diffusas, sui nescias honoris & veræ cognitionis longè lateque diffundere voluerit: quanto magis istius diuinæ prouidentiæ miris affluentis miserationum suarum diuitiis, populos fideles Ecclesiæ suo mundatæ sanguine sinu gremioque misericorditer exceptos sub lege gratiæ splendoribus repleuisse credimus? Scio aliquando nos in hęc corruptionis publicæ incidere tempora, vt populi præ stupore mentis peccatis obcæcatæ, patientiæ ac misericordiæ diuinæ lucem non videant, & non modo ipsi, sed & qui corrupto isto seculo, à contagione peccantium recedentes viri boni, prudentes, iustique reputantur, illi plerumque de misericordia & benignitate Dei diffidant. Ne propter peccata hominum grauiora sponsæ suæ eiusque filiorum saluti periclitanti misericordia sua charitateque concitatus tam celeriter accurrat. Nam & in eum diffidentiæ atque dubitationis scopulum, lumen illud Græcorum patrum S. Basilius, illisus impegisse visus est: cum hæc lugendo verba protulit: *Accessit autem ad hasce animi disceptationes & ista cogitatio an Ecclesias suas prorsus reliquerit Dominus.* Cum videlicet, vt[c] ex venerabili Beda didicimus. *Nonnunquam Ecclesia vnica Christi Domini sponsa à tantis gentilium,* (& malorum Christianorum) *pressuris non solum afflictata, sed & fœdata conspiciatur*: vt (si fieri posset) *redemptor ipsius eam prorsus deseruisse ad tempus videretur.* Addam & illam, si liceat, turturis lugentis vocem, lugubrem lamentationem Ecclesiæ sanctæ gementis exprimentem,[d] *dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei.* At non est ita, etenim[e] *non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel, ad punctum in modico dereliqui te*, dicebat idem ipse Dominus per Esaiam prophetam afflictæ Ecclesiæ veteri, sed (vt ipsi pondus afflictionis alleuietur)[f] *in miserationibus magnis congregabo te: in momento indignationis abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.*[g] *Si potest mulier, obliuisci infantem vteri sui, ego autem Israel non obliuiscar*, inquit per Esaiam Dominus omnipotens: Si tanta charitatis ac misericordiæ viscera Deus in populum antiquom occidenti litteræ subiugatum effundere voluerit, quid faciet nunc pro Ecclesia sua, quam sibi in æternum desponsauit,

Ingruentibus magnarum afflictionū procellis Deus suam quandoque propter peccata populi videtur Ecclesiam deseruisse sed non est ita.
b S. Basil. ep. 7
c Beda homilia 6. in S. Marcum.
d Esaiæ c. 49. v. 14.
e Psalm. 120. vers. 3.
f Esaiæ c. 54.
g Esaiæ c. 49. v. 15.
Secunda pars. Magna vi misericordie & charitatis Christus D. suam quam genuit proprioque sanguine mundauit Ecclesię prospicit.

vt eam cum filiis bonis Catholicis ab omni mortis & calamitatis impetu defendat? Has Christi Domini virtutes misericordiam, sua minime iustitia destitutam & fortitudinem prouidam, igne in conseruanda firmandaque sua Ecclesia charitatis ardentem, Spiritus sanctus sancto Ioanni in Apocalypsi per pedes igneis columnis similes notas fieri voluit.[h] *Et vidit alium Angelum fortem descendentem de cœlo amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat, vt Sol, & pedes eius tanquam columna ignis*: Quibus Christi Domini pedibus veluti firmissimis columnis diuino charitatis igne concalefactis & æstuantibus, vniuersa Ecclesiæ sanctæ moles ac fabrica fulcitur, atque sustentatur, vt ruere ac in interitum vacillare nullo pacto possit. Quo sensu Theodoretus,[i] illa sponsæ in canticis interpretatus est: *Crura illius columnæ marmoreæ quæ fundatæ sunt super bases aureas.* Verè columnæ marmoreæ fortitudo, prouida Christi Domini, misericordiaque firma super omnia opera eius, charitatis pretiosis operationibus tanquam basi aureæ subnixæ nominantur. Quibus contra omnes aduersitatum tempestates & furiosos omnium inimicorum impetus inconcussa Ecclesiæ sanctæ structura, sedisque illius atq; throni monarchica maiestas corroborata firmatur & inexpugnabilis ab omni ruinæ metu libera subsistit. Has Christi virtutes fortitudinem, misericordiam & charitatem prouidam vinci nesciā, Apostolus his breuibus verbis expressit *portans omnia verbo virtutis suæ.* Quæ licet de omnibus creaturis verbo Domini sustentatis atque portatis intelligi videantur, præcipuè verò hic quæ ad œconomiā Ecclesiæ sanctæ spectant intelligenda conspiciuntur. Cuius rerum Christus D. singulari prouidentia satagere dignatur. Idque citra laborem & sudorem cum sit Deus omnipotens.[k] *Cuius verbo cœli firmati & terra in medio aquarum immota manet, qui*[l] *appendit tribus digitis molem terræ: qui mensus est pugillo aquas & palma cœlos ponderauit.*[m] *Cui cœlum sedes est, terra autem scabellū pedū eius.* Quæ verba expendens sanctus Gregorius:[n] *Sedi quippe, inquit, cui præsidet interior & exterior manet: cœlum autem palmo metiens & terram pugillo concludens dicitur quod ipse omnia contineat. Itaque per sedem cui præsidet, intelligitur quod sit interius supraque: per pugillum vero quo continet, exterius subterque signatur: quia enim ipse manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse super omnia, ipse infra omnia. Et superior est per potentiam, & inferior per sustentationem, exterior per magnitudinē, interior per subtilitatem: sursum regens, deorsum continens, extra circundans, interius penetrans, &c.* Hæc ipse. Quæ quamuis de Deo absolutè dicantur, nihilominus ipsi Christo Domino secundum vtramque naturam præsertim respectu suæ prouidentiæ misericordis, solicitæque charitatis, quas circa totum sanctumque suæ regimen Ecclesiæ operatur & exercet merito tribuenda esse cum illo sanctissimo patre asseueranter affirmamus. Cum ipsi Saluatori nostro præter suæ res Ecclesiæ, creata omnia, secundum diuinam naturam, at verò secundum naturam humanam vniuersalis Ecclesiæ tam in membris quam in capite visibili consideratæ fabrica molesque potenter innitantur. At hæc Christi Domini cura & prouidentia de suæ conseruatione Ecclesiæ soliciti semper misericordiæ iustitiæque splendore sociatæ, clare-

h Apocalyps. c 6. v. 1. & 2.
Pedes Christi misericordia, fortitudo & prouida charitas quibus Ecclesia sustentatur.
i Theodoret. in cant. v. 15.
Heb. c. 1. v. 3.
Christus Deus homo sine labore, rerum sua satagit potenter Ecclesia.
k Psal 32. v. 6.
l Esaiæ c. 40. v. 12.
m Esaiæ 66. v. 1.
n S. Greg. l. 2. moralium ca. 8. in principio tom. 1.
Misericordia & iustitia Christi maximè clarescunt in sua protegēda Ecclesia.

Christus Dominus misericordia & iustitia tanquam duobus pedibus ad sua auxilium Ecclesiæ protectionẽque illius incensus amore accurrit.

scunt ardore charitatis accensæ: quibus tanquam pedibus Christus Dominus ad suæ regimẽ Ecclesiæ auxiliumque solet accurrere. Misericordia, vt pœnitentibus Ecclesiæ filiis ardore charitatis ignoscat, Ecclesiam ab hostibus afflictam demulceat, liberatamque ab omnibus aduersitatibus & immanibus impiorum armis ereptam gloriosè consoletur. Iustitia, vt illam post varios casus post tot discrimina rerum, pro laboribus rectéque factis suo consecratis honori remuneret, lauruque gloriæ & exultationis inauguret, omnes illius perduelles & inimicos sceleribus variis inquinatos non pœnitentes grauissimè puniat & conterat. Quod ex alta Spiritus sancti specula prospiciens vates regius, communiter has duas virtutes in Deo tanquam duos pedes spirituales conbinare sociareque consueuit. [a] *Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via: diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas, vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas.* Quem locum exponens Diuus Augustinus, *Dulcis*, inquit, *& rectus est Dominus: qui post misericordiam vocationis & veniæ quæ habet gratiam sine meritis, digna vltimo supplicio merita requirit: quas autem vias docebit nisi misericordiam quia placabilis, & veritatem quia incorruptus est? Quorum vnum præbuit donando peccata, alterum merita iudicando: & ideo vniuersæ viæ Domini, duo sunt aduentus filii Dei, vnus quidem miserantis, alter vero iudicantis.* His ergo duobus pedibus ad salutem filiorum suorum Ecclesiæque iuuamen, protectionem atque solamen Christus Saluator noster accurrit, & præ desiderio igne charitatis inflammato conferendæ salutis atque veræ exultationis aduolat. Propterea pedes isti Saluatoris nostri instar ignearum columnarum esse dicuntur, propter hunc diuini amoris ardorem. Quorum pedum dexter est misericordia, quæ fortior apparet iustitia, sicut pes dexter est fortior læuo. Quod Deus ipseque Saluator suam clarius potentiam fortitudinemque miserando, quam puniendo manifestare soleat, hinc patheticæ illæ voces Moysis: *Dominator Domine Deus, misericors & clemens*, seu, vt alij ex Hebræo transferunt, fortis & misericors. Quam virtutem potentiamque misericordiæ superexaltantem iustitiæ fortitudinem, eiusque robori præeuntem talibus expressit Apostolus: [b] *Volens Deus ostendere iram, & notam facere potentiam suam sustinuit in multa patientia vasa iræ.* Vnde sanctus Chrysostomus: [c] *Non vult*, inquit, *Deus suum robur per supplicium innotescere, sed per beneficentiam & liberalitatem. Tulit igitur Pharaonem multo tempore, suam simul declarans bonitatem & potentiam.* Propter quod dicebat sapiens ad Dominum, *misereris omnium quia omnia potes & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam*, vbi obseruanda hæc verborum consecutio. Siquidem propheta non dixit, misereris omnium quia misericors es, sed, quia omnia potes, id est, quia omnipotens es. Quare hoc? vnde patet Dei omnipotentia? quia cum possit omnia punire peccata hominum, nihilominus misericordia eius reclamante, omnia mortalium scelera quantumuis maxima, tanquam nihil coram infinita misericordia eius, & illius diuinæ omnipotentiæ ira, indigna (modo per pœnitentiam agnoscantur, agnitaque defleantur iusto dolore) reputantur. Etenim si Poëtæ dicere licuit.

Misericordia & iustitia sociantur semper in Deo.

a Psal. 24. v. 8

b August. in Psal. 24.

Misericordia pes dexter cur fortior dicitur iustitia.

Exo. c. 34. v. 6.

b Rom. 9. v. 22

c S. Chrysost. homil. 16. super epist. ad Roman.

d Sapient. cap. 11. v. 24.

Dei omnipotentia maxime in miserando conspicitur.

Dignum te Cæsaris ira,
Nullus honor faciet.

Quæ proportio clementiæ terreni Imperatoris ad misericordiam Dei omnipotentis, hominis propter hominum salutem facti? [d] Quoniam *miserationes eius super omnia opera eius*, qui optat maximè, vt etiam immanissimi Ecclesiæ suæ hostes agnoscant delicta & nefaria facta, quibus immortaliter peribunt, vt non pereant. [e] *Quia superat culpas delinquentium misericordia Dei, atque ideo suspenditur vltio, vt possit locum habere correctio.* Sed dum reprobi cuiusque sceleris, infidelitatis, hæreseos, schismatis, aut alterius improbitatis Dei misericordiæ vocem audire deprecantur, vt clementer imperanti rebelliones eiurando pateant: tunc demum misericordia Christi improbis obstinatis succurrere non valens, nunquam oculos clementes & auxiliatores à protectione sponsæ suæ, Ecclesiæ Apostolicæ, Catholicæ & Romanæ ne obruatur persecutionibus, auertit. *Credo Ecclesiam sanctam, Catholicam:* [f] *vt confitearis*, inquit Petrus Chrysologus, *Ecclesiam Christi sponsam in perpetua Christi societate, protectioneque esse mansuram.*

d Psal. 44. v. 9.

e S. Leon epi. 47 ad synodũ Chalcedonẽ. cogendam.

f Petrus Chrysolog. ser. 6.

Fremant qui velint maleuoli, sedisque osores Apostolicæ, dum mundus hic in terra perseuerabit, dum genus hominum extabit, sedes Apostolica thronusque Christi in terris, caput & regina omnium Ecclesiarum semper immaculata & ab omni libera errore Romæ permanebit. Vt enim. [g] *Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam:* sic contra, si Dominus custodierit sanctam ciuitatem, Ecclesiam nẽpe fidelium congregationem, vt facit semper, frustra laborant qui eam demoliri conantur. *Cuius extructio*, [i] inquit Prosper Aquitanicus, *ab initio vsque in finem Domino ædificante consurget, sine cuius gratia nihil est solidum, nihil firmum.*

3. Pars. Ecclesia sedesque Apostolica Christo protectore vsque ad seculi consummationem inuictis & furentibus omnium hostium potestatibus victrix de illis emerget & eluctabitur.

g Psal. 126 v. 1.

i Prosper Aquitanicus in illud psal. 126. nisi Dominus ædificauerit domum.

[k] *Victima quæ dabitur, en victima pastor habetur?*
Discedat synagoga suo fuscata colore,
Ecclesiam pulchro sibi Christus iunxit amore.

Cuius principatum atque tribunal locare Romæ voluit, qui in Apostolis transiuit ad gentes, vt aiebat Ioachimus [l] Abbas, *quasi ad Romanum imperium conuertendum, in quo & abscondet populum Christianum in foramine petræ, id est Romæ in qua fides Christi vsque modo inuiolata & illæsa permansit, & permanebit vsque in finem.* Vtinam tam sincerè veréque, vt hic de religionis nostræ mysteriis semper Abbas ille doctrinaque salutis locutus fuisset, neutiquã illum Ecclesia S. contra fidem erroris insimulauisset. *Hac diuina Christi Domini virtute & prouidentia omnipotenti* [m] *inuiolata, inconcussa, inuiolataque religio Christiani nominis permanebit, quamdiu Sol oritur & occidit: Hoc est quamdiu tempora ista voluentur, non deerit Ecclesia, hoc est Christi corpus in terra.* Cuius caput visibile terrarum orbe diffuso huic corpori mystico Christi sub ipso Christo Domino, sancta iurisdictione dominans Romæ sedet, ibique clauum Christiani spiritualisque imperii, immoto durationis vsque ad cõsummationem seculi vigore moderatur. Hinc sedes Apostolica Ecclesiaque Romana, [n] vt dicebat Victor Vticensis, caput omnium Ecclesiarum reginaque dicta factaque, diuina Saluatoris ordinatione, potestatis in omnes Ecclesias mo-

k Sedulius l. 4 pascali. anno 460.

l Ioachimus Abbas in cap. 13. Esaiæ anno 1180.

m Lanfrãc. de sacramento Eucharistiæ.

n Victor Vticensis l. 2 de persecutione Vuandal anno 480.

A narchicæ iura possidet: In qua possessione supremi Dominij spiritualis, quamuis sæpius à Christo passo, conditoque christianæ generationis orbe tonantibus & ingruentibus multarum persecutionum calamitatumque turbinibus vexata turbataque iacuerit, nunquam tamen obruta periit, nec vnquam Christo pro illa eiusque pastore S. Petri successore rogante peribit. Licet enim dum Christus orabat in excelso, nauicula in qua S. Petrus erat turbaretur in profundo, tamen propter orationem Christi, fluctibus obrui non poterat. Sic ab ascensione Domini in cælum mystica illa S. Petri nauicula scilicet Apostolica sedes, cui post S. Petrum præsidet Romanus hierarcha, licet insurgentibus in eam variarum persecutionum fluctibus quandoque turbata laboret & gemat: *Nihilominus quia Christus pro ea orat non potest mergi*, [a] aiebat sanctus Anselmus. B Hac orationis diuinæ virtute & efficacia inuictam semper vsque ad consummationem seculi omnibus errorum, hæreseon, schismatum, aliarumque improbitatum procellis turbinibusque superiorem fore credens atque confidens Arnulphus Episcopus Lexouiensis sic in Concilio Tullensi circiter annum 1160. habito, astantibus & audientibus patribus concionando loquebatur. [b] *Licet Principes tenebrarum aduersus Ecclesiam Dei vehementer insurgant. Portæ tamen inferi aduersus eam præualere non possunt, habemus assistentẽ nobis Christũ. Neque enim Ecclesiã ea nobis conditione tradidit, vt eã quãdoq; relinqueret, sed et semper assistit, non reliquã, inquit, vos orphanos, vado & venio ad vos, vobiscum vsque ad consummationem mundi permansurus; adiutor & protector nobis est in salutem.* [c] *Sicut enim Luna à Sole: sic Ecclesia à Christo illuminatur* C *& stabilitur.* Atque vt totam hanc de tuta securaque Ecclesiæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ protectione, defensione & victoriarum eius de cunctis hostibus certitudine disputationem concludamus, illud venerabilis Bedæ memoriæ animoque penitus imprimamus. [d] *Christus ad patrem post resurrectionem victor ascendens Ecclesiam corporaliter* (scilicet visibiliter) *reliquit, quam tamen nunquam diuinæ præsidio præsentia destituit: Manens in illa omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Demusque operam, vt semper mirabile illud Christi Domini beneficium, auxiliumque Antiochiæ ciuitati misericorditer exhibitum repentè reminiscamur. Qui sola inscriptione nominis sui pro foribus domorum, sicut se velle cuidam religioso viro hoc fieri, oraculo edito significauerat, [e] his concepta verbis. D *Christus nobiscum state*, hanc ciuitatem fama, populis, diuitiis, soli fertilitate, ędificiorũ superbia, celeberrimam horribili terræ motu concussam vno vix digito ab vniuersa ruina totoque interitu suo distantem, dum præsentem illi intentarent omnia mortem, ab omni imminentis ruinæ calamitatisque periculo liberauit. Si tanta potuit horum sanctorum verborum prolatio, *Christus nobiscum state*, ad ciuitatem florentissimam (quæ ob id postea Theopolis, ciuitas Dei dicta est) à grauissimo terræ motu, indéque profecto funestissimæ desolationis exterminationisque turbine vindicandam. Quid mirum si hanc dilectam ciuitatem Dei, regnum Christi, sanctuarium fidei, salutis æternæ sequestrem, Dei in terris solium errare nescium, firmamentum & columnam veritatis, Romanam Ecclesiam, sedemque Apo-

[a] S. Anselmus lib. explanationis aliquot in Euãgelia in c. 14. S. Matth.

[b] Arnulphus Lexouiensis sermone habito in Concilio Tullensi anno 1160.

[c] Rabanus Maurus in Ecclesiast. l. 9. c. 7. anno 850.

[d] Beda l. 4. in Marcum c. 13.

[e] Nicephor. l. 17. cap. 3. *Cedrenus Auctor Miscella anno 2. imperij Iustiniani.*

Descriptio sedis Apostolicæ.

A stolicã, omnium Ecclesiarum per omnes nationes populosq; sparsarũ reginã atque matrẽ, pręsentia Christi D. inuisibili atque protectione duraturã perpetuò, nullis subiugatam erroribus, atque de triumphatis hostibus religiosè hic exultantem, tandemque ad portum optatum triumphantis Ecclesiæ, peruenturam gloriosè, nullatenus dubitando, sed fidei certitudine credendo omnes veri Catholici, huius Ecclesiæ sanctæque sedis filij obsequentissimi profiteantur?

CAPVT XII.

De fortitudine pulchra & speciosa Ecclesiæ Romanæ sedisque Apostolicæ semper pugnantis, & semper per Christi Domini virtutem, omnium victricis hostium, duraturæ semper in terra, quousque immissa cælis in triumphantem conuertatur Ecclesiam.

B

1. *De pulchritudine Ecclesiæ Dei.*
2. *De fortitudine eius.*
3. *Hinc cũ gloria Dei fideliũ in terra exultatio.*



FILIVS altissimi Christus Dominus sponsæ suæ Ecclesiæ, Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ fortitudinem speciosam & pulchram exprimere volens turri eburneæ [a] eam in collo comparat. *De qua mille pendebant clypei, omnis armatura fortium.* Alibi, vt hãc fortitudi- C nis & pulchritudinis societatem in sponsa sua clarius ostendat, [b] *eam pulchram & decoram sicut Hierusalem* appellat, quia pulchritudo Hierusalem ciuitatis, maximæ iuncta fortitudini, terribilis simul & mirabilis omnibus apparebat. Quæ triplici circundata muro vndique fortibus altisque cincta turribus, septa vallis, propugnaculis corroborata atque munita, cæterisque munitionum bellicarũ firmata, omnino ab humanis viribus vinci nescia inexpugnabilisque credebatur. Vt ipse Titus Imperator huius captæ vrbis inexpugnabilia munimenta atque propognacula nulli mortalium virium robori cedentia circumspiciens exclamare stupẽdo coactus fuerit Iosepho teste. [c] *Verè Deus pro nobis contra Iudæos pugnauit, alias qua ratione inexpugnabilem hanc ciuitatem viribus nostris capere atque domare potuissemus?* Sed vt fortissima & D inexpugnabilis viribus hominum, sic & formosissima & pulcherrima omnium gentium tanquam miraculum mundi oculos in sui admirationẽ rapiens, habebatur. Formosissima dilectione Dei [d] Psal. 86. *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.* 2. Formosissima magnitudine diuitiarum & multitudine prosperitatum ab hac Dei profectarũ dilectione: [e] *Vident oculi tui Hierusalem ciuitatẽ opulentã.* 3. formosissima loci altitudine amœnoq; soli situ *ædificabatur ciuitas in excelso.* 4. Formosissima gloria & honore quibus super omnes ciuitates à Deo sublimata est. Ideo ciuitas Dei per excellẽtiam appellata: [f] *Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei,* [g] *& benedictus Deus qui exaltauit Hierusalẽ*, clamabat Tobias. 5. Denique formosissima frequentia populorum qui ex omni natione quæ sub cælo erat, ad eam confugiebant, & sua oblaturi dona veniebant. [h] *Illuc enim ascenderunt*

[a] Cant. 7. v. 4.

[b] Cant. cap. 6.

Ciuitatis Hierusalem fortitudo & decor figura fuit fortitudinis & pulchritudinis Ecclesiæ Romanæ.

De magna ciuitatis Hierusalem fortitudine.

[c] Ioseph li. 5. de bello c. 18. lib. 6. c. 21. l. 7. c. 10.

Hierusalem ciuitas omnium sui temporis formosissima.

[d] Psal. 86.

[e] Esaiæ c. 33. Hierem. ca. 30.

[f] Psal. 86.

[g] Tobiæ c. 13.

[h] Psal. 12. v. 4.

bus, Domini. Sed hæc speciosa facies atque pulchritudo Hierusalem terrestris, vmbra & figura tantum erat Romæ sanctæ atque spiritualis, Ecclesiam dico Romanam sedemque Apostolicam. Cuius pulchritudo admirabilis planéque diuina in sanctitate vitæ, rectitudine fidei doctrinæque Christianæ puritate collocata tanta ab omni æuo extitit floretque semper nunquam desitura: vt ad eã turpitudo erroris cuiuscumque atque deformitas improbitatis vitæ nullo vnquam momento temporis accedere potuerit. Pulchritudo hæc duplex, sanctitas, vitæ & veritas doctrinæ diuinæ. Quã exprimere volens sponsus cælestis & diuinus, huic spõsæ suæ charissimæ, piè deliciando cum ea, dicebat. [a] *Ecce tu pulchra es, ecce tu pulchra amica mea,* & cap. 4. v. 1. per exclamationem iterato bis pulchritudinis nomine, [b] *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra!* Pulchra sanctitate vitæ, pulchra veritate doctrinæ diuinæ. Quam alibi propter eamdem sanctitatis & veritatis pulchritudinem, columbam suam mysticè vocat, eã verbis amicis ad se compellando. [b] *Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea & veni* Et infra, suauitatem affectus sui ex illius pulchritudine quam dedit ardore charitatis æstuantis desiderium que societatis cum illa suum magis indicãs, *columba mea,* inquit, *in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis & facies tua decora.* & cap. 6. v. 8. *vna est columba mea, perfecta mea:* Columba inquam, sed alba, alba propter innocentiam, sanctitatem vitæ, & puritatem fidei merito venit appellanda hæc sancta mater Romana Ecclesia omnium regina Ecclesiarum. Quas velut filias suo sponso altissimi filio religiosissima fœcunditate peperit. Sicut hæresis & synagoga impiorũ huic sãctissimæ Dei spõsæ reluctantium erroneorum fuliginosæ atrataeque insigni ad deformitatem columbæ comparantur. Quod illustri visione sancto Abbati nomine Theodoro Christus Dominus demonstrare dignatus est. Qui assiduis adeò religiosè precibus efflagitabat, vt sibi verè fideles credentesque manifestaret. Quod ipse monachum quemdam sanctis quidem in specie moribus imbutum diu noctuque psallentem Deo, nemini loquentem, Seuerianum tamen hæreticum esse, Ecclesiæque Catholicæ refugientem communicare conspiceret. Cuius orationem clementer exaudiens Christus Dominus magno miraculo & ostento huic monachum istum, austero licet victu annos vitæ conterentem exercitioque bonorum operum exterius occupatum, pessimæ nihilominus cõfessionis fideique esse declarauit: Quod his verbis, in prato spirituali apud [c] Sophroniũ bonus ille Theodorus Abbas expressit: *Die vero tertia venit mihi vox inuisibiliter dicens, vade Theodore aspice fidem ipsius* scilicet monachi: *in crastinum igitur profectus sedi ante illum, expectans videre aliquid, iuxta quod mihi vox dixerat: & cum mansissem sedens quasi hora vna & intuerer in ipsum stantem & voce Syra psallentem: vidi teste Deo, filij columbam super caput eius stantem fuliginosam veluti ex coquina venientem, squalidam & fœtidam: tunc agnoui eam quæ mihi apparuerat, caliginosam fœtidamque columbam esse ipsius fidem:* Sicut alba columba sinceritatem nitoremque veritatis fidei, Christianæque doctrinæ representat. Cui columbinæ albedini Lunæ pulchritudo iungi commodè potest, ad exprimendam huius sanctæ ecclesiæ sedisque Apostolicæ, speciosam, pulchramque maiestatem, ab ipsius Christi Domini virtute gratiaque sicut formosam Lunæ lucem à Sole profectam. De qua hæc Philo Carpathius: *Luna comparatur Ecclesia, propter ea quod quidquid habet diuini luminis, id à iustitiæ Sole illo immobili atque diuino, quamdiu illi se se rectè offert, accipit, & veluti Luna modo tentationibus & pressuris decrescere videtur, ac minui modo victis malignis hostibus innouari ac surgere &c.* [d] his dictis contra hæreticorum furores ista subiungit: *Hanc Lunam purissimam Ecclesiam & immaculatam Christi sponsam diuinissimo suo sanguine fundatam & ablutam obscurare conantur hæretici, & omnes male viuentes: Sed Sol ipse ineffabilis bonitatis suæ radijs, nunquam hanc humilem & fidelem Lunam illuminare cessat, suoque ardore fouere, ad plurimos quotidie vitales partus edendos: vt his omnibus armata sponsa & munita terrorem malignis hostibus incutiat stuporem & mortem.* Sic deuictis his omnibus suæ sanctitatis & integræ veritatis inuidis & osoribus improbis, Ecclesia hęc D. luce perfusa pulchros per orbẽ totũ, suę sanctitatis & incorruptionis radios mater sacræ prolis fœcunditate copiosa porrigit, lumenque Christianæ diuinæque veritatis vbiq; diffundit. Cuius fœtu nascimur, cuius lacte nutrimur, cuiusdemq; spiritu ad ęternas cęlestis vitę delicias animamur. Cui dixit Dominus, [f] *surge, illuminare Hierusalẽ, quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, vt quæ cecidit in incredulis, surgat in fidelibus* (inquit S. Hieronymus. [g] *Quæ cecidit in synagogis, surgat in Ecclesijs, & postquã surrexit illuminetur, vt nequaquam habeat erroris tenebras.* Quam propterea alloquens D. Augustinus. [h] *Noli,* inquit, *decipi nomine veritatis, hanc sola tu habes, & in lacte tuo & in pane tuo. In hac autem,* scilicet Manichæorũ Ecclesia, *tantum nomen eius est, ipsa non est* (scilicet veritas) *& in tuis quidem grandibus secura es: Sed appello interim paruulos tuos, fratres, filios dominos meos quos vel tanquã oua fouisti, alis, foues, vel tanquam infantes lacte nutris, sine corruptione fœcũda virgo mater. Hos in te appello teneros tuos fœtus, ne garrula curiositate seducantur abs te, sed potius anatematisent, si quis eis Euangelisauerit præter id quod acceperunt in te.*

Sed non minor est Ecclesiæ fortitudo quam pulchritudo: vtriusque virtutis maxima societas & amica coniuratio, *hoc habet auctoritas matris Ecclesiæ, hoc fundatus veritatis canon, contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilẽ murũ quisquis arietat, ipse cõfringitur,* [h] clamabat maximus Theologorũ pater: Quo muro inexpugnabili indomitã Ecclesiæ Romanæ necnon Apostolicæ sedis fortitudinem S. Pater intellectam esse voluit. Quam simili methaphora Amos Propheta his verbis Spiritus S. inflatus gratia iuxta septuaginta translationem expressit. *Ecce vir stabat super murum adamantinum & in manu eius adamas: & dixit Dominus ad me, Quid tu vides Amos? & dixi adamantẽ: Ecce ego inijciam, dixit Dominus, adamãtẽ in medio populi mei Israel.* Quibus verbis Ecclesiæ robur inexpugnabile, fortitudinemque vinci nesciã aperuit, cum eam murum adamãtinum nominauit, quem nulla vis ferri ignisque conuellere atq; confringere potest. Atque vt omnes intelligant hoc virtutis fortitudinisque robur à Christo D. procedere, ipsum Dominum adamantem vocat in manu patris constitutum, ab eoque missum in

Ecclesiæ pulchritudo duplex sanctitatis vitæ & veritatis diuinæ doctrinæ.

a Cant. 4. c. 1.

b Cant. c. 1. *Alba columba dicitur Ecclesia propter duplicem illam pulchritudinẽ.*

b Cap. 2 cant. v. 10.

Ecclesia propter sanctitatẽ & puritatem doctrinæ albo columbæ comparata hæresis propter impietatem & falsitatem erroris fuliginoso & atrato.

c Sophron in prato c. 106.

Ad exprimendam Ecclesiæ pulchritudinẽ alia comparatio eius cum Luna.

Philo Carpathius in hęc cant. cãt. pulchra vt Luna.

d Idem Philo ibid.

Hæretici & omnes impij Ecclesiæ pulchritudinem obscurare conantur sed frustra.

Ecclesia Romana ab omni immunis errore.

f Esaiæ c. 4.

g S. Hieron c. 4. Esaiæ.

Ab Ecclesia Catholica nunquam veritas abest ab hæreticorum synagoga nũquam mendacium.

Pars 2. Fortitudo Ecclesiæ ad resistendum omnibus hostibus occultis & apertis manima:

h S Aug serm. 15 de verbis Apostoli.

Ecclesiæ fortitudo murus inexpugnabilis & adamantinus dicta.

i Amos c. 7. v. 7.

Ecclesiæ viscera, vt hoc lapide munita pretiosn, aduersus omnes diaboli eiusque ministrurum furiosos impetus indomita victrixque perseueret. Propter quam Ecclesiæ inexpugnabilem à Christo Domino datam fortitudinem Hieremias propheta dixit,[a] *confractum & contritum esse malleum vniuersæ terræ*, id est rabies & furor diaboli & ministrorum eius, puta tyrannorum, infidelium, iudæorum, hæreticorum, schismaticorum, & aliorum cuiuscumque impietatis Ecclesiæ hostium fracti contritique corruerunt. Quoniam dum murum huoc Ecclesiæ adamantinum ipsumque adamantem mysticum Christum D. multiplicatis iteratisque furiosè ictibus diruere ac frangere ex omni suo impetu conantur, ipsi virtute huius mystici adamantis Christi D. funditus cooteryntur atque franguntur. Adeò inualidi, cõtraque hoc diuinum Ecclesiæ robur euanidi atque debiles, vt de illis illud Prophetæ merito occini debeat: [b] *Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ corũ.* Qua sicut paruuli brãchiorum robore & fortitudine neruorum destituũtur, quibus sagittas telaque fortiter contorqueant & eiaculentur, sic hæretici, sic schismatici, sic nefarij reliqui hostes Ecclesiæ contra eius robur ac fortitudinem, non nisi lãguidis & irritis conatibus arietãt, sagittasq; furoris atque dementiæ sine vllo roboris neruo iaculantur. Non aliter quam miserabilis ille Priamus grauis annis, senioque confectus.[c] In Pyrrhi clypeum *imbelle telum sine ictu coniecit, rauc quod protinus ære repulsum, & summo clypei nec quicquam vmbone pependit.* Huius fortitudinis atque roboris diuini indomitique, quo suam Christus D. Ecclesiam sepiuit atque firmauit magnitudinem, spiritu prophetico regius vates de longe prospiciens, & prospiciendo extra se raptus, admirandoque eleganti pulchraque similitudine describens, oraculum hoc sacro intonuit ore.[d] *Ædificauit sicut vnicornium* (alias vnicornis) *sanctificium suum in terra.* Quoniã sicut vnicornis, vt præclarè S. Cyrillus[e] Alexandrinus exponit, *cæteris est animalibus formidabilis, terrores his maximos incutiens: Sic sanctuarium Dei Ecclesia videlicet Christi Domini horribile inimicis perduellibusque suis suæ fortitudinis cornu erigit, quo omnes illos ventilando consternat & conterat.* De quo idem regius vates in persona futurorum Ecclesiæ Christi filiorum, victoriam de cunctis hostibus suis sibi confidenter sperans in Deo pollicebatur.[f] *In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.* Etiam per similitudinem Ecclesia vnicornis appositè dicitur, quia nulla malignantium synagoga, nulla hæresis, nullum schisma, nulla denique cuiuscumque impietatis secta factióne, illam vllis errorum scelerumque contagionibus venenisque incestando contaminandoque labefactare possunt. Eò quod ipsa sit veluti vnicornis, *qui vim habet expellendi venena*: à nullaque proinde veneni malitia & influxu maligno, corrumpi destroique in suæ vigore naturæ possit: sed contra qui omnem malignitatem, vitium, virusque veneni atque toxici, sua potenter virtute dissoluat. In cuius rei typũ [d] Exodi 7. virga Moysis, vt primum in terram proiecta serpens facta est, Ægypti magorum serpentes illico deuorauit, vt erudite præclareque more suo doctus Augustinus hæc dicendo declarauit.[e] *Serpens pro sapientia ponitur iuxta*[f] *illud Matthæi 10. Estote prudentes sicut serpentes. Idcirco*

a Hierem. c. 50.
b Psal. 63. v. 60
c 2. Æneid.
d Psal. 77. v. 69.
e S. Cyrillus Alexand. l. 5. in Esaiam.
Cur dicitur vnicornis Ecclesia propter suam fortitudinem.
f Psal. 43. v. 6
Ecclesia cornu scilicet fortitudo omnia hæreticorum aliorum improborum errores sicut vnicornis venena dissoluit.
d Exod. c. 7.
Mysterium virga Moysis in serpentem conuersa deuorantis serpentes magorum significat sapientiam & fortitudinem ecclesia Romana omnes dolos furoresque hæreticorum aliorumque hostium confundentem.
e S. Augustin serm. 87. de tempore.
f S. Matt. 10.

A *virga Moysis, id est crux Christi, postquam ad terras descendit, id est postquam ad credulitatem & fidem hominum venit, conuersa est in sapientiam quæ nomen Ægyptiorum, id est huius mundi sapientiam deuoraret.* Sicut in veteri lege spoponderat Dominus per prophetam dicens,[g] *Perdam sapientiam sapientium* (scilicet huius mundi)[h] *quæ stultitia est apud Deum, & prudentiam prudentum reprobabo*, scilicet per sapientiam suam diuina armatam fortitudine, qua sponsam suam ornaturus, & contra omnes principes tenebrarum harum ac spiritalia nequitiæ in terra muniturus erat. Hæc sapientia sic munita fortitudine de alto sola salutaris est quæ cultores suos beatos efficit, iuxta sapientis elogium.[i] *Beatus homo qui in sapientia demorabitur*, quia,[k] *aqua sapientiæ salutaris potabit eum Dominus*, à quo omnis pax, quies, & fœlicitas: vnde dicta hæc Christi sapientia salotaris B *Et benè sapientia salutaris*, inquit S.[l] Bernardus, *quoniam sapientia carnis mors est, & sapientia mundi est etiam inimica Deo: Sola quæ ex Deo est sapientia salutaris est, quæ secundum beati Iacobi definitionem primum pudica, deinde pacifica est: Nam sapientia carnis, voluptuosa est, non pudica, & sapientia mundi inmulenosa est non pacifica.* De hac autem salotari sapientia indomitaque Ecclesiæ fortitudine ne quis fidelium dubitare iure possit eam daturum Christus Dominos sponsæ huic suę oraculis prophetarum longè antequam nasceretur, eiusque sanguine in cruce profuso mundaretur, certissimè promisit. Cuius promissionis infallibili certitudine firmatus Eusebios de præparatione Euãgelica ita loquitur.[n] *Certum est Saluatorem nostrum prædixisse doctrinam, in testimonium gentium per vniuersarum terrarum orbem prædicatum iri, & Ecclesiam* C *quæ postea virtute sua constituta est, inuictam, atque inexpugnabilem fore: nec vnquam futurum, vt à morte superaretur: sed firmam fore & inuiolabilem tanquam in lapide stabilitam atque fundatam. Cuius diuinationis effectus omnem impudentissimam linguam, vana contra dicentem profectò arcere potest. Quis enim non fatebitur, cum sic apertè rerum euentus diuinationi congruat, Dei virtutem non naturam humanam fuisse quæ hæc futura præuiderat, & reipsa perfecit quæ prædixerat? Iam enim sui Euangelij fama toti ab ortu solis ad occasum orbem impleuit, omnesque gentes adijt, crescitque in dies prædicatio sui. Ecclesia etiam hoc nomine ab ipso donata radices egit, ac vsque ad astra sanctorum virorum orationibus glorificata luce ac fulgore orthodoxæ fidei splendet, neque hostibus tergadat, neque ipsis ianuis mortis cedit, propter pauca* D *verba quæ ille protulit: Super lapidem ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus ipsam.* Hæc Eusebius: quæ fortitudo eò robustior & gloriosior à virtute Christi profecta censeri debet, quò pluribus agitata furoribus hostium omniũ, nullis impendẽtibus eorũ cędẽs tempestatibos victrix semper eluctata triumphauerit. *Et ideo Ecclesiam vnam solam Catholicam & Apostolicã agnoscimus*, (dicebat[p] Alexander Patriarcha Alexandriæ) *quæ sicut numquam expugnari potest, etiam si totus mundus eam oppugnare instituat: sic omnem impiam hæreticorum incursionem euincit & profligat: Quandoquidem eius Dominus nos efficit satis animosos dum clamat,*[q] *confidite ego, vici mundum.* Et ne euentus factaque à promissionibus Christi discrepasse videantur, à die qua Christus Dominus indomitas & inexpugnabiles

g Esaiæ ex D. Paulo 1. ad Cor. c. 1. v. 19.
h 1. ad Cor. c. 3. vers. 19.
i Sapient. c. 1. v. 1.
k Ecclesiast. cap. 14
l Bernard in hunc locum.
m S. Iacob. c. 3.
n Euseb. l. c. 1. 3. de præparatione Euangelica an. 320
Sicut Christus Dominus per se & per prophetas suos prædixit, ita apparuit sua Ecclesia robur & fortitudo crescens in dies victa nunquã.
o S. Matt. c. 16.
p Alexander Patriarcha Alexandriæ ep. ad Alexandr. Constãtinop. Episc. an. 320.
q S. Ioan. c. 16 vers. 33.

Ecclesiæ suæ vires vaticinando spopōdit. *Constat,* A inquit[a] S. Chrysostomus, *Ecclesia solida & stabilis, ac inuicta, florens ac fulgens, & in dies magis vigens, crescens & plus roboris sumens, & omnibus qui ab illo die vsque ad Domini aduentum futuri sunt, præstans, vt summos inde fructus & ineffabilem vtilitatem capere queant. Nam & qui ante nos, & qui ante illos, & qui multò superiùs fuere, cognouerunt etiam virtutem, videntes eam vexari bellis, periculis, tumultibus, turbis, fluctibus & tempestatibus: & neque sic submergi, vinci, supgrari, extingui, sed florere, crescere & extolli, &c.* Hinc[b] *magnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius,* clamabat propheta. Quæ est ista ciui- B tas? quis mons? nisi sedes Apostolica Romanaque Ecclesia, *super vertice montium,* meritorum nempe Saluatoris nostri, [c] *super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu,* sublimiter ædificata, cuius extructio firma, solida, inexpugnabilis animos fideliū per vniuersam terram sparsos vehementer oblectat. Propterquod addidit Propheta. [d] *Fundatur in exultatione vniuersæ terræ mons Sion ciuitas regis magni,* scilicet Christi *regis regū, Domini Dominantium. Hanc,* ait[e] Theodoretus, *in lætitia vniuersæ terræ, bene & optime ac solide ædificauit. Ædificauit namque ipsam* (ait diuinus Apostolus) *supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum cum sit Petra angularis eius Christus Iesus qui B. Petro dixit: super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Hoc* C *igitur (bene fundata) pro solidis fundamentis posita, vt ipsa intrepida & inconcussa permaneat.* Tunc[f] Deus, *in domibus eius cognoscetur,* scilicet in particularibus Ecclesiis vniuersalis Ecclesiæ membris, cuius caput est Romana sedes, *cum suscipiet eam,* contra quam, *ecce reges terræ,* scilicet infideles, hæretici, schismatici, aliique mundanæ vanitatis & iniquitatis captiui, *congregati conuenerunt in vnum.* Sed quid inde? ô frustra illorum suscepti labores! ô spes fallaces! ô cogitationes inanes! *Ipsi videntes,* nempe Ecclesiæ Christi fortitudinem, *sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.*

a S. Chrysost. in demonstratione aduersus gentes quod Christus sit Deus.

b Psal. 47. v. 1.

3. Pars. *Magna gloria Dei ex fortitudine indomita Ecclesia & magna ex eadem exultatio fidelium in terra.*

c Hebr. c. 2. v.

d Psal. 47. v. 2.

e Theodoretus in psal. 47 anno 450.

f Psal. 4. v. 5.

g Ibid. v. 6.

CAPVT XIII.

Ecclesia Dei continuo præliatur, & sui D sponsi Christi Domini virtute, præliando vincit in terra, quò vsque de militante triumphans existat in cælo.

1. *Per portas inferi omnis furiosa diaboli, eiusque ministrorum potestas contra hanc Christi Domini sponsam significatur.*

2. *Ecclesia Dei eiusque sedes Apostolica quò maioribus vrgetur persecutionibus eò gloriosior triumphat.*

3. *Quia per medios certaminum ignes victoriarum lauros illæsa persequitur, meritò arcæ Noe & mulieri forti comparatur.*

4. *Semper stabit in terra militiæ suæ campo,* A *victrix, hostiles debellando furores, donec in cælo triumphet.*



EX superioribus patet, tanto virtutis atque fortitudinis septam munitamque robore Ecclesiam Christi, sedemque Apostolicam, vt nullis, hostium furoribus succumbere, nullis persecutionum calamitatumque mundi tempestatibus cedere possit. Sed addimus hic maius & auctius virtutis indomitæ robur, quod ea innixa sui sponsi patrisque Christi D. meritis, & ex illis, auxilio diui- B nitus armata omnes diabolicas insanias infernique furores in corda corporaque impiorum mūdi huius insilientes & ascendentes, victrix & inexpugnabilis semper manens debellando conterendoque superet. De qua victoria Christus D. vicarium suum sanctum Petrum securum certūque reddere voluit, cum audita eius confessione à Deo reuelata dixit illi: [a] *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prçualebunt aduersus eam:* Per portas inferi intelligere volens omnes vires, copias, potētiasque rabidas, immanes, omniq; munitas crudelitate, dolo, fraudibus, externas, & internas, clādestinas & apertas diaboli tā à se ipso, quā à ministris carne mūdoq; profectas, ducta metaphora à ciuitatibus vrbibusque, quarum ex omnibus partibus portæ solent esse multis propugnaculis munitis- C simæ. [b] *Quoniam confortauit seras portarum tuarum benedixit filijs tuis in te.* O Hierusalem vrbs munitissima, sed præcipue in portis tuis fortissima, inexpugnabilis, vt hinc nullus expugnationis metus filiis tuis incuti possit. Propterea Dominus robur potentiæ atque fortitudinis diaboli non potentiam, sed metaphoricè portas appellare voluit, portas, inquam, inferi, potius quam diaboli: quia sicut de Ecclesia sua tanquam de ciuitate fortissima atque contra omnes inimicorum incursus tutissima Dominus loquebatur, sic de imperio cui diabolus dominatur ac præsidet tanquam de ciuitate aliqua suę contradicente & opposita Ecclesiæ loqui voluit. Quā diaboli ciuitatē infernū scilicet, eo etsum iri per prophetam suū longè ante prędixerat. [c] *Qui contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit.* Contriuit pro conteret, prętetito pro futuro, formula loquendi prophetica vti voluit. Sont enim duæ ciuitates, D vna Dei, altera diaboli. De quibus duobus & viginti libris D. Augustinus amplissimè disputauit. Quæ inter se prælio pugnaque perenni sine cessatione ab armis conflictuque luctantur: sed illa semper vincit, hæc vincitur. Propterquod dixit Dominus, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. οὐ κατισχύσουσιν, scilicet, non vincent, non superabunt, imo potius vincentur, opprimētur, diruentur ab illa Ecclesia, cui non poterunt vllo modo resistere. Sensus enim verborum Christi id sonat. Neque enim solent portæ vincere, sed resistere, nec offendendi, sed defendendi vis ac robur per portas designari solet. Quibus verbis Christus Dominus S. Petro vicario futuro & posteris Catholicis in eius obedientia fideque solidatis indicare voluit, Ecclesiam suam supra hanc Petram à se fundatam, omnem diaboli potentiam eiusque forores, omnes debellaturam & expugnaturam per portas inferi significatos, ita vt nullis machinis, viribus, artibusq;

a S. Matt. 16.

Per portas inferi omnis diaboli & ministrorum eius potestas significata.

b Psal. 147. v. 13.

c Psal. 106. v. 16

Duæ ciuitates Dei & diaboli, Ecclesia Christi, & infernus

d D. Aug. l. de ciuit.

Quid significant hæc portæ inferi nō præualebunt aduersus eam.

Potentia furiosa omnes diaboli eiusque ministrorum per portas inferi intellecta non modo non vincunt Ecclesiam, sed ab ea vincuntur.

huic tantæ Ecclesiæ fortitudini resistere possit. Sic enim hunc locum scripturæ S.[a] Hilarius his verbis interpretatus est: *Quæ* (scilicet *Ecclesia super hanc petram fundata*) *infernas leges & tartari portas, & omnia mortis claustra dissoluet.* In cuius sancti Patris sententiam sui propendens inclinatione consensus Isidorus Pelusiota dicebat.[b] *Per inferni portas diuinus sermo impiorum hominum lætuc atque hæresum blasphemias* (quæ sunt opera & vires diaboli in terra) *intelligit: quibus omnibus obsistens Dei Ecclesia, eas quidem frangit & oppugnat, ab his autem vinci non potest.* Idem alio[c] in loco. *Non tanquam nemo*, inquit, *Ecclesiæ bellum inducturus atque extinguere aduxuruc esset: verum quod multi quidem aduersus eam pugnaturi, sed tamen quia vincendi & profligandi essent, dictum est: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, subaudi Ecclesiam: Sic quippe contigit: oppugnata enim est, sed non oppressa: verum vt ipsis qui eam extinguere tentauerunt splendidior emicuit. Quid igitur miraris, si sancti etiam viri bello exagitantur? ex bellis enim præclariora trophæa, atque ornatiora spolia esse videntur.*

a S. Hilar. in S. Matth. 16.

b Isidor Pelusiota l. 1. epist. 238. anno 440.

c Isido. Pelus. l. 3. epist. 5.

His præclara veritatis conformitate conspirantia hæc S. Basilij verba quis fidelium non mirabitur?[d] *Nobis admodum conducibile fuerit & commodum si tempore persecutionis animo præsenti & intrepido dixerimus illud gentibus: Si iterum præualueritis, iterum vincemini, gentiles enim subinde dum Christi Ecclesiam oppugnarunt pessum ierunt: Quemadmodum enim accessione incensa ac flagrantis materiæ flamma in maius attollitur: sic semper contingit, vt qui toto animo studuêre demoliri Ecclesiam, violenta oppressione tentationum eam ad augustiorem & ampliorem gloriam ac potestatem extulerunt. Quoniam Ecclesiam suam Deus munit validius quam Hierusalem*, aiebat sanctus Chrysostomus, *non vectibus & portis, sed cruce circumseptam, & renuntiatione propriæ voluntatis: per quam vbique ruus exitant ambitum: cum dixit. Portæ inferorum non præualebunt aduersus eam. In principio igitur Imperatores & reges omnes & populi, & ciuitates, & dæmonum Phalanges, & ipsa diaboli tyrannis, & aliæ innumerabilia inuaserunt Ecclesiam: Illa tamen omnia fracta & dissoluta sunt & interierunt. Ipsa autem creuit & in tantam prouecta est altitudinem, vt ipsos etiam cælos superauerit. Tu es Petrus*, inquit Christus Dominus, *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Sacra verba! diuina verba! quæ millies repetantur (inuitis frementibus & furentibus Nouatoribus) dignissima! verba nunquam satis dignè ad corroborandam constantiam Catholicorum, & stabiliendam fidei firmitatem sæpissimè repetenda! fidelis sermo & non vacillans promissio & Ecclesia inuicta res est, etiam si infernus ipse commoueatur: Et si qui in inferno sunt, mundi principes & tenebrarum tumultum faciant. Inter omnes diaboli satellites atque ministros Ecclesiæ Christi, sedique Apostolicæ inimiciciores, immanioresque sunt hæretici, quorum ora venenata fætide blasphemias in Ecclesiam triumphantem & militantem exhalantia portæ inferi à SS. patribus merito appellantur. Sed virtute tandem atque potestate à Deo Ecclesiæ tradita, obstruentur atque conterentur.[e] Hæc illa quippe firma & immota fides super quam tanquam super firmam petram, Ecclesia fundata est. *Cuius tu merito cognomentum geris*, scilicet ô

d S. Basil. in c. 8. Esai. anno 370.

2. Pars *Ecclesia Rom. quò magis affligitur eò gloriosior triumphat*

e S. Chrysost. in Psal. 147. anno 400.

Portæ inferi ora blasphemantium hæreticorum.

e S. Damasce. orat. de trãsfigur. Dom

S. Petre, dicebat sanctus Damascenus, *aduersus hanc inferorum portæ, hæreticorum ora, dæmonum organa, impetum quidem facient, sed non præualebunt: Sagittæ paruulorum plagæ eorum fuerunt & erunt: in suam enim perniciem mala fabricatur qui veritati obsistit. Hanc precibus tuis (Petre) conserua, vt ab omni perturbatione ac fluctibus immunis sit. Nam quod nunquam futurum sit, vt euertatur, aut labefactetur, aut expugnetur planè confidimus.* Certitudine quippe fidei tenendum est, quod tanquam non de tripode Apollinis, sed de Spiritus sancti sanctuario sapienter exceptum S. Leo Magnus astruxit, & pro diuino protulit oraculo,[f] *nullo* videlicet *crudelitatis genere, sacramento crucis Christi, religionem fundatam posse destrui. Nec minuitur*, inquit, *persecutionibus Ecclesia, sed augetur & semper Dominicus ager segete ditiore vestitur, dum grana quæ singula cadunt, multiplicata nascuntur.* Atque vt æternam sanctæ huius sedis thronique Dei in terris contra omnes omnium persecutionum hostilium turbines firmitatem asseuerando comprobet, sic alibi hæc verba Domini, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, &c. interpretatur.[g] *Super hanc*, inquit, *fortitudinem æternum extruam templum, & Ecclesiæ meæ cælo inferenda sublimitas in huius fidei firmitate consurget. Hanc confessionem portæ inferi non tenebunt, mortis vincula non ligabunt,*[h] *sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.* Quæ verba, *soli conueniunt Ecclesiæ fidelium Catholicorum*, inquit[i] Euthymius, *non ciuitati Hierosolymitanæ: ipsa enim Hierusalem à fundamentis euersa ac solo æquata est. Quid igitur ad hæc dicere possunt Iudæi?*

Vires hæreticorum contra Ecclesiam valde onaniæ & imbelles.

Certitudine fidei credendum Ecclesiã Christi sedemque Apostolicam nunquam defituram.

f S. Leo serm. 1. in natali Apostolorum Petri & Pauli cap. 6.

g S. Leo serm. 2. c. 2. de natali Apostol. Petri & Pauli.

h Psal. 47. v. 9.

i Euthym. in Psal. 47.

Portæ inferi temporales sunt persecutores qui ad infernum mittere conantur Christianos,[k] ait Theophylactus, sed illis in infernum detrusis, Ecclesia filios suos bonos Christianos gremio suo tanquam tuta naoi conclusos, lauto gloriæ sempiternæ, eorum debitæ meritis præcinctos ad astra portabit: & hæretici quoque portæ sunt in infernum ducentes, sed illis in sua morientibus iniquitate ab inferni ore absorptis Ecclesia mater in terris militans sublimi feriet sydera vertice.

k Theophyl. in c. 16 S. Matt. an. 900.

[l] *Quia ædificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua*,[m] *hæc requies mea in sæculum seculi* (ait Dominus) *hic habitabo quoniam elegi eam.* Quod Christus Dominus profecturus ad patrem nascenti suæ Ecclesiæ, & congregatis in ea Apostolis discipulisque spoponderat.[n] *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi: Quam nisi ipse Dominus ædificauisset in vanum laborarent qui ædificant eam*, sicut[o] Regius Propheta prædixerat. Quod vtique de tota Ecclesia (Catholica scilicet) intelligendum est, quæ est Hierusalem spiritualis in omnium compage sanctorum, vna domus, vnum templum, & vna ciuitas Dei, cuius extructio ab initio vsque ad finem Domino ædificante consurget: sine cuius gratia, nihil est solidum, nihil firmum. Cuius vt per varios casus & varia rerum discrimina, victorias trophæaque de victis hostibus viriliter glorioséque reportata,[p] Poëta Christianus exprimat, eam sic cum arca Noë in medio aquarũ diluuij fluctuãte, atque de fluctibus triũphantis exultãre comparat.

3. Pars.

l Psal. 101. v. 17.

m Psal. 131. v. 14.

n S. Matt. 28. v. 20.

o Psal. 126.

p Alcimus Auitus l. 4. da arca Noe c. 14. anno 508.

3 Pars Ecclesia de omnibus triumphans hostibus arca Noe de fluctibus diluuij victrix & mulieri forti in prouerbijs merito cōparatur.

Hæc inter miseri feruentia funera mundi
Prægrauis insanis pulsatur motibus arca,
Compagesque tremunt, stridens tactura laborat:
Nec tamē obstructā penetrat vis improba,quāquā
Verberet, & solidam fluctu feriente fatiget:
Non aliter crebras Ecclesia vera procellas
Sustinet,& sanis nunc diuexatur ab vndis:
Hinc gentilis agit diros sine more furores:
Hinc Iudæa fremit, rabidoque hanc impetit ore:
Hæreseon vesana furens, exinde Charybdis
Concutit, & grauium sapientia stulta sophorum.
Quæ quāquam inter se vario discrimine pugnēt,
De bellanda tamen si quando Ecclesia, gaudent
Consensu vnanimi Christi consurgere contra
Nauiculam, & vanis mendacia fingere verbis:
Sed clausam vacuo pulsant impune latratu.

Varij hostes Ecclesiæ contra illam vndique irrito conatu luctantur.

Sic deficientibus hostium cunctorum machinis conatibusque victricem Ecclesiam fideles honoribus seruitiisque mactant, & Angeli ciuesque Hierusalem supernæ ciuitatis exultando stupent atque mirantur. *Respice Sion*,[a] clamabat Esaias, *ciuitatem solennitatis nostræ, oculi tui videbunt Hierusalem habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit. Nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur.* Hanc propterea Ecclesiam Catholicam Romanamque Christi Domini sponsam merito mulierem fortem per excellentiam [b] quam sapiens difficilem inuentu credidit [c] cum Salonio debemus appellare *quæ ideo mulier dicitur* (inquit) *quia Deo spirituales generat filios ex aqua & Spiritu sancto: fortis autem ideo dicitur, quia cuncta seculi huius aduersa simul & prospera propter fidē & amorem sui conditoris ac redemptoris contemnit ac despicit.* Sicque in vtraque fortuna fortis & constās suum ad sublimia cælestiaque iter recto sanctitatis & infallibilis doctrinæ tramite persequitur: nec finem ascendendi ad perfecta sponsi sui Saluatoris nostri documenta & exēplaria vitæ illius diuinæ facit, quousque sanctuario sempiternæ gloriæ de militante facta triumphans inferatur: inserta, ab vbertate diuinæ domus inebrietur, & immortalis indicibilisque præ magnitudine sua voluptatis torrente potata, sine fine beatissima satietur. Quæ expectans huius aduentum gloriæ sponsi sui filij Dei, in illius de qua dictum est petræ soliditate fundata,[d] vt ait S. Gregorius, *nec minarum ventis concutitur, nec persecutionum fluminibus mouetur, nec corporalium pœnarum incommodis turbat, nec mortis ipsius timore vacillat.* Dum omnes eius hostes sicut fumum deficientes perpetuæ profundum mortis pro suis in eam furoribus & scelerum atrocissimorum tempestatibus absorbet, & ad æternæ damnationis cruciatum infernus admittit & arripit. Qua de re valde securus nullatenus dubitans Innocentius quartus hæc ad Fridericum Imperatorem Ecclesiæ huius sanctæ Christi Domini sponsæ persecutorem scribebat.

a Esai 33. v. 20

b Prouerb. ca. 31 v. 1.

c Salonius in prouerbio anno 480.

Ecclesia propter tentationum persecutionumque procellas quas vincit ac dissipat, & lauros immarcessibiles quas de domitis hostibus reportat mulier fortis à Salomone dicitur.

d S. Grego. in Psal. 5. pœnitentialem.

Innocentij quarti ad Fridericum imp. anno 1245.

Niteris in cassum nauim submergere Petri,
Fluctuat; at numquam mergitur illa ratis.

Romana & Apostolica Ecclesia cur dicitur vniuersalis ob triu.

Quæ dicitur vniuersalis atque Catholica Ecclesia, non solum quantum ad locum inquit[d] D. Thomas, *Quia est per totum mundum diffusa contra Donatistas.* Rom. 1.[e] *Fides vestra annuntiatur in toto modo, nec solum etiam quantum ad conditionem hominum, quia nullus abijcitur nec Dominus, nec seruus, nec masculus, nec fœmina. Sed præcipuè quantum ad tempus, quia vsque ad consummationē seculi duratura est secundum sponsi eius Saluatoris oraculum: ecce ego*

d D. Thom. in expositione Symboli. cap. 12.

e Rom. cap. 1.

A *vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi.* Vobiscum sum, inquit, vsque ad finem temporis in terra, & postea in cælo in æternitate consequentis æui vos mihi cum participatione cælestis diuinæque gloriæ sociabo, spōsamque meam matrem vestram charissimam castissimamque in æternum mihi

Connubio iungam stabili, propriamque dicabo:

4. Vsque ad hunc perfectum vitæ æternæ diem quo consummatæ nuptiæ agni venient, *ex tunc & deincepe non deficit genus Christianum, nec fides de terra, nec charitas de Ecclesia,*[f] inquit S. Bernardus,[g] *venerunt flumina, flauerunt venti & impegerunt in*
B *eam, & non cecidit: eo quod fundata esset supra petrā: petra autem erat Christus.* Qui docuit nos sic orare Deum patrem pro Ecclesia sponsa sua, quæ est, mater nostra:[h] *Adueniat regnum tuū.* Id est vt exponit[i] Halensis, *regnum militantis Ecclesiæ veniat ad regnū triumphantis: Quod erit cum tradiderit regnum Deo & patri.* Sed regnum militātis Ecclesiæ venire ad regnū triumphantis, quid est aliud quā regnum militantis permanere vsquequo sit triūphans? Quò spectāt hæc Dei incarnādi in antiqua lege, Euāgelicæ Ecclesię futuræ facta promissio.[k] *Sponsabo te mihi in fide, & sponsabo te mihi in sempiternū.* Cui veritati de ore altissimi prolatę falsum subesse non potest. *Ergo matrimonium Christi & Ecclesiæ durabit in sempiternum*, infert idem classicus Theologiæ professor, ergo & Ecclesia. Sicut enim cū est copula carnalis subsecuta insepara-
C bilis est coniunctio viri & mulieris: ita inseparabilis coniunctio Christi & Ecclesiæ. Inde hæc cōclusio: *Semper ergo durabit Ecclesia.* Quæ dicitur in terris à Domino Saluatore nostro,[l] *ciuitas super montem posita*, ab omni venenato diaboli morsu libera, *qui formam serpentis gerens deorsum trahitur: ab inferiori loco depugnat*,[m] inquit S. Chrysostomus. *Id est à rebus quæ infra nos sunt, à voluptate à diuitijs rerum terrenarum amore si quē* (scilicet fidelium Ecclesiæ filiorum alta cum matre sanctitatis veritatisque Christianæ cacumina petentium) *viderit volatu ad cælum ferri primo eò vsque pertingere non potest, deinde rd aggressus celeriter labetur; neque enim pedes habet, ut formides, non alas, ut terreare: super terram trahitur nihil tale sit cum illo commune: veluti serpēs spinis occultatur: intra diuitiarū imposturas assiduè latitans, quod si spinas incenderis (id est diuitiarū terrenarū amorē excusseris) aufugiet*
D *timidus, si & in illū incantationes diuinas canere noueris cælestium amore tactus, statim vulnerabitur.* Et ita peribit. Si diaboli doli, fraudes, atque furiosæ vires cōtra singulos Ecclesiæ sanctæ filios maternæ pietatis æmulos, & veræ erga illam obedientię appetentes, in altis matrem perfectionis Christianæ mansionibus bene viuendo quærentes, nihil omnino valeant: quî fiet, vt contra fideliū matrem sponsam Christi sanctissimam, totamque pulchram, sine ruga & macula ipsius Saluatoris patris ac sponsi sui virtutibus armatā effrenatius assurgentes, non illico irritæ imbellesque frangātur & corruant: Ite igitur vos peruersæ & malesuadæ hæreticorū schismaticorumq; turbę, impia patris vestri diaboli signa secutæ, & contra hūc sacratissimū Ecclesiæ Catholicæ montē sanctitate eminentissimū, fortitudine atq; virtute Saluatoris inuictissimū, vestræ rebellionis & insaniæ spicula contorquete, vt in vos ipsos reciproco conatu resiliant. Atque nefariè in hanc inexpugnabilem sanctitatis & veritatis arcem arietantes, quoniam

4 Pars. Semper stabit in terra militia sua campo victrix hostiles debellando furores quousque triumphet in cælo.

f S. Bernard. serm. 79 supra cantica.

g S. Matth. 7.

h S. Matt. c. 6.

i Alexander Halēsis tom. 4. q. 2. v. 4. art. 3.

k Oseæ 2.

l Idē Alexād. Alensis ibid.

l S. Matt. c. 5. v. 15.

m S. Chryso. hom. 8 in ep. ad Rom. to. 4.

Diabolus & ministri eius nunquam Ecclesiam sedemque Apostolicā in altissimo sanctitatis monte sublimatam expugnare poterunt.

Conclusio.

nulla veræ obedientiæ pietatisque vos exempla mouere,&hortamenta ad conuersionem possunt inflectere, hac vos in æternum rebellione perdite. Quæ perditio à vobis profecta non nisi ridentibus atque plaudentibus dæmonibus,& ægre ferentibus Angelis cæli,& lugentibus in terra bonis Catholicis extabit. Hæc, quia valde metuo, flens dico! Atque vtinam vos omnes Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ,atque Romanæ perduelles & inimici coniurati, secundum vota mea, omoes lachrimas fletusque, quos largos & vberes vestra rebelliooe & auersione à Deo sedeque Apostolica, sanctissimam illam fidelium matrem, Christi Domini immaculatam sponsam, imo de pectore extractos effundere coegistis, bene conuersi ad Deum, & in ipsius matris sanctæ gyrum gremiomque reducti, Catholica fidelitate veraque obedientia siccaretis!

CAPVT XIV.

Intolerabilis Nouatorum ad extremam nequitiam impudentia, cum antiquis hæreticis Ecclesiam de sponsa Christi, in turpissimam diaboli Meretricem degenerauisse, & sic perijsse blasphemantium, contra expressa Spiritus sancti Christique Domioi oracula.

1. *Diuina SS. Scripturarum testimonia Ecclesiæ Catholicæ Apostolicæ & Romanæ perpetuitatem in fidei puritate vitaque sanctitate comprobantia.*
2. *Errores hæreticorum blasphemi, contra Ecclesiæ Christi Dom. stabilem in fidei morumque sinceritate permansionem.*
3. *Calumnia Nouatorum nefandissima mendacij Christum insimulantium, dum illius Ecclesiam fide & sanctitate vacuam, perijsse blasphemant.*

MVLTA & solidæ veritatis præclara Spiritus sancti cum ex sacris Scripturis, tum ex SS. antiquorumque patrum doctrinæ hausta fontibus oracula in medium superiori capite produximus: quibus Sole clarios perennem in fide, sanctitate, veritateque Christiana, Apostolicæ sedis Romanæ, Catholicæque Ecclesiæ vsque ad consommationem seculi firmitatem, immotamque Pontificiæ maiestatis permansionem, contra omnes hæreticorum, schismaticorum, apostatarum, atheorum, reliquorumque Ecclesiæ huius, sedisque sanctissimæ inimicorum imposturas, mendacia, blasphemiasque comprobauimus. Quibus recta appositaque methodo & ordine, alia Scripturæ sanctæ testimonia, quæ oon de regno Iudæorũ, sed verè ac propriè de spirituali Christi regno in terris, Ecclesia nempe Catholica, Apostolica & Romana, omnes SS. Patres vnanimi doctrinę fideique suæ consensu intelligenda esse testati sunt, annectere possemus: si probatio necessaria id requireret, & res nõ

A longior videretur, quã par esset. Cum enim in his locis Spiritus S. de æternitate gloriæ & regni, scilicet vsque ad finẽ mundi loquatur, iustũ est credere de Hierusalem terrestri regnoque Iudæorũ iam dudum destructis ista intelligi nõ debere: sed de ea spirituali ac mystica Hierusalem, Ecclesia nimirum Catholica regnoque Christi in terris, Pontificis nempe eius vicarij monarchia atque principatu: quæ vsque ad mundi temporalis senium finemque duratura, Christus ipse Dominus suis prædixit Apostolis atque promisit. [a] *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi*, & in egressu suo ad dexteram patris — a S. Matt. 28. v. 20.
super omnes cælos hanc regni sui, vsque ad finem mundi, discipulis durationis securitatem dedit, [b] *Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum.* Et ne vnquam — b S. Ioan. 14. v. 16.
B huic Ecclesiæ directioni error subesse posset, addidit. *Spiritum veritatis.* Ad quam infallibilem directionem ipse Dominus [c] dedit in Ecclesia sua *quosdam quidem Apostolos, Quosdam autem prophetas, alios verò Euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis sui: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis ipsius filij Dei.* Super quos omnes regni Ecclesiastici ministros ipse Dominus vicarium suum sublimauit. Quem præfecit regimini populorum & principũ, pastorum & agnorum, cùm dixit illi, *Pasce oues meas*, scilicet prælatos & *agnos*, subditos nempe gregis & ouilis mei, & illud est regnum Christi, — c Eph. 4. v. 11. *Ecclesia militans regnum Christi in terris spirituale cuius suos vicarios S. Petrũ & successores eius præfecit.*
Quod nõ dissipabitur in æternum, qood mystico & allegorico sensu Angelus Gabriel, *sedem Dauid in æternũ duraturam*, sanctissimæ virgini loquẽs appellauit. — d Dan. c. 2. v. 44.
C [e] *Dabit illi Dominus Deus, sedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Quæ verba de Ecclesia militante non de triumphante sancti Patres interpretantur sicut illa Esaiæ Prophetæ, [f] *multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis. Super solium Dauid & super regnum eius sedebit, vt confirmet & corroboret, in iudicio & iustitia amodò, & vsque in sempiternum. Zelus Domini exercituum faciet hoc.* Cuius regni solium atque thronum, sedem esse Apostolicam, Romanamque Ecclesiam Catholicorum nullus vnquam inficias iuit atque dubitauit. — e S. Luc. c. 1. v. 32. — f Esaiæ c. 9. v. 7. — *Solium regni Christi in terris sedes Apostolica.*
Quam alio nomine Spiritus S. *montem domus Dei præparatum in vertice montium*, per [g] Michęam Prophetã appellauit: ad quem omnes gẽtes quæ saluę esse vellent confugere & confluere deberent. *Erit* (inquit) *in nouissimo dierũ mons domus Domini, præpa-* — g Michææ c. 4. v. 1.
D *ratus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi: & properabunt gentes multæ, & dicent: venite, ascendamus ad montem Domini, domũ Dei Iacob, & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem,* [h] & cap. 5. *Omnes gentes ambulabunt vnusquisque in nomine Dei sui, nos autem ambulauimus in nomine Dei nostri in æternum*, & vltra: [i] & cap. 7. *regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in æternum.* Quæ non de Sion terrena, sed spirituali, sede nempe Apostolica dicẽda veniũt, secũdũ sensum Spiritus sancti, quẽ sancti patres inuolutũ, eiusdem sancti gratia spiritus euoluerũt. Quæ cũ ita sint, quis non stupeat? Quis nõ miretur? & ad horrẽdos hęreticorũ errores blasphemiasque non magnopere cõturbetur? horribiliter cõtra tantã diuinorũ testimoniorum oraculorumqoe multitudinem vocife- — h Michææ c. 5 — i Michęæ. c. 7

rantium, ſanctiſſimam Chriſti Domini ſponſam, columnam atque firmamentum veritatis, Catholicam, Apoſtolicam Romanamque Eccleſiam, erroribus obnoxiam, peccatis ſubditam, ab infallibilitate longè remotam, interitui ſubiugatam iam dudum expiraſſe? Hoccine eſt mentitum eſſe Chriſtum, deceptoremque & illuſorem Spiritum ſanctum, atrocibus maledictis aſſerere? Hoccine ſacra Dei immortalis oracula pro anilibus fabulis delitiiſque reputare? Eò veſaniæ atque furoris Donatiſtæ deuenerant, vt Catholicam Eccleſiam apud ſe ſolos exiſtere eã antea, *toto terrarum orbe periſſe, & in ſola parte Donati remanſiſſe dicerent*, inquit[a] Optatus,[b] & S. Auguſtinus.[c] Lucifer Calaritanus teſtante[d] ſancto Hieronymo ſuos ſectatores efficere Eccleſiam ſolos aſſerebat, antiquam Eccleſiam ſupra firmam petram à Chriſto Domino fundatam, de Eccleſia ſanctaque congregatione, *lupanar eſſe factam*, pertinaciter, & impiè defendebat. Pauperes de Lugduno,[e] in illud inſaniæ barathrum ſe ingurgitauerant, vt Eccleſiam Domini Chriſti, tẽpore ſancti Syluestri defeciſſe proclamare profiterique non perhorreſcerent. Quid minus impiè & ſceleratè noſtri loquuntur Nouatores? Quantò ſceleratius blaſphemat Lutherus? qui non tantum S. Syluestri tempore, ſed multò ante ſeculo videlicet S. Cypriani, & adhuc illo prius viuente Tertulliano, imo etiam ipſorum Chriſti Apoſtolorum ætate à fide ſanctitateque turpiter exorbitauiſſe calumniando blaſphemandoque aſſeueratione impia publicauit? Palamque has in Chriſti Domini verba veritatis æternæ contumelias exhalauit. Teſtantur hæ illius talibus conceptæ verbis aſſertiones.[f] *Tertulliani & Cypriani ætate degenerauit Eccleſia, imò ipſis Apoſtolis adhuc viuentibus.* Quàm paruo exiguoque vel ferè nullo temporis ſpatio Chriſtus D. Eccleſiam ſuam Lutheri opinione cuſtodiuit, eamque ſuæ gratiæ irradiatione illuminatam ab erroribus fidei vitæque corruptione protexit? Et vt ipſe flagitioſus Apoſtata; ſedem Apoſtolicam Romanamque Eccleſiam, & alias pias Chriſtianorum verè fidelium congregationes huic ſedi ſanctiſſimæ religioſè ſubditas Eccleſiam Chriſti eſſe planè negaret, inuiſibilem hanc eſſe talibus[g] alibi conteſtatus eſt: *Quis nobis Eccleſiam monſtrabit? cum ſit occulta in ſpiritu & tantum credatur, ſicut dicitur Credo ſanctam Eccleſiam?* Impius & infeliciter impetitus! qui non videat ſe ſuæ feralis fataliſque ad æternam damnationem doctrinæ hæreſeoſque profeſſionem pugnantia loqui? Cum talia proclamando ſe ſuamque Apoſtaſiam ſectamque extra veræ Chriſti Eccleſiæ cum ſit inuiſibilis, ſepta, funeſto errore vagari fateri cogatur? cum diabolicæ illius ſectæ impietates furoreſque non occulta & inuiſibili fraude, ſed aperta nimium toto fere Germanico orbe alibique rabie graſſentur? Luthero ſcelere & impietate par Philippus Melancthonius ſimiles ore blaſphemias euomuit, hæc dicens:[h] *Statim ab initio Eccleſiæ ſcriptores veteres obſcurarunt doctrinam de iuſtitia fidei, auxerunt ceremonias, & finxerunt peculiares cultus.* Horror eſt in has blaſphemiarum maledictorumque Georgij[i] Dauidis hæretici de hara Lutheri & volutabro exorti ſupra id quod fingi poteſt execrabiles inſanias intendere: *Si Chriſti, & Apoſtolorum*, inquit, *doctrina vera & perfecta fuiſſet, Eccleſia quam illi plantauerunt, ſuaque doctrina formarunt, debuiſſet neceſſario perſiſtere, nec vnquam perire. Dicente Ieſu quod portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Nunc verò manifeſtum eſt quod Antichriſtus doctrinam Apoſtolorum, & extinctam ab illis Eccleſiam penitus ſubuertit, ſicut patet in papatu, fuit ergo Apoſtolorum doctrina falſa & imperfecta.* Sed execrabiles contra veritatem ſtabilitatis Eccleſiæ ſediſque ſanctiſſimæ in puritate fidei & pietatis, proprio Chriſti Domini ore prolatam Caluini voces audiamus: Quamquam, eas[k] *animus meminiſſe horret luctuque refugit*:[l] *Simul ac*, inquit, *in arcem religionis mendacium irrupit, ſumma neceſſaria doctrina inuerſa eſt, ſacramentorum vſus corruit: Certè Eccleſiæ interitus conſequitur, perinde atque de vita hominis actum eſt, iugulo transfixo vel præcordijs lethaliter ſauciatis.* Quid ais ſceleratè Eccleſiæ interitum conſequi. Ergo mentitus eſt Chriſtus, qui dixit Spiritum ſanctum in Eccleſia ſua tanquam animam in corpore in æternum manſurum, cùm ſic ſuis prædixit Apoſtolis? *Ego rogabo patrem, & alium paraclytum dabit vobis qui maneat vobiſcum in æternum Spiritum veritatis.* Ergo illuſor Chriſtus qui hanc Eccleſiæ perſeuerantiam in fide & ſanctitate vſque ad conſummationem ſeculi ſuæ gratiæ inuiſibili præſentia ſic loquendo ſpopondit? *Ecce ego vobiſcũ ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi*, ſed ſceleratam mentem miſer & furioſus in omnibus operibus ſuis contra Catholicam fidem ſedemque Apoſtolicam manifeſtans alibi clarius, vt enormius aperit, cum ſic Sadoleto reſpondet.[m] *Palam eſt conſpicuumque eruditis ſimul & indoctis, proſtratum fuiſſe Chriſti regnum cum erectus eſt Romani Pontificis principatus, &c.* Ergo iudicio Caluini viuente S. Petro proſtratum eſt Chriſti regnum, cum ſub illo Romani Pontificis principatus incœperit? Quid poſtea blaſphemantis inſaniæ furoriſque continenti maledicentiæ colluuie hæreſiarcha ſacrilegus intonat ore?[n] *Sublata fides iuſtificantis cognitione & Chriſti gloria eſt, & abolita religio, & Eccleſia deſtructa, & ſpes ſalutis penitus euerſa.* Qualis eſt igitur tua Caluine religio niſi diaboli, cum vera Chriſti religio tuo calculo deſtructa ſit? Caluini ſecutus errores Bernardinus Ochinus inſano contra ſolium regni Chriſti in terris Apoſtolicam nempe ſedem furore æſtuans hæc mendacia conuitiorumque deliria profudit: *Conſiderans quemadmodum Chriſtus Eccleſiam ſuam, potentia, ſapientia, bonitate ſua fundauerit, extruxerit, ſtabiliuerit, ſuoque ſanguine lauerit, & ſpiritu ditauerit, eamdemque rurſus funditus euerſam videns: non potui ſanè non mirari, ac tantæ ruinæ cauſam ſcire cupiens comperi fuiſſe Papas.* Verba profecto tanto digna, religionis ſanctæ & auſteræ transfuga, qui ex Capuchino Catholicæ veritatis & ſanctitatis Chriſtianæ profeſſore, factus eſt magiſter erroris & iniquitatis. Sed reliqua hæreticorum noſtri ſeculi deliria blaſphemiarũque contra hãc veritatẽ de æterna Eccleſiæ Cath. Apoſt. & Rom. in rectitudine fidei ſanctitatiſque duratione, Chriſti D. ore firmatam portenta vlterius non perſequor, quę cælum terramque ſuis fætoribus inficiunt. O incredibilem perditorum naufragorum circa fidẽ non habentium conſcientiã, impudentiã & ſuperbiſſimam impietatem! nõ perhorreſcere Chriſti D. qui eſt ipſamet veritas mendacia ſermonibus affingere, cõtra quos iiſdẽ verbis quibus cõtra Donatiſtas, Marcellinum quõdã maximũ Cathol. religionis

Errores blaſphemi hæreticorum contra Rom. Catholica Eccleſia perpetuam in fide & ſanctitate durationem.

Donatiſtarũ blaſphemia contra S. Dei Eccleſiam.

a Optatus l. 2.
b Aug. hæreſ. 96.
c Lucifer. Calarit.
d S. Hieron. dialog. cõtra Lucifer. c. 1.
e S. Anton. part. 4. ſummæ titul. 11. c. 7 §. 2 an. 1180
f Luther in colloquiis Latinis to. 2. de patribus.
g Luther. l. de abroganda miſſa priuata.

Lutherus ſuo iudicio & profeſſione doctrina impia ſectam ſuam nõ eſſe de Chriſti grege tenuit.

h Melãct. in c. 3. prioris ad Corinth.
i Hi. Georg. Dauidis impreſſa Antuerpiæ ann. 1568.
k Æneid.
l Caluin. l. 4. inſti. c. 2. § 1.

Calumnia Nouatorũ nefandiſſima Chriſtum mendacij inſimulantium dum eius Eccleſiam fide vitæque ſanctitate vnquã periiſſe blaſphemant.

S. Ioan. 14. v.
S. Matt. 28. 20
m Caluinus in reſponſione ad Sadoletũ. Anno 1550.
n Ibidem.

En verbis Caluini conſtat eius ſectam eſſe diaboli religionem.

Bernardinus Ochinus in profatione ſuorum dialogorũ an. 1560. Ex Capuchino factus eſt ſceleratus Apoſtata.

A contra hæreticos Donatistas defensorem & vindicem, Comitem atque præfectum Africæ Aurelius Episcopus Cathaginensis, veros Catholicos sedi Apostolicæ Pontificique Romano obedientissimos iubet assari.[a] *Sicut non audimus contra Christum eos qui dicunt corpus eius à discipulis furatum: sic non debemus audire contra eius Ecclesiam eos qui dicunt non eam esse, nisi in solis Afris & Afrorum paucissimis socijs. Sicut ergo non credimus furto cuiusquam perijsse carnem Christi mortuam de sepulchro: sic credere non debemus peccato cuiusquam viua eius membra perijsse de mundo, &c.* Postea addidit hæc Catholicus Episcopus obseruationē dignissima: *Non inuenerunt* (scilicet Donatistæ hęretici) *aliquod testimonium diuinorum eloquiorū, vbi dictum est Ecclesiam perituram de cæteris partibus mundi, & in sola Africa Donati parte mansuram:* B *& viderunt quam sit absurdum, pro illa quæ fuerat peritura, nulla testimonia diuina recitari: pro ea vero quæ sicut putant, fuerat Domino placitura, nullum eius testimonium reperiri.* Talis imò multo maior & iniquior Nouatorum nostrorum insania, atqoe stupenda cæcitas, quam iniquitas peperit. Qui, cum Scriptura sacra vtriusque testamenti diuinis abundet oraculis, quibus Ecclesiam Christi Domini in fide, & sanctitate permansuram semper inuiolabili vitæ immaculatæ perseuerantia, vsque ad finem seculi Spiritus sanctus certissimæ veritatis decreto pronunciauit: nihilominus adeo cæci sunt, vt non ista videant, & adeò malitiosi, vt ista omnibus nota fidelibus, se non videre dissimulant. Vt audacius atque impudentius, hanc sacratissimam vnicamque Christi Domini sponsam, varijs erroribus actam, vitæ sordidatam C contagionibus, in interitum miserè ruisse, funerique spiritualis mortis occobuisse pertinaciter & malitiosè contestando vociferentur.

a Aurelij Episcopi Carthaginensis epi. ad Marcellinum Comitē Africæ anno 400.

Non plus credendum hæreticis dicentibus Ecclesiam Christi de mundo perijsse quam mendacibus illis militibus sepulchri Domini custodibus dicentibus furto sublatū fuisse corpus Christi de sepulchro.

Mira Nouatorum cæcitas & malitia sine testimonijs sanctæ Scripturæ Ecclesiam errasse & perijsse, defendere & contra, Dei oracula contemnere, æternam Ecclesiæ in fide & sanctitate duratio nē perituentia

Et cum in tota scriptura expressum verumque sensu Spiritus sancti per sanctorum patrum doctrinam exposito testimonium reperire non possint, licet millies sacras paginas voluerent atque reuoluerent, quo perituram quandoque hāc sacratissimam Christi sponsam, sedemque Ecclesiastici principatus sanctissimam, & à veritate fidei vitæque probitate recessuram probare possent: nihilominus vita perditi, reprobi circa fidem, illius charissimæ castissimæque matris Ecclesiæ Romanæ perpetuam in integritate vitæ fideique durationem vsque ad consummationem seculi, quousque cælo facta triumphans immittatur, admittere, & confiteri obducto rebellionis suæ callo planè renuant atque deprecentur. D

CAPVT XV.

Vt irriti, vani, & miseri hostium Ecclesiæ, sedisque Apostolicæ conatus aduersus eam, sic contra gloriosa & beata illius in patiendo & vincendo fortitudo.

1. *Quàm inanes & irriti Antichristorum contra Ecclesiam Dei conatus atque furores.*
2. *Quàm isti ignominiosi & miseri.*
3. *Ecclesia Christi sedesque Apostolica propter indomitā eius fortitudinem, contra omnes hostes suos mons in vertice montium positus à Spiritu sancto nuncupata.*
4. *Quò crudelius & turpius ab hostibus Ecclesia deprimitur, eò gloriosius & beatius illis superatis erigitur.*



O Vanas hæreticorum aliorumque Ecclesiæ hostium mentes! ô pectora cæca! ô imbelles vires eorum contra illam! ô irriti conatus! quibus in illius interitum furiosè nituntur. Qui in medio spatio rabidi feruoris insaniæque sæpe franguntur & corruunt, & ante in ipso rebellionis indignationisque cursu obruuntur, quam eam lædere vel leuiter telo suæ persecutionis & animositatis immanis attingere possunt, protegente illam custodienteque Domino Iesu Christo, ne sæuissimis eorum C improbitatis vnguibus tantisper icta vulneretur:[a] *Non est ignota Ecclesiis Dei de huiusmodi procellis, aut insueta tempestas.* Dicebat sanctissimus pater Hormisdas Possessori ad quem scribebat, *quamuis rectoris sui gubernaculo inconcussa persistat: varijs tamen insurgentium fluctuum laborat vexata turbinibus.* Nam vnde est illa psalmidici vox prophetæ, qui ipsius Ecclesiæ personam, spiritu, quo implebatur assumens:[b] *Sæpe*, inquit, *expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.* Quid postea subsumit summus Pontifex? *concutiunt* (scilicet hostium Ecclesiæ persecutionum tēpestates atq; procellæ) *sed in nihilo præualebunt. Siquidem*, vt Gamaliel legis doctor antiquæ, Iudæis nascentis Ecclesiæ primordia progressusque prohibere conantibus, concionando dicebat.[c] *Si est ex hominibus consilium hoc opus dissoluetur. Si vero ex Deo est non poteritis dissoluere, eis ne forte & Deo repugnare videamini.* D Constantiæ & securitatis sedis Apostolicæ, Ecclesiæque Romanæ, de salute sua robur stat in eo, quod Christus D. & Saluator eius, sponsus & pater tutatur eam: ne persecutionum tempestatibus cedat, neue in profundum maris errorum, vitiorum, miseriarumque demergatur. [d] *Erit tibi Dominus & in lucem sempiternam*, clamabat Esaias venturæ Christi Saluatoris Ecclesiæ loquens, *& Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra Sol tuus & Luna tua non minuetur*, [e] *paulò pòst: populus tuus omnes iusti in perpetuum hæreditabunt terram.* Id est ad consummationē vsque vitæ temporalis: O hæretici! ô fautores eorum! ô quicumque hostes Ecclesiæ! quò vobis mentes! quò insaniæ ruitis! quò abyssi vos improbitatis ingurgitare properatis? Qui vestris à fide Catholica & obedientia sedis Apostolicæ

a Hormisdæ Papę epist. ad Possessorem.

b Psal. 128.

c Actor. 5. v. 38

d Esaiæ c. 60. v. 19.

e Idē vers. 21.

A Apostolicæ defectionibus, mendacem ipsummet veritatem saluatorem nostrum, sapientiam æterni Patris increatam, facere non horretis? [a] Qui dixit, spopọnditque semper cum sponsa sua Catholica Romanaque Ecclesia permansurum, atque hanc suæ maiestatis [b] sedem in æternum glorificaturum? audite quid sanctissimus & eruditissimus Ecclesiæ doctor [c] S. Hieronymus in Amos c.9. commentario loquatur. *Postquam autem plantarit eos, & firma in altum radice solidarit, non euellet vltra de terra quam dederat iis. Ex quo intelligimus Ecclesiam vsque ad finem mundi concuti quidem persecutionibus, sed nequaquam posse subuerti: tentari non superari:* Quare hoc? rationem in promptu subiunxit. *Et hoc fiet*, inquit, *quia Dominus Deus omnipotens, siue Dominus Deus tuus id est Ecclesiæ se facturum pollicitus est: cuius promissio lex naturæ est.* Quam vani imbellesque conatus vestri miserrimi Dei hostes, atque rebelles, dum illis Ecclesiam eius destruere ausu nefando præsumitis, B cum tot diaboli vires, fraudes & machinæ eam nunquam deprimere potuerint? [d] *Si Christiana fides per multa retro tempora, sænientibus vndique aduersum se gentibus, regibus, legibus; cadibus, crucibus ac mortibus reprimi nullo modo potuit: imò inter hac & per hac creuit: cultus autem idolorum iam quodam modo ex se deficiens, ac sibi erubescens, ad vnam clementissimam iussionem sine vllo pænali terrore cessauit*, dicebat Orosius; quæ vobis victoriæ ex omnibus manibus conatibus vestris de hac muliere forti amicta sole iustitiæ Christo Domino, quæ est Ecclesia eius affulgere potest? *Vnus Deus vnam fidem tradidit*, inquit [e] idem auctor, non contemnendus, *vnam Ecclesiam toto orbe diffudit*, cuius regina ac Princeps Romana est Ecclesia, cuius caput visibile, cuius Pastor œcume- C nicus Papa est Vicarius Christi Domini. *Quolibet se quisque nomine tegat si huic non sociatur alienus est, si hanc impugnat inimicus est.*

a S. Matth. 28.

b Esaiæ c. 60.

c S. Hieron. in c. 9. Amos.

Dei promissio lex naturæ est.

d Paulus Orosius lib. 6. c. 1. anno 420.

e Orosius lib. 7. cap. 33.

Nec vero solum sunt vani, imbelles & irriti labores hæreticorum, aliorumque Dei hostium contra eius ecclesiam sedemque gloriæ eius: verum etiam funesti sunt & miseri. Quod illis dum omni odio & frenetica indignatione correpti illam opprimere nituntur: eamdem contra vota sua magis magisque corroborant, firmant, in securitate salutis necnon prosperitatibus multis honoribusque cumulant. Se ipsos vero destruunt, atque sibi pænitere renuentibus in scelerum suorum contra hanc sanctissimam omnium fidelium parentem, vindictam sempiterna in inferno tormenta fabricantur. Illud S. Basilii contra gentiles dictum supra recordentur. *Si iterum prænalueritis iterum vincemini.* Et vincit ecclesia cum læ- D ditur, superat dum premitur, dum stringitur eluctatur, dumque vexatur exultat atque triumphat. *Magna vis est veritatis*, [g] Aiebat S. Hilarius, *qua cum per se intelligi non possit, per ea tamen ipsa, qua ei aduersantur elucet: vt in natura sua immobilis manens, firmitatem natura sua, dum attentatur acquirat. Hoc enim ecclesiæ proprium est, vt tum vincat cum læditur: tum intelligatur, cum arguitur: tum obtineat, cum deseritur.* Fitque hæc arx alta diuinitatis, asylum sanctitatis, refugium virtutis, sedes Apostolica, ecclesia sancta, reliquarum particularium princeps, oppugnationibus inimicorũ multò robustior & fortior, necnõ persecutionibus clarior & honoratior. *Nec vero quisquam aliud Ecclesiæ molestiam exhibebat*,

Pene Hæreticorum aliorumque Ecclesiæ hostiũ labores quàm miseri, quibus se ipsos perdunt dum Ecclesiam perdere conantur.

f S. Basilius in c. 8. Esaiæ. *Cum læditur Ecclesia vincit.*

g Lib. 7. de Trinitate.

Ecclesia hostium oppugnationibus gloriosior, hostibus in ignominiam miserandaque cedentibus.

A aiebat [h] S. Gregorius Nazianzenus oratione 23. in laudem Heronis. *Nam persecutiones illustriorem quoque ipsam & splendidiorem per supplicia reddebant.* Hinc illius ad Episcopos carmina.

[i] *Quin potius fides igniculis, sublataque in altum*
Fax verbi totum celebris percurrerat orbem:
Namque etiam hostilis furor atque immania quæque
Supplicia addiderant animis noua robora nostris,
Tormentisque fides grauibus magis fulta vigebat.

Quas vires, robora fortitudinis Christianæ, honores & gloriam Ecclesiæ ab illis furiosis inimicorum suorum conatibus, & insultibus emanantia [k] S. Chrysostomus attentè considerans & admirans dicebat: *Iactatur quidem nauis, sed non mergitur: Poterat quidem & in tranquillo nauigare, verum non passus est gubernator, quò simul & nauigantium perspicias tolerantiam, & gubernatoris pru-* B *dentiam plenius cognoscas.* Ad quid strepitis & tumultuamini? ad quid fulgura & ignes furoris vestri contra hanc S. Petri nauiculam iaculamini? non hanc illis in ruinę profundum deprimetis, sed in altum gloriæ maximæ sublimabitis. [l] *A quam multis oppugnata est Ecclesia, nec vnquam tamen victa?* subdit idem ipse Pater aureus eloquentiæ Christianæ fluuius *quot tyranni, quot duces, quot imperatores, Augustus, Tiberius, Caius, Claudius, Nero homines litteris ornati, potentes tot modis oppugnarunt recentem ac tenerum? At non deciderunt quin potius iy qui oppugnarunt, silentur obliuioni traditi, illa vero oppugnata cælum transcendit.* Vt autẽ quam essent sceleratorum hostium Ecclesiæ conatus & impetus immanes, contra eam, imbelles, euanidi & infelices ostenderet, subdidit ista, præclara notatu memoratuque dignissima: [m] *Neque* C *enim illud mihi spectato, quod in terris sita est Ecclesia, sed quod in cælo versatur. Vnde hoc dilucidum est? minirum ipsa res demonstrant, oppugnati sunt vndecim discipuli, totus orbis oppugnabat. Verum qui oppugnabantur, vicerunt, qui oppugnabant sublati sunt: oues deuicere lupos, vidisti pastorem oues in medio luporum emittentem, vt ne fuga quidem salutem consequerentur? quis pastor hoc fecit? Christus hoc fecit: quò tibi demonstraret, quæ rectè geruntur, non accidere iuxta actionum nostrarum tenorẽ, sed præter naturã præterque rerum tenorem.* Concludẽs rationem reddit cur oppugnata Ecclesia non expugnatur, cur pressa non opprimitur, cur persecutionum vndique hostium machinis impetita & agitata vincit eos. [n] *Quia*, inquit, *Ecclesia radices in cælo potius fixas habet quam in terra. Et quia Deus in medio eius qui non dormitat neque dormiet qui custodit eam.* Quæ est ciuitas tutissima posita D super excelsum montem diuinæ fortitudinis, *super cuius muros constituet custodes Angelos militantes pro ea, & cum illa aduersus non solum carnem & sanguinem, sed etiam aduersus principes tenebrarum harum & spiritalia nequitiæ in cælestibus.* [o] Quorum cælestis exercitus militum spiritus sanctus, qui hanc intus alit Ecclesiam sedemque tutatur Apostolicam, ductor & moderator est. Et quò magis & euidentiùs huius Ecclesiæ sanctæque sedis fortitudo nescia vinci & robur inexpugnabile contra omnes diaboli vires & impetus, eiusque ministrorũ copias variis armatas furoribus aperiatur, non modo eam spiritus sanctus Ciuitatem excelsam super montem positam, sed etiam montem in vertice montium eleuatum, per os [p] Esaię Prophetæ voluit appellare. *Et erit in nouissimis diebus*

h Oratione 23 in laudem Heronis.

i Gregorius Nazian. in carmine ad Episcopos.

k S. Chrisost. Homil. 4. de eo quod scripsit Esaias factum est anno quo mortuus est Osias.

l S. Chrisost. Ibid.

Hostes Ecclesiæ persecutores victi & miseri redditi conatibus suis & laboribus contra eam.

m Ibidem S. Chrisost.

n S. Chrisost. Ibi supra.

Cur vndique turmis hostium circumdata & agitata Ecclesia sit victrix semper victique eius hostes cadant.

o Ephesiorũ c. 6.

3. Pars

Vt maior virtus & fortitudo Ecclesiæ ad resistendum & vincendũ exprimatur, non solum dicitur Ciuitas super montem posita sed etiã mons in vertice montium à spiritu sancto.

p Esaiæ ca. 2. v. 2.

A *præparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes, & ibunt populi multi & dicent, venite & ascendamus ad montem Domini:* Quod oraculum de Ecclesia Christi Domini cath. Apost. & Romana, diuinitus exponens idem sanctus doctor hæc ait: [a] *Vocat nomine montis Ecclesiam simul, & inexpugnabilẽ dogmatum eius traditionem. Quemadmodum enim montibus, licet quis obuallet, & obiiciat militum millia decem, & hi quidem intorqueant arcus, isti uibrent hastas, & iaculentur, illi genus omne molitionis admoueant & bellica machinamenta illa vt adsint omnia nihil noxæ aut detrimenti inuehent soliditati montium: illinc potius secedere cogentur consumpta inaniter fortitudine sua. Sane id ipsum contigit ad vnum omnibus, qui oppugnarunt Ecclesiam: hæc quidem inconcussa persistit, illi è diuerso deperdita propria virtute, indecoræ infamiæ notam incurrerunt. Dum eam feriunt, euanescunt: dum iaculantur in eam imbelles redduntur: dum cadunt flagris, ab his vincuntur qui male affecti sunt. Ita enim modus hic victoriæ sane quã admirabilis est, nec hominibus sed soli Deo (qui potest) ascribendus. Nec admodum est mirabile Ecclesiam vicisse, sed quia sic vicit. Insectationes, persecutionesque perpessa est, innumeris modis contusa est, & minutim discerpta: nec tamen inferior euasit, imo emersit effusior. Et eos qui aduersus eam talia moliebantur, redigebat, in nihilum, tantum erat vt illi patienter tolerarent, quod & adamas admotus ferro facit, ab ipso dum feritur tantum solidam illam vim ferri ipsum percutientis dissoluit.* O ergo ridiculi non modo prorsus irriti, sed etiam planè miseri infidelium, tyrannorũ, hæreticorum, schismaticorum, aliorumque Ecclesiæ rebellium perduelliumque sceleratorum aduer- C sus eam conatus atque labores! qui cõtra id quod moliuntur impij aduersus Ecclesiam in eorũ exitium ruinamque vice versa penitus operantur! quod si ingratus labor quem debita præmia fallũt: nunquid infelix ille atque miser erit, qui eorũ qui talem laborem exanthlant, vires eneruat, eosque fortitudine destitutos, ignominia & infamia confusos, opprobriisque saturatos miseros infelicesque reddit? O vos Nouatores & schismatici perditi, & in voluntarium ruentes exitium! Qui Ecclesiæ insidiari, sedique Apostolicę exitiale vobis bellũ inferre non cessatis. Vestram à [b] S. Chrysostomo, qualem diaboli & eius ministrorum antiquorum huius sanctissimæ sedis, Ecclesiæque Dei hostium calamitatem miseriamque funestissimam, viuis coloribus penicillo sublimis eloquentiæ depictam & expressam, & è conuerso prosperitatem & gloriam sanctissimæ matris no- D stræ Christi Domini sponsæ vestris exercitam diuexatamque furoribus audientes audite, & auribus, cordibusque percipite. *Christi Ecclesia nihil fortius, si quis eam impugnare proponit, vires atterat necesse est: Tale enim est velut si cælo bellum meditetur inferre. Homini si bellum inferas fortasse vinces, aut forte vinceris: Ecclesiã vincere nulla vis poterit. Deus est Ecclesia,* (scilicet fortitudo Dei est suæ fortitudo Ecclesię) *qui est omnibus fortior,* &c. Post hæc sequentia continenter adiungit, [c] *Non vidisti trementem Ciuitatem tuam* (scilicet Constantinopolitanam sæpe grauiter terrę motu cõcussam) *quoties Hæc fecit? multo magis Ecclesiã suam trementem poterit confirmare, fortior enim Ecclesia multo quã terra, imo & fortior cælo: cælum & terra transibunt, verba*

A *autẽ mea non transibunt,* &c. [d] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt in eam:* quibus dictis subsunit, [e] *Quod si non credis verbo, rebus ipsis, & operibus crede. Quanti tyranni aggressi sunt impugnare Ecclesiam Dei, quanta tormenta, quantas cruces adhibuerũt, ignes, fornaces, feras, bestias, gladios intendentes, & nihil agere potuerunt? vbi nunc sunt hi qui hæc fecerunt? vbi & illi qui hæc fortiter pertulerunt? Nunc hi æternis pœnis premuntur, & isti æternis gaudiis eriguntur,* &c. Post hęc, *memento quomodo commota est terra, & contremuit, & tamen non corruit Ciuitas? Quomodo impurissime diabole Ecclesiam te putas posse deiicere, qui trementes parietes deiicere minime valuisti?* Sic omnes diaboli ministros S. matris Ecclesiæ persecutores occultos B & apertos, magno suarum dissentionum, odiorum, rebellionum, pugnarumque sagittas & hastas turbine contorquentes liceat affari, vt ad vitę suę erroribus maculisque vitiorum valde sordidatæ conuersionem, cum adhuc in statu vię sint, excitari possint. Eò gloriosior exurget semper Ecclesia, thronusque diuinæ Christianæque maiestatis in terra, sedes Apostolica, verę gloriæ & honoris solidi sublimitate beatior exaltabitur: quò eam vos, ô vtriusque læsæ maiestatis diuinæ & humanæ rei, perduellesque publicæ salutis & pacis, vestrę rebellionis & impietatis armis miserè & ignominiose in exitium funusque deducere conamini. Et vos in isto conatu, infamia, turpitudine, maledictione, calamitatum poodere cumuloque perculsos atque contritos, vastissimo damnationis ęternæ gurgite, tormentis inferni sine misericordia mancipandos atque subiugandos obruitis. *Arcturus semper versatur & nunquam mergitur,* [f] inquit S. Gregorius: *& sancta Ecclesia persecutiones iniquorum sine cessatione tolerat, sed tamen vsque ad mundi terminum sine defectu perdurat. Sæpe namque eam reprobi, qui a vsque ad internecionem eam persecuti sunt, quasi hanc s. funditus extinxisse crediderunt: sed eo multiplicius ad statum sui profectus redijt, quo inter manus persequentium moriendo laborauit. Arcturus igitur dum versatur erigitur. Quia nunc sancta Ecclesia Valentius in veritate resistitur, quò ardentius pro veritate fatigatur. Quæ quoniam in mari huius seculi (ad tempus) constituta persistit,* [g] aiebat Paulinus Aquileiensis, *aduersis hæreticorum flatibus, violentis persidorum procellis, spumantibusque maledicorum vndis illisa concutitur: sed ita vt licet quassari possit mergi tamen nequeat vnquam Christi firmata dextera & Apostolico gubernaculo moderata.* O igitur Eccle- D się sanctissimæ Christi Domini sponsæ, immaculatæ virginis simul & matris omnium fidelium charissimæ, perduellium osorumque maiestatis Apostolicę Pontificięque Monarchię, à Christo Domino sopra firmam Petram consolidatæ atque firmatæ perenniter, frustra suscepti conatus! ô labores inanes! & spes fallaces! ô consilia mala, consultoribus Ecclesiæ hostibus pessima! Cum talibus infatuati atque dementati, quibus machinis Ecclesiam Dei Ecclesiasticumque Romani Pontificis imperium demoliri scelerate præsumpserant, iisdem contra se ipsos erectum, immobilique firmatum robore, virtute Christi Domini præter eorum vota interius cooperante gloriose sublimauerint. O insensati hęretici atque schismatici, ceterique peccatores iniquo

[a] S. Chrisost. in c. 2. Esaiæ tom. 1.

Obs. quam inanes, infames & miseri hostium Ecclesiæ conatus & labores contra eam à quibus nõ nisi infamia, ruina & miseria in ipsos hostes redundat.

Ecclesiæ modus vincendi per Christum admirabilis.

Infelix conatus & labor hostium Ecclesiæ in illam eos miseros efficiens.

[b] S. Chrisost. Homil. cum de expulsione eius ageretur.

Nulla vis sine diaboli siue mundi siue carnis, scilicet perditorum hominũ vincere potest Ecclesiam Dei.

[c] S. Chrisost. Ibi supra.

Ecclesia fortior terra & cælo.

[d] S. Matth. 16.

[e] Ibidem.

Omnes Ecclesiæ hostes in æternum misere, sicut illius defensores in æternum beati.

Apostrophe s. & S. Chrysost. ad diabolum & eius ministros.

4. Pars. Ecclesia quò ab host. bus suis crudelius & turpius deprimitur eò gloriosius & beatius erigitur illis in ignominia miseriaque maxima proiectis abyssum.

[f] L. 9. moralium c. 9.

[g] Paulinus Aquileiensis aduersus Felicem Orgelitonum anno 780.

a Galat.3.v.1.

his rebellique fœdere iuncti.[a] *Quis vos fascinauit non obedire veritati, Ecclesiam Christi non audire*, Apostolicæ sedi, throno Dei reluctari, supremum in Ecclesia Sanctissimo Patri, quem ei tradidit credidirque Dominus, principatum Monarchiamque inuidiose denegare, eamqoe malitiose criminari? Quid prioribus Ecclesiæ hostibus, quos æmulamini, tot in eam commoti persecutionum dirarum, pugnarum, furiosorumque certaminum fluctus tempestatesque profuerunt? quid tot eorum labores, conatus, insultus, aduersus eam? Nunquid omnes illi vani, inanes, irriti, imò nunquid ridiculi, infames, infelicesque fuere? Cum operatores suos ad tantas turpitudines, infamias, calamitates, dolores, luctus, miseriasque sempiternas, quibus torquentur in inferno præcipitarint? quid vobis similia, nisi congregandis similibus in vos, corpora vestra, animasque tormentis cruciatibusque proderunt? Qui eorum antiquorum sanctæ matris Ecclesiæ hostium perduellium facta nefaria imitamini, quorum nihilominus proh nefas ô cæci! exitus non perhorrescitis? Sed hæc eorum per Deum immortalem, facta exitusque perhorrescite: vt tandem serio resipiscentes, in sacratissimos matris sanctissimæ, quam toties ac tamdiu vestra rebellione contristauistis, amplexus per pœnitentiæ salutaris itinera redeatis, ne in æternum miserè pereatis.

CAPVT XVI.

De magna fidelium Catholicorum consolatione in fideliter Ecclesiæ Christi eiusque vicario seruiendo, obediendo, ac totis animi corporisque viribus opitulando.

1. *De bonorum solatio Catholicorum verè Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ filiorum, in laboribus suis defensioni dignitatis & honoris huius matris sanctissimæ atque illius pastoris Romani Pontificis ritè consecratis.*
2. *De fiducia eorum lata in auxilio Dei nostri atque Saluatoris Iesu Christi sic obedientium atque laborantium radicata.*
3. *Ad Ecclesiæ sanctæ, eiusque capitis visibilis defensionem & obedientiam magis ac magis fideles Catholici exhortantur, vt hic consolentur amænius & in cælo remunerentur beatius.*

Pro Christo & eius Ecclesia pati ac laborare dulce & plenum solatii.

PATI pro Christo fidelibus valde dulce & amœnum, proque eius sponsa sanctissima bonorum catholicorum matre, laboribus atque salutaribus curis intendere plenum solatij & meriti, ex quo præmium surgit æternum. *His curis immorari iuuat*, inquit [b] S. Gregorius Nazianzenus. *Quandoquidem omnino nos*, scilicet pro eius defensione, *vexari & affligi necesse est, Deo res nostras ita constituente.* Vt de ciuibus militantis in terra, tandem Ecclesiæ in cælo triumphantis ciues esse possimus. [c] *Pro qua æterna cælestique patria quid magnum*, inquit sanctus Augustinus, *cuncta seculi huius quantumlibet iucunda blandimenta contemnere, si pro hac temporali atque terrena filios Brutus potuit & occidere: quod illa facere neminem cogit?* Quod egregiè Latinus Poëta notauit:

b Ep. 14 ad Bosphorum Coloniæ Episcopum.

c L.5. de Ciuitat. cap.18.

[d] *Natosque Pater noua bella mouentes*
Ad mortem pulchra pro libertate vocauit,
Vicit amor patriæ, laudumque immensa cupido.

d Æneid. lib. 6.

Hoc ius ciuitatis supernæ hic comparantes, & possessionem expectantes boni Catholici militantis Ecclesiæ filij, quantum possunt laboribus strenuis incumbunt, vt huic matri sanctissimæ diris inimicorum suorum præliis certaminibusque vexatæ potenter opitulentur. In qua laboriosa generosaque pro hac charissima parente sedeque sancti Petri purissima, exercitatione plurimom consolantur: cum hanc defecturam nunquam & occasuram hostium victam persecutionibus & attritam nollatenus hæsitando sciant, fideique certitudine credant adeò vt omnes pro ea suscepti labores inanes esse minimè videantur. Doctrina sancti Ambrosij hæc est: [e] *Ecclesia tempora sua habet tranquillitatis & pacis. Nam videtur sicut luna deficere, sed non deficit: Obumbrari potest, deficere non potest. Quia aliquorum quidem persecutionibus, discessione minuitur, vt martyrum confessionibus impleatur: & effusi pro Christo sanguinis clarificata victoriis, maius deuotionis suæ & fidei toto orbe lumen effundat.* Propterea boni illi Catholici verè meritoriéque sponsæ Christi filij, suos intuentes pro ea tanquam naui in medio mari, sed indomita & inexpugnabili, tentationum fluctibus, labores non frustra susceptos, plurimom consolati recreantur & sapienter exultant. [f] *Nauem quippe Ecclesiam debemus accipere*, ait idem Pater, *in salo mundi istius constitutam, quæ crebris ventorum fluctibus, id est tentationum plagis, & verberibus fatigatur: quam turbidi fluctus id est huius seculi potestates conantur ad saxa perducere. Quæ & si vndarum fluctibus aut procellis sæpe vexatur, tamen nunquam potest sustinere naufragium. Quia in arbore eius id est cruce Christus erigitur, in puppi Pater residet gubernator, proram Paracletus seruat Spiritus: hanc per angusta huius mundi freta duodecim in portu remiges ducunt, id est duodecim Apostoli: & similis numerus Prophetarum*, &c. Post hæc pro gloriosa indomitaque Ecclesiæ fortitudine & stabilitate, in mediis persecutionum & tentationum fluctibus ita concludit: [g] *Hæc ergo nauis Ecclesia est, quæ & si quotidie seculum istud, tanquam aliquod pelagus, fortitur infestum, nunquam eliditur ad saxum, nec mergitur ad profundum.* Et vt loquitur [h] sanctus Hieronymus, *super Petram fundata Ecclesia nulla tempestate concutitur, nullo turbine ventisque subuertitur.* Vt verissime de ea Christianus Poëta cecinisse videatur.

Bonis Catholicis pro Ecclesia strenuò laborantibus solatium adfert maximum certitudo fidei qua hanc nunquam occasuram atque perituram credunt.

e L. 4. Hexameron c.2.

f S. Ambros. l. de Salomone c.4.

Ecclesiam nauem S. Petri mysticam ne agitata persecutionum fluctibus obruatur SS. Trinitas prohibet & omnes Apostoli pro ea solliciti & orantes cum prophetis.

g S. Ambros. Ibi supra.

h In cap. 4. Esaiæ.

a Fortunatus lib. 3. de vita S. Martini anno Domini 580.
b In Psal. 47.

[a] Quam nec flagra mouent, nec vertit turbo procella,
Nec trahit vndinagam pluuiatilis imber arenam:
Hac quia viua tenet Petra fundamenta salutis,
Contra quam porta inferni nunquam arma valebunt.

Cuius propterea ruinam dum nullo modo timent fideles eius filij, quantò magis intrepidè ac meritoriè pro ea pugnãt, tanto lętiùs iucundiùsq; consolantur. *Hac est Ciuitas in monte posita qua abscondi non potest*, inquit [b] S. Augustinus. *Hac est lucerna qua sub modio nõ occultatur. Omnibus nota, omnibus diffamata, nõ autem vniuersi ciues eius sunt: sed illi, in quibus magnus Dominus & laudibilis valde: qua est ergo illa Ciuitas videamus, ne forte, quia dictum est in ciuitate Dei nostri, in monte sancto eius, debeamus quærere istum montem, vbi etiam exaudiri possimus*, &c. [c] Postea subdidit: *sed forte ista ciuitas*

c Ibid. S. Aug.

qua mundum tenuit aliquando euertetur. Absit Deus, fundauit eam in æternum: Si ergo eam fundauit Deus in æternum quid times ne cadat firmamentum? Et vt securitas certa de stabilitate firmitateque Ecclesiæ contra omnes hostiles impetus atque furores perenni eos solatio lætitiaque magna perfundit, lætanturque hoc modo suos pro defensione Ecclesię perpessos non fuisse vanos inanesque labores: contra simili recreatione consolationeque demulcentur, dum conatuum viriumque hostiliũ contra hanc sacratissimam Christiani fęderis arcam, ruinam, exitiumque pro certo præstolantur. Hæc autem expectatio firma, in misericordis auxilio Dei prouidaque eius bonitate sita est. Qui facit ne semper inimicorum Ecclesiæ Christi, furiæ rabidæque vires aduersus imperium Monarchiamque ipsius immaniùs efferantur: qui suis tandem armis discordes inter se vertiginis acti spiritu, mutuò concident atque dilabentur, quoniam

Vt certi sunt boni Catholici de stabilitate indomita per virtutem Christi Ecclesiæ, sic certi de futura hostium eius ruina, hinc solatium eos salutare capit.

Stare diu nescit quod non fulcitur ab alto,
Et discors in se regnum durabile non est.

d Liuius lib. 2. decad. 1.

[d] *Cum sit opulentis ciuitatibus venenum seditio, qua magna imperia mortalia reddit.*

Quod verò bonorum solatia laborantium piè generoseque pro sua sanctissima parente Romana Ecclesia, sedeque Apostolica magnopere corroborat, & ad magnum lætitiæ tranquillitatisque fastigium prouehit, est maxima illa fiducia, quam in clementissimo & omnipotenti Dei Christi D. mundi saluatoris pro sua ab omni periculo interituque vindicanda sponsa auxilio, ponunt, intrepideque firmant. Quod quidem auxilium Dei nostri tam propitium ad liberandum, tam forte ad resistendũ, tam potens ad omnes hostium machinas confringendum, huic ita sanctissimæ Catholicorum matri grauiter oppugnatæ, sed non expugnatę, agitatæ sed non oppressæ succurrit: *Vt si fractus illabatur orbis impauidam ferient ruina*, & si propter hominum scelera abominationesque vitæ, diuina iterum iustitia.

2. Pars. De fiducia bonorum Catholicorum in Dei sita auxilio nunquam suam deserentis Ecclesiam qua eorum solatium auget veramque lætitiam.

Tellurem effundat in vndas,
Diluuio miscens, cælumque in tartara soluat,

e Psalm 31.
f Psal. 33.

[e] *Nihilominus in diluuio aquarum multarum*, naufragia *ad eam non approximabunt*, nec labentis mundi ruina exitioque peribit. Quia [f] *Cum illa Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio*: Qui custodit eam, *ne commoueatur in æternum*. Vere Ciuitas

A non Dauid sed Dei: *De qua, à Prophetis gloriosa multa dicta sunt*: [g] *in qua sicut lætantium omnium habitatio est*: [h] *Cuius nomen nequaquam erit, vt prius Hierosolyma*, [i] inquit S. Hieronymus, *qua interpretatur visio pacis: sed Iehoua bascham, quod in latinum sermonem vertitur, Dominus ibidem: qui recedat nunquam ab ea vt à priori populo ante discessit, dicens ad discipulos:* [k] *Surgite, abeamus hinc, & ad Iudæos, relinquetur domus vestra deserta:* [l] *sed æternam habeat possessionem, & sit ei possessio, iisdem discipulis repromittens.* [m] *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi.* Et dum illi de perenni sanctitatis, fortitudinis & gloriæ duratione S. matris Ecclesiæ securi sunt, de sua in illius gremio per Christi Domini gratiam, perpetua permansione non diffidunt. [n] *Ex quo repleti consolatione super abundant gaudio in omni tribulatione sua*: Et in laboribus

g Psal. 86. v. 2.
h Psal. 86. v. vlt.
i In c. 48. Ezechielis.
Deus ab Ecclesia sua nunquam recedit.
k S. Ioan. 14.
l S. Matth. 25.
m S. Matth. 25.
n 2. Corinth. c. 7. v. 5.

B quos pro tuitione paternæ maternæque dignitatis, id est auctoritatis sanctissimi Patris, & sacratissimæ matris sedis Apostolicæ Ecclesiæque Romanæ, non minus religiose quam fortiter exanthlant. Neque enim illi quid spiritus sanctus per os beatissimi Patris ac martyris [o] S. Cypriani locutus sit ignorant, *Nemo æstimet bonos de Ecclesia posse recedere, triticum non rapit ventus, nec arborem solida radice fundatam subuertit procella. Inanes palea tempestate iactantur inualida arbores, turbinis incursione euertuntur.* Quibus similes sunt impij, hæretici, schismatici, libertini, corrupti mundi dilectores, cæterique Ecclesiæ sanctissimæ dignitati, imperio Monarchiæque rebelles & inuidi contumaces, de quibus hæc Tertullianus. [p] *Auolent, auolent palea leuis fidei, quocumque flatu tentationum, eo purior massa frumenti.* Scilicet boni Catholici, *in horrea Domini reponetur. Nonne ab ipso Domino quidam discentium scandalizati diuerterunt?*

Boni Catholici esse semper in gremio Ecclesiæ meritorie mansuros per Christi Domini gratiam confidunt.
o Lib. de vnitate Ecclesię.
p Tertull. de præscriptionibus.

C Atque hæc bonorum Ecclesiæ filiorum in Dei misericordis adiutorio & auxilio, fidocia valde meritoria est apud Deum, quæ inuitat illum misericordiarum Patrem & totius consolationis natura bonum, vt citius eos cum sua Ecclesia eorum matre charissima, ab omni inimicorum impetu defendat atque tueatur. [q] *Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomen meum, clamauit ad me & ego exaudiam eum: Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo eum.* Hęc est vera Dei vox auxilium spondentis sperantibus in se. Cuius sponsionis & promissionis Dei testes sunt voces illæ ipsius Domini clementissimi apud Apostolum dicentis. [r] *Non te deseram neque relinquam.* [s] *Nam cælum & terra transibũt, eius autem verba non transibunt.* Propterea iusti illi Monarchiæ Ecclesiasticæ veri subditi ciuesque spiritualis Hierusalem, intra se confidenter pro se matreque Ecclesia singuli dicunt. [t] *Dominus mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo.*

Fiducia bonorum Catholicorum Dei pro liberanda Ecclesia ab omni inimicorum impetu furore quo accelerat auxilium.
q Psal. 90. v. 14. 15.
r Hebræorũ c. 13. v. 5. ex Deut. 31.
s S. Matth. 26. v. 35.
t Psalm 117.

D Atque dum certo Ecclesiæ victoriam de cunctis hostibus expectant, de eorum ruina desperantium exitioque nulla ancipiti opinione suspensi dubitant. Fidei quippe certitudine Christo Domino tanquam sempiternę veritati dicenti credunt: *Confidite quoniam ego vici mundum*, Quid dico mundum? parum hoc esset, sed ipsum mundi principem diabolum, [u] *Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.* Nunquam reuersurus in mundum, nisi [x] scelerati homines, amatores mundi, osores cæli, virtutis inimici, vitiorum cultores ad eum-

Confidentia generosa catholicorum Ecclesiæ defensorum, desperatio hostium illius.
u S. Ioan. cap. 16.
x S. Ioan. 14.

dem non tam verbis quam factis enormibus denuò reuocarent. In hac autem certa fidelique confidentia bonorum, eò maior exultatio solatiumque conquiescit, quò clarior ex hac in auxilio radicata diuino, pro vindicanda ab omni salutis periculo sede Apostolica, Christianæ reconciliationis asylo, gloriæ futuræ expectatio consurgit. De qua sic Apostolus: [a] *Nolite amittere confidentiam vestram quæ magnam habet remunerationem.* In quam sapiens animo se cogitationequé conuertens, tono prophetico clamabat. [b] *Qui confidunt in illo intelligent veritatem*, illam videlicet, de qua ipsamet veritas Christus Dominus sic in euãgelio loquitur. [c] *Ego sũ via, veritas & vita*, via in exilio, veritas in promisso, vita in præmio. Quæ gloriæ futuræ fiducia, triplici vinculo atque funiculo, [d] *Qui difficile soluitur*, ligata cõstrictaq; firmatur. Primus est Christi Domini cum bonis conuentio, qua illis vitam æternam si pro se suaque sponsa eorum matre intemerata generosè benè viuendo dimicarent. [d] *Conuentione facta ex denario diurno spopondit.* Vnde sapientis illud, [e] *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Secundua est eiusdem Domini per os Prophetarum promissio atque sponsio Psal. 83. [f] *Gratiam & gloriam dabit Dominus.* Esaiæ 64. [g] *A sæculo non audierunt, neq; auribus perceperunt, oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te.* Quod oraculum multa post sæcula repetiuit Apostolus [h] dicens: *Sed sicut scriptum est: quod oculus non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum.* Tertius funiculus strictiùs ligando, bonorum fiduciam potentiùs securiùsque corroborans, Passio Domini est: à qua bona cuncta hæreditatis æternæ procedunt. De quo funiculo hæc Apostolus. [h] *Habemus fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi.* In quo omnia nostra bonorum operum merita radicantur & radicata firmantur: vt ea cælestis beatitudinis æternæque gloriæ præmia subsequantur. Propter hoc rectè S. Gregorius. [i] *Præmium virtutis erit ipse qui dedit virtutem.* Cuius funiculi spiritualis, fiduciam gloriæ fidelium cordibus insidentem, ne frustretur, potenter fæliciterque stringentis virtutem, sanctus Bernardus agnoscens, sic ipsum Dominum [k] propter passionem mortis gloria & honore coronatum affabatur: *Domine scio me nequaquam posse peruenire ad te, nisi adiutus à te.* [l] Et quoniam ipse Dominus sanguinem suum vna cum vita pro sua ecclesia. [m] *Vt eam sibi exhiberet purissimam sponsam non habentem rugam neque maculam*, effundere dignatus est: Quanta gloria eos fideles ab ipsius Domini passione deriuata manet in cælo? Qui ipsam Christi Domini sponsam matrem suam in solio Apostolico Pontificioque, omnibus toto terrarum orbe diffusis Christianis per os Romani Pontificis pastoris sui, Christi vicarii iura dicentem, omni quacumque potuerunt ope, labore, virtute, robore corporis animique viribus adiuuerunt, defenderunt, ab omniumque hostium & inimicorum telis armisque vindicarunt? [n] *Quamobrem viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes qui speratis in Domino*, Audientes illum dicentem vobis, *confidite, nolite timere*: Ego sum qui milito vobiscum, vt per me pro ecclesia, proque illius summo principatu, quem vicario meo credidi generosè dimicando vincatis. Ego sum qui fidelibus meis

Ex fiducia bonorum de Dei auxilio pro defendenda ecclesia spes futuræ gloriæ consurgit.
a Hebræor. c. 10. v. 35.
b Sap. c. 3.
c S. Ioan. 14.
d Ecclesiast. 4. v. 12.
Fiducia bonorum catholicorum de futura gloria triplici vinculo ligata firmatur.
d S. Matth. 20
e Sapient. 3.
f Psal. 83.
g Esaiæ 64. v. 4.
h 1. Corinth. 2. v. 9.
h Hebræor. 10. v. 19.
i S. Gregor. 9
k Hebræor. cap. 2.
l S. Bernard.
m Ephesior. c. 5. v. 27.
n Ps. 30. v. 25.
Tertia pars per modum orationis exhortatoria ad fideles catholicos vt magis pro ecclesia

A pro me sponsaque mea strenuè pugnantibus ad vincendum vires & arma sufficio. *Ego sum* [o] *qui sto post parietem respiciens per fenestras*, certamina vestra vt illa mea inflammem præsentia & incendam tanto cum piæ generositatis ardore, vt non sit hostis meus, qui non fugiat, & se à calore eorum abscondere non concupiscat, ne ab illis superetur. Ego sum, qui hanc vobis quam [p] Apostolo meo dedi, profundo gratiam, *Bonum certamen certandi*, quod semper victoria sequitur. [q] Quid enim bonum certamen prodesset nisi illud victoria sequeretur? Quis autem dat victoriam nisi ego ipse, vt meus agnouit Apostolus, qui dixit. *Gratias Deo qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum?* Ego sum qui post victoriæ palmam, si piè ac intrepidè pro honore meo ac throno gloriæ meæ in terris Apostolica sede contra omnes hostes meos dimicando steteritis, vobis coronam æternæ gloriæ promitto. B Cuius immarcessibili præcinctos lauro vos ad æterna triumphus tabernacula deducat. Fingite animis, liberæ enim sunt ac veræ piorum catholicorum cogitationes, ista vobis loqui saluatorem nostrum, vt verè loquitur cordibus vestris: quid non illius parentes imperio difficultatis aggrediemini? Sistite illum mentibus vestris pia meditatione præsentem vobis pro se, pro suæ ecclesiæ, vicariique dignitate tuenda sudantibus salutaria subsidia propinantem! Quid non roboria atque fortitudinis egregiæ salutarisque contra omnes illius hostes, vobis huius præsentia largietur? O quid non fidelium pectora cogis pro salute mundi, sacra Christi præsentia? [r] Si tantum potuit Cæsaris imperatoris aspectus atque præsentia pro viribus augendis, & corroboranda cordis animique generositate, strenuo pugnatori militi Marco Scænæ: vt prope Dirrachium nobile Macedoniæ oppidum, oculo confosso ictu sagittæ, humero lethaliter spiculi vehementia telique ferro vulnerato, crure etiam graui læso vulnere, exceptis clypeo triginta sagittarum ictibus: C Nihilominus, hostes Reipub. Romanæ & imperii, deditionem sui simulando cum verbis amicis compellauisset: accurrentibus illis alteri in humerum, magno sagittam brachii turbine contorsit, alterius vultum grauiter telo sauciauit, alterius pectus suo mucrone petiuit, alterius lateri suum abdidit ensem: vt eos saucios vulneratosque terga vertere compulerit? Adeò ipsi, pugnãdi vires ex præsentia imperatoris ducisque Cæsaris, illius bellica facta cum delectatione nec sine admiratione collustrantis oculis, & intuentis excreuerint! Quanto potentior & efficacior Christi Domini præsentia militum suorum pugilũque animos non modo lætificans dilatansque D consolando, sed vires etiam confirmans corroborando, necnon deficientibus & exhaustis assiduitate pugnandi prioribus nouas robustiorea elargiens, illos post certamina glorificando? Vt non modo non lædantur, sed hostes læsos omnino confodiant & exterminent? [s] Vnde victoriæ fructus exultatio & gloria bonis magnificata spiritualibus! *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Hæc ouantes dicite & exultantes cum eodem Propheta clamate: [t] *Dominus protector vitæ meæ à quo trepidabo?* [u] Et iterum, *in petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super*

Romana sedeque Apostolica laborant.
Apostrophe pia Christi D. ad bonos catholicos.
o Cant. 2.
p Ad Tim 2. c 2.
q S Aug. l. de gratia & libero arbitrio cap. 6.
1. Corinth. c. 15.
Præsentia Christi Domini intuentis pugiles suos ad prælium maximè vires adauget eorum.
r Plutarch in Iulio Cæsare.
Magna generositas & fortitudo Marci Scænæ pugnantis ex sui imperatoris Cæsaris præsentia & aspectu.
s Ps. 143. v. 1.
t Psal 26 v. 2.
u Ibid. v. 11.

A *inimicos meos!* In petra dico, super quam suam ipse Dominus ædificauit ecclesiam. Quæ cunctis dæmonibus eorumque ministris & mancipiis propterea, [a] *terribilis est, vt castrorum acies ordinata.* Et quoniam in hæc misera funestaque proh dolor! incidimus tempora, in quibus gemente iustitia, sub iniquitatis pondere & oppressa Christi religione, multis in orbis terreni locis non audita sine fine clamante, irrito clamore lugente, deque suis voce lamentabili grauiter oppressoribus expostulante, hostibus Dei contra sanctissimam sedis Apostolicæ Romanique Pontificis maiestatem diuino munitam præsidio, impunè licet quidquid lubet. In quibus consilium malignantium arcem sanctitatis atq; religionis Christianæ, exitiali conspiratione crudeliter obsidet. In quibus non solum infideles, ethnici, Turcæ, Iudæi, barbari, aliique Deum per ignorantiã crassam forte, blasphemantes, conuenerunt in vnum aduersum Dominum & aduersum Christũ eius.

a Cant, 6. v 3.

Considerata multitudine & ferocitate hostium ecclesiæ, boni catholici contra illos pro ea generosius exhortatione pia concitantur.

B Sed etiam his omnibus Christianæ religionis hostibus multo nocentiores hæretici, cum fautoribus suis atque schismaticis tot bella horrida tantis inflammata furoribus & odiis suffulta immortalibus, contra nostræ salutis asylum, thronum Christianæ religionis excelsum, tribunal ecclesiasticæ dominationis, sedem Apostolicam quotidie intentant, renouant, assidueque plusquam tragicis excessibus immaniora fabricantur. Non in alium finem, quam vt totius Christianæ fidei fundamenta radicitus euellant: totumque catholicæ religionis opificiũ tot Christi D. laboribus atque sudoribus, tanta cum illius pretiosi sanguinis inundatione constructum, execrabili coniuratione si possint, omnino demoliantur. His cõglomeratis tot ecclesiæ Dei hostium turmis &

C exitiali contra illam thronumque diuinæ maiestatis in terris Apostolicam sedem coniuratione sociatis: quid vobis ô generosi catholici veri huius S. ecclesiæ filii, huic sacratissimo Christi Domini sanctuario sohoque obsequentissimi, faciendum esse iudicatis? Vt tot hostium ecclesiæ sanctæque sedis in illius exitium conspirantium copus, machinis, viribusqoe resistatis, easque resistendo dimicandoque cnnteratis?

Nunc animis opus ô iusti, nunc pectore firmo.

Magisque vobis quam vnquam sudandum laborandumqoe est: prioribus pietatis fidei, probitatisque armis adiungenda noua animi constantia, atque generositas Christianis corroboranda virtutibus. Nouisq; in dies vita rectè factis excrescẽs, ad omnes Dei hostes, ipsum præcipuè perditorum superborumque ecclesiæ catholicæ inimicorum principem diabolum, vincendum superandumque vires acquirat eundo. Vt semper augustissimam illam fide, sanctitate, religione Romani Pontificis authoritatem, atque ipsius sanctissimæ matris ecclesiæ dignitatem intemeratã, & honorem inuiolabilem, in mediis vitæ præsertis, hic & vbique terrarum periculis, in mediis omnium persecutionum procellis, tempestatibusque vestra virtute, Christi Domini sublimata benedictione & gratia gloriose defendatis. Quæ in tuto posita, de salute sua secura, charissima mater omnibus, in medio infidelitatis improbitatisque pelago pereuntibus aperit maternos sinus, misericordiæ protendit aperitque viscera, nec non brachia charitatis manusque compassionis auxiliatrices expandit in littore securitatis suæ, portuque salutis: vt ad se veniant; vt in gremium benignitatis suæ redeuntes tutò recipiat & foueat: ne saluris æternæ naufragia patiantur. *Ipsa in littore maris habitat,* [b] aiebat Alcuinus, *& credentibus refugium & periclitantibus demonstrat fidei portum.* Hæc contra omnes inconcussa turbines sæculi solida firmitate subsistens, expectat naufragium Iudæorum, hæreticorum procellas, aliorumque improborum tempestates diuino septa robore perfringit atque dissipat: quos luget se non posse saluare, quia ipsam nolunt audire. [c] *Qui circumferuntur omni vento doctrinę:* quorum quãuis tundatur fluctibus, non immanibus tamen illorum frangitur æstibus. Quæ ideò iure ab [d] Eucherio Lugdunensi, *Habitaculum fortitudinis appellatur,* propter illius fortitudinem ad tolerandas dirarum persecutionum passiones, & ad subeundos superandosque furorum hostilium turbines, virtutem. Quæ immunis ab omni periculo madidis oculis alios sibi reluctantes, fluctuantesque naufragio proximos in freto huius mundi pereũtes tristè conspicit, cordisqoe vulnerata dolore contemplatur. Quibus ipsa fidei charitatisque radice semper immobilis perseuerans succurrere, & materna pietate, ne pereant opitulari desiderat. Sed dum eorum voluntarie naufragantium mens ad rebellionem malumq; pertinaciter immota manet, ipsius quoqoe sanctissimæ matris ecclesiæ preces & lachrimæ voluuntur inanes. quas vos ô generosi christianæ militiæ pugiles indomitique sedis Apostolicæ Pontificiæque monarchiæ defensores, quamdiu vestris obsequiis, laboribus, seruitiis, aliisque bonorum exercitiis siccare & abstergere studebitis, tamdiu de cælo benedictionibus repleti gaudia multa solatiaque vera centupli loco in hac vita capietis: donec in altera diuinæ cælestisque beatitudinis, vestris in Christi Domini gratia radicatis religiosè rectéq; factis acquisitæ, perpetuitate potiamini.

Romana ecclesia sedesque Apostolica ab omni periculo immunis alios in mari infidelitatis & improbitatis pereuntes ad se portum salutis misericorditer appellat ne pereant in æternum.

b Alcuinus in genesim paulo ante finem.

c S. Paul. Ephesior c. 5. v. 4.

d Eucherius Lugdunensis l. 3. in genesim c. 49. an. 640.

SECVNDÆ PARTIS FINIS.

